Это цифровая коиия книги, хранящейся для иотомков на библиотечных иолках, ирежде чем ее отсканировали сотрудники комиании Google в рамках ироекта, цель которого - сделать книги со всего мира достуиными через Интернет.

Прошло достаточно много времени для того, чтобы срок действия авторских ирав на эту книгу истек, и она иерешла в свободный достуи. Книга иереходит в свободный достуи, если на нее не были иоданы авторские ирава или срок действия авторских ирав истек. Переход книги в свободный достуи в разных странах осуществляется ио-разному. Книги, иерешедшие в свободный достуи, это наш ключ к ирошлому, к богатствам истории и культуры, а также к знаниям, которые часто трудно найти.

В этом файле сохранятся все иометки, иримечания и другие заииси, существующие в оригинальном издании, как наиоминание о том долгом иути, который книга ирошла от издателя до библиотеки и в конечном итоге до Вас.

**Правила использовапия**

Комиания Google гордится тем, что сотрудничает с библиотеками, чтобы иеревести книги, иерешедшие в свободный достуи, в цифровой формат и сделать их широкодостуиными. Книги, иерешедшие в свободный достуи, иринадлежат обществу, а мы лишь хранители этого достояния. Тем не менее, эти книги достаточно дорого стоят, иоэтому, чтобы и в дальнейшем иредоставлять этот ресурс, мы иредириняли некоторые действия, иредотвращающие коммерческое исиользование книг, в том числе установив технические ограничения на автоматические заиросы.

Мы также иросим Вас о следующем.

- Не исиользуйте файлы в коммерческих целях.
  Мы разработали ирограмму Поиск книг Google для всех иользователей, иоэтому исиользуйте эти файлы только в личных, некоммерческих целях.

- Не отиравляйте автоматические заиросы.
  Не отиравляйте в систему Google автоматические заиросы любого вида. Если Вы занимаетесь изучением систем машинного иеревода, оитического расиознавания символов или других областей, где достуи к большому количеству текста может оказаться иолезным, свяжитесь с нами. Для этих целей мы рекомендуем исиользовать материалы, иерешедшие в свободный достуи.

- Не удаляйте атрибуты Google.
  В каждом файле есть "водяной знак" Google. Он иозволяет иользователям узнать об этом ироекте и иомогает им найти доиолнительные материалы ири иомощи ирограммы Поиск книг Google. Не удаляйте его.

- Делайте это законно.
  Независимо от того, что Вы исиользуйте, не забудьте ироверить законность своих действий, за которые Вы несете иолную ответственность. Не думайте, что если книга иерешла в свободный достуи в США, то ее на этом основании могут исиользовать читатели из других стран. Условия для иерехода книги в свободный достуи в разных странах различны, иоэтому нет единых иравил, иозволяющих оиределить, можно ли в оиределенном случае исиользовать оиределенную книгу. Не думайте, что если книга иоявилась в Поиске книг Google, то ее можно исиользовать как угодно и где угодно. Наказание за нарушение авторских ирав может быть очень серьезным.

**О программе Поиск кпиг Google**

Миссия Google состоит в том, чтобы организовать мировую информацию и сделать ее всесторонне достуиной и иолезной. Программа Поиск книг Google иомогает иользователям найти книги со всего мира, а авторам и издателям - новых читателей. Полнотекстовый иоиск ио этой книге можно выиолнить на странице `http://books.google.com/`

Hosted by Google




# P. DIO SCORIDÆ

## PHARMACORVM Simplicium, reiqꝫ Medicæ LIBRI VIII.

IO. RVELLIO interprete.

Vna cum HERM. Barbari Corollarijs, & MARC. Vergilij, in ſingula Capita cēſuris, ſiue Annotationibus.

Adiecto INDICE duplici ſingulorū Simplicium, & difficilium terminorum.

Præter alia multa, quæ in Præfatione indicantur, quæqꝫ in prioribus æditionibus deſyderabantur.

In ſelecta Argentorato apud Io. Schottum. 1529.

Cum gratia & priuilegio Cęſ. Maieſt. ad ſexennium.

Digitized by Google

Esta conforme al expurgatorio del año de 1707

Hosted by Google

PERITISSIMO, ET MVLTA RERVM
experiẽtia prędito, Doctori Nicolao Capitoni, inclytę Vrbis Argent. Medico primario, OTHO Brunfelsius S D.

VETVS, IDQVE ADEO frequẽs malũ est, ut qui bonos libros edẽdos curant, tamen ab aliquibus quidem bene, ab alijs uero male mereantur. Siquidem gratiam ineũt ab ijs, qui cum rerum cognitione pollent, quiduis nouerunt boni consulere. Inuidiam referũt, & mille ronchos ab imperitis, qui prẽterquam quod optimis semper obstrepunt conatibus, tũ in dijudicandis quoq; rebus, non magis ualent, cq; talpæ & uespertiliones. Id quod cum iamdudum persuasum habeam, plane conniuendum mihi putaui ad calumnias, sannasq; quorundã, qui cum toti addicti sunt suis ἀλεξιφαρμάκοισ, ἀντιβαλλομένοισ (uel si quid etiam aliud habent seplasiariorum, & agyrtarum pixides χεῖρεσ scilicet τῶν θεῶν) sic in suum Auicennam, Serapionem, Razemq;, & id genus suauissimos autores iurauerũt, ut plane sordeant eis ueterũ, Plinij, Theophrastiq; & Dioscorid. cõmentarij. Sic enim qdam eorũ palam nũc blasphemant, parũ hos medicos fuisse, uerum grammaticos & literatores, uel quiduis potius aliud, cq; medicinæ peritos. Horum itaq; stultissimis, imo pestilentissimis nenijs, tanq; Syrenarũ perniciosissimis sibilis dissimulatis (doctiss. Capito Nicolae) Dioscoridem nostrum in lucem agimus. Idq; adeo sub tuo celeberrimo, & splendidissimo nomine, ut qui autor aliquando nobis tanti consilij fuisti, καὶ τῖσ τισ ἄρχοσ ἄνηρ βουλοφόροσ, ut uerbo Homerico utar, tuis etiam auspicijs (proscriptis barbarorum delyramentis) in orbem eat, in Medicorum musæis legatur, inq; manibus habeatur, medicorq; ἄλφα καὶ κορυφαῖοσ. Simul ubi prodiderint huiusmodi ineptissimi graculi & coccyces se, tu nihil ominus longe optimo autori patronus ut ſies, uindicesq; ab malignantium iniuria. De autoris præstantia & laude, non uideo quid publice monere debeam, quem tot nominibus commendat Galenus pharmacorum simplicium lib. 6. quod unus & solus de simplicibus effectibus bene scripserit & senserit, quodq; non aliunde mutuatus est sua, neq; ex aliorũ narratione concinnauit historiam, id quod barbarorum Herbariorum uulgus hactenus studuit, uerum præsenti inspectione, suisq; ipsius oculis omnia contuitus est, suis manibus singula contrectauit, suoq; ore gustauit, neq; unius tantum et alterius regionis herbas, sed magnam orbis partem peragrãs rebus perueſtigandis, ut reuera nihil eum posset latere. Quod initio operis & ipse pariter testatur his uerbis. ὑμεῖσ ingt δε ὥσ ἐστιν ἐπεῖν ἐκ πρώτησ ἡλικίασ, ἄλλωσ τε ἔχοντεσ ἐπιθυμίαν περὶ τὴν ἐπίγνωσιν τῆσ ὕλησ, καὶ πόλλην γῆν ἐπεληλύθοντεσ. ἴσθα γὰρ ὑμῖν στρατιωτικὸν τὸν βίον. σπανιάκωσ δ' ἂν τῶν πραγματειῶν ἐν ἓξ βιβλίοισ σοῦ προτρεψαμένου. &c. Et rursum. παρακαλοῦμεν δίσε καὶ τοὺσ ἐντευξομένουσ τοῖσ ὑπομνήμασι, μὴ τὴν ἐν λόγοισ ὑμῶν δύναμιν σκοπεῖν, ἀλλὰ τὴν ἐν τοῖσ πράγμασι μετ' ἐμπειρίασ ἐπιμελίαν. μετὰ γὰρ πλείστησ ἀκριβίασ τὰ μὲν πλεῖσα δι' ἀυτοψίασ γνόντεσ, τὰ δ' ἐξ ἱστορίασ συμφώνωσ τοῖσ πᾶσι καὶ ἀνακρίσεωσ τῶν παρ' ἑκάστοισ ἐπιχωρίων ἀκριβώσαντεσ, πειρασόμεθα καὶ τῇ τάξει διαφόρωσ χρήσασθαι, καὶ τὰ γένη, καὶ τασ δυνάμεισ ἑκάστησ ἀυτῶν ἀναγράψασθαι. Nisi qd de uita eius ab eruditis dubitaret, nec ferme quicq; compertũ habemus præter id quod in Suidæ extat cõmentarijs, cuius hæc sunt uerba. Διωσκουρίδησ ἀναζαρβεύσ ἰατροσ ὁ ἐπικληθεὶσ φακᾶσ, διὰ τοὺσ ἐπὶ ἀντωνίου γεγραπται ἀυτῷ βιβλία, κδ', καὶ τὰ πάντα ἰατρικά περιέχοντα. Vtrũ autem a Plinio lectus sit, aut post Plinium uixerit, uel uter ab altero mutuatus sit sua, Leoniceni & Pandulphicę disceptationi cõmittimus, quorũ litem dirimere nunc non est consilij, & epistolaris breuitas nõ sustinet. Quanq; Plinium Dioscorid. libros non uidisse, uel inde conij potest: quod multa de plãtis, arboribus, lapidibus, metallisq; disputat Plinius, quorum Dioscorid. ne meminit quidem. Multa subinde apud Dioſco. de uenenis, & id genus alijs extãt, quę Plinius uel dissimulauit, uel certe nunq; uidit. Postremo sic ab utrisq; tractata sunt quædam, ut in utroq; alterutrius dicta desyderentur. Interdum Plinijũ Dioscorides multitudine rerum exuperat: sępissime Dioscoridẽ Plinius. Breuiter, quod in Cathalogo autorum, nusq; illius meminit Plinius, quod tamen facturus erat fidissimus alioqui rapsodus, si ante se celebratus autor fuisset. Sed neq; Celsus ullam huius uiri memoriam facit, quod equidem obseruarim. Hæc de autore ipso, quem nihil tam cõmendat, cq; suus ipsius candor, atq; rerum portentosa quædam experientia, immo mundus ipse quidam rerum omnium cognitu digniſſimarum. De ordine tantummodo, quo aggressi singula sumus, præciumoperę est obiter saltem ut quædam præmonemus. Quando igitur quatuor hodie circumferuntur tralationes, scilicet, uetus, Hermolai Barbari, Ruelliana, & nouissima M. Vergilij Florentini, nos eam selegimus, quæ nobis purior, suauior, atq; familiarior uidebatur. Ea est Ruellij, si non fallimur, idq; ea fecimus modestia, ut interim nullam calumniemur aliarum, nec aliorum iudicijs, quam ipsi magis prędferant, quicq; prescribamus. Et quod sciamus, plęraq; tanti negocij esse, ut interdum omnibus opus habeat, qui

Hosted by Google

non infeliciter saltem, uelit in hoc autore uersari. Quamobrem et cõmentarios subiecimus duos, eodem nimirum delectu atq; consilio. Vnum Hermolai Barbari, qui Corollaria inscribit: de quibus illud affirmare habemus, nihil eruditius, nihil uberius, nihilq; magis uarium, post unum Plinium, latinæ linguæ editum esse a quoq; mille retro quingentis annis, qui non solum gloriæ suæ, uerum literis etiam, & literatis omnibus tam satisfecerit. Dignus plane qui assidue in manibus teratur ab omnibus studiosis, nedum ab medicis, in quibus sic ὑπ τὴν μέθοδον cernes contractum Theophrastum, Plinium, Paulum, Aetium, Orobasium: ex grãmaticis uero, q̃ rerum uocabula descripserunt, Athenæum, Pollucem, Gellium, Suidam, Vitruuium: ex Geographis Strabonem & Solinum, ut nihil sit abstrusum in singulis (quantum ad rem q̃dem medicam attinet) quod idem non apertissime legas in Corollarijs. Quæ ob hoc forasse sic inscripsit, ut simplicium quidam quasi Colophon existerent. In quibus id solum dolemus, quod incastigatiora ad nos peruenerunt: deinde mutila, et uix in Quintum usq; librum porrecta: quę si usq; ad Venenorum librum perfecta fuissent, dñ boni, prẽter unum Plinium fortasse, quem studuit imitari, quem haberet tamen meliorem thesaurum, seculorum omnium medicorũ cœtus? Alterum Marcelli Vergilij iunximus, uiri ex æquo docti, & lõge diligentissimi, nec ab eruditis etiam minus probati, qui tñ sicubi prolixius ea tractabat, quæ uel non admodũ necessaria, uel non proxime ad rem facere uidebantur (sic em̃ interdũ rhetoricatur & ludit homo, uel lynceo ipso in dijudicãdis rebus perspicacior) data opera decurtauimus: ne & in imẽsum crescret uolumen, & rhetoricis magis præstigijs, q̃ utilibus & necessarijs cõmentarijs obturbaremus lectori. Monuerunt id nos initio ipso operis aliquot studiosi, cum alioqui & ipsum quoq; integrum adscripturi Vergilium fuissemus. Postremo, ne nostra quoq; opera abesset, sic in utrisq; cõmentarijs sudauimus, ut multo emũctiores, luculentioresq; nunc habeas, q̃ ex ueteri editione erãt. Vterq; sine punctis erat, uterq; sine artificio grammatico, & ibi desierant periodi, ubi spiritus defecisset lectoris. Ex bonis græcis, mala latine facta tã multa, ut non plures neuos habuerit Thersites. Ex latinis igitur, quæ perperam scripta erant, in ordinem cõegimus, ex græcis quę manifeste deprauata erant restituimus. Sicubi hiatus erat, uel scrupulus, quem uel instaurare, uel excutere non ualebamus,* asteriſco signauimus, ut et alijs esset ansa diuinandi: eo ramẽ consilio, ut omnia latinis literis permitteremus, partim ut consuleremus græcæ linguæ ignaris, partim q̃ in priuato Lexico retractamus ad uerbum omnia, nouo opere Pandectarum, longe meliori opera, q̃ si sarta tecta, quod dicitur, nunc restauraſſemus. Præterea ubi illi ad uerbum ex Theophrasto, Plinioq; & alijs mutuauerunt quædam, uel transcripserunt (ut in toto fere opere) notas & capita signauimus. Indicem dictauit, & eum quidem locupletiss. IOANNES SCHOTTVS ἀρχιμανδρίτα operis, ut emũctæ naris, ita uigilantiss. Quæ omnia quanto labore nobis constiterint, quantũq; alias editiones euicerimus, nulli certius æstimabunt, q̃ qui similem aliquando telam nobiscum texuerunt, aut nostram hanc cum Italiæ editionibus contulerint. Planeq; falsum esse conuincemus, nullos libros emaculatiores prodire, q̃ qui ex Italia emerserint. Id totum igitur (mi Capito) in tuum effundimus sinũ, tibiq; nuncupamus. Tui erit uicissim uetustissimum, & eundem longe utilissimum autorem nobiscum a barbarorum tyrannide uindicare: ut sicut iampridem meliores literę florere cęperunt, ita quoq; uetus & simplex Medicina caput tandẽ exerat ac regnet. Argent. Anno ab orbe redempto. 1529.

i-dictionario

# IO. RVELLIVS SVESSIONEN.

## Antonio Diſomo, Regio Conſiliario, utriuſq; Linguae peritiſſimo, S. D.

CVM SAEPE mecum reputarem, humaniſſime ſimul ac eruditiſſime Antoni Diſome, omnium ferme diſciplinarum conditionẽ, illud in primis cum admiratione mihi, tum miſeratione dignum occurrebat, ꝙ ſaluberrimæ humano generi artes, uel diuinitus nobis datæ, uel mortalium ſtudio adinuentæ, ita affectæ iaceant, ut ad interitum ſpectare uideantur: quibus olim excolendis, ueteres uſq; eo diligentiã omnem, & operam impenderunt, ut intentatũ nihil, indiſcuſſumq; reliquerint. Etenim per aliquot iam ſecula, & qui diſcunt, & qui docent, neglecta uera liberalium ſcientiarũ maieſtate, ad echinatas captionũ, cauillationumq; argutias diuertentes, dici docti, haberiq;, ꝙ eſſe malunt. Quod ut in cæteris ferri, diſſimulariq; fas ſit, in ea tamen arte nefarium eſt, quæ ad tuendam ſalutem hominum, nata, incorrupta ſemper, auguſtaq; eſſe debet. Quæ tamen fere iam inde ab auorũ noſtrorum memoria, tam turpi ac deſidioſo conſenſu deſerta exoleuit, ut uerear, ne flagitioſa fortaſſe ſuis profeſſoribus, aut inhoneſta uideatur, qui principem eius partem, quæ cognitione delectuq; medicamentorũ conſtat, uel rei difficultate deterriti, uel ingenio diffiſi, uel iudicio lapſi, a ſe abdicarunt, rudiq; medicamentariorũ miniſterio delegarũt: exiſtimantes fortaſſe dignitati amplitudiniq; ſuæ non parum detractum iri, ſuamq; auctoritatẽ eleuari, ſi ea ipſi tractent, quorum officinæ ſibi iam cognitionem uendicarunt. Cum cæteri artifices ignominioſum ſibi eſſe putent, ſi imprudentes ſui negocij conſpiciantur, aut uniuerſam inſtrumentorũ ſupellectilem nõ plane ac memoriter teneant. Proinde ars illa præſtantiſſima, ſine qua natura manca merito ac mutila eſſe cenſetur, priſcis temporibus clara & percelebris, literarumq; monumentis diligentiſſime tradita, poſterioribus ſeculis, adeo a ſe ipſa degenerauit, ut ſimulacrum eius tantũ, uel potius umbra nomenq; remanſerit. Quippe cum olim Hærbarij ĩdem atq; Medici eſſent, ſcidit inde ſe ſtudium: hominumq; inertia ſimul & incuria factum eſt, ut ab ĩjs deſtituta quorũ erat propria, circulatorum, ne dicam impoſtorũ, præda facta fuerit. Cum igitur pluribus ſcriptorum monumentis admonerer, apud antiquos gloriæ fuiſſe Simplicium curam, ac memorabiles illos Græcorum duces, hoc illuſtri ſtudio ſemper floruiſſe: huic parti ruinoſæ, nutanti, breuiq; caſuræ, adhibendam eſſe manum duxi. Nec aliud occurrebat præſentius auxilium, ut a mediis ignorantiæ tenebris aſſereretur, ac errores expiari, innumeraq; monſtra domari poſſent, ꝙ ut ea quæ græcis literis hac de re tradita erant, latinis illuſtrarentur, ac quæ ſine graui pernicie diſſociari nõ poterant, a cæteris medicinę partibus auulſa, ſuo corpori reſtituerentur. Pedacium igitur Dioſcoridem, præſtantiſſimũ huiuſce partis auctorem, tot ſeculorũ ſuffragijs comprobatum, pro mediocritate noſtra, latinitate donauimus, tuoq; nomini dicamus. Quod te acerrimi iudicij uirum, omnium bonarũ literarum, ac utriuſq; linguę ſtudioſiſſimum cognouimus: nec parum laudis tibi ex ea re peperiſti. Simul ut extaret pignus mutuæ inter nos beniuolentiæ: ſimul ut mortales officio cumulatiore demereremur. Quod quidem opus non paruo ſane negocio a nobis elucubratũ, ueluti primitias induſtriæ noſtræ & maioris laboris præludium, læta fronte ſuſpicias. De quo id cõſtantiſſime auſim polliceri, eſſe quaſi quoddam naturę promptuarium, ex quo res omnes, hærbę, fruges, frutices, arbores, fructus, quibus arua, campi, paſcua, montes, conualles, plana confragoſaq; ueſtiantur, & uiſceribus terræ abdita, in humani generis preſidiũ depromi facile poſſunt, ac deniq; ueluti a quodam rei medicamentariæ ſeminario, in humanũ uſum transferri, e quo uita omnis ea haurire queat, quibus humanæ ſaluti proſpiciatur, & morbis omnibus conſulatur. Quæ uero meæ partes fuerunt, quoniam in propria harena, ut dicitur, uerſari uidebar, cum ſim profeſſione medicus, dedi operam, utinã & præſtiterim, uti omnia ex fide reſponderent, & ut latina oratio, græci auctoris ſenſum fideliter redderet: ne abſurda peregrinitas, medicinam quoquomodo pollueret, etiãſi res ipſa elegantiam ac nitorẽ non facile admittat. Curaui preterea, ut idem utrobiq; ſenſus ſeruaretur, nulla uocum nouitas, nec triuialia uerba, aut expoſita: quibus quærendis, latinos fere omnes euoluimus. Cum uero latina me defecerunt, græcis quidem, & fere iam receptis uti malui, ꝙ noua, aut barbara licenter admittere. Sed nihil eque me torſit, ꝙ ueterum manuq; exaratorum exemplarium inopia (illud em̃ tantum nactus ſum, quod bibliopolæ typis excuſum circumferunt) in quo permulta manifeſtiſſime deprauata, ex uaria auctorum lectione, & preſertim in libris Venenorum, ex uetuſtiſſimo Pauli Aeginetæ codice, ad priſtinam ſynceritatem reſtituimus. In quibus ſtudioſos omnes rogatos uelim, ut boni conſulant. Vale Pariſijs. Calendis Maij. Anno Domini. M. D. XVI.



Hosted by Google

# PEDACII DIOSCORIDIS ANAZARBEI, in Libros eius, de Medicinali materia, ad ARIVM Præfatio. IO. RVELLIO Sueſſionenſi interprete.

QVANQVAM amiciſſime Ari, complures non ueterum modo, ſed recentiorum quoq; , de medicamentorum compoſitione, uiribus, atq; probatione cõmentati ſunt, nobis tamen nec uanum, nec a ratione abhorrentem impetum animi ad hoc opus inceſſiſſe, tibi oſtendere tentabimus. Cum eorum nõnulli abſolutum nihil ædiderant: alij q̃plurima quæ auditu percunctando didicere, ſcriptis tradiderant. Siquidẽ Bithynus Iolas, et Heraclides Tarentinus, omiſſa prorſus Hærbarũ tractatione, rem ſane q̃paucis perſtrinxerũt. Neq; uero omnes illi de metallicis quicq̃ rebus, aut odoramentis memoriæ prodiderunt. Crateuas aũt Hærbarius, & Andreas medicus, qui cæteris diligentius hac in parte uerſati uidẽtur, radices multas apprime utileis, hærbasq; haudquaq̃ adnotatas reliquerũt. Nec ſic quoq; priſci laude ſua fraudandi ſunt, quos &ſi pauca ipſis referantur accæpta, magnam tamen impendiſſe diligentiam conſtat. Iunioribus minus aſſentiendum, e quibus Iulius Baſſus, & Niceratus, & Petronius niger, & Diodotus, Aſclepiadæ omnes, medicinalem materiam uernaculam cognitamq; uulgo, dignam cenſuerunt, quæ ab eis literis exacte mandaretur, ut medicamentorum uires, probationesq; curſim complexi, ſic nullo experimento eorum effectus colligentes, inani uero reddendarum cauſſarum ſtudio uerba fundentes, alia pro alijs ſcriptitando, rem in aceruum congeriemq; extulerũt. Siquidem qui inter eos egregius habetur Niger, Euphorbiũ naſcentis in Italia, Chamelææ ſuccum eſſe contendit: Androſæmonq; eandem hærbam cum Hyperico eſſe: quinetiam Alöen in Iudæa foſſilem naſci, & plæraq; his ſimilia citra effectuum explicationem exponit, quæ prorſus ueritati refragantur. Quibus coniectura colligi poteſt, ea non oculata fide, ſed narratione potius ab alijs accæpiſſe. In ordine ijdem ipſi aberrarunt, partim eorum diſcrepanteis, nullaq; cognatione coniũctas uireis collidentes: alij per elementa literarum ſcripta in ordinem digerentes, quo facilius memoriæ mandarentur, genera, & eorum effectus, a ſua cognatione diſiungentes. Nos uero ab ineunte (ut ita dicam) iuuentute, iugi deſyderio cognoſcendæ materię allecti, permultos Mundi tractus peragrauimus (nec enim neſcis, nos militarem uitam exegiſſe) tuoq; hortatu cõmentationẽ in ſex Libros contulimus: quod opus tibi dicamus Ari, grato noſtro animo obſequẽtes, ob eum quo nos proſequeris affectum. Etenim natura cum in omneis eruditione excultos, tum uero in eos, quis

cum tibi eiuſdem artis neceſſitudo intercedit, pronus ad amicitiam eſſe ſoles, in nos etiam aliquanto peculiarius. Enimuero non paruum præbet tuæ probitatis argumentum, optimi uiri Licinij Baſſi ſingularis erga te charitas, quam una degentes nouimus, cum mutuam inter uos beneuolentiam æmulatione dignam intueremur. Admonitum autem te uelim, eoſque qui in Commentarios noſtros incident, ut ne in uerbis facultatem noſtram æſtimetis, ſed potius adhibitam rebus cum peritia curam. Etenim partim res oculis ſubiectas exactiſſime cognouimus, partim narratione omnibus conſona, indagationeque rerum apud ſingulos uernacularum diligenter accepimus. Dabimus igitur operam, ut differenti ab alijs ordine utentes, genera Medicinarum, uireſque deſcribamus. Quod autem neceſſaria ſit Medicamentorum ratio, nemo eſt ferme qui ignoret: q̄ ea & toti arti coniuncta ſit, & ab ea expugnandis membratim uitijs remedia petantur. Quare per medicamentorum compoſitiones atque miſturas, & facta in morbis pericula extendi, & incrementum capeſſere poteſt, quamplurimum opitulante ſingulorum medicamini num cognitione. Quinetiam uernaculam, familiaremq̄ materiam complectemur, ut perfecta ſint quæ ſcriptis relinquemus. Verum imprimis curam impendere oportet, ut ſuis temporibus ſingula & demetantur, & recondantur. Intempeſtiue enim decerpta, conditaue, aut nullo, aut euanido munere funguntur. Serena etenim cœli conſtitutione demetenda ſunt. Magni ſiquidem refert inter colligendum, ſi uel ſquallores, uel imbres infeſti ſint: quemadmodum ſi loca in quibus prodeunt cliuoſa, & uentis expoſita ſint, & perflata, frigidaq̄, & aquis carentia. in his enim locis uires eorum longe ualidiores intelliguntur. Contra, quæ in campeſtribus, riguis & opacis, cæteriſq̄ locis a uento ſilentibus enaſcuntur, plærumq̄ degenerant, & minus uiribus ualent: multoq̄ magis, ſi non ſuis horis peropportune colligantur, aut ſi per imbecillitatem intabuerint. Neq̄ ignorandum, q̄ ſepe præcoci, aut ſerotina locinatura, aut anni clementia, maturius, aut celerius adoleſcunt. Nonnulla propria ui hyeme florent & folia pariunt, quædam bis anno florifera. Quare cui in animo eſt, horum peritiam aſſequi, neceſſe eſt ijs prima germinatione ſolo emergentibus, adultis, & ſeneſcentibus adeſſe. Nam qui pullulanti hærbæ dumtaxat aſtiterit, adultam cognoſcere non poteſt: neque qui adultam tantū inſpexerit, nuper erumpētem noſcet. Quo fit, ut propter mutatam foliorum faciem, caulium proceritates, florum, ſeminiſq̄ magnitudinem, nonnulli qui olim has ætatum uarietates non perſpexerunt, magno in errore uerſentur. Quæ cauſſa etiam nonnullis ſcriptoribus impoſuit, qui hærbas quaſdam, uerbi gratia Gramen, Quinquefoliū, et Tuſſilaginem, emittere florem, fructum & caulē negant. Ergo qui ſæpius ad uiſendas hærbas & earū loca ſe contulerit, earū cognitionē maxime conſe-

Hosted by Google

quetur. Scire etiamnum conuenit, ſola ex hærbaceis medicaminibus Veratri genera, nigrum inquam & candidum, multis edurare annis: reliqua a trimatu inutilia. Quæ uero ramis ſcatent, ſicut Stichas, Trixago, Polium, Abrotonum, Seriphum, Abſinthium, Hyſſopum, & alia id genus ſemine pregnantia, demetantur, Flores quoque antea quam ſponte ſua decidant, Fructus autem ut maturi excutiantur neceſſe eſt, & ſemina ubi ſiccari cœperint, priuſquam defluant. Herbarum ſuccus, et foliorum elici debet, germinantibus adhuc cauliculis. Lac & lachrymæ excipiantur, inciſo per adoleſcentiam caule. Radices, & liquamenta, corticeſue ut recondantur eximere conuenit, cum hærbæ ſuis foliis exuuntur. Siccantur etiam expurgatæ inibi, locis aſperginem non redolentibus: ſed quæ luto, aut puluere ſunt obſitæ, aqua elui debent. Flores, & omnia quæ iucundum odorem efflãt, arculis tiliaceis nullo ſitu obductis reponantur. Nonnunquam charta, aut foliis ſemina, ut perennent, apte inuoluuntur. Liquidis medicaminibus denſior materia, argentea, uitrea, aut cornea conuenit. Fictilis, etiamſi modo rara non ſit, accõmodat: & ligneа, præſertim e buxo: ſed ænea uaſa liquidis oculorum medicamentis, quæ aceto, pice liquida, aut cedria componuntur. Adipem autem & medullas ſtagneis uaſis recondi conuenit.

THO. D. Aucuparius, candido lectori.

Dum uirtus animi, dum mens diuina Deorum
Ad ſacra uel ſolum ſcandere templa ſinunt,
Doctibus his, altã conſcendit Apollinis arcem,
Sancta Dioſcorides atria dignus adit.
Magnaq; pro meritis aperire ſacraria Phœbi
Dum datur, has medicas arte miniſtrat opes.
Ille Dioſcorides pater antiquiſſimus, autor,
Pœoniæ largas protulit artis opes,
Rerum uirtutes, rerum cognoſcere cauſsas,
Rerum naturas, hiſtoriamq; docet,
Antidotũ morbis, certiſſima pharmaca pręſtat,
Et quæ præſenti cætera multa Libro.

Hosted by Google

# PEDACII

## DIOSCORIDIS

De Medicinali materia. LIB. Primus.

IO. RVELLIO interprete.

### ¶ De IRI. CAP. I

A ἰρὶσ ἰλλυρικὴ καθάιρων θαυμασόσ

IRIS, ab aliquibus Illyrica, ab aliis Thelpide, ab aliis Vrania, a nonnullis Cathæron, aut Thaumastos, a Romanis Marica radix, a quibusdam Gladiola, ab aliis Cõsecratrix, ab AEgyptiis Nar appellat. A cœlestis arcus similitudine nomen accepit. Folia fert Gladiolę, sed maiora, latiora, & pinguiora. Flores sumo caule, alterno situ incurui euariant. Siquidẽ candidi, pallentes, lutei, purpurei, aut cerulei conspiciuntur: qua diuersi coloris specie, quędam cœlestis arcus imago representari uidetur. Radices subiacent geniculatæ, duræ, odoratæ: quæ frustatim dissectæ, in umbra siccantur, & traiectæ lino reconduntur. Melior est Illyrica, & Macedonica, & inter has laudatissima quę pumili fere & densa constat radice, frangenti contumax, subruffa colore, gustu amaro, odore percꝫ suaui ac syncero, ita ut nullum prorsus situm redoleat: quę dum tunditur, sternutamẽta mouet. Secundum locum habet Aphricana, candicans, gustuꝫ amara. Teredines in uetustate sentiunt. tunc mi odoratiores reddi solent. Vis omnib. excalfactoria, extenuans. Contra tussim efficax, humorum qui ægre reiiciuntur crassiciem digerunt. Bilem, crassamꝫ pituitam, ex hydromelite drachmis septem epotæ, purgant, Somnum conciliant. Lachrymas cient. Torminibus medentur. Eædem potæ ex aceto, auxiliantur serpentium ictibus, lienosis, cõuulsis, a uento refrigeratis aut rigentibus, & quibus genitura effluit. Menses, ex uino potę, pellunt. Decoctum earum, fęminarum fotibus utiliter imponitur, ad emolliendos locos, laxandaꝫ in eis uenarũ spiracula. Ischiadicis infunditur. Fistulas ac sinus carne explet. Radices ex melle glandis modo subditæ, partus extrahunt. Quinetiam coctæ & illitæ, strumas, uetereſcꝫ duricias emolliunt. Siccæ quoꝫ ulcera replent, & cum melle purgant. Nudata ossa corpore operiunt. Dolorib. capitis, cum aceto & rosaceo magna utilitate illinuntur. Admotę cum albo Veratro, et duabus mellis partibus. lentigines, & uitia cutis in facie emaculant. Pessis, Malagmatis, & Acopis inseruntur. In uniuersum, magni ad omnia usus.

## HERMOLAI BARBARI

Patritij Veneti, & Aquileien. Patriarchæ

Corollarij Liber Primus.

### ¶ IRIS Illyrica.

IRIS æstate floret. Folio arundinaceo. Caulem habet cubitalem, atꝫ rectum, similem Asphodelo, sed minorẽ, durioremꝫ. Sunt qui Hierida appel

a

UNIVERSIDAD CENTRAL BIBLIOTECA

Hosted by Google

C lent: unde Consecratrix quoq; dicta sit in latino. E rebus in unguenta uenientibus, nihil in Europa nasci, præter Iridem, autor est Theophrastus. In Illyrio cõmendatissima est parte mediterranea, maximeq; septentrionib. exposita, & ut inquit Nicander, & Plinius, in siluestribus Drilonis ac Narone. Laudatur Iris radice tantũ. Macedonica candicat. Illyrica duorum generum est. Raphanitis, a similitudine: quę & melior. Rizotomos, subruffa. Non improbatur & Pisidica Selgensium. Fossuri, tribus ante mensibus mulsa aqua circumfusa, hoc ueluti placamento terræ blandiuntur. Circumscriptam mucrone, gladioue triplici cũ legerint, protinus in cœlum attollunt: præcipiturq; ante omnia, ut casti petant. Nullos cultus exigit, nisi q; ablaque atam resiccare solent. Tractatu, pustulas ambusti modo facit. Teredinib, non sicca modo, sed in terra quoq; celerrime infestatur. Ostendit nobis Iridem in horto suo felix Sophia Paduę. Representabat eius flos pruna perq; matura odore, ob quod mire appetitur a formicis. Radicem quoq; uidi ruffam extra, intus percandidam. Genus unum eius Troglodyticum appellant: quam qui manducauerit, uinum q̃uis copioso eo hausto, non oboleat: ut Aphricanus scriptũ reliquit. In Paulo, non troglodytin, sed Astragalitin legas, in pastilli compositione Pantolmij uocati. Philinus flores Iridis Lycos uocari tradit: quia labiorum lupi speciem reddant. Apollonius, Herophili discipulus, Irin ex Elide ac Cilicia, pbabat. Est & orbiculus, pastillusue, Iris appellatus, in medicinis ex croco, alumine, myrrhaq; conficitur.

Lib. 21. cap. 7.

Theoph. Libro 9. capite. 7.

## MARCELLI VERGILII in Dioscoridem ANNOTATIONES abbreuiatæ.

PRIMVM in Iride illud animaduertisse oportet, non esse legitimam eius appellationem quod in græcis passim legitur, ὁ δὲ ἶρις ἰλλυρικὴ. bonitatis enim laus a regione bæc est. Quæ tanta, et apud omnes tam cõmunis illi fuit, ut petita a medico, illicone, aut unguẽtario in aliquem usum Iride, non nisi ex ea regione probaretur, & peteretur. Nec sine caussa. Frigida em̃, & aquilonia regio est, quo cœli statu & afflatu, materia omnis, in omnes usus melioresc it. Indicant id Theophrastus, Celsus, Columella, Plinius, omnesque alij.

Illyrida. Non probamus quod Ruellius reddidit, ab aliquibus Illyrica, nec quem Barbarus in Corollario suo titulum illi adscripsit, Iris Illyrica. Videtur enim alter, bonitatis laudem a regione illi concessam, inter appellationes simpliciter numerasse. Alter uero negasse, alibi q̃ in Illyrico Iridem nasci, aut de Illyrica tũ tum hoc capite agi: cũ tamen Iris ubiq; fere nascatur, & hic de omnibus agat, & in earum censu banc unam cunctis præferat. Meminisse etiam debuerat Ruellius. nihil pro se adiectiua, qualiacunq; ea sint, significare, substantiæq; tantũ inbærere: in Iride autem indicandam substantiam, quæ patronymico illo nomine, ex quo, consensu oĩm, inter appellationes, laus illa bonitatis referenda erat, nimis obscure & importune indicabat.

D Erunt forte qui putabunt sic dici Illyricam, ut Veronicã, aut Gencianam, aut Lysimachiam: quarũ prima illa a uetonibus in Hispania, duæ illæ a regibus inuentæ,, solo possessiuo nomine appellãtur et celebrant.

Thalpide. Thalpidẽ eandem hic etiam dici ait, nulla nobis eius uocis significatione, nisi forte una tantum mutata litera, Thalpide legendum sit, manifesta congruenteq; a uerbo θάλπω, quod græcis calefacere, & fouere significat, derivatione, quod primum præcipuumq; habet Iris.

Quod si suspitionibus etiam contra bæc uiria pugnandum sit, non fuerit abs re forsan monuisse, quod Thelpidem legitur, Hieridem, siue Hierida legi posse.

Vrania, id est, cœlestis, ideo dicta ab aliquibus fuit, q; cœlestis arcus specie modo floreat.

Thaumastos, id est admirabilis, eadem illa ratione, qua a Poetis idem ille cœlestis arcus Thaumantias dicitur, genus, originemq; banc illi ex admiratione nouæ rei, rudi adbuc seculo, ut primus Plato indicauit, assignantibus antiquis.

Cathæron, id est purgans, notissimo participio, ἀπὸ τοῦ καθαίρειν.

Gladiolus, quia specimen Gladiolæ berbæ præsefert. de qua infra. lib. 4.

Consecratrix. Credimus quidem ideo Consecratricem dictam, q; in sacrificijs, purificationibusq; suis antiquitas quondam Iride usa sit: nibil tamen hactenus compertum de ea re nobis est.

Radix Marica. Quoniã autore Nicandro, probatissima nascitur in ripis Naronis, in Illyrico fluuiũ, non Maricam, sed Naronicã legẽdum esse suspitio est. Nicandri uersiculus est. ἶριν δέ ἂν τὴν ἄριστα ἀρηλων χὼ νάρωνος ἔχθω. Relinquimus tamen hoc legentibus arbitrarium, satisq; sit, suspitionem banc nostrã alijs indicasse.

Flos in summis caulibus. &c. Sic uertimus. cũ in græcis, nec summi, nec singuli caules, floresue ulli sint. Factumq; id a nobis est. non tam, q; paulo ante diximus, ut certius tota res pateret, q̃ q; in antiquis græcis aliquot, non ἄνθη ἐπὶ τῶν καυλῶν, simpliciter legitur, uerum ἄνθη ἐπικαυλα, quæ uox singulis caulibus singulos distribuit flores.

Quod erat item παράλληλα, ex propria græcæ uocis significatione, recta, paribusque in se spacijs in altum

Hosted by Google

altum surgentes, diximus. Hoc enim, si Euclidi, & græcorum grammaticis credimus, lineis quas Parallelas dicunt, præcipue competit. Nec alio pertinet ea uox. q̃ ut significetur, nõ temere, neq; in latera, aliarum plantarum modo, caules Iridis spargi, sed in altum nullo inter se concursu ferri, & flores in bis ita disponi, ne alter alterum impellat, simulue concurrat. Quod totum, ut nobis uidetur, parum fœliciter reddidit Ruellius, dicens alterno situ flores in Iride uariari.

Diximus præterea, in arcum flexos, nullo illic arcus uestigio, quoniã floris ea flexura sit, & græca uox ἐπικάμπῃ, quæ id exprimit, in arcu frequens reperiatur.

Subiecimus deinde, & in arcu illo uariantes tam multos colores, præsentis temporis participio usi: quoniam quemadmodum in cœlesti arcu, colores illi plures ex mathematicorum & speculata docentium ratione, non sunt, sed ex oppositæ lucis accessu, ideo apparent, q̃ refractis lineis uidentur, non dissimili modo & Iris cum luce colores mutet: idq; Dioscoridem intellexisse omnes uolunt, cum dixit, ὁρᾶται, id est, uidentur. quia non sunt in arcu illo tam multi colores, sed ratione accedentis lucis uarient & uideantur.

A

## ¶ DE ACORO. CAP. II

ACORVM aliqui Choron Aphrodisias, Romani Veneream, aut Radicem nauticam, Galli Piper aqueum uocant. Folia Iridis habet, angustiora tamen. Radices non dissimiles, complicatas, non in rectum, sed obliquum tendentes, & summo cespite sparsas, geniculis interceptas, albicantes, gustu acres, odore non ingratas. Optimũ est densum, candidum, plenum, non exesum, odoratum, cuiusmodi colchidicum, & galaticum, quod Aspletion dicunt. Radici uis calfactoria. Decoctum potu urinam cit. Prodest lateris doloribus, & iocinoris, atq; pectoris. Item torminibus, uulsis, ruptis. Lienem absumit. Vrinæ stillicidio, & serpentum ictibus auxiliatur. Ad muliebres insessus Iridis modo utiliter impointur. Oculorum caligines succo discutit. Antidotis radix magno usu commiscetur.

espadaña de la laguna.

ἄκορον

χορὸς ἀφροδισίας

nota q̃ vera acor[illegible] s̃m manardum est que a sepla sa[illegible] calamg aromati[illegible] dicitur s̃ est Radi[illegible] ἀσπλήτιον acori ver[illegible] s̃m vero anton[illegible] uz musaz vera acorg est gala[illegible] ga s̃ hoc mag[illegible] consonat Vitat[illegible]

## BARBARI COROLL.

ACorus, & Acorum, folijs Iridis, sed pediculo longiore. Radices ei Dioscorides subalbidas, Plinius nigras, minusq; uenosas reddidit. Ipse rubentem intus uidi, foris colore inter nigrum atq; candidum. Raram inuentu, falso tradit Apuleius. Nec nisi cum florem emiserit cognoscibilem. Locis cultis, & hortis, pratisq; nascentem. Legendam Augusto mense. Aphrodisiam, & Sandicem nauticam, & Syngentianam, alio codice Radicem nauticam, & Vnguentianam, & Piperapium uocatam. Vt deprauatum in Dioscoride quis putet, Piperaciũ, pro Piperapium. Quandoquidem apes, suspensa in uasis earum herba, nunq̃ diffugere, idem autor proditum reliquit. Arbitrantur & ea parte mendam esse, qua in Dioscoride, Aspletion appellari legitur. Asplenon uerius existimant, q̃ radix Acori lienem comminuat. Optimę Ponticę, post Galaticæ, mox Creticæ, candidiores Ponticis. Sed primæ in Colchide, iuxta Phasin amnem, & ubicunq; in aquosis. Recentibus uirus maius q̃ uetustis. Siccantur utribus in umbra, digitalibus frustis. Sunt qui radicem Rusci Acoron uocent, proinde ut hanc nonnulli Acorũ siluestrem appellare malint. Acoro flores aureos, croceosue attribuunt. Semen spissum, atq; gliscens, non sine odoris gratia. Haberi ferunt in Chio, Hellespontoq;, & Euxino mari. Radicem Acori subrubentem, uenis intrinsecus neruosis, prætenuibus, & candidis, eaq; indigenas Iridis loco uti.

B

Lib. 25. cap. 13.

## EX M. VERG. COM.

ACoron, genere neutro. Sunt qui, q̃ herba sit, fœminino Acorum dicunt.

Aphrodisiadem. Fortasse, quia inmodice uenerem excitat.

Piperapium, Solus Apuleius, quicunq; ille fuit, Piperapium dictam fuisse testatus est, quod ea in alueribus suspensa, nunq̃ facto examine, apes in colonias fugerent: nec tamen caussam reddidit, nec inuenta hactenus a me est,

Idem præterea, Sandicem nauticam, & Syngentianam ait uocari, incerta nobis pariter nominum huiusce modi origine & caussa. Quæ ego hoc loco non posuissem, nisi ante nos, in Corollario suo, has uoces Barbarus inseruisset, plurisq; q̃ æquum erat fecisse eas uideret, & nisi in antiquo latino Dioscoride, in extrema

C capitis coronide, omnia illa ab Apuleio dicta, tanq̃ legitima proles scriprori huic adiecta fuissent.

Obiter quoq; monendum censeo, quod in Apuleio legitur, Sandicem nauticam dici Acorum, uideri nobis ex Dioscoride acceptum, & si id sit, corrupte Sandicē, pro radice legi, tanque facilis in una litera lapsus, radice in sandicem est, ut id potius, iudicio meo, sic legendum in Apuleio fuerit, quam importuna hoc loco uocis usus inserendus.

Subinde, quoniam Iridi similis, et cognata Acorus sit, eadem illa appellatione potuisse quondam uocari. Et ut in Iride radix Marica, Naronica, donec certius aliquid inueniretur emendata nobis est, sic etiam in Acoro, pro radice nautica, Naronicam legi eodem modo posse. Nec est quod miretur aliquis, latinarum uocū tam graues mendas, cum græcarum in latinis, non dissimiles passim uidere liceat.

Primam habet bonitatis existimationem quæ densa. etc. Priuatim illud opinamur, non densam, sed amaram legi quondam potuisse. Monueruntq; nos, probatiores in Græcis codices, in quibus una tantum mutata litera, non πικνὸν, quod densum, sed πικρὸν, quod amarum significat, legitur. Quod & Galenus aperte innuit dicens, saporem Acoro acrem, cum amaritudine aliqua esse. Non tamen cōmunem lectionem damnamus.

## ¶ DE MEO CAP. III.

μῆον ἀθαμαντικόν

MEON, quod Athamanticum uocant, in Macedonia & Hispania plurimū gignitur, Anetho folijs & caule simile, sed eo crassius. Binum ferme cubitorum altitudine attollitur, sparsis in obliquum rectumque radicibus, longis, tenuibus, odoratis, linguā excalfacientibus. Quæ feruefactæ ex aqua, uel tritæ citra coctionem, præclusorum renum uesicæq; farctæ uitia potu leniunt. Vrinæ difficultati medentur. Stomachi inflationes discutiūt. Torminibus, cōmotæ uuluæ, articulorum doloribus, atq; fluxionibus pectoris, tritæ cum melle in elegmate auxiliantur. Sanguinem per menstrua pellunt, desessionibus feruefactæ. Infantibus autem illitæ imo uentri, urinas mouent, q̃ si plus q̃ deceat ex his bibatur, caput dolore afficiunt.

θώρακι ῥεύματι ζομένῳ

## BARBARI COROLL.

D MEV, græci μῆον, producta priore syllaba, non diphthongo, sed uocali longa, ex Galeno. Genera eius duo. Nobilius Athamanticum, ita dictum, q̃ ab Athamante inuentum sit. Siue q̃ laudatissimum in Athamante reperiatur. In Italia non nisi a medicis seri solitum. Folijs Anisi, caule interim bipedali. Radicibus multis, & obnigris. Alterū ruffius. Est & Geum inter herbas longe distans a Meu, radiculas, ut inquit Plinius, tenues, & nigras habens, & beneolentes. pectoris & lateris doloribus quærenda. Cruditatibus quoq; discutiendis. Iocundo sapore. Sunt tamē Pliniani codices, in quibus Gethin hæc, nō Geum scribatur. q̃ recte nescio.

Plinius lib. 20. capite. 23.

## EX M. VERG. COMM.

MEON. Plinius Meu id, non Meon appellat, qua uoce posteriores etiam aliquot usi sunt.

Caule, folijsq; Aniso similibus. Variant in figura, & historia eius antiqui Græcorum codices. In aliquibus enim legitur Aniso, in aliquibus, Anetho folijs similibus esse. Plinius Aniso similia dixit. Nosq; in ambiguo, ueluti alterius testis accessione, quæ pluribus testimonijs confirmabatur, Anisi lectionem magis probauimus.

Quod Athamanticum uocant. Cur Athamanticum diceretur, Plinius eodem loco exposuit. Nisi forte Abamanicum, subtracto t litera, legendum, docuerit Dioscorides, & in Athamania nasci, cuius regionis gentē (autore Byzantio Stephano) aliqui Thessaliæ, aliqui Illyrico adsignant. Nec refert, in Macedonia nasci Meon dixisse Dioscoridem: qm̄ non longe distant inter se, Macedonia, et Thessalia. Suspitio tamen hæc magis, q̃ decretum sit.

## ¶ DE CYPIRO.

κύπερος ἐρυσισκήπτρον ἀσπάλαθον

CYpirus, quem aliqui Erysisceptrum, ut Aspalathum appellant, Romani Iunci radicē, aut Iuncū. Folia fert Porraceis ꝓxima, sed longiora, & exiliora. Caulem odorati Iunci, cubitalem aut maiorem, angulosum. In cuius cacumine minuta folia cum semine exoriuntur. Radices, quarum

ces, quarum in medicina est usus, contiguis inter se oleis oblongis rotun A
dísue símiles, nigro colore, suaui odore, amaro gustu. In lacunosis et pa-
lustribus enascitur. Optima est grauissima, densa, fractu contumax, ple-
na & aspera, odoris cum quadam acrimonia iucundi: qualis est Cilicia,
Syriaca, & quæ a Cicladibus insulis petitur. Huic calida uis inest. Vena-
rum spiracula laxat. Vrinam ciet. Ad calculos, aquamq; subtercutem uti
lissime bibitur. Aduersus scorpionū ictus remedio est. Perfrictionibus
uuluæ, & præclusionibus, fotu prodest. Pellit menses. Contra ulcera o-
ris, etiam si depascant uorentq;, farina eius efficax est. Malagmatis calfa-
cientibus, et unguentorum spissamentis adiici solet. Aliud Cypiri genus
tradūt in India nasci Gingiberis effigie, quod manducatū croci uim red
dit, & illitum præsentem Psilotri uim exhibet.

## BARBARI COROLL.

CYpirus Gladioli nomine apud nostros, aliud est q̄ Cyperus is, quem latini radicem Iun
ci, ut Dioscorides hoc loco, Columellaq; testātur, uel Iuncum quadratum, ut Cornelius. Cy
perus pro Gladiolo, ut Theodorus Gaza uertit, a Theophrasto peculiarem habere quandam
æqualitatem in caule describitur. Radice tamen inæquali, partim crassa, carnosaq;, partim gra
cili atq; surculosa. Hanc & in altum agi. Ideoq; contumacem emori atq; uelli. Nasci e latere hu
ius radiculam, unde cauliculus erumpat alius. Sunt qui non distinguant, uicinitate nominis
fallente, sed discrimine multo separātur. Cyperus, siue Cypirus is, qui latine Gladiolus, & Xi
phion a Dioscoride suo loco dicitur. radice bulbosa. Laudatissimus in insulis Creta, dein Na-
xo, postea Phœnice uisitur. Cretico candor odorq; propinquus Nardo. Acrior hic Naxio, exi
lis Phœnicio, nullus AEgyptio. Nam & ibi puenit. Tradunt, non egredi barbaros domibus,
nisi ab hoc suffitu. uegetiores enim, firmioresq; sic fieri. Dulcis huic radix, & quæ decocta pa
nem etiā gratiorem faciat, ut inquit Theophrastus, unde sumpsit Plinius. Ponderosior utiq;
simul subacta. Hoc ipso nomine palustris alter Cypirus, siue Gladiolus ostenditur, quem Iu
lio mense ad radicem secari præcipiunt. Tertioq; die in sole contineri, dum candidus fiat. Quo
tidie autem ante solem occidentem in tectum referri: quoniam nocturni rores palustribus offi
ciant. Sit palustris hic qui floreat uere cum Viola nigra, sed utiq; post Anemonem, quę Timo
nia uocatur, comitatus Hyacinthis, & Gladiolus appellatus, an, quod magis puto, Xiphion,
Theophrastum secutus, quærendum & æstimandum relinquo. Est enim uagum & commune
multis nomen Gladiolus. Folium simile nomini. At Cyperus, de quo nunc agitur, Iunci triā
guli, ut Plinius interpretatur, ut Celsus, quadrati species, iuxta terram candidus, cacumine ni
ger, pinguisq; prosilit. cuius radicem cū oblōga est, Cyperidem appellitāt. Laus prima Ham
moniaco. Secunda Rhodio, Tertia Thracio, si Plinium sequare. Nouissima AEgyptio, qui &
cōfundit intellectum, quoniam et Cypiros ibi nascitur, qui est Gladiolus. Sed & Cyperus pro
Iunco durissima uixq; spirans in AEgypto. Cæteris odor ipsam Nardum imitās. Nonnulli di
stinctionis gratia Cypiron pro Gladiolo, Cyperon pro Iunco triangulari, siue quadrato nomi
nant. Non desunt qui Pseudocypirum uocent Gladiolum: de quo Plinius, semel quod me
minerim, dixit. Ocyssima omniū Cypirus, & Pseudocypirus frutex. Protinus enim, inquit,
floret, semenq; profert. Quadratus & angularis, ad differentiam rotundi Iunci, quem Schoe-
non græci uocant, cognominatus intelligitur. Penultimam Cyperi, qñq; diphthongo longā,
qñq; uocali breuem græci scribunt. Dicitur hæc & neutro genere Cyperum a Paulo. Habetur
& Cyperus Indica: quam Plinius, Cyperin appellat, etiamsi quibusdam exemplaribus Cype
ra legitur. Non possum non mirari, quamobrem Laurentius Valla, Cyperum in Herodoto,
Siler, conuerterit.

## EX M. VERG. COMM.

CYperon. Non poterunt hoc loco facile secerni, Cyperus, Cypirus, & in femínino genere Cyperis, quæ
tria, multa nominum similitudine, genere, & ut a toto pars inter se differunt. Cyperus siquidem, de quo nunc
agimus, in Iuncorum genere anguloso caule, & odorata radice est. a Celso. lib. 3. cap. 21. quadratus Iuncus, a
Plinio lib. 21. cap. 18. triangularis primo, mox angulosus dictus, grauis, inter graues autores, in angulis eius

C discordia. Nisi Dioscorides, cum dicens, utriusq; byſtoriam confirmaſſe, & omnem inter eos, ueluti litem dirimiſſe uideatur.

Cyprus autem paluſtris herba eſt, Gladiolus quondam, a cultellati folij figura, ut credimus dictus, multis locis laudatus, & in AEgypto, ſi Plinio credimus, nullius odoris.

Cyperida poſtremo, fœmmino genere, radicem Cyperi ueteres dixerunt, non omnem, ſed eã, quam hic oblongæ olivæ ſimilem, præcipui in medicina uſus, laudauit. Quæ una fuit cauſſa, ut poſteriores medici Cyperin, ſiue Cyperida tantum nouerint. Sic enim Paulus ægineta multis locis appellat. Quam uero Plinius eodem capite dixit, per ſe Indicam herbam eſſe, quæ Cyperis nocetur, Zingiberis effigie, & commanducatam Croci uim reddere, diuerſe a Dioſcoride traditur. Non enim Cyperida, ſed Cyperum dicit appellari. quæ in India naſcatur Zingiberis effigie. Credimuſq; nos, ab utroq; idem dici, uarietatemq; uocũ, non aliud eſſe, q̃ qa a potiore parte, & quæ ſola uſum habet, tota quondam etiam dicta fuerit planta. Quod a Romanis itidem factum eſt, qui Iunci radicem Cyperum dixerunt, totam plantam, et utiliorem eius partem ſimul ſignantes, qua appellatione uſus Columella aliquando eſt.

Sunt qui Eryſiſceptrum uocent. Nulla a nobis deprehenſa hactenus appellationis huius origo eſt, & cauſſa: quando, ut ex utriuſq; byſtoria patet, nihil ſimile inter ſe habent, Cyperus & Aſpalathus, & licet aliquas habeant in medicina pares uires, non tamen ἀντιβαλλόμενα ſunt, ideſt, æqualia, uel quæ bodie ſic uocant, quid pro quo. Niſi fortaſſe multis quoq; plantis commune ſit hoc nomen. ſ. Aſpalatho, Cypero, Verbenaci, aliiſq;. Exquo enim per multas uagatur plantas, oportet in eo commune aliquid intelligere, quo ſe diuerſis cõciliet rebus.

ἀντιβαλλόμενα

## DE CARDAMOMO CAP. V.

καρδάμωμον

CArdamomum optimũ eſt, quod ex Comagene, Armenia, Boſphoroq; deuehitur. India quoq; & Arabia prouenit. Eligi debet plenum, frangenti contumax, contractum. quod eũ huiuſmodi non eſt, intempeſtiuum iudicatur, & guſtu acre, ſubamarum, & odore caput tentans. Excalfactoriam uim habet. Potumq; ex aqua, facit ad comitiales, iſchiadicos, tuſſes, neruorum reſolutionem. Item ad rupta, uulſa, tormina. Latas uentris tineas excutit. Ex uino aũt potum renibus, difficultati urinæ, a ſcorpione ictis, necq; non omnibus uenenum uibrantibus auxilio eſt. Cum cortice radicis Lauri epota drachma, calculos comminuit. Partus ſuffitu enecat. Scabiem ex aceto illitum adimit. Et ad unguentorum ſpiſſamenta additur.

D

τλμινθα πλατῖωσ

Theophraſtus Lib. 9. cap. 7.

CArdamomum, Theophraſtus refert, alios e Media putare, alios ex India cum Amomo atq; Nardo, et plurimis id genus aduehi. Simile Amomo, frutice toto prædicãt, ſemine oblongo. Quatuor eius genera, uiridiſſimum, & pingue, acutis angulis, fricanti pertinax, quod & maxime laudatur. Proximum ruſſo candicans. Tertium minutius atq; nigrius. Peius, uarium & friari facile, odoriſq; parui. Id quod uerius eſt, uicinius eſſe Coſto debet. Preciũ optimi, ait Plinius, in libras denarij. 2. Recentiores Mauritani, hoc non Cardamomum, ſed Cordumeni, et ſyluestre Caros uocant. Cardamomi uero nomine genus aliud intelligũt, in geminas diuiſum ſpecies. Alterum lentis amplitudine. Alterum ciceris obnigri, in quo granum albũ ſit, guſtu mordaci. Vtrunq; odoratum. Quid, q̃ officinæ Cardamomo utuntur alio, q̃ quod a Mauris, & a Dioſcoride perſcribitur, duplicis faſtigij, minus & maius appellantes, cui ſimile id ſemen ſit, quod uulgo Melligeta dicitur, prælatum uiribus?

Plinius lib. 12. capite. 13. Gale. 7. ſimplic.

## ADDITIO

AVthor Pandectarum, neſcio quid hic lepidum ſomniat de Cardomomo & Cardumeni, indicans aliquid eſſe corruptum in Dioſcoridis textu, & apud Plinium. Mirum, quomodo hic tam lynceus fuit, in aliis totus talpa. Quare poſthac illius nenijs imorari, uel eas reprobare, omittemus.

## DE NARDO CAP. VI.

νάρδος ἰνδικὴ νάρδος συριακὴ

DVo Nardi genera, unum Indicum, alterum Syriacũ appellatur. Non quod in Syria prouenĭat, ſed quod montis in quo oritur, pars una ad Syrios, pars altera ad Indos flectiur. Ex hoc Syriaci gene

Hosted by Google

re præcipuum est recens & leue, largam gerens comam, flauum colore, perq̃ odoratum, ac Cyperum redolẽs. breui spica, amaro sapore linguã siccante, q̃ diu in sua odoris gratia permaneat. Ex Indicis autem Nardũ quoddam Gangitis uocatur, a fluuio Gange, apud quem enascitur, montem præterfluente: quod genus ob multam loci in quo prodit uliginem, uiribus infirmius est, atque procerius adolescit, oppletas ferẽs spicas, ab radice comatas, unaque conuolutas, ac grauiter olentes. Montanum autem odoratius, spica breui, odore Cypero uicino, cæteras habens Syriaci dotes. Est & genus quoddam, cui Sampharitico nomen locus indidit, frutice breui, in magnas se spargens spicas, cãdidiore caule, Hircorum uirus supra modũ redolente: quod improbatur. Madefactum uendi solet. Quod uitium ex eo deprehẽditur, q̃ cãdida sit spica & squalida, nulloq̃ puluere obsita. Adulteratur* Stilbio cũ aqua, aut Palmeo uino, inspissationis ponderisq̃ caussa inspirato. Intueri autem oportet, si lutum radicibus insideat, & incerniculo puluerem excutere, eluẽdis manibus utilem. Vim habent excalfactoriam & exiccantem. Vrinam mouẽt. Aluum potu sistunt. Vuluæ profluuia, saniemq̃ apposita supprimunt. Nauseæ ex aqua frigida auxiliantur. & cardiacis, inflationi, iocineri, regio morbo, renum uitijs. Aquæ autem incoctæ fotu ad insessum, uuluæ inflammationibus medẽtur. Ad glabras oculorum genas ualent: siquidem eas ad densiorem pilum reducunt. Perfusis humore corporibus insparguntur. Miscentur antidotis. & in fictili non picato ad ocularia medicamenta reconduntur, trita in farinam, & cum uino in pastillos coacta.

A

ξανθὴ τὴν χρόαν

γαγχῖτις

i. humiditatez

σαμφαριτικὴ

*Barbar. σίμμι

καρδιωγμοῖς

glaber idez est q̃ sine pilis. gena est supercilium

ὀφθαλμικὰ

## BARBARI COROLL.

NArdum, siue Nardus, in Thracia exili odore nascitur, siue ut Theophrastus scripsit, radiculæ potius quædam imitantes odore Nardum, sed leuiter. Quanquam Plinius, inuentam in Thracia nuper herbam dicat, cuius folia nihil ab Indica Nardo specie dissentiant. Principatus in unguentis Nardo apud ueteres stetit. Frutex est graui & crassa radice, sed minuta nigraq̃ ac fragili, quamuis pingui, situm redolente, qualem Cupressi, aspero sapore. folio paruo, densoque. Cacumina in aristas se spargũt, Ideo gemina dote Nardi spicas, & folia concelebrant. Alterum genus apud Gangem in totum reijcitur. Adulterat Pseudonardo herba, quæ ubiq̃ nascitur crassiore atque latiore folio, colore languido, in candidum uergẽte. Sit hæc fortasse quã Dioscorides Sampharitícam appellat. Item sua radice permixta, ut Stibio ponderis gratia, & Gummi, & Argenti spuma, & Cyperi cortice. Precium spicæ in libras denarij. 90. foliorum uero eius quod maiora hæc habet, Hadrospheron uocatur, denarij. 30. Eius autem quod minora & Mesospheron dicitur, denarij. 60. At eius quod minima, & ob id Microspheron appellatur, laudatissimumq̃ est, denarij. 75. Odoris gratia omnibus maior recentibus. Nardo color, qu inueterauerit, nigriori melior. Indica, Syriacæ ptæfertur a Galeno. Nigrior, & ualidior etiã nonnunquam Syriaca. Reliqua genera in mẽtione gallici Nardi, montaniq̃ dicemus. Sed poscimur identidem, quæ sint illæ nouem species, quas Nardum Indicum representare Plinius existimet. An Gangetis prima, Ozenitis, ab odore uirulento dicta. Secunda, Pseudonardus. Tertia, Syriaca. Quarta, Gallica. Quinta, Cretica, id est Phu. Sexta, Baccharis. Septima, Hirculus. Octaua, Assaron. Nona, Thracia. Quidã usum Nardi omnẽ abdicãt, ob ancipitẽ ex ea medicinã, propterea q̃ in Nardo quiddã ueneni delibutorij uice nasci ferãt, e quo Pison illud uocatũ Indi cõficiant. Exitiale nõ potu modo, sed in sudore corporibus appositũ, etiã si ab legulis purgari, & elui curiosissime, moris sit, fortasseq̃ hoc sit aut nõ dissimile quod Pharicõ a Dioscoride, ac Plinio, Phariacon ab Atheneo dicitur, gustu Nardi omnino, sed resolutionẽ faciẽs neruorũ, cũ alienatiõe mẽtis, atq̃ spasmo. Aduersari autẽ huic ueneno maxime Cydoni-

B

Pli. lib. 12. ca. 12.
Theophra. lib. 9 cap. 7.

Nouem species Nardi.

Nardus in uenenum.

Cam, Philarcus prodidit. Notatu dignũ, a Dioſcoride, cęteriſq; ueteribus, Nardũ Cyperi odore cõmẽdari, a Plinio Cupreſſi. Malim qdem librarij fuiſſe culpã. Sed ſi Plinio tribuẽdus error foret, affinitate uerbi lapſum eſſe dicerẽ, Cyparifſizin, pro Cyperizin legentẽ. Neq; dici poteſt, cõtra deceptũ eſſe Dioſcoridem, non Plinium. Quando quidem Cyperum idem ipſe Plinius odorẽ Nardi referre alio loco ſcribat. Aduertẽdum eſt & illud, omnia Nardi genera herbas eſſe, præter Indicum. In ijs probatio una, ne ſint fragilia, & arida potius q̃ ficca folia. Hirculus porro, qua uitiari Nardum ſinceram dicunt, nõ grauitate odoris modo, ſed ſimilitudinẽ etiã nonnullam animalis eius nomen accepit. Græci τράγον uocant. Illud, ne quem fallamus, noſcendũ. Syriacam Nardum duplicis eſſe generis. Vnum in India, ſed parte montis in Syriam ſpectãte, quam Plinius ſub Indicę uocabulo complectitur. Alterum in orbe noſtro, id eſt, Syria, Ciliciaque. Hoc aliqui Gallico præponunt. Aliqui contra, Gallicum Syriaco tali præferunt. De Gallico mox dicemus. Calenus Indicam Nardum accipit quoties abſolute Stachyn, id eſt ſpicam Nardi nominat, quaſi ſpicam cæteræ non habeant, ſed herbã dumtaxat, quẽ admodũ & Plinio uidetur. In Gedroſia quoq; Nardum eſt. Sed ſub Indico cõtineri credimus.

EX M. VERG. COMM.

*ALtera Indicum ſpectat. Credimus, ſtatim in ipſis foribus, periſſe huic capiti alteram regionem, Indicam ſcilicet. Siquidem incipiens hoc caput Dioſcorides, duplicem eſſe Nardum ait, uocariq; Indicam alteram, alteram uero Syriacam: ſubiecitq; ſtatim, non ideo Syriacam dici, quia in Syria naſcatur, ſed quod montis in quo naſcitur, altera pars Indiam, altera Syriam ſpectat: exigebatq; rei, & dictionis ſequax neceſsitas, ut quẽ admodum dixerat, non ideo Syriacam. &c. ſic etiam de Indica aliquid diceretur: nec aliud dici poſſe uidebatur, ob ea quæ ſtatim ſequuntur, q̃ quod de Syriaca dictum fuerat, non ideo ſcilicet Indicam dici, quia in India naſcatur, ſed quod. &c. Quam ob cauſsam nos Indicam etiam reddidimus, & ſi in nullo græcorum inuẽtum id à nobis fuerit.*

*Deſyderari eodem loco etiam hic poteſt mõtis nomen, & ſitus in quo Nardus naſci dicitur, ſiue in India, ſiue alibi is eſſet: & ſi ob ea quæ Plinius libro. 12. rettulit, & hic paulo poſt de Gange dixit Indiæ Nardi natales aſſignandi ſint. Leuiora tamen hæc ſunt.*

D *Illud in medio capite grauius, in quo non diuerſa tantum, ſed contraria penitus omnia leguntur. In pluribus ſiquidem, ſed minus probatis legitur. Auferendum in uſu Nardi, ſi quid luti radicibus eis hæſerit, cum cribro eximendus puluis. In paucioribus autem, ſed probatioris fidei, ut nos reddidimus, Auferendæ ſcilicet in uſu eius primum radices. &c. Videturq; prior lectio illa, Nardi radicibus ad medicinam uti, exquo in eum uſum purgari eas iubet: idque Paulus AEgineta libro ſexto etiam confirmat, fuiſſeq; hanc Serapionis ætate huius loci lectionem.*

*Proſunt & ſtomachi eroſionibus, quas Græci Cardiogmos dicunt. Sciendum illud eſt, quam Græci ex multo tempore καρδιαν, id eſt, cor dicunt, antiquiſſimis in ea gente Peloponeſiacíq; belli tempore, quo Hippocrates, medicinam ſuam commentatus eſt, non cor, ſed uentriculum & oſtium ſtomachi ſignificaſſe, eaq; uoce intellexiſſe antiquiſſimos Græcos, ſtomachum & eius oſtium tantum, non cor penitus aliud ab eo. Teſtis ſignificationis eius eſt Hippocrates grauis autor, & qui pro oracula in hijs merito habẽdus ſit, pluribus locis ea pro ſtomacho uſus eſt. Hæc multis etiam alijs in commentario ſuo Vergil.*

ADDITIO.

CYperum imitante, id eſt, anguloſum Iuncum.

Hircum ſpirante, id eſt, bircinum, uel Hircorum uirus.

Frutice pumilo. Breui, uel decurtato. Adulterant flatum Stibio. δολιζουσι δὲ αὐτὸν εμφυσαντες στιμμι. Eſt autem Stimmi, ut inquit Plinius lib. 33. cap. 6. lapis ſpumæ candidæ, nitentiſq;, non tamen tranſlucentis. Stimmi appellant alij Stibiũ, alij Alabaſtrum, alij Larbaſon. Duo enim genera, mas, & fœmina. &c.

Abundancias fœminarum, id eſt, uuluæ fluxiones & proflumina.

Nouo fictili. cui tectorium non ſit obductum. ἐν ἀγγείῳ καινῷ ἀκονίτῳ, uaſe nouo picato.

## De NARDO Celtico. CAP. VII

CElticum Nardum naſcitur in Liguriæ alpibus, Saliunca patrio nomine appellatum. Prouenitq; in Iſtria. Exigue fruticat, & cũ radice uellitur. Alligatur manualibus faſciculis, manipulatimque componitur. Folia habet oblonga, colore in flauum languido. Florem luteum. Foliorum, ac cauliculorum dumtaxat uſus eſt, & odoris ſuauitas. Vnde pridie faſciculos aqua abluere expedit, & exempta terra, pauito ſolo atque

so atque humenti subiecta, charta reponere, postridie repurgare. siquidē utile ab aceroso, alienoq; propter humoris uim, non excutitur. Adulteratur imposita herba simili, quæ Hirculus uocatur, ab odoris grauitate. Sed facilis cognitio. Namq; herba candidior est, sine cauliculo, minoribus folijs, radice neque amara, neque odorata, uti uerum Nardum est. Itaque radices atque cauliculi, abiectis folijs triti, uino excipiuntur, digeruntur que in pastillos, & ita fictili nouo diligenter operto, asseruari debent. Laudatur maxime recens, iucundi odoris, radice numerosa cohærens, plenum, nec fragile. Ad eadem quæ Syriacum pollet. sed uehementius urinam cit, & stomacho utilius est. Inflammationibus iocineris, & felle suffusis auxiliatur. Contra stomachi inflationes, cum Absinthij decocto bibitur. Item aduersus lienem, renum & uesicæ uitia, & uenenatos ictus ex uino. Additur in malagmata, potiones, & calfaciētia unguenta. A

## BARBARI COROLL.

NArdum Gallicū, siue ut Græci appellant, Celticū, laudatur in orbe nostro post Syriacum. quippe quod Syriaco sit leuius, neq; multū ab Indico differēs, ut Plinius existimat. Preciū sicliis. Hoc & Aliucā uocari, Dioscorides Alpinis populis tradit. Credo Saliuncā legendū, a uicinitate pro Saliuncæ. Quam nostri foliosam quidē, sed breuem, & quæ necti non possit, describunt. Radici numerosæ cohæret herba uerius q̄ flos. Densa, ueluti manu pressa. Breuiterque cespes fui generis. Pannonia gignit hanc, & Norica, & Alpium aprica. Vrbium Eporedia tanctæ suauitatis, ut metallum esse cœperit. Vestibus interponi eam gratissimū. Seruius hanc uulgo appellari, Orci tunicam putauit. De Hirculo herba, cuius Dioscorides hoc loco meminit, superius mox absolui.

## EX M. VERG. COMM.

CElticam Romani Gallicam, Id est, na scit in alpibus Lyguriæ Celtica Nardus, sed ab incolis regionis suæ uocabulo Gallica appellata est. Suspicionemq; & coniecturam hanc nostram confirmauit, quod est illic aduerbium ἐπιχωριον, manifesta in Græcis significatione, quasi dicas, regionis modo & nomine. quod tota nos reddidimus, ab incolis gētis suæ nomine appellata. Nec aliud est quod certā & pro comperto nobis de ea dici possit, & Genuates quidā Herbariā pro celtica Nardo, quæ est spicati floris colore inter cæruleum & purpureum, Lauendulam exhibuerūt, notam passim herbam. Atque sic dicta, quoniam magnum uectigal genti illi hæc herba est, quotannis in Aphricam eam ferentibus mercatoribus, ubi lauandis, fouendisq; corporibus in balneis Lybes ea utuntur, nec nisi decocto eius abluti mane domo egrediuntur. Eidem, nullam talē herbam bircini odoris nouisse se dicebant. Quo fit, ut peritioribus censendum relinquamus, an Celtica Dioscoridi Nardus ea sit, quam Genuates Celticam spicam, & Lauendulam dicunt. Nobis nō uidentur alteri alterius respondere notæ. Nam Dioscorides suam luteo flore describit, Genuates suam colore inter purpureum & cæruleum ostendūt: ob quas causas suspicantur proprij generis herbam, Gallicam hanc Nardum esse. B Lauendula quare sic dicta est.

ἀλιούγγια. Ruellius, Saliunca. Sed omnē, ut uidetur, doctissimorum nostra ætate uirorum, pro Saliunca, & Gallica Nardo disceptationē excitauit una Dioscoridis in hoc capite uox, quæ nec una, nec eadem in antiquis græcis est, sed in aliquibus Saliunca, in aliquibus Aliunca, in aliquibus etiam geminato, ll. Alliunca legitur. Ex qua tam multiplici lectione, oborta nobis suspitio est, uitium in ea uoce esse, ut plærunque fit in his quæ latina a Græcis, & a latinis græca imperitis alterius linguæ librarijs scribuntur: nec Saliuncam illic legendum esse, uerum exquo sunt in quibus duplum ll est, & in omnibus totam dictionem finit ea syllaba, Gallica, pro Saliunca legi posse.

Prodest eodem modo & lieni. In aliquibus græcis non prodesse simpliciter scribitur: ut non tantum cui parti, uerum in quo eius partis malo etiam mederetur. intelligeremus.

## ¶ De montano NARDO. CAP. VIII.

MOntanum NARDVM, quod ab aliquibus Thylacitis, & Niris appellatur, in Cilicia & Syria nascitur, caule & folijs Eryn-

C gio similibus, minoribus, minime tamẽ spinosis, asperisq;. Radicibus binis nititur, aut pluribus, nigris, odoratis, ceu Hastulæ regiæ, sed lõge graciliorib. & exilioribus. Neq; caulem, neq; fructum, neq; florem profert. Ad eadem quæ Celticum efficax.

## BARBARI COROLL.

NArdus montana, quam & Syriacam. & Ciliciam uocare possis: a Galeno Pyritis appellata est, nec priuatim a Plinio describitur, sed inter Nardi genera promiscue refertur.

## EX M. VERG. COMM.

*AQuibusdã Thylacitis, θύλακα, θύλακον q; masculino, nec minus θυλάκιον neutro genere, græci uocãt ex animalium corio factum sacculum, peramq; & utrem: ab his nominibus adiectiua forma θυλακιτις uox facta est, qua ueteres Nardum hanc dicebant. propterea, q; ex Cilicia, Syriaq;, mercatoribus in Græciam sacculis bis clausa, uenalis afferretur: eratq; id nomen quasi nota gentis, & a gente bonitatis in hac herba. Indicant id meliora græcorum Lexica, in quibus uox τυλακοφόροι, exponitur, θυλάκοις περιφέροντες τὰ ἀρώματα, quod est, ex corio sacculis circumferentes aromata.*

*Folia cum Eryngio similia habet. Dissidet hoc quod mox a fine subiungit, Non caulem, non florem, non semen fert. Quomodo caulem habet, & non caulem? Sed quod nocuisse huic capiti credimus, rerum uocumq; similitudo & uicinitas est. Habent siquidem græci κλώνας κλάδους, & καυλοὺς, quibus diuersas in plantis germinationes ostendant, ut aliquando certius nos etiam docebimus. Factuq; facile fuit, ut in priore illa parte qua nunc legitur καυλοὺς, id est caules, non id, sed κλάδους, aut κλώνας quondam legeretur, & a parum perito, diligentiq; homine, altera pro altera uox accepta fuerit: ideo nos ramulos illic reddidimus. nam in posteriore illo, caules necessario reddẽdi erant. In pluribus siquidem naturæ ordo hic est, ut ad florem & semen, caulem prius proferri oporteat. Quæ duo in montana Nardo hic negaturus, tertium etiam negare cogebatur. Qui autem ab nobis ramuli in herbis dicuntur, hi sunt qui infructuoso genere, quale Absinthiũ, Ruta, Thymus, pluraq; alia sunt conserti ab uno ptincipio, pluresq; oriuntur, & eadem altitudine fere inter se crescunt.*

D *Minora tamen, nec Eryngij modo aspera. In paucioribus græcis, non τραχέα, quod asperum, sed παχέα, quod crassum significat legitur. Nec aliud Serapionis ætate legebatur. Tota in eo res uersabatur, asperitatem ne, an crassitudinem, Dioscorides excepisse uideatur. Nos quoniam Eryngio asperitas, & aculei a Dioscoride assignantur, illud maluimus, quod eiusdem scriptoris autoritate defendi & confirmari poterat.*

## ¶ DE ASARO CAP. IX

ἄσαρον
αἷμα ἀρέως
θέσαν
βάκχαρ
σούκκινυμ
ὁσκυάμῳ κυτινῳ

ASARVM, quod & ipsum aliqui siluestre Nardum appellant, Magi Sanguinem Martis, Latini Perpẽsam, alij Bacchar, Osthanes Thesam, AEgyptij Cerea, alij Nardũ rusticũ, Galli Bacchar, AEthrusci Succinum. Odorata herba est, qua in coronamentis utuntur, Hederę folijs, minoribus multo, rotundioribusq;. Floribus Cytini Hyoscyami, purpureis, inter folia proxime radicem emicantibus, odoratis, in quibus semen acinosum. Cauliculos habet angulosos, asperos, & molles. Radices nume rosas, geniculatas, tenues, obliquas, gramini nõ dissimiles, longe tamẽ graciliores, odoratas, quibus odor inest Ciñamomo proximus. Asperum siccumq; solum amat. Eius radix, ruptis, conuulsis, in tussi uetere, & spirandi difficultate, & si urina ægre redditur, opifera est. Menses ciet. Contra serpentũ ictus, eam in uino bibere, salutare est. Folia, ut quæ astringant, illita, capitis doloribus, oculorum inflammationibus, incipientibus ægilopijs, mammis tumentibus a partu, ignibus sacris auxiliantur. Odor somnum gignit. Crateuas herbarius de eo ita scriptũ reliquit. Asarum excalfactoriam uim habet. Vrinam cit. Hydropicis, & uetusto coxendicum dolori prodest. Radices senis drachmis ex aqua mulsa potę menses

*Crateuas herbarius.*

menſes trahũt, & Veratri albi modo purgant. In unguenta additur. Vmbroſis montibus prouenit, ſed plurimum in Ponto, Phrygia, Illyrico, & Italiæ Iuſtinienſi agro. A

## BARBARI COROLL.

ASaron, præter cæteras differentias, molliora quoq; folia obtinet q̃ Hedera. Radice Galli ci Nardi, Semine, ſaporis calidi ac uinoſi. Bis anno floret, Autumno, & Vere. Optimum in Ponto, proximum in Phrygia, tertium in Illyrio. Effoditur cũ mittit folia, ſitum ocyſſime trahens, ac ſeneſcens. Error librariorum eſt in Plinio, qui alicubi iubere uidetur ſiccandũ in ſole, alicubi in umbra. Niſi quis poſteriorẽ locum ita legat. Nõ q̃ ſiccandum ſit in umbra, ſed q̃ ſi tũ celerrime in umbra ſentiat. Non ignorandũ, Baccarẽ aliud omnino eſſe q̃ Aſaron, etiãſi me dicinas, quas Dioſcorides Aſaro dicauit, Plinius apud nos Baccari magna ex parte acceptas retulit. Nec mirum, cũ ſit earum natura uiribus & effectu proxima. Cęterum Perpenſam, ſiue Perpreſam (nã utrunq; legitur. ut in Baccare latius expoſui, non Aſaron, ut Dioſcorides, ſed Baccarẽ intelligi Secundus noſter uoluit. Cõtra quoq;, deſcriptio Aſari a Dioſcoride facta, cõgruit Baccari multis partibus. Primũ, q̃ odor ei Cinnamomo uicinus redditur, ut Aſaro. Deinde, q̃ gracili, nec humido ſolo prouenit, ut Aſaron. Alioquin reprehẽdũtur a Plinio, q̃ Nardum ruſticũ, radicẽ Baccaris appellauere: quia Nardum ruſticũ proprie ſit Aſaron. Quod uero Dioſcorides Coronamentariã eſſe dicit herbam Aſaron, id Baccari potius q̃ Aſaro conuenit. Propterea, q̃ Aſaron uocari ſcribunt, quoniã in coronas atq; ſerta nõ addatur. Legebatur in Dioſcoride, Romanos Aſaron Peritreſam uocare: nos Perpenſam, aut Perpreſam ex Plinio correximus. Autor is eandẽ opinor herbam. 21. libro Perpenſam. 26. Perpreſam nominat. Codices etiãnum ſunt, in quibus non Perpreſa, ſed Sparſa legitur, ut exiſtimo corrupte. Legitur & Aſarus, non pro Aſaro, ſed pro Ariſaro mendoſe. Quid enim incolume relinquit Medicorum imperitia? De Ariſaro agemus ſuo loco. Plinius lib. 12. capite. 13. Idem libro. 21 capite. 6.

## EX M. VERG. COMM.

ASaron. *Græcis adiectiuum eſt, ſignificatq; illis idem quod* ἄσαρωτον, *id eſt, quod in ornatum non ueniat, & quo ornari nequeamus. autor Plinius, Cæterum obſtat quod ſequitur, Coronaria & odorata herba, Aſaron eſt.* Reſpondeo. *Non id aduerſatur, Poſſunt enim plantæ, earumq; partes, ob præcipuam eius uſus cauſſam, coronariæ eſſe, ut mox dicemus, & nihilominus quia aliquid aliud impediat, in coronas non addi.* B

*Sunt qui ruſticam Nardum appellent.* Haud dubium, quin ob odoris ſimilitudinem. Cæteræ appellationes nobis incognitæ, ideo excutiendas poſt nos alijs relinquimus.

*Cogor uel nolens appellare Ruellium: quoniam & ipſe, & alij interpretes, intelligunt in Aſaro caulicu los aſperos & molles, contrario (niſi mutata ſit latinarum uocum antiqua eſtimatio inter ſe) & ob id ſimul impoſſibili habitu. Qui enim poteſt ſimul aliquid aſperum & molle eſſe? & cur poſt ſeminis hiſtoriam, q̃d in his quæ cauleſcunt, in caulibus, plærunq; abſoluit Aſari caules, importuna, & parum congrua ſermonis ſerie in Dioſcoride deſcripſerint? cũ nec molles, ſed raros græci omnes illic habeãt, nec caules eo loco, ſed cuſpides, acuminaq; aliqua, quæ in eo ſemine ſe proferunt, hic ſcriptor deſcripſerit.* Video lapſum. *Crediderunt illi, nihil aliud græcis, & huic præſertim ſcriptori,* καυλοὺς, καὶ καυλία *ſignificare, quam in oleribus, plantiſq; alijs, ad florem, & ſemen in altum ſurgentes. ueluti uirgas, cum tamẽ Homerus* καυλιόδοντας *ſuos dixerit, et omnia eius gentis Lexica indicent,* καυλὸν, *et eadem ratione* καυλιον, *præter cõmunem illam in plantis ſignificationem, in extremo haſtili ferramento acuminatam ſummam partem, in quam caua deinde cuſpis ferrea inſeritur, ſignificare: qua uocis non illa eſtimatione reddendus, iudicio noſtro, fuerat hic locus.* Hic enim poſt totã ſeminis figuram, *quam nucleis acinorum ſimilem, dicebat habere idem ſemen, oſtendit uelut in echinato caſtaneæ calice, acuminata quædam, nõ tamen ut in illo conferta & denſa, ſed rara, nec mollia, uerũ aſpera, neque anguloſa itidem, ſed angulorum figura modo et ſpecie.* γωνιωτίδια *enim ea appellat, non* γωνιώδη. *q̃d ab illis fuerat diligentius obſeruandum.* Nõ enim parui refert in pictura, ſeu modo uel ſpecie. In illo ſiquidem manifeſti anguli erunt, in hoc quod angulis ſimile ſit. Videtur tamen Plinius hoc aliter indicaſſe, cum ait, *Aſaro ſemen acinoſum & uenoſum eſſe, nec extare in eo acuminatũ quid, ſed per longitudinẽ uenas extendi.*

## ADDITIO.

SVbtiles, obliquæ. &c. *Quæ ab hoc loco ſunt, uſque ad id, Aſarum excalfactoriã habet naturam. &c. in Vergilio deſyderãtur, putatq; idẽ, ab ſciolo quopiam fuiſſe inſerta, qui ut Plinij ætate etiam aliqui inueniebantur, Baccarem ruſticum Nardum credidit, & appellauit eadem appellatione, deceptus, quod Aſaron ruſticum, Nardus etiam dicebatur, Aſarum et Baccarem ſimul miſcuerit, diuerſis alioqui foliorum, radicum, & in quibus utraq; naſcitur locorum notis a Dioſcoride deſcriptis.*

Hosted by Google

phu vulgariter valeriana

## ¶ De PHV. CAP. X

C

φοῦ ἄγρια νάρδος ἐλαφοβόσκῳ ἢ ἱπποσελινῳ σχνος ἢ μέλᾶς ἐλλέβορος

PHV, quod & aliqui siluestre Nardum appellãt, nascitur in Ponto, folio Olusatri, aut Elaphobosci, caule cubitali, aut altiore, leui, cauo, molli, in purpuram uergente, geniculis intercepto. Floribus Narcisso proximis, maioribus, teneris, & in albicante purpureis. Radice superius ad digiti minoris crassitudinem, ex obliquo uillosa, in nigri Veratri, aut Iunci odorati modum, capillamentis inuicem contextis, flauescẽtibus, odoratis, cum quadam odoris grauitate Nardum ęmulantibus. Ex calfacit. Vrinam mouet, si sicca potui detur. Decoctum eadem præstare potest. Ad lateris etiã dolorem efficax. Menses ciet. Antidotis inseritur. Adulteratur radice Rusci ammista: sed maleficium deprehenditur, qm̃ hæc dura est, & frangenti contumax, sine ulla odoris gratia.

### BARBARI COROLL.

PHV, Creticum Nardum nonnulli uocant. Radice uillosa, imitanteq; auium pedes. In Plinij codicibus corrupte Aliphu, pro Phu legitur.

Lib. 12. cap. 12. & lib. 20. ca. 21.

### EX M. VERG. COMM.

QVAM pro Dioscoridis Phu, ætatis nostræ Herbarij ostẽdunt. s. Valerianam herbam, longe minor ea est quæ ab hoc scriptore describitur. Nec omnes omnino utriusq; inuicem sibi respondent notæ, quæ tamen præcipue a Dioscoride numerantur, conuolutæ glomeris modo, & ut Plinius ait, uillosæ radices, earumq; Nardi odor, & albicans in caule purpura, in nostra pariter sentiuntur. Credimusq; nos, ut in animalibus etiam fit, quæ non eadem mole corporis, ingenijq; sui natura ubiq; nascuntur, in alieno orbe cœli, aut terræ beneficio, Phu hanc proceriorem nasci. Quoniam & in nostro orbe cubitalis aliqñ uisa fuerit.

## ¶ De MALABATHRO. CAP. XI

D

μαλάβαθρον

φοῦ ἄσαρον νῆρις

MAlabathrum arbitrãtur aliqui esse Indici Nardi foliũ, falsi quadam odoris cognatione. Permulta enim Nardum olent. quemadmodum Phu, Asarum, Niris: secus autem res se habet. Namq; Malabathrũ foliũ sui generis est, quod Indicæ gignunt paludes, Lentis palustris modo innatans aquis, sine radice. Id collectum, statim lino transsuitur, & siccatum reconditur. Tradunt, siccatis æstiuo feruore aquis, humum aridis fruticibus uri: quod ubi non euenerit, ne amplius quidẽ renasci. Laudatur recens, cum nigredine quadam candicãs, integrum, nec fragile, odore caput feriens, quod diu insuaui odore permaneat, & Nardum sapore imitetur, nullo salis gustu. Infirmum uero & minutim contusum, pręsertim si cariosum uirus olet, uitiosum est. Easdem Nardo sortitur uires, sed efficacius omnia pręstat. Vrinam uehementius ciet, ac stomacho magis ꝓdest, Malabathri uis. Lippitudinibus, inflam̃ationibusq;, tritum, & in uino feruefactum, cõmode illinitur. Subditum linguæ, oris halitum & suauitatem cõmendat. Vestium quoq; odorem interpositum seruat, & ab erosione tuetur.

### BARBARI COROLL.

Lib. 12. cap. 26. & de medicamẽtis eius Lib. 23. capite. 4.

MAlabathrum Plinius arborem Syrię affirmat esse, folio cõuoluto, arido colore. Fertilius in AEgypto. Laudatius in Indiæ paludibus, sine radice fluitans. Improbant candidũ. Celerrime situm in netustate sentit. Odor in uino sufferuefacti antecedit alios. In precio quidem prodigio simile est, a singulis denarijs ad tercentum peruenire libras, ut idem inquit autor, oleum autẽ ipsum in libras. 60. Sunt codices in quibus non oleum, sed folium scribatur. Si hęc uera sunt,

Hosted by Google

nera sunt. Malabathri gemina conditio. Alterum paluſtre, ut Dioſcoridi uidetur. Alterum ex arbore. Nunc medici nec primum, nec ſecundum, ſed tertium Malabathri genus nouere, appellatum a Mauritanis ſuis Tenbul, cuius ſurculi cum folio, quale Arbuti ſiue Lauri eſt, polli cares plærumq; ad nos ferantur, & fructus quoq; laurinis bacchis ſimillimus. Omnia tria genera folij appellatione ſignificari conſueuerunt, ſed priora duo maxime. Foliatū inde unguentum, quo fœminas locupletes oblini Romæ ſolitas, Galenus auctor eſt. Graeci Phyllon, hoc eſt, folium uocāt. Herbæ genus in ſaxoſis montibus repertum. Noſtri uulgo Folium ſylueſtre nominant, ut ſuo loco diſſeremus. Notadnum, uariare Dioſcoridem a Plinio, q; alter Malabathrum probari ſcribat, quodam ſalis guſtu, alter nullo. A φύλλον

EX M. VERG. COMM.

MAlabathron. Primum illud nouiſſe omnes uolumus, hoc ipſum ab antiquis græcis folium ſimpliciter fuiſſe dictum. Sic Plutarchus in libello cui titulus eſt. Quod bruta ratione utuntur, appellat, odoramentis aliįs coniungens, ſimulq; numerans Cinnamomum, Nardum, Arabicum Calamum, & folium Malabathrum. ſ. hoc. Quæ uox ex antiquo & probatioris mihi fidei græco codice, inſtaurata a nobis illic eſt, ubi legitur. Et niſi id fiat, nō naſci folium. quæ in cunctis aliįs deerat. Ab hac appellatione Malabathrinum unguētum foliatum Marciali, & plæriſq; aliįs, & græcis & latinis ſcriptoribus dictum eſt, & ob odoris ſimilitudinem idem Nardino eſſe creditum aliquando.

Et Niris, quæ montana Nardus. &c. Non νῆρις, quæ montana Nardus ab eo dicta eſt, uerum ἶρις in aliquibus legitur. Sed nos maluimus, quod ex eodem ſcriptore ſeruari poterat. Et ſi forte utroq; loco ἶρις legi quondam potuerit, non adeo tamen ſimilis odor eſt, ut mutanda temere ea uox fuerit.

Probatur recens & nigredine albicās. Habēt plures Græcorum codices deſcriptas his uerbis Malabathri notas. ἰσὶ δὲ καλὸν τὸ πρόσφατον καὶ ὑπόλευκον. probatur ſcilicet recens, & quod albidum, non omnino album. id enim τὸν ὑπόλευκον ſignificat. Sequitur deinde. ἐν τῶ μελανίζειν τε ἄθραυσον καὶ ὁλόκληρον, quæ latinis uocibus reddi quidem poſſunt, ſed parum ſequaci & congruente ſenſu. Si enim dicas. in nigreſcendo infragile, nec in partes diſcerptum, quis erit ſenſus? & quæ rei natura? Siquidem nulla in colore cauſſa eſt, cur magis, minuſq; frangatur aliquid, & in ſuis partibus integrum ſeruetur. Accedit & illud, quod copula illa τε, uerbo ſubiecta, alterius in ſermone membri ueluti principium facit, quicq; in lectione Græcorum conſueuerunt, facile in aliįs obſeruare hoc potuerunt. Quod niſi Plinius, aliįq; omnes, nigricantem colorem Malabathro adſignarent, confidentius & uicium hoc loco teſtaremur, & ut conſueuimus in integrum etiam reſtitueremus. Vnus igitur tantum inuentus mihi eſt codex, in quo legitur ἐν τῶ μελανίζειν τε ἄθραυσον καὶ ὁλόκληρον, quorum uerborum ſit ſenſus. Et in molleſcendo infragile, & in ſuis partibus integrum, ut nihil de colore illic agatur, ſed de tenaci lentore: doceatq; Dioſcorides, probari Malabathrum id, quod recens & albidum ſit, quodq; cum molleſcit lentorē admiſit, tenaces uires tunc acquirat, fiatq; infragile, & in ſuis partibus integrū ſeruetur. Quod in multis humor natiuus, & accedens facit. fiunt enim eo firmiora, & ualidiora. Quemadmodum contra areſcentia franguntur. B

Prodeſt oculorum inflammationibus. Sunt exemplaria græca in quibus legitur, καὶ πρὸς τὰ ὀφθαλμιάσ καὶ πρὸς τὰς φλέγμονας ἁρμόζει. & ad oculorum præterea lippitudines & inflāmationes accomodatum eſt: ut duo intelligātur mala. Sunt itidem in quibus, καὶ πρὸς τὰς ὀφθαλμιὰς καὶ φλεγμονὰς, ideſt, ad oculorum inflammationes, ut unum tantum mali genus intelligatur. Nos poſteriorē hanc lectionem, monente Plinio, magis probauimus. qui de unguēto Malabathrino legit epiphoris, ideſt, inflammationibus uino expreſſum, utiliſſime imponitur. V

V oculoz epiphoz ſunt delationes Auctionuz: potiꝰ q; inflamationes xasia. quas phlemonas vocamꝰ.

## DE CASIA CAP. XII.

CAſia, cuius complura ſunt genera, iuxta odoriferam Arabiam gignitur, craſſi corticis ſarmento, foliįs Piperis. Eligenda eſt fulueſcens, pulchri coloris, Coraliį æmula, perq; anguſta, longa, craſſa, & fiſtuloſa, guſtu mordens, & cum aliquanto feruore aſtringens, aromatica, uinoſo odore: cuiuſmodi eſt quæ ab incolis Achy appellatur, ab Alexandriæ negociatoribus, Daphnitis. Huic præfertur craſſa, purpurea, & nigricans, Zigir cognomine: quæ Roſam odore imitatur, præcipui in me- ἄχυ Δαφνῖτις ζιγὶς



Hosted by Google

dicina uſus. Secundum locum tenet antedicta. Tertia, cui Muſeletico blaſto cognomẽ eſt. Reliquæ uiles, & quæ Aphemũ dicitur, nigra, inſuauis, cortice tenui, ac rimoſo: & quã Darcã & Citton uocãt barbaro nomine.

Κλάσου μουσελλίτιου ἄδρυα καὶ νιττώ

## BARBARI COROLL.

Theoph. li. 9. capite. 4. 5.

CAſſiam Theophraſius fruticem magnitudine Salicis Amerinæ prodidit, ſed multis furculoſiſq; brachiatam ramis. Craſſiore q̃ Cinnamomum ſarmento, præterea neruoſiſſimã, & ſolo cortice commendabilem, qui ei cutis tenuitate obducitur. Neq; aliter detrahitur, q̃ ſi præſutas corio bubulo uirgulas bicubitas, enati uermes eroſerint, cortice tuto, intactoq;, propter amaritudinẽ, odoriſq; acrimoniã futuro. Hæc iuxta Cinnamomi cãpos in Ethiopia, Troglodytis permixta connubio, ſed in mõtibus naſcitur. Diſſentit a Dioſcoride Plinius, Theophraſtũ (ut arbitror) ſecutus, q̃ Dioſcorides craſſum eius corticẽ eſſe ſcribat. Illi cute uerius, q̃ cortice ueſtiri tradant, quem conteri, atq; in Cinãmomo leuari exinaniriq; precium ſit. Amplitudo fruticis cubitorum trium, ut idem Plinius exiſtimat. Color triplex. Cum primum emicat, cãdidus pedali mẽſura. Deinde rubeſcit, addito ſeſquipede. Vltra nigricans: quæ pars inquit maxime laudatur, ac deinde proxima. Damnatur uero candida. Eligendam recentem maxime, & quæ ſit odoris molliſſimi, breui tunicarum fiſtula, & non fragili. quæq; plurima, minimũ ponderis faciat. Cæteræ notæ congruunt. Lactam uocant talem, barbaro uocabulo. Alia eſt Balſamodes, ab odore dicta, ſed amara, ideoq; utilior medicis. Hanc eſſe, quam Dioſcorides Zegir, et Galenus Gizer, Aetius Ozem uocarũt. Haud multum abſum quin credam. Nominat & Mottoden Galenus ſpeciem Caſſiæ uiribus proximam, appellatæ Gizer. Nigra unguentis expetebatur. Precia nullis tam diuerſa. Optimæ in libras. xl. cæteris. xv. His addidere Mangones, quam Daphnoidem uocant, Iſocinnamon cognominatam, preciumq; eius faciũt. ccc. Adulteratur Syrace, & propter ſimilitudinẽ cortice Lauri furculis tenuiſſimis. Forteq; Daphnoides eadẽ ſit Caſſia, quam Daphnitin a mercatoribus uocari ſcribit Dioſcorides. Fabulæ ſunt, Caſſiam, Cinamomumq; nidis auium decuti plumbatis ſagittis. aut circa paludes quaſdã colligi, propugnante diro ſerpentium genere, ut Theophraſtus ait, ueſpertilionumq;, ut alij. Sciendum, q̃ ubi nos in Dioſcoride conuertimus, quandam haberi Caſſiam redolentem hyrcinũ uirus, Mauritani odorẽ Porri tranſtulerunt, praſizuſam, nõ tragiſuſam legẽtes. Vtra lectio ſit uerior, experti iudicent. Nõ conuehitur modo Caſſia, præter q̃ rariſſima inter Xylocinnamomi faſciculos quandoq; inuenta. nigriciæ argumẽto. Caſiam latini correpta priore ſyllaba pronunciãt, etiam ſi apud Græcos fere omnes geminata cõſonante ſcribitur. Vergilius. Nec Caſia liquidi corrumpitur uſus oliui.

Plin. lib. 12. capite. 20. Item lib. 12. capite. 19.

## EX M. VEGR. COMM.

DAB incolis quæ talis eſt Lada. In cunctis fere legitur. Ab incolis quę talis eſt Achy. Et in aliquibus non ἄχυ, uerum ἄδυ legitur. quæ uox quoniam in aliquas literas eius, quam Plinius Ladam uocari dicit, incurrit, Lada a nobis reſtituta eſt, nulla tamen certa ratione. tam enim nobis ἄχυ nunc barbara uox, quam Plinio tunc erat, & nobis modo Lada eſt.

Tertia eſt, quæ rubus Moſyliticus appellatur. Cum in cunctis fere legeretur κλασὸν. cõmuni omni germinum appellatione ex melioribus græcis ἔρπον, ideſt, rubum reddidimus. Neq; (ut credimus) ab re. in fruticoſo enim genere Caſia cenſetur, in quo & rubi numerantur, ueriſi mileq; eſt, contractiore hac rubi uoce, magis q̃ ampliore illa & cõmuniore germinis Caſiã ſignari ſolitam, præſertim a regione: non aliter q̃ Lyguſticum, Piper agreſte, multaq; alia in plãtarum genere appellamus.

Moſylicus. A promontorio & empõrio Ethiopiæ Moſylo, unde afferebatur, dictus eſt.

Vt quæ Aphyſemon uocatur nigra. &c. ἀφύσημον in multis legitur, ἀφυσήμων in melioribus inuenitur: potuitq; ob eam appellari cauſſam, quod tenui & diſrupto eius cortice tibiarũ & fiſtularum more inflari non poterat. id enim φυσᾶν Græci dicunt, & φυσήτηρια ἀυλοῦ, ideſt, tibias uocant, & hic φυσητῆρα, follium, fiſtulam, de Cinerula, & bulla in metallicis agens, appellat.

In odorifera Arabia. Ea eſt, quæ inter Perſi cũ, & Arabicũ mare a geographis deſcribitur.

Habet craſſi corticis Caſia omnis ſarmentum. In græcis eſt, ῥάβδον παχύφλοιον, quod ſignificat uirgam, qualem. ſ. in uitibus, multiſq; aliis uidemus. Eam craſſi corticis dicit Dioſcorides. pro craſſitudine. ſ. totius materiæ. in qua craſſiſſimus ſit cortex, exigua interior medulla. In aliquibus hoc loco legitur, ὥσπερ ἰνοῦ, uoces duæ, nihil, niſi emendentur ſignificantes: credimuſq;, ex Theophraſto reſtitui poſſe ὥσπερ ἄγνου. ueluti uiticis.

Et Piperis folio eſt. Legitur in aliquibus ὥσπερ ἴρεως, in aliquibus, ὃν πιπέρεως. Potioremillã

lectionem sequutus est Mauritanus Serapiõ. Nobis in tam multa in plantarum foliis naturæ uarietate, difficilis coniectura & ratio fuit: et licet utraq; lectione dici plura potuissent, tutius tñ uisum est, ex cognatiõe locorũ, uicinitateq; Piperi folio simile potius facere: credimusq; omnẽ hanc uarietatem ab imperitia librariorum & incognitæ rei dubitatione irrepsisse. A

Daphnitim. Si Plinio credimus, a Lauro facta appellatione. quoniam scilicet ob similitudinem Lauri cortice adulteratur, & a Mangonibus Daphnoides dicitur. In quo certe dissidet a Dioscoride. Verũ id alij excutiãt. Aut certe sic dicta Daphnoides, a portu Arabiæ, cuius meminit Strabo. lib. 16. qui thus, myrrham, & alia odoramenta fert.

Odore Porraceo. Mutauimus & hoc, quod in quibusdam habetur τραγίζουσαν. Nã in melioribus, porraciore odore habetur. Et Mauritanus Serapion quoq; sic legit.

## ¶ De Pseudocasia CAP. XIII.

pseudokasía

SImilior huic est Pseudocasia, cẽq; ut explicari possit: quæ gustu coargu|itur, cum nec acris, nec odorata sit, hærẽtemq; medullæ corticem habeat. Inuenitur etiam lata quædam fistula, mollis. leuis, plena, ab alia distans. Damnatur candicans, scabra, hircinũ uirus redolens, & quæ tenui fistula & scabra cute sit. Vim obtinet calfaciendi, urinam ciendi, siccandi, & leniter astringendi. Conuenit ad medicamenta oculorum, et malagmata, quæ præstandæ claritatis gratia concinnantur. Lentigines tollit, cum melle illita. Menses trahit. Cõtra uiperarum ictus pota auxiliatur. Aduersus intestinas, inflammationes omnes, et renũ uitia, pota proficit. Fœminis in solia desidentibus, aut suffimẽtis, prodest ad dilatationem uuluæ. Ea duplo pondere medicamentis mixta, Cinnamomi uicem supplet. Nã eosdem effectus præbet. Ad plurima perq; utilis.

## HBARBARI COROLL.

HAbetur & Gassia odoratæ genus herbæ. ut in Thymelæa, siue potius Chamelea demonstrabimus. Aliud etiannũ genus est, quã ætas nostra Cassiam appellat, & cognomento fistulæ. Ab aromatica, ligneaue discriminat, ueteribus ignotã, pinde ut fere nobis mõ lignea, alioq; in nostro quõdã orbe seri cœpta, extremiq; imperij Rom. margine, qua Renus alluit. Viuere in aluearijs apum solita. Etiã si color aberat ille torridus sole, atq; ob id simul idẽ odor. Cęterũ scire oportet, si qñ Cassiã syringa, hoc ẽ, fistulã, in antiqs autorib. legere cõtigerit, nõ ꝓ ea capiendã esse, quæ nũc Caña fistula dicatur, colore rubro nigrãs, laminis intus carnosis, quas parietinę discludunt, seminibus siliquæ Ceratiæ, ad deijciendã bilẽ ustã mire ualẽs, sed ꝓ lignea, siue aromatica, cuius una quoq; species ab ipso Dioscoride platea Syrinx, idest, lata fistula nuncupari cernitur. Cassius certe Felix, si mõ liber eius est, qui circũfertur, appellatiõe Fistulę, simpliciter Cassiã odoratã, siue aromaticã intelligit. Inuenio tñ apud grẽcos autorẽ, q Paulũ, et Oribasiũ ita loquentes induxerit. Cassia Syrinx aduersus flauã bilẽ ꝓdest: & itẽ eos, q ꝓter naturã pallescunt: itẽ anginas, & laterũ dolores, & peripneumonicos. Hæc Paulus. At Oribasius. Refrigerari ea inquit iecinoris calores intemperatos. Hãc recẽtiores grẽci calidã, & humetã abscessu primo phibent. Idẽ fere Mauritani. De Cassia qua bilis per aluũ detrahitur, & ꝓpterea Cathartice dici potest. Nam aromatica, siue lignea excalfacit, atq; siccat abscessu fere tertio. Porro Cassia Cathartice partim in India, partim in AEgypto nascitur, folio Iuglãdis. Alexandrię sibi uisam Põticus Facinus retulit, dũ ista, pderẽ. Siliquas habet p̃lõgas, ac teretes, utrinq; fastigatas, duo fere pedes, pceras, carne intus nigra, gustu p̃dulci, sed plane medicato, ligneis distinguẽtibus mẽbranis, & ossibus siliquarũ intercursantib. ut p̃dixi. Eligũt ponderosã, collucentẽ, plenã, & quã si cõcusseris, inclusa intus ligna nõ sẽtias. Negociatores in hortis Alexandrię nascentẽ p̃ferũt. Iam & Asię cõmunis facta dicitur. Seritur & apud nos, uerũ frustra. qa nec ad frugẽ puenit, & celeriter opprimitur. Quid sit Myrrha Cassia Hippocrati, cuius semẽ laudat uolumie, fęminarũ morbis dicato. σμύρνυσ inquit κασσίασ τὸν καρπόν, haud scio reddere. Nisi quis ꝓ Smyrni herba cepit, cuius cibo menstrua fœminarum iuuari constat. Strabo Cassiam odoratam e stagnis colligi, non solum ex arboribus in Arabia felice, quosdam in India, maiorem eius partem existimasse prodit. B

notandus

Vide dicta an
quoq; que vi de
ille non cernere c
si est fistula

καθαρτικὴ

EX M. VERG. COMM.

C QVam hodie nostræ ætatis medici ligneã appellant unguentarij, uitęque delicijs magis q̃ medicinę q̃ndã quęsitus frutex, ideoq; ab omnibus Poetis passim celebratus, diuersus omnino ab ea arbore, quę eadẽ, nũc Casię appellatiõe, siliquas potius q̃ fistulas fert Cylindraceas, longitudine fere cubitales, lignosas, colore nigro, & quasi ex sole igniue torridas, intra quas lignosi itidẽ ꝑ interualla orbiculi sunt, & inter orbiculos semina concreta, ceu pulte nigra inuoluta: cuius tanta in mollienda aluo usus est, tã multus, tamq; q̃tidianus, ut sine ea uix possit nostrorũ temporũ medicina stare. Quo magis ueterũ negligentiã, aut fortunã demirari licet, qui aut eã ignorauerint, aut uti noluerint. Neq; em̃ hactenus de ea q̃cq̃, aut in hoc, aut in cæteris inuẽtum a nobis est, quod merito miremur, & uix credibile uideatur.

Ei quoq; parũ recte fistulę nomẽ, et ex eo diuersitatis nota adiecta ẽ. Siliquę em̃ magis, q̃ fistulę nomẽ illi cõgruit, ꝓpterea, q̃ undiq; clausa, aliarũ siliquarũ in leguminib. modo semina sua intra se claudit, medica hęc Casia, et ad maturitatem perducit.

Cauendum igitur, ne in antiqua medicina, uidelicet, quæ supra Galeni ætatem tractata est, fistulã Casiam inueniẽtes, medicam hanc nostræ ætatis credamus, eandemq; credentes, graui periculo ea utamur. Ligneam enim illi semper intelligunt, quę medicę & posteriori huic nomẽ & appellationem suam ex similitudine largiri potuit.

## ¶ DE CINNAMOMO CAP. XIIII.

κιννάμωμον μούσυλον μουσυλίτις

CInnamomi genera plura patriũ sibi nomẽ uendicãtia. Præfertur tñ Mosyllũ, qd' Casiæ, cui Mosolyti nomẽ est, aliquã referat effigiem. Sed in eo genere, recens, nigrum, ex uinoso in cinereũ uergens, leue, tenuibus ramulis, ac frequentibus nodis cinctũ, perq̃ iucunde olens. Optimi fere tempamẽtũ odoris proprietate cõstat. Inuenitur em̃ in optimo, quodq; seorsum nascitur, odor Cardomomo ꝓximus. Insup, acre et mordens, & cũ calfactiõe quadã tenus salsũ, qd' non cito cõfricanti hirsutũ, aut friãti lanuginosum, leuibus tñ internodijs appareat. Si certior fieri uoles, uellito ab radice surculũ. Facilis est hmõi ꝓbatio. Namq; fragmenta, adiecticia quædã sunt. Quæ aũt potẽtius spirãt, suo halitu cũ nares cõsulũtur, olfactũ explẽtia, deterioris dignotionẽ impediũt. Est etiãnũ Mõtanũ, crassũ, pumile, fuluescẽs admodũ. Tertiũ a Mosylo, perq̃ suauiter olet, nigrũ, fruticosũ, paucis intercedẽtibus geniculis. Quartũ, fungosũ, cãdicãs, aspectu tuberosũ, uile, ac friabile, magnã habẽs radicẽ, Casiã plane rep̃sentãtẽ. Quintũ genus, gustu amarũ, et cortice fuluę Cassię simile, tangenti firmũ, minus neruosũ, densa radice firmatũ. Iis quæ Thuris, Casiæ, aut Amomi odorem spirant, minus suauitatis inest. Deligito scabrũ, rugosum, leue, lignosum. Radicem autem ut inutilem reijcito.

D

BARBARI COROLL.

Plin. libro. 12. capite. 19. Theophrast. lib. 9. cap. 45.

CIñamomum in partes quinque concidunt. Præcipua bonitas tenuissimis ad longitudinẽ palmi, pauloue amplioribus. Secunda proximi breuiore mensura. Vilissimæ, quæ radicem antecedunt, quoniam ibi minimum corticis, in quo summa gratiæ. Qua de caussa præferuntur cacumina, ubi plurimus cortex. Ipse frutex duorum cubitorũ altitudine amplissimus, palmiq; minimus. Quatuor digitorum crassitudinis. Statim a terra sex digitis surculosus, arido similis. Cum uiret, non odoratus. Folio Origani, siccitate gaudens. Sterilior imbre, ceu contraria cęteris natura. Gignitur quidem in planis, sed densissimis in uepribus, rubisque. Difficilis collectu. Verior sententia est, nasci in Aethiopia, Troglodytis cõnubio permixta: Non ut Herodotus, quo situ Liber pater educatus esset, ex inuijs rupibus, auiũq; nidis peti, & priuatim Phœnicis. Neque, ut alij, in Arabia. Igitur mercantes illi a cõterminis uehunt per maria uastaratibus sine gubernaculo, sine remis ac uelis, sed hyberno per brumã, euris tũ maxime flantibus. Primus his portus Gebẽnitarum Ocila, siue Acila ut Strabo, Ptolomeus Ocelis. Produntur

tur uix quinto anno reuerti mercatores, & interire multos. Contra reuehunt uitrea: & ænea, A
ueſtes, fibulas, cum armillis, ac monilibus.

EXM. VERG. COMM.

MOſylicum. Ita legit & Plinius lib. 6. capite. 29.

Quod colore nigro, & cum uino diluitur Cinereo. Duplex in græcis eius partis lectio eſt, πεφρίζον. f. ἐν τῷ οἴνῳ. quod ſi uerbum uerbo reddatur, in uino cinereſcens ſignificat. Sunt itidē in quibus una adiecta ſyllaba tm̄, alius indicetur ſenſus. πεφρίζον ἐν τῷ οἰνώδει. i. in uinoſo colore cinereſcens, quaſi mixtum deſcribens colorē, & ex eo uarium Ciñamnmū, in quo Cinereus, & ex uino rubens color eſſet, pariterq; ac nigrū probaretur. Quam lectionē ſecutus eſt Mauritanus Serapion, priorem uero illam antiqua Dioſcoridis tralatio. Cur aūt in alteram partem magis inclinauerit animus, ea ratio eſt tota ex ſermonis ſerie. Numerat hic probationis Moſylici plures notas, laudatq; recens & colore nigrum, cūq; de colore eatinus egiſſet, nulla interiecta copula, aut diuiſiōis nota alia, ſubiūcit ſtatim πεφρίζον ἐν τῷ οἴνῳ. &c. ideſt, ut nos reddidimus, & cū uino diluitur cinereo, ut non ad uarium in eo colorem pertineat, ſed ad mutatum, cum uino maduerit, qualia multa uidētur quotidie oleo, aceto, humoribusq; aliis cōſperſa, ex alio in alium mutari colorem. Nam ſi uoluiſſet uarium, & ex uini cineriſq; colore mixtum Ciñamomū pariter ac nigrum laudare, copula, diuiſioniſq; alia nota aliqua alterum ab altero ſecerni oportebat. Cętera in commentario latiſſime.

Rutæ, Cardamomoue ſimilis odor. Fuiſſe aliqñ huius locí eam lectionem in latinis teſtatur Serapion, in græcis uero probatiſſimę mihi fidei antiquiſſimus codex, in quo manifeſte nulla mutationis alicuius ſuſpitione adhuc ſeruatur & legitur, ἃ ὀσμὴ πηγανίζουσα ἢ καρδαμώμῳ ἐμφερής. quaſi latine dicas, ruteſcens, aut Cardamomo ęqualis odoris. Suſpecta mihi prętera eodē loco Cardamomi uox eſt. Siquidē inoleuit toto hoc opere multis locis idem, frequēſq; uicium, in quo ſępius uel uocum uicinitate decepti, parum diligētes græcorum librarij, uel ob uirium ſimilitudinem aliquam, ęqualia rati ueteres eiuſdem gētis medici, Cardamon, quod ſignificat Naſturcium, pro Cardamomo: inuicemq; pro Cardamo, ideſt, Naſturcio, Cardamomū ſcripſerint. Auxit ſuſpicionem, q̄ in antiqua tralatione Naſturcij, nō Cardamomi: prętera q̄ Cardamomum odorem tentet, Cinnamomum autem ſuauis odoris laudatur.

¶ DE PSEVDOCINNAMO. CAP. XV. ψευδακιννα-
μώμου
ESt etiānum genus aliud, cui Pſeudociñamo cognomen eſt. Inualidi odoris, ſolutarūq; uirium. Vocatur etiā Zingiber, cū tñ ſit Xilociñamomū, præbens quandā Ciñamomi faciem. Eſt aūt lignoſū Ciñamomum, ſarmenta longa robuſtaq; ferens, odore longe Ciñamomo inferiore. Sunt qui Xylocinnamomū, a Cinamomo differre dicant, q̄ a natura eius abhorreat. Ciñamomum omne excalfacit, emollit, et cōcoquit. Vrinā ciet. Tam menſes q̄ partus potū, aut ex Myrrha impoſitū pellit. Contra beſtias quæ uirus eiaculantur, uenenaq; cōuenit. Caliginē, pupillis oculorū obuerſantē, diſcutit. Craſſiciem extenuat. Lentigines, & uitia cutis in facie ex melle illitū detergit. Contra tuſſes, defluxiones, aquā ſubtercutē fuſā, renū uitia, & urinæ difficultatē efficax eſt. Vnguentis precioſis inſeri ſolet: & in ſumma, magni ad omnia uſus. Tritum uino excipitur, umbraq; ſiccatū, quo diutius eduret, reconditur. Eſt & quoddam Cinamomum, quod aliqui Pſeudocinamomon appellant, perq; denſo atque craſſo ſarmento, longe tamen inualidius Cinnamomo et odore et guſtu. B

BARBARI COROLL.

IPſum lignum in faſtidio eſt, propter Origani acrimoniā. Xylociñamomum uocatur. Preciū in libras. 20. Quidam Cinnami (nam & Ciñamū dicitur) duo genera tradidere, candidius, nigricanſq;. Et q̄ndam præferebatur candidū. Nunc contra, nigrum cōmēdatius, autore Plinio, atq; etiam uariū prętferunt candido. Certiſſimo argumento, ſi ſit ſcabrum, atq; ut inuicem tritū cōtumaciter frietur et inhorreſcat. Improbatur molle imprimis, aut cui albicat cortex. Ius eius

C a Gebañitarũ Rege solo ꝓficiscitur. Is edicto mercatu uẽdit. Precia q̃ndã fuere in libras denariorum mille. Auctum id parte dimidia est, incẽsis (ut ferunt) syluis ira barbarorum: aut etiam forte fortuna. quoniam austri tam ardẽtes ibi afflare solent, ut æstatibus syluas accendãt. Coronæ ueteribus fiebant ex Cinnamomo interrasili auro inclusę. Radicem eius magni ponderis aureę pateræ impositam uidisse, Plinius meminit, ex qua guttæ editę, annis omnibus in grana durabantur. Pseudocinnamomum, Galenus Cinnamomidem quoq; appellari scribit.

## ¶ DE AMOMO. CAP. XVI.

ἄμωμον AMomũ exigue fruticat, ex ligno se cõuoluẽs in uuæ modũ, flore ceu cãdidę Violæ, paruo. Folijs Vitis albę similib. Laudatur q̃ꝫ q̃ꝫ maxime Armeniacum, fuluo auri colore, ligno subruffo, ualde odorato. Medicũ, qm̃ in cãpestrib. et aquosis enascitur, infirmius esse cõstat. Est aũt magnũ, subuiride, tactu molli, frutice uenoso, odore Origani. Põticũ uero subruffũ, paruũ, fragile, racemosũ, fructu turgẽs, et odore nares feriẽs. Deligito recẽs, cãdidũ, uel subrubrũ. qd' nec astrictũ cohęreat, nec cõuoluatur, sed solutũ diffũdatur, seminis plenũ, uuis paruis simile, graue, odoratũ, mõ cariẽ nõ cõtraxerit, acre, gustu mordẽs, simplici colore, nõ euariãte. Vim habet calfaciẽdi, astringẽdi, exiccãdi. Somnũ allicit, et μελικηρίδας illitũ frõti, doloris sensũ aufert. Inflam̃atiões & meliceridas cõcoq̃t, discutitq̃ꝫ. Iuuat q̃s scorpius ꝑcussit, ex Ocymo illitũ. Et podagricis confert. Inflam̃ationes oculorũ uiscerũq̃ꝫ lenit ex uua passa. Ad uuluarũ uitia in pessis, aut insessionib, utile ẽ. Decoctũ iocineri, renibus, podagrę potu cõuenit. Antidotis im̃iscetur, & p̃ciosissimis unguẽtis. Adulteratur herba Amomo simili, quæ Amomis uocatur, sed sine odore, sine fructu. Nascitur in Armenia, flore Origani. Quare in huiuscemodi ꝓbationibus, fragmẽta fugiẽda sũt. Eligenda aũt quæ ab una radice integros surculos emittũt.

D

ἄμωμος

BARB. Plin. libro .12. capite .13. Theopsirast. Lib. 9. cap. 7.

AMomum quidã ex India, alij ex Media importari narrãt. E uite Indica, quę sit labrusca. existimatur nasci, frutice uenoso, palmi altitudine. Carpitur cũ radice. Manipulatim leniter componitur. Protinus fragile laudatur. Punici mali folijs simile, nec rugosis, colore ruffo. Secunda bonitas pallido. Herbaceum peius. Pessimumq̃ꝫ candidum: quod & uetustate uenit. Precium uuæ in libras sicli. 70. friato uero Amomo. 48. Nascitur & in Armeniæ parte, quę uocatur Ocene. Adulteratur mali granati folijs, & gumi liq̃do, ut cohærescat uuę modo, conuoluatq̃ꝫ sese. Est & quę uocatur Amomis minus uenosa, atq̃ꝫ durior, ac minus odorata, quo apparet aut aliud esse, aut colligi im̃aturũ. Nec mirãdũ, siquãdo Plinius a Dioscoride nostro dissonat. qm̃ sicut p̃cia rerũ, ita & notę, & experimẽta quoq̃ꝫ uariãtur. Neq̃ꝫ ulla medicinę pars incertior, q̃ꝫ quę ab alio orbe q̃ꝫ nostro petitur, id qd' & ratio ꝑsuadet. Amomum q̃le nũc officinę p̃ferunt fabulosa specie, nec odoris argumẽto, nec alia rõne cõgruit cũ eo qd' hic describitur.

VERG. ORigani odore sentitur. In pluribus Origani, in melioribus aũt Rutæ legitur, Rutæq̃ꝫ antiquam lectionẽ fuisse ex iunioribus indicat Serapion: licet & de Origano in eo aliquid legatur. Nos in parum diuerso odoris duarũ plantarum sensu, cõmunem in græcis lectionẽ, & antiquam Dioscoridis interpretationem secuti, Origani odore sentiri diximus.

## ¶ DE COSTO. CAP. XVII.

κόστον PRęcellit Arabicus, cãdidus, leuis, eximia odoris suauitate. Secũdũ locũ sibi uẽdicat Indicus, leuis, plenus, ut ferula niger. Tertius est Syriacus. grauis, colore buxeus, et odoe feriẽs. Optimus ẽ recens, albus, abũde plenus, dẽsus, a teredinib. nõ erosus, sine graueolẽtia, gustu calidus ac mordẽs. Vis ei excalfactoria. Vrinã ciet. Menses pellit. Vitijs quę uuluã male hñt, tã impositu, q̃ꝫ fotu auxiliatur. Cõtra uiparũ morsus

sextãtẽ bibere, ꝓdest. Itẽ aduersus pectoris dolores, cõuulsa, inflatiõesq́, ex uino & Absynthio. Venerẽ ex mulso stimulat. Latas uẽtris tineas ex aqua pellit. Rigẽtibus, ex oleo, ante febriũ significatiões, & neruorũ resolutiõib. oblinitur. Vitia cutis ĩ facie, cũ aqua, uel melle illitus emẽdat. Additur in antidota & malagmata. Sũt q amĩstis Helenĩ Comageni prędu-ris radicibus, adulterẽt. Qđ deprehẽsu facile est. Siquidẽ neq́ gustu feruet Heleniũ, neq́ ualidum odorem uibrat, ut caput tentare possit. A

COstus, & Costũ dicitur, & per diminutionẽ a Strabone, Costariũ. Huius radix in precio. Fructus inutilis. Plinius Indicum dumtaxat uidetur nouisse Costũ. Primo statim introitu amnis Indi, in Patale insula compertum. Duo eius genera faciens, nigrum, & quod melius eo iudicat, candidum. Preciũ. 16. in libras singulas. BARB. Plinij. lib. 12. cap. 12.

EX aqua et melle. Quę in gręcis est, cõiunctio ὑ, nos mutauimus in χω, uertimusq́, ex aqua & melle, nõ ut alĩ, uel ꝓpterea, q́ Mel molliẽdi & exterẽdi uim per se etiam habet: sic in uetustissimis etiã legitur, & ratio etiã nõ repugnat. Asperã, & discolorẽ ceu a sole cutẽ. Id enim sic, græca habent, ἐφηλίδας, ἥλιον em̃ illi solem, coniunctaque prepositione, ἐφ' ἡλίᾳ, quasi in aduerbio sub sole sit, & ephilidas, multo sole adustas. namq́ origo & causa a sole fuit. VERG.

## De ODORATO IVNCO. CAP. XVIII.

ODoratus Iuncus, in Africa & Arabia nascitur. Laudatissimus ex Nabathea. Proximus Arabicus, quem aliqui Babyloniũ cognominãt, Alĩ Teuchitin. Pessimus ex Africa. Eligendus est ruffus, recens, floribus refertus, tenuis, rubentibus fragmentis, qui manibus confricando Rosæ odorem emittit. Igneq́ mordacitatis ad linguã. Floris, & arundinum, radicisq́ est usus. Vim urinę ciundæ habet. Menses pellit. Discutit inflationes. Caput aggrauat. Modice astringit, cõminuit, excoquit, ac uenarum spiracula laxat. Vrinã mouet. Flos eius in potu utilis sanguinẽ rejicientibus, doloribus stomachi, pulmonis, iocineris, & renum. Miscetur antidotis. Radix astringentior est: ideo fastidijs stomachi, hydropicis, cõ uulsis, cum pari pondere Piperis, per dies aliquot datur. Decoctum uuluæ inflammationibus, ad desidentium fotus, utile est. B

IVncũ odoratũ Schœnon græci uocãt, & Hippocrates Schœnõ myrepsicõ, & Schœnõ Hedyosmõ: & florẽ eius Schœnu anthos. Cornelius Celsus Iuncũ rotũdũ, ut ab angulari differat, Cypero a gręcis appellato. Rotũdũ & in Cãpania inueniri tradũt, utiq́ minus pollentẽ. In Arabia sane cũ Calamo odorato nascit, cõualle quã dicemus, nihil aspectu differens a cęteris. Prouenit & in Syria, Cœle cognomiata. Iuncũ rotundũ uinosæ mordacitatis ad gustũ sentiri perhibẽt. Preciũ in libras, denarĩ q́nq́. Noscendũ uero Babyloniũ. & Teuchitin a Dioscoride pro eodẽ genere intelligi: nõ sic a cęteris, q́ppe qui Teuchitin, eundẽq́ nobilissimũ, qui e Nabathea sit, appellẽt. Proximũ Babyloniũ. Pessimũ ex Aphrica, ac sine odore. Dicit et Lẽtiscus arbor siue frutex, a gręcis Schinos, nõ Schœnos, ut quidam e pitioribus falso interpretati sunt. Vulgaris porro Iũcus quo ad utiliũ nexus utimur, itẽ rotũdus, & odoratus, nõ Schinos, sed Schœnos, unde, funes appellati. Recẽtiores Iũcum odoratũ cũ funario palustriq́ cõfundunt. Græci quanquã & palustrẽ & odoratũ Schœnõ uocãt. Quoties tamẽ de odorato intelligi uolunt, Schœnũ. i. Iuncũ, absolute nominãt. Alterũ uero genus Helis, hoc est, Palustris, adiectio ne discriminãt. Dicitur & Schœnos mensura quædã sicut astarus, & parasanga barbarorũ. Schœnon. Gręci cõmuni aliorum Iuncorum uoce χοῖνον, diphthongo, ut a Lentisco arbore differat, quam χῖνον ĩdem appellant. Priuatim tamen in hoc tantũ genere, seruata hæc uox ab illis est. Nam cæteros Iuncos additis communi omniũ nomini notis aliquibus, Oxyschœnon, & Oloschœnon dixerunt. Præterea cum cæteros masculino genere plerumque dixerint, hanc fœminino dixerunt. Nos, quia non licebat discrimine hoc uti, docentibus Plinio & Celso, in Iuncorũ genere eum constituimus. Deinde, quoniam non satis id erat, sed oportebat. BARB. Plin. libro. 12. capite. 18. Theoph. li. 4. capi. 13. de natura Iuncorũ, & li. 9. cap. 7. VERG.

Cab aliis ratione aliqua secerni, eodem Celso authore rotundum diximus. Neque explentibus his etiam rem totam, odoratum adiecimus. Locus in eo authore est libro. 3. cap. 21. suntque eius hæc uerba. Iunci quadrati & rotundi semine. Illud Cyperum, hoc schœnon græci dicunt. Paulocp post. Quæ quoties posuero, non quæ hic nascũtur, sed quæ inter aromata afferuntur significabo. Ex quibus ratiocinari facile est, qa Schœnos a græcis uocetur Iuncus, qa rereti forma sit rotundũ, quia inter odorata numeretur, odoratũ dici oportere.

Capitis grauedines tamen facit. Variãt hic antiquiores græci libri. Nam in aliquibus καρηκαρικὸν, in aliquibus καρωτικὸν legitur, necp sensu in scriptore hoc, necp eodẽ in homine periculo. Siquidẽ prior illa uox, caput aggrauãs, simpliciter significat, quod multa possunt, & inter cætera ebrietas: altera nõ dissimilẽ lethargo somnum indicat. Inexpugnabilis enim somni plura genera sunt: inter ea & κάρος est, a lethargo tãtum differens, quod in lethargo sequitur, in Caro somnus præcedit. Hunc Plinius semper soporem reddidit. Quæ autem uerior sit, & ex re magis lectio, nõ satis pro cõperto nobis est.

Frangit prẽterea, maturat & aperit. μαλακτικὸν, quod mollire est, in pluribus legitur. Credimuscp adiectã forte eam uocẽ, quoniam maturet hic Iuncus. Quod etiam θρυπτικὸν passiue legitur. i. frangere. Sunt in quibus legatur θρεπτικὸν. i. uutrire. Sed parum nobis id probatur, ideocp

Cum pari Piperis pondere. Videtur põderis huius mensura hic de- (nihil mutauimus.
esse, nisi forte æstimandam medicis eam reliquit.

Decocto eius prẽterea insidẽtibus. Antiquiores aliqui græci habebãt ἀπόζεμα, quod decoctum, alqui ἀπόβρεγμα. quod dilutũ authore Plinio significat. Est autem dilutum, aqua. humor ue aliquis, in quo maduerit quippiã. Nos quoniam maiore ui decoctum, cp dilutũ est. illud seruauimus quod communius erat.

## De CALAMO ODORATO. CAP. XIX.

κάλαμος ἀρωματικός

CAlamus odoratus in India nascitur. Melior est fuluus dense, geniculatus, & qui assulose frangitur, plena araneorũ fistula, albicãs, lentus in mandendo, & astringens, ac cum aliquanta acrimonia amarus.

DVrinam potu ciet. quare cum Graminis, aut Apij semine coctus, in aquę subter cutem fusæ morbo, renũ uitijs, stillicidio urinæ, ruptisep cõmode bibitur. Menses & potu & appositu pellit. Tussi suffitu medetur per se, aut ex resina Terebinthina, hausto per arundinem fumo. Ad muliebres insessus decoquitur. Et clysteribus imponitur. Suffitionibus, malagmatisque, odoris gratia, commiscetur.

### BARBARI COROLL.

Plin. lib. 12. capi. 22. & de aliis generibus Calamorum. lib. 16. cap. 36.

CAlamus aromaticus, siue ut Hippocrates Myrepsicos, id est, unguentarius & odoratus, in Arabia nascens, cõmunis Indiæ, atcp Syriæ est. In qua uincit omnis a nostro mari stadijs, ut Theophr. inquit. ch. Inter Libanũ montẽ, aliũcp ignobilem, nõ ut Strabo, & alij quidã existima uere Antilibanũ, lacu Gennesaretide, ubi conuallis amplissima, et pulcherrima, quã Aulonem cognominant, sed in cõualli modica prope stagnũ, palustribus per æstatẽ siccatis. In eo tricenis stadijs Iuncus & Calamus odorati gignũtur. Sed præstantior odore Calamus, statim e longinquo inuitat. Mollior tactu, meliorcp qui minus fragilis. Araneũ eius, ut ait Plin. in fistula florẽ appellant, magno Domitij errore in quadã Papinij poetæ sylluula, non distinguentis harundinem saccarũ fundentem, ab odorata. Calamo preciũ in libras denarij. ii. Reliqua probatio, ut niger sit. Dãnantur aliubi. Nobilior, quo breuior & crassior, lentuscp in frangẽdo. Succũ eius Elaterio similem excipiũt. Legi, & in Meotide odoratũ nasci Calamũ, radice subalbida, & sine fistulis, plena intus, & amara, specie Acori. De quo & falsi quidã sunt, Acorũ eam putantes. Quanto autẽ amarior, tanto & calidior est Indico. Vtrũcp tamẽ genus Acorũ odore superat. Teredinibus ut Acorũ incessitur. Omninocp uicariũ pro Acoro est, ab Ionia, & Ponto, & Herculis columnis, prorsusque apud omnes, qui mediterranea colunt Aphricæ, ut si eadem non sunt plane, maxima tamen germanitate uisantur, ut autores plericp tradunt.

### EX M. VERG. COMM.

CALAMVS odoratus a Dioscoride appellatur. A Plutarcho in libello cui titulus est. Quod bruta ratione utuntur, Arabicus dictus est: & quam hic natale solum illi Indiam assignat,

Hosted by Google

assignat, ille Arabia. Quod & Theophr. indicat, et Plinius, qui in Arabia nasci eũ confirmat. Cõmunem tñ Indis esse, & Syriæ, nostra ętate etiã adeo notũ est, ut nõ sit lõgius de eo agendũ. A

Relinqmus prętera qd ad amaritudinẽ ptinebat. ꝓpterea, ꝙ in meliorib. ea uox nõ legitur.

Dubitauimus etiã, legendũ ne esset, simul cũ gramine, & Apĩ semine decoctũ odoratũ eala mũ mederi. &c. an disiũgi duo illa oporteret, cũ gramine scilicet, aut Apĩ semine: ꝓpterea, ꝙ utriusque lectionis certæ essent in antiquis Græcis uoces.

Dubitauimus itẽ, reddi ne oporteret, cũ gramine, aut graminis semine. Neꝙ ab re. cũ seminis uox illa utrũꝙ facile cõplecti, & ambobus cõpetere posset. Placuitꝙ nobis in similibus, & quæ easdẽ uires haberent disiunctione uti, relinquereꝙ utentibus alterutrius electionem. propterea, ꝙ in pluribus disiunctim ea legebantur, & si nõ satis alterũ utentibus esset in usu, geminanda, & cõiungenda medicis relinquere. Placuit etiã, gramẽ magis, ꝙ graminis semen redde re. propterea, ꝙ in decretis, & medicina graminis, hic ipse post docet decoctum eius, urinæ an gustñs mederi.

Assulose frãgitur. Plinio, Victruuioꝙ, & plęriſꝙ etiã alĩs antiqua & honesta uox est: qua primũ significant, quæ marmorarĩ in cædendo marmore fragmẽta dispellunt, & quæ in frangendis alĩs rebus in longitudinẽ magis, ꝙ in latitudinẽ fragmenta disiciuntur. Et quoniã Calamus hic in frangẽdo assulas huiusmodi ex se mittit, ideo a nobis sic redditus locus est. Id enĩ significant quos hic græce σκινδαλμούς appellat.

Decoquitur fœminis ad insidendũ. Nullum habetur certum muliebris mali genus, facile tamen est, ex curationis & remedĩ ratiõe muliebriũ locorũ affectionẽ aliquã intelligere. Iuniores dolores, eius partis reddiderũt. Nos quoniam nihil a Dioſc. certum precipitur de ea rę, medicis censendũ relinquimus, nõ omittentes tamen, uideri nobis ex hĩs quæ alibi in similibus obseruauimus, menses, & quod ad menses pertineat magis ea uocẽ, ꝙ dolores significari.

## De BALSAMO CAP. XX B

Balsamum, arbor albæ Violę, Lycĩ, aut Pyracãthæ magnitudine cõspicitur. Foliũ Rutę proximũ, longe cãdidius, perpetuo uirẽs, in Iudęa solũ quadã ualle et Aegypto nascẽs. Iis differẽs modis, scabricia, ꝓceritate, gracilitate. Quod igitur tenui & capillacea coma est, Theristũ uocãt, quasi demessile. Fortassis, quoniã ob gracilitatẽ facile demetatur. βάλσαμον πυρακάνθη θερισόν

### BARBARI COROLL.

Balsamo alĩ Punicæ magnitudinem reddunt. Ramis frequentibus, semine Terebinthi, colore, amplitudine, figura: quod & odoratius quidam lachryma sua prædicant, Casamum, & Carbobalsamum uocantes. Theophr. lib. 9. cap. 6. Plinius lib. 12. cap. 25.

### EX M. VEGR. COMM.

Violæ, aut Lycĩ magnitudine crescit. Cum suspecta nobis fuisset hæc uox quæ est in grę cis λευκόϊς, id est, Violæ, cuius magnitudine Balsamũ cõspici Dioscorides hic ait, nihil tamẽ mutauimus. propterea, ꝙ in cunctis grę cis, quos hactenus uidere licuit, integra et aperta uox illa inuenitur, nullaꝙ diuersę lectionis, nec obsoleta quidẽ uestigia aliubi uidẽtur: cũ tamẽ parũ ue risimile sit, Dioscoridẽ arborẽ frutici plerũꝙ cubitali in magnitudie exꝙuasse: Et quã Plinius Viti, Theophrastus uero Punicæ similẽ dixerũt, Violæ cõparasse. Nõ dico autẽ Violã florẽ, sed eius plantã, quæ ramosa, pendẽtibus ex uno pediculo pluribus aliqñ, & diuersi coloris floribus, in Italia cubitalis, pauloue altior floret. Nisi, forte cœli terręꝙ bñficio spectosior Viola alibi nascitur. & arboresc it. Sed parũ id uerisimile est, nec sine ueterũ autoritate credẽdũ. Careꝙ ratiõe etiã, ad similitudinẽ tertĩ alicuius generis, duo alia inęqualia cõiunxisse, dicereꝙ Balsami arborẽ Violæ, aut Lycĩ magnitudine uideri. Siquidẽ Lyciũ, siue Pyxacantham. i. buxeã spinã dicere eandẽ malis tricubitali altitudine hic paulo post esse dicit, quæ in nullis Violis mensura hactenus uisa, aut audita est. Ex his, quoniã nec Theophrasto, nec Plinio, nec sibĩpsi cõueniret hoc loco Dioscorides, suspicati sumus subesse uicium. Quale autẽ id sit, & quomodo instaurandũ, nõ ausim ego adferere: qm̃ nulla sit uitis, aut Punicę cũ Viola in græcis appellatiõibus similitudo, nulleꝙ cõcurrãt eędẽ literę, aut syllabę, ex quibus licuisset sequaci cõiectura uerę lectiõis uestigia odorari. Non tacebimus tamẽ, quod hoc ipso momento scribẽtibus in mentẽ uenit, potuisse ab imperitis librarĩs & herbarĩs locũ misceri. Quodꝙ unũ, ac simplex erat λευκίον, s. geminari, & qm̃ notior Viola ꝙ Lyciũ sit, cũ Lycio Leucoion etiã scribi, quę tota Lycĩ similitudinis ad Balsamũ in magnitudine relatio legitima est, & aliorũ hystorię respõdet.

Hosted by Google

C Quod Pixacautha, id eſt, buxea ſpina dicitur. Non dixiſſem ego hoc loco, πυξάκανθαν, id eſt, buxeam ſpinam, non πυράκανθαν, quæ nulla in plantis eſt, legendū in Dioſcoride eſſe, niſi interpretes alīq uoces magis q̄ res ſecuti, numerum illic plantarum auxiſſent Violæ, aut Lycij, aut Pyracanthæ. &c. tria quæ, duo alioqui erāt cōnumerātes. Lycium ſiquidē & Pyracātha idem ſunt, ſi huic ipſi cum de Lycio agit credēdū eſt. Quæ enim inter Lycium & Pyracantham diſiūctiua legitur particula, appellationes Lycij alterat, non diſiungit, & numerat plantas.

## De OPOBALSAMO. CAP. XXI.

ὀποβάλσαμον

AEſtiuis ſub ortu canis ardoribus, arbos unguibus ferreis incidi=tur, manatq̄ e plaga ſuccus, quem Opobalſamum uocāt: ſed tā exiguo ſtillatu, ut annis ſingulis, ne plures quidem q̄ ſeni, ſepteniue con gij cogantur. Inibiq̄ pōdus duplo repēditur argēto. Succi probatio eſt, ut ſit recens, ualidi odoris, ſyncerus, non ad acorem uergens, pellucidus, leuis, aſtringēs, ac modice mordēs guſtu. Sed uarie uitiatur, miſto ab aliquibus Terebinthi, Cypri, Lentiſci, Balani unguento. Itē Suſino, Metopio, Melle, aut cypria Cæra. Quod maleficiū facile deprehenditur. Nāq̄ merus in laneam ueſtē fuſus, neq̄ maculam facit, neq̄ ſi eluatur notā relinqt. Vitiatus autē inhæret, & ut lac inſtillatus coagulat, qđ adulteratus nō efficit. Quinetiā ſyncerus in aqua, aut lacte celerrime liquatur, lacteſcit q̄: uitiatus uero olei modo innatat, ſe cōuoluēs, aut in ſtellę modū diffundēs. Syncerus, ſeneſcēs craſſeſcit, deteriorq̄ redditur. Allucinātur q aqua concretū peſſum ire, ad ima ſidere arbitrātur, poſtea diſſipatū ſupnatare.

D CABARBARI COROLL.

AEditur ſub canem, parte qua maxime uideatur eſſe pregnās, & caudice, & cacumine. Sudor e plaga manat æſtate tota. Sarmēta quoq̄ eius & ſurculi odore preſtāte, amputātur, & ueneūt magno. alioquin grandeſceret arbuſcula, niſi ſuccideretur. Balſamum Syluestre, Theophraſtus reperiri nuſq̄, teſtis eſt. Omnibus odoribus Balſamū præfertur: quōdam in duobus tantum hortis, utroq̄ regio, altero iugerū. xx. altero pauciorū. Hiericunta nominātur, quanquā & Palmetis conſitū, tāto quæſtu, ut Iudęis opes ex Opobalſami uectigalibus creuiſſe, Trogus pdat. Is humili Piceæ, quidā Cyaſo Terebinthoq̄, ut Strabo, quidā Myrto ſimilē dixere. Sed Viti ſimiliorē eſſe, Plinio cōſtat. Maleolis ſeri cepta. Impletq̄ colles, uinearū modo, quæ pedatæ nō ſunt. Tondetur, niteſcitq̄ raſtris. Intra tertiū annū a ſatu fructifera. Folium Tuberis (id genus mali eſt) a Plinio reddi putant. Sed mendoſum in eo locū eſſe arbitror. Nec tuberis ſcribēdum, ſed Rutæ. nam & exēplaria ſunt, in quibus ita legitur, foliū proximū rubet, cotrupte, ut plæraq̄ alia, pro Rutæ. Alioqn Theophraſtus, & Dioſcorides Rutæ folio, ſed exalbido Balſamū deſcribūt. Pauſanias nūc Myrto, nunc Sampſuco. a quo nō per b. ſed per p, Palſamū pronūciatur. Id ipſe in Arabia gigni ſcribit, arbore uiperis obſeſſa, quarum morſu nemo extingua tur: quoniā ſucco eo paſtæ, noxiū uirus habere deſinunt. Ab Hieroſolymis capris ſerere fiſcus Balſamū cœpit. Proceritas intra bina cubita ſubſiſtit. Arbori tria genera. Capillaceū, Theriſtō uocāt. Alterū ſcabrū, incuruū, fruticoſum, odoratius, Oſtracō. Tertiū Eumeces: quia ptocerius leui cortice. Huic ſecūda bonitas. Nouiſſima Theriſto. Semē eius eſt uino proximū guſtu, colore ruſſo, nec ſine pingui, peius in grano, qđ leuius, atq̄ uiridius. Ramus craſſior Myrto. Incidebatur ante ferreis unguibus, ſed qm ferro uitalia lęderētur, trāſijt uſus ad uitrū, & lapides, oſſeoſue cultellos. Incidētis manus artifici libramēto tēperatur, ne qd ultra corticē deſquamet laceſſatue. Succus lanis parua colligitur in cornua, ex ijs nouo fictili conditur, craſſiori ſimilis oleo, & in muſto cādidus. Rubeſcit deinde, ſimulq̄ dureſcit trāſlucidus. Sub Alexan. & Theophr. tēporibus toto die æſtiuo unā conchā impleri iuſtū erat: omni uero fœcūditate maiore horto ſemicōgios biſſenos, e minore binos. At Plinij æuo etiā ſingularū arborū largior erat uena. Ter omnibus pcutitur æſtatibus. Poſtea deputatur. Amputatio ipſa & ſurculus. 800. uenit. Intra qntū demū annum, corticis ad medicamēta preciū eſt etiam ante q̄ ligni. Ex hoc buxoſum eſt optimū, qđ eſt odoratiſſimū. Ex ſemie aūt maximū, & pōderoſiſſimū, mordēs guſtu, feruēs que in ore. Lachryma debet eſſe pinguis & tenuis modice ruſſa, & in fricādo odorata cū auſtero. Secūdus

ro. Secũdus cãdidę color, Peior uiridis, craſſuſcę. Peſſimus niger, qppe ut oleũ ſeneſcit. Ex oĩ inciſura maxime, pbatur, qd ante ſemel fluxit. Vitiatur ſemie ſuo, ut uix poſſit deprehẽdi fraus. Itẽ & oleo Roſę, Myrti, Reſina, Galbano; negſſime gũmi: quoniã ipſum quoqę inareſcit manu inuerſa, & in aqua fidet ut Balſamũ. Quod Cera & Reſina pmutatũ eſt, in carbone nigriori flã ma deregitur. Nam mentitum melle, contrahit muſcas. Metopio adulteratum, in aqua circulo candido cingitur. Nec aliubi Sepłaſiæ maior improbitas. quippe ſextarius, quĩ mille denarijs uendente fiſco emebatur, mox. 300. tantum denarijs conſtabat. A

EX M. VERG. COMM.

SEcta ferreis unguibus. &c. Credimus nos ungues ferreos a ueteribus Græcis Ferramenta dicta fuiſſe, quæ humani unguis figura cõuexa acie eſſent: qualia quotidie in fabrica uidentur adhuc multa, quæ dimidiato orbe lunata ab eius partis ſimilitudine, nomen inueniſſe potuerunt. Sed quid, quod Plinius ferri adhibitionem omnino damnauit, in Balſamo colligendo?

Rependitur, quo loco naſcitur, duplo ad pondus eius argento. Ideo ſcilicet, quod nullũ in eo adulterium committitur, id quod in alijs gũmis, oleis, & unguẽtis fit. Author Theophr. lib. 9. qui inter cætera teſtatur, uendi purum & ſine admixtione aliqua, duplo ad pondus eius argento. Quod monuiſſe legẽtes placuit, ne cui frigidum id & ſine ratione dictum uideretur. Idqę etiam Plinius ſignificaſſe uidetur.

Qui citiſſime penetret. In Græcis habetur ὑυδιαιτου, quam uocem nouiſſimus interpres, pellucidam interpretatus eſt, ex Plinio ut uidetur eam auguratus, qui Balſami lachrymam, inter cætera dixit tranſlucidam eſſe. Antiquus Dioſcoridis interpres, ſerenam, nulla, ut nobis uidetur, in Balſami notis ſignificatione. Serapion, uelocis reſolutionis, quaſi ὑυδιάλιτου tunc legere tur. Nobis in eadem Græcorum lectione, nihil mutare placuit, ſed bona fide, nec abſurdo ſenſu reddere ut legitur, qui citiſſime penetret. quando græcis uerbũ notiſſimum eſt διαιτεῖν, quo διατρέχειν καὶ διαννύειν, ab altero extremo pmediũ aliqd ad alterũ tranſire, & abſolui, moueriue aliquid ſignificẽt, quod tenuitate ſua poteſt Balſami liquor, qui a Plinio etiã tenuis laudatur.

Lactis modo albeſcit. γαλακτοῦται uertimus, lactis modo albeſcit. ne ſi lacteſcit ſimpliciter diximus, incertum legentibus eſſet, quæ nam ex tam multis lactis qualitatibus, ſapore. ſ. candore, ſubſtantia, liquore, & hoc aut fluido, aut coagulato intelligenda eſſet. candorẽqę elegimus: quoniam lac omne, ſemper, et in cunctis animantibus candido colore ſit, deceatqę & turius ſit, ex eo magis, quod inſeparabile, præcipuũ, neceſſariũ, & ſine quo nullũ id erit, cẽ ex cunctis alijs oſtendi & indicari aliquid. Sic enim lacti candor competit, & ineſt, ut terræ pondor & ceſſatio. Nec eſt qd credat aliquis, poſſe eo uerbo ſignificari fluidũ lactis liquorẽ, debuiſſeqę a nobis reddi, lactis mõ liqueſcit: qm id etiã indicarat Dioſcorides, celerrime diſiungi, diſijciqę. B

## De XYLOBALSAMO. CAP. XXII

ξυλοβάλσαμον

ELigni genere, quod Xylobalſamum uocãt, probatur recẽs, tenue, fuluũ, odoratum, quadam tenus Opobalſamum ſpirãs. Neceſſarius etiam ſeminis erumpit uſus. Quare eligatur flauum, plenũ, grande, põderoſum, mordens guſtu, feruens in ore, modice Opobalſamum olens. Adulteratur ſemine Hyperico ſimili, quod a Petra oppido defertur. Sed coarguitur magnitudine, inanitate, uiriũ ignauia, ſapore Piperis. Efficaciſſima uis ineſt ſucco, & cẽ maxime calfaciens. Abſtergit, quæ tenebras oculorum pupillis offundunt. Medetur perfrictionibus uuluæ, cum roſaceo cærato appoſitus. Mẽſes quoqę, ſecundas, & partus extrahit. Rigores illitu diſcutit. Vlcera ſordida expurgat, & cruda concoquit. Vrinam potu ciet. Aegre ſpirantibus prodeſt. Datur in lacte contra aconitum hauſtum, aut ſerpentium ictus. Miſcetur acopis, malagmatis, & antidotis. In ſumma, præcipua authoritas ſucco, ſecunda ſemini, minima ligno. Semen commode potui datur doloribus lateris, pulmonum uitijs, tuſſi, iſchiadicis, comitialibus, uertiginoſis, orthopnoicis, urinæ difficultati, torminibus, ac ſerpentum morſibus. Ad muliebres ſuf-

Hosted by Google

C fitus perquam utile est. Vuluam aperit in desessionibus balnearum decoctum, & humorem euocat. Lignum easdem habet uires, aliquanto minores. Ex aqua potum cruditatibus, torminosis, uulsis, uenenatorũ ictibus opitulatur. Vrinam cit. Ad capitis uulnera cum sicca Iri conuenit. Squamas ossium extrahit. Et ad unguentorum spissamenta additur.

BARBARI COROLL.

XYlobalsamo preciũ in libras sex. Romæ in triũpho Impatoris Vespasiani arbusculã ostẽdere. Plæriq; in Aegypto nasci perhibent, regione quæ nunc Solis oculus, siue fons dicatur, quondem Heliopolis. Incidi autumno ad liquorem, qui & oleum Balsaminum uocatur. Strabo et in Syria Cœle nasci prodidit, ualle illa fertili quæ Libanum & Antilibanum interiacet iuxta lacum Gennesaritin. In Arabia quoq; Sabæorum tractu maritimo. Admonendi sumus, Dioscoridem in huius mentionis calce dicere, Xylobalsami decoctum cum Iride sicca mederi capitis uulneribus. ἀνάγειν δὲ καὶ λεπίδας. nos squamas detrahere cõuertimus, ut uel porriginem intelligas. Est enim porrigo, ut Celsus ait, ubi inter pilos quædam quasi squamulæ surgũt eæ, quæ a cute resoluũtur, modo sine ulcere, modo exulcerato loco. Vel quemadmodum recentiores, de squamis fractorum ossium. Sed & caruncula quę inter uiuam & emortuam ossis adusti partem subit expletura quod abscessit, quasi testa tenuis & angusta, ut idem Cornelius testatur, squama, id est, lepis, a Græcis appellata est. Liberum estimaturis esto.

¶ De ASPALATHO. CAP. XXIII.

ἀσπάλαθος
ἐρυσισκέπτρον
σφάγνον
φάσγανον
διάξυλον

ASpalathus, quem alij Erysisceptron, alij Phasganon, Syri Diaxylon uocant, frutex est surculosus, multis spinis horrẽs. Nascitur in Istro, Nisyro, Syria, & Rhodiorum insula: quo ad unguentorum spissamenta pigmentarij utũtur. Optimus est grauis, detracto cortice rubẽs, aut in purpuram uergens, odoratus, gustatu amarus. Est & alterũ genus candidum, lignosum, sine odore, quod deterius habetur. Vim calfaciendi cum astrictione obtinet. Vnde decoctum cum uino ad oris ulcera colluenda conuenit. Ad nomas genitaliũ, & sordida ulcera infunditur. Subiectum in pesso partum extrahit. Aluum sistit eius decoctum. Et sanguinis reiectionem potu cohibet. Vrinæ difficultatem inflationesq; discutit.

D

mauris dar
ian dicitur aspa
atq; p habetur Ra
i tm ab aliqui
q suspicatur q
it abenuz Vul
iter dictus

BARBARI COROLL.

Theophr. lib. 9. cap. 7.
Pli. li. 12. ca. 24.

ASpalathus in AEgypto quoque nascitur. spina syluestris, magnitudine arboris modicæ, cãdida flore rosæ: cuius radix unguẽtis expetitur. Idẽ frutex humilior in Syria, & Nisyro, Rhodiorumque insulis prouenit: quam alij Sceptrum Elisei, alij Adipsatheon, alij Dipsacon, alij Diacheron, ut Plinius, uel Diaxylon, ut Dioscorides, uocant. Nascitur & pluribus locis, sed non perinde odoratus. Tradunt in quocunque frutice, sed in Aspalatho amplius, cœlesti arcu in eum innixo suauitatem odoris inenarrabilem fieri. Laudatur colore ruffo, uel igneo, et odore Castorei. Permutatur in libras quindecim. Sane per Hispanias multi & ad odores, & inter unguenta utuntur spina, quam uocant Aspalathum. Sed ea uulgaris est, ex qua fulloniæ implentur urnæ. Radicisq; usus tantum habetur: nec dum comperi, sit idem uulgaris spina, & topiaria, de qua in Acantho diximus. Radicem nigram Hippocrates cum uocat, radicem Galeno significat Aspalathi, crisæo Phocidis agro commendatissimam.

EX M. VERG. COMM.

ASpalathon. Admodũ procliuis est hic lapsus in Asphaltũ. quod monemus ꝓpter indiligẽtes librarios. Asphaltus bitumẽ est, Aspalathon inter odoratos frucices, & spinas censetur.

Sunt qui Phasganon appellant & Sphagnon. Quorum prior dictio Gladium indicat, altera autem ab iugulando. quod σφάττειν greci dicunt, potuisse fieri uidetur. Credimusq; nos sic dictum Aspalathũ ab aliquibus, quod aculeatus frutex gladij modo aculeis suis pungat et uulneret. Quod in Theocriti bucolicis pastor, a spina in pede ꝑcussus, ab alio monebatur, ne discalciatus per montem ingrederetur, qui Rhamnis & Aspalathis fronderet.

Hosted by Google

Syri, Dyaxilon. Eadem dicẽdi forma, qua nos in Plinio eius florẽ Diaporphyron dici monuimus. Neq; hoc loco Diaxylõ aliud significat, q̃ mediolignũ. ex eo, qa lignosior est frutex. A

Et contra narium ozenas. Ozenas nos adiecimus, quoniã & Plinius ita legit. Sanat oris ulcera, & ozenas. ut in pluribus græcorum adhuc legitur.

## De MVSCO CAP. XXIIII

Bryon, id est, Muscus, a quibusdam Splachnon appellatur. In Cedro arbore, Populo alba, & Quercu inuenitur. Optimũ est Cedrinum. Proximum Populneum. In quo genere cãdidum & odoratius præstat, nigricans improbatur, Astringendi uim habet. Decoctum insidentium uuluis utile. Vnguento balanino, oleisq; inspissandi gratia inseritur. Thymiamatum, acoporumq; compositionibus cõueniens. βρύον ab officinis ὐγγνεα dicitur ψαλάχνιον

### BARBARI COROLL.

Bryon, hoc est, Muscus, uerbum ex uerbo. Dicitur & Ipnon. In Cyrenaica prouincia maxime probatur. Secũdum locum obtinet Cyprium, ab eo Phœnicium. Fertur & in Aegypto nasci, quin & in Gallia: nec dubitatur. Sunt & hoc nomine panni arẽtes muscoso uillo, quales e gladiatoris sola fere, quę uocatur Aegylops, fert, non in cortice modo, uerũ e ramis dependẽtes cubitali magnitudine, sed odore præstantes. Candidissimis, atq; altissimis prima dignatio, proxima rutilis, nulla nigrantibus, & in insulis petrisq; nati damnãtur, omnesq; quibus Palmarũ, atq; non suus odor est. Ex Bryo & balanino oleo expeditissimũ, primũq; unguẽtum fuisse ueteribus tradunt. Differentia hæc: q̃ Bryon aliarũ arborum cani quidam sunt, ut dixi, Brion uero Populi candidæ uua circa Gnidum optima, aut Cariam, insitientibus, asperisq;. Secundã in Lycia Cedro pertinentem ad unguentum prædicãt, Paulus & in Picea uel Larice Bryon nasci prodidit a Galeno priore scriptum. Est & Bryon θαλάττιον, hoc est, marinũ, ut suo dicetur loco. Plin. lib. 12. capite. 28.

Muscus. preciosissimum odoris genus est, & quod Muscus uulgo nominatur ab Aetio, itẽq; Paulo, sed & a Phocione grãmatico. Recentior Moschus odoratus capreę, seu quod idem est, dorcadis peregrinæ sanies ẽ ex umbilico eius, aut uomica. Gazellã uocant animal id barbari, ut uerba Hieronymi ad Demetriadem, hoc nõnullis significent. Muscus inquit, & Oenãthe ex peregrini muris pellicula. Sed Muscus Hieronymo aliud non est q̃ Bryon, de quo hic agitur. Nam & Plinius eadem fere mentione de Bryo & Oenanthe disputat. Quis aũt sit peregrinus mus, odorata celebratus pellicula, non uideo, nisi quis animal hoc intelligat, ex quo Zibettũ, siue ut recentiores græci uocant Zapetion excipitur: quanquam & compositionis quoddã genus est Zapetion ex animalis Musco, Agalocho, & orientali succino. Hæc ipsa cõpositio etiã Net uocari solet a græcis quibusdã. Sed uox est Arabica. Inuenio & Muscilion dici quandam herbam, ab odore Musci, ut coniicio, quam & Dorcida uocant, naribus uitiosis & fœtentibus accõmodatã: ut Aetius existimat. nisi quis pro Dictãno accipiat, q̃ & Dorcidiũ appellãt. de muscio odorato B

### EX M. VEGR. COMM.

Splachnon. Ex qua ratione, nullam nobis habet manifestam rationẽ. Siquidem græci. ψαλάχνια, quæ latinis exta sunt, appellauerũt. nec ẽ q̃ animãtiũ extis: & Musco arborum cõueniat.

Cedro. Illud animaduertẽdum, quas hic Cedros dicit, Aeginetã Pinos dicere, sed uiciũ subesse credimus, quoniam statim Dioscoridi subscribens, omnibus aliis cedrinum Muscum, & ipse antefert.

Populo alba. Non uidetur & uicio carere. Cedri tantum meminit, & albę Populi, desyderatur enim Quercus. Nisi legẽtibus damnatam uoluerit esse, quam tacitus arborem præteriisset.

Habet adstringendi uim. Ne hic etiam conuenit Dioscorides cum Paulo, quoniam hic adstringere, ille discutere, & mediocriter mollire dixit. paruo, ut uidetur, discrimine: quod peritioribus censendum relinquimus.

## De AGALLOCHO CAP. XXV

Agallochum, lignum est, quod ex India atq; Arabia deportatur, Thuiæ ligno simile, maculatum, odoratum, gustu astringens, cũ quadam amaritudine. Cute uestitur aliquantulum uersicolore. Manditur, aut decocto os colluitur, cõmendandi halitus gratia. Sudores arcet to ἀγάλλοχον ξύλο aloes

c

Hosted by Google

C to corpori inſparſum. Pro Thure ad ſuffimenta ſubſtituitur. Radix epota drachmę unius pondere, humida ſtomachi uitia, et imbecillitatē, feruorēq; mulcet. Si lateris, iocineriſue dolor excruciat, ſi dyſenteriæ, aut tormina infeſtāt, ex aqua bibere ꝓdeſt.

BARB. AGalochon Aetius & medicorum uulgus Xylaloen ideſt, lignum Aloes appellāt: a nonnulla ſimilitudine coloris Aloes, ut arbitror. Nō animaduerto ubi de hoc genere loquatur Galenus. Recentiores græci tradūt ſub terra condi ſolitū Agalochon, nō alias odoratū futurum, q̄ ubi teredinibus computruit. Faſtigia eius ſuma quatuor. Indicū, Sapphicum, ex urbe Sappho. Speon, & Hygron, ideſt, humidum, quod ipſum deinde in ſpecies quatuor concidit. Arabes nonnulli ſemen huius arboris eſſe uolunt, id quod Haormiam ipſi uocāt, ſimili tudine Piperis minuti, colore ſubrubēs, quapropter & Piperellam dixere. Agalochon Aetius in thymiamate myrepſico idē eſſe, quod & Tarum putat. De Taro Plinius. Ex Caſiæ inquit, et Cinnami cōfinio Cancamum, & Tarum inuehitur per Nabathęos, Troglodytaſq; ĩſ uicinos.

VERG. QVod, ſcribente & commentante hæc Dioſcoride, barbara appellatione Agallochon dicebatur, ſecuta Græcorum ætas Xylaaloem, facto ab amaritudine nomine, quaſi Aloes lignum appellauit. Tradideruntq; id poſteriores Græci, quibus quantum credendū ſit, ex huius ſcriptoris hiſtoria & notis facile erit nouiſſe. Paulus AEgineta, nihil non idē, Dioſcoridi de eo tradit, etiam uſq; ad uerbum: in hoc uno tantū diuerſus, quod non πλευρᾶς πόνους. ut Dioſcorides, lateris doloribus, uerum πλευρίτιδι, ideſt, laterali dolori opitulari eam ait. quæ quantum differant, alibi diximus.

Thyię ligno ſimile. Quæ ſit hæc arbor, non facile nobis fuit couĩcere, Theophraſtus eam libro primo, inter ſilueſtres arbores, quæ perpetuo frondent, numerauit, nec Cupreſſo diſſimilem alibi deſcripſit. Crediderūtq; aliqui, eam eſſe, quam Homerus quinta Odiſſeæ rhapſodia, a Circe ad odorē ſumi & lucē incendi dixit. Et quā Plin. lib. 13. Trogetem, ab alĩs uocari ait. Licet non ĩſdem literis in Homero, & Theophraſto utraq; ſcribatur, liceatq; ob id, non eſſe in utroq; eundem ſuſpicari. Variantq; antiquiores græci etiam hoc loco. Suntq; in quibus non Thyiæ, ſed Sorbo ſimile Agollochō legatur: quod more noſtro, ne quid. ſ. relinquatur, dictis hactenus a nobis adĩcitur.

D

## ¶ De Narcaphtho. CAP. XXVI.

νάρκαφθον
νάρκαφθον

NArcaphthum ex India defertur, corticoſum, ſimile Sycomori libro: quod iucundi odoris gratia ſuffitur. Miſcetur thymiamatis compoſitis. Conſtrictionibus uuluæ ſuffitu prodeſt

narcaphtus. Vul go aimea. ſi di citur et thy mia ma. ſi teg nam.

BARBARI COROLL.

NAſcaphthon prætermiſſum a Plinio arbitror conſulto, q̄a incerta eſſet natura eius. ut aliorū quoq; pluriū: quæ ille orbi noſtro tātū nominib. cognita eſſe tradit, ut ſericatū, gabaliumq;. Paulus & Lacapſithō nominat, inter ea, quæ a q̄buſdā in Cyphi heliacū addūtur: et corticē Piceæ, uel alterius arboris exiſtimat. Ego Lacaphthon idē eſſe cū Naſcaphtho ratus ſum.

EX M. VERG. COMM.

IN antiquiſſimo quodam codice ſublatū erat hoc caput, nec deprehendi aliquod eius ueſtigium potuit, ſed ne Plinius quoq; meminit: quod equidem ſciam non leui ſuſpicione, niſi Paulus id confirmaret, qui habet fere omnia, quę hic dicuntur.

Quod torminibus ſubuenit. Variant ab impreſſo duobus locis hoc capite antiquiores græci. In aliquibus enim legitur, ὀδυνωμένοις ἀρήγει, ideſt, quod torminibus ſubuenit, nullo eius remedĩ antiqui alicuius ſcriptoris teſtimonio. Siquidem nec Paulus AEgineta in Narcaphtho meminit, neq; antiqua Dioſcoridis tranſlatio, ideo nos id negleximus.

Aſtrictis fœminarum locis. Sūt in quibus μήτραν ἰσχνωμένην, & in quibus ἰσχναινομένην legatur: ſignificatq; altera uox, quod anguſtum præcluſumq; ſit, altera quod aſtrictū, nec humores remittens: qualia ſunt nulla uitio curta, aut rimoſa fictilia, primumq; illud anguſtiarū & præcluſionis uitium, quod græci φίμον dicunt, in oſtio muliebrium locorum, ex præcedente exulceratiōe, aut durata illic inflāmatione fit. Alterū ad ſuppreſſos menſes, et eius partis fluores pertinet. Nos in ambiguo id maluimus, qd' ab antiquo medicinę autore Pau. AEgineta cōfirmabatur.

## ¶ De Cancamo. CAP. XXVII.

κάγκαμον
ξυλοκόμινον

arca aba baris

CAncamum Arabici ligni lachryma eſt, Myrrhæ quodammodo ſimilis, olidi guſtus, quam ad ſuffimenta uſurpant. Veſtes

Hosted by Google

eo ex Styrace & Myrrha ſuffiuntur. Vim proditur obtinere extenuandi A
obeſos, ſi ternum obolorum ponderc ex aqua, aut mulſo aceto, aliquot
dies ebibatur. Lienoſis datur, comitialibus, & ſuſpirioſis. Menſes cum
aqua mulſa pellit. Oculorum cicatrices confeſtim emendat. Vino made-
factum medetur eorundem hebetudinibus. Aduerſus gingiuas humore)
pregnanteis, doloreſq; dentium, non aliud efficacius.

BARBARI COROLL.

CAncamum ex collimitio Caſiæ, Cinnamicq; per Nabathæos, Troglodytaſq; confines ad uehitur. Qui conſedere ex Nabathæis, nomine ſolo compertum Plinio. Nec ſum neſcius Laccam a barbaris hoc genus uocari aliam, cq; quæ de Purpurarum floccis conficitur tinctoribus. Eſt & gummi quoddam arboris Lacca dictum, & tincturis utile. Nec an ea Cancamum ſit hoc de quo agitur, ſatis habeo comptum. Democritus certe, ſi modo eius liber eſt qui de tingenda Purpura circumfertur, Lacchan nominat inter colores hoc. et florem Achaicum appellat: idē autor, ſicut florē Syriacū, quod Rhiziō priuatim uocari tradit ad eundē uſū. Sit aūt flos Achaicus, aut Syriacus id quod nos modo Cremes dicimus, an diuerſum, nō cōſtat. Paulus odoratum eſſe Cancamum prodidit. Differt Cancamum a Cancano, cp Cancanus herba eſt a Galeno dicta, a Dioſcoride Cacalia. Nam Caucalis alia eſt, ut poſt dicetur. In quo fœdiſſime neoterici diffluctuant. Græci lignum quoq; aridum Cancanon appellant. Plin. libro .12. capite .20.

EX M. VERG. COMM.

LAxandi uices ultra odoris uſum Cancamo AEgineta tribuit. Nec relinquit etiam, quod hic ait, potu eius ad gracilitatem obeſos contrahi.

Cicatrices oculorum exterit. Cicatricem uocat Galenus, cum in nigra oculi parte ex profunda ulceratione craſſior oculo membrana ſuperuenit, & candido colore conſpicitur.

## DE CYPHI. CAP. XXVIII.

CYphi, thymiamatis conpoſitio eſt, dicata Dijs, qua abūde AEgyptij ſacerdotes utuntur. In antidota miſceri ſolet. Suſpirioſis datur in potu. Permultæ cōponendi rationes, quarū una hæc eſt. Sumitur B
Cyperi dimidiū ſextariū, cū pari Iuniperi adultæ modo. Vuæ paſſæ pinguis, exemptis uinaceis, minas duodecim. Reſinæ repurgatę minas quinq;. Calami, & Iunci odoratorum, & Aſpalathi, ſingulorum minam. Myrrhę duodecim. Vini ueteris ſextarios nouem, cum duabus Mellis minis. Vuā detractis uinaceis tuſam, cū uino & Myrrha ſubigito. cætera tuſa & cribrata adijcito. die uno humorem conbibere ſinito. dein mel coquito, dum ſibi glutinis aſciſcat craſſitudinem. eliquatam Reſinam accurate per miſceto cum reliquis diligenter contritis, & in fictile uas recondito. κῦφι

BARBARI COROLL.

CYphi urebantur ueſperinis omnibus AEgyptij, Matutinis Reſina, Meridianis myrrha. Ea * erat miſcella, ut Plutarchus inquit, ſexdecim literis ſacris contenta, ex melle, uino, uua paſſa, cypero, reſina, ſeſeli, aſpalatho, myrrha, bitumine, iunco, bryo, calamo, utroq; iunipero, cardamomo, lapatho. Quamquam Lacaphtho forte, non Lapatho ſcribendum ſit in Plutarcho, ut ex ijs quæ in Naſcaphtho diximus comprehendi poteſt. Confundebantur hęc non temere, aut fortuito, ſed præeuntibus de ſcripto, qui rationem & ordinem præcinerent, quo quicq; loco, tempore, menſura, conijciendū eſſet. Placuit uero numerus ſexdecim, cp is e quadrato qua * dratus exiſteret. Talis. n. linea circumcurrens per oras, æqualem cum area ſua menſum habet. De quo latius in libello dictū eſt, quem ex antiquis autoribus de Iſide & Oſiride condidimus. Sunt & aliæ thymiamatis huius, & pro arbitrio cuiuſq; rationes, ſed duæ in medicina cognomentis inſignibus, Heliacon & Seleniacum, hoc eſt, ſolarium & lunare.

EX M. VERG. COMM.

ERant Cypheos huius confectiones uariæ, quod hic a principio ſtatim teſtatur. Videturcq;

C hoc loco ea deſcribi, quæ in frequentiori medicinæ uſu, forte & notior omnibus erat. Nã quæ a Plutarcho deſcribitur, amplior eſt. Hæc decem, illa ſexdecim rebus conſtat, ad explendum quadratum numerum. Non tacendum etiam hoc loco, quod ſuſpicati ſæpe ſumus, non eſſe Dioſcoridis legitimum hoc caput, quod in antiquiſſimo omnium mihi & probatiſſimo codice non legitur, nec eius meminerit Paulus Aegineta, cum medicam omnem materiam lib. 6. p̃ curreret, quod agendum nõ erat homini, qui in curandis morbis, uſus eo ſæpenumero fuiſſet. Quodque in eam ſuſpitionem nos magis traxit, illud eſt: quod parum ueriſimile eſt, ſimplicem medicam materiam docentẽ hominem, compoſitam illi miſcuiſſe. Nec eſt quod miretur aliquis, in græcorum ſcriptorum codicibus, tam multas & tam graues labes. Quo em̃ malo ſato latina res iam pridẽ perijt, eodẽ & Græca collabefactata eſt, et qd̃ adijciẽdi cõtinue antiquorũ decretis aliqd, uiciũ nunc oẽs tenet, idẽ antiqores tenuit: dũ uolumus oẽs aut ſapientiores uideri, aut ocio conſulentes, parata & expoſita eodẽ loco omnia habere. Suſpitio tm̃, non decretum hoc ſit. Neq; enim nos rem damnamus, nec legẽtibus inutile fuerit, tã multa de Aegyptiorum Sacerdotum & medicorum Cyphi narrata a nobis, & ex antiquitate repetita fuiſſe.

## DE CROCO. CAP. XXIX.

κρόκος

CRocum ab aliqbus Caſtor, ab alijs Cynomorphos, a magis Herculis ſãguis appellatur. Optimũ in medẽdi uſu Coryceũ, recẽs, et boni coloris, paulũ cãdidi gerẽs in capreolo, oblõgũ, oĩbus ſuis partibus cõſtãs, nõ fragile, plenũ, a quo detractũ ẽ nihil, q̃d madefactas manus inficit, nec ſitũ redolet, aut cariẽ ſentit, ſubacre. Sin huius generis nõ ẽ, aut uetus, aut humore p̃fuſum creditur. Secũdus locus datur Coryceo, e tractu Lycię cõtermio. Tertius Lycio, e mõte Olympo. Dein ex Aegibus Aetolię. Cyrenaicũ e Centoria, inter ſicilica oĩa uiribus p̃ſtat. Omniũ ad obſonia uſus. Itali tm̃ ob ſucci copiã, et coloris uenuſtatẽ, ad Thuię infectus u=

D ſurparũt. q̃bus de cauſis magno uẽditur. Vtiliſſimũ in medicina qd̃ ante deſcripſimus, Adulteratur im̃iſto Crocomagmate tuſo, atq; etiã Sapę ſub litu cõtrita, q̃ põdus adijciatur, ſimul argẽti ſpuma, aut Plumbagine. Sed maleficũ declarat inſidẽs puluis, p̃ſertim ſi Sapã oleat. Theſſalus ipm̃ tm̃ odoratũ eſſe uoluit. Alij exitioſũ, trib. drachmis ex aqua potis. Proculdubio uim coquẽdi, emolliẽdi, atq; ſubſtringẽdi habet. Vrinã cit. Elegãtẽ colorẽ p̃ſtat. Qui ex Paſſo biberint, crapulã nõ ſẽtiẽt. Oculorũ fluxiões, illi tũ cũ humano lacte, cohibet. Additur in potiões, quę interaneorũ cauſsa tempantur. Ad uuluę etiã, ſediſq; cataplaſmata cõmode p̃miſcetur. Venerẽ ſtimulat. Vergentes ad ignem ſacrum inflam̃ationes mulcet. Auricularijs collectionibus utile. Quo facilius conteratur, in calido fictili ſole ſiccari oportet, celeriterq; uerſari. Vrinam mouet radix ex Paſſo pota.

## BARBARI COROLLA.

Plin. lib. 21. capite. 6.

CRocum folio anguſto, aduſq; capillamenti exilitatem, germine ac flore ſerotino, per autumnum occaſu uergiliarum: qui pauciſſimis diebus marceſcat. Cum folio florẽ expellit obiter, quin & prius uidetur. Subeſt radix multa, carnoſa, peruicax. Calcatum melius ſurgit, & quaſi pereundo lætius prouenit: ſemitas eo fonteſq; amat. Seritur radix Bulbo. Duo genera eius, montanum, & ſatiuũ. Prius hebes, poſterius odoratũ, utrunq; primis imbribus. Emicat autumno, ut dixi, poſt Aphacen. Inodori duo genera, candidum, ac ſpinoſum. Viret bruma, & colligitur, ſiccaturq; in ſole. Sed in umbra melius eſt Hyberna. Crocũ ſylueſtre optimũ. Serere in Italia nõ expedit, ad ſcrupula uſq; ſingula areis decoquentibus. Satiuũ maius, nitidiuſq;, ſed leui momẽto degenerat. Omnino infœcundũ natura ubiq;, uel Cyrenis, ubi laudatiſſima oĩa. Quidã Phlegręo Croco ſcdm̃ locũ adſciſcũt. Probatio, ſyncери, ut manu impoſita crepet,

ueluti

Hosted by Google

ueluti fragile: dilutum et humidū ſedet. Altera, pbatio, ſi manu plata ad os, leniter faciē, oculoſq; mordeat. Eſſe inquit Plinius, & per ſe genus ſatiui blādiſſimum, uulgo cum ſit medio ſui candidū Dialeucon uocatū. Cyrenaico uitium, q̄ omni Croco nigrius, & q̄ celerrime corrūpitur. Laudatur breuibus capillis in Lycia. Añō ſeptimo, uel octauo transfertur in locū ſubactū: atq; ita degenerans reuocatur. Vſus eius in coronis nuſq;, ꝓpter anguſtiā foliī, niſi quę ad mulcendā ebrietatē fieri a quibuſdam ſoleāt. Vino mire congruit, prēcipue dulci, quo & aqua facillime ſoluitur, nulloq; alio dulci. Tritū ad theatra replenda, utq; hoc noñulli apud Dioſcoridem intelligant, cum στύιαν dicit, errore librariorum στύιαν pro στίαν ſcribentiū. Sed nos imutare lectionem antiquam, auſi non ſumus. Ideoq;, mortariis tingendis, conuertimus. p̄ſertim cū de mortariis atq; Croco mentionem quodā loco habitam a Plinio ſciremus. Aſſeruatur pixidecula e cornu. Acerrima Croco uis tribuitur: ut illatū manus palmę, cōtinuo pueniat ad cor. A

Διάλευκον

## EX M. VEGR. COMM.

CRoci appellationum nulla eſt a nobis certa ratio, quę plures etiam, quam in impreſſo Dioſcoride, in antiquis aliis græcis leguntur. nihil igitur de his agemus.

Integer, friabilis. In aliquot græcis legitur, ἄθραυσος, quod eſt fragile, & tenaci lentore durū. In aliquot uero, ἐνθραυσος, quod friabile ſignificat, contrario penitus ſenſu: priorēmq; illam lectionem, ſecuti ſunt iuniores omnes. Plinius alteram his uerbis cōfirmat. Probatio ſyncerī impoſita manu, crepat ueluti fragile. noſq; in ambiguo hanc magis probauimus, non tam Plinij auctoritate, q̄ neceſſitate & uſu eius admoniti. friato em̄ Croco plærumq; in medicinis utimur.

Et ſine unguine plenus. &c. Sequitur eam mox uocem alia, quæ penitus corrupta eſt, ἀνελλιπές. ſ. cum ἀλιπὲς legi oporteat, ideſt, qui nullo unguine uueſcat, non cui nihil deſit: idq; meliores græci adhuc habent. Nec obſtat quod Plinius decreuit, optimū ubicunq;, quod pinguiſſimum. Craſſitudinem enim, non unguem ea uoce ſignificauit.

Et cum maleſcit, manus inficiens. Obſeruauimus, non eodem modo in cunctis legi βάπτων ἐν λίσσει τὰς χεῖρας. Sed in aliqbus, ut modo ſcripſimus, manifeſta ſignificatione, inficit attritu Croci manus: In aliquibus autem, λισσει, ideſt, cum humore diluitur: quod quoniā uniuerſo Croco cōmune eſt, minus ideo nobis placuit.

Reſtituimus idemtidem non multo poſt, uocem quæ in cunctis aliis, præterq; in eo qui mihi omnium codex probatiſſimus eſt, perierat, illic. ſ. ubi hic ait. Qui enim talis non fuerit. &c. Deerat enim, ἄωρος, quod nos intempeſtiue lectum diximus, manifeſta eius uocis iactura, & neceſſaria inſtauratione. Incertus ab hoc loco, nec ſequax ſermonis curſus eſt: non tñ intellectum adeo confundit, ut non facilē diſſimulari, aut ex Plinio in integrum reſtitui non poſſit. B.

Et ex Olympo Lyciæ monte affertur. λυπέρα δὲ ὁ ἐκ τῆς πρὸς λυκίαν χωρικῆς, καὶ ὁ ἀπὸ τοῦ λυκιακοῦ ὀλύμπου. Articulus præpoſitiuus, & Coricij in genitiuo caſu, illic accurrentes, legitimam ſermonis ſeriem miſcent. Ideoq; nos ſecundæ bonitatis, a Coricio, ex Cilicio eſſe diximus, eum qui ex agro ad Lyciam, & Lyciæ Olympo monte afferatur, nullā earum uocem perire nobis utilē patientes. Cum alioqui licuiſſet ex Plinio, breuius & certius totam abſoluere rem. Siquidem ille etiam ſic decreuit. Prima nobilitas Cilicio Croco, & ibi in Corico monte, dein Lycio monte Olympo. Sed nos qualē noſtra habet ætas, Dioſcoridē interpretamur, nō Pliniū exſcribimus.

Grauius in Cyrenaico Croco. A librariis peccatum eſt. nihil enim illi redditur. Verum ſatim ad eos qui in Sicilia naſcuntur tranſlatus ſermo eſt, tam incerto intellectu, ut nos hiatum illic reliquerimus, qui a doctioribus aliquando expleatur. Credimuſq; nos, uitium aliquod in Cyrenaico ſignificaſſe Dioſcoridem, quod tamen nunc non legitur, quale Plinius in eo nigredinem damnauit. Mox de Siculis egiſſe, omniumq; in ea inſula naſcentium Centuripinū ignauiſſimum, ſatiuoſq; omnes hos eſſe, ideoq; ignauiores. Quoniam autore Plinio, optimum ſilueſtre ſit. In antiqorib. græcis aliquot, certiſſimo ſēſu & intellectu hic locus adhuc inuenitur.

Miſcetur præterea. &c. Deſyderatur hic certi morbi genus. quod facile conijcitur.

## ¶ De Crocomagmate. CAP. XXX

FIt etiā exp̄ſſis unguenti crocini odoramētis, qd̄ Crocomagma uocāt. Optimū ē odoratū, modice Myrrhā olēs, graue, nigrū, ligni expers, leue, ſubamarū, qd̄ madefactū Croci colorē reddit, guſtatūq; uehemētor dētes ac linguā inficit: multis durās añis. Quale ē qd̄ a Syria defertur. Habet ſuas uires ad delēda quę caliginē oculis obuerſant. Vrinā cit. κροκόμαγμα



Hosted by Google

C Calfacit, concoquit, & emollit, Vires Croci proportione repreſentat. quandoquidem plurimam Croci partem ſibi Crocomagma uendicat.

BARBARI COROLL.

Pli.li.21.ca.20 CRocomagma uerbū ex uerbo fęx olei Crocini eſt. nam fęces unguētorum Magmata grę-ci appellāt, & conſperſionem, ſiue maſſam quæ ſubacta ſit. Ecmagma, quo nomine inquit Ga lenus, ipſum quoq; Crocomagma ſignificamus.

EX M. VERG. COMM.

SVnt græcis Magmata, quæ expreſſa materia aliqua, ſupſunt, craſſa, fęculenta, & lignoſa. Verbi cauſſa. Si tuſa Plātaginis folia in uſū aliquem manib. aut p̄lo exp̄ſſerit medicus, quod ſupeſt terreſtre, lignoſūq;, id Magma dici poſſet. Sed qm̄ nullus ſimilium uſus ē, ideo in nullo huiuſcemōi id nomē inuenīt: ſeruatū tm̄ id eſt tm̄ in ŋs, q̄rū et humoris, et exp̄ſſe ſubſtātię alicu ius uſus eſt: ut in Roſacio, aliſq; huiuſcemodi multis. Ex hoc genere Crocomagma eſt.

Fit aūt ſic. Oleū primū inſpiſſatur, idq; aliqbus aromatis. mox Crocus infunditur. poſt ali quot dies oleum colatur, expreſſo oleo, quod ſupereſt, Crocomagma dicitur. Vnde fiunt pa ſtilli. Celſus lib. 5. uocat Recrementum. Plinius, Vnguenti fęcem.

Et mediocriter myrrhatum eſt. μέσον κατὰ σμύρνον, ideſt, non odore ſolum, ſed tota Myrrhę ſubſtantia mediocriter myrrhatum.

Dēteſq; et linguā ad aliquot horas inficit. Nō ſignificat qđ ſtatī ſequtur, ὑπομένοντι συχνὰς ὥρας q̄d ex Gallia interp̄s dixit, multis añis perennare Crocomagma. Non em̄ quas hic ὥρας dicit, Poetarū more años ſignificat, ſed de colore eius agit Dioſcorides, quē reſtatur, cū linguā et dē-tes ſemel infecerit, aliq̄t continuis horis p̄manere, cū alioq; cōtinua oris pituita diluī deberet.

## De Helenio. CAP. XXXI.

ἑλένιον

enula campana

HEleniū, q̄d Symphitō aliq uocāt, aliī Perſicā, aliī Medicā, aliī Ore ſtiū, aliī Nectariō, aliī Cleoniā, aliī Idęā Batō, aut ſtomū, Latini Terminaliū, aut Enulā cāpanā, Aegyptiī Lenē. Folia habet Verbaſci, an
D guſtioris foliī, aſperiora, oblōga. Caulē q̄buſdā in locis nō emittit. Radi-cē ſubalbidā, interdum ſubruſſam, odoratā, acrē, uegetam, magnam, ex qua agnatæ appendices Liliorum, aut Ari modo ſeruntur. Montibus in-umbroſis, ſiccoq; ſolo prouenit. Fodītur æſtate radix, particulatimq; diſ-ſecta ſiccatur. Potum radicis decoctum, menſes & urinas ciet. Ipſaque in eclegmate ex melle, p̄deſt tuſſi, orthopnœæ, ruptis, cōuulſis, inflatiōib. et ſerpētiū morſib. In ſuma, excalfaciēs. Folia ex uino cocta utiliter iſchiadi-cis illinūtur. Heleniū ſtomacho utile, ī paſſo cōditū. ſiq̄dē ſalgamarī pau lulū ſiccatā radicē, mox decoctā, & frigida aqua madefactā, in Sapā cōīci unt, et ad uſus recōdūt. Trita, potaq;, ad cruentas excreatiōes efficax eſt.

BARBARI COROLL.

Pli.li.21.ca.21. HEleniū, Enula, ſiue Inula, ſed duplici natura, folio Serpilli: de qua ſtatī poſt dicē. Altera folio Verbaſci exilioris, de qua nūc agitur. Breuior hęc q̄q; Paſtinaca ē, ſed toroſior, amari orcq;, et niſi tēpetur liq̄do dulci, ſtomacho inimiciſſima. Sed plurib. modis auſteritate uicta, gra tiā inuenit. Nā & Vuis paſſis, & defruto, & melle ſubigīt in pollinē tuſa: et pinguib. quoq; Ca ryotis, iam Cotoneis, Malis, Sorbis, et Prunis, aliquando Pipere atq; Thymo illuſtrata, ma-xime Iulię auguſtę quotidiano cibo. Superuacuū eius ſemen. qm̄, ut Dioſcorides meminit, p̄ paginibus ſeritur, modo quo harundines, magniſq; interuallis, neq; ullo minus quaternorū pedū: quoniam ſpacioſe fruticat.

EX M. VERG. COMM.

ELenion. Siue a lachrymis Helenę, ſiue ut aliī dixerunt, quoniam contra ſerpētes ex eo pri-mum a muliere illa remedium inuentum eſt.

Symphyton. Inueniſſe id nomen uidetur, ex ſobole adnatiſq; illis, quæ in radicibus Lilio-rum modo

Hosted by Google

rum modo συμφύονται, ideſt, connaſcuntur, & hęrent.

Sūt q̄ medicā & Nectareā. Scilicet facto a regiõe nõie, et a dulcedine. Sic Perſicam, ſic Cleoniā dictā etiā conjcere licet. Etſi in probatiſſimo mihi codice, non ſimpliciter κλειώνιον legitur, ſed βούγλωσσον κλειώνιον, ideſt, Bugloſſum Cleonium.

Apuleius etiam Chironion Panacen dicit uocari. Vt in alterutro uitium ſit: adiectumque hoc a nobis eſt, ne quid obſeruatum & inuentum hactenus relinqueretur.

Oreſtium. Cauſſam ignoramus. Niſi forte Oreſtis & Helenæ propinquitas, communem eius plantæ laudem & honorem ambobus fecerit.

Sunt qui Rubum Idęum. Verbaſcum Idæum, ex ſola ſimilitudine (ut toto hoc opere infinitę aliæ) factæ ſunt. Et quoniam copioſum in mõte Ida naſceretur, ideo loci, & regionis diſcrimine, a proprie dictis, de Rubo & Verbaſco, diſcretum eſt.

Terminaliū. Vnde Romani ſic dixerint, modo integra ea uox eſt, nihil cõpertū habemus.

Inulam campanam. Inulam dici antiq omnes teſtātur, nullibi tamē ex Campania magis, q̄ aliūde ab illis laudatur. Suſpicamurq̄ nos, multas in ſcriptore hoc, nõ legitimas eſſe apellationes, deincepſq̄ p tẽpora inſertas, aliena & pegrina admirātibus cūctis, eoq̄ magis in Romanę gẽtis fortuna et impio, hāc gręcis miſcere, pprijs placuiſſe, & ex ppinq̄ urbi regione laudauiſſe.

Folia habet anguſtiora folio Verbaſco. &c. Id ex Verbaſci hiſtoria patebit. Q̄d utinā in cauſe pariter liceret. quoniā hic ait, aliquibus locis in Inula nõ proferri, nulla eorū locorū certa indicatione, quā merito omnes deſyderēt, multoq̄ magis ubi cauleſcat hoc olus, & caulis, & floris, & ſemini certam rationem & hiſtoriam, quam iuniores aliqui non ex ſe, ſed ab hoc ſcriptore acceptā rediderūt. Quod enim in impreſſo, cunctiſq̄ alijs fere græcis nõ legitur, in antiquiſſimo & probatiſſimo mihi codice adhuc ſeruatur, deſcribiturq̄ in eo caulis appellatione, quod in Inula creſcit, his uerbis. Caulem ex ſe mittit Heleniū craſſum, hirſutū, cubitalē, & aliq̄n maiorē, angulosumq̄, flores luteos, et in hijs ſemē Verbaſco ſimile, tactu pruritū faciens. Licetq̄ hæc, ut diximus, tam aperte in Græcorum aliquo legātur, nõ ideo tamē cæteros omnino dānamus. Obſeruauimus enim, diuerſitati huic cauſſam dediſſe, mediam quandā in Inula creſcentium naturam, quæ nec in caulium genere, nec fruticum ramulorūue cenſeri penitus poſſent. Siquidē caules plærūq̄ in ſingulis plantis, ſingulares ſunt, nec niſi appetente flore & ſemine ſurgūt, ut in Lactucis, ac Betis, alijſq̄ oleribus huiuſcemodi fit. Inula autē raro, & a principio ſtatim fruticatu pdit. Ramuli cõtra, fruticeſue copioſiores & graciliores, q̄ in Inula ſūt. quales in Ruta, Serpillo, alijſq̄ multis uidētur. Columella frutices, q̄d in Inula extollit. dixit lib. xi.

Radicem habet intus albeſcētem, foris rubeſcentem. Sic ex melioribus græcis legendū eſt.

Radicem habet odoratam, grandē, acrem. Sunt in quibus ἰυφνῆ, quod eſt ſpecioſam & craſſam, & in qbus ἰυαφῆ, quod nos facili lentore mollem reddidimus, ἰυμάλακτον enim, τὸ ἰυαφὲς ſignificat. Probauimusq̄ hanc ratione magis, quod ad oſtendendā eius quantitatē ſatis erat, q̄d hic μεγάλην, id eſt, grandem dixerat. Liberum tamen hoc legentibus relinquatur.

Suſpectum eſt nobis, quod in græcis omnibus legitur, cruentis ſputis utilem eſſe Inulam. Non tam quia meliores græci nihil huiuſmodi habent, quam quia non legitimo loco, ſe id oſtendit. Debuerat enim in medicina, nõ in extremo capite poſt eam tractari. a quo loco diſtractum, additum magis & aduentitium, quam natiuum & antiquum Dioſcoridi uidetur: relinquimusq̄ peritioribus de eo cenſendum.

## De ALTERO HELENIO. CAP. XXXII.

ALterū Helenij genus in AEgypto gigni Crateuas tradit. Herba eſt cubitalibus ramulis, Serpilli modo per humum repentibus. Folijs Lenticulæ, ſed longioribus, crebriſq̄. Radice pallida, digiti minoris craſſitudine, p ima tenui, ſupne craſſa. Cortice nigro. Naſcitur in maritimis, collibuſq̄. Radix una in uino epota, cõtra ſerpẽtiū ictus auxiliatur.

HEX M. VERG. COMM.

HElenium hoc poſterius, noſtris Inulam appellari poſſe, non uideo. Theophraſtus interim Velenion, Ariſtoteles Belenion ſcripſere: ſi modo liber eius eſt, qui de plantis ad autorem Ariſtotelem refertur. Belenium inquit, deliburoriū in Perſide uenenum erat, & in AEgyptum & Paleſtinam tranſlatum, ſine periculo mandi cœpit. Hæc commentatio Græcis perierat. Habebatur in arabico, demū cõuerſa eſt in gręcum ſermonem a quodā, ut ferūt. Maximo.



Hosted by Google

C propterea quędam in eo libro barbara fruticū & radicū leguntur nomina, ut ſunt, Benteli, Nenuphar, Opinais, & aliquot huiuſmodi. Nenuphar pro Nymphęa quidē capitur Arabiæ: ſed Benteli, & Opinais quid ſit, parum liquet. Niſi quis Opinain pro Silphio intelligat: quoniam ſuccum ex eo manare lentiuſculum dicat, quem priuatim uocamus Opon. Bentelos autem initio ſpicata eſſe traditur, mox in arborem grandeſcere. Sed redeamus ad Helenium. Plinius hoc Helenæ lachrymis enatū refert, dum gubernatorem Canopum, Hæmorrhi ſerpentis ictu exanimatum fleuiſſet. Hilaritatem, Hippocratis teſtimonio facit. Prædulcis in eo cremor. Radix cōtrita, mures necat. Cādida intus eſt, & dulcis, Dioſcoridi uero pallida. Laudatiſſimū in Helena inſula. Huius rami dodrātales a Plinio, cubitales a Dioſcoride feruntur. Addebatur in coronamenta folium.

## EX MAR. VERG. COMM.

CRedimus etiam in AEgyptia Inulà corruptam eſſe illic uocem, quo loco in extrema totius capitis coronide, hic ait, uires illi eſſe, ut cū uino pota radix eius una, ſerpētiū morſibus ſub ueniat. Cur enim una magis, q̄ duabus, tribuſue? & ſi q̄ntitas in ea uoce decernenda fuerat, pondere potius q̄ numero, quod alioquin inæquale eſt, conſtitui debuerat. Id nos, una & altera litera mutatis, quod erat μία, id eſt, una, λεῖα quod tritum ſignificat, legendum eſſe arbitrati, tritam cum uino potam Inulæ radicem, remedio eſſe diximus.

## De OMPHACINO OLEO. CA. XXXIII.

ἔλαιον ὀμφάκινον

OLeum quod ex immaturis Oliuis exprimitur, ad multos uſus recte ualentibus accōmodatiſſimū, Omphacinum id appellatur. Præſtat recens, odoratum, quod non mordeat. Tale unguētorū compoſitionibus idoneū intelligitur. Stomacho utile eſt, q̄ aſtringat. Gingiuas contrahit. Dentes firmat, ſi contineatur in ore. Sudores cohibet. Et quo uetuſtius ac pinguius, eo ad medicamenta aptius eſt. Et ut reliqua in communi dicātur, omne oleum calfacit. Emollit uentrem. A perfrictionibus corpus tuetur, ipſumq̄ promptius ad obeūda munera reddit. Aluū leuigat. Vlceratiorū medicamentū uires permiſtū hebetat. Cōtra uenena datur, aſſidue potum, redditumq̄ uomitionibus. Soluit aluum heminę mēſura, cum pari Piſanæ ſucco, aut aqua potum. Ad tormina, calidum ſimul decocta Ruta tribus ſextarijs in potu datur. Ventris animalia pellit. Idem maxime Ilei inteſtini morbo laborātibus infunditur. Vetus magis calfacit, & uehementius diſcutit. Oculorū claritati ſublitum cōfert. Si uetuſti non ſit occaſio, in uaſe decoquitur ad mellis craſſitudinem, ut uetuſtatem repreſentet.

D

## BARBARICOROLL.

Plin. lib. 15. ca. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. de omni oleo, Gale. 6. ſimp. pharma. capite. 19. 20. Ad Paterniānum. cap. 199.

OLeum Omphacinū fit duobus modis, Olea adhuc alba expreſſa. Cādidum deterius ex Druppa (ita enim uocatur a græcis, latiniſq̄, priuſquā tenera eſui ſit) iam tū luteola, coloremq̄ demutans. Hoc uiride Cato appellat, atq̄ utilius eſt. Eſt & Omphacinum ſiue Omphaciū e uite, de quo poſt Galenus Oleum nō Omphacinū, ſed dulce fieri ex Druppa ſcribit. Alterū uero genus, qđ ex immaturis, albiſq̄ premitur, & Omphacinū, & Omotribes appellari tradit, unguētis utiliſſimum e Phaulia, ut Theophraſto placet. Simile Omphacino ſit Oleum, ſi oleæ ramus in condituram adiiciatur. Quibuſdam natura ſoli, nō conficiēdi ratio aſtrictoriam uim, qualis in Omphacino ſentitur, dat, ut Hiſpanienſi nominato. Omphacinum, ab Omphace deducitur, unde acor ex uuis, græce appellatur Omphacium, & acerba uua Omphax, & acerbum mel Omphacomeli, ab eodem omnia uocabulo.

Galen. 6. ſim. cap. 19. 20.

Oleum ex Druppa fieri dulciſſimum, Galenus teſtis eſt, utiq̄ ſi ex maxime Druppa fiat, nō ſi ex Druppa tantū. Olei probi notæ apud Galenū ſunt, ut ſit q̄ dulciſſimū, tenuiſſimū, puriſſimum, tranſlucidum, quodq̄ modico eius cuti ſuperfuſo plurimū ſeſe fundat, & facile combibatur. Cuiuſmodi eſt, inquit, quod Sabina bacca premitur. Oleū cum aqua mixtū Hydrę leon uocatur, & Chylon: quanquā poſterius hoc Homero luſtrationem fere ſignificat. In Bactris

iuxta

iuxta flumen Ochum, effossa terra fons manauit olei, quod quidem traditum ab his qui Alexandri res scripserunt: & Strabo credidit. A

EX M. VERG. COMM.

OLeum Omphacinum, ἔλαιον ὠμοτριβὲς καὶ ὀμφάκινον. ὦμα enim cruda significat, & ὄμφακας omniū plantarum acerbos adhuc fructus græci appellant.

Datur contra lœtalia uenena. &c. Id est, cōtra Cicutam, Nigellam, herbā Apollinarē, Mādragorā, Elateriū. &c. Nam his mixtum oleum hebetat operationem & maliciam eorum.

Cyathorum sex pondere. In cunctis, excepto probatissimo mihi codice, cotylarū sex pondus legitur. In illo Cyathorū: fuissecq; & ueterem lectionem, & antiquam mēsuram, testatur Plinius lib. 23. dicēs tormina pellere oleum calidū, potū cyathis sex, magisq; Ruta simul decocta.

## ¶ De OLEO siluestris Oliuæ. CAP. XXXIIII.

OLeum quod siluestres Oliuæ fundunt, uehementer astringit, & ad sanorum usus secundū sibi locū uendicat. In doloribus capitis utiliter pro Rosaceo substituitur. Sudores arcet. Defluētes capillos inhibet. Furfures, ulcera capitis manantia, scabiem, lepraq; abstergit. Tardius caniciem sentiunt, qui eo quotidie perungūtur. ¶ Candidū oleum fit hoc modo. Album colore, nec anniculo uetustius, in nouū fictile oris patuli funditur, centū heminarū mensura, & sub solem media quaq; die cōcha refunditur: ex altoq; demittitur, ut assidua deuolutione, ictuq; agitatum respumet. Octaua die Fœnū græcū mūdum quinquaginta drachmarū pondere, calida aqua madefactū, donec emolleſcat, in supradictum oleū deiicitur, ita ne exstillet aqua. Postea tedę præpinguis Piceæ, assulatim cæsę, æquale pōdus adiicitur, & trāsactis octo diebus, oleū cōcha mouetur. Si intentū finem assequatur, in uas nouum uetere uino affusum recondi debet, substratis sertulæ Campanę corollis drachmas undeim pendentibus, cum pari Iridis pondere. Sin minus, rursus soli mandandū, & idem munus obeundum, usq; dum inalbescat.

ἔλαιον ἐκ τῆς ἀγρίας ἐλαίας

ἔλαιον λευκόν

B

OBARBARI COROLL.

OLeum ex Oliua siluestri, tenue, multoq; amarius q̄ ex sariua. Vtile hoc ad medicamenta fere tantū, de quo alio quoq; Dioscorides in ratione Oleastri & Oliuarum cōmemorat. Aridissimū hoc Galenus inter olea describit: post hoc Histricū: mox Hispanū. Pinguissimū, Libycum, & Cilicium. In pingui uero tenue Sabinū. Inter hæc media fere natura eorum, quæ Græcia, & Asia, & Cyclades mittunt. Pausanias Tithoreum e Phocide cōmendat, Hispaniensi prætulit & Histrico. Pingue lenticia, tenue, perspicuitas, & puritas consequuntur.

Gale. 6. simp. cap. 19. 20.

Oleum cādidum aliud spōte, ut quod ex Oliua adhuc alba exprimitur, Omotribes uocatum. Aliud factitium, ut de quo nunc agimus.

EX M. VERG. COMM.

EStillud ex Columella, alīsq; rei rusticæ scriptoribus sciendum, plures antiquis fuisse oliuitates. Primam, in qua acerbum oleū exprimebatur, quod ęstiuū a tempore etiam dicebatur. Secundā, quæ ante decembris Calend. fieret in qua uiride oleū a colore, quod ex uiridi adhuc bacca exprimeretur, uocabant. Tertiam decembri mēse, quam mediam Columella dixit, & in qua maturum oleum exprimebatur. Quartam ianuario mense. Erantq; singularum bonitatis & usus laudes aliquę. In uiridi autem id maxime laudabatur, quod satis fluere, & precio dupli caret domini redditum. Credimus q; nos, ob hanc causſam album exigi a Dioſco. oleum, ut a uiridi ea coloris nota distingueretur, quoniam a natiua uiriditate non facile ad candorem mutari id posset, & ad contrahendam olei Sycionī naturam, minus aptum esset.

Super iniicito ex pinguissima Picea. &c. Vt parum cognitum nobis est, quid hoc sibi uelit ita uehementer suspectum: dubitamus autem deesse aliquid, aut quæ sequuntur non sine ui

C cio esse, Est enim illic nõ πίτυος substantiue, id est, Piceę arboris, uerũ adiectiue πιτυίνης id est, qd ex arbore aliquid significet. Verbi caussa, frondẽ Resinam, Onicã. aut huiusmodi quippiam.

Secus lõge author Pandectarũ, qui album dici existimat, quod est uetus. quoniam quo antiquius, eo quoq; albius apparet, quod subinde quoq; lotum a Myrepticis est.

## ¶ De OLEO SICYONIO. CAP. XXXV.

σικυώνιον ἔλαιον

SIcyonij componendi ratio hæc est. In lebetem oris lati stanno inductũ, funditur olei albi, quod crudæ Oliuæ reddiderũt, cõgius unus, aquæ congius semis. leui id igne coquitur, leniter mouẽdo. At ubi bis efferbuit, & sustracto igne refrixit, innatans oleum concha tollitur. & adiecta noua aqua conferuescit, & reliquis ut diximus peractis reponitur. In Sicyonia maxime fieri consueuit, Sicyonij inde accepto cognomine. Calfactoriam ad quẽdam usq; modum uim habet. Febri ac neruorum uitijs prodest. Fœminæ, ad commendandum faciei nitorem, eo utuntur.

EX MAR. VERG. COMM.

DEalbatum oleũ Sicyonium, ideo facere Diosco. docuit, quod medicis & fœminis quondam multus esset usus eius, illis in aliquot malorũ curatione, his in lenocinio formæ passim eo utentibus. A Sicyone antiquissima Pelopoñesi urbe prope Corinthum, gentile sibi nomẽ inuenit, incertumq;, medici ne prius, an fœminæ eius confectionem docuerint, uoluptas ne, an necessitas. Vtebatur eo passim in aliquot malis antiquitas. Sæpeq; Paulus Aegineta aliquid eo curari præcepit. Etsi libro sexto Samium magis, non Sicyonium in usu medicinæ cõmendet.

## D ¶ De Strigmentis balnearum. CAP. XXXVI

ῥύπος βαλανείου
ῥύπος ἐκ τῆς παλαίστρας
ῥύπος γυμνασίων

STrigmenta a balneis calfaciunt, molliunt, discutiunt. Ad sedis rimas & condilomata illinuntur. Illa uero quæ ex Palęstris puluerem sibi asciuerunt, in sordis speciem redacta, articulorũ nodos imposita adiuuãt. Ischiadicis in fotus, aut malagmatis locum, calida commode sufficiuntur. Derasæ Gymnasiorum parietibus, simulacrisq; sordes calfaciunt. Tubercula, quæ ægre ad coctionem perducuntur, dissipant, Desquammatis, & ulceribus senum prosunt.

BARBARI COROLL.

Strigmenta balnearũ.

STrigmenta, hoc sunt, quod Græci Rhypon, & Gloeon appellant. Id quod ex Celso, Plinio que colligimus. Aurium certe sordeculas, Græci uocãt Cypsellas. Rhypon Iulius Pollux pro cæra quoq; sigillari, acceptum quandoq; tradit ab authoribus. Nisi quis Typon, non Rhypon in Polluce lectitet. Sed & apud Ciceronẽ in epistolis ad Atticum, Rhypos scriptũ est pro cęris, siue formis, unde sigilla fingebantur, fortasse a situ uetustatis, appellatas: ut Plinianum quoq; illud, & expressi cæra uultus, singulis disponebãtur armarijs, ut essent imagines quæ comitarẽtur Gentilicia funera. defuncto em̃ aliquo totus aderat familiæ eius, qunquã fuerat, populus.

Strigmenta Palęstrarũ.

Strigmenta, hoc genus aliud non sunt, q̃ puluis, qui luctantium corporibus inspergitur: et oleo supuenit. Hæc pulueris inspersio, a græcis ἀφή dicebatur. puluis ipse, conis. Cũ ipso te, inquit Plautus, puluisculo conuerram. Et geometricũ est Puluisculus. Palęstris quidem, optimum e Nilo Sabulum, tenuissima sui parte. Oleum quo luctaturi perfundebantur, Cęroma dicitur, & Patos. Quanquã Patos proprie, cœnũ est, atq; lutum cęromati permixtũ: cui si sudor accesserit, Conisalon uocari, ab ijs qui nimis Attici uideri uolunt. autor est Galenus. Locus in Xystis huic operi dicatus priuatim, Conisterium appellatur Victruuio.

Strigmenta Gymnasiorũ.

Strigmenta a Parietinis, & a Palæstra significare Plinium existimo, cũ ita loquitur. Vsum olei in luxuriam uertere Græci, uitiorũ omniũ genitores, in gymnasijs publicãdo. Notũ inqt, est magistratus honoris eius octogenis sestertijs Strigmenta olei uendidisse. Item. Quin & sordes inquit, hominis, in magnis fecere remedijs, quæsuosorum gymnasia Gręcorum: quippe, ea Strigmenta molliunt, calfaciunt, complent sudore & oleo, medicinam facientibus. Item ali libi. Et in gymnasijs inquit, oleũ cõditur odoribus, sed uilissimis. At Strigmẽta statuis gymnasiorum

Hosted by Google

siorũ detracta: in quibus Galeno autore, multũ olei cõburebatur: quia puluere inqt carerent. & cum erugine permista colligerentur, acrioris naturæ q̃ strigmenta cætera noscuntur. A

EX M. VERG. COMM.

STrigmẽta dicũtur, quę oleo illitis capitibus post sudorẽ, una cũ sudore, reliqsq; humani corporis cõcreta, & in balneorũ pauimẽtis relicta, in eos usus quos hic docet Diosc. seruabãtur.

## De ELAEOMELITE. CAP. XXXVII.

IN Palmyris Syrię, quod Elęomeli uocant, ex quodã caudice manat, crassius melle, sapore dulci. Bilem, cruditatesq; detrahit, sextario cũ una aquæ hemina dato. Sed qui sumpsere, torpescunt, & uiribus deficiunt: quod minime uereri oportet, uerum crebro excitare, ne ueterno pressi, somnos captent. Fit & oleum e pinguitudine surculorum Oleæ. Optimum uetus, crassum, pingue, non turbidum. Calfacit. Priuatim caliginibus oculorum illinitur. Lepras, neruorumq; dolores, illitum emendat. ἐλαιομέλι

BARBARI COROLL.

ELeomeli fluit ex ipsis Oleis in Syria, tenuius Resina, sapore Mellis: unde nomen. Nõ sine nausea emollit aluũ. Pugnatores certaturi, præsumũt ex eo cyathum. Plinius in maritimis Syriæ nasci prodit, cũ tamẽ Palmyra longe a mari absit. Forte non maritimis, sed Palmyris legendum. nisi quis locum, unde id excerpsit, non Palmyris, sed Almyris legisse Plinium existimet: quod in tanto uiro dubitare, nullo modo possum. Elęomeli medicinę tantum gignitur. sit hoc idem quod & Aeromeli dicitur, quasi mel æthereum ac cœleste, quod sacræ literæ Manna uocent: ut nõ plane cõtendo, ita certe, ppensissimus sum, ut credam. Sed ita tamen, ut intelligatur aliquod discrimen esse inter id quod mandi potuerit, & id quod medicinæ tantũ nascitur. Decerpi hoc Amyntas scribit, una cũ ipsis quibus hęsit frondibus. Et in offas, pastillosue, aut etiã orbiculos conuolui, ut cũ usus postulat, in lignea pocilla, quæ Tabaitas in Asia cognominãt, aliquo humore diluatur. Plane ab exortu sideris cuiusq;, sed nobilium maxime, ut Plinius existimat, aut cœlestis arcus, si nõ sequantur imbres, sed ros tepescat solis radijs, Medicamẽta potius q̃ mella gignuntur oculis, ulceribus, internisq; uisceribus dona cœlestia. Quod si seruetur inquit hoc, Sirio exoriente, casuq; congruat in eundem diem, ut sæpe Veneris, aut Iouis, Mercurij ue exortus, non alia suauitatis ususq; uis mortalium malis a morte reuocandis, q̃ diuini nectaris fiat: nisi hoc ut alia fraus hominum pernicie corrumperet. Plín. libro .23. capite. 4.

eleomel. an sit manna. disput enduz relinqui

EX M. VERG. COMM.

NOn sunt Plinio, & huic de Oleomelle omnia eadẽ. Plín. in maritimis, hic in Palmyris Syrię spõte sua manare, nõ leui diuersitate, dicũt. Nõ multi tñ faciẽdũ id est. Illud grauius, q̃ hic arborẽ ex qua manet, ignorare uidetur: Plinius Oleas eius regionis esse testatur: et hic spõte sua fluere, & opere humano ex summa arboris parte confici docet, Plinius per se tñ duobus locis manare ait. Nõ uidetur hic ipse etiã sibi cõuenire. Primo enim ex quodã trunco fluere, tanquã cuius arboris hic trũcus esset ignoraret, mox humano opere cõfici etiã dixit, ἐκ τῶν ἄλλων, qua si olearũ surculos indicaret. id em̃ prẽter cõmunẽ in plãtis nouorũ germinũ significationẽ, priuatim ea uox Atheniẽsibus quondã significauit: auditaq; τοῦ ἄλλου uoce, Oleę ramulos adhuc plerũq; intelligimus, & si eius uocis maior sit ambitus, significetq;, ut diximus, nouas aliarum etiã plãtarũ germinatiões. Nõ facile ideo est, præsertim in re tẽporibus nostris ignota, unde aferaẽ, qdq; Oleomel hoc sit indicare. Eã ob caussã, nõ dissimulatis, uerũ prẽteritis quæ a Plinio dicũtur, Dioscoridẽ latinũ fecimus. Et ut primis respõderẽt ultima, nõ magis Oleę, q̃ alterius arboris surculos, et germina indicare uoluimus. Verum quęcunq; ea arbor sit in Syria, ex eius etiã surculis Oleũ cõfici diximus, eodẽq; in loco naturã rei magis, q̃ quod legebatur secuti, qd erat λίπουσ, quę uox grẽcis unguẽ oẽ indicat, λίπος, una tm̃ mutata litera, qd corticẽ significat, mutauimus: neq;, ut credimus ab re. qñ ubi ex trũco arboris humor per se fluit, expressus eius dem corticibus fluere etiã poterit. Persuasitq; id præcipue, q̃ cõficere uerbũ, eã hominis operã indicat, quę q d nondũ est efficiat. Vnguẽ autẽ p̃ se propius ad olei naturã & habitũ accedit. Nec rõne caret, ut qd in ima arboris p̃te p̃ se fluit, in sumo lateat, nec nisi ui, et humão ope extrahi et colligi possit: p̃serti ex corticib. q copiosiore q̃ interiores partes in pluribus humore abun B

Veruntamen quasi Veter- (dant. Nõ tamẽ hoc adeo decernimus, ut illud damnemus. nosi torpent. Est in ea re sciendum, in cæteris scriptoribus, et in communi eius uocis æstimatione, νωθρὸν καὶ νωθρότητα, tardum, pigrum, hebesque Gręcis significare, dicique ad iter νωθρὸν

C ad agendum, intelligendum, uigiliam, motumq; omnem alium, ſomno, pigritia, & languore marcentem. In medicina autem, ad capitis malum, grauemq;, & profundiorē ſomnum contracta eſt eius uocis ſignificatio. Eſtq; ὑνωθρότικο quārum inexpugnabilis ſomni genus: quod ex humida materia ſit. Nunc ſatis ſignaſſe ſit, quos nam hic ὑνώθρα dicit, & nos ueteri torpore diximus.

Non probamus quod aliqui ſuſpicari ſe dixerunt, eſſe Oleomel hoc quod antiquiores græci ἀερομέλι, ideſt, aerium mel uocauerunt: id ſcilicet quod ab Hebræorum ſacris literis acceptū ueteres Man, nunc uero paſſim medici Mana appellāt, qđ ex huius ſcriptoris hiſtoria nō facile coniicitur. Siquidem ab oleo ſtatim de eo agitur, & quaſi cōgener oleo ſubiiciatur: in cenſu mellis alioqui conſtituendum, ſi mellis magis q̄ olei naturam referret. Nec dixiſſet hic, ex trunco arboris manare. &c. cum aerium illud mel non ex trunco manet, ſed in arborum foliis inueniatur. Sunt præterea in medicina, quę aerei mellis euentibus parum conueniant. Nec nobis pro cōperto eſt, quod antiquioribus quibuſdam aerium mel fuit, quod noſtra ętas Manna appellat, ſed Melligīnem (ſic enim nūc uoco) ſub Lucanis temporibus, in arborū foliis concretum, roſidum ſapore mellis humorem, quem deinde legentes apes, mel in aluearibus ſuis coaceruant. Nec tamen negamus, quod nunc Manna uocant, ex eadem, uel ſimili ſubſtantia eſſe, uerum nihil, ut nobis uidetur, ad Oleomel hoc. Aerium omne id mel facit, quod incenſū, et nomē mellis ſola ſaporis dulcedine adſcitum eſt, cum tm̄ prę cipua olei uis in eo intelligatur.

De Manna.

Melligo.

## ¶ De Cicino Oleo. CAP. XXXVIII.

κικινινον ἔλαιον

CIcinū oleum hoc modo tēperatur. Maturi Ricini qua uoles quātitate torrido ſole flacceſcunt, & inſtrati tantiſper inſolantur, dū ueſtiens cortex fractus decidat. Caro colligitur, & coniecta in pilam diligenter tunditur. Poſtea in lebetem ſtanno illitum, qui aquam habeat demittitur, ſubiectoq; igni feruefcunt. Et ubi inſitū prorſus humorem reddiderunt, ſublato ab igni uaſe, innatans oleum concha tollitur, & recōditur. Sed in AEgypto, ubi largior increbuit uſus, longe ſecus fieri ſolet. Nam repurgatos Ricinos molæ mandāt, & accurate molitos per ſportulam organo exprimunt. Tū quidem ematuruerunt Ricini, cum continētibus orbiculis exuuntur. Ad pſoras, & ulcera capitis manātia ualet. Prodeſt inflammationibus, uuluis conuerſis atq; præcluſis. Item indecoris cicatricibus, & aurium doloribus. Emplaſtra efficaciora reddit additum. Potu aquam aluo extrahit. Ventris animalia pellit.

D

### BARBARI COROLL.

Plinius lib. 15. cap. 7. li. 23. capite. 4.

OLeum Cicinū, e Cici arbore fit, in Aegypto copioſa: ubi ſine igni & aqua ſale aſperſum exprimitur, cibis fœdū, luminibus lucernarū, ppter nimiā pinguitudinem, ineptū & obſcurū.

### EX M. VERG. COMM.

CIci quondam fruticem aliqui dixerunt, quem plures græci Crotona, & Romani Ricinū, a figura ſeminis appellauerunt. Rura autem noſtra, & omnis fere Thuſcia nunc Romanū Phaſelum uocat. Illi a notiſſimi inſecti, nos a leguminis ſimilitudine, eandem rem indicantes. Frutex hic tantum non arboreſcit, ſeriturq; in hortis noſtra ætate, ad ſpectaculum magis, q̄ utilitatem, altitudine, ut hic in hiſtoria eius humilis Fici. Platani folio, & ſi Plinius uitigineo, nullo diſcrimine tamen indicat. quando Platanus uitigineo folio a cunctis deſcribitur. Ricinium Plinius ſua ætate uocari dixit, a fœdiſſimi inſecti ſimilitudine, quod græci κρότωνα appellant. Sunt q; latinis Ricini, & græcis κρότωνες inſecta, quæ animalibus aliis, canibuſq; præſertim inhęrent. ſine motu, cum ſemel inhęſerint. quibus cibi nullus exitus eſt, colore liuido, nullis diſcretis mēbris, in globum continue creſcentia, donec plenius faginata, poſt aliquot dies, ſponte ſua decidant. Ideoq; nos, autore Plinio, fruticem, eiuſq; ſemen, & ex eo confectum oleum, Ricini appellatione indicauimus. Et niſi Plinium libro. 15. ſine igne & aqua in AEgypto exprimi Ricininum oleum, ſuſpicaremur, nec ſine ratione, non eſſe hoc loco integrum Dioſcoridē, qui in prima illa huius olei confectione, auxilio aquæ ideo uteretur, quod ob Ricinorum ariditatem

aliter

aliter exprimi nequiret, mox autem in AEgypto confici, sine humore aliquo testaretur. Oportet itaq; duobus, ijsdemq; grauissimis authoribus, in eadem re idem testantibus, constituere uuidiores in Aegypto Ricinos quam Italia nasci, eaq; unguinis sui copia, nullo etiam adsperso humore exprimi posse. A

## ¶ De Amygdalino oleo. CAP. XXXIX

AMygdalinum oleum, quod aliqui Metopium uocant, hoc fit modo. Semodius ex amaris nucibus repurgatis, siccatisq;, in pila ligneo pistillo leniter tunditur in offas. aquæ quæ ferbuerit sextarius adijcitur. & ubi dimidia hora humorem hauserit, uehementius q̃ antea tunditur, mox tabellis premitur, & quod digitis hæsit, concha excipitur. Pressis nucibus rursum hemina aquę inspergitur, & postq̃ ebiberint. idẽ opus prosequendum. Singulas heminas reddunt singuli modij. Contra uuluarum dolores, strangulatus, conuersiones, & eorũdem locorum inflammationes efficax est. Vitijs renum, calculosis, difficili urinæ, suspiriosis, lienosisq; proficit. Dolores capitis, grauitatẽ auditus, sonos incertos, tinitusq; discutit. Maculas tollit in facie, et cutem erugat cum melle, radice Lilij, & cypria Cæra, aut rosaceo Cærato. Et oculorũ hebetudines emendat. Vlcera capitis manantia & furfures cum uino abstergit.

ἀμυγδάλινον ἔλαιον μετώπιον

### BARBARI COROLL.

OLeum ex Amygdalis, Neopum uocari legitur in Plinio. Puto corruptam esse lectionẽ, & aut Netopum, ut Hippocrates, aut Metopium, ut Dioscorides legendũ. Adde, q̃ unguentum Aegypto familiare quod Metopium appellatur: ipsum quoq; de nucibus amaris conditur, ut post liquebit. Paulus Amygdalinum inquit. Metopium quoq; dicitur, ꝓpter Galbanũ, qnod Metopum in Aegypto nominatur, & in oleum hoc adijcitur. Aetius oleum hoc etiam Halinon uocari tradit, ab amaritudine, ut opinor.

Pli. lib. 23. capite. 4.

### EX M. VERG. COMM.

MEtopium q̃dam dicunt. Siue a Galbano, quod Aegyptij Metopion uocãt, & huic oleo miscebatur: siue ab Aegiptiorũ ꝓprio unguento, quod amaris Amygdalis conficiebatur. B

Feruentes aquæ heminis duabus. Variant hic antiquiores græci in mensura. In aliquibus em̃, ut nos reddidimus, heminę, in aliq̃bus, cyathi, leguntur. Fecitq; hoc, ut credimus, notę in utraq; hac mẽsura similitudo. In eo nihil nos decernimus, monemus tñ. qm̃ facilis & lubricus in põderib. lapsus fuerit, cõiectura, sensusq; etiã uti oportere. Nobis inclinat aĩus, modij q̃drãtibus, cyathi magis, q̃ heminę mensurã congruere, etsi contra redditus a nobis locus fuerit.

Cypriæq; Ceræ. Non Cypriam a regione uoluit dicere, sed Ceroma, siue Ceratum, quod Ligustrino unguento maceratum & subactum esset.

## ¶ De Balanino oleo. CAP. XL.

SImili modo fit Balaninũ oleum: quod repurgat maculas, lentigines, uaros, et cicatrices nigras. Aluum soluit. Stomacho aduersatur. Contra aurium dolorem, sonos, & tinitus auxilio est cũ anserino adipe instillatum. Similis Sesamini ratio. Fit etiam e nuce Iuglande oleum, quod Caryinum uocant. Eandem uim habet quam Balaninum.

βαλάνινον ἔλαιον

hoc oleum fi ex glande vn entaria que e balang mirep ca infra libr .4. descripta

### BARBARI COROLL.

BAlaninum oleum e glãde fit Aegyptia: quæ Myrobalanus quoq; dicitur. Simplex huius compositio diu fuit. deinde Resina quoq; mixta.

Oleum Sesaminum Indis refertur acceptum, qui e Castaneis quoq; atq; Oryza cõficiant. Pli. li. 23. ca. 4.

Oleum e iuglandibus iners, & graue corpori est, sapore ingrato. Etem̃ si quid in nucleo cõputruit, totus modus deperit. Nunc tota fere, Liguria Insubriaq; promiscuum & cibis & lumini, haud magnopere molestum.



Hosted by Google

EX MAR. VERG. COMM.

CPAandectarum Rhapsodus interpretatur, Balaninũ, idest, de Ben: cui id studiũ fuisse uideri potest, nõ q̃ utile consueret Rhapsodium, sed quam locuples, & ingens.

Videtur & repugnare his quæ dicũtur hic ab Dioscoride. Quę Theophrasto dicuntur lib. 4. capite. 2. Glans a fructu nomen accepit. Folium ei simile Myrto, oblongius tamen. Illæsa magnaq̃ arbor est, uerum non recta, sed contorta. Fructus putamine contuso. Vnguentarij uti solent. est enim boni odoris, sed fructus ipse inutilis. Aut igitur in re nunc notissima dicendũ est, conficiendi modum tantum demonstrasse Dioscoridem, aut aliã unguenti ab oleo confectionem fuisse, & in altero corticis, in altero fructus usum fuisse.

## De Hyosciamino oleo. CAP. XLI.

ἔλαιον ὑοσκυάμινον

HYosciaminum sic fit. Semen candidum, recens ac siccum tundi=ntr. & calida aspergitur aqua, ut in Amygdalino diximus. dum=q̃ insolatur, siccatæ partes madidis permisceantur: hoc autem fieri oportet, dũ nigrescat & grauiter oleat. Mox pressum atq̃ excolatum recondi=tur. Ad auriũ dolores efficax est. Pessis miscetur. Ad emolliendum utile.

BARBARI COROLL.

De Hyosciamo herba Pli. lib. 25. cap. 9.

HYoscyaminum oleũ ex seminibus Apollinaris herhæ conficitur, quam Hyosciamon græci uocant. Cauendum in potu, quoniam cerebri motus faciat.

EX M. VERG. COMM.

DE eo oleo illud tacuisse inhumanum & iniustum fuerit, quod potum, cerebri motus facit, & inter lętalia semen eius in cibo sumptum numeratur.

## De Oleo e grano Cnidio. CAP. XLII.

FIt & e grano Cnidio purgato & tuso. Vis ei aluum soluere potu.

BARBARI COROLL.

GNidium oleum ex Gnidio grano, idest Gnidio Cocco fingitur.

EX M. VERG. COMM.

DCHamæleę, quam Cneoron Theophrastus uocat, granum, Cnidium, semen est. In historia plantæ lib. 4. plenius de eo agetur.

## De Cnicino. CAP. XLIII.

ἔλαιον κνίκινον

NOn secus Cnicinum oleum temperatur. Cui facultas eadem est quæ facto e Cnidio grano, uerum inualidior.

BARBARI COROLL.

Plinius lib. 25. capite. 15.

OLeum Cnicium, ex Cnico herba, quam celebrant Aegyptij, oleo tantum, non cibo gratam. Italiæ ignota Plinij temporibus.

EX M. VERG. COMM.

CArthamum nostræ ætatis medici, Græcorum Cnicon uocant. Rura autem nostra, Crocum Saracenum. De eo plenius libro quarto.

## De Rhaphanino. CAP. XLIIII.

ἔλαιον ῥαφάνινον

RHaphaninum e Rhaphani semine fieri solet cæterorum more. Phthiriases mala ualetudine contractas tollit. Scabricias cutis in facie emendat. Ad obsonia utuntur AEgyptij.

BARBARI COROLL.

Pli. li. 23. ca. 4.

RAphaninum oleum, ex radice latinis appellata. Aegpptij Rhaphanum maxime cupiebãt serere, modo licuisset: quia & quæstus maior q̃ e frumento rędibat, & minus tributi pendebatur, nullumq̃ copiosius erat oleum.

VERG.

COntra oẽs pediculos Raphanino oleo utitur Paulus. Plinius q̃q̃ addit, Scorpionibus ac Cerastis aduersari, posseq̃ impune tractari, si quis uel semine, uel oleo perunctus sit.

DE MELANTHINO. CAP. XLV.

ἔλαιον μελάνθινον

MElanthinum idem quod Rhaphaninum potest.

Hosted by Google

BARBARI COROLL.

MElanthinum oleum, nomẽ habet a Melanthio, quod est Git, quasi Nigellã uerbum e uerbo dicas. Nam Melanthemon, Anthemis est, quam modo Chamæmilon uocari frequentius animaduerto. quã Plinius utrãq; Melãthiõ appellat, nisi lectio deprauata ẽ, qđ & crediderim. A

Plí. lib. 20. ca. 17. & 22. ca. 21.

EX M. VERG. COMM.

NIgella qualis sit, et quo colore et ordine, in purpuraceis uasculis conspiciatur eius semen, certius in historia ostendetur.

## ¶ De Sinapino CAP. XLVI.

TRitum Sinapis semen, & calida aqua madefactũ, adiecto postea oleo exprimitur. Id ad diuturnos dolores efficax est. Trãsfert humores qui in aliqua parte concreuerunt, σιναπινον ἔλαιον

ADDITIO.

DE Sinapi natura & medicinis Plinius libro. 20. cap. uicesimo secũdo, &. 19. capite octauo.

EX M. VERG. COMM.

VAriant antiquiores græci hoc capite. Alĩ enim calida, alĩ frigida aqua Sinapim aspergunt. Nos ad molliendam, soluendamq; seminum duriciem, aptiorem calorem existimamus. Plinius in eadem confectione, etiam Dioscoridi idem nõ est, & aliter conficit. In medicina etiã pluribus morbis quam hic, mederi dicit. locus est lib. 20. cap. 22.

## ¶ De Myrteo. CAP. XLVII.

MYrtei faciundi ratio hæc est. E Myrto nigra, siluestri, aut satiua, foliorum molliſſima quæq; tusa premuntur. Succo pares Omphacini olei portiones adĩciuntur. subiectisq; carbonibus inferuescunt, donec concoquantur. Innatans oleum deraditur. Sed longe facilior hæc compositio. Tenera folia contusa coquuntur in oleo & aqua, & quod innatat eximitur. Priuatim alĩ deiecta in oleum folia in sole macerant. Alĩ prius oleum inspissant Malicorio, Cupresso, Cypiro & Iunco odorato. Efficacius est amarũ gustu & oleosum, uiride, transluces, & olens Myrtum. Astringit, & indurat. Ideo medicamentis miscetur quæ cicatricem obducunt. Prodest ulceribus in capite manantibus, ambustis igni, & papularum eruptionibus. Facit ad attrita & furfures, sedis rimas, condylomata, articulos laxatos, corporis sudores, & ad omnia quæ astrictionem inspissationemq; desyderant. μυρσίνινον ἔλαιον B

BARBARI COROLL.

MYrteum oleum, & hoc e latifolia nigra, siluestriq;. Præstantius, quam Oxymyrsinem, alĩ Chamęmyrsinam uocant. Aliqui Acoron, a similitudine. Est enim breuis, & fruticosa, minore semine, ut docebimus. Fieri et aliter oleum Myrteum solet. Tunduntur Baccæ aspersæ calida aqua. dein coquuntur. Myrtas Cato baccas huius arboris appellat. Interest, uinũ, an oleũ facias. Ad uinũ Baccę in ariditatẽ siccanť, ad oleũ nõ siccãtur. Ineſt huic oleo uini qdã sapor, simulq; pinguis liquor, præcipua ui ad corrigenda uina saccis ante perfusis. Retinet qppe fęcẽ, nec præter purum liquorẽ transire patitur: datq; se liquatis cõmendatione mira qnasi comitẽ. Plí. lí. 23. ca. 4. & alias de Myrto lib. 15. cap. 29. & 23. cap. 9.

## ¶ De Laurino. CAP. XLVIII.

LAurinum fit hoc modo. Maturæ Lauri baccæ in aqua coquũtur. siquidem ex obducto cortice quandam pinguitudinem reddunt: quę manibus expressa, cõcha excipitur. Alĩ Omphacinum prius oleum Cypiro, Iunco odorato, & Calamo inspissant. deinde mollia Lauri folia concoquunt. Alĩ etiã Baccas, donec oleũ odorẽ cõtraxerit. Alĩ Styracẽ, δάφνινον ἔλαιον



Hosted by Google

C et Myrtũ addũt. Optima Laurus ad id latifolia, et mõtana. Oleum Laurinũ utilius q̃ recẽtius, q̃q̃ uiridius colore, amariſſimũ, et acre. Vis ei excalfactoria, emolliens. Venarũ ſpiracula laxat. Laſſitudines diſcutit. Oĩbus neruorũ uitijs, horroribꝰ, deſtillatiõibus, auriũ doloribus, malis renũ frigore contractis, illitũ non aliud iuuantius. Attñ potum, nauſeam parit.

## BARBARI COROLL.

Plin. lib. 23. capite. 4. de ipſa arbore lib. 15. capite. 30.

OLeum Laurinum e Druppis inquit inſtituitur. Nam Druppa nõ olearum modo, ſed alias quoq̃ Baccas uocamus, græcos imitati, δρυπέτεια appellantes. Quidam folium & corticem Baccarum adhibent. Laudatur ſilueſtris & nigra baccis. Ex Delphica uero ad acopum & cerata utiliſſimum.

## EX. M. VERG. COMM.

ALiam huius Olei confectionem tradit Palladius lib. 2. Nempe talem. Lauri Baccas quàm plurimas & maturitate turgẽtes, in aqua calida bullire facies, & ubi diu ferbuerint, olei qd̃ ex ſe dimiſerint, ſuper narantis undam pennis leuiter cogentibus, in uaſa transfundes. Sunt autem Druppę in Olea & Lauro.

Parum deinde ſequax ſermo eſt in græcis, ubi nos diximus, quam manibus in conchulam exprimentes colligunt. Quod enim eſt illic participium διακόψαντες, nullum habet ſenſum: ideoq̃ nos rem magis quam uocem ſecuti, ſic reddidimus. Volumus tamen id tam diu legentibus placere, quouſq̃ ex minus corrupto codice, certior confectionis huius ratio cognoſcatur. Suſpicamur & illic uitium eſſe ubi legitur. Miſcent aliqui Styracem, & Myrthum. Credimuſq̃ pro Myrtho frutice, Myrrham legi oportere. Styraci enim Myrrha aptius copulatur, quam Myrthus, & in ſpiſſando oleo maiorem uim, & frequentiorem uſum habet. Facilis ab altera in alteram uocem in græcis lapſus fuit. Et antiquus latinus Dioſcorides, Myrtham adhuc habet, poteſtq̃ una tm̃ mutata litera, in hunc ſenſum trahi. Cuiq̃ tñ ſuum iudicium ſit, & arbitrium.

## ¶ De Lentiſcino. CAP. XLIX.

D χίνινον ἔλαιον

SImilis Lentiſcini ratio. Nam e maturo fructu temperatur, factis prius ſpiſſamentis, ut in Laurino diximus. Hoc ſcabiem iumentorũ, canumq̃ ſanat. Vtiliſſimum peſſis, acopis, et leprarũ medicamẽtis. Sudores cohibet. Nec ſecus Terebinthinũ fieri ſolet, qd̃ refrigerat et aſtringit.

## BARBARI COROLL.

χῖνον χόρνον Plí. li. 15. ca. 7. lib. 24. ca. 7. li. 15. cap. 26.

LEntiſcinum oleum, e Lentiſco fit. Græci ſchinon uocant. Nam ſchœnos Iuncus eſt: de qua uicinitate nominum ſæpiuſcule decipimur. Durius hoc paulo q̃ Roſaceum: cæterũ eiuſdem effectus. Nec mihi plane certum eſt, an hic Iuncinum potius, q̃ Lentiſcinum interpretari debeam. Quandoquidem & Iuncinum Roſaceo ſimillimũ eſſe prędicant. Duobus quoq̃ locis Plinius hac ſimilitudine Roſacei, altero Lentiſcinum deſcribit, altero Iuncinum: alioquin falſum, aut lapſum affinitate; autorem illum diligentiſſimum, qui putem: præſertim cum fieri poſſit, ut Roſaceo ſit utrunq̃ natura proximum. Nam & Therminum, quod ex Lupinis cõſtat, proprietatem Roſaceo ſororiam habere Plinius idem teſtatus eſt.

## EX. M. VERG. COMM.

LIbet hoc loco addere, Lentiſcini olei diuerſam ex Palladio confectionem lib. 2. his uerbis ab eo traditam. Grana matura Lentiſci, quam plurima colliges, & una die ac nocte ſupra ſe aceruata eſſe patieris. Deinde ſportam granis ijſdem plenam, cuiq̃ uaſculo ſuperpones: tunc ex eo humore qui defluxerit, ſupernatans oleum Lentiſcinum, ſicut Laurinum colligetur. Memento autem, ne frigore poſſit adſtringi, aquam calidam ſæpe ſuffundere.

## ¶ De Maſtichino oleo. CAP. L.

μαστίχινον ἔλαιον

MAſtichinum e trita fit Maſtiche, quod contra omnia uuluę mala efficax eſt. Mediocriter calfacit, aſtringit, & emollit. Aduerſus prominentes ſtomachi duricias, cœliacorum, dyſentericorumque cruciatus, utile. Faciem emaculat, & colorem nitidum facit. Optimũ in Chio

Hosted by Google

insula componitur.

BARBARI COROLL.

MAstychinum oleum e Mastyche, cuius species multæ suo loco numerabuntur. Resinam Lentiscinam Dioscorides appellat.

EX M. VERG. COMM.

MIscetur idem ceratis, quæ stomacho, celiciacis, & intestinorum torminibus imponũtur. Græce πρὸς τὰ περὶ τὸν στόμαχον ἐπιῤῥιπτόμενα σκιῤῥώματα. &c. Qui dicendi modus, nec rei, nec scriptori huic legitimus, aut honestus est. non enim stomacho superponuntur duricies. Cum autem decerneret ille stomachi, alui, intestinorum, & iecoris inflamationibus accomodatam esse Mastychen, facile opinati sumus, ex rei & sermonis ductu, quod erat σκιῤῥώματα, quæ uox omnium generum duricies, in humano corpore significat, κηρώματα. ideſt, Cerata, siue Ceromata legendum esse: decreuisseq; hunc scriptorem subactam Mastychino oleo, ceram partibus illis imponi, contra earum partium mala, ad quæ ex uiribus suis Mastyche faceret. Indicat Paulus Aegineta his uerbis. Mastyche præsertim ex Chio insula, in secundo calefacit, & siccat: mixtas habet uires, adstringit enim simul & mollit: ideoq; stomachi, alui, & intestinorum & iecoris inflammationibus accommodata est. Aegyptia quadam tenus nigro colore, siccat magis et discutit, minus autem adstringit, discutiendis strumis ideo accõmodata. Quæ longius cõmentarijs his nostris adiecimus, ut ratio mutatæ uocis a nobis intelligatur: obiterq; illud testaremur, confirmari ab eo, quod in hoc scriptore suspectum forte uideretur, cum ait, Mastychẽ adstringere simul & mollire: quod aduerbium non temere. sed ex melioribus græcis additum illic a nobis, in quibus legebatur σύφον ὁμοίως καὶ μαλάσσον.

A

De Mastiche Pli. lib. 12. capite. 17.

## ¶ De Vnguentorum ratione. CAP. LI.

DE ratione Vnguẽtorum consequenter tractandum existimauimus. quandoquidem ea in noñullis corporum uitijs, aut medicamentis mista, aut corpori perfusa, aut naribus obiecta, plurimum prosunt. In quorum probationibus consulere nares oportet, an ea oleant, ex quibus temperantur. Optimum huiuscemodi iudicium, quod in quibusdam plane obseruari non potest, propter ea quæ admiscentur, odore cæteris præualentia. ut in Amaracino, & Crocino, Telino, & plærisq; alijs, quæ crebra circa hæc meditatione experiri conueniet.

B

BARBARI COROLL.

VNguenta græci myra uocant, a Myrtha, siue quasi mora, ut Chrysippus inquit, q̃ infatuati uino & crapula fere uti soleant unguentis. Etenim cum bellarijs & corollis Vnguenta secundis mensis inferebantur. quod & Socrates apud Xenophontem, ut meretricium accusat, ut uestem ita odorem, alium pudicas, alium impudicas decere prædicãs. Lacedemonij certe unguentarios eijciebant urbe, quasi corrumpentes Oleum, quemadmodum & infectores: ut qui candorem uellerum accersitis medicamẽtis inquinare uiderentur. Prohibuit & Solon, ne quis unguenta uenderet. Proinde Sophocles et Callimachus Veneri speculum & unguenta tribuunt, oleum Mineruæ, q̃ illa uoluptati, hoc uirtuti natum esset. Primus omnium Archilochus usurpauit unguenti nomen, hoc est, Myron: & si res Homero quoq; nota fuerit, oleum, non myron appellanti. Vnguenta sane, quæ non de floribus, sed de aromatis conficiebantur, Thymata uocabãt: quod & Homerus nouit: cum Thethyomenon, hoc est, delibutum eo genere Iunoni corpus fuisse cecinit. Dicuntur & Myromata, non myrisomata. Hippocrates odoramenta, hoc est, aromata & suffitus appellauit. Nomen & a patria unguentis est quibusdam: ut Panathenaicon, Athenis factitari solitum, & Babylone Babylonicũ. Quãq; Appollonius autoritatem & præstantiam unguentorum non locis, aut regionibus, sed peritiæ artificum, & industriæ acceptam retulit. Nam Ephesina quondam in precio habebantur: nunc exoleuere. Habebantur & Alexandrina, propter duas Reginas, opibus & luxu diffluentes, Berenicem, & Arsinoem. In Cortyna quoq; diu laudatum est Rosaceum, Berenices maioris temporibus, Cœnãthinum Adramytti modice cõmendabatur: postea ob Stratonicem, primum Eumenis nomen obtinuit. Syriacis, præsertimq; Telino suma fuit olim autoritas, sicut & Asiaticis e Pergamo. Vnguentarij occasione Libanotion e Thure cõmendantis: quod antea nusq; fuisset. Vnguen

*



Hosted by Google

Cum porro precioſum innatat infuſum uili, contra mel probum, uitioſo melli additum ſidet. Nec omnia ſane unguenta omnibus placebant. Quin ſua ſingulis fere partibus corporis erant dicata. ut in Baccari monſtrauimus. Infames huius luxuriæ Lydi ſunt. a quo Sardianum mundum, Poetæ pro unguentis capiunt. In mentione ſunt & Brethyon ex Lydio, pro craſſo & pro Anthino quoq; acceptum. Et Sagda, ſiue Pſagdan: etiamſi Nicander in uerbo Sagdanon unguentum, ſed homines effœminatos & profligatos moribus intelligit: alij uero ſuffimenti genus. Hebæi celebrant, ab inuentore dictum Plagoninon. Athenis unguenti hemina quinq; pondo argenti uenibat. Aliqui decem produnt. Vnguentū frequens, ut inquit Ariſtoteles, caniciem oblinentibus ſiccitatis uitio conciliat. Iceſius, qui de odoribus ſcripſit, unguētorum duo facit diſcrimina. Deliciarum, quod & Chriſma, ſiue Chriſma dicitur. Et uulgare ac promiſcuū, & fere paleſtris dicatum, quod Alima cognominat, et Aloemon, & Epalelima. De quo uerbo Feſtus quoq; apud nos: unde Aliptes, & Exaliptes, qs noſtri unctores, & reunctores uocāt. A græcis frequētius Coniatę chriſiæ, ac Pædotribæ nominātur: ut q a limo dictū Epalima, ob uilitatem ſcripſerunt, errauerint, etiam ſi mediaſtini, non medicorum ipſi medici reungerent. Habentur & quæ ſicca unguenta, hoc eſt, Ceromata dicuntur: ut liquida, quæ Hygromyra, fœminarū auribus expetita. Sunt & Moſchata, quæ alij Moſchomyra, Paulus Moſchelea uocauit. In quæ ſicut in Arabica quoque unguenta, genus illud quod Arnabone Paulus & Aetius appellant, quæritur. Sed quid ſit Arnabo, nondum comperimus. De Moſcho, ſiue Muſco diximus alibi. In multa odoramenta uenit & Camphora: quam Aetius Caphura nominauit: in eo unguento quod Salca dicitur, axillis & auribus fœminarum dicato. Nam & ſuffimentū Moſchatū in eodem Aetio legas: in quod & ſandala, & Nuces Indicæ deſyderantur, comitante orientali ſuccino. Eſt autem Nux Indica, fructus ut Mauri putant, Palmæ cuiuſdam Indicæ præmagnus atq; pinguis, cuius oleum butyro quoq; preferunt, bonitate ſucci. Sandalorū uero tria genera, candidum, rubrum, luteum. Camphoræ quaterna: arboris ea gumi eſt. In quibuſdam locis medulla non aliter prouentu magno, q; ſi terremotus & tonitrua multa fuerint. Initio maculis rubentibus, poſt uel calore ſolis toſta, uel ignium candeſcit. Inuenio & Alua, et Sarua, & Scylmatis folia, ſiue Scymatis odores ſuffumigandis domibus idoneos. Primū in eo thymiamate quod Cyriæ Romuli aſcribitur. Sequens in eo, quod ad Embolarchum refertur autorem. Tertium in eo, quod Myrepſicon uocatur. Scylma certe hoc etiā ad Calliblepharon probatur Aetio. Nominatur inter ſuffitus & Maſucha, ſiue Maſuaphion a Paulo. Sed ea compoſitio eſt, non facultas ſimplex aliqua. Vnguēta ſane quæ cerā, uel reſinam, uel aliquid huiuſmodi recipiunt, nō Myra ſimpliciter, ſed Myracopa dicuntur: quoniam ſimilia ſint acopis. Talia ſunt Amaracinum, & Decamyron, a decem rebus unde conſtat appellatum: ſicut a qnque Pentamyron.

## ¶ De Roſaceo. CAP. LII.

Roſaceum oleum ſic fit. Iunci odorati quinq; libras et beſſem tundito, & ſubactas aqua in duabus olei libris & quincunce ſubinde mouendo coquito. Dumq; percolaueris, in olei libras uiginti & qncuncem adijcito Roſas non madefactas numero mille, & manibus melle perunctis identidem moueto, ſenſim premens. Sinito nocte tota macerari, poſtea exprimito: & ubi recrementū peſſum ierit, mutato uaſe, in craterem melle illitum recondito. Cæterum Roſas quæ antea preſſæ fuerūt, in labellum demittito, & affuſis octo libris & quadrante ſpiſſati olei, iterum premito: eritq; ſecundarium oleum. Quod ſi tertias uſq; quartaſue perfuſiones infundens exprimere uoles, ſecundarium fiet, tertiarium, & quartarium unguentum. Sed quoties id feceris, uaſa melle oblini debent. Si uero ſecundam adiectionem inſtituere libet, in expreſſum oleum, numero pari recentes Roſas nullo humore imbutas injcito, manibus melle præmadefactis, agitans premito: & iterum, tertio aut quarto, ſimili modo exprimens facito, totieſq; recēteis Roſas detractis unguibus immittito. ſi et enim

et enim ita oleũ multo ualidius. Nã septies oleũ Rosarũ infusionẽ admittit, nec amplius. Prælũ melle perungatur. Oleũ a succo diligenter secerni oportet. nã si minimũ quid relinquat̃, unguentũ corrũpet. Alij autem detractis unguibus, Rosas tantũ oleo macerãt in sole hoc modo. Rosæ quæ selibram põdere æquant, in sextario olei diebus octo madescũt, & usque tertiã perfusionẽ quadraginta diebus insolant̃, & sic oleũ recõditur. Alij Calamo, aut Aspalatho prius olei spissamẽta faciunt. Alij coloris caussa Anchusam admiscent, & salem, quo minus oleat. Vim astringendi & refrigerandi obtinet. Fomẽtis & cataplasmatibus utile. Potum soluit aluũ. Stomachi odorem restinguit. Vlcera caua replet, & mulcet, quæ Cacõethe uocantur. Vlceribus in capite manantibus, atque feruidis eruptionibus illinitur. Caput dolens eo perfunditur. Dẽtes inter initia doloris collui prodest. Ad genarum duricias illitum efficax est. Ad lacessita interanea & cõcitatas uuluas utilissime subijcitur. A

## BARBARI COROLL.

VNguentum Rosaceũ, id est, Rhodinon Phaseli, maxime diu placuit. Commendabatur & Neapolitanũ, & quod in Seplasia Capuæ diuendebatur: ut inquit Apollonius. A quibusdam addi salem, & anchusam, & rosaceum, & Dioscorides & Plinius autores sunt. Disiunctim hoc fortasse capiendum est, cum ea sit unguenti faciendi regula, quibus anchusa adiecta est, sal uti ne addatur. Simplicissima eius mixtura diu fuit, additis Omphacio, flore Rosæ, Crocino, Cinabari, Calamo, melle, Iunco, salis flore, aut anchusa, uino. Huic cãdidus colos erat. Qui macerant in sole Rosas oleo conditas, uitreis uti pręcipiuntur. Vnguentũ Cyrenis, e Rosa preciosissimum Theophrastus prędicat: quoniam Rosa ibi odoratissima sit. Inuentum est, & Rhodomeli facere, hoc est mel, Rosaceum: & aquam Hydrorosatã appellatam recentioribus gręcorũ. Plin. libro. 21. cap. 4.

## EX M. VERG. COMM.

QVod statim in ipsis foribus uitium se nobis obtulit, huiuscemodi est. Iubet hic in Rosacei confectione ad olei spissamentum sumenda esse, rotundi odorati Iunci põdo quinque, & uncias octo: statimque subijcitur, sumenda pariter olei pondo duo & quincuncem: nec male, incertoue sensu hactenus, si odoratus ille rotundus Iuncus spissando huic oleo satis esset: & nisi quod sequitur paticipium κόψας, male rei responderet. Et præter hoc alterum illud participium φυράσας nulla ratione oleo competere posset. Qui enim tundi oleum, & macerari aqua potest? quod duo illa participia significant. alterũ enim in duris & aridis tantum fit, alterum in his solum dicitur, quorum arescit alterum, liquescit uero alterum. ut cum dicit Tranquillus, lutum sanguine maceratum, & quotidie auditur aqua macerari farinam. Accedit, ꝙ iniusto pondere, & mala rerum inæqualitate, in spissando humore præcipitur, maiori copia sumi quod spisset, minore autem quod spissatur. Spissatur enim oleum, spissant uero aromata, quæ si copia abundent, non spissare dicentur, sed oleo dilui. Cogerunt postremo nos, non suspicari iam, sed pro comperto uitium hoc loco habere, quæ plura in antiquioribus aliquot gręcis in spissando Rosaceo numerantur. Elenium, quam nos Inulam, angulosum odoratum Iuncum, & odoratum itidem Calamum. Credimusq́, quod oleum statim a rotũdo odorato Iunco legitur, non oleum, quod græci ἔλαιον, sed ἐλένιον Inulam, antiquam lectionem fuisse. deesseque alia deinceps, quæ prius aqua macerata, in oleo coquenda essent. tum per colum traiecto oleo, uiginti sic spissati olei pondo, & uncijs quinq́ inijciendas esse Rosas numero mille. &c. Quæ omnia coniectura tantum nostra dicuntur, quam alijs etiam relinquentes, nihil mutauimus, suspiciones, suspicionumq́ caussas diligentioribus ostendisse contenti. B

Et quia toto hoc opere passim põderum mẽtio est, testari semel id uolumus, si quid maius, minusue, pro rei natura & necessitate dici forte uidebitur, non ideo damnandũ esse laborẽ hũc nostrũ. Lubricus enim in antiquis ponderũ, & mensurarũ notis, ad uitiũ lapsus est. Multa etiã in antiquis græcis uarietas, & nos codicũ fidem, nõ experientiam sequimur, quã medicis relinquimus, quibus licebit semper, ex aliorũ decretis, aut iterũ facto rei periculo, in melius conuer

Cere, quod ex hoc scriptore parũ appositè dictum a nobis fuerit.

## De ELATINO. CAP. LIII

ἐλάτινον ἔλαιον

FRacta Elate, tusa, & scarificata in labellum deiicitur. Omphacinũ oleũ triduo infundit, mox p sportulã exprimit. Verũ pares esse debent utriusq; portiones. dein mũdo uase ad usus recõditur. Viribus Rosaceo proportione respondet. Aluum tamen non mollit.

### BARBARI COROLL.

ELatinum e Palma fit Elata: quam nostri Palmam Abietem uocãt. Dicẽda per se, in loco. Lachrymam eius in unguentis misceri tradũt, ad oleũ domandũ, id est, Stymmatis uice: huius & furculos, & lachrymam uocauimus. Abietẽ certe græci arborẽ ipsam Elatem & Spathen nominant: lachrymam fere Spathen. In Theophrasto nomen huic unguento, Phœnix.

### EX M. VERG. COMM.

AColumella Elate lib. xiij. Cortex Palmæ appellatur.

## De MELINO. CAP. LIIII.

ἔλαιον μήλινον

MElinum oleũ hoc modo temperatur. Olei congius, decẽ aquæ sextarijs amiscet. Adijcitur Spathæ fractę quadrans, & Iunci odorati uncia, quæ die uno macerata coquuntur. mox in uas oris patuli oleũ excolatur, & indita harũdinacea crate, aut uetusta tegete, Cotonea mala superponuntur, & uestimentis operta tantisper inibi residẽt, dum malorum uires ad se oleũ alliciat. Aliqui Cotonea, decem dierum spacio operimentis inuoluunt: ut cõtineatur odor, nec euanescat. Postea biduo macerata oleo, exprimũtur, oleumq; reconditur. Id uim refrigeratoriam & astringentem habet. Contra scabiosa ulcera & quæ serpunt, ac furfures, perniunculosq; effectum præbet. Exulceratis uuluis infunditur. Citatam urinam sistit inditum. Sudores cohibet. Contra cantharidas, bupreſtin, pinorum erucas, bibitur. Laudatur maxime quod Cotonea mala olet.

D

### BARBARI COROLL.

Plin. libro. 23. cap. 6.

MElinum prælatum in Coo, cotoneis malis, & struteis fit. Quidam genus hoc, tum demũ in unguentum trãsire perhibent, admixtis cyprino, sesamino, balsamo, casia, abrotono. Quæritur, uti ne in humidis nata sint, quæ in hoc parentur: Ideo utilissima esse quę in Sicilia nascantur. Minus probari Strutea, quamuis cognata.

## De Oenanthini compositione. CAP. LV.

οἰνάνθινον ἔλαιον

OEnãthe e labrusca, optime olẽs postquã emarcuit, deiecta in Omphacinum oleum mouetur, uoluiturq; : & cum biduo manserit, exprimitur: oleum reconditur. Astringit, proximum Rosaceo effectum præbẽs, sed aluum non resoluit, aut mollit. Probatissimum est quod odore Oenanthem refert.

### BARBARI COROLL.

Plin. lib. 23. ca. 2. & 23. ca. 4.

OEnanthinum in Cypro, deinde in AEgypto, præpositum est ex Adramytto. De Oenanthe in loco agetur. Sit hoc unguentum idem cum Anthino, ab Hippocrate uocato, mulie bribus malis utile, an diuersum, & Anethinum potius, non liquet. Alioquin uidetur Anthinum dici posse unguentum omne, quod ex floribus componitur lilio, narcisso: rosa, iride. Cuiusmodi maxime in Bœotica Cheronea fingebantur, cõmẽdata Pausaniæ. Vinum porro Anthine, siue Anthinon, aliud est q̃ uinum Oenanthinum: ut in uua Oenanthe diximus. Unguentum

guentum Oenanthion, etiam Oenantharion dici posse. testis est Paulus, qui nō eo nominatū putat, cp accipiat Oenanthen, cum sæpe fiat sine ea, sed a uino, & floribus Lilij. Vtebantur, inquit, hoc ueteres a balneis, spargebant eo mensas, & nares linebant, & contra pestilentiam uale re iudicabatur: præsertim Possidonianum, cognomento Mesopotamites. A

## ¶ De Telini componendi ratione. CAP. LVI.

FOeni græci libræ quinque, Calami libra una, Cypiri libræ duæ, olei libris nouem: septenis diebus macerantur, quotidie ter mouentur, postea premuntur. Aliqui pro Calamo, Cardamomum substituunt, & Cypiri loco, Xilobalsamum macerant. Alij oleo antea his odoribus spissato, Fœnum græcum macerantes exprimunt. Hoc Telinū ab scessus emollit, & concoquit. Omnibus uuluarum duricijs magnopere cōuenit. Fœminis difficile parientibus subijcitur, ubi prę excretis humoribus loci siccitatem cōtraxerūt. Sedis inflāmationes lenit. Tenesmo subditum prodest. Vlcera capitis manantia, furfuresq; expurgat. Ambustis & pernionibus addita cæra proficit. Vitia cutis in facie emēdat. Pigmentis ad conciliandū faciei nitorem inseritur. Eligi oportet recens, quod nō uehementer Fœnigræci odorem præ se ferat, & manus abstergat, sapore ex dulci in amarum inclinato. Tale enim optimum iudicatur. τέλινον ἔλαιον

## TBARBARI COROLL.

TElinum e Silicula, id est, Fenogręco nomen rationemq; habet. Addebant huic & mel, & sertam campanicam, & cypirum, & mellum, & maron, & amaracū. In Telo insula etiam Menandri ętate celeberrimum. Quid sit Mellum Plinio, quod & in uina fictitia, & in Susinum addi meminit, haud ita dum inueni. Forte non Mellum, sed mel in his locis scribendum sit. Nam Amellum, de quo & Virgilius, & Columella, frutices fert apibus gratissimos, aureo ac luteo colore: ab imo folioso: floribus purpureis, aspero gustu: cuius radicis succus ęgroto examini cum Amineo uino dari præcipitur. Dicitur uero Amellum, cq pastores eum curua legant, propę flumina Mellæ: is Gallię amnis est. Quēadmodum a Lemano lacu, Alemani, ut Seruius existimat. Est & Amilla flos apud græcos autores quosdam, gallico uocabulo: herba ea quæ uocatur Anthemis: siue Chamęmilon: ut forte Amilla, uel idem, uel similis sit Amello, nihil asseueramus, sed in medium posuisse nihil officit. Plin. 13. cap. 1. B

## EX M. VERG. COMM.

IDq; in extrema Capitis huius coronide est in græcis, σμῆχον τὰς χεῖρας, id est, manus abstergēs, eodē modo in cunctis eius gentis codicibus legitur, nec nisi manus ea uoce intelliguntur. Oborta tamē suspitio nobis est, nō χεῖρας. i. manus, uerū τρίχας. i. capillos legi oportere. Suspitionis huius caussam nobis fecit, qd in Fœnogręci historia, & medicina, quæ secūdo uolumine tractabitur, idē hic scriptor ait, σμήχει δὲ καὶ τρίχας καὶ πίτυρα καὶ ἀχώρας, quod est, abstergere Fœnogręco decoctū, capillū, furfures & capitis manātia ulcera, omnia eius partis uitia, ideoq; deinceps numerata, quibus uerisimile est, nō debuisse misceri manus. Ex eadēq; ui credimus, hunc nō manus, sed capillū Fœnogræco unguēto abstergi præcepisse. Nisi quod in ungēto est bene, quod autem in Fœnogræco male legatur, sitq; illic, non hic uitium. Nobis capillum legi magis placet. Non enim uidemus, cur, solam manus cutem abstergere hoc possit, reliqui uero corporis consimilem illi nequeat. Suum tamen cuiq; iudicium sit.

## ¶ De SAMPSVCHINO. CAP. LVII.

SErpilli, Casiæ, Abrotoni, florum Sisymbrij, frondium Myrti, Sampsuchi singulæ portiones, quadam pro uiribus singulorum cōiectatione, una tunduntur. atque is Omphacini olei modus adijcitur, qui madentium uires non euincat. Hæc post quatriduum exprimuntur. denuo alia, simili mensura & æquali tempore macerata premuntur. ita enim ualidius σαμψύχινον ἔλαιον oleum de amaracho majorana

Hosted by Google

C lidius reddi solet. Eligi oportet Sampsuchum colore nigrũ, plurimũ redolens, mediocriter acre. Vim habet acrem, calfactoriam, extenuantem. Aduersus uuluæ præclusiones, conuersionesq; efficax est. Menses & secundos partus extrahit. Vuluæ strangulatus recreat. Lumborum, inguinumq; dolores lenit. Sed cum melle uti eo præstat: quãdoquidem uehementi astrictione locos indurat. Lassitudines illitum discutit. in opisthonicorum, uulsorumq; cataplasmata utilissime additur.

BARBARI COROLL.

SAmpsuchino Calamus accessit. In Cypro, & Mitylenis optimum, ubi plurima Sampsuchus. Differt hoc Dioscoridi ab Amaracino: q aliæ res in Sampsuchinũ, aliæ in Amaracinum quæruntur. Dubitationem Pliniana uerba faciunt. E Sampsucho inquit, oleũ fit. quod Sampsuchinum uocatur, aut Amaracinum.

VERG. Plin. 22. cap. 22. & 11.

NOta omnibus in quotidiano sanitatis usu Amaracus est. Eam cõmuni appellatione græci Samsuchũ neutro genere uocãt: nec certe differunt, nisi diuersarum gẽtiũ nominibus. ut in hístoria eius in tertio uolumine certius patebit.

Eligito Samsuchũ, qui colore nigro in uiridi sit. In cunctis fere græcis legitur. μιλάχροον. Nos meliorũ codicũ fidẽ secuti, atq; naturam rei & sensum, μιλάγχλωρον, qd nihil significat aliud, q cõiunctos mistosq; simul colores duos. q a nobis, ut legit, in uiridi nigro colore, redditi sunt.

Et fœtus. Adiecimus eadem fide, & fœtus. quoniam menses & secũdas trahere dixit.

¶ De Ocimini compositione. CAP. LVIII.

ὠκίμινον OCiminum oleum fit ut Cyprinum. Ocimi folia detrahens librarum undecim & bessis pondo, die noctuq;, uiginti olei libris macerato, premito, colato. Cumq; exhauseris quallum, rursus parẽ olei modum fundito, & exprimito. Vocatur autem id secundarium. nam tertiæ perfusionis non est capax. Deinde recens Ocimum æquali pondere, ut in Rosaceo diximus, maceratur: & cum tanto temporis spacio maduerit, D exprimitur, & oleum reconditur. Quod si in animo fuerit, ter, aut quater madefacere, semper Ocimum recens addes. Potest ex Omphacino confici, sed illo modo melius. Idẽ q d Sampsuchinũ potest, sed inefficacius.

EX M. VERG. COMM.

QVod hic a principio statim dixit, confici Ociminũ oleum Ligustrino, similiter ad spissamentũ & odorem olei pertinet, id est, præparationem illã, de qua longius non multo ante egimus, breuitatisq; caussa ad alterius unguenti rationem olei spissamentũ, in hoc Dioscorides reiecit: patetq; id quod nullis in hoc aromatis oleũ præparat, quod alioqui cõmune omnibus fere est. Indicatq; id aperte, qd in capitis extremo calce additũ est, posse & ex acerbo oleo Ociminum fieri: quasi dicat, non posse simplici oleo Ociminum fieri, sed aut spissato Ligustrini modo, aut ex maturis oliuis expresso faciendum esse. Qualis autem Ligustrini spissatio & confectio quondam fuerit, certius non multo post patebit.

¶ De Abrotonini compositione. CAP. LIX

ἀβροτόνινον OLei Cyprini odorib. imbuti libris nouẽ et quincũce, foliorũ Abrotoni libras octo, die noctuq; madefactas, premito. Quod si in longum tempus oleũ uelis asseruari, eiectis prioribus foliis, noua appones, & macerata exprimes. Calfacit. Ad uuluæ duricias, præclusionesq; efficax est. Menstrua & secundas pellit.

¶ De Anethini compositione. CAP. LX.

ἀνήθινον OLei libris octo & dodrante, florũ Anethi libras undecim & bessem maceratas, manibus premito, & recondito. Quod si iterum perfundere

perfundere uelis, recentes Anethi flores consimiliter madefacito. Vulua A
rum duricias emollit. Venarum spiracula laxat. Contra rigores febrium
circumitu redeuntes auxiliatur. Calfacit enim, & lassitudines discutit.
Prodest articulorum doloribus.

EX M. VERG. COMM.

ACerbum, in aliquibus græcis in unguento hoc quæri oleum, præcipitur. Sed an cõfectio nis eius antiqua hæc ratio esset, incertum nobis. Id genus olei certe quõdam laudatissimũ fuit, & inter unguenta facile receptũ. Paulus AEgineta utitur eo cõtra uigilias ad somnũ. Et in adstricta cute corporis, iubet eo inungi, præsertimq; ex uiridi Anetho confecto.

## ¶ De Susini compositione. CAP. LXI.

SVsinum, quod alij Lilinum appellant, sic temperatur. Olei libræ no uem cum quincunce, Calami libræ quinque & quadrans, Myrrhæ unciæ quinque, permixto odorifero uino decoquuntur. & colato oleo, Cardamomi tusi & cœlesti aqua madefacti libræ tres & semis macerãtur, premunturque. Tres libræ cum semisse spissati olei assumũtur. Mille Lilia decerptis foliis in latum labellum demittũtur. Iniectum oleum, manibus melle punctis agitatur. die noctuque cõquiescunt, & in pixidem matutinis exprimuntur. Oleum protinus ab aqua, quæ simul expressa fuerat, colo incerni oportet. Non enim ut Rosaceum moram tolerat. Nam concalfactum feruet, & computrescit. Quare sæpius decapulandum. Vasa melle illinenda. Tenuis sal inspargendus, & si qua sordes uasis faucibus hæsit, eximenda. Odoramentis iam expressis, ex quasillo in labellum transfusis, rursum olei prius odoribus imbuti, quod primum pondus æquet, & Cardamomi tusi drachmæ decem conijciuntur. Hæc manibus scite pressa, interiecta breui mora exprimuntur. Quod profluit re B
purgatur. tertio eadem infunduntur, adiecto Cardamomo & sale, & manibus melle madefactis. Longe optimum erit quod prius exprimitur. Proximum quod sequitur. Tertium locum sibi uendicat, quod nouissimum prodijt. Denuo in mille Lilia euulsis foliis, expressum primo oleum infunditur. Tum porro prosequendum, eademque facienda ut prius, addito Cardamomo, dein expresso. Et quo frequentius recentia Lilia macerabueris, eo ualidius unguentum efficies. Denicq; cum factum abunde uidebitur, singulis compositionibus miscere conuenit Myrrhæ cp optimæ duas & septuaginta drachmas, & Croci decem, Cardamomi quinque & septuaginta. Croci uero & Cinamomi pares portiones tundũtur, & cribratę in labellũ cũ aqua demittũtur. Expressumq; primo unguẽtum infunditur. & paulopost excipiũtur, uasculis siccis Myrrha, aut gũmi antea perfusis, & Croco, melle & aqua madefactis. Eadẽ fiunt in altera aut tertia expressione. Aliqui simplex ex Balanino, alioue oleo, et Liijs componũt. Optimũ esse cõstat in Phœnice, mox AEgypto factum. Sed cũ primis laudatur qd Lilia redolet. Excalfacit. Emollit. Vuluæ præclusiones laxat, & collectiones aperit. Vtilissimum ad muliebria mala.

Vlcera

C Vlcera in capite manantia, feruidas eruptiones, uaros, furfuresq; emendat. Vibices, cicatricesq; celerrime ad colorem reducit, ita ut sępe fallant. In summa, extenuat. Potum bilem per aluum extrahit. Vrinam ciet. Sed stomacho alienum est, & nauseam parit.

BARBARI COROLL.

Plin. lib. 13. capite. 1.

SVsinum omnium tenuissimum est. Hoc & Phyllinon, & Lilion, & Lilinum & Lirinum, & Lirium (ut Galenus inquit) & Syrium quoq; uocabatur: & Cinnomyron. Vnguinosum erat hoc, & e Lilio quoq; sub diuo, sole, luna, pruina maceratũ, fiebat. Ipse quoq; succus floris Lirium dicebatur, atq; mel. Lilia purpurea, oleo faciendo, maxime præferuntur, quæ in Syria & * Pisidia Pamphiliæ Dioscorides cõmemorat. Hinc Syrium appellatũ crediderim. Nũc omnes fere succi, unde Syrupi uulgo. nam Syrupa Oliuæ condiendæ genus est Columellę. Susinum porro dicitur, a Suso, quod Lilium significat. Vnde Susa Persarũ regia, ut inquit Athenæus, ob amœnitatem uocata fertur. Theoprastus Lilium Aegineticum, & e Cilicia cõmendat.

EX M. VERG. COMM.

SVsinum. Testantur Græcorum Lexica, ex Lilijs factum unguentum, Susinum dici, nullã tamen eius nominis caussam & originem docent.

Sunt qui Crininon. Manifestum hoc habet intellectum. Crina enim Lilia uocant.

Excolatoq; oleo Cardamomi tusi. &c. Grcęe, εἶτα ἀπηθήσασα τὸ ἔλαιον ἀπόχειμε τὰ καρδαμώμου. Nos deflexo in certiorem sensum, rerũ & uocum ordine reddidimus. Nulla tamẽ melioris codicis fide adiuti, sed sola usus, necessitatisq; in ea coniectura: quæ quam uera sit, peritorum censuræ æstimandum relinquamus. Nobis, ut aliquam rationẽ harum reddamus, uisum est, bis diuersa spissatione iubere Dioscoridem, ad Lilium unguentum præparari oleũ. In prima. odorato Calamo, & Myrrha, quæ uino prius macerata, in oleo coquenda sunt. absolutaque coctura, & excolato ab illis oleo. In secunda Cardamomum inijci præcepisse, & cum aliquãdiu in illo oleo maduerit, exprimi. &c.

D Post hęt translatis in labrum ex fiscelli expressis aromatis. &c. Non satis certũ habet ex uerborum ordine sensum, facilis tamen rei cõiectura est. Iubet enim Dioscorides, iudicio nostro, ut minore sumptu, maior olei copia spissetur, expressis semel aromatis illis superinfundi rursus oleum. sic iterum, tertium, & quartum faciendum esse. Credimnsq;, participium quod illic est ἀρωματισμένου, quod aromatis odoratum significat, abundare, aut pro præterito futurum legendum esse ἀρωματισομένου, scilicet, quod odoratum significabit, unaq; hac uoce tantum mutata, facilis sequaxq; totius rei deinceps intellectus erit: quod signasse satis sit.

Reliquimus præterea ab hoc loco statim, quod instaurari, impleriq; a nobis nõ potuit, nec debuit. Priuationis enim nulla est mensura, periculosaq; temeritate, quod sic deest expletur, facillimumq; omnibus erit ex gręcorum codicum lectione uitium deprehendere. Numero enim plurali inceptũ mẽbrũ, singnlaris numerus excipit, miscetq; adeo sensum & incerta reddit quæ sequũtur, ut nihil nobis eo loco cõmodius uisum fuerit, quã relicto hiatu aliq̃, legẽtes uitiũ monuisse, ut aut cognitũ nõ fallat, aut instaurãdo eo felicius posthac laborare aliquis cogitet.

## ¶ De Narcissini compositione. CAP. LXII.

ναρκίσσινον

NArcissini olei spissamenta ita fiunt. Sex libræ Aspalathi cum sextante tunduntur. Olei eloti libræ septuaginta cũ uncijs quinq; assumuntur. Aspalathus aqua madefactus, in tertia Olei parte coquitur, quo exempto, Calamus quinque libris & besse, cum Myrrhæ gleba contunditur: cribratusq;, ac uino ueteri odorato immistus decoquitur: simul ac autem cum ijs efferbuerit, eximitur. Refrigeratum Oleum excolatur, cuius portio in labellum mittitur, Flores Narcissi q̃plurimi conijciũtur, qui bidui spacio, ut in Susino dictum est, permoti exprimuntur. Oleum subinde decapulandum. siquidem celerrime putredinẽ sentit. Valet hoc ad emolliendas uuluæ duricias, præclusionesq; : sed capitis dolores facit.

De Crocini

BARBARI COROLL.

NArciſſinum ex Narciſſi flore componi, deſijt Plinij ætate. Id de unguento eius dictum accipio. Nam de oleo Narciſſino medicinas idem Plinius perſequitur. A Pli. 21. cap. 19.

EX M. VERG. COMM.

VAriant Græcorum antiquiſſimi codices, quo loco hic ait, πόσας καὶ ἁλὸς ἐπίβαλε ὕδατι τῷ τρίτῳ τε ἐλαίου. Indicant enim alij ſenſum, qui ſit, Aſpalathum coquendum eſſe in tertia olei parte: quod ſine cauſſa dictum uidetur. Cur enim. 70. pondo olei hic accipi iuſſiſſet, ſi tertiæ tantum partis futurus erat uſus? Alij concinniorem oſtendunt ſenſum, qui ſit, ad olei tertias ſumendam eſſe aquam, in aqua Aſpalathus maceretur. Quã lectionẽ rei magis congruentẽ nos ſecuti ſumus.

Non habet deinde certum pondus, quod nos diximus, Myrrhæ grumum. Intelligenda tñ in eo, ea quantitas eſt, quæ exigua potius quam grandis ſit. Siquidem græci κόνδυρον, dicunt in ſale exigua fruſta, & quaſi quantum ſummis cõtractis in unum digitis capere aliquis poſſit. Tota res in coniectura unguentarij poſita erit.

Credimus præterea deeſſe olei pondus, quo loco ait. Sumito poſtremo ex oleo. &c. Non enim decernit quantum olei ſumi oporteat. Niſi forte & hoc in eiuſdẽ coniectura relictũ fuit.

Erant & alia de Narciſſi flore dicenda. Sed omnia quarto uolumine in hyſtoria eius copioſius dicentur.

¶ De Crocini olei compoſitione. CAP. LXIII.

CVm Crocinum cõponere uoles, prius olei, ut in Suſino diximus, ἐρώμενον ſpiſſamenta facies, eiſdem ponderibus & menſuris. cuius olei, libras treis & ſemiſſem, Croci unciam unam aſſumes. identidem in die mouето. & ſexta die quam hoc aſſiduo peregeris, oleum a Croco eolis incernito. Eidem Croco parem olei modũ adijcito. Moue triduo. Dein contuſæ Myrrhæ atque cribratæ drachmas quadraginta permiſceto, & in pila agitans recõdito. Aliqui parem Cyprini portionem oleo aromatibus ad B Crocinum imbuto adijciunt. Optimum eſt quod abunde Crocum ſpirat, in medendi uſu expetitum. Proximum, quod Myrrham refert. Calfacit. Somnũ allicit. Quare perſæpe phreniticis ſubuenit, aut perfuſum, aut naribus admotum, aut illitum. Pus mouet. Vlcera purgat. Contra uuluæ duricias atq; præcluſiones, & ulcera quę cacöethæ uocantur prodeſt, cum croco, cæra, medulla, duplicato olei põdere. Concoquit enim, emollit, humectat, & permulcet. Ad oculorum glaucitates ex aqua illinitur. Huic autem ſimile eſt Butyrinum, Onychinum, & Styracinum: quæ &ſi nominibus diſtant, uiribus & compoſitione cognata ſunt.

BARBARI COROLL.

CRocinum, in ſolis Ciliciæ diu laudatum: mox Rhodi. Additũ huic & Cinnabari, et Anchuſa, & uinum. Theophraſtus & ex Aegina cõmendauit.

EX M. VERG. COMM.

INclinat animus nobis, quod in omnibus græcis pariter legitur, eidemq; Croco par olei pondus ſuperinfundito, non ſic, ſed contra legi oportere: mutataq; inuicem a libtarijs, aut imperitis Medicis, oleum & Crocum fuiſſe. nullam enim id cauſſam habet, ratione mue, cur ſic faciendum. Si quis autem multo rerum ordine legat, eidemq; oleo, par Croci pondus ſuperinfundito, cõmunẽ alijs confectionibus cauſſam & rationẽ oſtendet, ut geminata ſcilicet Croci quantitate, maiores continue & efficaciores uires Crocinum acquirat unguentum.

Confidentius non multo poſt literas mutauimus aliquas, quo loco hic ait. ἔνιοι δὲ ἴσον κύπριον, quod ſignificat, ſunt etiam, qui par Cyprinum oleum. &c. Inſtauratuſq; a nobis certiore ſenſu ſic locus eſt, ἔνιοι δὲ τῷ ἴσῳ ἐλαίῳ κύπριον. Quod eſt, ſunt etiam qui ad Liguſtrinum unguẽtum aromatis. &c. Neq; enim aliter intelligi res poteſt. Quemadmodum Paulo ante etiam quod erat, καὶ κίνει ἐν ὅλμῳ χαλκείμῳ, quod eſt, in pila, ſeu mortario miſceto, non pilam, mortariumue

C dixímus, uerum in oleo, quod uerisímile erat, cogitantes, pro ἔλαιον, ὄλμῳ factum esse. Qui em̃ sensus potest esse, & quis rei usus, si quis tusam et excussam cribro myrrham in mortario misce at? Quod enim mortario erat tusum, iam et cribro excussum erat, nec bene sumi, et in mortario misceri præcipiebatur, in quo non recte misceri aliquid dicitur. In tundendo enim, non in miscendo mortarij usus est. Miscetur autem oleo bene, quod tusum iam est. Nec aliter, si quis locum bene odoretur, intelligi res poterit. Barbarus in cunctis his comunem lectionem secutus, qualia se illa ostendebant, talia etiam uertit.

Styracinum, ideſt, ex Styrace.

Butyrinum, ex butyro, quod ut apparet olim pro oleo adhibebatur, miscebaturq; his quæ suppurationes adiuuabant.

Onychinum, ob Onyche in testaceo genere pisce, cuius adeps pro eodem oleo in usu erat. Indicauitq; id Plinius lib. 12. cap. 6.

## De Cyprini spissamẽto & olei cõpositione. CAP. LXIIII

κύπριον

OLei Omphacini eloti pars una, aquæ cœlestis dimidium, cuius una parte oleum diluitur, altera adhibendis odoramentis admiscetur. dein assumptis Aspalathi libris quinq; & semisse, Calami libris sex & semisse, Myrrhæ libra una, Cardamomi libris tribus & dodrante, olei libris nouẽ & uncijs quinq;. Aspalathus tusus & aqua affusus decoquitur in oleo, donec efferuescat. Myrrha autem uino uetere odorifero sub acta, cõtususq; Calamus digeruntur in offulas, quæ exempto Aspalatho immittuntur, & ubi efferbuerint, sublato ahæno, oleum percolatur. Cardamomũ tusum reliqua aqua aspersum infunditur, spatha agitatur, nulla

D dum refrixerit interpellatione. Post hæc colato oleo, in uigintiocto libras olei, floris Liguſtri, quod Cyprum uocant, sex et quadraginta libræ cum besse instillantur. quæ sufficienter madefactæ, per sportulam exprimuntur. Quod si copiosius desyderetur, idem florum pondus iniectum simili modo prematur, & iterum, aut tertio si quis uelit madefacere, poterit, & ita reddetur efficacius. Eligi oportet bonum, quod cum odoris suauitate nares feriat. Aliqui Cinnamomum addunt. Calfacit. Emollit. Venarum spiracula laxat. Vuluę, neruorũq; uitijs cõuenit. Pleuriticis, fractisq;, p se, uel Cerato immistum. Malagmatis imponi solet, quę opisthotonicis, anginа laborantibus, inflammationiq; inguinum opitulantur. Item acopis.

## BARBARI COROLL.

Plí. li. 15. ca. 7. CYprinum, in Cypro cõmendatissimũ: deinde in Aegypto. Huic et Abrotonum quidam adhibebant. Alij Panacem. Optimum postea Phœnicion, e Sidone fuit, mox Aegypto. Si non addatur Sesaminum oleum, durat quadriennio. Exciratur Cynamomo. Viris dicabatur Cyprinum & Rosaceum. Colos Cyprino candidus Theophrasto, uiridis Plinio. Precium in libras quinq;. E Cypro Canopica, in ripis Nili nata, laudatissimũ. Ascalonem, Iudeæ proximũ. In Cypro tertium. Ita mutatur sæpe autoritas. Vnguentum ipsum a Theophrasto, non Cyprinum, sed Cyprus quoq; dicitur. Nam Cyperinon, e Cypero, quę Cyclades fuerunt insulæ, cõponitur, Euetricon, a Theophrasto nominatum.

## EX M. VERG. COMM.

DEsyderatur in hoc capite certum temporis spacium, quo dimittendo in oleo flores illi essent. Idque non minus, q̃ cætera monuisse oportebat. In antiquo sane Dioscoride latino, noctem & diem adhuc legi, quod tempus, implendis oleo floribus, miscendisq; simul uiribus, satis fore uidetur. Sed nescimus, quanta illi fides habenda sit. Qui id agent, sagaci coniectura utentur, obseruabuntq;, ne breuiore tempore, abortiuum fiat unguentum, longiore uero refermentent, & uitientur humentes & succosi flores.

Quod si

Hosted by Google

Quod ſi copioſius facere uolueris. &c. Non caret ſuſpitione hic locus. Credimuſq; comparatiuum nomen πλέω quod illic eſt, aut aliud quiddam fuiſſe, quod non copiam, ſed efficaciam, & uires ſignificaret, aut uocē aliquam deeſſe, quæ illi coniungeretur. Verbi cauſſa, δύναμιν, ut eſſet ſenſus, quod ſi maiores uires illi addere uolueris. &c. Eo enim, non ad copiam pertinent quæ ſequuntur, ad quas augendas uires, nō bis tantum, ſed ter flores addi etiam iubet: cauſſamq; ipſe adfert, efficacius ea ratione fieri dicens. Nihil tamē his quæ paſſim leguntur addidimus, commentatione hac noſtra, quod deſyderari potuit, explentes. A

## ¶ De Irini ſpiſſamento. CAP. LXV.

SPathæ quam minutiſſime contuſæ ſex libras cum beſſe, in tribus & ſeptuaginta libris & quincunce olei, æreo uaſe, additis decem aquæ heminis incoquito, quoad odorem acceperit. poſtea in craterē melle oblitum colato. ex eo aromatibus imbuto oleo, Irinum primo temperatur, macerata Iride, ut ſcripſimus. Sed alia eſt componendi ratio. In olei ſeptuaginta libris & quincunce, Xylobalſami, ut dictū eſt contuſi, libras quinque & ſextantem excoquito. Poſtea detracto Xylobalſamo nouem libras & dextantem adijcito, & Myrrhæ glebam uetere uino odorato perfuſam, & in olei odoribus imbuti quatuordecim libris tantumdem tuſæ Iridis, binis diebus ac noctibus madefacito, ſtrenue et uehemēter diſtringito. Quod ſi uis ualidius fieri, par pondus iterum ac tertio maceratum exprimito. Longe optimum eſt, quod ſolam Irin olet: quale eſt in Perge, in Pamphilia, & Elide Achaiæ natum. Vim habet calfactoriam, atque emollientem. Cruſtas adimit. Sordida ulcera & putrida purgat. Confert fœminis uuluę affectionibus obnoxijs. Item inflammationibus eiuſdem atque præcluſionibus. Partus eijcit. Hæmorrhoidas laxat. Contra auricum ſonitus ex aceto, Ruta, et amaris nucibus, prodeſt. Diuturnis deſtillationibus naribus illitum, & contra graueolentia earum ulcera, quas ozenas uocant, auxiliatur. Aluum purgat cyathus epotus. Facit ad lłei cruciatus. Vrinam mouet. Difficileis uomitiones adiuuat, perunctis eo digitis, & immiſſis, uel ijs quæ ad uomitum ciendum induntur. Anginæ etiā illinitur, aut ex aqua mulſa, gargariſatur. Item contra faucium ſcabriciam. Datur ijs qui Cicutam, Coriandrum, aut uenena Fungorum hauſerunt. B

BARBARI CORÒLL.

IRium Corinthi, poſtea Cyzici placuit: ipſa quoq; per ſe Iris illyrica nobile unguentum facit. Sunt qui unguentum hoc, Catirinon quoq; uocent. Plí. li. 13. ca. 2.

EX. M. VERG. COMM.

QVam hic Achaiæ Elidem dicit, Arcadiæ credimus legendum eſſe. Illi enim, non Achaiæ, altera a geographis Elis aſſignatur. Quæ uero Medici uſſerunt, græci ἐχάρας nominant, relictas ab igne carbonis modo & colore cruſtas.

Nec ſunt paulo poſt, Ruta & Amygdalæ a nobis inſtillari dictæ, niſi etiam ſucco & oleo intelligendæ. Sic em hic docere multa conſueuit, medicis neceſſitatem uſus in tractatione cognoſcendam, relinquens.

## ¶ De Gleucini cōpoſitione. CAP. LXVI.

GLeucinum abſolute conſtat Omphacino, Iunco, Calamo, celtico Nardo, Spatha, Aſpalatho, Sertula campana, Coſto, & Mu- γλεύκινον

C sto, circundatis interim uinaceis uasi, quod aromata uinum & oleum cõceperat. Tricenis diebus, bis in die mouetur. postea expressum oleum reconditur. Calfacit, emollit, cohibet. Rigoribus, & neruorum, uuluæq; uitijs auxiliatur: omni acopo iuuantius, quippe quod emolliat.

BARBARI COROLL.

Plí. li. 23. ca. 4. Colu. lib. 12 cap. 51

GLeucinum dictum est, quia ex musto conditur: ab alijs Mustum incoquitur, uapore lento. Alij permittunt, sine igne consumatur oleo mustum: alioquin non Sampsuchum tantum admiscent, sed preciosiora quoq; odoramenta.

EX M. VERG. COMM.

ALteram, diuersamq; ab hac fuisse quondam Gleucini confectionẽ, hic ipse indicat. Et Columella libro. 12. capite. 51. copiosiorem eius confectionem indicat. Postremo Plinius, qui libro 23. capite. 4. de Gleucino agens cõtra Dioscoridis decreta, astringere Gleucinum et refrigerare dixit, aut manifesto errore, quod in re tam manifesta non facile credendum est, aut de altero Gleucino eas uires testatus. Ea nulla hactenus in græcis inuenta a nobis est. Desyderauimus etiam Musci olei, aromatumq; illorum mensuras & pondera: poterit tamen qui id nouisse cupiat, ex Columella eodem capite uestigia eorum aliqua odorari.

## ¶ De Amaracino. CAP. LXVII.

ἀμαρακινον

AMaracinum longe optimum in Cysico fieri solet ex Omphacino & Balanino, spissamentis e Xylobalsamo, Iunco odorato, & Calamo factis, ascitaque suauitate Costi, Amomi, Nardi, Casiæ, Carpobalsami, & Myrrhæ odoribus. Aliqui, quo preciosius fiat, Cinamomum addunt. Mel autem & uinum assumuntur, hoc in uasorum illitionem, illud ad cogendas tusorum aromatum offas. Amaracinum calfacit. Soporem
D mouet. Venarum spiracula laxat. Emollit. Feruorẽ excitat. Vrinam cit. Putridis ulceribus ac fistulis perquam utile, necnon humẽtibus hernijs, postquam medica manus operam suam impenderit. Crustas, & tetra ulcera, quæ theriomata uocant, rumpit. Difficili urinæ illita sede, & eius inflammationibus auxiliatur. Hæmorrhoidas illitu soluit. Vuluæ subditum menstruos cursus euocat. Duricias, ac uuluæ tumores, discutit. Vulneratis neruis, lacertisq; confert, leniter astringentibus madefactum & impositum.

BARBARI COROLL.

Plí. li. 21. ca. 22

AMaracinum duplex, uulgare, & quod priuatim componebatur in Co: cui & nomen peculiare inditum Hedychrum: ideoq; seorsum agitur de utroq;, quanq; non distinguat Plinius. Laudabatur & e Melo insula, ut scribit Apollonius. Hedychrum a colore dictum uideri potest. quoniam Theophrastus infici hoc tradidit radice Syria, quã Chroma uocant: unde Chromasius forte color nomen uulgo traxit. Quamuis & aliã originem dicemus in Saxifraga. Meminit & herbæ cuiusdam Syriæ uocatæ Aristoteles, quam Theodorus Suriam cõuertit. In Columella radix Syria, genus quoddã, ut nonnulli tradunt, Rhaphani significat. Et in carmine Assyriam radicem uocauit, quam Zythum commendari cum Lupino macerata cecinit. Ipsius quoq; Amaraci Cyzicenæ succo preciosum unguentum fiebat. Paucarum, ut ait Plinius, accessione specierum, melle, salis flore, omphacio, agni folio, uel ut quidam legunt, agno, polea, panace. Plinius & alij Amaracum hac parte pro Sampsucho uolunt intelligi, ex quo Amaracina unguenta nominentur. Seruius grammaticus, Puer fuit inquit unguentarius Amaracus, qui casu lapsus, maiorem ex confusione odorem creauit: unde optima inquit unguenta dicuntur Amaracina. Alioquin Amaracus proprie Galeno & Paulo, est herba illa quæ a Dioscoride Parthenion uocatur.

EX M. VERG. COMM.

VNum idemq; olus Amaracus, & Samsuchum est, non eadem tamen ubique bonitas, &

unguenti

unguenti ex eo confectio. Neq; idem omnibus locis nomen. Omnis fere græcia Samſuchum, Cyziceni, hoc ipſo autore in eius hiſtoria, Siciliaq;, & ut in uicino fit, Siciliæ propinqua Italia, Amaracum uocant. In Cyzico & Cypro laudatiſſimum, probatiſſimumque naſcitur. Etſi Plinius Cyprium tantum laudauerit, communiterque tota Græcia, ſed minus probatum precioſumq;, ut ſupra traditum. A

Quotidianum eius unguenti uſum in delicijs fuiſſe, Lucretius indicat cum canit. Aut Amaracini blandum, Stacteq; liquorem. Et in plebe notiſſimum prouerbium. Quid cum Amaracino ſui? Multum & ubiq; notum hoc olus eſt. Rura noſtra Perſam, reliqua omnis fere Italia Maioranam appellat, quæ appellatio in Græciam aliquando perlata, hiſtoriæq; huius ſcriptoris, pro romano nomine inſerta, uera eſſe oſtendit, quæ a principio de appellationibus his dicta a nobis fuerunt. Creuiſſe ſcilicet, per tempora earum numerũ, adijcientibus continue medicis, herbarijſque codicibus ſuorum temporum, ſuæque gentis, & alienas appellationes. Nouum enim Italiæ id nomen eſt, ideoque hiſtoriæ Samſuci, non a Dioſcoride, ſed a poſterioribus additum eſt.

## ¶ De Megalino. CAP. LXVIII.

μεγαλῖνον

FActitabatur olim Megalinum, ſed nunc compoſitio exoleuit & prorſus obliterata eſt. Cuius ad hiſtoriæ complementum memi≈niſſe non fuit alienum. Miſtura cum Amaracino eadem erat, ſed Reſina exuperabat, excellebatq;. Quare leuiter emolliebat. Reſina unguentis, neq; tutelæ, neq; uoluptatis gratia adijciebatur, ſed coloris craſſamentiq; cauſſa. Ea tantiſper coquebatur, dum deſineret olere. Cuius coquendæ ratio declarabitur, dum de Reſina diſſeremus.

### BARBARI COROLL. B

MEgalium propter gloriam appellatum ferunt, q; excuſſerit Telinum, ante ſe cantatiſſimũ. Alij, ut a Megalio inuentore, qui Siculus, ſiue Athenienſis fuerit, exiſtimant. In qua ſententia & Ariſtophanes, & Pherecrates, & Stratis, comici Poetæ ſunt. Huic nonnulli & Caſiam aſciſcebant. Huius proprietas, ut uentiletur in coquendo, donec olere deſinat. Rurſus refrigeratum, odorem ſuũ capit. Iulius Pollux & Metallicon, a Metallio Siculo inuentore celebrat. Niſi quis mendoſe, pro Megalio, ſcriptum Metallicon exiſtimet. Plin. li. 13. ca. 1.

### EX M. VERG. COMM.

AB honore, qui unguento huic ob feliciorem eius uſum a uereribus datus eſt, μεγαλῖον græci uocauerunt. Nec aliud Plinius indicauit dicẽs, propter gloriam ſic appellatum fuiſſe. Idem. Excepta, inquit, reſina, Amaracino erat quondam primæ bonitatis æſtimatum, mox damnatum, meliore, & aptiore Amaracini confectione inuenta, qualem hic pauloante duobus capitibus tractauit.

## ¶ De Hedychroo. CAP. LXIX.

ἡδύχροον

QVod Hedychroon uocãt, in Coo fieri ſolet, eiſdem prẽditum uiribus & miſturis, quibus Amaracinum, ſed ſuauius ſpirat.

### BARBARI COROLL.

HEdychrum, & Hedychroon, a coloris hilaritate dictum, ut præfati ſumus. Idem uidetur eſſe cum Amaracino, niſi q; nomen hoc proprie habet in Co, ubi nobiliſſimum. Hinc prouerbio locus. Nihil cum Amaracino ſui. ut eſt apud Gelium. Inuenio & in Theriacen, requiri Hedychroon: quanquam diuerſa eius compoſitio probatur. Andaracoron, peruerſe appellant Arabes. Ingrediuntur in Hedychrum, ut græcos ſequamur, aſarũ, amaracus, aſpalathus, carium ſemẽ, calamus odoratus, iunci flos, xylobalſamum, opobalſamum, phu ponticum, cinamomum, coſtum, myrrha troglodytica, feniculum, ſpica nardi, amomum, maſtyche, uinũ uetus odoratum.

### EX M. VERG. COMM.

NObiliſſimum in Co unguentum hoc quondam fiebat. Incertum tamen, quam nam hic

C Co dicat: an Hypocratis patriã, & Cariam quondã, autore Stephano appellatam: an in AEgypto ciuitatem eodem nomine, cuius idem meminit autor, et quam antiquiores aliquot græci, maluisse uidentur. in quibus adhuc legitur, σκινοζόμενον δὲ ἐν κῶ ἐν αἰγύπτω. Quod sequentis capitis principium quadam tenus confirmare etiam uidetur, in quo uelut in continua rerũ historia hic ait, σκινάζεται δὲ καὶ ἐν αἰγύπτω. quod est, conficitur in Aegypto etiam: cum tamen nec superiore capite, nec ab eo altero Aegypti Dioscorides meminerit.

A coloris nitore & hilaritate Hedychroon factum huic unguẽto nomen est, neq; in ratione nominis dubitandum. Illud potius quærendum, an sic uocaretur, quia haberet ipsum, an magis, quia in alijs coloris eam hilaritatem faceret. Si cõfectio eius, & quę id arom̃ata, semina, multaq; alia ingrediebantur a græcis tradita, diligẽtius expendãtur, nihil erit quod ab egregia coloris bonitate laudari possit, mistisq; tam multis colore dissimilibus, gratum oculis & hilare expectari possit. Inclinat ob eam caussam animus, quoniam his, qui eo inungerentur, coloris bonitatem & nitorem adderet, sic quondam ueteres id nominasse, rarumq;, aut nullũ eius in medicina usum fuisse, historiæ breuitas, & capitis decurtatio ostendit. Nec facilis nũc coniectura est, docuerit ne tam breuiter de eo Dioscorides, an posteriores medici, quia sanãdis morbis exiguas haberet uires, quotidianosq; alios usus, ad eam breuitatem contraxerint. Galenus certe his uerbis rem absoluit in sua Isagoge. Quæcunq; autem ad meliorem uultus speciem inunguntur, qualia sunt quæ Sandice, & Hedychroo constãt, non medicinæ, sed fucatoriæ, & mangonici lenocinij propria sunt. Quibus manifeste ostenditur, facere in homine, non habere in se coloris hilaritatem Hedychroon.

Capite de oculorum medicamentis.

## ¶ De Metopio. CAP. LXX.

μετώπιον

FIt in AEgypto unguẽtum, quod Metopion patrio nomine appellatur, propter Galbani mistionem. Nam lignum in quo Galbanũ enascitur, Metopion uocant. Cõstat amaris nucibus, Omphacino oleo, Cardamomo, odorato Iunco, Calamo, melle, uino, Myrrha, Balsami semine, Galbano & Resina. Probatur pingue, graui odore, quod magis Cardamomum & Myrrham quã Galbanum resipiat. Calfacit uehementer, & adurit, atq; extrahit. Ora uenarum aperit. Vlcera purgat. Ad præcisos neruos, & lacertos, ad hernias putri humore contractas, efficax est. Cæratis & malagmatis inseritur. Rigoribus, conuulsisq;, præsertim quibus ceruix in scapulas deiecta, & retrorsum cõtracta est, utile habetur. Sudores ciet. Vuluæ spiracula laxat, & eiusdem duricias discutit. In summa, molliendi naturam habet.

D

## BARBARI COROLL.

METopium in AEgypto, præferebatur quondam Cyprino. abstulit deinde gloriam Phœnice. hoc e uilissimis erat.

## EX. M. VERG. COMM.

NOn ferulam in Syria nascentem, ex qua Galbanum fullet, Metopium in historia eius hic ait appellari, sed liquorem, siue lachrymam eius. Credimusq; ideo, non ξύλον hoc loco, quod lignum, & materiam, uerum ὀπόν, quod liquorem significat, legendum esse. Nisi forte in historia, non hic uitium sit.

Sequitur mox, quod in cunctis græcis legitur, ex amaris Amygdalis, confici unguentum hoc. Quod non sic intelligendum est, ut Amygdalarum carnem credat aliquis illi misceri, uerum oleo ex illis expresso, confici hunc docere. Indicatque id, quod hic idem, in Amygdalino oleo dixit Metopium dici, quoniam scilicet priuatim in hoc unguento usus eius esset, eamque ob caussam, nos certius rem indicantes, ex nucibus illis expresso oleo fieri diximus. Itẽq;, acerbo oleo, ut alterutrum eligi oporteat.

Non uidetur nobis deinde integer locus, ubi diximus, Emplastris additum, quas græci ab exedendo,

Hosted by Google

exedendo, septas uocant. Nec uolumus id pro certo legentibus accipi. neque enim sequax rei & sermonis ductus est. Nec accipiendi sunt hoc capite rigores in scapulas, ut non alijs etiam rigoribus hoc ipsum remedium utile sit: alijs enim rigoribus pariter proderit. Nos autem quod in Dioscoride legitur, qua debemus fide reddidimus. A

## De MENDESIO. CAP. LXXI.

MEndesium cõstat Balanino oleo, Myrrha, Casia, & Resina. Alij qui tamen post singulorum pondera, Cinamomi exiguum addunt, nullo compendio. Nam quæ simul contrita non fuere, uim nullam exhibent. Similem Metopio uim obtinet, sed inferiorem multo. μενδήσιον

### BARBARI COROLL.

MEndesio colos niger: a loco ubi Mendes, hoc est, caper colitur. Veteribus inter laudatissima, & post Deliacum in AEgypto, prælatum quandoque uel Cyprino. Celebratur & Mendesium uinum ex AEgypto. Item Mendæuum, ex Thracia Hippocrati, contra renum uitia. Plin. lib. 13. cap. 1. *

### EX M. VERG. COMM.

IN AEgypto fieri cõsueuisse Mendesium unguentum, & in ea AEgypti parte in qua Caper, qui Mendesios genti illi appellatur, coleretur, nomen indicat. Eiusq; rei testis Plutarchus est in libro quem scripsit, quod bruta ratione utuntur. Plinius Metopium & Mendesium, propria fuisse Aegyptiorum unguenta ostendit.

Nobis in hoc capite suspectum est, quod hic ait μετὰ τὸν κατασθμισμόν. significat enim singulorum per sua pondera adiectionem: cum tamen hic mox dicat, non communicare uires, quæ non fuerint simul decocta. Quibus colligere ratiocinariq; facile est, de coctura aromatũ in oleo, aliquid egisse Dioscoridem, & quod ponderis illic significationem habet, coctura notam & rationem habiturum fuisse.

## De STACTE. CAP. LXXII.

STacte, uocatur pinguitudo recentis Myrrhæ cum exigua aqua tusę, & organo expressæ. Ea perquam odorata, ac preciosa est. atque unguentum per se facit, Stacte nominatum. Maxime probatur, quæ nullam olei mistionem admisit, cuius minima portio compos est uirium plurimarum. Vim Myrrhæ calidis unguentis correspondentem habet. σακτὴ B

### BARBARI COROLL.

STacte dictum, quoniam e stillaticia dũtaxat Myrrha fiat: colore pallido, suauitate mira, sed amaritudine præcipua. Constabat & Myrrha unguentum regibus Persicis dicatum, quod illi capite, ceu diadematis uice impositum gestabant. Sed addebatur Myrrhæ, Labyzos appellata, quam multo preciosiorem, q̃ Myrrham esse, Dinon scribit. Appellatione unguenti AEgyptij, Stacten uenire, autor est Atheneus. Hippocrates, pro eo, q̃ ex Acanthes uocatæ floribus conficitur, & Pæderos ab alijs uocatur. Olei uero AEgyptij uocabulo, idem Hippocrates Cicinum significat. Vbi uero adijcitur, candidum Aegyptium, pro Libino capitur, ut Galeno placet.

### EX M. VERG. COMM.

NOn uidetur Theophrasto, Theophrastumq; secutis scriptoribus, & Dioscoridi huic nostro, eadẽ Stacte esse, nisi forte, quod in Theophrasto legitur τῆς σμύρνης δὲ ἡ μὲν σακτὴ ἡ δὲ πλαστὴ, non ad genera eius, sed ad partes & usus referendum sit: diuiseritq; Theophrastus, nõ Myrhæ genera, sed docuerit in expressa Myrrha primam destilationem, ad unguentum Stacten, reliquam uero Plasten, quasi ficticiam, eo q̃ conformaretur, appellari. Hic enim, & hoc capite, & mox in Myrrhæ historia, Stacten indicat, primam cum exprimitur, Myrrhæ destillationẽ esse, significareque hanc uocem, simplex ex ea factum, qua ratione præmonstratum est unguentum. Neque enim aliter intelligi potest eo loco, qua expressa Stacte excipitur, & mox. quę etiã multam Stacten dat: omnia, si diligentius res expendatur, non ad Myrrham simpliciter, sed ad bonitatem, usumque eius pertinentia.

A destillando, quod græci στάζειν dicunt, Stacte dicta est, significariq; ea uoce non simpliciter Myrham, uerũ ex expressa Myrrha pinguissimã eius destillationẽ indicat Lucrecius, dicẽs,

C Aut Amaracini blandũ Stacteq; liquorem. Odoramento, & unguento eam coniungens. Meminit Columella etiã in carmine suo, cum cecinit. Et melior Stacte, ponatur Achaica Myrrha.

Quin etiam antiquorum græcorum lexica, non Myrrham, sed τὸ ἀπὸ τῆς σμύρνης γινόμενον μύρον, Stacten diffiniunt. Ob quæ inclinat animus, & in hoc, & alijs scriptoribus non Myrrhæ aliquod genus, sed quod optimum et pinguissimum ex ea destillet primum, hanc Stacten esse, quæ per se nullo alio aromate adiecto, unguentum sit. Neq; obstat quod Plinius ait. Sudãt autem sponte prius, quam incidantur Stacten dictam. Et paulo post, Precia ex occasione ementium uaria. Stacte a sex ad quinquaginta. Potuit enim Myrrhæ genus unũ, eadem hac uoce a destillãdo facto significari. Quemadmodũ idem Plinius lib. 17. cap. 11. de Resina agens ait. Hanc mares dumtaxat ferunt, & eam græci Sacten uocant, odoris grauissimi. Ex quo facilis cõiectura est, non Myrrhæ tantum propriam uocem Stacten esse, sed aliorũ etiam liquorũ lachrymarumq; ex arborum truncis destillãtium. Quæ autem dicta a nobis hoc capite sunt, ad unguentum, non ad Myrrhæ genus: ut certius adhuc in Myrrha ostendemus.

## ¶ De CINNAMOMINO. CAP. LXXIII.

κιννάμωμινον

CInnamominum e Balanino oleo, & Xylobalsami, Calami, Iunci odorati spissamentis, atq; Cinnamomi, & seminis Balsamini sua uitate, quadruplaq; Myrrhæ ad Cinnamomum portione cõstat. Mel ad cogẽda omnia adijcitur. Laudatur acre, molli odore, plane Myrrham redolens, crassum, odoratum, gustu perquam amaro. Id non a Resina, sed myrrha crassitudinem obtinuit. Resina enim neq; amaritudinem prębet, neq; ullam odoris gratiam adijcit. Vim habet admodum acrem, amarã, & calfacientem. Itaq; ora uenarum aperit. Calfacit, discutit, dissipat. Hu-
D mores & spiritus attrahit. Caput aggrauat. Contra uuluæ uitia cum duplo oleo, cæra, & medulla efficax est. Ita enim fere acrimonia exolescit, & quædam emolliendi uis contrahitur. Alioqui adurit, & præ cæteris unguentis indurat. Facit mirum in modum ad fistulas, & ulcera quæ putredinis uitium senserunt. Item ad hernias humidiores, carbunculos, febriũ rigores, tremores, gangrænasq; cum Cardamomo. Aduersus serpentium morsus, illinitur. Scorpionum & phalangiorum ictibus cum tritis grossis imponitur.

### BARBARI COROLL.

Plin. lib. 13. capi. 1.

CInnamominũ, quod mel accipit, odoratum sit, a nõnullis quæritur. Precia eius prodigiosa a denarijs. 35. ad. 310.

### EXM. VERG. COMM.

CAret certo intellectu, quod in omnibus græcis legitur hoc capite, δύναμιν δὲ ἐχεισφόδρα δριμεῖαν καὶ θερμαντικὴν καὶ πικρὰν, a nobis contra communem τοῦ πικροῦ. i. amari significationẽ his uerbis. Acerrimas habet uires, calefacit, maturatq;. Nec absurdo, ut nos credimus, in mutatione eius uocis consilio, & rei sensu. Paulo enim ante de amaritudine eius hic egerat. Incontinuumq; est, si quis dicat, amaras alicuius rei uires esse, presertim, cũ de calore, acrimonia, aperiendi discutiendiq; ui, & potestate agitur, quæ in diuerso penitus genere a saporibus sunt.

Eam ob caussam, ex historia Ciñamomi πεπτικὴν δύναμιν. i. maturãdi uim, pro illo πικρὰν, id est, amaram, in hoc caput transtulimus: quod q̃ bene, et ex re factum sit, aliorum censurę relinquimus, quibus licebit semper cum libuerit ad amaritudinem redire.

## ¶ De Nardini unguento. CAP. LXXIIII

νάρδινον

RAtio Nardini faciundi euariat. Nam aut Malabathrino folio, aut sine eo fit. Complurimum autem Balanino oleo, aut Omphacino.

phacino. Iuncus odoratus spissamenti gratia adijcitur, sicuti propter odoris suauitatem Costus, Amomum, Nardum, Myrrha. Balsamũ. Laudatur tenue, non acre, Nardi aut Amomi odorẽ referens. Vis ei extenuans, acris. Expurgat. Excalfacit. Humorem extenuat. Hoc liquidum est, nec habet strigmenti crassitudinem, nisi Resinam recipiat. Fit etiam simplex ex Omphacino oleo, Iunco, Calamo, Costo, & Nardo. A

BARBARI COROLL.

NArdinum, Galenus spicatum Romæ dici solitum, & fœminis, pręcipue diuitibus familiate, prodidit. Nardus uero Pistica, siue unguentum, de quo mentionem literę sacræ faciũt, probam & fidelem, & quæ adulterata nõ sit, Nardum significat Hieronymo. Quidam a loco, nomen id fuisse putant. Nardinum e Tarso Ciliciæ commendatissimum. Vnguenti nomen est & Nardus Cyzicena, in quod tamen Nardum quandoq; non quæritur, nisi Gallicum. Ingredit & Arnabo. Iulius Pollux, & Babylonicum Nardum, pro unguento uidetur accepisse. Galen. lib. 13. cap. 1.

EX M. VERG. COMM.

PRobatur in Nardini unguenti confectione-&c. Græce, ἐστὶ δὲ χρηστὴ ἡ λεπτὴ. In fœminino generere rem indicauit. quæ ad unguentum, nulla ratione referri potest: oportetq; ad aliquid referri, quod fœminino genere non longe inueniatur. Nihil autem aptius nobis uisum est, q̃ ad Nardum, quæ nomen unguento dedit, referre: monuitq; in eo nos omniũ probatissimus mihi codex, in quo non λεπτή, sed λιτὴ legitur, quasi ignaua, & uulgaris Nardus, in unguenti confectione probetur. Quam certius adhuc describẽs, acrimoniã illi abstulit, & siccæ Nardi, & ob id minus olẽtis, aut Amomi odore ꝓbauit. Qualia aũt hęc fuisse quondã cõijcimus, talia etiã docemus, qd̃ sępe alias testati sumus, liberã legẽtibus ꝓbãdi, & imꝓbãdi nostra hęc relinquẽtes.

Quod autem Dioscorides ait, uariam Nardini unguenti confectionem esse, eo pertinet, ut ostendat Nardinum ideo dici, quod non uera Nardo tantũ conficeretur, sed alijs etiã, quę odore Nardo similia essent: quale Malobathrum est, quod Folium quondam dictũ fuisse testati sumus: ideoq; factũ fuisse, ut Nardinum aliquãdo Foliatum diceretur. credereturq; a multis idẽ esse: cũ tamen diuersa materia confectum, alterum ab altero manifesta uarietate differat. B

Quod etiã in Euangelio legitur Spicatũ, eandẽ caussam habet, ut ex spica Nardi confectũ, ab alijs discerneretur. Indicauitq; id Pau. AEgineta, quo loco de auriũ uicijs & remedijs agit, inter quæ foliatum & spicatum diuersa numerat unguenta: uerisimileq; est, ex omnibus quæ odore Nardi essent potuisse fieri, ideoq; hunc dixisse, multifariam confici Nardinũ unguentũ.

## ¶ De Malabathrino. CAP. LXXV

MAlabathrinum spissamenta Nardini habet. Insuper Myrrha additur. qua de caussa calfacit, Crocino, aut Amaracino, uiribus correspondens. μαλαβάθρινον

BARBARI COROLL.

MAlabathrinum succo folij eius, nullo pręterea coniecto, nobile unguentum. precium in libras. 60. Foliatum quoq; appellari diximus. Quanquam dicat aliquis, Nardinum quoq; Foliatum uocari posse: quia folium Malabathri quandoq; accipiat, quod & Dioscorides in Nardino meminit. Paulus quandoq; Foliatinum, pro Foliato appellat. Idem Foliatum, Spicatũ, Moschaleon, & Commagenum, fœminis ad odorem tantum quæri affirmat. Plin. lib. 23 cap. 4.

EX M. VERG. COMM.

FOliatum proprie unguentum hoc dicitur. Succo enim folij, quod idem Malobathro est, conficitur. Cætera eadem illi, & Nardino sunt.

## ¶ De IASMINO. CAP. LXXVI

APud Persas fit, quod Iasminum cognominatur, ex albis floribus Violæ, quorum sextans, in italicum sextariũ Sesamini olei demittitur, Violis ut in Lilino diximus, uicissim permutatis. Apud Persas in- ἰάσμινον

Cter epulandum usurpatur odoris causſa. Nam toti corpori conuenit, præsertim cum in balneas descensum est. Sed his opitulatur corporibus quæ calfactionem, laxationemq; desyderant. Grauius enim spirat, q̄ ut libenter a plærisq; recipiatur.

BARBARI COROLL.

IAsme si quis interpretetur, Violaceū significat: quanquā Violaceum illud quod triuiale est Ianon potius appellant græci. Theophrastus Leucoion. ut ipsam quoq; Violam. Aliud hoc q̄ quod Regale nominatur, a Persis conditum atq; Parthis. ñ fœtentis animæ uirus, multitudine ciborum & ebrietate natum, accersita odorum commendatione summouēt. Vnguentū hoc & Iasminum, & Iasmeleon, & Iasme dicitur. Quæ uox admonet me, ut ex ea fere Viola cōpositum intelligam, quæ uulgo Iesminum uocatur, distinctiones & harundineos parietes in hortis opere topiario cōuestiens, flore candido, præcipuæ suauitatis, folium in uiridi nigricās, oblongum, fastigiatum, mucrone languido, magnitudine Rosacei, sed angustum. Hoc Violę genus Persicum, & Particum, & omnino peregrinum uocauerim, ab alba Viola, nostrate longo interuallo distās, ueteribus (ut arbitror) incognitū, saltē Italiæ. Recentiores tria Iasmes siue Iesmini genera cōstituunt, albam colore, ceruleam, & in AEgypto lutheam, qualem & in Venetia nasci modo cernimus.

EX M. VERG. COMM.

FLorem quem omnes Iesminum dicimus, colore candido, Violis figura non dissimilem, Violam antiqui uocabant, ignotum diu Italiæ, ut uidetur, nunc autem plæbis hortos etiā grato odore commendantem, tam notum omnibus, ut nulla descriptione nostra indigeat. Credimusq; nos de eo egisse hunc scriptorem, cum cōmunis Violarū historia tertio uolumine ab eo tractatur. Numeratis enim albis, lutheis, seu purpureis Violis, quę cōmunes & notæ omnibus sunt, quartū genus colore ceruleo addidit, quæ nullae in Violarum genere nūc cognoscūtur, necesseq; est ad Iesmini huius florem referri ceruleum colorem illum. Posteriores enim &
D inter eos Serapion, tria Iesmini, ex colore discrimina, & genera fecerunt, Cādidum, Lutheū, quem ille Citrinum, & Ceruleum, quem cœlestis coloris uocat, omnes quōdam peregrinos, & Italiæ ignotos, nunc omnibus cōmunes: uidereq; Italia & habet iam non candidos tantum, sed lutheos etiam Iesminos. Nec in alio Violarum genere Iasme hæc, & Iasminū unguentum intelligēdum est. Nam quod Palladius Violaceum docet, a græcis ἰάτιον dictum, ex Violis proprie nunc dictis, conficiebatur. Violasq; nos græcorum more dicimus eas, quæ primę uer nūciantes, plures uno ramulo florent, paucis & exiguis foliis, colore triplici, candido, lutheo, & purpureo, præcipui in medicina usus. Quam enim Theophrastus nigram dicit, in alio genere ab antiquis numerata est, de qua suo loco dicemus. Videntur postremo nobis male sibi inuicem respōdere, in Iesmini huius cōfectione, olei sextarium, & flores unciæ duæ. Credimusq;, in florum pondere uitium esse, nec tam exiguo flore, tantā olei mensuram satis posse odorari.

## ¶ De MYRRHA. CAP. LXXVII.

σμύρνα

MYrrha lachryma est arboris, quæ in Arabia gignitur, AEgyptiæ spinæ nō dissimilis. e cuius uulnere defluit lachryma in sub

πεδιάσιμος γαβιρία

iectas tegetes. Alia circum caudicem concrescit. Dicitur ex his aliqua Pediasimos, præpinguis, qua expressa Stacte emittitur. Alia Gabirea, pinguissima, læto & pingui solo nascens: ea copiosam sudat Stacten. Omnium prima est, quæ Troglodytica appellatur, accepto cognomine ab tractu, in quo prouenit, splendens, subuiridis, ac mordens. Quinetiam legitur tenuis quædam, quæ Troglodyticæ secunda est, Bdelij modo mollis, uerum odore grauiuscula, apricis nascens. Alia Caucalis cognominatur, scabra præter modum, nigra, & retorrida. Omnium deterri-

ἐργασίμη

ma, quæ Ergasima dicitur, pingui carens, cano situ obducta, acris, ad

gummi

gummi imaginem uergens, & uiribus eius proxima. Improbatur Ammínea cognomine. Ex his paſtilli fiunt, ſed e pinguibus pingues, & odorati, e ſiccioribus haud quaquam pingues, & inodorati. Minus uiribus pollet, quæ oleum non admiſit, cum in paſtillos digerebatur. Adulteratur macerato gummi aqua, in qua Myrrha maduerit. Eligenda eſt recẽs, ſquallore obſita, leuis, undiq; concolor, quæ confracta internatos quaſi ungues, cãdidos & leues oſtendat, minutis glebis, amara, acris, odorata, calfaciens. Superuacua & inutilis eſt grauis, coloris Picei. Calfacit, cohibet. Soporem gignit. Siccat, aſtringit. Vuluam emollit, & pręclu ſam laxat. Menſes & partus celeriter extrahit, cum Abſinthio, Lupinorũ cremore, uel ſucco Rutæ admota. Tuberculo fabæ deuorat̃ in uetere tuſſi, orthopnœa, in laterũ pectoriſq; doloribus, in alui profluuio, & dyſenteria. Rigores diſcutit, duabus horis ante febrium acceſſiones, fabæ magnitudine pota cũ pipere & aqua. Subdita linguæ, liquataq;, ſcabriciem arteriæ expolit. Et denſam uocem expedit. Ventris tineas enecat. Contra grauem oris halitũ manditur. Et aduerſus alarum tædia cum liquido alumine illinitur. Gingiuas & dentes ſtabilit, colluto cum uino & oleo ore. Vulnera capitis illitu glutinat. Medetur fractis auribus, ac oſſibus nudatis, peruncta cum cochleæ carnibus. Item purulentis auribus, inflammatiſq;, cũ meconio, caſtorio, & glaucio. Ad uaros autem cum caſia & mel le illinit̃. Impetigines ex aceto purgat. Defluẽtes capillos cum Laudano, & uino myrteo illita, firmat. Diuturnas diſtillatiões lenit, illitis pinna naribus. Oculorum ulcera complet. Albugines tollit. Caliginem diſcutit. Scabriciem leuigat. Fit e Myrrha perinde atque Thure fuligo, & ut poſt ea oſtendemus, ad eadem conueniens. A B

## BARBARI COROLL.

MYrrha græce σμύρνα dicitur, & Zmyrna: ob id & notis duabus, zz, ſcribi ſolet a Medicis. Hanc & Myram uocat Hippocrates. Minor altitudine, ſed fruticoſior eſt Thure. Ad. v. tamen cubita creſcere arborem Plinius meminit, caudice duro, intorto que, & craſſiore q̃ hominis ſura, & ab radice etiam q̃ reliqua ſui parte, corticem leuem, proximumque Vnedoni, Andrachnæue. Folium Oluſatri, quidam Oliuæ tradunt. uerum criſpius, aculeatum, extremitate ut Ilignẽ, Theophraſtus Vlmeo ſimile. Niſi quod ſuſpicor, librariorum menda ſit, ptelea, pro aleas contrarie ſcribentium. Scabrum alij, ſpinoſumq; dixere. cætera ſimilem Terebintho, aut Iunipero, etiã guſtatu. Foliũ etiamnum rotũdius. Veteris odoratior lachryma eſt, ut in Vite. Prima eius partitio, ut aliam Stactem, hoc eſt, ſtillaticiam, aliam Plaſten, hoc eſt, fictitiam a Theophraſto nominatã ſciamus. Permixtam arboribus Thuris naſci tradũt. Alij ſeparatim. Sed & alijs Arabiæ locis proueniunt. E ſiluis quoq; laudata, quam a Troglodytis Sabæi tranſitu maris petunt. Satiua ſilueſtri præfertur. Gaudet raſtris & ablaqueationibus. Melior, radice nuda, refrigerataq;. Falſum eſt, e Thuris arbore utranq; gigni. Inciditur bis, ñſdẽq; cũ Thure tẽporibus, ſed a radice uſq; ad ramos, qualeãt. Sudat ſpõte antequã incidat̃, Stactẽ uocatã: cui nulla prẽfertur. Poſt hanc ſatiua, & in ſilueſtri quoq; melior æſtiua. Regi Gebẽnitarũ quartas partes Myrrhę pendent. Deo nõ dant, quia & apud alios naſcatur. Coemptã paſſim, ac pluribus locis in folles confarciunt, ipſiq; unguẽtarij probitates digerũt odoris & pinguitudinis argumẽtis. Aliter nomina generũ tradidit Plinius q̃ Dioſcorides, hoc ordine. Prima Stacte, cui precium a. ii. ad. 50. Secunda ſatiua, cui precium ſummum ad. 22. Tertia ſilueſtris. Siluestrium genera complura. Primuſque inter eas locus Troglodyticæ: cuius nucleo preciũ ad. 16.

Plin. lib. 12. capite. 15. Theophraſt. lib. 9. cap. 5.

C probatur pinguedine, aſpectu aridiuſculo, ſordida, et plane barbara, acrior cæteris. Proximus Erythrææ, quam intelligi Arabicam uolunt, Mineam uocant alij, preciumq; eius ad. 16. Huius ſpecies quatuor. Stactea, Atramitica, Gebeñitica, Auſiritis. In quibuſdam exemplaribus non habetur Stactea. Tertius Dianitidi. Quartus Collaticiæ. Quintus Sembracenæ, a ciuitate regni Sabæorum, mari proximæ. Hæc hilaritate inſignis eſt, ſed uiribus infirma. Sextus Druiſitidi. Eſt & candida uno tantum loco: quæ in Meſſalum oppidum confertur. Diuerſa ſit a prædictis, Odoraria cognomine atq; Sea, quoniã plærisq; ſextam in Plinio, nõ Seam legunt, haud conſtat: cui precium redditur ad. 14. In plenum probatio Myrrhæ, glebis exilibus, nec rotundis in concretu, albicantis ſucci, & tabeſcentis. Secunda bonitas, intus uaria. Peſſima, quæ intus nigra. Peius, ſi ſit etiam foris. Adulteratur Lentiſci glebis, & Cucumeris ſucco, amaritudinis cauſſa, ſicut ponderis, Spuma argenti. Reliqua uitia deprehenduntur, ſapore gummi dente lenteſcentis. Fallaciſſime autem Indica Myrrha, quæ ibidem quadam e ſpina colligitur, multo deteſtior: atq; hoc ſolum peius affert India. Naſcitur & in Gedroſia, ut inquit Strabo. Argilloſa uero terra, cruſtoſaq; puenit in Arabia. Deſcribitur a Dioſcoride, & uocata Caucalis, co

* lore atro, retorrida, ὑπίρωρος, conuerti, maturitate inſignis. Quemadmodũ & exoleta dicimus, quæ græci ἔξωρος, & ἔξωρα. Quidam corruptum locum putant & ὑπίρσκληρον legendum arbitrantur, hoc eſt, prædurum atq; ſcabrum: quod & barbara illa Mauritani Serapionis interpretatio ſecuta eſt. Quanquã & τὸ ὑπίρωρον, etiam hilaris, ſpecioſaq; transferri poteſt: qualem Sembracenam fuiſſe diximus ex Plinij ſententia. Hæc inquit, ante alias hilaris eſt, ſed uiribus tenuis. Seorſum indicabitur & herbæ genus apud nos Myrrhis & Myrrha nominatũ. Itemq; apud græcos. Quanquam pro aromate illi quidem proprie non Myrrham, ſed Smyrnam uocant.

EX M. VERG. COMM.

DIximus non multo ante, cum de Stacte unguento ageremus, uideri nobis Stacten, pinguiorem, melioremq; expreſſæ Myrrhæ partem, huic ſcriptori eſſe, cum tamẽ Plinius Stacten, Myrrhæ genus manifeſte faciat. Et Theophraſtus libro. 9. idem teſtari credatur: quod tam certum hoc capite nobis ſit, ut nõ aliter intelligi a quoquam, Stacte in medicina poſſit, q̃ expreſſę

D Myrrhæ prima diſtillatio, et quaſi pinguiſſimus flos. Aliter enim, alijſq; appellationibus a Plinio hic Myrrhæ genera numerat, numeratiſq; duobus, Peliaſma ſcilicet, & Gabirea, quas pinguiſſimas appellat, ex utraq; expreſſa, copioſam reddi Stacten dicit. Quo ductu ſermonis, quarumq; uocum ſignificatione, nihil certius audiri poteſt. Nec aliud colligi, quam eſſe huic Stacten pinguiſſimam, & primam expreſſæ Myrrhæ deſtillationem, cuius in unguentis & medicina, præcipuus & laudatiſſimus eſſet uſus. Nec obſtat quod Plinius ait. Sudãt autem ſponte, priuſquam incidãtur, Stactem dictam. Id enim plenius, ut in Reſina lib. 7. forte appellauit, a deſtillando facta appellatione, & quoniam intelligeret, ut in expreſſa Myrrha Stacte reliquis partibus antefertur. Sic in fluxu eius ex arbore, probari magis ſponte ſua, q̃ inciſo arboris cortice deſtillantem. In multis enim naturæ hic ordo, & quaſi lex eſt, ut quæ prima, & ſponte ſua fluxerũt, meliora & minus fæculenta excipiantur. Quodq; & Theophraſtus ait. τῶν δὲ σμύρνας ἡ μὲν σακτὴ ἡ δὲ πλαστὴ, id eſt, in Myrrha alia Stacte, id eſt, ſtillaticia, alia Plaſte. i. ficticia, non ſatis pro comperto nobis eſt, ad genera ne eius, an ad artificioſam expreſſionem referendum ſit. πλαστὸν enim, artificium & opus humanum habet. Siue enim fingere, ſiue conformare dicas, utrumq; hominis eſt. Confirmareq; hoc uidetur non multo poſt Dioſcorides cum ait, fieri ex Myrrha expreſſiones, ex pingui odoratas & pingues. Mox ignauã, & inefficacem eſſe expreſſam, quia oleum eius τὴν ἀνάπλασιν, id eſt, inconfirmationem nõ admiſerit. Eodem uerbo uſus, quo et Theophraſtus in diuiſione illa uſus eſt. Quæ omnia longius a nobis dicta fuerũt, ut qđ Dioſcoridi & Plinio idem non eſt, certius a legentibus agnoſceretur: ſcirentq; omnes, huic ſcriptori, Stactem primam expreſſæ Myrrhæ deſtillationem tantum eſſe, neq; in medicina uoce illa aliud ſignificari.

Non ſunt præterea Plinio & huic eadem generũ nomina. Hic in primo ordine Pediaſmon, id eſt, campeſtrem numerat, Theophraſtum ut uidetur, ſecutus, qui de Thure & Myrrha longiorem hiſtoriam ſic incœpit.

Naſcuntur autem Thuris & Myrrhæ arbores, aliæ in monte, aliæ ad radices montis, in priuatis agris. Ideoq; aliæ coluntur, aliæ cultura carent. Ferunt; montis excelſam altitudinem eſſe, ſilueſtrem habitum, & niuibus conſpergi, ex quo in planiciem profluunt flumina, quę. quoniam a græcis πεδίον dicitur, hic Pediaſmon, quaſi in campeſtri ſolo natam Myrrham appellauit, ut ea appellatione, a montana diſtingueretur.

Cæterę generũ in Dioſcoride appellationes, quẽadmodũ & ſuæ, Plinio incertæ nũc ſunt.

Irrepſit

Irrepsit inter hæc genera uitium etiam. Nam quod hic ait, συλλέγεται δὲ τὸ χρὴ λεπτὴ μετὰ τὴν τρωγλοδυτικὴν ἀριδμεμένοι. &c. non λεπτή, ideſt, tenuis, uerum, λευκή, ideſt, candido colore legendum eſt. Sic quoq; nos reddidimus, Plinio & alijs autoribus accedentes. qui inter alia candidū numerant: idq; palam teſtatus eſt dicens. Eſt & candido uno tantum loco. Nec nos in eo tantum ueterum autoritas mouit, quam quod tenuitas, parum Myrrhæ competere uidebatur, quæ gleboſa, & in offas conuoluta, longe ab ea forma abeſt: & quod frequētiſſimus toto hoc opere hic error eſt, ut ubi λευκόν, quod cādidū eſt legi oporteat, illic λεπτόν, quod tenue legatur. A

Quod deinde ὑπέρωρον, & nos uertimus, eorum modo quæ exoleuerunt areſcens. Non adeo difficilem habet intellectum, ut dubitandum tātopere, in Corollario ſuo, de uocis eius ſignificatione Hermolao fuerit, qui maturitate inſignem conuertens, parum proprie rem ſignificauit. Inter cæteta enim, quæ græcis ὥρα ſignificat, & ſpecioſus habitus eſt, & quaſi ἀκμὴ dicuntur ὡραῖα, quæ nec citius, nec ſerius in uſum ueniunt. Sic Plinius Horeum mel uocauit, alterū eius genus, quod præcipua tempeſtate conficeretnr.

Variant antiquiores græci in ea quam ergaſimon dicūt, quam alij gummi, uiribus & aſpectu, alij uiribus & odore referre teſtantur. Nos quod in pluribus legebatur, illud reddidimus.

Coniungitur huic parti ſtatim quod omnino uitioſum eſt, & in quo male ſequax & incertus ſenſus occurrit, a neutro in cōmune genus traiectus. Idq; huiuſcemodi eſt, καὶ πίεσματα δὲ ἐξ αὐτῶν γίνεται ἀπὸ μὲν τῶν λιπαρῶν ἐυώδη καὶ λιπαρά, ἀπὸ δὲ τῶν ξηρῶν ἀλιπῆ καὶ οὐκ ἐυώδη. Quod totum a nobis ſic redditū eſt. Exprimuntur omnes, quodq; ex pinguibus expreſſum fuerit, odoratum pingueq; eſt, quod uero ex ſqualentibus & aridis, nec pingue, nec odoratum. His tam aperte & tam certo ſenſu diſpoſitis, nulla fœminini generis intercedente uoce, ſuccedunt hæc ſtatim, ἄτονον δὲ διὰ τὸ μὴ προσειληφέναι ἔλαιον εἰς τὴν ἀνάπλασιν. Quod ſi uelit aliquis, ut res habet, latinum facere, non aliud aptius, quam ſi a maſculino, uel fœminino nomine incipiens (cōmune enim illic genus eſt) dicat. B

Infirma, quod oleum in conformatione non acceperit. &c. Quæ uoces ſuperioribus conſunctę, nullum indicāt legitimum ſenſum. Nec ſuſpicari, ſed pro comperto habere uitium illic eſſe, oportet. Videtur autem nobis, potuiſſe quondam hic ſenſus & rei ſeries eſſe, ut quoniam in Myrrha ſint craſſiores aliquæ parteis, doceret hoc loco Dioſcorides, faciendā ex omni Myrrha Stacten, ideſt, exprimendā, adfuſa aqua, myrrham, ut in Stacte unguento præmonſtratum eſt, ſeruandumq;, & in paſtillos conformandum quod expreſſum deſtillaſſet: & quoniam in Myrrha bonitas odoris, & ad ſanitatem in morbis uires eſſent, ſic expreſſam Myrrham alteram odoris .ſ. commendationem & uſum amittere, fiericq; ἄτονον, infirmam & ignauam, non in uiribus ad ſanitatem, ſed in odore ad uoluptates, & delitias uitæ. Indicatq; id, quæ ſubiecta ſtatim cauſa eſt, quod oleo careat, quo, experiētia docuit, diutiſſime ſeruari odores, & facile citiſſime perituros, niſi unguine & humore eius contineantur. Teſtantur id Plinius, Plutarchus, mille alij, ne longiores ſimus. Ex hac itaq; cauſſa, facilis coniectura fuit, de infirmitate odoris agere illic Dioſcoridem, neq; ἄτονον forte antiquam, ueram fuiſſe lectionem, ἄνοσμον, ideſt, ſine odore legendum eſſe, ut una uoce infirmitatem & rem indicaret. Conijcimus tamen hoc, non decernimus.

Quo loco deinde legitur, contra alarum dolores, cum liquido alumine pari utiliter inungi tur, iniectus mihi ſcrupulus, non dolores forte, ſed uiroſum & hircinum odorem illum qui ea parte ſentiatur, legendum eſſe. Suſpitioni huic noſtræ cauſſam dedit, quod hic ipſe in metallis, de omni alumine agens contra ingratos alarum, & uiroſos odores inungi eo præcepit, quoniam illi aſtringendi, & repurgandi uis ſit: nunc autem Myrrha illi adiecta, non tantum uidetur ea præcipere, ut abſit malus odor, quam ſimul etiam nouo & meliore odore qualis in Myrrha eſt, tetrum & hircinum ille delere.

## De Bœotica Myrrha. CAP. LXXVIII.

Bœotica Myrrha, diſſecta radix eſt arboris cuiuſdam in Bœotia naſcentis. Melior eſt quæ Myrrham odore repreſentat. Vis ei calfactoria ineſt. Emollit, diſcutitq;. Suffimentis commodiſſime inſeritur. Βοιωτικὴ σμύρνα

## De Styrace. CAP. LXXIX.

Styrax lachryma eſt arboris malo Coroneæ ſimilis. Præfertur ſordeſcens, flauus, reſinoſus, albicantibus grumis, quamplurimum in στύραξ communiter storax

nota q̄ est triplex storax. .ſ. stirax liquida q̄ per est liquor ſeu ma
stirax non est pinguedo mixte ſi ut uult bruſavol. n alij. imo pin
guedo mixte est uera stirax ut supa dixit dioscorides n non stirax liquida
q̄ non habet conditiones ſtirax. est alia stirax quā utimur dicta cal
mita seu storax ſ. uel ambra y est alia stirax dicta rubea de qua
dixit serapio q̄ est cortex exterior fructꝰ ipſius storax ſ. assimilatur

C sua odoris gratia permanens. qui dum mollitur, melleum liquorem reddit: qualis e Castabala urbe, Pisidia, & Cilicia deuehitur. Deterior niger, furfurosus, canoq; situ obductus. Cæterũ lachryma inuenitur gummium similitudine, perlucida, & Myrrhæ æmula. Verum perpauca manat. Adulteratur ligni Scobe, quam uermiculi erodentes excusserunt, melle, & Iridis crassamento, & quibusdam alijs. Alij cæram, aut adipem odoribus imbutum, flagrantissimis solibus cum Styrace subigunt, & per laxa cribri foramina in frigida aqua uermiculos exprimunt, uenundantque. Styracem hunc, quoniam in uermiculorum speciem contrahatur, Scoleciten cognominant, quem tanquam syncerum imperiti approbãt: non animaduertentes ad præcipuam odoris fragrantiam. Siquidem acer admodum est, qui adulterationis uitio caret. Styrax calfacit, emollit, & concoquit. Medetur tussi, destillationibus, raucedini, grauedini, & retusæ uoci. Vuluæ præclusæ, duriciaue laboranti conuenit. Cit menses potu, apposituque. Aluum leuiter mollit, si exiguum cum Resina terebinthina bibatur. Miscetur utiliter discutientibus malagmatis, acopisque. Adoletur autem & igni torretur, ut fiat ex eo ueluti ex thure fuligo, ad eadem conueniens ad quæ thuris fuligo. Ex eo etiam in Syria Styracinum oleum componitur: quod calfacit uehementer, & emollit. Verum caput dolore afficit, adgrauatq;, & soporem adfert.

D

## BARBARI COROLL.

Plí. li. 12. capi. 27. 25. libro. 24. capite. 6.

STyracem Syria supra Phœnicem gignit, ad Gabala, siue ut Dioscorides scribit, Carabala & Maratbunta, & Cassium Seleuciæ Pieriæ cognominatæ montem. Arbor & lachryma eodem nomine est. Hæc illi ex austero iucundior. Intus arbori similitudo harundinis, succo prægnãs. In eam fere per Canis ortum aduolant pennati uermiculi erodentes, ob id in Scobe sordescit. Laudatur & e Sidone, Cypro, e Creta uero minime. Ex Amano Syriæ medicis, sed unguentarijs magis. Placet maxime purus. Improbatur colos cano situ obductus. Adulteratur Cedri Resina, uel gummi, aut amygdalis amaris: omniaq; ea gustu coarguuntur. Exit & in Pamphilia, aut Pisidia prope Selgam Lacedæmoniorum in eo tractu coloniam. Sed acrior, minusque succosus. ut Helianus autor est post Strabonem. Ibi siluam eius ligni fertilem fuisse tradunt, e quo missilia corneis similia conficerẽtur. Vnde ortum, ut Tonsillę præpilatæ, quas græci alio nomine Vroscos uocãt, Styraces appellari consueuerint. Ibi caudicem uermiculus, ramẽtaq; congerit ad radicem, deinde fluit humor, & scobi se ad radicem collectæ miscent. Pars quæ nõ leprosa modo, sed terrosa quoq; est, odoratior, ut inquit Strabo, est. In AEthiopia quoq; Styracem prouenire scribunt. Precium optimo. 19. Qualitatem eius non unam esse, argumento sunt cognomina in compositione medicinarum frequentia. Chrymatias. Calamitis. Aspros, * hoc est (ut puto) candicans. Chrymatiam Arabes interpretantur eum, qui rarus inuentu, & gummi similis describitur. Iidem Calamitin, quanquam harundine sua mixtus, ipso nomine significatur. Pro liquido tamen accipiũt, & fastigia Styracis duo faciunt, siccum, & liquidum, confusione magna: q; aliquando liquidum Styracen pro Myrrha Stacte sumunt: aliquando ex eadem arbore colligi utrunq; putant, liquidum, atq; siccum. Aiunt Arabes Styracen e Syria petẽtes, in pellibus hircinis urere, ut odorum suorum Thuris & Myrrhæ satietatem acrimonia peregrini ligni redimant. Iidem petunt Elimæos arborem brutam Cupresso Susæ similẽ, ex albidis ramis, iucundi odoris accensam, & miraculo, ut inqt Plinius, historijs Claudij Cęsaris celebratã, cuius Parthi folia potionibus inspergant, odore Cedri. Fumum eius cõtra ligna alia remedio esse prædicant. Nascitur ultra Phasim, Tigrimq; in finibus oppidi Scinæ, in monte Scanthro. Sunt autem Elymæi Assyria gens, Susianæ Persiæ contermina. Petunt & in Carmanos arborem Strobum, quam uino Palmeo perfusam urunt, suffiuntq; tecta. Nidor a lacunaribus

naribus ad solũ iocundus reciprocat, q̃ citra dolorẽ caput aggrauet, & somnũ ægris cõciliet. A

EX M. VERG. COMM.

BOnitate in eo excellit, qui ruffus & pinguis. &c. Non ut in impresso sic in cæteris ῥυπαρὸς, quod pingue significat, quod sordidum est legitur, sed una tantũ & altera mutatis literis.

## ¶ De Bdellio. CAP. LXXX.

BDellium, alij Bolchon appellant, alij Madelcon. Lachryma est saracenicæ arboris. Probatur gustu amarum, translucidum taurini glutinis in morem, intus pingue, liquescens facile, ligni ac sordis expers, suffitu odoratum, ungui simile. Est etiamnum Bdellij genus sordidum, nigrum, in offas conuolutum, Aspalathi odore, ex India aduectum. Defertur etiam a petra oppido siccum, resinosum, liuescens, sed facultate secundum. Adulteratur gummi: sed ita uitiatum non perinde gustui amaritudinem representat, nec usqueadeo suffitionibus odoratum. Calfacit & emollit. Duricias, & turgentia guttura, humidasq; hernias discutit, cũ ieiuna saliua impositum. Vuluæ spiracula laxat appositu & suffitu. Et partus, humiditatesq; omnes extrahit. Calculos potu comminuit. Vrinam mouet. Tussientibus, a serpente percussis utilissime datur. Valet ad rupta, utilsa, intentas laterum membranas, & discursantes spiritus. Malagmatis inseritur, quæ contra duricias & neruorum nodos prosunt. Contusum resoluitur affuso uino, aut aqua calida. βδέλλιον

BARBARI COROLL.

BDellium, in nomine est, ut Galenus inquit, Scythicum & Arabicum. Scythicum nigrius, resinosiusq;. Arabicum trãslucidius et siccius. Vbi nos Sambracenicę cõuertimus, in Dioscoride, saracenicę legebatur. Sed nos Plinium secuti sumus: quanquam de Myrrha commentantem. Cæterum optionem do, utrũ probent, qui hæc cognoscunt: ut obiter criticos effugiã. B Pli. li. 12. ca. 9.

EX M. VERG. COMM.

ANtiquæ & communes Plinio Bdellij appellationes, omnes hæ sunt, barbaræ tamen, ideoq; nec græcis, nec latinis, ex ui noninis certum aliquid indicantes. Solum adrobolum, a glebarum crassitudine, nominis certam habet in græcis rationem, idemq; est, quod Plinius ait, in offas conuolutum.

Non est deinde scriptori huic legitima uox, Saracenicæ arboris lachrymam Bdellium esse. Quo enim tempore, hæc ille commentabatur, nullum erat Saracenorum nomen, nec nisi post multum tempus, mutata appellatione, Lybes ad AEthiopiam Saraceni dicti sunt.

Non placet item, quod Barbarus mutauit Sembracenicę. Licet enim inter Myrrhæ genera Sembracenam Plinius numerauit, non ideo tamen sola nominis uicinitate mutanda uox erat, sed numerantibus laudantibusq; Scythicum & Arabicum Bdellium Galeno & Paulo Aegineta, ex altera duarum regionum, gentile instaurandum illic nomen fuerat, Scythicæque, aut Arabicæ arboris lachrymam dicendum. Quod nos tamen facere ausi non sumus, cõtenti hactenus, legentes monuisse. Inclinat enim animus, utranq; legi oportere, fuisseq; antiquam lectionem, σκιθικοῦ καὶ ἀραβικοῦ, coaluisseq; simul librariorum uitio, & medicorum negligentia, ut toto hoc opere multa alia, duarum gentium nomina. Vtorq; ad eam opinionem argumento, quod hic in medicina utriusq; uires, nullo gentium discrimine numerat, quod alij. Aeginetaq; in primis post egerunt. Cuius lib. 6. de Bdellio hæc uerba sunt. Molliendi uires, quę durata fuerint, habet Scythicum & Arabicum Bdellion, præcipueq; recens, Arabicum hoc amplius, ut urinam pellat, calculos frangat, & concoctiones adiuuet. quorum priora illa duo, ab hoc scriptore pariter docentur.

Quod etiam non multo post cortupte legebatur, παλαθώδες, antiquo latino Dioscoride monente, in quo ueræ lectionis aliqua uestigia nonnunquam deprehenduntur, confidentius mutauimus, diximusque, Aspalathi odore, ἀσπαλαθώδες. Sed hoc mihi cum alijs commune sit, tam facile inuentu fuit.

C

## ¶ De Thure. CAP. LVIII.

Ἄῤῥην σταγονίας

THus in ea gignitur Arabia, quę thurifera cognominatur. Primatum tenet in eo genere masculum, Stagonias appellatum, suapte natura rotundum. Tale autem indiuiduum est, candidum, cum frangitur intus pingue, in suffitu statim ardens. Indicum uero fuluescit, & colore liuet. Sed rotundum industria factitant. Nam in quadrangulares formas dissectũ dolijs uersant, donec rotunditatem contrahat. Verum huiusmodi thus tempore flauescit, quod Atomum, aut Syagrum appellant. Secundum locum habet Arabicum, & in Smylo nascens, quod aliqui Copiscum uocant, minus multo & fuluius. Est & genus aliud cui Amymitæ cognomen est, alioqui candidum, quod dum mollitur, Mastiches more digitis cedit. Adulteratur Pini resina & gummi, quod facile deprehendi potest. siquidem suffitum gummi flammam non eiaculatur, & resina in fumum euanescit, Thus uero statim ardet. Idem maleficium odor prodit. Ad calfaciendum & astringendum pollet. Oculorum caliginem discutit. Caua ulcera complet. Et ad cicatricem perducit. Cruenta uulnera glutinat. In frenatque sanguinis eruptiones, etiam si cerebri membranis effluat. Vlcera quæ Cacöethe uocantur, & sedis, & reliquarum partium permulcet, tritum cum eo & lacte linamentum. Formicantes uerrucas inter initia, impetigenesque, ex aceto & pice illitum tollit. Ambusta igni, pernionesque cum suillo adipe, aut anserino, & ulcera in capite manãtia cum Nitro, si infricetur, sanat. Paronychijs cum melle, auribus fractis cum pice, medetur. Ad reliquos aurium dolores cum dulci uino infunditur. Inflammatæ a partu mammæ cum Cimolia, & Rosaceo magna utilitate perunguntur. Additur ad arteriæ, uiscerumq; medicamenta. Prodest sanguinis excreationi potum. Sed in secunda ualetudine haustum insaniam mouet, & largius cum uino potum interficit. In fictili mũdo Thus crematur flagrante glebula succensum a lucerna, donec exuratur. Post perfectam ustionem operire oportet, usque dum restinguatur: sic enim in cineres redigitur. Aliqui ollulam æneo uase cauo circa medium perforato cingunt ad excipiendam fuliginem: ut in eius mentione mox ostendemus. Alij crudo fictili luto oblito, & in furnum indito, cremant. Fictili etiam nouo uiuacibus prunis torretur, dum non amplius bullet, aut uaporem emittat. facile enim comminuitur, quod perustum non est.

Ἄτομος
σύαγρος
κοπίσκον
κακοήθη

D

## BARBARI COROLL.

Pli. li. 12. ca. 14.

THuris arboris altitudo, ad quina fere cubita, ramis frequẽtibus, folio Piri, sed multo minore, coloris herbacei, modo Rutę, leui cortice, ut Lauro. Alij foliũ Lauri, leueq; ꝓdiderũt. Alij Lẽtisco similẽ, etiã fructu, folio subrutilo. Noñulli proximam Terebintho faciunt. Alij Terebinthũ esse. Et hoc uisum Antigono regi, allato frutice. Sũt qui ex eadẽ arbore Thus, & Myrrhã manare putẽt. Diodorus paruã, Aegyptiæ spinæ albæ, similẽ folio Salicis, flore aureo. Placet Theophrasto & Plinio sententia eorũ, qui Lauro similẽ tradũt: qm̃ talis arbor fuerit Sardibus studio, Regum Asię delubro quõdã sata. Iuba Rex contorti esse caudicis, siue ut placet So

lino, uiminis ſcribit, ramis Aceris, maxime Ponti: ſuccum Amygdalæ modo emittere, taleſq; in Carmania apparere, atq; Aegypto, cura Ptolomeorum regnantium conſitas. E uirgis certe ad nos commeātibus, credi poteſt, matrē quoq; teretem, & enodi fructicare trunco. Thus collectum, & Myrrha quoq; Saboram camelis conuehitur, porta una ad id patente, in delubrum Solis, quē Sabin uocant, armatis ibi cuſtodibus, tabella ſup ſtruem poſita, deſcripto, quemad modum attulerint, quantiq; indicent: mercatores tabellis perlectis, precium Thure ſublato, deponunt: idq; abſentibus dominis fit. Sacerdotes partem pecuniæ tertiam Deo reponunt, reliquum dominis redeuntibus numerāt: autore Theophraſto. Thus Spontinum prēter Arabiā, nullis, ac ne Arabiæ quidem uniuerſæ. Commendatiſſimum, quod ſpectat ad Perſas, ut Straboni placet. Cæterum in medio fere eius Atramytę ſunt pago Sabæorum, qui caput regni eſt. In Sabota mōte arduo, ab hoc manſionibus octo diſtat regio eorum thurifera, Sabaq; appellatur. Solum id rubrum, e lacteo traditur. Siluarum longitudo paſſus. C. millia, ſiue ut alij paſſus. V. &. L. millia. Terra ibi argilloſa, cruſtaceaq;, raris fontibus ac nitroſis, p Mimeos, proximum pagum euehitur, tramite uel ſingulis anguſto. Hinc & Thus Minieum uocatur. Ius in Thura .300. eſſe familiarum dicunt: quæ ob id ſaeræ dicātur: & cum arborem uuluerant, nec fœminarum congreſſu, nec funerum polluī. Quidam promiſcuum ius his populis eſſe perhibent in ſiluis. Alij per uices annorum diuidi. Duplex eius uindemia. Prior canis ortu cortice, qui pregnans & tenuiſſimus tenditur. Laxato, plaga non adempto, quod hæſit in arbore ferro depectitur. Ideo Corticoſum. Tāta inter barbaros fides. Saucias arbores nemo cuſtodit. Contra Alexandriæ, ubi Thus rude interpolatur, renouaturq;, nihil tutum a fure. Autumno legitur, ex partu æſtiuo. Hoc puriſſimum, & candidum, Carphiatum uocant. Sequens uindemia uerna, inciſis per hyemen arboribus. Ruffum hoc exit, nec comparādum priori, Dathiathum appellant. Nouellæ arboris candidius, ueteris odoratius. In inſulis melius, in Arabia ſuauius: quanq; in inſulis naſci, negatur a Iuba Rege. Maſculum Thus a ſpecie teſtium uocari, ſunt qui credāt. Prēcipua gratia mamoſo, cum hærente lachryma priore conſecuta. Alia miſcuit ſe. Singula hæc manum implebant, cum tardius depecteretur. Hoc modo Stagoniam, & Atomum Thus uocabāt. Minores guttas Orobiam appellant. Inueniuntur tamen etiamnum guttæ quę denariorum .33. pōdus ęquent. Conuehentibus Thura, capitale eſt digredi uia. Decimas Deo menſura, non pondere ſacerdotes Solis accipiunt: nec ante mercari licet. Inde impēſæ publicæ tolerantur. Nam et benigne certo dierum numero, Deus hoſpites paſcit. Euehi nō poteſt, niſi per Gebanitas. Horum Regi penditur uectigal. Caput eorum Thoma, abeſt a Gaza, noſtri littoris Iudeæ oppido .30.38. millia paſſuū, quod diuiditur in māſiones Camelorum .62. Thure q conuehunt commutant. Si quid in itinere opus eſt, quęri in ſingulos camelos ſumptus. Denarium .633. ad noſtrum littus colligit: precium optimi, ſiclorum .6. ſecundo .12. tertio .14. Reſina Piceæ, nō quacunq; adulteratur. Sed gemma ea quæ interuenit ei, tam ſimilis Thuri, ut mixta uiſu diſcerni non queat, & inde fraus. Laudatur in Thure candor, amplitudo, fragilitas. neu dentem recipiat, potiuſq; in micas frangatur. Omnia hæc cum Theophraſti, tum Plinij temporibus. Thus aut a uerbo greco, deos, aut ſacrificiū ſignificante, flectitur: aut certe a tuſis glebis, ut tunc latine ſcribi debeat. Porro cum dicat in faſtis Ouidius,

Thura nec Euphrates, nec miſerat India Coſtum,

uideri poteſt aliūde, q̄ ex Arabia in urbem comportari ſolitum. forte quoniam in Carmania quoq; naſcebatur, unde ad nos inuehi non poterat: niſi transmiſſo amne illo: aut certe quia Chara oppidum Arabiæ nundinarium, haud procul Euphrate ſitum erat ſinu Perſico.

A

Theoph. lib. 9. cap. 4.

B

## EX. M. VERG. COMM.

NVllas, qd huiuſcemodi eſt ſectiones habet. Græce, εἰσὶ δὲ ὁ τοιοῦτος ἄτομος, manifeſta ſignificatione uocis eius, in cunctis quæ ſecari nequeāt, aut nunq; ſecta fuerint. Eſtq; Dioſcoridi ſensus. Thus, qd natiuam habet guttæ rotunditatem, carere ſectionibus. Diciq; ob id atomum, et teſticulorum figura maſculum appellari, primęq; bonitatis eſſe, qm̄ q̄d uolutatione, aut, ut Theophraſtus ait, ſectione in rotunditatem conformatum fuerit, in tāto bonitatis honore nō ſit, & alijs ab illo differat notis. Prima em̄ Thuris laus eſt in eo, q̄d ſponte ſua, rupto arboris cortice fluxit, & ſtillicidij rotunda forma, in arbore pependit. Quapropter & Stagonias .i. ſtillicidiare dictū eſt, σταγόναϛ enim græci aquarum ſtillicidia dicunt. Eoq; tota res pertinet, ut oſtendat Dioſcorides, quod huiuſcemodi fuerit Thus, nullo artificio hominis, ſed ſpōte ſua ea forma factum uideri. Quod etiam tale non erit, adulterinum habendum.

Vocantq; id Stageron, aut Entomon. &c. ἄτομοϛ ἡ σύαργοϛ καλούμενοϛ. Apertum uitium eſt. Qui em̄ poteſt hoc loco atomum Thus dici, q̄d in alio genere paulo ante decretū eſt. Aut quō

C sectionibus conformatum non dicetur? quod hic testatur in quadrangula figura secari, coniectumq; in fictile, usq; dum rotundetur, uolutari. Videor igitur cõstituere posse, non ἄτομος, sed contraria significatione ἔντομον legendum esse, ut rei conueniat nomen.

Et qm̃ hic ait, in q̃drãgula fragmẽta secari, sectionis etiã in nomine significatio sit. Indicauit id nobis Theop. etiã, q de hac ipsa re agẽs, eadẽ uoce usus ẽ, dicẽs, ὁποῖαν ἂν βούλωνται ποιεῖν ἐντομήν.

Varie præterea legitur, quæ in grẽcis aliquot huic coniuncta uox est. σύαγρος, in alijs, hisq; melioribus, stageros inuenta, habetq; prima illa a Syagro Arabiæ promontorio, secunda a destillando rationem. Nobis in ancipiti, potior uisa quę a destillando facta est. Videtur em̃ hic duo Thuris genera contrarijs appellationibus, aut diuersis saltem inter se discreuisse, cum prius illud Stagoniam & Atomum, secundum uero hoc, Entomum & Stageron uocari dixit. Differt autem Atomon, & Entomon, manifesta contrarij habitus significatione. Stagonia uero, a Stagero, quo a stillatitio stillicidium. Optionem tm̃ in Stagero legentibus relinquimus, hoc ne malint, an ab Arabiæ promontorio Syagron, ita tamen, ut non Syagron, sed Syagrium gentilis nominis adiectiua forma legendum esse id sciant.

Quod sequitur deinde, in secundo bonitatis ordine. Orobias dictum, a quantitate nomen inuenit, & quod minoribus guttis concrescat erui, semen nõ excedentibus, sic appellatum est.

Quod autem illi coniũctum est, χρὼ ὁ ἐν σμίλω, ut fere in omnibus, siue ut in melioribus, χρὼ ὁ μελιωδὴς legatur, diuersam coloris, aut loci in quo nascitur rationem habet. Nobis inclinat animus, ut a colore sic dictum fuisse putemus: quando hic statim subijcit, quantitate minimum esse hoc Thus, & κιρρότερον, ideſt, ruffo colore, quarum uocũ altera Orobiæ, altera melino, ideſt, lutheo colori respondere uidetur, cui idem esse credimus, quod hic melioton.

Quid Copiscus significet, incertum nobis est. Nisi adulterinũ ea uoce indicauerit Dioscorides. κοπίζειν enim græcis ψεύδεσθαι, ideſt, mentiri significat.

Contra incipientes formicas, & impetigines cum aceto & pici inungitur. &c. In plærisq; grẽcorum cum Rosaceo inuenitur, triaq; deinceps numerata sunt, acetum, rosaceum, & pix. Etsi Paulus ægineta capite de formicis, his aceto tantum utatur.

D Coacti sumus non multo post, negationem illic restituere, ubi de cremando Thure hic ait. In quo nunq; satis admirari alios interpretes possum, qui non senserint, cum præcipiat Dioscorides, incensum & ardens operculari, usq; dum extinguatur, ideo id iubere, ne cinesiat Thus, sed crematum integrũ permaneat: ut in carbonibus ad ignẽ seruandis, quotidie fieri uidemus, qui ignitũ terra operiuntur. non enim cinerem, sed crematum Thus quęrit hic scriptor, cuius consumpta pinguitudine, reliquum medicinæ usibus seruiat. Eum etiam sensum probatissimus mihi codex habet, ὄντω γὰρ οὐκ ἐκτιφροῦται, quod est, sic enim non cinesit.

Credimus etiam in extremo capite male legi, θρύπτεται δὲ ἐυχερῶς μὴ κατακεκαυμένος. rei enim non respondet sensus. Non enim facile ob lentorem, & pinguitudinem suam, friatur non crematum Thus, ut indicant uoces illæ, sed quod igne omne id unguen amiserit, & coctura aridius factum fuerit, id facillime friatur, & perfectam coctura Dioscorides hic ostendere uoluit.

## ¶ De Cortice Thuris. CAP. LXXXII.

φλοιὸς λιβάνου

PRæfertur Thuris Cortex crassus, pinguis, odoratus, recens, leuis, minime scaber, sine membranis. Adulteratur admisto Pini, aut nucis eius cortice: sed horum index ignis est. Siquidem reliqui cortices suffiti nequaquam incẽduntur, sed sine odore fumum eructant. Thuris uero cortex ardet, & cum odoris fragrantia uaporem eiaculatur. Thuris modo uritur. Et uis eadem quæ Thuri, sed ualidior, astringentiorq;. Quare cruentis excreationibus, uuluis fluctione laborantibus, in pessо confert. Ad caua oculorum ulcera, cicatrices, sordesq; efficax est. Tostus scabris lippitudinibus auxiliatur.

## BARBARI COROLL.

COrtex Thuris. Plinius medicinas, nec Thuris, nec Myrrhæ priuatim exeqtur: cũ tm̃ Styracis & peregrinarum rerum multarum describat. Credo, q; usus horum uagus & amplior esse uidebat, q; ut loco uno includi posset. Arbor porro ipsa Libanos, & Dendrolibanos, lachryma uero Libanotos a Galeno dicit. Interim, confundi usum eũ cõperias. Sophocles, ut Galenus,

nus, Euripides cõtra Libanũ pro lachryma, Libanaton ꝓ arbore Thuris accipit. a iuuene Assyrio, cui nomẽ esset Libanos, in hũc fruticẽ cõuerso, dictã grẽci fabulant, quẽ, Deos studiosissime colẽtẽ, inuidi occiderit, hinc nihil esse Dijs Thure gratius. In Sabẽis, & Larimnũ odoris, ut inqt Strabo, prẽstãtissimi genus oritur: nec quale id sit demonstrat: quemadmodũ, nec herbã illam in ora littorali eiusdem tractus nascentem, suauissimi odoris, sed qui celerrime uanescat. A

EX M. VERG. COMM.

NOn male Thuris Corticem, corticosum Thus, dixerit aliquis. Quod enim in eo laudat, & medicinæ inseruit Thus est, quo nisi turgeat cortex, inutilis erit: non ideo tamen sic intelligẽda res, ut ex quacumq; parte arboris corticem hic laudet, sed ex ea tantum, in quam interioris lachrymæ impetus ingruerit, ruptoq; cortice destillauerit: quo loco omne quod in arbore hesit, ferramentoq; auulsum, corticis aliquam crustam secum detulit, thuris Cortex dictus est, qui multo humore, a Thure non magnopere differt, ideoq; medicinæ utilis est. Ea crusta lachrymæ coniuncta, simulq; allata a medicis, in proprios quos hic docet usus, a Thure separabatur, priuatimq; aliquid magis, minusue poterat, quemadmodum eiusdem Thuris manna.

Tria enim hæc simul plærumq; in officinis & earum acerris inueniuntur, Thus, Cortex, & concussu elisæ Thuris micæ, quas latini ueteres aliquando Manna, aliquando Pollinem thuris dixerunt: substantia idem, aut non penitus. diuersum, aspectu autem, & rei euentu diuersa.

## ¶ De Manna Thuris. CAP. LXXXIII.

MAnna Thuris probatur candore, micarum frequentia, & puritate. Vim habet eandem quam & Thus, sed inualidiusculam. Suntqui cribrata Pini resina, ac Polline, aut cortice Thuris contusi adulterant: sed hæc igne deprehenduntur. Neque enim æque suffitu aërium uaporem, sed fuliginosum & impurum expuit, & permistum suaue olentiæ odoris uirus habet. μάννα λιβάνου

MBARBARI COROLL. B

MAnna Thuris, est Hypostisma: quod Plinius, micas concussu elisas interpretatus est. Vbi deprauata dictione, Mammas, non Manna uulgo legitur. Id autem fit, gestarum atterentibus se glebis, ut inquit Aetius. Differt a Thure Manna. ꝙ plus astringit, propter corticis fragmenta quæ remanent. Nam quod Thuris Chondros a grẽcis dicitur, nos Thuris granum interpretamur, secuti Plautum in Penulo, Qui nullum inquit Thuris granum sacrificant. Est & genus Mannæ recentioribus dictum, & a sacris quoq; literis acceptum. De quo superius in Elæomelite. Manes certe, uasis nomen est, & in Cottabo pars extantior ac prominula: quam Sophocles aheneum caput uocauit. Erat autem Cottabus, siue Cottabis uasarium, iocularis in conuiuio iactus conceptaculum, propositis uictori præmijs, quę Cottabica uocabant: id quod eiaculabantur, liquida erat materia, hoc est, id quod in poculo reliquum obmanserat, Latagæ, itemq; Latax appellatum. In eo uase pars, quæ sonitum reddebat percussa casu Lataginis, Plastinx nominabatur. Sinistro cubito innixos, dextra molliter, & per gyrum iacere legitimum erat. Cottabi mentionem in Plauto quoq; habes. Medici, Cottabum ex imperitia uocabuli, ut Athenęus inquit, potionem a balneis, siue ut Phocion, uomitionem ante balneas uocabant, nõ pridem inuentam, & sanitatis usu detestabilem, & ab Erasistrato uehemẽter damnatam. *

EX M. VERG. COMM.

DIximus superiore capite, omnem Thuris substantiam, in antiqua medicina trifariam diuidi, in Thus, Corticem Thuris, & eiusdem Mãna. Nec aliud est, quod nunc dicimus, quã uocẽ hac in Thuris puluere tantum ueteres usos fuisse. Satis rem Plinius indicauit, cum ait, esse concussu elisas Thuris micas, quæ attritu glebarum, in acerris subsiderent. A concussu etiam grẽci ὑπόστιμα dixerũt, nihilq; illi simile cõmuneue est cũ aërio melle. Quod posteriores a sacris Hebręorũ literis accepta similitudine, Mannam dicũt, in alio genere, & diuersa potestate rem. Illi enim soluẽdi, huic adstringẽdi uis est. In quo cauendum, ne similitudine nominis decipiat aliquis, in antiquis, quibus in Thure semper, in aërio autẽ melle nunquã usus eius uocis fuit.

## ¶ De Fuligine Thuris. CAP. LXXXIIII.

FVliginem Thuris sic facito. Forcipicula, lucernis accensas singulatim Thuris glebas, in nouam fictilem ollam concauam imponito. ἐπάλξεις λιβάνου

C & æreo uaſe in medio perforato, deterſa diligenter ſorde, obtegito. Alia admoueto, in altero aut utroq; labro, ſubiectis quaternũ digitorum altitudine lapillis, quo facilius perſpici queat, ſi urantur. Et qua locus capax fuerit, glebulas alias ſupponito. & antea quam prorſus prior gleba reſtinguatur, aliam imponito. donec ſufficientem fuliginem uidearis aggregaſſe. Continuo tamen externæ æramenti partes ſpongia aqua frigida made facta, abſtergantur. Ita enim temperato æris feruore, fuligo omnis inhærebit. Quæ alioqui per leuitatem decidua, Thuris cineribus admiſcetur. Derafa itaq; fuligine, cinis cremati Thuris ſeorſum ſubſtrahendus eſt. Idem opus quoad ſatisfactum tibi uidebitur, obeundum. Oculorum inflammationes mitigat. Fluctiones ſuſpẽdit. Vlcera purgat. Caua explet. Carcinomata ſiſtit.

BARBARI COROLL.

FVligo Thuris græce Lignys, & AEthalon, & Ethal nominata. Nam Lychnis herbæ coronamentariæ genus eſt, ut liquebit. Et alio modo ſcribitur dici Aetalida. Et Rubiginem ſatorũ lego, & Achymiſtis quoq; uideo Aethalen uocari diuinum laticem, unde philoſophicũ illud pharmacũ, ſiue lapis cõſiſtat: a quibuſdã Eteſios, & Androdamas quoq; dictos, & aurũ potu lentũ, & alijs nominibus iñumeris, ut Mazys, & p diminutionẽ Mazygion, & Chalcyriõ. Ali oqn Maza es ipm Iudeis ſignificat: Idẽ fuligines Hemiſomata, hoc eſt, ſemi corpora appellãt.

EX M. VERG. COMM.

PLutibus, ut obſeruaſſe facile fuit, fumos & hærẽtes ex eo parietibus & tectis fuligines græci appellationibus diſcreuerũt. καπνόν ἀιθάλην λιγνύν καὶ ἀσβόλην dicentes. Nos fumi, & fuliginis tantum appellationibus, omnia indicamus, eamq; ob cauſſam non licuit alia, quam fuliginis D uoce Dioſcoridis ἀιθάλην uertere. Quæ eo differt ἀπὸ τοῦ καπνοῦ, i. fumo, quod fumus craſſior nigriorque, & ex materia nondum fulgente flamma, aut ea deſinente ſurgit: ἀιθάλη uero hæc tenuior, leuiorq;, nihil aliud eſt, quam ignis & flãmæ impetus, qui quoniã fumi modo nigra, contactu ſuo reddit quæcunq; lambit, fumus etiam dicitur, eodem modo & fuligo a nobis dicitur. Tam quæ a græcis ἀσβόλη a fumo facta eſt, quã quæ λιγνύς a flamma alicubi concrescens eo colore materia aliqua. Ideo in græcis etiam, quorũ eſt ditior lingua, promiſcue p fumo, fuligineq; omni, uoces illæ in uſu ſunt. Apollonius in Argonauticis ſuis, appellauit λιγνύν fumum, qui ex attritu lignorum inter ſe fieret.

## De Fuliginis compoſitione. CAP. LXXXV.

SImili modo e Myrrha, Reſina, Styrace, reliquiſq; lachrymis fuligo excipit, ad eadem conueniens.

BARBARI COROLL.

FVligo Myrrhæ, Styracis, Reſinæ lachrymarum omnium.

## De Pinu & Picea. CAP. LXXXVI.

πίτυς πίτυλ

PInus & Picea generi eidem aſcribuntur, ſed quandam flagitãt ſpecierum diſtinctionem. Arbores uulgo cognitæ. Quarum cortex aſtringit. Prodeſt tritus et illitus intertrigini, ulceribus ſummũ corpus occupãtibus, ambuſtiſq; cũ ſpuma argẽti, & mãna. Vlcera delicatulorũ acrimoniã recuſantiũ cærato myrtino exceptus, ad cicatricem perducit. Tritus cũ ſutorio atramento, ſerpẽtia cohibet. Suffitu partus & ſecũdas eijcit. Potus aluũ ſiſtit. Vrinam mouet. Folia eorũ trita & illita inflammationes leniunt. Vulnera ab inflammatione uindicant. Trita autem & decocta in aceto, feruenti collutione, dentium dolores mulcent. Hepaticis

utilia

utilia ſunt, drachmę põdere in aqua, aut mulſa pota. Pineæ nucis cortex, & folia potu eadem præſtant. Teda particulatim ſecta, ſi in aceto coquaẽ, & decocto dens colluatur, dolores leuat. Ex his etiam fit Spathà acoporum, peſſorumq; compoſitionibus idonea. Quinetiam earum crematarum fuligo, ad librarij atramenti confectionem excipitur. Ea circumlitionibus efficaciſſime imponitur, quibus palpebras ornãt, coloremq; mentiuntur, calliblephara græci uocant. Arroſis oculorum angulis, calloſis glabriſq; genis, & collachrymationibus opitulatur. Pityides appellantur Pinorum, Piceæq; fructus, qui in conis inueniuntur. Vim aſtrictoriã habent, & aliquantum excalfacientem. Tuſſi, & pectoris uitijs auxiliantur, per ſe, aut ex melle ſumpti. A

καλλιβλέφαρα

## BARBARI COROLL.

Picea ueteribus eſt, quam græci πίτυν fere uocant. Huius ſpeciem Theophraſtus. & Plinius Phthiropœon, hoc eſt, pediferam, tineoſamq; appellant, quia totis paniculis, non prima tantum in parte, ut abietes, nucleos & minores & nigros habeat, ſed ipſas quoq; paniculas minores gracilioreſq;. Sunt autem Paniculæ, nucamenta quædam, quæ e ramis arborum, Reſinam fundentium, callo ſquammatim compactili dependent in Larice. Negant aliqui florere Piceam, ſed uice floris eſſe nucamenta illa, quæ κίπαρσο græci uocant, groſſis præciduis, ſici proportione reſpondentia. Hæc compreſſiora maribus ſunt, ac minus Reſina madẽt, q; fœminis. Præuenit germinatio huius, florem Abietis, quia paulo ante ſolſticium erumpit, diebus fere 15. & ad proportionem fructificat poſt uergilias. Differt a Pinu Picea, q; pinguior ac tenuior folio eſt, q; minus alta, minuſq; recta, q; Pinus aſſurgit. Præterea, conũ minorẽ, & magis algentẽ, nucleos quoq; Reſina pfuſos, obtinet. Vtriq; foliũ capillamenti modo, prętenue, ac breui ſeta uilloſum. Vtraq; craſſior, duraq; ceu Cupreſſus. Materies cãdida, et Abieti ſimilior. Pinus uſtis radicibus, nõ repullulat, Picea repullulat. ut in Leſbo accidiſſe, Theophr. ſcribit, incẽſo Pyrræi mõtis nemore, qd' Piceis ſcatebat. In quo ſcire oportet, Plinio Larici tribuere, quod Theophraſtus de πίνυκι, hoc eſt, de Pinu prodit. Decacuminatio, quã græci δεκορυφίαν appellãt, Piceæ, Pino, Abieti, Palmæ, aliqui addũt & Cupreſſo, & Cedro, perniciem afferre phibetur. Picea nauigijs expetitur. In Cypro præſtantior etiam, q; Pinus. Eadem & ad fabricas ceteras, malleos grandiores, ſcãdulas, cupas, & alia ſecamẽta utilis: celerius tamẽ q; Abies, corrumpitur. Vſus & in carbone metallis argenti. Montes amat & frigora. Feralis arbor, & funebri indicio, ad fores poſita, ac rogis uirẽs. Iam tamẽ & in domos recepta, tonſili facilitate, rami pene ſtatim ab radice modici, uelut brachia lateribus inhærent. Hæc plurimã Reſinam fundit, interueniẽte cãdida gẽma, tam ſimili Thuri, ut diſcerni uiſu nequeat: & inde Seplaſiariorũ adulteria, ut in Thure diximus. In Hiſpania & Piceaſtri ſunt, ex q;bus Reſinã, unde Pix coquaẽ, colligunt. Pinus procera eſt. Hãc uecte ſollicitatã, octo cubitis lõgiorẽ effici, Theophr. affirmauit, at ne ſic qdem ſolida radice, ſed abrupta. Germinatio cœpta in Pinu, ſicut in robore, Abieteq; intermittitur: ideoq; turget ter, & terna edit germina: quod genus arbores τριστοίπους appellantur, qui ter inchoatum opus intermiſſumq; repetãt. Theodorus gaza, ter ſquamoſas, interpretatus eſt. Credo eum τριλέπρους, non τριστοίπους legiſſe. Germinatio prima Februario ineunte: q; q; in mõte Ida ſerius, ac fere idibus. Secũda, mẽſe Martio, qua & omnis Galla gignitur. Aprili tertia, paucioribus interiectis diebus q; inter primam ſecũdamq; fuerant. q; q; tempora hæc ad rationẽ latinam tranſlata nõ cõgruunt, ut in Galla de robore diſputauimus. Cędituere: ubi cortex tantum detrahẽdus eſt, ad operũ rotũda. Nã ad quadrata, ubi germinatio deſierit, & ſi ualidior quæratur, etiã ubi fructum excoxerit. Sed tũ uermiculi quidã ſub cortice naſcuntur, q ſummotenus caudicem nõ erodãt, ſed uelut inſcribãt, unde quibuſdam ſigilla. Hoc nõ in Pino, uel Larice tantum euenit, ſed in omnibus, quæ poſt fructus maturitatem cędũtur. Et illa cõmunis omnibus quæ cæduntur in arte, fabricaue diſtinctio, ut aliæ quadrifidos uenarũ curſus habeãt, bipartitos aliæ, uel omnino ſimplices, hoc eſt, ut Theophraſtus inquit τετραχόους, quæ Gaza meus quadriuiuas, & biniuiuas, & uniuiuas conuertit. errore manifeſto, q; τετραχωοῦσι διχωοῦσι μονοχῶσι legiſſet. Nos in ea re Plinium, & Victruuium autores habuimus. Ex Pino nauigiorum rotunda fiunt, & onerarijs carinæ: quanquam nec ex quercu negligunt. B

Plin. lib. 16. capite. 10.

Theophr. libro. 3. cap. 10.

Theophr. lib. 5. cap. 2. & lib. 9. cap. 1. 2.

*

C Sed illa triremibus idonea magis eſt, ut diximus. AEſcuſſores carbonem Pini querno præferunt: non quia uiribus parem, ſed q̃ ad flatũ cõmodius reſpõdeat, nec ut quernus marceſcat. Reſina huius a germinatu tollitur, detracta prius teda. Ex omnibus reſinam ferentibus, ſcãdulas e Pino firmiſſimas eſſe conſtat, ex cæteris faciles omnino, ſed imbecilles. Folium Pino, Pinaſtroq̃ aculeatum mucrone. prælongum, exile. Pinus fert minimũ Reſinæ, interdum ex ipſis nucibus, uix ut aſcribatur generi. Pinaſter nihil aliud eſt q̃ Pinus ſilueſtris, mira altitudine, & a medio ramoſa, ſicut Pinus in uertice. Copioſiorem dat hęc Reſinam. Gignitur et in planis eodem modo, Peuce dicta. Eaſdem arbores alio nomine eſſe per oram Italiç, quas Stibulos uocari Plinius exiſtimat. Ego Strobilos legendũ arbitror, e nataliũ cognatio ne ita dictas: ſed graciles, ſubcinctioreſq̃, & enodes. Liburnicarum ad uſus pene, ſine Reſina, cura degenerant. Florem Abietis, Taxiq̃ præueniunt diebus circiter. 15. ab occaſu uergiliarũ. Eadem proportione fructus ſuos afferũt. Aliqui genera duo faciunt. In Troade montanũ ſiue Idæum, recta, celſa, craſſa materie, nucibus oblõgis, uiridibus, ſero dehiſcentibus, utpote ſilueſtrior, pice copioſa. Maritimũ folio tenuiore, infirmioreq̃, cortice leuiore, & corijs utiliore q̃ Idæi. Nuce rotunda, breuiq̃ aperiẽda, ualida, & robuſta materie. Alij, ut Macedones, marem intelligũt ſterilem, breuiorem, folio duriore. Fœminam proceram, & folijs pinguiter mollibus, & ſimplicibus, atq̃ non rigentibus. Lignum maribus retorridũ, præcinctũ medulla, durum, & ad fabrorũ opera cõtortum. Nigrior radix fœminæ, mollius, & omnino tractabile ſecuribus. Pinus fœminã habet, quam græci uocãt ægida, mellei coloris, pictorũ tabellis immortalẽ, nulliſq̃ fiſſilem rimis, ꝓximã medullæ, cor Pinus a Theophraſto nominatũ: quę in Abiete Luſſon appellatur. Naſcitur hęc in fœmina dũtaxat, ut quæ minus tedacea ſit q̃ mas, leuigatior quoq̃, ac ꝓbior curſu meatuũ. Ficũ uocãt Idæi tedarij, cum grãdiũ arborũ medullæ ſecuris adigitur. Quibus proſtratis partes cãdidę ambienteſq̃ cõputruerint, colore uehemẽter abiecto, et neruo prętenui. Nam id qd' in Pinu rubidius Peda naſcitur, mares potius habẽt q̃ fœminæ: hoc maribus tantũ accidit, & odore grauiſſimo eſt: neq̃ tedam redolens, nec ardens, ſed ab igni reſiliẽs, Syce, nõ Staçte dicta, ut in Plinio correximus. Pini morbus eſt, ut teda fiat, tam parte caudicis externa, q̃ corde, id qd' abundãtia ſucci, & ubertate larga luxuriãtis naturæ ꝓuenit. Mares hanc tantũ fe
D runt. In quo noſcendũ, ſuperiora, quę de Pino Theophraſtũ ſecuti diximus, omnia fere aſcripta eſſe Larici a Plinio, ut premonuimus. Nec mirũ, quando & ꝓpetua fronde uirent omnes, & in Macedonia, & Arcadia. Circa Elin ꝓmutãt nomina: nec cõſtat autoribus, qd' cuiq̃ generi attribuãt. Larici ergo ſitus idẽ qui Piceæ in montibus, eadẽq̃ facies. Mareria pręſtãtior longe, incorrupta uis, emori cõtumax, rubens, odore acrior: nec ardet, nec carbonẽ facit, nec alio modo ignis ui cõſumitur q̃ lapides: cũ cætera quæ picẽ & reſinã fundũt, imodice accẽſa, carbonẽ expuant, cũ eruptionis crepitu, eiaculanturq̃ lõge. Pluſculũ huic melleo colore, atq̃ lentiore nunquã duraſcentis. Tęda uero proprie dicta & a græcis λάτ κὴ λαλλίον uocata. Sed & ſui generis arbor in Illyrico eſt, redũdantior humore q̃ reliquę, parcior, liquidiorq̃, q̃ Picea, flammis, & lumini ſacrorũ quoq̃ grata. Improprie uero, tedas appellamus, tum clia quoq̃ ligna, quæ flãma olei uel picis illitu cõcepta, faculæ modo luceãt, tum piceæ ſatiuæ partes imas, qualem in Nucleorũ pineorũ capite monſtrauimus. Ex ijs quæ dicta ſunt, cõſtat in Europa ſex haberi genera cognatarũ arborum, quę reſinam ferãt. Pinũ, Pinaſtrũ, Piceam, Abietem, Laricẽ. Tedam. Addi poteſt & ſeptimum, Piceaſter in Hiſpania. Pinum uoco, piceas nuces ferentem:
* quã græci χῶνον appellitant. Pinaſtrum & Laricem, quam πεύκην, in Troade uiſenda, magnitudine. 24. pedum ambitu, altitudine duorũ iugerum, prætereaq̃ cubitorũ quindecim. Piceam, quam πίτυν, & poetæ blotrem, ut quidam rentur. Tedam porro, quam λάτ & λαλλίον. Atq̃ omnia hæc Pliniũ ſequentibus. Nam Theophraſto, Pinus atq̃ Larix idem, quemad modũ ſæpiſſime teſtati ſumus. In Palladio corrupte legitur Tinus, pro Pinu. Idem autor Lignũ gallicũ uocando, aut Laricem, aut ei ſimile quid ſignificat, ut multi ſentiunt.

Theophr. li. 9. capite. 1. 2.

Pityida fructũ Piceæ, Dioſcorides uocari ſcribit, itemq̃ Pini: ſed improprie, ut Galenus inquit. Plinius e Pinaſtro nuces ita nominat. Hippocrates Pityida, pro reſina e Pinu, ſiue Picea potius intelligit, ut eidem Galeno placuit.

## EX M. VERG. COMM.

ARborum quæ maſtichem, reſinãq̃, & pices deſtillant, tanta eſt in deſtillãdo ſimilitudo, & tam multa in natalibus, earumq̃ appellatiõibus miſtura, ut nihil in Theophraſto, Plinioq̃, et alijs incertius legatur, alijs tẽporibus eiuſdẽ rei, nõ eiuſdẽ appellationibus utentibus, & inuicẽ eas cõmutãtibus. Nos diligẽti obſeruatione eorũ, quæ Theophraſtus, & poſt eũ Plin. amboq̃ pluribus locis tradiderunt, græcam Pityn tuto, & communi omnium in ea uoce conſenſu. Piceam

ceam uertimus, & πεύκην tedam: eo, præter multa alia argumento usi, quod hic ipse scriptor, non multo post hæc de liquida pice dixerit, συνάγεται μὲν ἐκ τῶν λιπαρωτάτων ξύλων πίσσα καὶ πίτυος, quod est, collige præcipue picem, ex pinguissimis lignis peuces & pityos. Quod totum Plinius pariter indicauit, copiosiorem resinam, & liquidam Picem fieri ex teda & picea testatus. Poterat & multis alijs argumẽtis idẽ confirmari, sed nos his quę in Theophrasto, Plinioq; & græcis, latinisq; alijs legi possunt, Cõmentationes has nostras, impudenti alienarũ opum coaceruatione augere nolumus. Poterunt uolentes lib. 16. cap. 11. Plinium, & Theophrastũ, omnibus fere libris, de Plantarum historia uisere, omniaq; cognatarum arborũ discrimina, in tam grauibus scriptoribus certius cognoscere, & cognita grauius censere. A

Quod deinde Dioscorides ait, Piceæ Tedæq; corticem, in teneris corporibus ulcera ad cicatricem perducere, τριφιροχρώτων, non ad genus uitæ tantum, ut Ruellius uertit, sed ad illud & sexum & ætatem referendum etiam est, pueros inquam, & in delicijs et umbra agẽtes, quales fœminę sunt, eorumq; corpora. Sic enim antiquiores græcorũ medici usi ea uoce sunt, ἁπαλὰ σαρκὰ καὶ συληρόσαρκα, id est, teneræ & duræ carnis, ex ætate sexuq;, & delicijs appellantes. Sic Paulus AEgineta capite, de uulneratis neruis, uocibus illis usus est.

Diu post hæc nos torsit, qđ in græcis omnibus legitur, παθὴ δὲ ἐξ αὐτῶν γίνεται εἰς ἀκόπων σκευασίαν καὶ πεσσῶν ἐπιτήδειαν. Et nos uertimus. Quinetiam densandis in cõfectione acopis, pessulisq;, eadem omnia materia apte utuntur, concinniore sensu, cũ si rude, quæ ad subigendum liquida, notissimum instrumentum est, ex his arboribus facta, subigi in confectione ea dixissemus: pro quo sensu, non παθὴ fœminino genere, sed neutro πάθημα legendum illic erit. Est autem πάθημα, ut græcorum lexica indicant, πύκνωμα, id est, dẽsatio: factaq; ea uox est, quod quæ telarum modo texuntur cultellata, huiusce modi spathe percutiũtur, percussaq; densantur. ex qua similitudine hic ait, harum arborum materia densari acopa & pessulos. Non tamen dãnamus aliam illam lectionem. Potuit enim antiquitas, in his quæ ad acopa & pessulos coquerentur, rude ex his arboribus facta, uti; sed illa aptior uisa sententia est.

## De Pineis nucibus. CAP. LXXXVII. B

σρόβιλοι

NVces Pineæ cum repurgatæ manduntur, aut cum passo, aut Cucumeris semine bibuntur, urinam ciẽt. Acrimonias in renibus, aut uesica hebetant. Stomachi rosiones leniunt, datæ cum Portulacæ succo. Virium infirmitatem roborant. Corruptorum quoque humorum labem obtundunt. Pineæ nuces recenter arboribus decerptę, in passo frangutur, & decoctæ, uetustæ tussi ac tabitudini conferũt, si quotidie ex eo liquore terni cyathi bibantur.

## BARBARI COROLL.

NVclei Pinei, græce Strobili dicuntur. Quãquam Strobilos, & tripudij genus est, siue saltationis, apud Iulium pollucem. Galenus etiam Coccalos uocat, nucleos eos in Hippocrate. Sunt qui Coccalos, non pro nucleis Pineis, ut cæteri, sed pro Cocco gnidio accipiãt, ut idem Galenus ex alterius Dioscoridis sententia testatur. Arbor ipsa Conos &, quandoq; Strobilos. Cũ decocti melle sunt in taurinis, Aquiceli nominãtur. Dulciarij quoq; genus quoddam ex uua passa, Nucleus pineus, ex amygdalis una tostis, Conos, appellatur apud eundem Iulium Pollucem. Nuces ergo Pineæ, grandissimæ, altissimæq; a terra suspensæ. Intus exiles nucleos, lacunatis toris, ferruginea tunica uestitos, contegunt. Nucis Pineę quaterna genera. Durum, qđ & uulgare. Tenerũ, & putamine digitis fragile. Ideoq; auibus expositũ, Tarentinam uocabant. Tertiũ e Picea satiua, nucleorũ cute mollissimum, adeo ut simul mãdatur: qđ autore Plinio Sapiũ uocetur, & Nucleis. quanq; uerbũ Nucleis in eo melius fortasse pro nucibus Sapineis, cũq; pro arbore ipsa capitur. 16. uolumine. Pliniani certe codices, libro quintodecimo, non Sapium, sed Apinum habẽt. Nos Apium, & Indicis, & inscriptionis, & exemplariũ, quæ manu scripta sunt argumento, legimus, & Columellę, apud quem nux Sapinea legitur. Quidam Apinas, a uilitate dictas arbitrãtes, literam, S, dictioni ueræ detrahũt. Imas arboris huius partes, ut idẽ inqt Plinius, tedas appellamus. Omninoq; nihil aliud, cũq; Picea est, feritate paulũ mitigata satu. Nã Sapinus, siue Sapinea, Fusternæ pars est Abietis inferior: nõ ut Seruius scribit, species Abietis apta nauibus. Nã supna eius arboris, a duricia nodorũ, Fusternę simpliciter ap-

Theophr. lib. 3. cap. 10. Plí. li. 23. ca. 9. & lib. 16. ca. 26

Hosted by Google

Cpellãtur. Vtriuſq; meminerũt, & Plin. & cęteri. Mouit hominẽ grãmaticũ, Varronis credo autoritas parũ intellecta: qui dixerit in mõtanis plixiores uenire Abietes, et Sapinos, firmioreſq; propter frigus. Quartum Pityides: quas proxime deſcripſimus. E nucibus quoq; Pineis non nihil Reſinæ colligitur.

## De LENTISCO. CAP. LXXXVIII.

σχῖνος

LEntiſcus nota arbor eſt, cui uis ineſt aſtringendi. Semini enim, folio, ramo, cortici, radicibuſq; cognatæ inſunt uires. Liquamentũ autem ita fieri ſolet. Folia, cortex, & radix in aqua coquuntur, & ubi abunde cocta ſunt, folia abijciũtur. Aqua denuo coquitur, donec mellis habeat craſſitudinem. Lentiſcus ſua aſtringendi dote, ualet aduerſus ſanguinis reiectiones, alui profluuia, & dyſenterias in potu. Item cõtra eruptionem ſanguinis e uulua, & eiuſdem, aut ſedis procidentia. In totum acaciæ & hypocyſtidis uicẽ repreſentat. Idem facit ſuccus e tritis foliis. Decoctũ fotu caua explet. Et fracta oſſa ferruminat. Vuluæ fluctiones ſiſtit. Nomas arcet. Vrinam pellit. Motus dentium collutione ſtabilit. Virentes ſurculi calamulorum uice dentibus repurgandis affricantur. Fit e ſemine oleum, quod prodeſt cum quid aſtringi opus eſt.

### BARBARI COROLL.

Theophra. libro. 9. cap. 1. 2 Pli. li. 15. ca. 24

LEntiſcus, σχῖνος a græcis uocata, Reſinam ubiq; ſudat. Maſtiche uero dicta in Chio tantũ inſula. Lẽtiſci fructum, Hippocrates Schinida nominauit etiam, ſi tamen (librariorum culpa) non Schinides, ſed Schœnides legendum eſſe, ſicut & Cechrides pro Cedrides. Lentiſci folia, quibus modo pelles excoriarij cõficiunt apud nos, iudaico Iumco, plurima ex Illyrio conuecta, & uulgo Folia dicuntur. Plinius Lentiſcum Italicam dicendo, uidetur præter Chiam alia quoq; genera nouiſſe. Fructus initio rubet, poſt nigreſcit: qui & Sãbuci ſpecie, in racemis depẽdet, folio Piſtacij, ſed minore, per extremitatem rubente. In ſummo ſiliquæ Piſorum, ſed corniculi modo intortæ: in quibus Reſina odoris iucundi continetur. Romę demonſtratur in ruderibus. monumentiſq; Lentiſcus, folliculis inanibus & deformibus. His confractis, culices euolant frequentes.

D

### EX M. VERG. COMM.

POtior quam nunc ſit, quondam Lentiſcus fuit. Et ſi, teſtante id Plinio, Ciceroni credendũ eſt, ruſtici plębi neceſſaria, quæ cœli, et in eo ſyderum imperita, arandi ſuorum operum auſpicia ex propinqua arbore certius cognoſcere poſſet. nihil enim nobis occultum natura, in diſciplina ruris eſſe uoluit. Ciceronis uerſiculi hij ſunt.

Iam uero ſemper uiridi, ſemperq; grauata
Lentiſcus, triplici ſolita eſt grandeſcere fœtu,
Ter fruges fundens, tria tempora monſtrat arandi.

Exprimitur ſuccus e radice. &c. Non in omnibus legitur refrigeratis, ſed obiectis tantum. Nos autem illud adiecimus, in probatiſſimo omnium codice inuentum, in quo legebatur. μετὰ τὸ ἐφηθῆναι καὶ ψηχῆναι τῶν φύλλων ἐκπεπιεσμένων.

## De Reſina Lentiſcina. CAP. LXXXIX.

μαστίχα ῥητίνη σχινίνη

LEntiſcus reſinam gignit, quæ Lentiſcina cognominatur, & ab aliquibus Maſtiche. Pota utilis eſt ſanguinem reijciẽtibus, & tuſſi ueteri. Stomacho auxiliatur, ſed ructum mouet. Additur in dentifricia, & illitiones faciei, ad nitorem cutis conciliandum. Palpebras oculis incõmodas replicat. Manducata halitum oris commendat. Gingiuas contrahit. Optima & copioſiſſima in inſula Chio prouenit. Præfertur Nitedulæ modo reſplendeſcens, & candore Tyrrhennicæ Ceræ ſimilis, adulta, friabilis,

Hosted by Google

bilis, odorata, ſtridorem edens. Viridis autem inferior eſt. Adulteratur Thuris, Reſinæq; miſtura. A

BARBARI COROLL.

Reſina Lentiſcina, in Chio Maſtiche eſt. Importatur & ex India, quadã e ſpina Maſtiche. Item ex Arabia, Lamã uocãt. Sed ex Aſia et Græcia ueræ q̃ ſimillima Exixme herba: quã Theodorus gaza Chamæleontem album intelligit, & Carduum Pineam appellat: id autem q̃ recte, diximus inter herbas. Ex Lentiſco Chia, gummi modo naſcitur, nigra, & candida. Preciũ candidæ in libras. 20. nigræ. 12. Ex Ponto quoq; uenit maſtiche, bitumini ſimilior atq; nigra, uino cõdendo. Cæterum laudatiſſima inter omnes, Chia, candida. Adulteratur ut thura, reſina, ut Plinius ait. Sed ut Dioſcorides, Thure et Reſina. Galenus in duo genera colligit. Nigram, et Candidam. Nigram Aegyptiam, Candidam Chiam, uocari prodens. Ex Aegyptia unguentũ aut oleum fieri ſolere negat. Non arbitror quenq; monendum, q̃ longe a uero ſint, qui Maſtichem a Silphio non ſeparant. Plí. li. 12. ca. 17. *

EX M. VERG. COMM.

Craſſa, friabilis & odorata, Græce ſic, ἀδρὰ, καὶ πυρὰ, καὶ ἐυθρυβὴς, καὶ ἐυώδης. Vitioſum nobis uidetur, credimuſq; ſecundam illam uocem πυρὰ, aut aliam quandam fuiſſe. Aduerſatur enim ſuperioribus, nec poteſt aliquid ſimul candidum, quo colore hic Maſtichem, & alij oẽs laudauerũt, & πυρὸν, ideſt, ruffum, coloreq; ignis eſſe. Quam ob cauſſam nos eã expunximus, non inuenientes, quam ſimilem illi aliam uocem ſubſtitueremus: ibidemq;, monſtrante id re ipſa, in fraude & adulterio Maſtiches, reſinã Pineam adiecimus, ſic in melioribus græcis legentes, diſiunximuſq; Thus, & Pineam reſinam, eadem ueterum codicum fide admoniti. quoniã alterũ ſatis eſſet, nec omnis reſina id præſtare poſſit, ſed Pinea tantum, quæ colore candido in concolore Maſtiche facilius falleret.

Quam diximus præterea acum harundineam, nihil intelleximus aliud, quam in purgandis a cibo dentibus, acuminatam harundinis feſtucam, pro qua ex Lentiſco facta, uſi ueteres ſunt, & noſtra ætate adhuc elegantioris uitæ homines utuntur. Nam καλαμίδας græci, proprie dixerunt acus ex harundine factas, quibus mulieres cincinnos & uelamenta capitis firmarẽt, quod nunc æreis, aut argenteis fit. B

## ¶ De Terebintho. CAP. XC.

τέρμινθος

Terebinthus cognita arbor eſt, cuius folia et ſemen & cortex aſtringunt, & ad eadem ad quæ Lentiſcus conueniũt, ſimili parata modo, ſumptaq;. Fructus eſui aptus eſt, ſed ſtomacho aduerſatur. Excalfacit. Vrinam mouet. Venerem excitat. Contra phalãgiorum morſus conuenienter in uino bibitur. Reſina eius ex Petra Arabiæ oppido defertur. Prouenit etiã in Iudæa, Syria, Cypro, Aphrica, et Cicladibus inſulis. Sed præualet candida, perlucida, uitreo colore. & in cæruleum uergente, odorata, Terebinthum olens. Terebinthina reſinas omneis antecedit. proxima Lentiſcina, & e Pinu, & Abiete. Has ſequitur e Picea & Pineis nucibus reſina. Natura omnibus calfacere, mollire, diſcutere, expurgare. Tuſſi ac tabi conueniunt per ſe, aut in eclegmate ex melle. Vitia pectoris expurgant. Vrinam cient. Cruda concoquunt. Ventrem emolliunt. Palpebras commodiſſime replicant. Lepras tollunt, cum erugine ac ſutorio atramento, nitroq;. Auribus ſaniem emanantibus, item in pruritu genitalium utiles. Malagmatis, acopiſq; ammiſcentur. Laterum doloribus illitu, aut appoſitu auxilio ſunt.

BARBARI COROLL.

Terebinthus, τέρμινθος græce dicta. Meſſibus tritici, aut Paulo ſerius fructificat. Mas ſterilis. Fœminæ diſtinguuntur. Aliæ fructum protinus rubentem, magnitudine Lentis edunt: qui concoqui non poteſt. Aliæ uiridem, pallidumue primo, demum rubentem, nouiſſime cum uua



Hosted by Google

C matureſcentem & nigreſcentem, qui & odore iucundior, amplitudine fabę. Interim maiorem, & reſinoſum tactu, ſulphuroſumq;. In Troade, circa Idam, et Macedonia, breuis, et fruticoſa, & contorta. Damaſco Syrię inſignis, copioſa, decoro aſpectu, ubi mons Terebintho, nec alia ſilua ſcatens. Materies admodum lenta, radicibus ualidis, actiſq; in profundum, fidelis ad uetuſtatem. Flos racemoſus, oliuae modo, ſed rubens. Folium numeroſum, ab eodem pediculo. Figura Lauri, digeſto in uerſus, ut Sorbo. Vnicum ad cacumen exit, & numerum parem cõturbat: minus tamẽ angulata ſunt q̃ Sorbo, & ſimiliora per ambitũ Laurinis uidentur. Olecſa quoq;, ut fructus. Fert & nucumenta quædam caua, ceu folliculos, Vlmi exemplo. In quibus animalia quaſi culices erũpunt. Et reſinoſus lentor, qualis e ligno, unde fit reſina. Fructus q̃diu maturus non eſt, in aqua fere ſupernatat. Niger ſidit. Vulneribus pfundis, ut Abies, & quę reſinã tedamq; ingerunt. Fecundior efficitur contra quam cæteræ arbores. Materia uehementer nigra, ſpiſſa, ſplendida. Præcipue in Syria tantum, ut Hebenum quoq; prouocet. Cultellis ex ea capulos, & calices Thericleos detornant, tam feliciter, ut a Figlinis internoſci nequeant. Thericlei porro calices Athenis clari habebantur. Nomen ab inuentore datum, qui Ariſtophanis ætate fuerit: ſiue, ut alĩ putant, a detornatis in eo beluarum pellibus, ſacrũ Baccho poculum facere. Cæterum falſo quidam extimauerunt idem eſſe quod Carcheſium, cum hoc conſtet antiquiſſimum pateræ genus fuiſſe. Nam poculum, quod Alcmenæ Iupiter, in faciem uerſus Amphitrionis eius coniugis dono dediſſe fertur, Carcheſium uocatum perhibẽt multis poſt ſeculis Lacedæmone ſeruatum. Terebinthus ad reſinam tollendam poſtq̃ germinauerit, inciditur: id quod in omnibus reſinam fundentibus cuſtodiendum eſt.

EX. M. VERG. COMM.

QVia extremæ iniuſticiæ eſt, ſua gloria aliquem defraudare, nec magis in homine laudandum conſtantia animi, & reddendi unicuique quod ſuum eſt, non pigebit, Theophraſti manibus & nomini hanc gratiam habentes, ex quo cuncta diuerſis locis de Terebintho ab eo tradita, præterito eius nomine, Barbarus pro ſuis in Corollarĩ commentationibus

D Nos breuitati cõſulẽtes, data opa eũ locũ abbreuiauimus: ne & in ſmẽſũ creſceret cõmentarius, & q̃ ne ad eruditionem quoq; nobis aliquid facere uidebatur.

edidit, græcam eius ſcriptoris de Terebintho, mox latinam omnem hiſtoriam huic capiti adĩcere: ut poſſint uolẽtes (quod teſtari paulo ante ſumus) aperte cognoſcere, obiterq; intelligere græcarum literarum peritiores, in uertendis græcis, hominis neſcio celeritatem, an negligentiam potius dicam, qui Plinium & Theophraſtum ſimul miſcens, θυωδέστερον, ex Plinio iucundiorem, ex Theophaſto, ſulphuroſum uertit, non animaduertens ab utroq; idem dici.

In quo parum caute egit, ratus θεῖον, quod græcis ſulphur ſignificat, idem eſſe quod θυά, & θυώδη græci idem dixerunt, quęcunq;. ſ. in ſacrificijs et aris ad ſuffitus & uapores incenderentur.

Quod tam manifeſte paret, ut probari non oporteat, uideturq; Gazam, Theophraſti interpretem, in ea re ſecutum eſſe.

Idem etiam, quod erat ἄπεπτον, uertit, qui concoqui non poſſit, cum tamen de coctura cibi quæ in ſtomacho fit, Theophraſtus eo loco non agat, ſed de maturitate quæ calore fit, & ſimilis coctura ſtomachi eſt: parum memor, πέπτειν utrunq; ſignificare, & Theophraſto in hĩs quæ maturantur peculiarem hanc uocem eſſe. Nam & in medicina πεπτικά etiam dicuntur quæ abſceſſus, & collectiones maturant.

Poſſemus & multa alia hĩs adĩcere, ſed hęc ſatis nobis eſſe uolumus: ut hoc quaſi guſtu meminerint legentes, & ubiq; ſciant, nihil non alienũ in eo eſſe. Nec morte prœuentum potuiſſe extremam & ſalutarem illam manum his quę conceperat appoſuiſſe, oportereq; eos, qui integram rem nouiſſe uelint, primos eius autores conſulere, nec nouis ſcriptoribus tm̃ deferre, ut ueterum obliti, quemadmodum in cantu & muſica fieri Homerus dixit, nouiſſe quę tantum amemus & admiremur.

Terebinthum poſteriores grani uiridis arborem dixerunt, facto illi nomine ab eo eius genere, quod fructus ſuos in uiridi pallidos fert: quod Theophraſtus χλοηρὸν dixit, quaſi herbaceum. Ex ea Terebinthina deſtillat reſina, omnibus notiſſima, in quotidiano medicinę uſu. de qua cum ſemel agere Dioſcorides cępiſſet, de reliquis etiam egit, cognata congeneribus ſuis coniungens. Noſq; ut in melioribus græcis adhuc legitur. continuata hiſtoria, uno tm̃ titulo et capite omnia complexi ſumus Reſinæ genera, inter quæ Larignam ex Larice collectam hic numerat, a Victruuio præcipue in architectura, & medicina laudata. Qui libro. ii. de materia agens, Laricem his uerbis commendauit.

Larix uero, qui non eſt notus, niſi in his municipalibus, qui ſunt ad ripam fluminis Padi, & littora maris Adriatici, foliis eſt Pini ſimilibus, habetq; reſinam liquidam mellis Attici colore, quæ etiam phiſicis medetur. Credimuſq; nos, eam nunc eſſe, quam Venetijs deflexa a La-

Hosted by Google

rice appellatione, Larga, officinæ & uulgus appellant. Si quis autem uelit totam Laricis hiſto- A
riam naturamq; noſſe, Vitruuium libro illo, & Plinium pluribus locis lib. 16. & 24. Palladi-
umq; in Nouembri menſe legat. Sunt enim ſcriptoribus his, & huic, omnia fere communia.

Quod in coctura Picis paſſim legitur, δὺο δὲ χόας ὁμοῦ ὑδατος ἐμβαλόντες εἰς ἀγγεῖον, ex me-
liorum codicum lectione, εἰς χαλκεῖον, ideſt, ahenum uertimus, præſertim oſtendente id Plinio,
qui libro. 16. hoc modo coqui præcepit. Verba eius ſunt. Alij utilius putant, ſine aqua coque-
re lento igne tota die, utriq; uaſe æris albi.

## De liquida Reſina e Pinu & Picea. CAP. XCI.

LIquida Reſina e Pinu & Picea, a Gallia & Hetruria conuehi ſolet, atque olim a Colophone petebatur, hinc Colophoniæ ſibi co-
gnomentum uendicauit. A Galatia quoq; Alpibus contermina, quam uernaculo nomine Laricem appellant incolę. Ea in linctu magnopere p-
deſt tuſſi ueteri. Colore inter ſe diſtant. Siquidem alia candida eſt, alia ole oſa, alia mellei liquoris ſimilitudine, ut Larigna. Cupreſſus etiam liqui-
dam fundit reſinam, quæ ad eadem pollet. Quæ uero ſpiſſarum generi aſcribuntur, quædam ex Pineis nucibus, aliæ Abiete, aliæ Picea & Pinu exierunt. Eligi debet longe omnium odoratiſſima, tranſlucẽs, non ruffa, nec humida, quandam ceræ faciem præbens, & friabilis. E Picea et Abie te reſinæ, cæteras antecedunt. odoratæ enim ſunt, atq; Thus odore imi-
tantur. Præſtantiores a Pytiuſa inſula deferuntur, quæ ſecundum Hiſpa niam ſita eſt. Sed quæ e Picea, nucibus Pineis & Cupreſſo manarunt, ni hil ad illas, nec tantis uiribus potiuntur. Verumtamen eorundem gra- B
tia ut illæ ſumi ſolent. Lentiſcina Terebinthinæ correſpondet. Vritur Reſina omnis liquida in uaſe quadruplæ capacitatis ad humorem, qui in funditur. Itaq; Reſinæ congius, in duobus aquæ pluuiæ coquitur, ſubie-
ctis leuibus prunis, Reſina aſſidue mouetur, donec omnis odor aboleat, & friabilis & ſtridula reddatur, ac digitis cedat. Cæterum ubi refrixit, in fictile non picatum, quod Aconitum uocant, ideſt, non illitũ, recõditur. Fiet etiam eximij candoris, ſi Reſina omnis eliquata præcoletur, quo fæ-
culẽta ſordes excernatur. Vruntur quoq; ſine aqua, primum lento igne, & ubi coire cœperunt, maior carbonum ſtrues ſupponitur, & triduo ci-
tra intermiſſionem diſcoquuntur, uſq; dum ſuum odoris uirus exuerint. mox ut dictum eſt, reponuntur. Spiſſam unius diei ſpacio decoxiſſe ſa-
tis eſt. Vſtę odoratis malagmatibus, & acopis, & unguentorum colorati-
onibus magnopere utiles ſunt. E Reſina perinde atq; Thure fuligo exci-
pitur, ad circumlitiones idonea, quibus palpebras fucant, & colorẽ mẽ-
tiuntur. Prodeſt glabris genis, collachrymationibus, eroſiſq; oculorum angulis. Ex ea fit atramentum ſcriptorium.

## BARBARI COROLL.

REſinę, multis arboribus leguntur, omnibus inciſis a germinatu. Sed uarie. De Pinu, teda demum detracta, de Abiete, ac Picea, ligno præguſtato: de Terebintho, radicibus, ramis & cau dice uulneratis. Sed melior, quæ defluxit in caudice. Optima Terebinthina eſt ſpiſſitudine, le-
uitate, odore. Secunda bonitas Abietinę, ac Piceæ. Copioſiſſima, ponderoſiſſima, Piciq; pro-
xima, e Pinu eſt. Portatur utribus liquida. Tum ſponte creſcit, autore Theophraſto. Nam Pli-

Cnius, minimum Resinę de Pinu colligi scribit. Credo, quia Pinus Theophrasto Larix est, ut dí-
ximus. Resinam piceam, quæ sicca sit, aridissimam inter omnes prædicat Aetius: eamq; Pity-
inon Physema, priuatim dici meminit.

Resinam gręci ῥητίνην, καὶ πιτυΐνην quandoq; Paulus uocauit. Hanc ex Pinu & Picea siccam
esse, Plinius intelligit. Dioscorides ex ijsdem arboribus alias esse siccas, alias haberi liquidas
uult. Item, liquidas e Terebintho, Larice, Lentisco, Cupresso. Nam & eæ ferunt in Asia, Syri
q;. Falluntur uero, qui eandem esse putant, e Picea atq; Larice. Picea pinguem, & Thuris mo-
do succosam fundit, Larix gracilem, colore mellis Attici, ac mellei etiam liquoris uirus redo-
lentem. Illud notauimus, tam arborem ipsam, q; eius Resinam uocari Laricem. Potest & Lari-
gna ut lligna dici: nam & castellum in fluminis Padi ripa ex eo ligno conditū, Victruuius La-
rignum appellauit. Oribasius, atq; Paulus Resinæ genus Italię tm̄ nascentis, ξυλώδην, hoc est, l
gnosam comendant in Dropacem. Fortasse hanc intelligentes quā Dioscorides Tyrrheniā, si-
ue Gallicam uocauit, uel Corticatam Columella. Resina laudatur, nationū Cypria, Syriaca
Vtraq;, mellis Attici colore. Sed Cypria carnosior sicciorq;, antecedens omnes. In sicco gene-
re candida. In omni montana & cāpestri, prefertur Aquilonia. Terebinthi tenuissima est. Cu-
pressi acerrima sapore, crassior Cedri, & faciendis picibus idonea. Arabica alba est, acri odore
difficilis coquenti. Iudaica collosior. In Asia, quę fiat ex Picea, admodum, ut Plinius inqt, can-
dida Sphagos, siue ut legi maluimus, Epargos, a candore dicitur. Liquida, raro utuntur med
ci, et in ouo fere. Nec Pinea magnope in usu. Cęteris, nō nisi decoctis. Resina oleo dissoluit: ut
q; ad malagmata, ususq; uulnerū. Quidā & creta figlinarum hoc fieri anbitrantur, in potiones
amaris amygdalis. Colophonia, præter cæteras fulua. Si teratur, alba fit, grauior odore: & ob
id ab unguentarijs neglecta. Abieti resina, ut Larici teda, uitiū est. Exiguum Abies sudat, ali-
quando contactu solis. Inuenio & Acernam resinam, hoc est, Zygian, in cōpositione, cui no-
men est Baion. Est em̄ Zygia tertiū genus Aceris, rubens, ligno fissili, cortice liuido et scabro;
q̄d alij Carpinū uocare maluerunt, ut Victruuius, a iugis, quę bobus ex hac arbore fieri solēt.

D Resina Picea, si cum aqua leuius decoquatur, coleturq;, lentescit, colore ruffo, Stillaticiaq;
dicitur. Eliguntur autem in id fere uitia resinæ, corticesq;. Picea uase æris albi, Terebinthina in
sartagine referuenti coquitur. Est & illa temperies ad crapulam. Flos crudus Resinæ cum mul-
ta assula tenui, breuiq; auulsus concidítur ad cribrum minuta. Deinde feruenti aqua, donec
coquatur, perfundit. Huius expressum pingue precipua Resina fit atq; rara: nec nisi paucis in
locis subalpinę Italię, conueniens medicis Resina: quę coquenda sit candidissima, requiritur.
Porro sciendum est, aliud esse resinam comburi, aliud coqui. Si ꝓprie loquaris, uritur ad fuli-
ginem: coquitur uero, qa crudæ usus in medicina fere nullus, nec extra q; in ouo, teste Plinio.

## ¶ De Pice liquida. CAP. XCII.

πίσσα, κῶνος

PIx liquida, quam alij Conum uocant, e pinguissimis Pini Piceæq; lignis congregatur. Optima est splendens, syncera, leuis. Contra uenena, phthisin, purulētam excreationē tussim, suspiria, et pectoris humores qui difficile extussiuntur, efficax est, eclegmate cyathi mensura cū melle dato. Tonsillarum, & uuæ inflammationes, anginæq; utiliter perunguntur. Purulentis auribus infunditur cum Rosaceo. Et illinitur cum trito sale serpentium morsibus. Adiecta uero pari cæra, scabros ungues extricat. Tubercula uuluæ, & duricias sedis, discutit. Cum farinaq; hordeacea, & pueri impubis urina decocta, strumas rumpit. Cohibet ulcera quæ serpunt, cum pineo cortice, aut sulphure, aut furfuribus illita. Cæterum cum thuris manna & cærato subductos ulcerum sinus conglutinat. Rimis sedis & pedum, magno auxilio illinitur. Vlcera replet, & cum mel le purgat. Quin & cum uua passa & melle carbunculos, & putrida ulcera emarginant. Erodentibus medicamentis, quas Septas uocant, probe immiscetur.

BARB.

Hosted by Google

## BARBARI COROLL.

Pix, nihil aliud eſt q̄ fluxus combuſtæ in teda ſua Reſinæ. De Pinu fere omnis, ut Theophraſtus inquit. Quanquam in Syria Terebinthi quoq; picem ferunt: quia deſint ibi Pinus. E Picea quoque, Cedro, Palma colligitur. Pix hyeme frigida, dererior, minus copioſa, decolor. Vbiq; optima, ex apricis Aquilonis ſitu. Ex opacis horridior, uiruſque pręferens. Ex Idęa & montana Pinu largior, coloratior, dulcior, odore gratior, utiq; cruda: quoniam decocta multum deperdit: propter ſerum, quod in ea continetur abunder. E Paralia, hoc eſt, maritima, flauentior & craſſior, q̄diu Reſina eſt, uidelicet q̄diu cruda: ſed decoctio ex ea, prius abſumit. Idęa Tedoſior, e pari modo tedæ. Imbribus admiſſis, q̄ ſqualoribus, pix abundantior & liquidior excipit. Hæc Idęi, priora Macedones. In Ida Pinus aperiūtur parte ſolari, ablato p uulnus cortice, binis, terniſue a terra cubitis, cum plurimum, ſingulis cum minimum. Poſtea confluit e tota pix, in ulcus, non ſine teda, cum manare humor deſijt. Simili modo ex alia parte cędit, ac deinde alia & ſequenti ſemper anno teda locum implet. Extenuata per hæc arbor, facillime ſubuertitur uento: quod cū fit, tota ſuccidítur: & cor. Id eſt, medulla eius, urit. In qua, & in radice plurimum tedæ ſemper eſt. Explentur uero in Pinu caua uulnerum, non cortice, nec cicatrice, quæ in hac arbore non coit, ſed reſina, ſeu pice, anno maxime ab inciſu proximo, ſi pinus frugi ſit: aut ſecundo aut tertio, ſi peſſima. Probæ uices multas perferunt. Vitioſæ, niſi q̄s modice inaniat, prouentumq; diſpenſet, detractionem quartam non tolerant. Pinus nouellæ, fructificant. Veteres teda, nō fructu ſunt fertiles. Plinius hæc de Pinu a Theophraſto dicta, tranſtulit ad Laricē, partim ad Piceā, cuius aſſulas terrę pximas laudarit. Altiores amaritudinē afferre ſcribit. In Syria Terebinthо quoq; ad picē, detrahunt cortices, e ramiſq; etiānum, ac radice uindemiantur, cum reſina tm̄ damnetur ijs partibus. In Hiſpania e Piceaſtro quoq; fit, minime laudata. qm̄ reſina eius arida, uiroſa, & amara ſentiatur. Pix conficitur hoc modo. Pauitur area canali præparato, per quem humor in medium confluat. Tum lignū in haſtulas cōciſum, locatur ſtruis congerie, uelut in carbonis uſu: mox igni ſuccenditur, terra undiq; circundata: ne flamma erumpat. perit enim pix, ſi hoc eueniat. Quod ſi fumus ſe parte aliqua extulerit, ſcalis, prinus admotis, locum terra ſepiunt, lutoq; obſtruunt, ne euolet. Canalis ſubiectus Picē fluentem corriuat in ſcrobes, * Strues ipſa ſexagenis, aut * qnquagenis cubitis, centenis & octuagenis alta patet p ambitū. Sunt q per utrunq; mēſū, cubitos centenos agant. Humor qui fluit, obiter frigeſcit contactu. Vritur fere biduum. Opis pfecti ſignum, ſi rogus decumbat, ſubſidatq;, & quaſi latus det. Suma hoc illi diligentia, & religione peragunt, ceu feriantes, & cum apprecatione præſentiū ſolenni, ut Pix ea tum copioſa, tum pba euadat. Ac primus quidē ſudor, q aquæ modo fluxit in canali, Cedriū uocat, utiq; in Syria: ubi Pinus non ſunt: quo in Aegypto corpora defunctorum perfuſa cuſtodiunt. Sequēs liquor, Picem fundit, quæ in cortinas æreas cōiecta, aceto ſpiſſatur, & coagulata, Brutię cognomen accipit, dolijs dumtaxat utilis, lentore ab alia pice differens, item colore rutilāte, et q̄d pinguior eſt. Autore Plinio, Brutiam a brutijs dici conſtat, ubi naſcitur, ad oppidum Mamertium feraci nemore, ut Strabo inquit. Nec Brutianam ſilam, quamobrem uocari eam Picem dicat * comperi. Non enim ſilatum uinum, pro picato ſignificari crediderim, etiamſi Plinius quodam loco ſpiſſarum utiliſſimam medicinæ Brutiam, & ad uaſa quoq; in Italia condiendo uino, tradidit, quoniam pinguiſſima & reſinoſiſſima utranq; præberet utilitatem. Hinc ex maſcula arbore meliorem eſſe adijciunt. Id quod intelligi non poſſe, Plinius exiſtimat. Theophraſtus certe, uri Pinum in Macedonia, non omnem, ſed marem ſcripſit, Picis gratia. Nec fęminæ tamen radices negligi, q̄ ea tantum pars in fęmina tedam habeat, ex qua omnia illa fiunt. In Aſia Syri non detrahunt tedam, ſed machinamento quodam in arbore ipſa Picem urunt. Fit Pix e reſina quoq;, ſola picę feruentibus cocta lapidibus in alueis ualidi roboris: aut ſi aluei non ſint, congeſta ſtrue, ut in carbonis faciendi ratione. Hæc in uinum additur, farinæ modo tuſa, colore nigrior, ut ait Plinius. Vitia Picis acor, aut odor fumidus, aut Picis aduſtio. Expim̄tum, ſi fragmenta ſubluceant, ac ſub dente lenteſcat, acore iucundo. Aſia picem Indicam maxime probat. Græcia e Macedonia Piericam, Virgilius Narintiam. condiendis uinis. Columella et Nemeturicā commendat: quæ in Liguria conficitur. Et Allobrogicam, quæ corticata dicitur. Siccata hæc uetuſtate in puluerē reſoluitur, cribraturque. Idem autor Picis quoddam genus crudæ, Taſim uocari tradit, in defrutum Neapolitanum addi ſolitam. Sunt qui Rhœticam, Palladius Coracinam picem nominat, contra formicas arborum. Sed mendoſa lectio eſt, & Coracinum piſcem legendum: id quod ex græcis rei ruſticæ ſcriptoribus elicias.

A

Theoph. li. 9. capite. 1. 2. Plí. lib. 14. ca. 20. Item li. 26. capite. 12.

B

EX M. VERG. COMM.

CResinis coniunxit natura Pices, ideoq; legitimo hiſtoriæ ordine, poſt eas Dioſcorides de omni Pice docuit. Quod enim ex uiuentibus plantis reſinæ nomine deſtillat, id incenſa in furnis eadem materia, appellatione Picis, fluit, ſimplex a principio, & liquida tantum, mox ea de cocta, ſicca etiam, non diſſimili penitus poteſtate: & hoc tantum diuerſæ, ut teſtatus eſt Paulus Aegineta, quod ſicca in ſecundo ordine, deſiccat, minuſq; quam liquida calefacit: contra uero liquida. Habentq; ambæ, quod purget, maturet, diſcutiat, & acre ſit. Ad omnia tamen liquida efficacior, ſicca uero glutinandis uulneribus aptior. Ob quas uires, hic mox dicet, uulnerum remediis utiliter ſiccam miſceri.

Conon a quibuſdam uocari liquidam Picem hic Dioſcorides ait, quæ uox, & rei in ea eſtimatio, & uetuſta, & uera ſit, non auſim ego affirmare. Id certe pro comperto eſt, græcis κῶνον dici Pineam nucem, & ab ea forma mathematicis, terræ umbram, Conum dici, & Coni forma deſcribi, & ab eo fructu, Pinum arborem, etiam Conum dictam poſterioribus græcis fuiſſe, poſſeq; hoc loco, quoniam ex cognatis Pino arboribus Pix fiat eius appellatione cenſeri: alioqui nihil habet ea uox quod ad picem referri poſſit. Dubitamuſque nos, non κῶνον prima producta, ſed κόνιν prima correpta, legi quõdam potuiſſe, & ex uſu Pici id nomẽ accreuiſſe, ea ſcilicet in uindemia, dolia, & in aliis uitæ noſtræ uſibus fictilia pice ex interiore parte linirent, ideoq; picata paſſim dicerentur, & non picata. Qua uoce hic ſæpius utitur, ut in ſuperiore capite cum ait, in uaſe non picato ſeruandam Reſinam. &c. Quod totum græci κονιᾶν uocant, q̃d eſt, illinire: licetq; κόνιν proprie puluerem græci dixerint, nihilominus cinerem, calcem, & quæcunq; alia dicebant, quibus leuigari aſperitas, & obſtrui raritas poſſet, quod in dolijs uini, ficti libuſq; alijs, quondam paſſim fiebat, & nunc uitro etiam fit: ideoq; græci κονιᾶν. calce, glutino q; & maltha aliqua illinire adhuc dicunt, & aconita fictilia cuncta illa, quæ picata non fuerint, & aliquo huiuſcemodi obſtructa leuigaraq;. Nec nos mouet, q; in hac ſignificatione prima producta κωνιᾶν aliquando, & κόνᾶσαι inuenitur. facilis enim eiuſdem ſoni litera, ad uitium in ſcribendo lapſus eſt.

DQuod deinde impreſſo codici deerat poſt λεπρὸν ὄνυχας, id eſt, ſcabros ungues, inſtauraui-mus, καὶ λειχῆνας, ideſt, impetigines.

Nec multo poſt dubitauimus q̃d legitur, φύματα τε ὑπέρυθρα καὶ σκληρίαι δακτυλίδι διαφορεῖ, quæ uoces ſi ſic legantur, ſignificant, uuluæ abſceſſus, & ſedis duricies diſcutit, non ſic forte legendum eſſe, ſed mutatis locis, aut malis uuluæ duricies, & ſedis abſceſſus legi potius oportere, quando communius malum ſedis abſceſſus quam duricies ſit. Non tamen mutare rem auſi ſumus, ſatiſq; fore credidimus, ſignaſſe locum.

## ¶ De Picino oleo. CAP. XCIII.

πισσέλαιον EPice fit quod Piſſelæon appellant, ſeparato liquore aquoſo, qui ſupernatat Pici, ſicut ſerum lacti. Nam expanſa quamdiu Pix coquitur ſupra cortinam uellera madeſcunt, acceptoq; halitu eius exprimuntur in uas. Quas Pix liquida, præbet utilitates. Alopecias capillo replet, cum farina hordeacea illitum, quibus & liquida Pix medetur. Iumentorum ulcera, ſcabiemq; emendat.

B ARBARI COROLL.

Plí. li. 23. ca. 4. OLeum picinum, græci πισσέλαιον uocãt. Probatur maxime e Brutia, ut quę reſinoſiſſima, & pinguiſſima ſit. Color oleo ſuluus.

EX M. VERG. COMM.

COnfundit intellectum, quod ultimũ fœminini generis participium, in græcis claudit hoc caput, contra quadrupedum ulcera, & ſcabiem utiliter inuncta. Non enim certum eſt, Picem ne, an Picinum oleum præſtare id Dioſcorides decernat: nec nos audemus de ea re cenſere, cũ Picino oleo id Plinius tribuat lib. 23. capite. 4. dicens Picino oleo uſum paſſim eſſe ad quadrupedum ſcabiem. Et Columella lib. 8. cap. 5. idem teſtatur, quo loco liquamen Picis oleum hoc nominat. Maro autem Pici id adſignat, cum in Georgicis ſuis cecinit, Idęaſq; Pices. &c. Et Columella lib. 8. cap. 30. etiam confirmet, bitumen, ſulphur, & plæraq; alia, liquidæ Pici in hunc uſum miſcenda præcipiens. Nos communem, & fere omnium lectionem ſecuti, Pici id tribuimus nihil, quod eiuſdem uices Pix, & Picis oleum habent, in ea re periculi timentes: potuitq;

Dioſcorides

Dioscorides forte, quod in Pice a se relictum fuerat, hoc loco restituere uoluisse. A

## ¶ De Fuligine liquidæ Picis. CAP. XCIIII.

λυχνὸς πίσσης ὑγρᾶς πίττης

Fit hoc modo e liquida Pice fuligo. In lucerna noua quæ ellychnium habeat, nonnihil Picis incendito, lucernamque fictili uase in clibani speciem conformato, superius in angustum fornicato, inferius perforato ut clibani esse solent, operito, & adoleri sinito, consumptoque liquore nouum infundito, quoad sufficiẽtem usui fuliginem collegeris. Vis ei astringens, acriscp. Vsui est ad pigmenta, quibus palpebras linunt & uenustant, & ad circumlitiones, item ubi glabris genis pilos restitui oportet, ad imbecilles, lachrymososcp oculos. Insuper ad eorundem ulcera non inutilis est.

### BARBARI COROLL.

Fvligo Picis, cremata Pice fit: quod quidem aliud est, qꝫ Picecocta, ut in fuligine resinarum diximus.

### EX M. VERG. COMM.

Facile est, græci clibani, quem nos furnum uertimus, ex descriptione, picturaqꝫ hac Dioscoridis formam non dissimilem his intelligere, quas nostra ætas Campanas dicit, & quibus officinæ passim utuntur, ex floribus, herbisqꝫ, subiecto igne, exsudatum humorem colligentes.

## ¶ De sicca Pice. CAP. XCV.

παλίμπισσα ἢ ξηρὰ πίσσα ἢ βοσκάς

Liquida Pix decocta in spissam coit, quam uocant aliqui Palimpissam, quo in genere quædam uisci modo lentescit, Boscas cognominata. Altera sicca est. Probatur pura, pinguis, odorata, subruffa, resinosa. Calfactoriam uim habet. Dura emollit. Pus mouet. Tubercula, panosqꝫ discutit. Vlcera replet. Vulnerarijs medicaminibus commode permiscetur. B

### BARBARI COROLL.

Palimpissa, nihil aliud est, qꝫ cocta bis Resina: Nam prima decoctione Pix fit. secunda bis pix, hoc est, παλίμπισσα.

### EX M. VERG. COMM.

Qvod moneamus hoc capite unum tantũ est, adiecisse nos illi scilicet, & instaurasse amissas, incuria librariorum uoces illas, Talis Lycia est, & Brutia, cõiuncta simul picis et resinæ natura, quæ in aliquot melioribus græcis his uerbis adhuc leguntur, ταιαύτη δὲ ἐστιν ἡ λυκιακὴ ἢ βρυτιὰ δυὸ φύσεων ἐχόμεναι πίσσης ἅμα ἢ ῥητίνης. Accessitqꝫ nostro huic consilio & Plinius libro. 24. capite. 7. dicens. Spissarum utilissima medicinæ est Brutia, quoniam pinguissima, & resiniosissima, utrasqꝫ præbet utilitates. Idem fere Dioscorides testatus.

## ¶ De ZOPISSA. CAP. XCVI

ζώπισσα ἀπόχυμα

Zopissam aliqui aiunt derasam nauibus resinam cum cera, quam alij Apochyma appellant. Ea dissipandi naturam habet. quoniã marino sale macerata fit. Alij Pineam resinam hoc nomine uocauerunt.

### BARBARI COROLL.

Zopissa, efficacior omni Resina & Pice traditur. Ad omnia: quibus illæ, prosunt, uidelicet adiecto salis e mari callo. Optima hæc, a tyrocinio nauium. Plín. lib. 16. cap. 12.

### EX MAR. VERG. COMM.

Qvod Zopissę adijcit nomen, Apochyma, a Paulo AEgineta Hypochyma aptiore nominis cõpositione dicitur: nulla tamen nobis in ea uoce certa rei significatio est.

## De Bitumine. CAP. XCVII.

ἄσφαλτος

Bitumen Iudaicum cæteris anteponitur. Cuius probatio est, ut purpuræ modo splendeat, sitque graue, ac ualidum odorem uibret. Nigrum autem & sordidum, uitiosum est. Adulteratur Pice. Gignitur in Phœnice, Babylone, Zacyntho, & Sydone. Liquidum inuenitur in Agrigentino Siciliæ, fontibus innatans, quo utuntur ad lucernarum lumina olei uice. Hallucinantur qui id Sicilicum oleum nominant. Namque liquidi Bituminis genus esse constat.

### BARBARI COROLL.

Bitumen, græci ἄσφαλτον dicunt. Vnde lacus Iudeæ, ubi nascitur, Asphaltites uocatus, quo Iordanis amnis, e Tiberiade lacu altero profectus, influit lacum Asphaltitem. Galenus in Syria Cœle, falsum, & propterea Mare mortuum uocari prodidit. Victruuius sub Babylone (inquit) lacus amplissima magnitudine, Asphaltides appellatur. Habet supranatans bitumen liquidum, quo Semyramis sit usa, cum Babylonem circundedit muro. Itē Ioppe. In Syria, Arabiaque lacus, inquit, sunt, immani magnitudine, qui emittunt Bituminis maximas moles. Ex Iudæa bitumen oritur, certo anni tempore supernatans, nec potest ibi tunc euelli, ad omnem contactum sequax atque lentum, præterquam filo, quod menstruum mulieris infecerit. Bitumen, alibi limus, ut in Iudæa, alibi terra est, ut in Syria, circa Sidonem oppidum marinum. Spissantur hæc, addensanturq; Lliquida sunt Zacyntinum & Babyloniū: cui detracto, subest sal: & ad lucernas utuntur. Babylone nigrum & candidum gignitur: ubi & siccum fonte quodam, ut inquit Eratosthenes, Euphrati proximo. Liquidum est, & in Apolloniatarum agro inuentum: etiamsi coire in glebas a Dioscoride dicatur. Fortasse defertur hoc a montibus liquidum: post concrescit. Siculum ex Agrigentino lacu pingue, liquorisque oleacei est. Incolæ harundinum paniculis id colligunt, ocyssime ita adhærescens. Bitumen illitur æramentis, munitq; ea contra uim ignis. Statuas ex eo inungi solitas ferunt. Placet in ferarijs fabrorum officinis, tingendo ferro, clauorumque capitibus. Nam calcis usu, cōstructos eo Babylonios muros, nouimus. Bitumen ex fulmine oriri dicitur. Vnde iuxta Babylonem redundant eo lacus, q; frequentia ibi cadant fulmina, ut Seruius grammaticus existimauit. Haud procul, Susis puteum haberi scribit Herodotus, unde Bitumē, sal, & oleum extrahitur: id oleum Persas appellare, R hadinacem.

Pli. li. 35. ca. 15.
Herodotus lib. 1.
Iustinus lib. 1.
D
Herodatus libro. 6. Erato.

### EX M. VERG. COMM.

VItruuius libro octauo architecturæ suæ, cum de medicamentosis aquis agit, ait, bituminosas aquas interioris corporis uitia potionibus purgādo sanare. Licetq; uitiorū certum genus ille non dixerit, ex uiribus tamen & potestate bituminis, conijciendum id est, Iudaicumq; hoc Bitumen ideo a Dioscoride omnibus alijs præferri.

## De Pissasphalto. CAP. XCVIII.

πισσάσφαλτος, id est, Picis bitumen.

NAscitur in Apolloniatarum agro circa Epidamnum, quæ Pissasphaltos appellatur. Ea Ceraunijs montibus deuoluta, impetu fluminis rapitur, æstuque in littus expuitur, illic coacta in glebas. Mistam bituminis picem redolet.

### BARBARI COROLL.

PIssasphalton, aliud naturale, ut Apolloniaticum, Babylonium, Zacynthium e quodam lacu: Nam græci omnia ea modo Asphalton, modo Pissasphalton nominant, quandoq; resinam. Naturale optimum. Ex eo, quod cum feruet, innatat. Aliud factitium, mixta Pice bituminis. Hoc genus bituminis in Apolloniatarum agro inuentū, picem fossilem a Theopompo dictam auguror.

### EX M. VERG. COMM.

PLinius Pici bitumen hoc, aliquādo Fossilem picem appellat, parum certa rei indicatione, & in qua sibijpsi parum conuenit. neq; enim potest simul aliqd fossile, & liquidū esse. Quod enim liquidū ex terra in lucem protrahitur, hauriē. Testantur autē, Paulus AEgineta, Epyriq; incolæ omnes, & res ipsa, concreta substantia pici bitumen hoc esse, quod nostra ætate adhuc picandis

picandis nauigijs, illic in usu est, ex quo uectigal ea gens non negligendum sibi fecerit. Nascitur autem ad Apolloniam antiquam ciuitatem, quam Strabo Epyroticam nominauit. Stephanus ἰλλυρίων dixit esse, κατὰ ἐπίδαμνον, ut ab alijs, quae quondam eodem nomine, uiginti quatuor diuersis locis fuerunt, ea regionis nota distingueret. Fuit autem mos antiquis scriptoribus, homonyma locorum, regionis adiectione certius indicare. Quo fit, ut passim legitur, ἐν ἀπολλωνίᾳ τῇ ἐν ἐπιδάμνῳ, non sic, sed aut, τῇ ἐν ἠπείρῳ, legendū sit, ut Strabo ait: aut qđ Paulus AEgineta, τῇ πρὸς ἐπιδάμνῳ, aut quod Stephanus τῇ κατὰ ἐπιδάμνῳ, id est, in Apollonia, quae est apud Epidamnum, eiusdem Epyri aut Illyrij significatione, in qua & Epidānus ciuitas antiquissima fuit, de qua Thucydides, Paulus, pluresq; alij longius tradiderunt.

A

Strabo. lib. 16.

## ¶De Naphtha. CAP. XCIX.

NAphtham uocant Babylonij, bituminis colamen, colore candidum. Inuenitur etiam nigrum. Vis ei ignium rapax, ita ut ex spacio protinus in eam transiliant. Ad suffusiones oculorum, & albugines utilis. Bitumen omne discutit, glutinat, emollit. Ab inflammatione tuetur. Vuluarum procidentias, strangulationesque, olfactu, suffitu impositu, emendat. Comitiales morbos suffitu deprehendit, Gagatis lapidis more. Purgationes mulierum cum uino & Castorio potum elicit. Tussim ueterem, & anhelitum adiuuat. Serpentium morsibus, coxēdicum, laterumq; doloribus auxiliatur. Datur cœliacis in catapotio deuorandū. Cum aceto potum discutit sanguinem concretum. Dysentericis cum prisana liquatum infunditur. Distillationibus suffitione medetur. Mitigat dentium dolores oblitum. Cæterum pilos incommodos siccum replicat. specillo impositum. Concalfactum autem & cum farina hordeacea nitro & cæra illitum, podagris, articulorū doloribus, lethargicisq; prodest. Pissasphaltos eadem quæ Pix & Bitumen, si misceantur, potest.

B

## BARBARI COROLL.

NAphthen, Erathosthenes generi Bituminis liquidi ascribit. Sed ardēs eius uis, ignium naturæ cognata. Procul abest ab omni usu. Ita appellatur circa Babyloniam & Susidem & in Austagenis Parthiæ, profluens Bituminis modo liquor. Crematam ea, pellicem Creontis filiam a Medea ferunt, ad axas accedētem, corona igne correpta. Etiam si radicis cuiusdam ui, a Circe doctam, incendium id creasse Diodorus meminerit. Similis est naturæ limus, in Commagene urbe Samosata, stagno emergens, Maltham uocant. Flagrat ea protinus, & cum quid attingit solidi, adhæret, & sequitur fugientes. Ita defendere muros suos municipes, oppugnāte Lucullo, flagrabat miles armis suis. Aqua magis accenditur, utique nō admodum copiosa: pulueris tantum, & luti iactu restinguitur. Itemq; aceto, uisco, sulphure. Possidonius in Babylone fontes Naphthe geminos esse tradit. Alterū candidi, quod & liquidū sulphur sit, ignes in se cōtrahens. Alterum nigri, quod liquidum sit Bitumen, & olei uice ad lucernas utile. In Mutinensi certe agro Italiæ similis Bituminis, seu Naphthæ potius liquor. Nascitur, & candidus, & rufus: quem circulatores ad præstigias suas utilem circūferunt. In terra Moena Pannoniæ iūcta, inquit Solinus, parte qua pontum attingit, herba nascitur, qua cum inficitur oleum, quod uocant medicum: diræ naturæ. aqua enim exardescere, terra extingui.

Plinius lib. 2. cap. 105. & lib. 35. cap. 15.

Idem. lib. 2. cap. 104.

Plutar. in uita Alexandri.

Solinus de mirabilib. mūdi.

## ¶De CVPRESSO. CAP. C.

CVpressus refrigerat & astringit. Cuius folia ex Passo & exigua Myrrha uesicæ rheumatismis, & urinæ difficultati auxiliantur. Pilulæ autem ex uino tusæ in dysenteria, alui fluctione, tussi, & orto-

κυπάρισσος

C pnœa, aut si reijciatur sanguis, conuenientissime bibuntur. Earum decoctum eosdem præbet effectus. Tusæ cum Fico duricias omolliunt. Nariumque polypo medentur. In aceto coctæ, & cum lupinis detritæ, scabros ungues eijciunt. Hernias intestinorum prolapsu erumpentes illitu reprimunt. Folia eadem præstant. Pilulæ cum arboris coma suffitæ, culices abigere existimantur. Folia trita, & imposita, uulnera conglutinant. Sanguinem supprimunt. Capillum ex aceto tingunt. Illinuntur per se, aut cum polenta ignibus sacris, ulceribus quæ serpunt, carbunculis, & oculorum inflammationibus. Admota cum cærato, stomachum corroborant.

## BARBARI COROLL.

Plin. libro. 16. cap. 33.

CVpressus, longa, subrecta caudice attollitur, cætero quidem orbe, satu, hoc est, semine suo nascitur. In Creta etiam trunco, præsertim in montuosis Tirasensium, ubi cędua est, & cæsa regerminat: modo ab terra, modo a parte media, modo summa, raro ab radicibus. Semē ei perexiguum. Non enim galbuli, qui nascuntur, ut Theophrastus refert & Varro mutuatur, tanquam pilæ paruę, cortice cupressini, dictæ Coni, sed ijs intus primigenia semina dedit natura, Laricis proxima, perquam minuta. Hæc pilula dehiscente, illa cum maturescit, difflantur & euolant. Neque facillime colliguntur, præterquam a peritis. Aduena Italiæ quondam, & natu morosa, baccis torua, folio amara, odore uiolento, materie rara, ac pene fructicosi generis. Diti sacra, funeribus indicandis, ante domos poni solita. Sterilis fœmina diu, sed metæ aspectu, quæ in fastigio ei conuoluta est, grata, distinguendis Pinorum ordinibus, facilem se tonsili culturæ præbens, historiales picturas, tenui folio, breuiq; & uirente superuestiens.

D Contra mas, spargit extra se ramos, deputaturque, & accipit uitem. Vterque sexus, in perticas, asseresq; admittitur, amputatione ramorum: qui tertiodecimo anno, singulis denarijs ueneunt. Proinde filiarum dotem Plantaria, ueteres appellauerunt. Tarentinam Cato nominat, quoniam, ut Plinius arbitratur, primum e Creta uenerit Tarentum Cupressus. In AEnaria quoque succisa regerminat. In Creta quocunque loco quis mouerit solum, nisi seratur alia, hæc sponte gignitur. In Idæis albisque montibus etiam non appellata ea, prosilit, ibiq; summis iugis, ubi niues nunquam absunt, plurima. Alibi non nisi in tēpore prouenit, magno altricis fastidio ac labore. Commendari maxime Cupressum Melisiam inuenio. Fructum Cupressi, Galbulos, & Nuces Cupressi recte uocaueris. Nam Galbæ, ut ait Suetonius, animalia sunt exilia, quæ in æsculis nascuntur. Cupressos a partu ramulorum parilium uocatas græci uolunt ἀπὸ κύσεις παρίσους τοὺς ἀκρέμωνας. Easdē & Charites appellari solitas, Eteoclis fuisse filias adnarrant: quædum tripudio Dearum subsiliunt, in puteum ceciderint.

Sueton. lib. 7. in Galba.

## EX M. VERG. COMM.

QVæ in Cupresso pilulæ, autore Plinio, dictæ a nobis fuerunt, Galbuli, nuces, & coni, eiusdem rei appellatione, ab alijs etiam dici poterunt, omnibus in ea arbore notissimæ, in quibus exigua semina sunt, dehiscentibus ijs euolantia magis, q̄ decidentia. His, folijsq; cæteri omnes in medicina addiderunt βλαστούς, id est, summa germina, & summos coliculos. Nescimusq; nos, an desyderari hoc in Dioscoride debeat. Paulus certe AEgineta, huius arboris coma in aliquibus utitur, hic tantum in fugandis culicibus usus est, licetque in uniuersum de totis folijs hoc loco agatur, possunt tamen summæ illæ parteis, teneritudine sua diuersa a folijs natura esse: quæ omnia peritioribus censenda relinquimus, ut interim quod commentationis huius nostræ cursum in foribus ipsis remoratum est, breuiter signemus, Decernit hic pota in passo, adiecta exigua Myrrha Cupressi folia succurrere, κύστει ῥευματιζομένη καὶ δυσουρίας, si uerbum de uerbo uertatur, in uesicam destillationibus, & urinæ angustijs: quorum ultimū hoc manifestam habet significationem, prius illud ex ui græci uerbi, quod est ῥευματίζεσθαι, fluxum mali & noxij alicuius humoris in eam partem significat: quemadmodū in podagris fit, in q̄bus græci dicūt, articulos ῥεματίζεσθαι. i. fluxu humoris in eā partē tentari. Quibus sic se habētibus, dubitatū a nobis, ex uiribus Cupressi, q̄ adstringere, & refrigerare hic tm̄. Gale. autē & Pau. pręter hęc siccare etiā dixerūt, si in uesicā destillatiōib. siccādo adstringuēdoue cōferūt,

quomodo

quomodō urinæ angustijs, quibus contraria ratione succurrendum est, conferre poterunt. A

Accedit suspicioni huic nostræ, etiā quod Plini. lib. 24. cap. 5. de his agens ait. Cupressi radicem & folia, uesicæ & stranguiriæ pota mederi: quasi, quod hic in uesicā destillationes dixit, id Plinius ad urinæ stillicidium transtulerit. Non tamen in medicinæ decretis, Plinium antiquis græcorū medicis comparamus, sed in re parū certa, suspicioni nostræ, ex eo authore fidē aliquam adijcere uoluimus.

Aut igitur constituendum, in uesicam destillationes illas, pro uesicæ & urinæ stillicidio intelligendas esse, ut cognata simul urinæ duo mala, hic coniunxerit, stillicidiū scilicet, & difficultatem. Quod nos non probamus. quoniam quod paulo ante diximus, significat græcis ῥεῦμα τίζεσθαι, aut angustias illas urinæ. i. δυσουρίαν, nō pro his quę uere & ex difficili urina urinæ angustiæ sunt, sed pro labe, & noxa aliqua alia, quæ ex destillatione humoris in eam partē urinæ accedat. Quod ex aliorū sentētia erit. Nam & Serapion sic uertit, & Cupressi uiribus magis conuenit, quæ ut diximus, in siccando, adstringendo, refrigerendoq; sunt.

Quo loco etiam legitur, tritas Cupressi pilulas cum uino potas. &c. in antiquioribus gręcis, non pilulæ tantū sunt, sed folia etiam, legiturq; pilulæ & folia, & si Plinius pilulis tantum id tribuat. Nos græcos secuti utrunq; diximus.

Dubitauimus præterea non procul a totius capitis fine, coniungendū ne in denigrādo capillo, an in sistendo sanguine acetū Cupressi folijs esset, alijs gręcorū codicibus id, alijs aliud indicantibus. Neq; ab re penitus, quoniam sistendo sanguini acetū in usu est. In ambiguo tamē, accedente Plinio, qui eodem libro & capite ait, capillum denigrant ex aceto, ad capilli denigrationem & nos contraximus.

## ¶ De Iunipero parua. CAP. CI. B

IVniperum paruam græci, Arceuthyda, aliqui Mnesitheū, alij Acatalidem, AEgyptij Libium, Galli Iupicellum, Romani Iuniperū uocant. Eius duo genera. Altera maior, altera minor. Vtraq; acris est. Excalfacit, & urinam mouet. Accēsa serpētes fugat. Baccarū nōnullæ, nucis iuglandis magnitudine nonnūquam grādescere, aliæ nucem ponticā æquare inueniuntur, rotundæ, odoratæ, in mandendo dulces, subamaræ, quę Archeutidis etiam nomē, id est, Iuniperi retinuerunt. Modice calfaciunt & astringunt, stomacho utiles. Contra pectoris uitia, tussim, inflationes, tormina & serpentium ictus efficacissime bibūtur. Vrinam cient. Vnde ruptis, conuulsis, & uuluæ strangulatui subueniunt. Folia acrimoniam habent. Ideo tam ipsa, q̄ eorum succum ex uino contra uiperarum morsus illini, aut bibi prodest. Corticis cinis cum aqua illitus, lepras eximit. Ramenta ligni deuorata, interficiunt.

ἀρκευθὶς μικρα μνησίθεος ἀκαταλίδα λιβιοῦμ

## BARBARI COROLL.

IVniperi. duo genera quidem constituunt, Vnum, quod floreat. nec fructificet. Alterum qd' fructificet, nec floreat. Solam fere arborum, prorogare fructus suos in biennium, qui ne maturescant quidem, sed decerpantur, & aliquandiu conditi seruentur. Et si in arbore relinquātur, marcescant. Materia fabricis conueniens, tam futuris sub dio, q̄ terra obruendis. Plinius hac descriptione Cedrum maiorem, non Iuniperum demonstrauit, ut indicabimus in Cedro. Plin. lib. 16. capite. 25.

## EX M. VERG. COMM.

NOn leuiter in instaurādo hoc capite laboratū nobis est, tam uarie corrupteq; in antiquioribus græcis totum hoc caput legebatur, alijs in prima parte statim maioris, minorisq; Iuniperi diuisionē & appellationes describētibus, alijs alterā ab altero separantibus, & quę ad minorem pertinerēt in principio, quę uero ad maiorem in extremo calce docētibus, cunctis uero in reliquo capite parū sibi ipsis cōueniētibus. Sed nos meliorem ordinē, latinorumq; autoritatē & fidē secuti, qua nunc legit forma instaurauimus, ita tn̄, ut nihil additū, subtractūue a nobis fuerit, nihil ab impresso mutatū, quod non in reliquis omnibus, aut in pluribus saltē legeret.

Hosted by Google

C Credimusq; in Gallia minoris Iuniperi appellatione, ex obsoletis incertisq; notis, & uestigijs quibusdam, quæ in antiqua lectione adhuc apparent, non Iucipellus, quod caret sensu, sed Iuniperellus legendum esse. Nõtamen hoc multifaciendum.

Illud in Iuniperi fructus historia grauius & diligentius curandum, quod in antiquis ab impresso codice: diuerse legitur. Hic enim ait, alterius fructum nucis magnitudine prouenire, nullo nucis genere adiecto, quod merito desyderandũ est: alterius nucis Ponticę. i. auellanæ quantitate. At in antiquioribus, hisq; melioribus, in primo nucis Ponticæ legitur, in secundo fabæ: quã lectionem etiam Serapion secutus est. Quo fit, monente id re ipsa, ut etiam primo Ponticę nucis magnitudinem, secundo fabæ adsignauerimus. Lapsus hic librarij fuit in exscribẽdo, in ter κύαμον & καρύον errantis.

Suspicamur & illic uitium esse, quo loco hic ait, Vrinã idem etiam trahit, quapropter convulsis, ruptis. &c. Non enim uidemus, cur hic inferat, ex eo quod ciendę urinæ prosit Iuniperi fructus, ob eam causam conuulsis ruptisq; prodesse debeat. potest quidem omnia illa, autore Plinio, qui hoc ipsum agens, ait urinam ciere, illiniri & oculis in epiphoris, & dari conuulsis, ruptis, uuluis. &c. Verum nos id non damnamus, sed suspectam nobis sermonis seriem dicimus esse, desyderamusq; illic aliquid, a quo certius fieret illud.

Plí. li. 24. ca. 8.

Quæ deinde in morbis & medicina pectoris uitia dicta a nobis sunt, a Plinio, Serapioneq; ad dolores eius partis contrahuntur.

## ¶ De Iunipero magna. CAP. CII.

ἄρκευθος μεγάλη μνησίθεος ἑκατέρα

IVniperus magna, quam aliqui siluestrem Cupressum appellãt, alij Mnesitheum, alij Acateram, Romani Iuniperũ, uulgo cognita est. Cupresso assimilis. Asperis, maritimisq; locis plærunq; nascitur, easdem quas supradicta uires habens.

### BARBARI COROLL.

IVnipero uirtute similem, Capidam a Catone dictam inuenio, ad lotium mouendum: nec quid sit, dicere coniectura possum.

## ¶ De hærba Sabina. CAP. CIII.

βράθυ βάρυτον βαρύ

DGRæcis Brathy, alijs Baryton, alijs Baron, Romanis hærba Sabina appellatur. Duorum generum est. Vna foliis Cupresso similis, spinis horridior, grauiter olens, acris & feruens. Arbor est coactæ breuitatis, quæ sese magis in latitudinem fundit. Huius foliis nonnulli pro suffitu utuntur. Altera Tamaricæ folio similis est. Vtriusq; folia nomas sistunt. Collectiones illitu mitigant. Et cũ melle nigricias sordesq; repurgant. Carbunculos cum uino pota rumpunt. Sanguinem per urinam eliciunt. Partus appositа extrahunt. Et suffitu idem prestant. Vnguẽtis calfacientibus immiscentur, & priuatim gleucino.

### BARBARI COROLL.

Plí. lib. 17. capite. 13. & lib. 24. cap. 11.

HErbæ Sabinę, aut etiam Sauinæ genus id, quod simile Cupressi folio est, Cupressum Creticam nonnulli uocauere. Notum est contra gallinacei generis pituitas remedium, ut cubẽt in fimo qui ex herba Sabina fiat. Dioscorides hoc loco Baryton uocari eam tradit a nonnullis. Vt fortasse de hac intelligant scriptores, præsertimq; Diodorus, cum in Arabia nasci dicunt, Boraton, Iuniperũ, Cedrumq;, quasi Boraton p Baryto, uel cõtra exemplariorũ uitio legatur.

### EX M. VERG. COMM.

NOn est, quod in Sabinæ herbæ, tam græcis q̃ latinis appellationibus legentes moneamus, nisi forte, quod a Diodoro in Arabia nasci dicitur Borathon. Sabina herba est, quã hic Barython, & Barathon uocari a quibusdam dixerit. Quod suspicari penitus ab re non est. cognatæ enim plantæ, & ab hoc deinceps descriptæ Iuniperus & Cedrus illi coniunguntur. Sed non omnino literis Diodoro, & huic scribuntur: hic Barython, ille Barathon uocant.

Sic

Sic dicta est a regione qua multa nascitur. Et herba dicitur, quoniam non arborescit, sed in latera caulium modo se explicat. A

In curandis morbis, nõ bene in græcis legi suspicamur, καὶ ἄνθρακας περιῤῥύπτεισυν οἴνῳ πόθεντα καὶ αἷμα διούρων ἄγει, quod paucis mutatis uersum a nobis est, carbunculorum crustas ex uino imposita exterunt, & cum urina sanguinem ducunt. ad exterẽdas enim carbunculorum crustas, foris magis quam intus remedia afferunt, & ad ducendum cum urina sanguinem, aptius aliquid bibitur.

## ¶ De Cedro. CAP. CIIII.

CEdrus arbor magna est, ex qua Picem colligunt, quæ Cedria uocatur. Iuniperi modo baccas parit, baccarnm Myrti magnitudine, rotundas. κέδρος κεδρία

### BARBARI COROLL.

DE Cedro autores uariant. Theophrastus alteram Phœniciam, alteram Lyciam appellat, similes Iunipero, nisi ꝙ folium Cedro acutũ, spinosum & durum, Iunipero simplicius ac mollius. Excelsior & hęc quam Cedrus. Alij utranq; Cedrum, inquit, nominant, sed quæ proprie sit Cedrus, acutam Cedrum uocare malunt, idest, Oxycedrum. Nodosæ ambæ, alis frequentibus, ligno contorto. Sed in Iunipero, spissiore, putrescenteque. Cedro æterna materies. Vtriq; medulla rubens. Sed odorata in Cedro, sicut & fructus: qui & flauus, & magnitudine baccarum Myrti cernitur, esculentus, hilaris. Iunipero niger, acerbus, ingustabilis, durans añum, prius non decidens q̃ subnascatur alius. Arcades fructus in ea ternos eodem haberi tempore confirmant. Satyrus utranq; sibi allatam sine flore, Cupresso similes, scabriore tantum cortice. Radices solutę summa cute ambabus hęrent. Saxosa loca & algentia sequuntur. Plinius lõge aliter: quippe qui notas Iuniperi, Cedriq; confundat. Fortasse uerius, q̃ priores. Cedri summa genera duo facit, maius, & minus. Maioris iterum duo: quæ floret, fructum non fert: quæ fructifera est, non floret, & in ea antecedentem fructum occupat nouus. Semen eius Cupresso simile. Quidam Cedrelaten uocant. Ex hac resina laudatissima. Minoris quoq; species binæ. Lycia, & Phœnicia, Iuniperi similitudine. Differunt folio. Nam quæ acutum, durum, spinosumq; habet, Oxicedros (inquit) appellatur, ramosa, & nodis infesta. Altera odore præstat. Fructum eæ ferunt, Myrti amplitudine, dulcem sapore. Dioscorides fructus Myrti similitudinẽ Cedro maiori, ex qua pix fiat, nõ minori tribuit. Crassiuscula Cedri resina est: & ad faciendas pices cõmodissima. E Cedro simulacra, Dijs p̃cipue, sicut in Cupresso, Loto, Buxo, atq; etiãnũ oleaginis radicibus minora. Optima nauigijs, Syriæ, Pyœniciæq;. Nã Syriacę, in mõtibus natæ, tanta crassitudo fert, ut homines terni caudicẽ amplecti nequeãt. Solẽt Cedri humorẽ quendã reddere, ut simulacra etiã Deorum quandoq; sudent. Similis in Arcadia est arbor, Cedris nomine. Frutex in Phrygia pusillus, frondis æternę, arborescensq; nunq̃, a Theodoro Gaza uocatus Cedrula. Hãc & Cedriã a Theophrasto dici puto, quatenus arbor est, nõ quatenus frutex. tunc enim Cedris sit, non Cedria. Cedria Theophrastus inquit, differt a Cedro. Arbor folio pungẽte mucronibus perinde ut Cedrus. Hippocrates Cedrin creticam, & Hederam creticam fœminarum incommodis auxiliari scribit in uino lacteo, idest, tepido. sic enim οἰνογάλα interpretantur nonnulli.

De arboribus odoriferis, Theophrast. lib. 4. cap. 6. & de Cedro amplius ca. 12. & lib. 5. ca. 9.

Pli. li. 13. ca. 15.

B

Theoph. li. 3.

### EX M. VERG. COMM.

EXcelsa quædam Iuniperus, Cedrus est: ob quam caussam, alternatis quondam nominibus descriptæ ab aliquibus sunt.

Omittemus libenter, quæ Plinius diuersis locis miscuit, quæ Iunipero debebãtur Cedro, & quæ Cedro Iunipero tribuens. Omittimus & quæ ab Theophrasto dicuntur lib. 6. quæ si quis diligentius expendat, facile intelliget caussam, quare olim confusæ, mistæque fuerint hæ plantæ.

## ¶ De Cedria. CAP. CV.

CEdria optima est crassa, perlucida, ualidi odoris, quæ dum effunditur, guttatim, nõ dissipata coit. Cui ea uis inest, ut defuncta corpora cõseruet, & uiuentia corrumpat. Qua ex caussa, mortuorum uitam κεδρία

aliqui appellauere. Veſtimenta quoque & pelles, eximia calfaciendi & ſiccandi dote, corrumpit. Magni ad ocularia medicamenta uſus. Quippe illita oculis claritatem affert. Albugines, cicatriceſque detergit. Inſtillata autem cum aceto, uermes aurium necat. Cum Hyſſopi decocto infuſa, ſonitus, ſibiloſq; ſedat. Cauis dentium indita, eos frangit, & dolores leuat. Quapropter cum aceto colluere eoſdem prodeſt. Peruncto ante coitum genitali, abortiuum fieri conſtat. Anginæ ea perunguntur. Tonſillarum inflammationibns auxilio eſt. Lendes, pediculoſque illitu enecat. Ceraſtæ morſibus cum ſale impoſita ſubuenit. Contra hauſta leporis marini uenena, in paſſo ſumpta auxiliatur. In elephantia, aut linctu, aut peruncti one proficit. Pulmonum ulcera purgat, & ſi cyathus eius ſorbeatur, perſanat. Tineas, & cætera uentris animalia necat. Infuſa partus extrahit. Fit & oleum, a Cedria ſeparatum dum coquitur, uelleribus ſupra halitum eius expaſſis, ut in Pice. Eiuſdem ad omnia uſus. Priuatim uehementer peruncturn, ſcabiem quadrupedum, canum. boumque perſanat. Inhærentes ricinos enecat. Vlcera quæ ex tonſura accæperunt, ad cicatrices perducit.

BARBARI COROLL.

Plí.li.16.ca.11. CEdria modo Cedri Pix, modo Cedri Reſina uocatur, e Cedro magna, quę Cedrelate dicitur, nihilq; aliud eſt, ſi proprie loquēdum ſit, q̄ cruda Cedri lachryma. Cedrium uero, ſuccus Cedri eſt, e teda eius, conciſa furnis, q primus aquę modo fluxerit in canali. Nā ſequēs liquor, Pix iam, non Cedrium eſt. Sed cōfundunt autores, nunc ꝑ Reſina, nunc ꝑ ſudore tedarū, nūc ꝑ Pice, Cedriā & Cedriū uocantes. Interim ꝑ oleo cedrino, q̄d Cedrelęon, ex malis Cedri, ut ait Plinius, appellāt. omnibus em̄ ijs, quanq̄ diuerſis, eadē tm̄ natura ineſt. Columella, cedrinū liquorē uocauit. Libri Cedrio inuncti, a tineis et carie uindicantur. Damnat uſū Plinius, ꝑpter ancipitē eius ꝑprietatē, uiuentia perimendi, perempta cuſtodiendi. Cuius tm̄ ratio præclare a Galeno redditur: quia tametſi adurat, ita ut ordine quarto calfaciētium cenſeri meruerit, inter omnia tm̄ erodentia medicamenta, quę græci Septica, & Septras cognominant, infirmiſſimum eſſe cōſtet. Proinde uiuentibus appoſitum, uitali calore adiuncto ſumit uires, & quaſi accēdit, arcq; ita iugulat. Sed defunctis additū, putredinem tm̄ & uitioſos humores exterit & abſumit: quibus detractis, incorrupta ſeruātur. Galenus & Paulus non cedriā, ſed Cedream uocabant.

## De Cedride. CAP. CVI.

Cedrides Cedri fructus uocantur. Calfactoriam uim habent. Stomacho aduerſantur. Auxilio ſunt tuſſi, conuulſis, ruptis, ſtranguriæ. Menſes ciunt, ex polline Piperis poti. Contra hauſtum leporem marinum in uino ſumuntur. Serpentes fugantur, peruncto ex adipe ceruino, aut medulla, corpore. In antidota adduntur. Fuliginem quo modo ex Pice, congeri oportet, quæ eandem quam Picea fuligo uim præbet.

BARBARI. COROLL.

Cedrides fructus Cedri ſunt: ut Daphnides Lauri. Minus urunt, q̄ Cedrus guſtantis os: ut mandi quoq; poſſint. Soporifera tamen ui. Si copioſius edantur: caput tentant, inflamantq;. Interanea quoq; torquent. Galenus autor.

## De Lauro. CAP. CVII.

LAurus quædam tenui folio conſtat. Altera latiore. Vtraque excalfactoriam naturam habet, & emollientem. Vnde decoctum earū

in muliebres inſeſſus additum, uuluæ & ueſicæ uitijs conuenit. Virentia folia ſenſim ſubſtringunt. Illita quoq; ueſparum, apiumq; ictibus opitulantur. Eadem cum polenta, ut pane illita, inflammationem omnem mitigant. Sed pota ſtomachum effundunt, & uomitiones mouent. A

## BARBARI COROLL.

LAurus, cortice tenui deſcribit. Degenerat ut Quercus & Myrtus pertinaciter, adeo, ut in Antandro, fructus e rubro niger eueniat: quod & in Myrto ibi accidit. Fert & uuam ſuam Laurus, tam fœcunda q̃ ſterilis: nec tamen fœcunda omnis. Copioſius ſterilis, quam marem apellamus. Genera Lauri præter ea quæ in ratione Daphnoidis & Alexandrinæ monſtrabimus, Delphica, ex albo uiridior, maximis baccis, atq; e uiridi rubentibus. Dicta, q̃ uictores Delphis coronarentur ea, ut triumphantes Romæ: unde & triumphalem uocabant, ad Cęſaris Auguſti tẽpora, ut mox dicemus. Delphicã, Helianus e Theſſalia tranſlatã Delphos, ab ipſis Tempe ſcribit: tum cum Pythius Apollo, draconẽ ſagittis interfecit. Hanc Lactantius gramaticus etiã Tripodem uocari dicit, quoniam radices, inquit, ternas habeat. Apollini dicata, ꝓpter uim triplicẽ diuinationis, p̃teritorum, futurorũ, preſentium. Cypria folio breui, nigro, per margines imbricato, criſpa: quam Laurum ſilueſtrẽ aliqui intelligunt. Nonnulli ſui generis arborem, q̃ bacca ei cerulea ſit, Muſtax, folio maximo, albicãte, flaccido appellata, q̃ Muſtaceis ſubij̃ceret. Muſtacea quid ſint, & qua ratione fiãt, Catonem conſule. Diximus & in Amylo. Regia, quę & Auguſta dici cœperit, ampliſſima folio, baccis, arbore, guſtatu quoq; nõ aſpo. Aliq ab Auguſta Regiã diſpeſcunt, longioribus foliis, latioribuſq;, q̃ anguſta. Baccaliam uero dicunt hanc, quę uulgatiſſima eſt, bacciſq; fertiliſſima. Sterilẽ earũ triumphalẽ, q̃ ea putant triumphantes uſos a Cæſare Auguſto, reiecta Delphica. Sterilem & Laurũ eam eſſe phibẽt, quę miſſa ſit e cœlo eidẽ Cęſari, altitudine minima, folio criſpo ac breui, rara inuentu. Eſt & quę Taxa dicit, Topiarij̃ generis, excreſcente in medio folio, paruula uelut lacinia foliꝫ. Habet & Spadonia opacitatis patientiſſima. Itaq; quantalibet ſub umbra ſolum implet. Extra Herculis columnas, in mari naſcit frutex, folio Laurea: q̃ electus, in pumicẽ tranſiguratur, in Heroo ſinu pare aquis extante lapidea eſt, ſimilis tñ uirenti. Magnitudo frutici bipedalis. In mari quoq; Rubro uiuere affirmant eã, ſed ſimilẽ Ariæ. Aria ſilueſtris arbor eſt, hyemis initio fructificans, materie duriſſima, ut neceſſe ſit, anteq; terebretur, macerari eã prius aqua. Quod & in Robore, Carpinoq; ſeruat. Honos ei ad carbones argentarijs officinis, ut Robori, Vne doni, Piceę, utiq; ad coctionem primã. Eſt & Aria, ſiue Agria, quã ꝓ Ilice aquifolia Dores habẽt, ut in Fago diximus. Ex ea Lauro quæ in mari rubro naſcit, inſtrumentũ muſicũ Pandura factum a Troglodytis legimus. In Corſica Laurus diu nulla fuit, nunc ibi ſatu prouenit. Ramo Laurum ſeri poſſe, conſtat, quod ueteres dubitauere. Manu ſatarum receptarumq; in domos, fulmine ſola nõ icitur. Ignes abdicat, ſalis modo, crepitu. Interaneorum etiam uitia, & neruorum, ligno torquente. Folium eius Lauream uocamus, et Cato Loream. Vna arborum, latina lingua nomen imponit uiris. Nam Tullius Ciceronis libertus Laurea nominabatur: qui Ciceronianas aquas epigrammate celebrauit. Laureolos quoſdã ueteribus dictos, Iuuenalis & Martialis poetę ſatis indicant. Sunt qui Lora hinc dicta exiſtiment, quę antiqui Laura nuncupabãt, a Laurea triũphorum: ſub qua ſolerent captiuos uincire, ducendos in pompam. Vri lignum eius ꝓphanis uſibus: ſed ne aras quoq; ipſas accendi eo fas erat: ut quidam mirẽtur. Vnde Horatius, et Papinius Laurum ipſam, non ſolum Imperatoribus, ſed Vatibus dicatã cecinerint. Cum Hedera Poetarũ, Laurus Ducum fuiſſe legeretur. Quidam ſeniles baculos, e Lauro quoq; faciũt. Cęſarũ Pontificumq; domos, militum arma, faſces Impatorum ornare quõdam ſolita. Pacis ut Olea, ſic uictoriarum Laurus ſemp̃ index. In lauro uetere Spartani libũ et bellaria iacentes rodebant poſt cœnã, ob id folia eius, Camatidas ἀπὸ τοῦ κάπτειν, quod eſt, rodere uocabant, & placentas ipſas Camata, ſiue Pſeſta, hoc eſt, polentã, oleo conſperſam: quarũ loco nobilioribus, Epęcla, ſiue quod idem eſt, Mattye dabant, ceu ſportulę quędã maiores precioſioreſq;, ut turdi, palumbi, merulę, turtures, et anſercs, & alia ij̃s ſimilia. Poſt obtinuit, ut omne paulo ſuauius atq; lautius edulium, Mattya diceretur: ſiue ab eo uerbo, qd̃ pinſere, unde Magides, & Maze quoque ſint appellatę: ſiue ab eo, q̃d mandere ſignificat, unde Maſtiche dicat. Hæ quia in poſtremo cænarum dabantur, ab alijs Epidorpiſmata, & Epidiphnides appellari ſolent. Hinc iuris cuiuſdã p̃cioſi genera Magis et Capis appellant, in Plauti poetæ Pſeudulo. Nam & uaſis genus eſt Magis, quod tamen Varro a magnitudine deducit, ut Capis quoq;, nõ capiendis legi poſſit. Fuit eñ B

Plin. li. 15. ca. 30. & alibi paſſim.

Theoph. li. 3. capite. 12.

Vide Cælium lib.3.cap.7.

C hoc moris ueteribus, Iuruleta ipsa nominibus uasorũ appellare: ut Paropsidẽ, et Triblio. Sed & Tragematis uice Laurum in secundas mensas inferri solitã, Callias & Diocles, ut Atheneus inqt, autores sunt. Ramus Lauri, aut etiam Oliuæ, a quibusdam uocatur Arsacus. Quanq; & aucula Erythacus, hoc ipso nomine appellari solet. Est aũt Erythacus, a Theodoro dictus, Tubecula. Est & Tubetra quędam uolucris ab eodem, conficto nomine, quam Aristoteles Batin uocauit.

EX M. VERG. COMM.

PRimum id legentes monemus, nescire nos, quanta sit eius loci integritas, & fides, ubi in omnibus græcis pariter legitur, ποθέντα δὲ πραΰνει τὸν στόμαχον καὶ ἐμέτου κινεῖ, quarum uocum manifestus est sensus. Non tamen antiquiores latini, Serapion scilicet, & antiquus interpres, quicunq; ille fuerit, sic quondam legebant. In omnibus enim est, Stomachum subuertunt, & nauseas, uel uomitiones faciunt, non diuerso tamen, sed contrario penitus sensu. Ex quo oborta nobis suspicio est, potuisse quondam illic πραΰνειν legi, quod lenire et mitigare est. Non em̃ quod lenit uomitiones facit, sed aliud similiter desinens, aut non ideo dissimile uerbum, qualia sunt τραχύνει, παχύνει ue, aut ἀνακίνει, uel his simile aliquod aliud, quod subuertendi, miscendi, & exasperandi uim haberet.

Illud etiam ex melioribus uetustoribusq; græcis instaurauimus, quod in impresso multisq; alijs deerat, ob id ex melle, passoue concisæ. &c. Deest enim in pluribus λῦαι, quod est concisę, & cum melle aut passo subactæ.

Eadem fide etiam aurium duobus malis grauitati scilicet, & dolori tertium addidimus, q̃d incertos uocum sonos, indiscreta significatione ad aures peruenientes pertinet. ὠτηλγίαιο enim est, καὶ ἀνοκόαιο, καὶ ἤχοιη quos ueteres incertos, & indiscreta significatione sonos inter auriũ uitia dixerunt. de quibus alibi certius dicemus.

Daphnides

## ¶ De Baccis Lauri. CAP. CVIII.

LAuri Baccæ magis q̃ folia calfaciunt. Ergo in eclegmate cum melle, uel passo prosunt tabi, ortopnœæ, & omnibus thoracis rheumatismis. Contra scorpionum ictus ex uino bibuntur. Vitiligines emaculant. Succus Baccarum utilissime aurium dolori & grauitati instillatur, cum uino uetere & Rosaceo. In medicamenta autem adĳciuntur quę neruorum lassitudines reficiunt, acopa uocant, & ad unguenta quæ calfaciunt & discutiunt. Cortex radicis calculos rumpit. Partus necat. Hepaticis prodest, tribus obolis in uino odorato potus.

BARBARI COROLL.

DAphnides, & Daphnococci, Baccæ Lauri sunt, Daphnoides uero frutex.

## ¶ De Platano. CAP. CIX.

πλάτανος

TEnerrima Platani folia in uino decocta, mox illita, oculorum fluctiones sistunt. Tumores & inflammationes leuant. Decoctus cortex in aceto, dentes in dolore colluit. Virides pilulæ in uino potæ, serpentium morsibus auxiliantur. Exceptæ aũt adipe igni ambusta sanant. Incidens foliorum pilularumq; lanugo, oculos & aures defendit.

BARBARI COROLL.

Theoph. lib. 4. capite. 7. Pli. li. 12. ca. 2. Herodo. li. 7.

PLatano in quantam uis altitudinem radicandi se natura, modo nihil obstet, & aquæ suppetãt. Qualis in Lycio Athenis fuisse traditur: quæ iuxta aquæductum, nouella adhuc, in dodrantes fere centum progressa est. In Creta insula, ad Cortyniam, Platanus stetisse dicitur, ad fontem quendam, quæ folia hyeme non amitteret, sub qua Ioui compressam Europen indigenæ fabulantur. Itemque in Cypro una, simili esse natura, uisam aliquando. Platanum in æreo tripode nasci credit Theophrastus. Vna hac maxime tolerat securim, & subuersa flatu ab radicibus, reponi potest: ut Salix & Populus alba. Ideoq; actionem dabat Labeo arborum furtim cæsarum, contra eos, qui prostratas uel subcidissent, uel asportassent, quoniam nomine arborum

arborum continerentur quæ possent resurgere. Hęc Italiæ aduena, diuq; in ea, Theophrasto etiamnum prodente, rarissima: per mare Ionium, in Diomedis insulam primum inuecta. Communicata quoq; barbaris occidentis, & ad Morinos usq; imperij Romani terminos perducta. In Lycia unius specu, Plinij ætate, octuaginta, atq; unius pedum cauo, prædicata. Huius umbra delectatum Xerxem, in terra Lydia reperio, qui diem integrum cum exercitu consumpsit sub ea: atq; ut capti amore solent, multis donauit arborem muneribus: quodq; ridiculo proximum est, custodem ei tanq; pellici, Meledonium quendam reliquit. autor Helianus. Nutritur mero Platanus infuso radicibus. Commendatio eius summa. Solem æstatibus arcere, per hyemes admittere. Platani satæ, ut Plinius inquit, regenerauere uitium. Sunt & Platani pumilæ, Chamæ Platani uocatę. Id & genere serendi & recidendi fit. Ratione inuenta, sub Augusto Cęsare, quemadmodum nemora tonderętur. A Platani foliorum amplitudine Plataniſtos græci uocant, loca spaciosa, lateq; patentia, ut Photioni credamus. Platanionem uero Hippocrates saxum mari extans leuigatumq;. At Platanos uasis genus est, e quo popana fingebant. Platanum Italia modo raram habet, Romæ uisam, & in Venetia, puincia Bassiano agro, in uiculo cui Sogia nomen sit. Theophrastus e Platano Aegyptia unguentum fieri solitum scribit commendatum uestibus, non per se, sed additum in alia, presertimq; Irinum.

Meminit & Cęlius lib. 13. cap. 31.

EX M. VERG. COMM.

AMabilis & expetita omnibus quondam hæc arbor fuit. Peregrina primum Italiæ, mox omnibus in ea locis, & hortis uirens. Iterum neglecta, paulominus q; ad antiquam gratiam ætate nostra restituta est, uiretq;, & in delitijs in Aethruria etiã habetur, magno ipsorum & hominum argumento, quibus uoluptas & uitæ ocia, aut contra sollicitudo, & utilitas in precio & honore fuerint. De ea qui plura nosse uelit, Plinium consulat lib. 24. cap. 5. nos ea, breuitati consulentes, relinquimus.

## De Fraxino. CAP. CX.

FRaxinus arbor nota est, cuius folia cum succo peruncta, aut ex uino pota, uiperarum ictibus auxiliantur. Corticis cinis ex aqua illitus lepras eximit. Ramenta scobemq; potu, perniciem afferre traduntur.

μελία fresno

B

BARBARI COROLL.

FRaxinum, Mileam, & Meliam quoq;, græci uocant: Trinodemque cognominant, hoc est, Triozon, quia ramos habeat prægrandes, ordinatos, paresq; numero: quod genus arborum, græci ἀξιολογώτατον, hoc est, ut quidam interpretantur, egregias appellant, copiosissima, procera, teres. Fructificat æstate. Quanq; in duo genera diducitur. Excelsum, procerumq;, ligno candido, molliore, crispiore, neruoso, enodi. Alterum humilius, scabriore, duriore, fusciore, sed folio Laurus, Latifoliæ acutiore, leuiterq; per ambitionẽ serrato, et ut Theodorus inquit, subsidenti, quia legisset ἐπικαθίζοντι, nos ἐπακανθίζοντι, hoc est, non sine quodam marginis, uel cacuminis aculeo. Ramulum totum, ceu folio singulari credas conitare. quoniam ab pediculo uno, folia simul cuncta erumpunt, & per ampla uersuum interualla, tanq; per genicula continenter, ordineq; pendeant, perinde ut in Sorbo, unde Pennata dicitur a Plinio. Internodia latiora candidæ, coniugationesq; plures, & folia longiuscula. & magis angusta, coloris herbacei. Cortex leuis, spissus & tenuis, rubro colore. Radices crebræ, sublimes & crassæ. Carere hanc flore ac fructu, in Troadis Ida, credunt falso. Etenim fructum fert minutum in siliquis, nucosum, qualem Amygdalæ, gustu subsalsum. Fert & Lauri modo Fraxinus muscũ, & alia quædam astrictiora gustu, circinnataq;, ut pilulæ Platani. Hæc partim cum fructu emergunt. partim multo post nascuntur ei, et quæ Plecta, hoc est, plicamẽta, siue, inuolucra dicuntur. Leuis exire amat cauis, madentibusq; locis, scabra sitiẽtibus & saxosis. In Macedonia Bumeliam appellant, raro corpore, minusq; crispo, amplissimam & lentissimã. Fraxinus, Pirus, Piraster solæ in planis, & materia & fructu commendantur. Oportuna cędi autumno est. Materies ad plurima utilis. In Ida Troadis, intantũ similis Cedro, cortice ablato, ut Plinius, Taxo, Theophrastus ementes uti fallat. Quidam situ diuisere Fraxinum. Campestrem crispam, Montanã spissam. Folia earum iumentis mortifera. Cæteris ruminantium innocua, idque in Græcia. Nihil iumentis nocent in Italia. Et hoc de Taxo, Theophrastus interpretatur, nõ de Fraxino. Fortasse nominum uicinitas fefellit prodentes, Græcis Fraxinum Mileam, Taxum Milon uocantibus. Matutinas occidentesque umbras eius, q; uis sint longissimæ, nulla serpens attingit. Expertum se Plinius dicit. Si fronde ea, gyro claudat ignis, et serpens, in ignẽ potius, q; in Fra-

Plin. li. 16. ca. 13. lib. 24. ca. 8.



Hosted by Google

Cxinum fugere ſerpentem. Fraxinus, anteq; ſerpentes prodeant, floret, nec ante conditas folia dimittit. A Fraxini foliorū ſimilitudine, Fraxinula, ſiue Fraxinago herba dicit, ueteribus nuſquam dicta, quod equidem ſciam. Mauritania, uel hanc, uel ſimilem Fraxinulę, Secaculim appellat: in compoſitiones ad uenerem excitandam quæſitas, adhibitam, radice candida, & nodoſa, flore uiolaceo, fere inter candidum & ceruleum, ſemine rotundo, ut Iuniperi. Folio inter Piſum, atq; Fraxinum. Non deſunt tamen qui Secaculim, ex India tantum inuehi putent, notis quas modo expoſui. quandoquidem Fraxinago hæc, quæ in noſtris habetur manibus, inefficax & infirma ſentiatur ad medicinam.

## ¶ De Populo alba. CAP. CXI.

POtus albæ Populi cortex unciæ unius pondere, iſchiadicis ac urinæ ſtillicidio prodeſt. Abortiuum fieri tradunt, ſi cum mulino rene bibatur. Folia quoque cum uino poſt purgationes pota, idem præſtare produntur. Tepens foliorum ſuccus utiliter aurium dolori inſtillatur. Pilulæ quæ primo foliorum partu exiliunt, illitæ cum melle, oculorum hebetudini medentur. Memoriæ prodiderunt, corticem albę Populi particulatim cæſum, & ſulcis ſtercoratis mandatum, omni tempore anni edules fungos proferre.

### BARBARI COROLL.

Pli. li. 24. ca. 8. Theoph. lib. 3. cap. 14. Columel. lib. 5. cap. 5.

POpulus duplex, alba, & nigra. Alba λευκὴ, nigra, ἄγγειρος græcis appellata. Vtriuſq; folia ut Crotonis, in iuuenta circinatæ rotunditatis ſunt, uetuſtiora in angulos exeunt. Ecōtrario, Hęderæ anguloſa rotundantur. Propterea meminit Theophraſtus, putare quoſdam, mutari candidam, ut Croton & Helix, in Hęderam uetuſtate, quemadmodum & Pirus in Piraſtrum. Habet candida cum quibuſdam perpaucis proprietatem illam, ut ab æſtiuo ſolſtitio circumagatur, hoc eſt, partes ſupinas foliorum conuertat. ſicut Olea, Salix, Vlmus, & Tilia. quod quidem ſideris confecti, ruſticis argumentum eſt. Vtrunq; genus erectum, ſed nigra procerior & leuior. Folium ſimile ligno. Intus utriq; par candor. Neutra uidetur florere. Populorum foliȝs grandiſſima lanugo, græci χνοῦν appellāt. Euolat candidæ, ut Iulus. Noſtri tria genera Populi fecerūt. Albæ: quæ uuas, Bryon uocatas, ferat unguentis, folio numeroſiore, bicolore, ſuperne candido, inferiore parte uiridi. Nigræ: quam Arcades ſterilem putauere. Sed in Creta fructificat in ipſo Ideæ ſpecus aditu, & ad fontem quoq; Sauri, duodecim ab eo loco ſtadiȝs. In Cindrio quoq;, proximo ab Ida monte, & circa Tiraſiam, parte montuoſa. Tertium genus Libycę, folio minimo ac nigerrimæ, fungiſq; enaſcētibus laudatiſſimę. Populi ferunt in foliȝs gutam, ex qua apes ꝓpolim ſuam faciunt. Inter nigras efficaciſſima Populus eſt, quę in Creta naſcit. Ariſtoteles autor eſt, Acheroin uocari nigram Populum. Pauſanias, candidam ita nominatam, q; Hercules in deſcenſu ab inferis, apud Acherontem uidiſſet eam, ramumq; extuliſſet. Proindeq; non alio ligno, cremari uictimas in Elide, Ioui olympio. Ariſtoteles omne ſatum ſil uoſum, arboroſumq;, Acheruſion dici, prodidit. Ad quod forte alludens poeta feſtiuiſſimus, Vlmorum Acheruntem dixerit in Amphitrione. Reſina Populo exigua eſt. humor e cauis huius effluit, medicinæ utilis. Oleum fit & e Populo nigra, ſemine. Populeū uulgo, AEgirinon, a græcis appellatum. Verno id conficitur, cum plurimum grauis eſt, prægnanſq; reſina. Nam unguentum Populeum ex uua Populi, quæ Bryon eſt, conficitur.

### EX M. VERG. COMM.

EXpoſita omnibus in Theophraſto, Plinioq;, & plæriſq; aliȝs, utriuſq; Populi albæ ſcilicet, & nigræ, de qua mox dicemus, omnis hiſtoria eſt. Poteruntq; uolentes ab illis certiora & plura audire, q; excerpta ex eis, et exſcripta ab aliquibus noſtra fuerint.

## ¶ De Macere. CAP. CXII.

μάκερ

MAcer ex Barbaria aduehitur, cortex flaueſcens, craſſus, guſtu perq; aſtringens: qui contra cruentas excreationes, dyſenterias, & alui fluctiones bibitur.

## A BARBARI COROLLA.

MAcir, græce Macer, & Xylomacer, cortex est rubẽs, radicis magnę, nomine arboris suæ. Conuehitur ex India. Gustu acerbo, & cum quadam acrimonia, iocũde odorato, ut Galenus inquit. Qualis ea sit, incompertum habet Plinius. Recentiores, non radicis, sed nucis odoratæ corticem, ac folliculum esse affirmant: idq; uero propius est, & plane ita modo cernitur. Hanc nucem græci modo Carion myristicon appellant, hoc est, nucem unguentariam: quæ sane diuersa est a glande unguentaria, ut post constabit.

A Plin. lib. 12. capite. 8. Galen. lib. 7. simpliciũ far. capite. 89.

## EX MAR. VERG. COMM.

MVlta sunt, quæ inuentum hoc loco Macer, peregrinitatis in hoc scriptore, & alienæ elocutionis arguant. Siquidem, quod in aromatum cẽsu, & ordine est, nascitur q; in India procul a nostro orbe, inter uiliores, & nostræ orbis arbores, tractari non debuit, nec certam habet generis historiam, si quod in India nascitur, apud Barbaros nasci dicatur. Græcis enim Germani etiam Barbari sunt, quibus in frigido cœlo nihil huiuscemodi nascitur. Neq; Dioscoridis ętate consueuerant ad orientem, & meridiem mundi partes Barbariam nominare. Quo fit, ut credamus, a proprijs sedibus, quæ illi inter aromata erant, in alienum locum temere translatũ fuisse Macer hoc, & quod legitur ἐκ τῆς βαρβάρου, ἐκ τῆς ἰνδικῆς legendum, aut intelligendũ saltem esse. De ligni cortice Galenus multa, & post eum Paulus AEgineta, pluresq; alij.

Nostra ætas ex India aduectum aromatis appellatione nouit, non ligni corticem, sed odoratæ nucis, corticosum operimentũ, et quasi folliculũ, qualis in Ponticis nondũ penitus maturis nucibus uidetur. Qui si idẽ cũ hoc, & eo quod Galenus Xylomacer uocat, sit, peritiorũ iudicio relinquimus. Nobis, ut a primo diximus, in scriptore hoc, suspecta omnia facit, loci breuitas, incõcinna elocutio, & quod in pbatissimo mihi codice, nusquã Macer hoc legitur. Cæteri tamen omnes de eo tradiderunt. Nosq; eorũ fidẽ & autoritatẽ secuti, hactenus de eo egimus.

## De VLMO. CAP. CXIII.

VLmi & folia, & cortex, & rami uim habent spissandi. Folia trita ex aceto ad lepras efficaciter illinũtur. Vulnera glutinãt, sed multo magis corticis Tilia, si fascię loco intorqueat. Nam lori more flecti potest. Crassior cortex in uino aut aqua unciatim potus, pituitas trahit. Fracta ossa celerius solidescũt, si decocto foliorũ corticis aut radicis foueãtur. Humor in foliculis enascẽs prima germinis eruptiõe, cuti illitus nitorẽ inducit, faciẽq; splẽdidiorẽ prẽstat. Qui dũ siccat, in animalia abit, quæ culicũ formã gerũt. Folia cũ tenerescũt, olerũ more ad obsonia usurpantur.

πτελέα

B

## VBARBARI COROLL.

VLmum πτελέαν græci uocant, utiq; campestrem, quæ & fruticosior. Alterũ genus montanæ, Oripteleam nominant. Folium indiuisum, leuiter per oram serratum, oblongius q; Piro, scabrum. Arbor grandis & celsa, irriguis amica, ligno flauo, neruoso, robusto, ut quę tota cor sit. Vtũtur eo ad fores lautiores, ad cardines, assamenta portarum, & torcularia, fonitum caueas, & ad carpentarium quandoque opus. Viridis facile cæditur, sicca difficile. Sterilis habetur arbor. Cradæ Vlmo, ut Fico, Robori, Platanoque gignuntur. Vuam fert, & in petiolis lachrymæ modo gummi, & bestiolas culicibus caprifici similes, in foliculis & autumno Cachryes uocatas, cõplures, minutas, atq; nigras, ut Theophr. scribit. Italiæ quatuor Vlmi sunt genera. Nostrates densiore folio, & ab eodem pediculo numerosiore. Gallicũ. Siluestre. Quartum Attinias uocant. Excelsissimas, & in ijs Sicanas illis præferũt: quę nõ sunt riguæ. Steriles Attiniæ. Ideo plantis seruntur, autumno uitibus, & Maritas appellamus. Reliquæ proueniũt. Samara, siue Amara, ut Columellę placet (ita nominat Vlmi semen) colligũtur circa martias Kalendas, cũ flauescere incipit, priusq; folio uestiantur Vlmi. Columella Vlmorũ duo tantum genera putauit. Gallicũ, & Vernaculũ: illud Attiniam, hoc Nostratem uocari: qui & Tremellium scropham reprehẽdit, q; Attiniam Vlmum nõ ferẽtem Amaram falso sit opinatus: Nam rariorem, inquit, sine dubio creat: & idcirco plærisque sterilis uidetur, seminibus inter frondem primę germinationis latẽtibus. Itaq; nemo inserit ex Amara, sed ex sobolibus. Est au

*

Theophr. lib. 3. cap. 14. Plin. lib. 24. capi. 8. & lib. 17. cap. 11. Columella libro. 5. cap. 5.



Hosted by Google

C tem Attinia lõge lętior & procerior nostrate, frõdemq; iucũdiorem bubus præbet. Amara, ut dixi, dicit semen eius latina uoce. Nã græce, ἀμάρα nõ hoc significat, sed riuulũ & incile rigandis hortis. ita dictũ, quia marcessere ꝓhibeat: sed & auriũ cauernæ, dicuntur a græcis Amaræ.

EX M. VERG. COMM.

THeophrastus & Plinius longissime de hac arbore tractauerũt, ideoq; nec a nobis desyderanda. Illud tãtum monemus, uoluisse nos Tiliam corticis illic dicere, quo loco legitur, Cortex pro uinculo & fasciola uulneri. &c. Qua rei descriptione Plinius antea usus fuerat, ne Tiliã arborem Vlmo miscuisse nos aliquis dubitaret. Scimus enim & nos, a Tilia arbore, cuius materia lenta & tractabilis est, quõdam Lẽtiscos, fasciolasq; in coronis ex ea arbore pendẽtes.

Non omittemus præterea, in deijcienda aluo, Plinium frigida aqua tantũ uti, nec pituitã solum, sed etiã aquã deijcere: quæ nescio an Dioscoridi deesse possint, & abundare uinũ, quo hic in eadem purgatione utitur.

Et cum nihil osseum in Dioscoride illic legeretur, ubi dictum a nobis est, solidescunt celerrime ossea succedente cicatrice. &c. non sine caussa ad fracta ossa contrahendam esse rem cogitauimus: cum illic πωροῖ uerbum esset, quod id tantum significat, ut paulo ante testati sumus, & præter id κάταγμα, quod in fractis tantum ossibus, ab antiquis medicis receptum est.

Quas deinde bestiolas culicibus similes in Vlmi folliculis nasci Dioscorides ait, a Theophrasto Cnipes dicũtur, quẽadmodum ex Caprificis euolãtes. Similes his, alię bestiæ Psenes ab eodem uocantur.

## ¶De Lignorum marcore, CAP. CXIIII.

ἀπὸ τῶν παλαιῶν καὶ πρέμνων σαπρία.

INcidens caudicibus lignisque ueteribus caries congeritur, quæ farinæ modo illita, ulcera purgat, & ad cicatricem perducit. Serpẽtia cohibet, si cum pari aniso & uino subacta, linteisque imposita, illinatur.

BARBARI COROLL.

CAriem lignorum, σαπρότητα græci uocant, & Embion poeta.

EX M. VERG. COMM.

D CRedidissem ego facile, de Vlmi carie tantũ a Dioscoride agi hoc loco, nisi Paulus AEgineta his uerbis subscripsisset. Lignorum caries, eorũq; præcipue, quæ mediocrem adstringendi uim habent, qualis Vlmus est, humentia purgat ulcera, & explet.

## ¶De Populo nigra. CAP. CXV

αἰγείρος

POpuli nigræ folia cum aceto illita, magna utilitate podagricis doloribus illinũtur. Resinam Populus fundit, quæ in malagmata additur. Semen potum ex aceto comitialibus utile est. Lachrymam commemorant, quæ in Padum amnem defluat, durari, ac coire in succinũ, quod Electrum uocant, alij Chrysophoron. Id attritu iucundum odorem spirat, & aurum colore imitatur. Tritum, potumq; stomachi uentrisque fluctiones sistit.

BARBARI COROLL.

Theophra. libro. 3. cap. 14.

POpulus nigra, qualis ea sit, indicatum est in candida. De ipso autem Electro, sunt qui tria eius genera constituant. Ex arborum succo primum, quod inde Succinum dicatur: ut non hoc sit quod Homerus nouerit. Secundum naturale, quinta parte argenti, ut in canaliensi auro. Tertium cura fit, ex tribus auri partibus, & una argenti: quanquam quod quintam partem argenti excedit, incudibus non resistat. Errare Plinius existimat, qui melius esse putant naturale. Cuius probatio, ut ueneno accepto, & stridorem emittat, & uarios quasi arcus cœlestis in dissimilitudinem reddat colores. Narratur & hæc ad lucernarum lumina clarius argento splendere. Electrum inquit Strabo, purgamentum ipsum auri est, coctura prima qd' ex sulphurosæ cuiusdã cretæ comitatu fit. Argentũ aurũq; in se cõplexũ, chymistæ Phaetontem uocant. Diuersum ab hoc uidet genus esse qd' Ambra, siue Ampar caninũ dicit. Aetius Ambar, nos Succinum oriẽtale primi nominauimus: incõpeatum ueteribus ut arbitror, multis locis scaturiens, bituminis & sulphuris modo. Discrimen eius triplex, Ruffum, & pingue præferunt.

Hosted by Google

runt. Selachiticũ, a municipio quodam Indiæ uocatum, ubi naſcitur. Subalbidũ ex Arabia ſe A
lici. Minus probatur e maritimo quodã oppido, cui Sechra nomen eſt. Deterrimũ nigreſcit, quod piſces deuorauere. De hoc tamen alĳ aliter. Nos græcam fidem ſequimur.

EX M. VERG. COMM.

VEriſimile eſt, debuiſſe in ſcriptore hoc etiam coniungi Populũ albam, & nigram, & neutram abſq; altera tractari. Nos tamẽ, quoniã locis omnibus in antiquiſſimis græcis reperiuntur, eas relinquimus, nõ auſi mutare, qd' antiquorũ omniũ codicũ fide immutabile eſſe debuit.

De Succino, quod Electrũ ueteres, noſtri Ambram dicunt, qui noſſe uelit plura, apud Plinium legat libro ultimo, cap. 3. & 4.

Nos etiã illud adĳcimus, credere nos, nõ ex utraq; Populo ſuccinũ fluere, ſed ex nigra tantum: ideoq; non ἐξ ἀυτῶν numero multitudinis, ſed ἐξ ἀυτοῦ numero ſingulari legẽdum eſſe locum. Nihil tamẽ teſtantibus omnibus græcis, mutatũ a nobis eſt, cognoſcendumq; id diligentioribus relinquimus.

## De Harundine. CAP. CXVI.

IN Harundinum genere quædem Naſtos uocatur, ex qua ſagittæ ſa ctitari ſolent. Alia fœmina, qua tibiarum ligulas efficiũt. Alia quod fiſtulis addicta ſit, Syringias, cui multum ineſt carnis, crebris cincta geniculis, ad librorum conſcriptionem accommodata. Alia craſſa, concaua, apud amnes naſcens, quæ a quibuſdam Cypria, ab alĳs Donax appellatur. Alia Phragmites, ſeu Valltoria, gracilis, candicans, uulgo cognita: cuius trita radix per ſe, aut cum bulbis ſuis illita, ſpicula aculeoſq; corpore extrahit. Luxata, lumborumq; dolores, cum aceto mulcet. Virentia fo B
lia tuſa, & impoſita ignibus ſacris medẽtur, & cęteris inflammationibus. Corticis cinere peruũctę cũ aceto alopecię ſanant, Paniculę lanugo ſi aures intrauerit, exſurdat. Eundẽ effectũ implet Harũdo quę Cypria dicitur.

H BARBARI COROLL.

HArundo κάλαμος a græcis dicit, a Phœnicibus Gingros, ob Adonin, quem Gingrem uocant, & lugent. Radices eius uiuaces, geniculatæ, ac fere inſolæ, ſimiles ĳs partibus, quæ ſupra terrã eminẽt. Huius duo ſumma genera. Tibiariũ. i. Auleticon. Vulgare poſterius. Hoc in Characiam, hoc eſt, Vallarem, craſſam & ualidã, quæ Gręcanica quoq; uulgo dicit, & a Vitruuio Cerdone gręca. Et in Plotiã, ſiue Plocimon, diducitur, hoc eſt, flutam, uel nexilem, graciliorẽ & imbecilliorẽ priore, utraq; Orchomeniũ circa lacũ. Superior, in ripis exſpaciãtis ſtagni, et in Comitibus (ſic enim Harundinetũ prædenſum & farctũ appellãt) ſequẽs ſubtilis, in inſulis fluitantibus, quas græci Ploadas uocãt, in immẽſum prælatis ĳs, quos Cephiſus amnis abluiſſet, ut cecinit Pindarus. Interim cũ Auletico naſcit Characias, ſed longior cæteris, & uermibus ob noxia. Tibialem hyeme legũt, uere tunicas eximũt, æſtate per internodia cędunt. Optima fieri armamẽta e medio geniculo, molliſſima e ſupioribus, duriſſima eximis aſſerunt. Perſuaſum erat, & ligulã ex ſua quanq; tantũ harũdinis parte cõgruere: & eam: quæ radicem antecęſſerit, Theophraſt.
lęuo Tibiarũ lateri cõuenire, quæ cacumẽ, dextero cæterũ internodio, in duas partes diſſecto, lib. 4. cap. 11.
utriuſq; ligulæ os inciſuræ cõmittebat: alias negatur congruere: Theophraſtus autor. Plinius Plin. lib. [illegible] ca
magno nominũ ambitu, Calamos numerat: AEgyptios chartis ſeruatos: probatiores tamen pi. 35. Lib. [illegible]
Gnidios: & qui in Aſia circa Aneticũ amnẽ naſcãtur. Noſtratibus fungoſior natura, bibulos, ca. 11. lib. [illegible]
cauo intus corpore, tenui ſuperne ligno fiſſiles, præacuta ſemper acie geniculatos. Gracilitas pite. 20. &. [illegible]
nodis diſtincta, lęui faſtigio tenuat in cacumina, craſſiore paniculæ coma, qua pro pluma implentur ſtrata cauponarum. Et hæc ad nauium commiſſuras in Belgis, glutino quocunque fidelior rimis explendis. Bononienſes e Rheno amne, quibus plurima ineſt medulla, ponduſque uolucre. Contra flatus quoque peruicax libra, ut nullus ſagittis aptior ſit calamus. Poſt hos Cretici & Belgici laudantur. Creticus carnoſiſſimus, lõgiſſimus internodĳs, lentiſſimus ſi calfiat, Toxicus, id eſt, ſagittarius, ob excellentem eius uſum, a Theophra. dictus. Nunc ſeriptorius, ex ea inſula præcipuus, nec aliũde fere expetit. Omnibus prędrũtur Indi, ut q haſtarũ quoq; uicẽ prępilati, hoc ẽ, cuſpidibus additis, prębeãt. Iis amplitudo arborea eſt: nec dubitat.

CE quarũ radicibus, ut Solino placet, ſuccus exprimit ad ſuauitatẽ mellis, quaſi Saccarum interpretari poſſis. Longitudo ſubrectarũ, 30. fere paſſus, humi uero ſerpentiũ, 50. craſſitudo cubitorũ ternũ, interim ſenũ: quæ tamẽ Strabo nõ credidit. Diodorus in auſtrali quadã inſula, æquinoctiali plaga ſcribit harũdines haberi plurimas, fructũ candidum, Eruo ſimilẽ ferẽtes, e quo ſuauiſſimus panis cõficit. AEque fabuloſum atq; illud, q̃ in eadẽ inſula, duas naſci tradit herbas, ſupra quas iacẽtes, placidiſſimo ſomno morianť. In AEthiopia certe populi, radicibus Harundinum in farina tritis, uictitant, & ob id Rhizophagi nominantur. Spiſſius mari corpus Indi tradũt. Fœminæ capacius. Nauigiorũ etiam loco, ſingulis eorũ internodijs circa Aceſinem maxime amnem, ternos homines capiẽte alueo. Syringias, totus concauus, ita dictus, quia fiſtulis utiliſſimus, quoniam nihil ſit ei cartilaginis atq; carnis, ut Plinius exiſtimat. Dioſcorides craſſa eum carne deſcripſit. Tibialis, Orchomenius, idẽq; Auleticus, cõtinuo foramine paruius eſt. Fruticoſiſſimus Donax, nõ niſi in aquaticis natus, latine Canna. q̃q; Canna apud nos, ut inq̃t Columella, gracilẽ & degenerẽ ſignificat harundinẽ. Apud græcos fiſcellę genus Cãna dicit, ut eſt apud Pollucẽ. Præfert aquaticis, ſiccus. Laconicis foliũ uariũ, & ab ima parte denſi
Vide Cęliũ libro. 5. cap. 26. us, tunicis longioribus: quales circa ſtagna, diſſimiles amnicis. Eſt & obliqua Harũdo, nõ excelſa, ſed iuxta terrã fruticis modo ſe ſpargẽs. Suauiſſima in teneritate, pecori. Ab aliq̃bus uocatur Elegia. Zeugitæ, calami dicunť, Armamentarios Theodorus interpretatur, cũ in amplitudinẽ aucupatoriã adoleſcũt. Auletici, lacu Orchomenio, influente Cephiſo amne, p̃manentq; anno, celerius autẽ recedẽte. Graciliores, Bombycinæ appellabantur. Horũ generũ fœminæ, Spadones et Eunuchiæ uocari ſolitę, ſolio latiore, candidiore, nulla, uel modica lanugine. hinc erãt armamẽta ad cãtus incluſos, quę græci Iugamẽta, ſiue Paria, hoc ẽ Zeuge, ad dexterã & ſiniſtrã tibiã utilia uocabãt: qd' ita eſſent cõiunctæ, ut altera eiuſdẽ carminis incentiua, altera
* ſuccẽtiua foret, ad Bacteriã a Theoph. (niſi fallor) appellatos. De Bacteria meminit & Plutar. & Pollux, geſtamẽq; id theatraliũ p̃ſonarũ demõſtrant eſſe, ut Scipionẽ Plautus, rectũ inſignibus, curuũ ignobilibus. In ſacris certe literis Bacteria dicitur inuocatio ea, quæ poſt præceptio
* nem addi ſolet. Quid ſi q̃s in Theophraſto, nõ ad βακτηριαν, ſed ἐμβατήρια legendũ putet? Erat autem hoc & loci nomẽ, ut inq̃t Pollux, & theatralis cuiuſdã operę cãtionisue genus, ſtatariũ, &
D citra ſaltationẽ, ac tripudiũ: quo Lacedæmonios & Arcades uti ſolitos incinẽte modulos & frequentamẽta quædã ſimplicia tibicine Atheneus cõmemorat: qd' & Enoplion uocauerint: etiã Embaſim, hoc eſt, ingreſſionẽ inceſſionẽq; ut ẽ apud Gelliũ. Ob id incluſos cãtus a Plinio dictos inrelligo, q̃bus antiquitas in theatro contẽta erat, ſimplici adhuc muſica, hoc eſt, ut Theo
* phraſtus inq̃t, Aplaſto, cõprimentibus ſe tibiarũ ligulis, quia tempeſtiue cæderẽtur, ideoq; ad uarietates, flexuſq; ſonorũ inutilibus. ad hoc exẽpli, πιλὴν κιθαρισιν uocabãt: cuius inuẽtor Ariſtonicus fuiſſe dicitur, ut Atheneus meminit. Illos autẽ, quibus operoſa ratio canẽdi placuit, Camptaulos, a uocũ inflexione appellauerũt: quod nomẽ in Carini Cęſaris uita deprauatum, correximus. Correxit hoc luxuria, & per ſolſticia cędi placuit, ut in trimatu demũ utiles fierẽt apertioribus earũ ligulis, ad flectẽdos ſonos. Armamẽta ſane, Plinio eſt, ubi p̃ Iugamẽtis uinearũ, Pedamẽtisue accepit. Tibicines græci, et Monaulos, & Calamaulas, et Rhaphaulas quoq; dicũt. Habeť & illa diſtinctio. Tibiarũ aliæ uirginales & puellares. Aliæ uiriles: quas & p̃fectas & plusq̃ p̃fectas cognominãt. Sũt & cithariſticæ quædã Tibiæ: item quę Dactilicę uocãtur, & quę Lyſiodicę, & Tragicę. Lyſiodi uero dicebãtur, q̃ mimos q̃ſdã ſub p̃ſonis muliebribus agebant, ut uirilibus Magodi. Nã Elimi tibiæ apud Sophoclẽ in Niobe, nihil aliud uideńt eſſe, q̃ Phrygię: quas & Scytaleas, ob craſſitudinẽ appellãt, et obliquas, ut inq̃t Varro, ſiue impares, quẽadmodũ Serranas, quæ pares eſſent & æqualibus cauernis. cũ in Phrygijs dextera unũ haberet foramẽ, ſiniſtra duo: quarũ inuẽtor Midas. Nominanť & Diopi, hoc eſt, biforæ, q̃bus & nos utimur, ſed e buxo, aliaue materia. hæ corniculorũ tubarũq; ſunt, & ſemp fuere comites. Hebebãtur olim & Hemiopi, hoc eſt, ſemiforæ: quas & minores, & imp̃fectas, & puellares uocabant, atq; terrenas, hoc eſt Moluculas, epulis adhiberi ſolitas. Vt hoc uideat Plautus intellexiſſe, cũ ſemiſonarios artifices quoſdã nominat. Itẽ Meſocopę, & Hypotretæ, qd' alterę in medio foratę, alterę ad imũ p̃tuſæ forẽt. Tityrina quoq; tibia eadẽ eſt quę harũdinea. Nã Magadis & Palæomagadis ea eſt, quę acutũ grauẽq; ſonũ reddit, genus cithariſticæ tibiæ: q̃q; Magadis & Pſalteriũ nomẽ eſt idẽ cũ Sãbuca & Pectide, ut multis placet, nec tñ omnibus. Alias quoq; Tibias in arbore Loto diximus. Singularẽ tibiã Monocalamõ, & Monaulũ uocãt: ſicut multiplicẽ Polycalamõ. Priorẽ Marſias Celænis, aut Mercurius inuenit. Alij Seuthen, & Rhonacen Medos homines inueniſſe quidẽ, ſed Marſiã uinxiſſe cera putãt. Alteas Silenus, ſiue Marſias, quorũ Poetę græci, tibiã plærũq; Lebyn uocãt, ab inuẽtoris patria, ut Duris ſcriptũ reliq̃t. Varro Præcentiuas

ro Præcẽtiuas & Succẽtiuas cõnumerat: quarũ ſit uſus ad puluinaria præcinendi ſubcinẽdiq́, a quo & Præcentores & Subcẽtores appellant. Item Vaſcas, foraminibus q́ præcentiuæ pluribus. Lydias porro, eaſdemq́ Turarias uocabant, q́ inter Tura adhiberentur. Gingrinæ, tenuiorem ſonũ edebãt, q́ Vaſcæ. Clariſſimũ AEgyptiæ, Garrulũ Arabicæ. Ob id græci nugacem hominem, Arabicũ tonariũ, prouerbio facto nominãt. Acutiſſimæ Gingrinæ habebantur & Corinthiæ, ut inquit Solinus. Gingrinas, ab anſerina uoce dictas putãt. Nam & græci, χηνιάζειν pro eo quod eſt, tibia ſonare, dicunt. Ego a Ginge, qui ſit Adonis, ut huius capitis initio monſtrauimus. Erant & ſuæ funerũ tibiæ, ſiue tubæ, ut inquit Gellius, quarũ peritos, Siticinas uocabãt, non quaſi ſiccíniſtas, a genere tripudij, ſed q́ ad ſitos, hoc eſt, uita functos, & terra cõditos ſonarent. Erant & Tonaria, quibus uti Gracchus ſolebat, ad cõponendã in cõcione uocẽ eburneis. Nota eſt hiſtoria. Eſt & in Italia naſcẽs, ex qua fit Adarcha nomine, de qua poſt dicemus. Aucupatoria ſane harundo, a Panormo laudatiſſima legit, & Panorito, Piſcatoria abarcana ex Africa. Muſicæ harũdines, ex inſula Siciliæ, Thermitano agro ſita laudãtur, ut Solinus ait. Sunt & aliæ ſine nominibus harũdines, proceritate, breuitate, craſſitudine, exilitate ſimilibuſq́ diſtinctæ: adeo, ut .29. earũ genera demõſtraſſe Plinius ſe dixerit. Harũdo omnis, ex una ſtirpe numeroſa, atq́ etiã reciſa, deuſtaq́ fœcũdior. Folia Indicis tantũ breuia. Omnibus a nodo cõplexus initiũ eſt membranis per ambitum tenuibus, raroq́, non a medio genu procumbentibus. Latera in rotũditatem bina, ſup nodos alterno ſemper inguine, hoc a dextra, illo ab leua, ſuperiore per uices. Inde exeunt aliquãdo rami, qui ſunt calami tenues. Mira huius & Filicis diſcordia. Vtriuſq́ radix cõtrita & impoſita, ſtipem alterius eĳcit infixũ corpori. Ad hũc uſum, ex Harundinis radice medicamentũ Hippocrates, Epiſpaſtron Orchomeniũ, uideſ qui buſdã appellaſſe. Magna cũ altero genere concordia. ſiquidẽ ut Cato præcipit, optime corruda ſeritur, ubi ſint harũdines. Harũdinibus ſeptentrio, domos ſuas operit: duratq́ ita in altitudine tegulũ earum. In reliquo orbe cameras leuiſſime ſuſpendunt. Harundinis Italiæ uſus ad uineas quoq́, ut Arpino agro. Paniculæ florẽ illũ, auribus infeſtũ, Anthelem græci appellãt.

A

Arabicus tonarius. Prouerbium. Gell. li. 20. capite. 2.

EX M. VERG. COMM.

QVos cum radice Harũdinis bulbos diximus, oculos eius intelligimus, quo nomine etiã ueteres in radice Harũdinis eã partẽ dixerũt, unde noua eius ſoboles quotãnis naſcit.

B

## De PAPYRO. CAP. CXVII.

PAPyrus, qua chartæ fiunt, nullis non cognita, præcipuę in medicina utilitatis ad laxandas fiſtulas. Madefacta lino inuoluitur uſque dum inaruerit. Conſtricta enim atque immiſſa in hiatum completur, & intumeſcendo fiſtulas aperit. Habet neſcio quid alimenti radix. Itaque AEgyptij eam mandunt, ſuccum tantum deuorantes, & manſam expuunt. Ipſis radicibus pro ligno utuntur. Crematæ Papyri cinis depaſcentia ulcera cum omnium partium, tum oris maxime cohibent. Verum melius id combuſta Charta præſtat.

πάπυρος

preſens papyrus ſpecies quedã ſu co. que ex ind ad veſtitus ſeru ſubſtentandi gra ex qua quonda & ſcribendi lit ris chartæ p pab tus.

## BARBARI COROLL.

PAPyrus, et Papyrũ, latine dicit. In paluſtribus AEgypti, aut qeſcentibuś Nili aquis naſcit: quę regio, Delta, & inferior pars uocat. Item Syrię, circa quẽ odoratus ille Calamus lacũ naſcitur, & in Euphrate circa Babylonẽ. In AEgypto, nõ excedẽte bina cubita gurgitũ altitudine, uolari hominis robuſti, brachialiq́ radicis craſſitudine. Obliqua hęc, atq́ denſa, nõ amplius q́ cubitorũ decẽ longitudinis. Triãgulis Papyrorũ lateribus, qui a terra multis partibus tolluntur, pedibus, ut inquit Strabo, decem, uel ut alĳ, cubitis quaternis. In gracilitate faſtigiati, ſuſtinentes comata, ac Thyrſi modo cacumẽ includentes exile. Ad nihil utile, præterea nullo ſemine, aut uſu eius alio, q́ floris ad Deos coronãdos. Radicibus incolę utunt, nec ignis tm gratia, ſed ad alia quoq́ utẽſilia uaſorũ: ut q́ pba & alta materie ſint. Ex ipſo quidẽ Papyro nauigia texunt. E libro uela, tegeteſq́, necnõ & ueſtis genus, & ſtragula & funes. Mãdunt crudũ elixũ, ſucco deuorato, corpus expuentes. Scitur & uſus ex eo ad chartas ueteribus. Nũc alia earum officinis inuẽta ratio eſt. Habeť & in AEthiopia & Italia Papyrus uel ꝓmiſcue, Ciminio lacu plurimum, ſed alterius fortẽ generis, nec ad chartas utile. quandoquidem AEgypto propria tribuitur, & Biblos appellatur. Alioquin Strabo, in India quoque naſci Biblum ſcribit. Idem autor, in parte Nili, quæ dicitur inferior, abundare tradit eam: quoniam ibi præcipue colatur.

Plinius. lib. 13. cap. 11. 12.

Hosted by Google

C & duorum esse generum: deteriorem, & meliorem: quę Hieratica dicatur: unde & nomē Chartæ Plinio. Herodotus ueteri consuetudine pelles quoq; hircinas, & ouillas, Biblos uocari tradit, q; ijs in penuria chartarum uteretur uice.

## De MYRYCA. CAP. CXVIII.

μυρίκη

MYrica, seu Tamarix arbor, uulgo cognita est, cum apud pigras & stagnātes aquas enascatur, fructum quasi florem ferens compage muscosum. AEgyptus, Syriaque alteram gignunt mitiorem, siluestri cætera similem. Fructum parit Gallæ proximum, inæqualiter, asperum gustu, quo conuenienter utimur uice Gallæ in medicaminibus oculorum orisque. Datur cruentæ excreationi in potu, & cœliacis, & contra profluuia fœminarum, regium morbum, & phalangiorum morsus. Illitus tumores inhibet. Cortex in eosdem usus adhibetur. Decoctum foliorum cum uino potum, lienem absumit. Ad dolorem dentium in collutionibus salutare, & mulieribus fluctioni uuluæ oportunū in desessionibus. Phthiriasi, lendibusque circumfusum prodest. Abundantiam fœminarum sistit impositus arboris cinis. Potorios calices e caudice lienosis moliuntur, quo datus in his potus proficiat.

### BARBARI COROLL.

Plin. lib. 13. cap. 11.

MYricen, Tamaricem uocant Corinthi:. Et in Achaia quoq; est, & Bria dicitur: & cum plus iusto adoleuit, Promala utique poetis. siluestris, & sterilis forte, quia fructus ei bryodes, hoc est, muscosus. Nam satiuæ similis Gallę prouenit: quæ in Syria, & in AEgypto copiosa etiam est. Hanc & Amaricem nonnulli appellant: similem scopis amerinis prodentes. Neq; tamen omnibus eandem esse Tamaricem & Amaricem placet. Myrices certe infelicia ligna uulgo nominantur: quoniam nihil ferat pręter flosculum, de quo diximus, muscosum: nec sera unquam. Huius cum uno uiscerum liene tanta dissidentia est, ut affirmēt, a Democrito sumentes, si ex ea alueis canalibusue factis bibant sues, sine liene inueniri. Et ideo homini splenetico cibū potumq; dant in uasis ex ea fabricatis. Illud obiter indicādum est Columellæ studiosis ut locum in octauo eius libro corrigant, ita scriptum. Succurritur, inquit, si fabricentur Canales Tamaricis & Rusco. Legendum est, Tamaricis e trunco, author Dioscorides. Nec illud nō docendum, qui uitro soluendo firmandoq; accurrāt, ex hac arbore potissimum igni suo esca ministrāt. Cuius radicem officinæ Casiam uocare solēt: & quæ palam imperitia medicorū est pro Casia odorata utuntur. Folium Miricæ sunt qui Sabinæ herbæ nō nihil simile ꝓnūcient

D

### EX M. VERG. COMM.

QVam cæteri græcorum appellatione Myricen, potius q̄ Tamaricen dixerūt, nos authore Columella, plantarum & Romani sermonis grauissimo teste, Tamaricen libere & intrepide diximus. Is enim de suillo pecore, eiusq; morbis lib. octauo agens, Solere ait sues uitiosi splenis dolore infestari, accidereq; id malum magnis siccitatibus, quo tempore stratis passim sub arbore pomis, sues dulcedinē pabuli cōsectātes, splenis incremento laborāt: succurrit huic malo dixit, si e trunco Tamaricis fabricentur canales, impleanturq; aqua, deinde sitientibus admoueantur. Quippe ligni succus medicabilis epotus, intestinum lienis tumorem compescit. Quo uno testimonio satis fore nobis credidimus, ut quæ græcis μυρίκη est, latinis Tamarix quondam fuerit, & adhuc sit, eodem in duobus autoribus eiusdem mali conueniēte remedio. Sterilem Tamaricen in Theriacis suis Nicander esse testatus est, speciosumq; eius fruticē ideo μάντιν .i. uatem uocari, quoniam iusserit Apollo uates Tamaricis ramulū, manutenentes uaticinari. Versiculi eius sunt.

καὶ μυρίκης λάζεο νέον πανακαρπέα θάμνον,
μάντιν ἐνὶ ζώοισιν γερασμίον ἢ ἐν ἀπόλλων,
μαντοσύνας κορυπαῖος ἐθήκατο καίθεμιν ἀνδρῶν.

Quæ sic facile uertat aliquis. Sumito præterea Myrices fruticem, uatem inter uiuentes honoratum. In qua Apollo Corypæus uaticinia posuit, & iura mortalium. Ob quam caussam ex histori

ut ex historia collegimus, Magi & Scythæ ad uaticinia sua Myrice utebantur. Quod genus di- A
uinationis ab alijs gentibus etiam seruatum est. Herodotus siquidem sæpe in diuersis gentibus Myriceis ramulis uaticinia fieri testatur. Ob quam caussam & Apollo Myriceus quondam dictus est. Quoniam ex eadem arbore in pompa Iouis coronari solitos in Aegypto sacerdotes, & in Media Magos, ex antiquioribus scriptoribus plures retulerunt.

## ¶ De Erica. CAP. CXIX.

ERica fruticosa arbor Myricę similis, longe minor, cuius flore apes ἐρίκη
reprobum mel efficiunt. Tam flos, quam coma serpentium ictibus illitu medetur.

### BARBARI COROLL.

ERicem, colore tradunt Roris marini, acpene folio. Propterea Theophrastus uberrimam Plí.li.11.ca.16.
Libanotide Erice nasci refert. Mel quod e flore huius, apes faciunt, Ericeum uocatur, simile arenoso, siluestre, improbumq;. Conuehitur post primos autumni imbres, cum Erica. Sola floret in siluis. Asiæ, Græciæque fruticibus ascribitur. Athenienses hanc, ut ait Plinius, Tetradicen, Euböea Sisarum, siue ut Varro Sisaram, unde liquidum mel fiat, putantque apibus esse gratissimam. Fortassis, quia tunc nulla alia sit copia. Theophrastus, Tetralicen, non Tetradicē, nisi mendosus codex est, appellat, in genere fruticum aculeatam, & germinantem æstate. De hac Erice intelligat, nec ne, haud scio. Quia tamen bis anno floret Erice, prima uidelicet & ultima siluestrium, nec inter acculeatas ponitur, fieri potest, ut alia sit Tetralix sua Theophrasto, alia quæ pro Erice Athenis capitur: nisi quis hanc Tetradicē, illam Tetralicem uocari malit. Meminit & Tetragoniæ uocatæ Theophrastus, sed inter arbores quæ tardissime germinãt, B
ut Thyia, Taxusq;. Theodorus Quadratoriã interpretatus est, melius si Quadrangulã. Columella Ericem intelligit, cum amaricum, siue amaricem, & amaricinos flores commemorat. Quanq; & ibi lectio corrupta in eo fertur. Nam & amaranthini, pro amaricinis, & tamaricem pro amarice, scriptum fere inuenias. Cum sit Tamarice, nõ Erica, sed Myrica. Confundit hoc Palladius: qui tertiam mellationem, Tamarisci floribus (ita enim uocat ipse Tamaricem) cõsta re tradidit: cũ Erices, ideſt, Amaricis ea, non Tamaricis pabulo fiat, autore Plinio. Nisi quis Tamaricis appellatione, uetereș & Ericem, & Myricem significare uoluisse dixerit. Plinius Ericem Ilici similem descripsit. Credo Myricem, non Ilicem legendum, cum Dioscoridis autoritate, tum quod ita modo cernitur in Patauinis montibus: non quidem folio, quod ei Roris marini simile tribuitur, sed musco, quem floris uice habet, ut Myrica. Quod autem Erice uideatur etiã uocata Siderites, libro Plinij undecimo, nos eum locum in castigatione Pliniana, deprauatum ostendimus.

### EX M. VERG. COMM.

VTilibus plærisque. Qualis Salices, Vitex & Genistæ sunt: ueluti congenerem illis plantam libro uicesimoquarto Plinius Ericem adnumerat. Omnes Tamarici similem tradiderunt, floreque eius, qui solus extremo autumno ab apibus inueniatur, ultimam mellis uindemiam fieri.

Theophractus Libanotidi, quam Rosmarinũ Romani dicunt, similem fecisse uidetur. Ex quibus omnibus, non fuerit difficile notas has omnes diligenter obseruantibus, quæ nam ea nunc sit ostendere. Nobis inclinat animus, in Genistarum genere, siluestrem a nobis dictam Ericem hanc esse. Vidimus enim aliquando septembri & octobri mense, utriusque Genistæ flores. Non tamen quotannis, & ubiq; apud nos eo tempere florent. Quod cœli maiore benefitio alijs potest competere locis.

Erice in Aegypto quondam fuit, grata Isidi arbor, quæ tempestate eiectum Osyridem excepisset, subitoq; incremẽto intra se clausum operuisse. testis et autor Plutarchus libro de Iside et Osyride. Paulus Aegineta dicit discutiendi uires sine erosione habere, foliaque & flores in usu præcipue esse.

## ¶ De Acacalide. CAP. CXX.

ACacalis fructus est nascentis in Aegypto fruticis, seminis Myricę ἀκακαλὶς
quadã tenus similis, cuius aqua in qua maduerit ad collyria ad-

C ditur, quæ ad excitandam oculorum aciem conueniunt.

ABARBARI COROLL.

ACacalin, Paulus Atallida nominat. Galenus ubi meminerit, nondum comperi. Nomẽ frutici, a nympha datum crediderim Acacali, quæ ab Apolline compressa, Phylacidẽ & Phylandrum ediderit in Creta, miraculo ab Elyræis insulæ populis confecto: nutritos a capra eos fuisse: cuius rei monumentum in Apollinis quoq; delphici delubro monstrabatur. autor Pausanias. Apollonius poeta, in Argonautico, Acacalin Minois regis filiam, ab Apolline quidem uitiatam cecinit: sed quæ in Aphricam relegata, filium ediderit nomine Amphithoon, qui & Garamas quoq; uocaretur, Nasamonis & Caphauri pater, ex nympha Tritonide.

## ¶ De Rhamno. CAP. CXXI.

ῥάμνος

RHamnum alij Persephonion uocant, alij Leucacantham, Romani Spinam albam, aut Cerualem, Aphri Atadim. Rhamnus fruticat in sepibus, ramos ferens rectos, & aculeos in acutæ spinæ modũ, foliis paruis, oblongis, suppinguibus, teneris. Alterum ei genus candidius. Tertium nigrioribus, latioribusque foliis constat, & quadam tenus rubentibus, cuius rami quinum cubitorum longitudinem implent, infirmioribus horrentes spinis, innocentioribusque. Fructum ædit latum, candidum, tenuem ueluti foliculum, Hastulæ regiæ similem. Omnium folia igni sacro, & serpentibus ulceribus efficaciter illinuntur. Fama est, ramos huius ualuis, fenestrisue impositos, uenefica depellere.

DBARBARI COROLL.

Plin. li. 24. ca. 14 Theoph. lib. 3. cap. 17.

RHamnum, igniarijs utilem ferunt, præsertim conceptaculo et craticulæ. In duo genera diuiditur, nigrum, & candidum. Vtriq; fructus parentum colore. Nigrum folliculos fert, siluestreq; habetur. Huius radice decocta in aqua, fit medicamentũ, quod uocatur Lycium. Rhãnos inter Ruborum genera describitur. Hæc Theophrastum Pliniumq; secuti, diximus. Aliter a Dioscoride monstratur. Photion Rhamnum, a quibusdam Agnon, a uirtutis similitudine uocatam scribit, q̃ uenerem coerceat, ut Vitex. Rhamnum Dioscorides, a nostris Spinam cerualẽ dicit appellari. Quo argumento uideri potest, haud dissimile huic genus esse quod hodieq; uulgo Spinam ceruinam uocamus, fructu Myrti, foris nigro, intus uiridi, ob id uel ad colorem eum pingentibus idoneo. Cortex arbori subniger, & nitidus, quasi Ceraso, intus uirẽs, post luteus, lignum extra candidum, interior medulla rubet.

EX M. VERG. COMM.

SPinam antiquiores græci Rhamnum, posteriores alterius spinæ nomine, ob candoris similitudinem, Leucocantham, Romani modo hac, modo illa appellatione indicarunt, quæ alteri us erant, alteri etiam tribuentes. Quod Plinius, ut nobis uidetur, fecit: qui amuletum contra uenefica Rhamno fuit a græcis adsignatum, Aquifoliæ spinosæ pariter arbori adsignauit, libro suæ historiæ. 24. testatus, Aquifoliam arborem in domo, aut uilla satam, uenefica arcere. Nisi forte eadem uis Aquifoliæ quondam inesse etiam credita fuerit. Naso certo in Fastis suis, græcam fidem secutus, spinam albam Rhamnum dixit: ex re ipsa, & altera in græcis Rubi huius appellatione rem ostendens. Locus non longe a principio sexti libri est.

## ¶ De Halimo. CAP. CXXII.

ἅλιμος

HAlimum alij Damasonium uocant, alij Erymon, alij Brettanicam, alij Rhabdion, alij Basilion, Magi Mercurij basim, aut Osyridis diadema, alij Elystephanon, aut sacrum caulẽ, Pythagoras Anthenoron, Aegyptij Asontiri, alij Asphen, alij Asealuri, alij Asariphen, Latini Albutium, aut Ampeluciam. Halimus frutex est sepimentis idoneus, similis Rhamno, sine spinis, foliis Oleæ, sed latioribus. Nascitur in sepibus & maritimis. Folia decoquuntur ciborum gratia. Radix con-

Hosted by Google

uulsa, rupta, torminaque mitigat, drachmæ põdere in aqua mulsa pota. A
Eadem lactis ubertatem facit.

## BARBARI COROLL.

HAlimon, nostri, ut ait Plinius, Aureonem uocãt. Conuoluit se ut Hedera. Locis salsis nascitur, salsilaginemq; præfert. Sit hæc, de qua Dioscorides, & Plinius, a quibusdam Asphodelon, siue Albucum existimatam perhibent, an alia, mihi parum constat. Reperio autem in autoribus, modo affiatã, modo nude scriptam primam literam. Placet aspiratio, quoniam maritimum olus credatur, & Almytis etiam a salsilagine dicatur ab Aetio. Asphodelon appellari Halimon ab Hesiodo, quidam falso interpretantur: qui tamen error a græcis ortus, peruenit & ad latinos. De Halimo discrepant sententiæ. Alĳ fruticem esse uolunt, densum, candidũ, sine spina, foliis Oleæ mollioribus, latioribus, quæ cibo coquantur. Addunt in maritimis natum. Alĳ separant, maritimum olus dicentes Halimon, & salsum: unde nomen foliis, in rotunditatem longis, quod & mandatur, condiaturq;. Duorum præterea generum, siluestre, & mitius. Folium siluestri tenuius, maioris effectus. Crateias tertium genus facit, longioribus foliis, & pilosioribus, odore Cupressi, nascens sub Hedera. Galenus Halimum in Cilicia prouenire copiosam, ibique folia recentis in cibos recipi, & in usum condita seruari, scribit. Solinus Alimon in Creta nasci tradit, mirabili, si credamus, effectu: quod aduersa ea, fames interdiu nulla sentiatur. ut nomen inde impositum ei sit, quasi famem arcear, propterea q; nec aspirationem prima littera recipiat. Plĭ.li.22.ca.22

## EX M. VERG. COMM.

NAsci maritimis locis Halimũ, quem Plinius Aureonem nominat, hic ipse testatur. Salso autem sapore esse, & inter olera quondam in usu fuisse, præter Dioscoridem idem Plinius indicauit, falsum olus a quibusdam dici affirmans, & Plinio, Dioscoridique subscribens Paulus Aegineta libro primo. Theophractus libro quarto de historia, & libro quinto de caussis, enecandi ppinquas, & adnatas plantas uim illi adsignauit: quales multæ in natura sunt, quæ sub tracto alimento, alias perimant arbores. quales Hedera, & Cytisus est. B

Fecit in sanitatis usu, & medicina Halimi quondam usus, ut in multo ambitu nominum et appellationũ, antiquis græcis fuerit hæc planta: quæ omnes appellationes, aut superstitiosæ, aut ab illis excogitatæ sunt, aut a similibus factæ.

Credimus nos (quod Plinius .22. ait) existimasse quosdam Asphodelon ab Hesiodo Halimon uocari: ideo factum esse, quod in sepibus nasceretur: et Hesiodus in cibis etiam Asphodelum laudauerit, cum ait, nescire iniuste agẽtes, quanta in Asphodelo & Malua utilitas sit. Qua opinione semel illata, facile factum est, ut Halimus non aliter, q; Asphodelus Albucus diceretur. Albucum enim, si Plinio credimus, antiqui Asphodeli radicem dixerunt.

Quod deinde passim & in cunctis Ampeluciã dici etiam Halimon, ab alba uite, quam græci in sepibus nascentem uitem albam nominant, factum fuisse credimus. Quæ tamen omnia coniecturam, non decreta uolumus esse.

## ¶ DE PALIVRO. CAP. CXXIII.

PAliurus frutex cognoscitur aculeatus, durus, cuius semen pingue & fuliginosum inuenitur. Quod potum tussi opitulatur. Vesicæ calculos comminuit. Serpentium ictibus aduersatur. Folia & radix astrictoriam uim habent. Quorum decoctum potu aluum sistit. Vrinam trahit. Contra uenena & serpentium morsus auxiliatur. Radix recentia tubercula, tumoresq; omnes discutit, trita & imposita. παλίουρος espino bero bulgo.

## BARBARI COROLL.

PAliurus, ut in fruticum genere collocetur, in magnitudinem arboris assurgit. Ab occasu uergiliarum fructificat. Fert in siliquis terna & quaterna semina, lentorem quendam pinguem emittentia, ut lini semen contusa. Amat nasci aridis, quemadmodum & Rubi, nec minus dilutis. Folium exciduum sicut Rhamno. Cyrenis laudatissima: ubi Lotо quoq; præferunt, eodem folio, sed fructu diuerso, ut qui non latus, sed rotundus, ruberque sit nucleo, qui non sinuẽ mãditur, ut in Punicis. Magnitudo ei quæ fructibus Cedri, pauloue amplior. Nominatur ab Afris Zura, iocundus per se, atq; suauior etiã uino affusus: contra quoq; uina succo suo com- Plĭ.li.24.ca.14 Theoph. libro.3.cap.17. & lib.4.ca.4.

Commendans. Paliurus, ſpinoſa ramis, ut Rubus. Agathocles Paliurum ab Alexandrinis Connarum uocari tradit, enatam ſcribens icto fulmine ſepulchro. Vlmi atq; Pinus amplitudine, ramis frequentibus, prælongis, ſubaculeatis. Folio uiridi, rotundo, molli. Biferam. Nam & uere & autumno fructum parit Oliuæ, Phauliæ uocatæ magnitudine: cui & nucleo & carne ſimilis eſt, ſapore uincens. Crudus uirenſq; manditur. Vbi exoleuit, farinam ex eo fieri, atq; ita eſitari, nec ſubactam, nec conſperſam aqua. Ichthyophagi, piſcium carnes ſemine Paliuri condiras inueterant. Troglodytæ, ſucco Paliuri pro uino utuntur uulgo. Nam proceres florem quendam exprimunt, cuius liquor noſtrati Muſto ſimilis aſpicitur.

EX M. VERG. COMM.

PAliuro nulla certa eſt nota, propter multiplicem eius creſcentiam. Nam in aliquibus locis arboreſcit, in aliquibus fruticis naturam non excedit. Ideo diuerſa eius hiſtoria legitur. Numeraſſem et ego aliquas eius notas, niſi copioſe ab alijs de eo collecta et tradita omnia fuiſſent. Illud tantum adijcimus, noſtratem Paliurum, non ideo diſſimilem Canis ſentibus eſſe, quos græci Cynosbatos dicunt, cognataſq; et ueluti congeneres plantas eſſe Rhamnum, Paliurum, Oxyacanthum, & Canis ſentem: ideoq; a Dioſcoride deinceps tractatas, aculeatas omnes & muniendis ſepibus aptas, & ob id tantum priuatim deſcriptas. quoniam proprie ſingularum notæ aliquæ eſſent: quod in Oxycantho mox etiam dicemus.

## ¶ De Acuta ſpina. CAP. CXXIIII.

ACuta ſpina, quam Pyrinam, aut Pityanthen aliqui uocant, arbor eſt Piraſtro ſimilis, ſpinoſa, & minor. Baccas profert Myrti, plenas, rubras, fragiles, & intus nucleum. Radicem multifidam, alte deſcendentem. Huius baccæ potu, aut cibo, alui profluuium, & abundantiam fœminarum ſiſtunt. Radix illita, aculeos & ſpicula extrahit. Abortum fieri tradunt, ſi ter radice uenter, aut ſenſim feriatur, aut perungatur.

De ſpinarũ generibus plura Theophraſt. lib. 4. cap. 3.

BARBARI COROLL.

OXycãthos quæ ſit, in Plinio non comperi. Medicinas certe, quas Dioſcorides ei tribuit, Paliuro Plinius dicauit. Dicitur hæc et Oxyacantha, Olympo mõte plurima, ſilueſtrium arborum, frondis æternæ, ab occaſu uergiliarum, fructifera, flore coronario, fructu Cedri atq; Myrti. Rura modo hanc Criſpinam, quaſi acrem ſpinam uocant, ut multis placet: ex cuius acinis uinum etiam conficitur, Criſpinum uocatum, eodem fere uſu quo uinum ex malo Punico. Singulares in acinis quibuſq; nuclei ſunt. Acini oblongi, & racemoſi, congeſti, folia quoq; oblonga. Diuerſum genus eſt quod uuam fert, Criſpinam uulgo dictam, ueteribus præteritã, acinis candidis, & in maturitate dulcibus, aculeato frutice, folio apij fere, in hortis frequens. Habetur & alter frutex, æque ſpinis horridus, ſed topiarius magis, & uitis puſillæ, folio rubentis uuæ fertilis: nec in Italia modo, ſed in Germania quoq; mihi uiſus.

EX M. VERG. COMM.

FAcilis cognita & inuentu Oxyacantha hæc, tam certæ eius notæ ſunt, & tam multis locis naſcitur. Ab agreſti Piro diminuta appellatione rura noſtra eam uocant. Florem fert muſcoſum, & poſt florem racemoſum fructum, nõ diſſimilem Liguſtro. Non fuit latinis cura, quod hactenus inuenerim, illi nomen dare, nec Plinius, qnod meminerim, ſub hac uoce eius meminit. Græci a ſpinarum acuminatis cuſpidibus, Oxyacantham dixerunt: meminitq; eius pluribus locis Theophaſtus, aculeatis ſpinis infeſtam, & poſt uergiliarum occaſum, hyeme fructus ſuos maturantem.

Quę mox adiectæ illi ſunt appellationes Pyrine, & Pyrianthe, a græca, aut a latina appellatione fieri potuerunt. Si a latina, a Piro id erit: ut quemadmodum nos Piraſtrum agreſtem Pirum dicimus aliquando, ſic græci etiam latinam uocem more ſuo diminuentes, πυρίνην dixerint. Si a græca, tunc a nucleis, quos plures intra ſe fructus claudit, nominis ratio erit. In Pomis enim græci πυρῆνας dixerunt nucleos omnes, quibus exterior et ambiens caro ſubſtinetur: ut in Ceraſis, & Prunis.

Quod legebatur deinde in impreſſo, pluribuſq; alijs, καὶ ἀκανθώδιον ἄμα, ex melioribus mutuatum a nobis eſt, in ἀκανθώδιον ἄγαν. Neq; ab re, quando hic ait, agreſti Piro ſimilem Oxyacantham, minorem tantum & ſpinoſiorem:

Hosted by Google

Quo loco etiam in græcis legitur, Λιάζοιαν ἵππει καὶ βοῦν γυναικεῖον, in aliquibus, non tamen melioribus hoc amplius inueniebatur, οὖρά τε ἄγει καὶ θανασίμοισι καὶ θηριοδήκτοισι ξυνθεῖ, ideſt, urinam etiam trahit, uenenisq; & uenenatorum morſibus ſuccurrit: ea nos facile negleximus, ad ſtringendi uires Oxyacantham habere inuenientes. Et quod Paulus æginета agreſti ſimilem, figura & uiribus exæquauit, quam nihil eorum poſſe, necq; ille, necq; hic teſtati ſunt. A

## ¶ De Rubo canis. CAP. CXXV.

FRutex eſt arboris inſtar, Rubo longe maior. Folia fert multo latiora Myrto. firmis circa ramos ſpinis, flore candido, fructu oblongo, nucleo Oliuæ ſimili, qui per maturitatem fulueſcit, & flocculos intus continet. Fructus exemptis interioribus floccis arefactus, aluum ſiſtit. Feruefacti enim ij in uino, mox poti, arteriam infeſtant. κυνόσβατος

vulgo corrade es carãmujos

### BARBARI COROLL.

CYnosbatos, Caninus uulgo rubus. A Theodoro, Canirubus. Columella Sẽtem canis. fructu malo granato ſimili, ſubrubido, media inter arborẽ, fruticemq; natura, & proxima Punicę. Folium Salicis amerinæ, Theophraſto Agni. Quanq; legendum puto in ἴτεῃ, hoc eſt, ut ueſtigio humano ſimile dicatur, q̃ Plinius ita uerterit. Et ſane uiſam a ſe Rubum, quidam teſtantur, in ſiluis, hac ſpecie, ut quaſi ſolea eſſe uideretur. Flatu auerſo fructum huius legẽdum præcipiunt, alioquin periclitantur oculi. Plinius hanc ab alijs Cynosbaſton, ab alijs Neuroſpaſtum uocari ſcribit. Vuam fert nigram: in cuius acino neruus ſit: unde Neruus paſſus, dicat. Idem ſit hoc, nec ne cum eo quod Dioſcorides, itemq; Theophraſtus deliniant, conſiderandũ peritioribus exiſtimo. Rubus certe, qui ſimilitudinem Roſę fert, et Caſtaneæ ſimilem pilulam, Cynosbatos a Plinio dicta eſt. Alia uidetur eſſe Cynorhodon, de qua diximus inter Roſas. Nec illud conſtat, nunquid Rubi huius ſit Roſa, quæ Coroneola uocatur, munus autumni, odore iucundo, ſed exili, an potius Cynorhodi appellatæ. Nec illud omittere conſtituí, Cynorhodon a Cynosbato, non flore roſeo, quem fert utrumq;, ſed ſpongiolis diſtinguí, quas Cynorhodon habent, Cynosbatos non habent. Parit & uuam nigram Cynosbatos, ut prædiximus ex Plinij ſententia. Quod quidem nemo, præter eum (q̃ ſciam) confirmat. Hoc ſi error eſt, fortaſſe natus inde ſit, quoniam Hedera Cilicia, hoc eſt, Similax aſpera, Labruſcæ modo ferẽs uuas, Cynosbatos a quibuſdam uocari ſoleat, ut Dioſcorides teſtatur. Plí. li. 13. ca. 23. Theoph lib. 3. ca. 17. & 18. * * B

### EX M. VERG. COMM.

SAtis docuit Columella libro duodecimo. qualis Cynosbatos hic eſſet uaſtiſſimis ſpinis, Paliuro, Rubiſque eam coniungens, cum in conferenda ſepe præciperet, ſemina uaſtiſſimarum ſpinarum ſolo credenda eſſe: cuius generis etiam ſunt Cynosbati, quos ſua ætas Sentem canis appellauit.

Idem Cynorhoda, ideſt, Canis roſa quondam dictus eſt. quoniã flos eius roſeus ſit, & rabidi canis morſibus medeatur, ſi Plinio credimus, quod ſua ætate admonente Deo inuentum ſit. Rura noſtra paſſim eum nouerũt, maximum inter Rubos omnes, & qualem in cunctis hic deſcripſit.

## ¶ De Liguſtro. CAP. CXXVI.

LIguſtrum arbor eſt Oliuæ, foliis circum ramos latioribus, mollioribus, & uirentioribus. Flore candido, muſcoſo, odorato, ſemine Sambuci, nigro. Optimũ naſcitur in Canope et Aſcalone. Folia aſtricto riam uim habent. Quare commanducata ulceribus oris medentur. Illita feruidis inflammationibus, carbunculiſq; proſunt. Decocto eorundem igni ambuſta fouentur. Capillum ruffant trita folia, quæ in radiculæ ſucco maduerint. Flos ex aceto fronti illitus, capitis dolorem ſedat. Cyprinũ oleum, quod ex eo fit, excalfacit, emollitque neruos: quoniam miſta quæ feruenti natura prædita ſint, aſſumat. κύπρος

a manzi8 al rana. ſi eſt q̃ bolda

### BARBARI COROLL.

CYprum, quidam, ut Plinius inquit, eſſe dicunt arborẽ, quę in Italia Liguſtrũ uocat, ſemi-



Hosted by Google

Cne Coriandri, folio Ziziphi. Prefertur Canopica, post Ascalonica, ultimus locus Cypriæ. Seruius grammaticus, Liguſtrum florem ſcribit eſſe candidiſſimũ, ac uiliſſimũ. Fortaſſe hunc intelligens, qui e Conuoluolo herba naſcitur. nam & hic barbare, ac uulgo dicitur Liguſtrũ, ut in Clematide ſecũda monui. Cyprus & Hemicyprus, uaſis & menſuræ genus eſt, coquis, ut placet Iulio Polluci, cognitum.

EX M. VERG. COMM.

QVos Maro cecinit, a paſtoribus negligi, & inutiliter perire Liguſtri flores, medicinæ, & unguentariorum officinę libenter exceperũt: quanq; tamen noſtra ætate, nulla eius, aut exigua ratio eſt. cum alioqui uulgaris, & ubiq; paratus frutex hic ſit. Notum omnibus Liguſtrum. Ciſalpina Gallia omnis adhuc ſic uocat. AEthruria autẽ corrupta, deflexaq; penitus ab antiqua appellatione Ruuiſticum dicit, ſine labore cognoſcendum in ſepibus maio menſe, cum floret, autumno autem, cũ maturis baccis nigreſcit. Paulus Aegineta, ultra ea quæ a Plinio tradũtur, dicit etiam lieni plurimum conferre.

## DE TILIA. CAP. CXXVII.

φιλλυρία

Tilia arbor eſt Liguſtri magnitudine. Foliis Oleæ, nigrioribus & latioribus. Fructu Lentiſci, nigro, ſubdulci, racematim cohærente. Aſperis naſcitur. Huius folia aſtringunt. Ad eadem utilia ad quæ Oleaſter, cum aſtrictione eſt opus: maxime ad infantium ulcera in ore, commanducata, aut ſi decocto colluantur. Pota urinam ac menſes cient.

Plin. lib. 18. 28. lib. 16. ca. 14. lib. 11. cap. 8. Theoph. li. 3. cap. 4.

BARBARI COROLL.

TIliam, græci Phelyream, noſtri quoq; Phelyream, & Philyram. Sed tunicas ex ea tenuiſſimas appellant. coronarum lemniſcis celebres ueteribus, inter corticem & lignum membrana multiplici contentas, e quibus uincula Tilię uocantur. Materies mari ſenticoſa, dura, nodoſa, ruſſior & odoratior. Cortex craſſior, ac detractus ſtatim inflexibilis, ſine ſemine, ſine flore. Craſſior fœminæ arbor, & materies candida eſt, atq; præcellens, e qua Tiliæ, Philyręq; uitiles: quas diximus. Arbor hæc ſerotina, foliis dulcibus, eſculentiſq; pecori, ſed fructu animalibus omnibus inguſtabili. Teredinem non ſentit, proceritate perq; modica, uerum utilis, & operibus inteſtinis uel obedientiſſima: etiamſi Abies, ut Theophraſtus inquit, pulcherrima defendi tur. E cortice, fœminarum & cunæ fiunt, atq; ciſtæ, nauium longarum aſſeres, & arculæ, menſurarumq; nonnulla genera e ligno. Probatur & igniariis. Medulla exigua eſt, nec magnopere cætero corpore mollior. Eſt enim materia eius tota mollis, ut inter carnoſas molliſſima, caliditſſimaq; dicatur. quoniam citiſſime retundat aſcias, tincturam earum, caloris ſui ui reſoluẽs. Cæditur autumno. Cineſias poeta flagitioſiſſimus, in quem Lyſiæ oratoris plena conuitiorũ & ſtomachi legitur oratio, tam gracilis fuiſſe dicitur, ut Tinaceis aſſeribus corpori circũdatis, imbecillitatem ſuam fulciret, ut Philetas alter poeta, plumbeis orbiculis circum pedes adalligatis, ne uento ſubuerti poſſet. Theophraſtus quãdoq; nominat & Philycam. Silueſtris, inqt, arbor eſt Philyca, fronde perpetua, Olympo monte, fructum ſuum ab occaſu uergiliarũ edit, Celaſtri modo cãdida. Theodorus Philycam hanc a Tilia, ſiue Philyra differre cenſuit. Vtranq; tamen & candidam, & alendo pecori utilem demonſtratam. Legebat & ſerotinã. Celeſter porro ſilueſtris arbor perpetuo uirens. Fructum ſero perficit, atq; hyemis ſuperuentu perdit, ut quidam putãt. Cacuminibus montium gelidiſſimis naſcitur: cura deterior efficitur. Vſus ad baculos ſenibus. Plinius odoratiorem Tilię mari corticem q; fœminæ, Theophraſtus contra, fœminę quã mari tribuit. Flos caliculaceus, pediculo quiſq; ſuo annexus, uiridi, q; diu Ala baſtro includitur. Dehiſcentes ij flaueſcunt. Flores pariter cũ mitibus & urbanis. Fructus oblongus, & ad fabæ magnitudinem rotundus, ſimilis acino Hęderæ, maiuſculus, angulis quinis, ceu neruis quibuſdam in acutum depreſſis extuberat. Partitionem hanc exilior indigeſta: & omnino confuſiorem habet, maior ſi ſcabitur. Semina emittit puſilla & prętenuia, ut uideri poſſint Atriplicis. Folium Hęderæ, niſi q; ſe in acutiorem angulum rotundat, incuruum. Qua pediculo innectitur e medio ſui prodit in acumen, criſpum per orbem molliter ac ſerratum. Laurentius Valla in Herodoto, conuertit Tiliam falſo, q; autor ille Ream uocauit, quæ Salix eſt, non Tilia.

EX M. VERG. COMM.

QVæ in Corollario Barbari Tiliæ adijciuntur. ex Plinio, Theophraſtoq; ijſdem uerbis

exscripta, nihil præter compendium laboris habent. multa sane, sed tam noua, & affectata elocutione a græcis uersa, ut græcarum literarum imperiti non facile intelligant, quid sibi tinctura ferri eo loco sit: quasi Plinius, quem ille tantum amauit, ut totum iterum in Corollario suo exscripserit, non temperaturam ut celaturam dixerit, & quia græci βαφὴν dicant, ideo tincturã dicere nos oporteat, plurisq; faciendum sit quomodo aliquid fiat, quã quod & quale fuerit factum dixisse. Illud ego magis ostendi operosum, sit ne nostrati Tiliæ, antiqua illa eadem. Dico autem nostratem, quæ in AEthruria nunc ab omnibus Tilia nominatur, ex qua secandis corijs eius paratam ubiq; tabulam habent, in nullam partem rectis pectinibus, sed quacunq; parte ferramentum agatur, sequacem & cedẽtem. Ideoq; Tiliam, ut credimus, dictam, ꝙ quæ proprie quondam Tilia dicebatur, per longitudinẽ rectis pectinibus, tractabilis & fissilis sit, & ob id, ut inquit Theophrastus, texendis cistis & corbibus idonea. Plura Theophrastus lib. 3. A

## ¶ De CISTO. CAP. CXXVIII

Cistus, quem aliqui Citharon, aut Cissaron uocãt, ramosus frutex est, sed improcerus, foliosus, saxosis locis nascens. Folijs rotundis, acerbis, hirsutis. Flos masculo ut mali punici, fœminæ albet. Vis astringens. Vnde flores in uino austero bis in die poti, prosunt dysentericis. Et nomas illiti cohibent. Vetustati ulcerum, & igni ambustis cum cerato medentur.

κίστος
κίθαρον
κίασαρον

### BARBARI COROLL.

Cistos, & Cistaros, a Cisso differt, ꝙ Cissus Hædera tantum est, Cistos sui generis frutex. Quæ uicinitas, nisi quis aduertat, facile confundet intellectum. Describitur maior Thymo, folijs Ocimi. Et sane inter Hęderas mentio eius a Plinio habita est. Pręterea Hæderæ speciem uidentur auctores existimasse, qui Ladanum capris depecti tradant: quæ florem Hæderæ pauerint: cum constet ex Dioscoride fruticem, unde id fiat, Ciston uocari, speciem alteram Cisti huius, de quo nũc agimus, ut in cõmentatione post Hypocistidem proxima explicabitur. Plin. lib. 24. capite. 10.

### EX M. VERG. COMM.

Certarũt olim doctis. uiri Nicolaus Leonicenus, & Herm. Barb. de Cisto, qd tãdẽ esset. Verũ extat de ea re inscriptũ de erroribus medicorũ opusculũ, unde nos plura dicere omittimus. B

Quod uero in textu legitur, sed in fœminino, colore cãdido, hoc membrum sequaci sermonis serię certo carebit sensu. Nisi intelligatur, Ciston diuisisse antea Dioscoridem in marem & fœminam, mariq; alium, fœminæ uero aliũ adsignasse floris colorem, desyderariq; in omnibus gręcis, totam eã diuisionẽ, cuius ultima tantũ pars seruata sit, quod iam necessario, ex his quæ sequuntur, constituendum legentibus est: ut tantũ non ego eam restituerim diuisionem. pręsertim indicãte Plinio lib. 24. cap. 10. Cuius hæc uerba sunt. Ciston appellãt fruticem maiorẽ Thymo, folijs. Ocimi. Duo eius genera, flos masculo rosaceus, fœminę albet. Quasi ex hoc scriptore uerterit, ἐπὶ δὲ τοῦ θήλεος λευκά, quod debuerant alij interpretes, hiatu saltem aliquo illic relicto legentibus indicare, ne credẽtes integrũ esse locũ, inutiliter in eo laborarent.

## ¶ De Hypocistide. CAP. CXXIX.

Hypocistis Robethron, aut Cytinus a nonnullis cognominata, iuxta Cisti radices nascitur, floris Punici similitudine. Quædam flaua. Altera uirens. Tertia candida. Liquatur Acaciæ modo. Aliqui tamen exiccant, fractamque macerant, & incoquunt, reliquaq; ut in Lycio prosequuntur. Vires Acaciæ habet. Verum aliquanto magis siccat, & astringit. Prodest dysentericis, cœliacis, sanguinem excreantibus. Fœminarum profluuio & pota & indita.

ὑποκυστίς
ῥόβιθρον
κύτινος

### BARBARI COROLL.

Hypocistis, & Hypocisto, triplex huius ratio a Dioscoride proditur. Alij ruffa & candida sunt contenti, ut Plinius. In montibus Patauinis Hypocistin uidere licet, et Ciston, sub qua nascitur Ocimi folio, ut prędiximus. Flore candido quasi Rosæ siluestris. Radice lignosa & prædura: e cuius fere medio Hypocisthis uelut infixa pullulat.

EX MAR. VERG. COMM.

C QVod Ciſto adnaſcitur Cytinos, aut ueluti Cytinos, Paulus ægineta appellauit, Hypociſtidem uero ex his expreſſum ſuccum. Hic contra Hypociſtidem, quod adnaſcitur, et Cytinos etiam uocari dixit. Hic natiuam rem, ille humano opere ex eadem expreſſum in medicinæ uſum remedium appellans: non multifacienda diuerſitate, ſi quis utriuſq; conſilium et propoſitum diligentius animaduertat. Quid autem græcis, & in natura Cytini ſint, in Punica certius cognoſcetur.

Non prætereundum & hoc, quod dicit hic eius genera eſſe, ruffum, uiride, & candidum, Plinius uero ruffum, & candidum colorem illi tantum tribuit. Quo fit, ut aut in alijs uiridis ſit color deſit, aut in hoc abūdet: & quam Orobethrum hic ait appellari, neſcimus nos, an corrupta uox ſit, & Erythranum, ut in Plinio legitur, uocari eam oporteat.

## ¶De LADANO. CAP. CXXX

λάδον EST & alterum Ciſti genus, Ledō a nonnullis appellatum, frutex ſimili modo naſcens, longioribus foliis & nigrioribus: quæ uerno tempore quiddam contrahunt pingue. Foliorum uis aſtringens, atque effectus Ciſti præbens. Fit ex eo quod Ladanum dicitur. Siquidem cum Ciſti frondes paſcuntur capræ, hircique, pinguitudinem conſpicue barba carpunt, & ſuo lentore uilloſis cruribus adhæreſcentem reportāt: quā depectentes incolæ, colanteſque, cogunt in offas, & ita recondunt. Alij uero attractis funiculis, inſidentem fruticibus lentorem abſtergunt, conglomerantque in Ladanum. Maxime probatur odoratum, ſubuiride, facile molleſcens, pingue, quod arenas non collegit, nec ſquallore obſitum
D eſt, reſinoſum: quale in Cypro gignit, Arabicum uero, Lybicumq; uilius. Natura ei ſpiſſandi, calfaciendi, molliendi. Laxat ora uenarum. Capillum fluentem continet, addito uino myrrha, aut myrteo oleo. Cicatricibus decorem reddit cum uino illitum. Medetur aurium doloribus cum hydromelite, aut roſaceo infuſum. Suffitu ſecundas eijcit. Peſſis immiſtum, uuluæ duriciem ſanat. In medicamenta quæ dolorem tuſſimq; finiunt et malagmata utiliter inſeritur. Aluum ſiſtit cum uino uetere potum. Et urinam ciet.

## BARBARI COROLL.

Pli. li. 12. ca. 17. & lib. 26. ca. 8. CIſthos, ſiue Ledon, & Lada, ſed Ladanum in Arabia Nabathæis tantū naſcitur, qui ſunt e contermini Syriæ. Iniuria illa qua diximus caprarum: ſed non e Lada herba, uerum ex omni ſilua. Hoc genus Strobon uocari placuit. Eſt & genus aliud in Syria & Africa, Toxicon dictū: quia neruos in arcu lana circūdatos trahunt per ſiluas, adhęreſcente roſcida lanugine. Sed uerum Ladanum Cypri in inſula fit. quod Ceſyphum, hircorum in paſcēdo genubus atque barbis hęſit, hæderæ, ut Plinius inquit, flore deraſo, paſtibus matutinis cum eſt rorulēta Cyprus, ſiue funibus tractis, quo dictum eſt modo. Non omittendum, Hęderam quidem putari Ciſthon a Plinio, de cuius flore colligatur Ladanum. Non q̄ Ciſthos aliud nō ſit q̄ Hedera, quę Ciſſos a græcis appellata, ſed q̄ ſpecies eius una etiam ſit, a noſtrate multum diuerſa. Quandoquidem & Paulus Aegineta ſcribit Ladanū ex Hędera Ladone cognominata fieri. Et Dioſcorides Ciſthon a quibuſdam, Ciſſaron quoque dici tradit: quaſi Hederaculā interpreteris, aut Hederaginē. In Carmania & ſuper AEgyptum fruticem eſſe narrant, per Ptolomeos translatis plātis, ex q̄ Ladanū fiat. Sūt qui Ladanū gūmi modo ex arbore laxati corticis uulnere, ut Tura colligi, & caprinis pellib. excipi cōmemorēt. Adulterat Myrrti Baccis, & animaliū ſordibus. Sinceri odor debet eſſe ferus, & ſolitudinē redolens, ipſum accēſum fulgere, odorēq; iucūdum reddere. Myrtata in igne crepitant. Placet, cui e rupibus calculi potius, q̄ puluis inhęreat. Precia laudatiſſimo in libras, aſſes. 40. Aetius Ciſthon, e qua Ladanū fit, eandem eſſe cū Ciſtho noſtrate, ſub qua Hypociſthis naſcitur, affirmat: ſed calidioris naturę, ob qualitatē ſoli.

EXM.

Hosted by Google

EX M. VERG. COMM. A

TOtam colligendi Ladani historiam, omnesq; eius in medicina uires, breuissime complexus est Paulus AEgineta, testatus ex Cistho Cyprio frutice fieri, quem Ladona dicũt, quem capræ pascentes, barbis femoribusque suis, quod pingue & lentori simile in eo est, secum auferunt, idq; collectum Ladanum esse.

Neq; ut in Corollario suo Barbarus retulit, ex Hedera Ladone Ladanũ fieri is dixit, sed ex Cistho Cyprio frutice, qui Ladon uocetur. Verba eius libro sexto hęc sunt, λάδανον ἀπὸ κισθοῦ λάδωνος λεγομένης γίνεται ἐν δὲ τῇ κύπρῳ. Quod nescio ego, an Plinio fauẽs, sic uertere magis ille amauerit, an quæ Plinium Hederam & Cisthum simul miscere coegerat uocum similitudo in eo, quoniam ille Aegineta forte habuit, pro Cistho Cissον fecerit. Lubrico ab altera in alteram uocem lapsu, præsertim in imperitis & parum diligentibus librarijs, qui incognitam, neq; ubiq; nascentem Cisthum, una tantum mutata litera ad Hederam transtulerint, quã Cissον græci passim dicunt. Nec esse Cisthon Hederam notæ, omnisque eius historia satis ostendunt. Cypriamq; hanc a priore illa diuersam Dioscorides descripsit foliorum longitudine, nigredine, & pingui lentore: quoniã folia eius priuatim sibi inhærentẽ, ad Ladani confirmationẽ per uer ostendant. Fecitq; coloris nigredo, quæ folijs huius a Dioscoride tribuitur, ut in priore illa, quod erat σρυφνὰ μέλαινα dixerimus, testantibus id aliquot ex antiquioribus græcis, in quibus μέλαινα. i. nigra, non σρυφνά. i. acerbi saporis adhuc legitur. Et quod hic ait, in altera hac Cistho, longiora, & nigriora folia esse: quam comparandi uim & rationẽ si quis diligentius animaduerterit, facile intelliget, cõgenera esse oportere, quæ intuicẽ cõparant nigro colore folia esse.

Addidimus præterea, mellis modo per colum liquant. Sic in antiquioribus græcis legẽtes, ὧν ἀφαιροῦντες ὡσ μέλι διυλίζουσι, non ob aliam ut nos credimus causſam, nisi ut qui caprarum & hircorum pili in Ladano erant secernerentur.

Quomodo autem per se Saligneum qualum castratis alueis liquetur, purgeturq; mel, undecimo libro satis Columella ostendit, & ab eo liquandi purgandiq; Ladani similis ratio poterit cognosci. Quam deinde adstringendi uim, Ladano Dioscorides tribuit, Paulus AEgineta ad capilli defluuia tantum contrahit.

## De Hebeno. CAP. CXXXI.

HEbenus optima habetur Ethiopica, & nigra, nullos habens uenarũ discursus, factitij Cornus leuitate. Cum frangitur, dẽsa apparet, mordens gustu, atque astringens. Suffitur iucũdo odore supra carbones sine fumi tędio. Recens autem ad ignem prolata ob pinguitudinem accenditur, & trita, ad cotem flauescit. Altera est Indica internatis segmentis candicantibus, & modice fuluis, item frequentibus maculis. Cæterum prior, bonitate antecedit. Apud quosdam sesamina, aut spinea ligna Hebeni uice ueneunt: quod discernitur ex eo, quod fungosa sunt, & in purpureas assulas resoluuntur, nihil mordacitatis in gustu, nec redolentiæ in suffitu præferentia. Caliginem oculorum abstergit. Ad ueteres distillationes, pustulasque mirum in modum pollet. Si quisquam facta ex eo coticula collyrijs utatur, melius proficiet. Ad oculorum medicamenta efficax est, si scobes, ramentaue uino Chio die noctuque macerata, in collyria digerantur. Nonnulli prætrita ramenta excolant, reliquaque eundem in modum peragunt. Alij pro uino aqua utuntur. Vritur in fictili nouo, donec in carbones redigatur. Lauatur plumbi modo, & ita siccis lippitudinibus conducit.

ἔβενος B

vulgo guaia cum vel lignum sanctum, vel lignum indum.

BARBARI COROLL.

EBenus, siue Ebenum, spissitudine ligni & pondere, in aqua non innatat, sed mergitur tantum, non tota ut Buxus, cui similis esse dicit, sed pars eius medullacea. Decorticato summa ni

C gricies. Ebenus cęsa durescit in lapidē, ut iam uideat hodie quoq; parti saxū, parti lignū, ceu inchoato opere, non perfecto. Duo genera eius. Rarū id, quod melius, arboreum, trunco enodi. Alterum fruticosum, Cytisi modo, tota India dispersum. Ebenus Ethiopica, nō alia, q̄ Palmarum generis esse traditur. Lignū Ebeni, Galenus, si quis aqua infusa terat, in succū inquit resoluitur, ut nonnulli quoq; lapides. Magnus Pompeius in triūphum Mithridatico bello duxit Ebenum. Pausanias a Cyprio quodam medico accepisse tradit, Ebenū radicem tantum esse terra conditam, nec folia, nec fructus ullos edere, propterea nec omnibus inuentu facilem, sed in Ethiopia quosdam esse huius operis artifices, hoc est, Ebeni scrutandi gnaros.

EX MAR. VERG. COMM.

MAro Indiam tantum ferre eā arborē cecinit. Vnus Pausanias in Atticis nec folia, nec fructus ferre prodidit, neq; a sole conspici, sed sub terra tantum radices esse, quas fodiant Ethiopes, sintq; in ea gente eruscandæ Ebeni peritissimi aliqui.

Hanc Theophrastus, arborem cortice Buxo similem testatus est, decorticatā deinde nigro colore fieri.

Interim legentes monebimus, suspicari nos, nec leui argumento in cunctis græcis uitiū illic, ubi nos uertimus, pro Ebeno uendi a quibusdam, Spinæ Indicæ, & mori materiam. Quo loco, Spinæ Indicę addidimus, & pro Sesamino ligno, mori mutauimus. Spinę enim nihil adiectum legebatur, nec legentibus licebat ex tam multis spinis, quę diuersæ toto orbe nascunt, quam hic diceret intelligere. Idq; autore Plinio fecimus lib. 12. dicente ibi. Et Spinæ similis est, sed deprehensa uel lucernis igne protinus transiliente, quod uera Ebeno fieri hic apte testat.

Præterea quod erat, σκσάμινα, a Sesamo in frugum genera adiectiuo nomine συκάμινα legendum esse arbitrati, mori materiā uertimus. Quid em̄ frugi simile cū arbore? aut q̄d potest Sesamum lignū intelligi? Fuit autē facilis in tanta uocū similitudine ab altera in alterum lapsus.

## De ROSA. CAP. CXXXII.

ῥόδον

ROsa refrigerat & astringit, sed sicca multo magis. Succus recentibus folijs exprimitur, desectis forfice unguibus, sic appellantur

D cādidæ foliorum partes, reliquum in pila premi & teri debet in umbra, donec cogatur, & ita ad oculorum circumliciones recondi. Siccantur etiamnum folia Rosarum, continuo uersata, ne muceant, ueue situs in ijs insideat, Aridis Rosis & in uino decoctis, expressus liquor, facit ad dolores capitis, auriū, oculorum, gingiuarum, sedis, recti intestini, ac uuluæ, pina illitus, aut infusus. Eadem sine expressione tusa, præcordiorum inflammationibus, humidis stomachi uitijs, igni sacro illini prodest. Siccis ac tritis femina asperguntur. Misceri solent uulnerarijs antidotis, atq; compositionibus quas Antheras uocant. Folia uruntur in calliblephara. Flos qui in medijs Rosis inuenitur, siccatus, gingiuarum fluctionibus efficaciter inspergitur. Capita pota citam aluū, & cruentas reiectiones sistunt.

BARBARI COROLL.

Plin. li. 21. capite. 4. Theophr. lib. 6. cap. 6. & 7.

ROsam, græci Rhodon, & Poetæ Brhodon, sed plantam eius Rhodoniam, ut nos Rosariū appellant. Est & condimēti preciosi genus Rhodonia, quam & Rhoduntiam Patellam uocāt, ex cerebellis auiū & porcorū, in multa Rosa coctis, insuso garo, oleo, uino, pipere, ouorum luteis. Differt a Patella Rhodūtia, quæ Rhodiaca olla dicitur. Figlinę genus hoc. Permixtis, ut inqt Aristot. myrha, iunci flore, croco, balsamo, cinamomo, amomo, coquit ad arcendā ebrietatem, si excalfactis ijs uinum infundatur. Origo huius e Copto prima, ut inquit Atheneus: unde Coptica fidelia. Sed redeo ad propositum. Rosam, Timachidas, qui de cœnis scripsit, in Arcadia Eumphalon, ab odoris præstantia uocari tradidit. Ergo Rosam aculeatam ramos nemo ignorat. Folia interna, quæ admodum exigua sunt. Item ex maioribus, externa minus odorata. Inter amplas odore præstant, quibus ima pars scabra & corticia est. Vsta recisa, translata fit melior. Siluestres ex toto asperiores, odore, colore, magnitudine superantur. Rosa ut nouissima erumpit inter omnes flores, ita prima desinit. Satiua excepta. Rosæ

uita

Hosted by Google

uita quinquenniũ, non inciſæ, nec aduſtæ. Illo enim modo iuuenescit. Flos ſeneſcẽtis deterior. A
Capita foliorum eius, parteſq; candidę, Vngues uocant. In flore aliud Semẽ, aliud Capillus.
In capite, aliud Cortex, aliud Calix. Coronas e Roſa, quæ pactilibus & ſutilibus ſuccelſerũt,
Roſalia dixere ueteres. Nec erat ijs gratia, niſi folio ſolo nexis. Recens a longinquo olet. Sicca
propius. Serenis diebus lecta odoratior. Itẽ ſiccis, ruderatis, gracilibus. Omnis Roſa germinat
granoſo primũ incluſa cortice: quo mox intumeſcẽte, & in uirides alabaſtros figurato, ſenſim
adrubeſcit & panditur. In medio calicis lutea ſtamina, ſub quibus ſemen inſidet. quæ proprie
flores dicuntur. Deſitum eſt ſeri ſemine, cum alioquin ꝓſilit. quoniam ſero ita naſcatur. Gene
ra eius prope nimia. Celeberrimum Præneſtinæ, quæ nouiſſime deficit. Campanæ, quæ præ-
quox eſt. Mileſiæ, cuius color ardentiſſimus. Serotinæ, duodecim folia nõ excedentis. Proxi-
mam fecere Trachiniam minus rubentem. Mox Alabandicam uiliorẽ, albicantibus foliis. Vi
liſſimam pluribus, ſed minutiſſimis, Spermoniam. Malo Plinii ſic legi, q̃ ſpinolam, aut ſpino
ſam. Ita enim, ſiue ꝙ minutiſſimo folio, ſiue ꝙ uiliſſima ſit omniũ, rectiſſime uidet appellata.
Sunt qui Sycioniam legendũ putent. Nulli folia quinis pauciora. Campaniæ Cẽtifolia tribui-
tur. Et Philippis in græcia, a Pangeo monte uicino tranſlaticia, numeroſis foliis ac paruis. Nec
tamen talis odoratiſſima, nec cui latiſſimũ, maximũq; folium. Ideo nec coronas intrat Centifo
lia, niſi extremos uelut ad margines. De Lichny Quinquefolia, quæ inter Roſas quoq; nume-
rari ſolet, & græca, ſeu græcula uocatis, ſuo loco dicet Quinquefolia. Eſt & alia Græcula appel
lata, conuolutis foliorũ paniculis, nec dehiſcens, niſi manu coacta, ſemperq; naſcenti ſimilis,
latiſſimo folio. Alia funditur e caule Maluaceo, folia oleacea habens, Muſceton (eſt ubi ace-
ton legatur, & Moſceuton, a propagine, Viuiradiceue, quã græci Moſceuma dicũt) uocata. At
que inter has media magnitudine, autũnalis Roſa, quã Coroneolam uocamus, in Rubo natã,
iocundi odoris, ſed anguſti, ut in Cynoſbato monſtrauimus. Reliquæ ſine odore, hoc eſt, Mal
uacea, et duæ græculę. Semen Roſæ in ipſo cortice eſt ſub flore, optum lanugine. Precox Roſa
emergit, ſi pedali ſcrobe ab radice facta, calidam infuderis. germinare incipiẽte calice. In Hiſpa
nia Chartagini, præcox Roſa, hyeme tota uiſitur. Vnũ genus inſeritur pallidæ, ſpinoſę, longiſ
ſimis ſurculis Quinquefoliæ, quæ Græcula altera eſt. Niſi quis hoc quoq; loco, ſpermonię, nõ B
ſpinoſæ legerit in Plinio. Satis ambigo, Coroneola ſit Cynoſbati, an Cynorhodi flos. Quan-
quam Cynoſbati magis puto. Cynorhoda porro, ſilueſtres Roſæ ſunt, ſpongiolis penicilliſue
inter medias eius ſpinas naſcentibus, unico aduerſus expaueſcentes aquã, a morſu canũ, reme
dio, nec fere ante Plinium comperto: unde nouatũ ei nomen crediderim. Quanquã Ariſtote-
les hanc uidetur appellaſſe Cynacanthẽ, hoc eſt, Canínam ſenticem, Cantaridũ feracẽ, ut dice
mus ſecundo libro, in mentione Cantaridum. Eſt & Cynorhodos alia, ſed Liliũ, ut monſtrabi
mus. Nihil dubito, Cynorhodon aliud eſſe, q̃ Rhododaphnẽ. Eſſe aliquos flores, Roſis co-
lore ſimiles, arboribus in externo mari natis, autor eſt Theophr. Columella punicã Roſam uo
cando, aut rubentẽ, aut ex Africa tranſlatã ſignificat. Roſam triplex comitatur fabula. Nõ niſi
candidã per initia fuiſſe. Mox uulnerato Veneris pede, dũ Adonidi, quẽ Mars zelotypus, in-
terfecerat, opẽ latura, ꝑcipiti curſu per dumeta rapit, adrubuiſſe. Alij ſanguine Cupidinis, ut
Auſonius, alij nectare affuſo, ala Cupidinis, in Deorũ conuiuio laſciuientis, illiſa poculis.

## EX M. VERG. COMM.

GEnera Roſarũ multa Theophraſto primũ, mox Plinio fuerũt, ex foliorũ numero ꝑcipue
diſcreta. Poſt quę nõ male aliqs forte credat, alia etiã extitiſſe, et noſtra ætate adhuc quoq; eſſe:
tantopere diuerſis locis per ſe, & humano ope coacta, uariat natura ſuas opes.

In cũctis fere græcis a principio ſtatim deerat, ῥόδα φύχει καὶ σύφει. τὰ δὲ ξηρὰ μᾶλλον σύφει, cũ tñ
ex melioribus legi oporteret, νεαρὰ φύχει καὶ σύφει. ut ſit ſenſus. In roſis refrigerare, & adſtringe-
re recẽtes: ſiccas uero amiſſa refrigerãdi poteſtate ſolũ & efficacius adſtringere. Indicat id, præt
antiquorũ fidẽ, res ipſa, & ſermonis ordo, in q̃ altera pars ꝙ contrariã diuiſionẽ illata, cõtrariã
ſibi alterã exigit: cũq; in poſteriore de ſiccis ageret, oportebat in priore de recẽtibus actũ fuiſſe.

Sequitur deinde non multo poſt, quod penitus corruptum ſit, facilem cõiecturam habet.
Docet enim Dioſcorides, deſectis foliorum Roſæ unguibus, terendum in mortario reliquum
corpus, exprimendumque, & in umbra habendum ſuccum donec denſetur. Sed non poteſt,
ex his quæ nunc leguntur hic ſenſus colligi. Nos quoniã illic, mortarium, & umbra eſt, & do
nec denſetur, eo ſenſu qui legitur, Serapionis ope reddidimus. Quod donec certius aliquid ab
alijs inueniatur, a legentibus accipi uolumus.

Quod deinde erat, ξηρὰ δὲ λεῖα παρὰ μὴρῳ πραπάσεται, nullo ſenſu ex antiquorum & melio
rum codicum fide inſtauratum eſt, παφατρίμμασι μυρῶν, id eſt, femorũ intertriginibus.

De Rhoſeis

## De Roſeis paſtillis. CAP. CXXXIII.

ῥοδίδες

PAſtilli quos Rhodides uocãt, hac ratiõe cõficiũtur. Roſarũ uiridium, quę nullo anteà humore madefactę exaruerĩt, drachmę. xxx. Indicę Nardi drachmę. x. Myrrhę drachmę. vi. tritę digerũt in paſtillos, q̃ obolorũ pondus æquent. Siccaticę in umbra, in fictili non picato, atcę obturato reconduntur. Alĩ adĩciunt Coſti drachmas duas, Iridis illyricæ totidem, & uinum Chium cum melle miſcent. Mulieribus monilium loco uſui ſunt, ad retundendum graue ſudoris uirus. Tritis etiam utuntur ad illitiõnes, & diapaſmata quæ fiunt ad ſudores coercendos, ita ut a balneis inareſcant corpora, dein frigida aqua abluantur.

EX M. VERG. COMM.

SImilem, non tamẽ eandẽ Dioſcoridi Rhodiorũ confectionẽ Pau. AEgin. lib. 6. docet, neq̃ eodẽ genere eã appellat: hic fœminino Rhodias, ille neutro ῥοδίδιον uocat, ſubetque recẽtibus Roſis et eodẽ põdere ipſe etiã cõfici. Latini, q̃d eqdẽ inuenerim, de his nihil tradiderũt, Romana grauitate blãditias amorum, & uoluptatũ illecebras docuiſſe, indignum exiſtimantes.

## De LYCIO. CAP. CXXXIIII.

λύκιον

πυξάκανθαν

LYcium, quod aliqui Pyxacanthan uocant, arbor eſt ſpinoſa, ramis trium cubitorum, aut longioribus, foliis Buxi, denſis, fructu Piperis, nigro, leui, amaro, denſoq̃, cortice pallido, non diſſimili Lycio madefacto, radicibus multis, obliquis, lignoſis. Naſcit plurimum in Cappadocia, Lycia, & plæriſque alĩs locis. Aſpera loca amat. Coquuntur rami cum radiculis tuſi, & ante per aliquot dies macerati, tũ abiectis lignis denuo liquor coquitur, donec mellis craſſitudo fiat. Adulteratur id Lycium adiecta decoctioni Amurca, aut Abſinthĩ ſucco, aut felle bubulo. In natans ſpuma inter coquendum exempta, oculorum medicamẽtis additur. Reliquo ad alia utũtur. Simili modo fit Lycium, ſemine expreſſo & inſolato. Optimum quod uri poteſt, reſtinctumque rubentem ſpumam oſtendit, glebis extrinſecus nigris, intus cum fregeris ruffis, inguſtabile, cum amaritudine aſtringens, crocino colore, cuiuſmodi Indicum eſt, cæteris præſtantius. Lycium aſtringit. Caliginem oculorum diſcutit. Genarum ſcabiem, pruritus, uetereſq̃ fluctiones ſanat. Facit ad purulentas aureis, exulceratas gingiuas, tonſillas, labiorum fiſſuras, ſedis rimas, attrituſque illitum. Cœliacis, dyſentericis, potum inditumq̃ conuenit. Datur ſanguinem excreantibus, & tuſſi ex aqua. Contra rabioſi canis morſus in catapotio deuoratur, aut in aqua bibitur. Flauos facit pilos. Paronychĩs, ulceribus quæ ſerpunt aut putrent, medetur. Fœminarum profluuia appoſitum ſiſtit. Rabioſorum ictibus ex melle potum, aut uice catapotĩ deuoratum, auxiliatur. Tradunt Indicum fieri Lycium, ex frutice Lõchitide appellato. Ea ſpinarum generi aſcribitur, ramos rectos habens, ternum cubitorum longitudine, maioreſue, Rubo craſſiores, a radice numeroſos. Fructus cortex rubeſcit. Folia Oleæ ſimilia. Herba in aceto decocta proditur lienis inflammctionibus, & regio morbo mederi. Et

λυγχίτιδος

fœminarum

fœminarum purgationes elicere. Asseuerant etiam crudam in potu, eosdem effectus præstare. Semen cyatho dimidio potum, pituitam expurgare. Venenis quoq; auxilio esse. A

## BARBARI COROLL.

LYcij, tum spina ipsa, tum succus ex ea, dicitur Pyxacanthos. Chironias in Græcia uocatur. Frutex, unde Lycium fit, adulteratur asphodeli radice. Item spina, in Pelio monte nata. Medicinæ aptissimum intelligitur, quod est spumosum. Indi Camelorum, aut Rhinocerotum (hi boues Aegyptij sunt) ut Festus inquit, utribus condunt. Lycium foris nigrum, intus russum, cito nigrescens cum fregeris, optimum ex indico frutice. Aliter Dioscoridis Lycium, ex radicibus quoq; syluestris Rhamni coctis conficitur. Nomen Lycio inuentum puto, quoniam è Lycia inueheretur, præcipuum urbe Patara, quan q̃ Indicum omnibus præfertur. Plini. lib. 24. capi. 14.

## EX M. VERG. COMM.

QVæ a Plinio lib. 12. & 24. longius dicta sunt, parata & exposita omnibus relinquimus. Lycium ideo dictũ est, quod probatissimũ, & quotidie ex Lycia ad alios importaret.

Quod in impresso legebatur, ῥίζας δὲ πολλὰς πλαγίας, radices numerosas & obliquas, una tantum mutata litera, πλατείας, ideſt, latas uertimus.

Expunximus deinde aliqua. bis enim idem importune repetebatur, in quo iterum contra rabidi canis morsus sumi Lycium Dioscorides iubet. Et quoniam in uetustioribus aliquibus, pro melle eo loco lac legebatur. Ex Plinio remedium aliud illic instauraui mus, dicentes sistere Lycium fœminarum profluuia appositum, aut cum lacte potum. Locus est libro uicesimo quarto, cap. 14.

Suspicamur præterea ab eo loco quo ait, fertur Indicum fieri Lycium, sequentia parum esse legitima, qui cum semel in India nasci buxeam spinam dixisset, idq; pro comperto docuisset, ad famam & aliorum fidem transferre rem non debuerat, nec quod semel a se decretum fuerat, ex aliorum dictis infringere. Suspicionem nostram auget, quod plures illic uoces sunt parum propriè, & huic scriptori insolitæ, potuitq; ab antiquiore aliquo medico ex alicuius historia, omnis ea pars Dioscoridi accreuisse, et paulatim in unum corpus coaluisse.

## ¶ De Acacia. CAP. CXXXV.

ACacia in Aegypto nascitur instar arboris, frutice spinoso, non se in rectum attollente. Florem habet candidum, & semen Lupino simile in folliculis, ex quo succus expressus siccat in umbra, niger ex maturo semine, subruffus ex uiridi. Eligatur modice ruffus & odoratus. Aliqui folia cum semine exprimunt. Manat & gummi ex ea spina. Vis ei ad spissandum, refrigerandumq; efficax. Succus oculorum medicamentis utilis. Valet ad ignem sacrum, ulcera quæ serpunt, perniones, pterygia, et oris ulcera. Procidentes oculos reprimit. Mensium abundantiam sistit. Prociduam uuluam cohibet. Citam aluum supprimit, aut potus, aut inditus. Capillos denigrat. Lauatur oculorum medicamentis, trito in aqua, mox effuso quod concreuerat, donec pura extet aqua. Et ita cogitur in pastillos. Vritur etiam in fictili nouo fornacibus, torreturq; in carbonum halitu perflata. Spinæ decoctum solutos artus fotu committit. Præfertur eius spinæ gummi, quod in uermiculorum speciem contrahatur, & uitri modo perluceat, ligni expers. Proximum est candidum. Sordidum uero ac resinosum inutile. Cutis meatus obstruit. Et medicamentorum quibus ammiscetur, acrimoniam hebetat. Ambustis ex ouo illitũ pustulas non patitur erumpere. B ἀκακία

BARBARI COROLL.

C ACaciam fundentem, idem uideo accepisse autores, cum spina ægyptia. Testis Oribasius,
Pli.li.24.ca.12 & Aetius. Nisi q̃ acacia, etiam aliubi q̃ in Aegypto nascitur. Hæc & syria quoq; spina dicitur.
In Aegypto, alba, nigra, & uiridi arbore conspicitur. Arbor tota horret aculeis, excepto caudi
ce. Prętendit eos & germinibus & foliis, ligno in duodena sæpe cubita procero. Cędit rectis &
nigra, nauium costis, incorrupta, etiam in aquis ui. Candida facile putrescit. Semen in Siliqs
ad coria perficienda, Gallæ usu. Flos & coronis addi blandus, & medicamentis petitus. Ma-
nat & gummi ex ea, cum sponte, tum plaga, non e cortice, sed e uase. Præcipua utilitas, q̃ cę-
sa, anno tertio resurgit. Numerosa omnino arbor: ingenti sylua eius Thebaica prefectura: ubi
& olea, & quercus, & textilis persica. Prouenit & in Galatia, teneritudinis summæ, spinosior
arbore. Colligitur autumno semen: quoniam collectum maturius, nimis uehemens. Spissatur
succus ex folliculis, aqua pluuię, maceratis mox in pila tusis exprimitur. Tum densatur in so-
le mortarijs in pastillos. Acacia uocatur, arboris uidelicet suæ nomine. Fit & e foliis per se, mi
nus efficax. Galaticę Acacię nigerrimus improbatur. Itē qui ualde ruffus. Placet purpura, aut
leucophea, & quę facillime diluitur. Nunc Acaciam ex sylueſtri Pruno colligit officinarū desi-
dia. Illud meminerimus, semē ægyptię, a Dioscoride lupino simile reddi ponticę, seu quod idē
puto, galatiacę lenticulę. Plinius nihil distinguit, sed utrunq; semen, lenticulę par existimatur,
minore tantum grano & folliculo. Demetrius adserit in Aegypto spinā, quę sit arbor, ramos
coronarum specie natiua effundere, in quibus semen rotundum sit, flore subobscuro. Ex hac
Tindicas, & Abylęas coronas in ægypto fieri, docuimus in Myrto. Spinam porro ægyptiam,
sunt qui & arabicam uocarint, ut Dioscorides & Galenus. Non est superfluum, ut spinarum
hoc loco genera subijciam, quę nominis cōmunione greci, legentibus dubitationem afferunt.
Acanthos, siue q̃d idem est, spina uulgaris, ut quidam coniectantur, acantha, pyxacantha, o-
xyacanthos, leucacanthos, acanthaleuce, tragacantha, acantha arabica, uel ægyptia, acantha
indica, acantha ariana, acantha babylonia siue regia. Adduntur a latinis, spina sitiens, spina
pennata in ægypto, spina appendix, spina bunia. Diuersa omnia, decem & septem numero.
Accedat ijs Galatica, siue Pontica, siue Cappadocica: de qua proximo capite differitur. nam
sylueſtris quæcunq; spina, Calabrix uidetur esse nominata.

EX M. VERG. COMM.

D COniunximus in Acacia, ueterum græcorum fidem secuti, quæ male in duas secesserant
parteis, unoq; capite, ut res ipsa etiam exigebat, fecimus de omni Acacia a Dioscoride doceri.
De qua non eodem modo, Oribasius, Aetius, Pliniusq; & alij docuerunt, sed non facilis
nostra ætate commentatio est.

## ¶ De Acacia altera. CAP. CXXXVI.

ALterum Acacię genus in Cappadocia, Pontoq; prouenit, ægy-
ptiæ spinæ similitudine, longe minor, tenerior, humilis. Acule-
orum uallo munitur, folia habens Rutæ. Semen lenticula minus fert au-
tumno, in loculis ternum quaternumq; seminum capacibus. Succus eius
adstringit, uiribus inferior. & ocularibus medicamentis inutilis.

BARBARI COROLL.

Pli.li.24.ca.12 ACACIA hæc, a Plinio Galatiæ tribuitur.

## ¶ De Amurca. CAP. CXXXVII.

ἀμόργη AMurca expressæ Oliuæ recrementum est. Decocta in cupreo
uase ad crassitudinem mellis, adstringit, cæteros prębens Lycij ef-
fectus. Insuper dentium dolori, & uulneribus, cum aceto, uino aut mul-
so, commode illinitur. Additur in medicamenta ocularia, & meatus ob-
struentia. Vetustate meliorem fieri constat. Vtiliter infunditur sedis, ge-
nitalium, & uuluæ exulcerationi. Si uero cum omphacio recoquatur ad
mellis crassitudinem, carioſos dentes extrahit. Iumentorum scabiem cū
decocto lupini & chameleonte illita sanat. Cruda & recenti amurca po-

Hosted by Google

dagras, articularioſq; dolores foueri utiliſſimum. Peruncta in uilloſa pel A
le, & hydropicis impoſita, tumoris molem reprimit.

BARBARI COROLL.

INter inumeras Amurcæ laudes, agricolarum uſibus a Catone prædicatas, illa maxime me Pli. li. 15. ca. 8.
morabilis, q̃ ligna macerata liquore eo, nullius fumi tedio ardent. Græci ἀμόργην uocant, etiã fecem quãdoq; uini. Item genus herbę purpureę, qua ueſtes tingantur, Amorginę a græcis ap pellatæ. Sed & tenuiſſima pars harundineæ paniculæ, dicitur Amorgis. autorẽ habeo Pho tionem grammaticum.

EX M. VERG. COMM.

COCTuram Amurcæ, certius primo ruſticarum rerum libro docuit Mar. Varro, quam condi in domeſticos uſus iuſſit. Si quis præterea Amurcæ laudes alias, & multiplices uſus no uiſſe uelit, poterit autoribus Mar. Catone, & Plinio diuerſis locis quod cupit inueniſſe: eritq; illud homini ſaltem laboris huius operepreciũ, ut naturam diſcat, nihil tam ſordidum eſſe, & ingratum genuiſſe, quod in hominis uſum beneficio aliquo non inſtruxerit.

¶ De Vitice. CAP. CXXXVIII.

AGnon aliqui Agynon, alij Lygon uocant, alij Amictomiænon, ἄγνος ἄγνυσθ
alij Tridactylon, magi Semnon, alij Hæma ideos. Aegyptij Sũ, λύγος
Romani Salicem marinam, alij Piper agreſte, alij Lecriſticũ. Vitex, ſeu ἀμικτομίαινος
caſtus frutex eſt, in arborem aſſurgens. Naſcitur in fluminum ripis, aſpe τριδάκτυλος
riſq; locis, ac torrentium alueis. Ramos gerit prælongos, fractu peruica σεμνός
ces, folia Oliuæ, ſed molliora. Duo genera eius. Vna harum album florẽ αἷμα ἴδαιον
mittit cum purpureo, altera tantum purpureum, et ſemen ut piper. Excal
factorias uires habet, & aſtrictorias. Semen eius potũ, uenenatis ictibus, B
aquæ quæ cutẽ ſubijt, lienoſiſq; auxiliatur. Lac euocat. Menſes ciet, dra
chmæ pondere in uino potum, Geniturã exoluit. Caput tentat, & ſo
porem affert. Decoctũ hærbæ & ſeminis in deſeſſione, mulieribus uul
uæ malo oportunis opitulatur. Item inflamationibus. Purgationes mo
uet ſemen cum Pulegio potum, etiam ſuffitu, uel appoſitu. Capitis dolo
rem diſſoluit illitum. Inſtillatur cũ aceto & oleo capiti in letargo & phre
nitide. Folia ſuffitu, aut ſubſtratu fugant uenenata. Illita quoq; ſerpen
tium morſibus auxiliãtur. Teſtium duricias cum butyro et folijs uitium
emolliunt. Rimas ſedis ſemen cum aqua illitum mitigat, & cum folijs me
det luxatis, uulneribuſq;. Virgã qui manu teneat dũ iter facit, negat inter
triginẽ ſentire. Agnũ, quaſi dicas purũ, uocãt Græci. qm̃ matronę in theſ
mophorijs Athenienſium caſtitatem cuſtodientes, folijs cubitus ſibi ſter
nunt: et Lygon, quaſi uimen, propter inuictã fere ramorum flexilitatem.

BARBARI COROLL.

AGnos, ſiue ut Hippocrates appellat, Agne, dicitur latine Vitex. Non habeo tm̃ plane cõ pertũ, an ſalix amerina, idem q̃d Agnos Vitexq; ſit, & ſi Dioſcorides hoc affirmat. Et ipſe ita cenſeo. Vitex, non multum a Salice uulgari diſtat, uſu uinculorum, foliorum q̃q; aſpectu, ni ſi odore gratior eſſet. Semen potum, uini quendã ſaporẽ habet. Duo genera eius. Maior in ar borẽ Salicis mõ aſſurgit, flore candido, unde Candida quoq; dicitur. Minor ramoſa, folijs al bioribus, lanuginoſis, purpureo flore, Nigra nuncupata. Naſcuntur in paluſtribus cãpis. Se men uiticis, Galenus mandi cum bellarijs ſolere ſcribit, uſu tragematis. Ita em̃ minus officere capiti. Lygon, Lygeanq; græci uocãt & arborem, & quoddam herbę genus, q̃d, ut inquit Athenęus, in nidos ſuos pariturí cygni ferant. Nec tm̃ ſatis habeo compertũ, hanc, quam cygni petant herbam, aliud genus oportere intelligi q̃ uiticem. Inuenio & ſcopas amerinas, ſpartis

C similes describi, folio tamen minore, sed lenticia uirgularum maiore, quas, sunt qui genistillã amerinam uocitent, hoc tempore. Corolla e Lygo usos esse ueteres, Anacreonti poetę credimus: cuius originem Samij, Caresq; dederint, diuersis caussis. Nam & Lacedęmones arundine certis sacris, ut autor est Sosibius, coronabantur. Aristophanes quoq; autor est, coronas ex arundine factitari solitas Athenis: quas & dioscuris, hoc est, Castori et Polluci dicatas fuisse cõstat, ut frugales atq; simplices. Lygõ & Aegylin qñq; dici lego. Itẽ Mosyn, & Oesyari, et Oesõ, et Oesocarpon, ut Polluci & Photioni uidet. Vñ Gerra oesyma, hoc est, quadrata quędã tuguriola ex huius salicis uiminibus: quę Ligella q̃q; nominant a Plauto in Aulularia, forte a Lygo. i. uitice, aut a ligãdo. Adijciendũ illud uidet, q̃ hic a Dioscoride scriptũ ẽ, Viticẽ a q̃busdã Lecristicum uocari, putare me in eo uerbo mendã esse. Nec lecristicũ, sed a similitudine saporis & acrimonię Liguslicũ legendum. Nam & piper agreste dici uiticem, idem autor affirmat.

EX M. VERG. COMM.

VOcatur Agonos, non alia ratione, quam quod semen genitale diminuit.

In Amictomiæi uoce, & si non sint integra omnia, antiquæ tamen integritatis, et significationis aliqua adhuc supersunt uestigia, ex quibus facile coniectura est, fuisse eius uocis compositionem, quæ ad uenerem misceri cum mare prohiberet.

λύγος quoq; .i. flexilis, ἀπὸ τοῦ λυγίζειν. A rubore uirgarũ sanguis dictus est. Itẽ Semnos, idest, uenerandus, q̃d incontinentiã arcet. Ligusticum, a similitudine saporis. Piper agreste, q̃a piperis naturam explet.

Amerinam salicem a Romanis græcorum Agnum dici, aperte Dioscorides testat. Sed uerum id sit, in Plinij & Columellæ lectione diligentiores facile cognoscent. Nobis inclinat animus, ut negemus græcorum ἄγνον, Romanorum salicem esse, suspicamurq; adiectam ab imperitis latinarum rerum græcorum medicis eam Dioscoridi appellationem accreuisse. Tam em Viticis, quam Amerinæ salicis uocem nouisse quõdam Dioscoridem, uerisimile est: & ex quo Plinius aperte docet, Viticem latinis esse, quæ græcis Lygos & Agnos, nec multum a salice utiliũ usu distare, non credendum, in ea appellatione deceptum diligentissimum alioquin & ex professo hæc agentem hominem.

Theophrastus, quod Oleæ folia habet, composito nomine ἐλαιάγνου uocauit.

## ¶ De Salice. CAP. CXXXIX.

D ἰτέα SAlix uulgo nota est, cuius semẽ, folia, cortex, & succus spissandi uim habent. Trita folia cum exiguo Pipere & uino pota, ileosis subueniunt. Sumpta cum aqua, præstant mulieribus ne concipiant. Salignum semen, in potu sanguinem expuentibus prodest. Cortex eosdẽ præbet effectus. Corticis cinis admisto aceto illitus, clauos & callos tollit. Ex foljs & cortice succus, cum rosaceo in calice punici calfactus, auriũ doloríb. auxiliat. Decocto eorũ podagras foueri utilissimum. Furfures purgat in corpore. Excipit succus q manat ex ea cũ floret, exciso cortice. In plaga enim cõcretus humor inuenit, q ad purgãda quę obstãt oculis, suã uim prębet.

BARBARI COROLL.

Pli. li. 24. ca. 9. li. 17. ca. 20. li. 16. cap. 37.

BReui fere & cõtorto caudice arbor, & ut nouimus, aquatica, ἰτέαν greci uocãt. Asia tribus generibus hãc diuidit. Prima nigro cortice, aut puniceo, nigra nominatur. Secunda candido, candida uocata. Tertiam coactę breuitatis, & sponte naturę, pumilã, fœcundo, ut q̃dã putãt fructu, Helicẽ appellãt Arcades. Virgas ad nexus, e nigra cõmodiores & pulchriores, e cãdida spissiores, & agricolarũ utẽsilibus aptiores esse. Plinius apud nos quoq; tria Salicis esse nomina commemorat. Viminalẽ, eandẽq; purpureã. Vitellinã, a colore luteo, graciliorẽ priore. Gallicã, quę sit tenuissima. L. Columella Grecã, Gallicã, Sabinãq; reddit: grecã flaui coloris: gallicã obsoleti, purpurei, tenuissimiq; uiminis: sabinã gracilibus uirgis atq; rutilis, quã plurimi uocãt, inq̃t, amerinã. Plinius grecã rubentẽ, amerinã candidiorem asserit. Porro quam dixi
* Vitellinã, in exẽplaribus nicellinã, & itellinã corrupte legimus. Inuenit & alia distinctio. Procę, uineis iugãdis p̃ticales uocatę, balteo corticis uincula p̃bentes. Alię p̃tenues, a uiminibus, appellatę uiminales. Aliæ uirgas, sequacis ad uinctum lenticię ferẽtes. Alię corbibus et supellectili uillicę firmiores cãdidioresq;, detracto cortice, leuiq; tractatu: mollioribus inde uasis, q̃

e corio & cathedrarum delitijs aptissima. Fructum Salix fert, abeuntem in araneam, anteqũ omnino maturitatem sentiat. Ob id, ante maturitatem colligitur, dicta Homero ὠλεσίκαρπος, hoc est, frugi perda. Vna tm̃ prodit, ad maturitatem proferre solita, in Creta insula, ipso descensu Iouis speluncę, torum ligneumq; magnitudine ciceris. Succus Salici triplex. Vnum arbor ipsa, gumi modo sudat. Alter cortice triũ digitorũ magnitudine ablato manat. Tertius detruncatiõe ramorũ, a falce distillans. Salix fertilior & densior recisione fit, ac tonsura ex brevi pugno, uerius q̃ ramo, puentu certissimo. Tertium locum in æstimatione ruris, Cato ei tribuit. Salictum non hoc tantum Seruio grammatico significat q̃d oliuetum, arbustum, uinetum, sed & uirgulti quoddam genus, dictum ita, q̃ saliat surgatq; cito: ut Lupum fortasse salictarium intelligat, de quo suis locis egimus.

A

ὀδυσσ. κ. μακραὶ τ' ἄιγειροι καὶ ἰτέαι ὠλεσίκαρποι.

EX M. VERG. COMM.

GRauissimã huic arbori inuidiã Homerus, ppemodũ fecit, q̃d ὠλεσίκαρπον hãc uocauit, frugi perdam. De hac, omniq; eius medicinę usu aliter magis q̃ alia Plin. lib. 24. plæraq; tradit, quæ in medio posita omnibus relinquimus.

## De Sylvestri Olea. CAP. CXL.

SYlvestris Oleæ, quam aliqui Oleastrum appellãt, alij æthiopicam Oliuam. Folia adstringũt. Trita autẽ & imposita ignem sacrum, ulcera quæ serpunt, epinyctidas, carbunculos, paronychia, nomasq; cohibent. Crustas emarginant cũ melle illita. Quinetiã sordida repurgant. Inflammationes, panosq;, cũ melle imposita discutiunt. Cutẽ a capite uulsam conglutinant. Oris ulceribus commanducata medentur. Succus & decoctum, eosdem habent effectus. Sanguinis eruptiones, ac muliebre profluuium, admotus succus inhibet. Vuæ oculorum, pustulisque prodest. Vlcera, & ueteres defluctiones sistit. Quapropter in collyria addit, ad genarũ erosiones perq; utilis. Exprimitur succus tusis foljs, affuso uino ex aqua, siccatusq; sole in pastillos digeritur. Sed longe ualidior ad recondendũ succus habetur, qui cum uino q̃ cum aqua expressus est. Auribus subuenit, siue ulcerentur, siue pus effluat. Folia conuenienter cœliacis cum farina hordeacea illinuntur. Vruntur cum floribus folia, ut spodij uicem cinis præstet. In cruda olla oblito ore luto, usq; dum figlinum percoquatur, restinctaq; uino, & rursus subacta, eodem modo uruntur. Postremo ceruſæ modo elota coguntur in pastillos. Huiuscemodi cinerem in medicamentis oculorum constat spodio non cedere. Sed eisdem uiribus præditum esse putandum est. Foliorum satiuæ oleæ eadem uis intelligitur, sed aliquanto inferior. Vnde ocularibus medicamentis ob suam mitiorem uim conuenientior est. Sudor ligno uirenti accenso manans, illitu sanat lichenas, furfures, & scabiem. Oleaginum semen illitum medetur furfuribus, & ulceribus quæ depascunt uorantque. Quod autem intra nucleum est ex adipe & farina, scabros ungues excutit.

ἀγριελαία

B

i. olla cruda

Vide de cinere fodo & eligendo & spodio

BARBARI COROLL.

OLeaster, græce κότινος appellatur. Sylvestris Olea fœcundior satiua, q̃ fere sylvestres habent, ceu cura fertilitatẽ minuere. Mansuescere hanc tractatu, decisis circa taleis, aut omnino translatione mitem fieri, uix potest adduci Theophrastus, ut credat. Sola hęc arborũ cũ Olea, teredinem sentire nõ dicit. Ex Oleastro marculos breuiores, & terebris uaginas, sicut ex buxo, ulmo, fraxino, aquifolia, factitatas produnt. Est & in Appennino frutex, uocatus Cotinos, ad liniamenta modo conchilij colore insignis. Sed hoc ego nõ Oleastrũ esse puto, sed Ole

Plin. li. 17. ca. 12. Lib. 12. ca. 17. Li. 15. cap. 2



Hosted by Google

Castellum, & Oleam cilibracam, a Columella nominatam: cuius & ipse Dioscorides in Chamęlea meminit. Photion, Oleastrum quandoq; dici Phauliam existimat. Certe Phaulia Oliuę genus est Columellæ, Plinio, græcis omnibus.

Plin. li. 15. ca. 2. 3. 4. 5.

Oleæ medulla tam incerta, ut non in medio haberi, sed p totum lignum sparsa uideat, radice paruæ, uelut lacinia ex medio tendente, cæteris grandibus & cancrorū similitudine contortis. Proprium ei malum Congros, etiamsi deriuatur in alias quoq; id nomen. Sunt q affectum * tū Premnō, Crotonē alij cognominent. Supina foliorum huius contra q̄ cęterarum, candicant magis q̄ prona, minusq; sunt leuia: q̄d & cum hedera cōmune est oleę. In Syria, & aliubi, congestum quasi uuæ modo fructum ferunt, ubertate soli. Oleam utiliter & probe defloruisse dicimus, cum flores eius caduci, uelut perforati reperiuntur. Nascitur modis omnibus extra, q̄ furculo. Ex huius nucleis, quos Sansas uocamus, syluestrem oleam prouenire Theophrastus scriptum reliquit. Sansam, sunt qui & Naucum dici uelint. Vnde uerbum nauci facere. Quandoquidem & fullones, ob utilitatem artis, Nacæ dicebantur, ut nunc mesitas et proxenetas, sansarios & ossarios uocamus. Quidam pro nugis, naucum. Alij omnia fere opera ex lana, græce νάκκα dici uolunt. Ipsum quoq; nucis, sed & omnium rerum putamē. Alij nucleum malunt iuglandis. Alij mediū illud uelut dissepimentū. Glossematoriū scriptores fabæ grani, q̄ hæret i sabulo. Quidā ex græco leuē hominē in eo uerbo significare putauere. In mari rubro uiuit Olea, quę uocatur arabica, baccis fere nostratibus, fungos, cum largi ceciderunt, imbres educans, qui tacti sole in pumicem durant. Ex qua manat lachryma, inhibendo uulnerum sanguini expetita medicis. In sinu heroo lapidis specie, ut thynum & laurus, cubitorū trium magnitudine. Ignē olea, quamuis optime subditum excipiat, q̄ spissa & pingui natura sit, igniariis tū ineptissima est. Vna maxime omniū Olea regerminat in opere. Vitam oleæ Theophrast. 200. annos longissimā esse tradidit. Si olea consitū in confinio quercetū habuerit, nō solū nō feret, sed etiam fugiet, introrsumq; se in fundum abijciet. Vt cradę fico, ita thaleæ tribuuntur huic arbori, utiq; apud nos. Græci, ut inqt Pollux, Thalos non oleagineos solum, sed uitigineos quoq; ramos nominat interdum. Precidunt, Varro inqt, eam de tenero ramo æquabiliter, ex
D utraq; parte circiter pedalem. Sunt qui sclauolas nominent. Eresionē porro Athenis, siue Iresionem uocabant, plantam oleagineā, uelleribus & corollis inuolutā. Vnde & nomen cōtra pestilentiam foribus imponi solitum, ut est apud Aristophanē. Hanc & Corythalion dicebant. Etiamsi pro laureo quidā ramo capiunt, in eundem lustrationis usum. Credo huius quoq; ritus apud Romanos uestigium fuisse, cum ita legamus apud Festum. Planta oleaginea uirga, inquit, foliata est ex olea deplātata. Nam & februa quoq;, lanæ sunt & arborum rami apud nos quibus redimiti sacerdotes expiabant domos. Quod deinde nomen ad oīa purgamina translatum est. Autor Ouidius. Morbus & ille proprius, prēter uermiculationem, Elos uocatus, hoc est, clauus. Ab alijs Mices, atq; Lopas, hoc est, fungus & patella: ceu quædam foliis inusto. Quanq; Patella in ficu morbum significat, qui nimios propter imbres radici contrahitur in olea. Et Arachnion uocatur affectio, hoc est, aranea, fructus absumens uermis: sub corio prouentū adimit, in uicemq; adiuuat, si nascatur ad nucleum. Nulla post ficum arbor uredini magis obnoxia est. Carpę appellant in oleis uermiculi, flatib. austrinis creati, ut ἵπτιοι in uitibus. Est et impetigo, peculiaris ei morbus, ut scabies fico, & uitib. fluor. Oleā græci, ἐλαΐαν uocāt: nostri q̄nq; Termitē. Quā q̄ ita & ligni uermes dīr. Optima erat Olea ueterib. licinia, siue licciniana. Pausia. 2. oleo. Efcę, orchas. Varro, grādis inqt, Olea uocat orchitis, a similitudie, ut credo, testiū: antiqtus archemora. Minus ijs gratę sunt regię, et radij uocatę. Sūt et alia earū gña, quę ambiti osū fit, pfeq, cū et. 6. uolumine Colum. et Plin. 15. naturalis historię, nihil fere indictū relinquāt. Hāc arborē nōnulli existimāt ultra. 60. a mari, aut nō uiuere, aut nō esse feracē. Sed in q̄busdā locis recte puenit. Oleā Mineruę sacrā, ut Aristoph. & Iulius Pollux inqt, græci Moriā uocabāt, in academia satā, ut in Olympia nascētē Oleastrū calistephanō: qa olympię uictores ea coronarent, ut ait Pausanias. Nā Secos, fructiferā oleā in poetis significat Photiōi. Dicit & Callie lea, quā nos satiuā, ut ab oleastro differat, quā uocāt Agrieleā. Celebrat & cognominata Strepte, ab intorta specie. Sed ea loci nomen ē, circa Epidaurū, adiecta fabula, euenisse ita ei circūactu manus, Hercule illac meante. Nā & clauā eius ex oleastro uolēt reuerso ex Hyperboreis fuisse, ignoto prius græcię: quę mox spōte refloruit apud Troezenios, aut certe ad Alpheū amnē: si Pausaniæ credendū est, hoī q̄dē satis docto, sed superstitioso, diui Adriani & Antonini, utriusq; tēpibus. In eadē gēte Streptos, Rhachos uocāt, locū oleastris frequentē, uersus mare: q̄ eorum consuetudine, quicquid ex olea relinquitur inutile, Rhachos appellabatur. In Arcadia spectari solitam, Pausanias affirmat arborem, e cuius radice una, Ilex & Olea nascerentur in

Hosted by Google

quodam fano. Syracusis, ut Diodorus auctor est, in frondibus olearum scriptis optimatum nominibus, discessione facta, irrogabatur quinquennale ciuibus exilium: de quo argumento, genus id mulctæ, Petalismus appellabatur, ut Athenis Ostracismus. A

EX M. VERG. COMM.

FVit uniuersæ Græciæ quondam in maiore honore Oleaster quam Olea. Hanc ipsam arborem Cotinon Dioscorides uocari ait, communi & recepto ab omnibus græcis nomine. Oleastrum enim græci Cotini appellatione intelligunt, & ex similitudine æthiopicam Oleam, quę proprię generis in ea regione arbor, nullum inuenit ob similitudinem aptius cui compararetur in Græcia nomen & genus. Maro noster foliis amaris Oleastrum esse dixit. Nec falso, si sensui & uiribus eius in medicina credendum sit.

## ¶ De Colymbadibus Oliuis. CAP. CXLI.

COlymbades tritæ, & ambustis illitæ, pustulas gigni prohibent. Sordida ulcera purgant. Muriæ succus collutas gingiuas contrahit. Et motus dentium firmat. Oliua flaua & recens, stomacho utilior est, uentri difficilis. Nigra autem & matura, corruptioni oportuna est, stomacho aduersatur. Oculis non conuenit. Capitis dolorem mouet. Arefacta illitu depascentia ulcera fistit. Et carbunculos emarginat. κολυμβάδες.

BARBARI COROLL.

OLiuæ, Colymbades ideo uocantur, quoniã oleo suo puræ, hoc est, sine accersita cõmendatione innatant, & quasi urinabundæ fluitant. Halmades autem dicuntur, quæ muria seruantur, etiam si quidam Græci confudere nomina. Sunt & Netrindes appellatæ, quia natent, apud Iulium Pollucem. Idem auctor & Cotinadas nominat, quas & Phaulias, & Trambelos dici tradit. Medicinæ, quæ a Dioscoride subruffis redduntur, tributæ candidis a Plinio uidentur. Castigandi sunt in auctoribus loci, Columbares, pro eo, quod Colymbades, imperitia librariorum scribentes. Genus alterum oliuæ cibariæ, Græci Thlastas, & Pyrenas, & Pityrum, siue Pityridas, hoc est, nucleos, & fresas, & furfuraceas appellant. In hunc usum stringuntur ante ꝙ prematuræ sint. Epityra falso dicta, cum sit Epityrum, ut Varro inquit, siculum edulium: de quo dictum est alibi plenissime. Plí. li. 23. ca. 3. B

FVit quondã multiplex Oliuarũ conditura, accersitaq; aliorũ saporum cõmendatiõe placebat, quod alioqn ingratũ habuisset in cibis usum. Inter eas Colymbades a Græcis dictę fuerunt, quæ cõmuniore & certiore uocabulo Halmades itidem dicebantur. Hæ nomen a sale inuenerant, Halas enim Græci, salem dicunt. Illæ ab eo, quod in conditura sua natarent sic appellatæ fuerunt: κολυμβᾶν enim urinare est. Dico autẽ urinare, in natando sub aqua esse. Si quis rem uelit exactius nosse, facile illi erit ex Plinio lib. 15. capi. 3. Palladio lib. 13. cap. 20. Columella, præterea lib. 13. cap. 47. infinitas pene Oliuarum discere condituras. VERG.

## ¶ De Oleo syluestris Oliuæ. CAP. CXLII.

OLeum syluestris oliuæ humidis gingiuarũ uitijs colluitur. Dentium mobilitates stabilit. Calfacti fotus, gingiuis fluctione laborantibus utilis est. Lanam enim specillo circumligatam oleo madefacere oportet, & gingiuis admouere, donec albæ spectentur.

BARBARI COROLL.

DE oleo syluestris oleæ dictum est superius. Plín. ut supra de oleis.

EX M. VERG. COMM.

PAulus affirmat spissandi simul & adstringendi uim habere, aridiusq; & squallidius omni alio oleo esse. Locus est eo capite, in quo de erosionibus gingiuarum, earumq; excrescentijs & pladis agit. Sic enim ille uocat, quæ hic ὀυλα πλαδῶντα dicit. Quod uitium facile, & quale sit intelligetur, si nouerimus quid in alijs πλαδαρόν græcis significet, non humens simpliciter, sed quod cum humore flacceſsit: quale erit, quod natura sua durans rigensq; admisso humore languit, & paulominus quam dilabitur, oportetq; ἐν τῶ πλαδάρω duo hæc intelligere, humorem, & ex humore infirmitatem, idq; est, quod hic ait, gingiuas πλαδώσας, & nos uertimus flaccidas, & cum infirmitate humentes.

C

¶ De Lachryma Aethiopicæ Oleæ. CAP. CXLIII.

δάκρυον τῆς αἰθιοπικῆς ἐλαίας

LAchryma, quam Aethiopica Olea ſtillat, Scamoniæ ſimilis eſt, fulua, ſtillis exilibus conſtans, mordax. Quæ autem ammoniaci, aut gummi ſimilitudinem refert, colore nigricans, nec guſtu mordens, ſu peruacua eſt. Noſtrates Oleæ, Oleaſtriq; ſimilem lachrymam ſudant, quæ cõmode ad oculorum habetudines illinitur. Cicatrices, albugineſq; illitu emendat. Vrinam & menſes ciet. Cauis dentium impreſſa, ad dolores efficax eſt. Inter uenena ſcribitur. Partus pellit. Lepras & impetigines ſanat. Appellatur autem Aethiopica & agreſtis Olea.

BARBARI COROLL.

OLeæ Aethiopicæ lachryma in precio eſt. Sit hæc Arabica, quæ & ipſa dotatur lachryma, nondum conſtat mihi. Quanq; puto eandem eſſe, quoniã in Arabici ſinus deſertis, tribus inſulis, ut inquit Strabo, naſcitur. Vt cumq;, in Arabia ſtillat eam olea, qua medicamentũ conficitur, Enhæmon appellatũ, ſingulari effectu contrahendis uulnerum cicatricibus. Sunt qui hoc eſſe putent gummi genus, illud quod recentiores Elemi, quaſi Enhæmi appellant, ad oſſa etiã fracta caluæ conglutinanda cantariſſimum. Porro uerbum Enhæmon, non huic modo rationi conuenit, ſed emplaſtris omnibus, quæ cruentis protinus inijciuntur uulneribus, ad reprimendas inflãmationes, & inhibendum ſanguinem: quod genus & Alipenon, & Catagmaticon, & Collecticon uocatur. quoniã medicamẽtis minime pinguibus conſtat. Oleæ autẽ hæ in Arabia naſcuntur, in maritimis, & fluctibus, æſtuq; operiũtur rubro mari, ut in olea demonſtratum eſt. Nec baccæ nocetur, cum conſtet & in folijs ſalem relinqui. Oleaſtrum quoq; ipſm, ueteres Oleam uocabant Aethiopicam, teſtis eſt Dioſcorides.

EX M. VERG. COMM.

EX Aethiopia uſq;, ut Comicus ait, Aethiopicæ oleæ lachryma quondam Græciæ importabatur. Neq; a nobis igitur deſyderabit quiſpiam, quæ in tam longinquo, & inacceſſo orbe naſcentia cognoſci ætate noſtra non poſſunt.

D

δρῦς

¶ De Quercu. CAP. CXLIIII.

OMnis Quercus adſtrictoriam uim habet, præſertim liber, qui cortici, & ligno intercedit. Quinetiã tunica putamini glãdis ſubiecta. Decoctũ ex ijs datur dyſentericis, cæliacis, ſanguinẽ excreantibus. Trita in peſſo, fœminis fluctione uuluæ laborantibus ſubijcitur.

BARBARI COROLL.

De glãdiferis arboribus & glandibus, & gallis. uide Plinium lib. 16. ca. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

PLinius glandiferas arbores, una uoce comprehendi poſſe negat latino ſermone, quemadmodum græco poteſt δρυός, & antiqua uoce Saronos, a qua Saroniacus ſinus, & Saron, in Arcadia nemus, trans Ladonem fluuium. Quibuſdam, ut Theodoro gazæ, Roboris appellatione cõtineri poſſe omnia ea genera uidentur. Sane Græci Dryos uocabulo, etiã omne lignum ſignificant. Vnde Gerandryon, pro ueteri & ambuſta quacũq; arbore accipitur, quaſi uetus ramale. Perſius. Ergo roboris quaterna genera, Quercus, Robur, Aeſculus, Cerrus: quæ Græcis illis reſpondent: Hemeridi, Aegylopi, Haliphloe, Platyphyllo: ut ſit quercus Hemeris, Platyphyllos Aeſculus, Aegylops Cerrus. Sed nunquid Haliphloeos robur ſignificet, non habeo compertũ. Theophraſtus certe Agriamdryn appellat, quã noſtri robur interpretãtur, ut in Galla diſſeruimus. Nec minor hic, q; in pinu difficultas, quæ quibus græcis latina congruãt. Nos utroq; loco tantũ laborauimus, quãtũ uix ipſi qui pdidere. Quidã quatuor ſupradictis duas addidere ſpẽs, Phagũ, & Ilicẽ. Sed toto gñe diſtãt, ut cognatæ potius, q; congeneres hñdæ ſint. Hemeris, ſane Homero, non quercũ, ſed uitẽ ſignificat. ut Phorion teſtatũ eſſe uoluit. Sibari, qui nũc Sibari thurij dicunt, quercus fuiſſe tradit, in oppidi cõſpectu, fronde pperua, Varrõis & Theophraſti teſtimonio, q; nec germinare cũ alijs, ſed ab ortu caniculæ ſolita ſit. Rarũ eſt, qn ſata quercus deterior eueniat. Dulciſſima glãs Hemeridi poſt Phagũ. In orbem hæc comat, torqueturq; in alas, crebro ramorum ſinu caua, materies ualida. Macedones, quæ glandem dulcem perducat, τυμοδρῦν, hoc eſt, quaſi ueri quercum appellant. Naſci Quer-

Hosted by Google

eus in rubro mari glandiferas tradũt. Nasci & in nostro, propiores terræ, super lapides atq; testas, sine radicibus, sed patellarũ modo adhærescentes, folio carnoso, crasso, atq; oblongo, myricæ simili, accedẽtis ad purpurã coloris. Magnitudo arboris tota, paulo amplior sesquipede. Hac tingi mulieribus lanas. Ramis earũ adhærent conchæ quædam, & caulibus parte ima, ubi & bestiolæ populantur. Naufragis & urinãtibus comperta hæc. In Lusitania profundo mari Quercus glandiferas innasci, unde Thũni uescãtur, auctor est Polybius. Ob id Thũnos, qui dicat marinos esse porcos, minime discesserit a uero: ut inquit Athenæus. Carinas nauibus quernas subiici præcipiũt, maxime triremibus. Abieti, aut pino larici uocatæ, ferruminari quercus nõ potest. Insociabili natura, q̃ hæc spissa corpore sit, illæ textu raro. In septẽtrione haud procul Caucis, circa duos p̃cipue lacus, littora ipsa obtinẽt quercus, tãta magnitudine, ut suffossæ fluctibus, aut flatibus propulsæ, uastas cõplexu radicũ insulas afferãt. Itaq; libramẽto eo stantes, nauigãt, Ramorum ingentiũ armamẽtis sæpe territa Romanorũ classe, noctu & prælio contra arbores quoq; inito. De Herciniæ syluæ miraculis, nihil attinet dicere, nisi q̃ magnitudine insigni robora ibi crescere concupiũt. E glandiferis ciuicas coronas necti mos erat: quæ omnibus anteferrentur. Ciuica iligna primo fuit. Postea placuit ex æsculo Ioui sacra. Variatũq; & hoc cum quercu est, ac data quæ ubiq; fuerat. Non puto prætereundũ Alexandri Macedonis inuẽtũ, seruandæ niuis, in scrobes ubi ea sit, coniectis e quercu ramis. Saronicus in Peloponeso, Plinius inquit, sinus est, olim querno nemore redimitus: unde ei nomẽ, ita Græcia antiqua appellante quercũ. Pausanias ab Sarone, qui post Althipũ regnauit, sinũ eum dici uoluit.

## EX M. VERG. COMM.

CONiunximus, unoq; & eodẽ clausimus capite, quæ natura primũ in eodem genere, mox in historia hic scriptor, postremo meliores græcorũ codices coniuncta esse uoluerunt.

Emẽdauimus præterea, addidimusq; pauciora quędam, quæ græca cum nostris conferentibus nouisse facile erit, præsertim in communi & nota omnibus re. Nullibi enim non nascitur Quercus aliqua, Fagus, Ilex, Castaneaq;, quam hic Sardianam glandem, a Sardibus appellat: quemadmodũ a Castano Magnesiæ oppido, uel ut Stephanus docuit, in Apulia non procul a Tarẽto, Castaneam Latini & Græci appellauerunt, glandiũ generi ab hoc scriptore, & ab aliis adsignatã, & Iouis glandẽ dictam. Etsi posteriores regijs nucibus eum honorẽ tribuerint. B

Eandem legimus in ueterum Græcorum lexicis Lopimam, & Euboicam dictam fuisse: hanc a regione, illam a cortice, quod λέπος Græci dicunt, & λεπᾶν decorticare.

Laudauit contra uenena quædam præcipue Nicander, Castaneam, Nucemq;, ut postea Maro fecit, appellauit. Versiculus eius est. κασανοῦ καρύου παχυφλοίοιο κάλυμμα. Et populo post, δυσλεπέος καρύου τὸ κασανίσ ἔτρεφεν ἄια. Quod non parũ miretur aliquis, cum manifeste inter glandes, potius q̃ inter nuces, Castanea numeranda sit. Magnis autoribus defendi utrunq; potest, nec nos aliud in ea re monemus, quam fuisse quondam in ea glandis & nucis nomen, latiusq; glandis, quam nucis claruisse.

## De Glande. CAP. CXLV.

GLandes eosdem effectus exhibent. Vrinam ciunt. Capitis dolorem, & flatus in cibum sumptæ pariunt. Resistunt esitatæ uenenatorum ictibus. Decoctum corticis, cum lacte uaccino potum, prodest contra toxica. Intritæ crudæ, inflammationes illitu leniunt. Ad duricias, quas cacoethæ uocant, & malefica ulcera cum salsa axungia conueniunt. Ligneæ glandes uiribus quernas præstant. βάλανοι

## BARBARI COROLL.

GLans græce βάλανος, ut Varroni placet: Præfertur omnibus Hiberica, fago dulcissima, post Hemeridi. Tum Platyphyllo, deinde Haliphloeo. πλατύφυλλος, hoc est, latifolia; post cerrum excelsissima & rectissima. Sed post haliphloeon, usu ædificiorũ deterrima, nec utilis carbone. Macedones latifoliam intelligunt amaræ glandis: quam Aesculum quidã interpretantur. Aesculũ porro ab esu dictã miremur, cum diphtongum æ requirat. In qua uermiculi nascentes, priuatim albæ nominãtur. Ab æsculo æsculetum, ut a quercu querquetũ. Vtrunq; locus Romæ fuit. Vnde Querquetulana quoq; porta, q̃ a uiminali, & cauilaria nõ discrepat. Etiã si ab auibus Querquedulis, quas M. Varro & Columella, Cercidas uocari græce dicũt,

Hosted by Google

C tideri poteſt appellata. Haliphloeos ſalſicortex a Theodoro dicta. Poteſt & recticortex, quia nonnulli apud Græcos, euthyphloeon eã uocent. Craſſiſſimus huic codex, & plerũq; fungoſus & cauus. Peſſima carboni, & materiæ. Nec putreſcit alia etiã cum uiuit. Quin & fulmine icitur ſæpiſſime, tametſi altitudine nõ excellat. Ideo lignũ eius, ne ad ſacrificia quidẽ uri fas erat apud Aeoles. Sphagnon, ſiue Splachnon, ſiue Phaſcon appellant, itemq; Bryon, pannũ quendam mucoſum, pendentẽ ex ea quaſi uillos, ut in Cerro, ſed nigriorẽ breuioremq;. Vtũtur arbore Macedones, ad axes, & id genus utenſilia. Glans eius rara & inguſtabilis animalibus, præterq; ſuillo generi, ut Plinius exiſtimat, ac ne ſui quidẽ, ſi pabulũ aliud habuerit. Quod quidẽ Theophraſtus Aſpridi, hoc eſt, Macedonicæ cerro tribuit. Eſt aũt Aſpris, rara & improba glande ſterilis, quæ caput tentet mandentiũ, ut iligna. Cerrus, ἀιγίλωψ a Græcis uocaſ, glande omniũ amariſſima. Rariſſime naſcitur in cultis. Pannũ quem dixi phaſcon, longitudine cubitali, branchiarũ ſimilitudine, mucoſum, uilloſumq; ferens. Naſcitur e cortice, non e ſurculo, unde glãs, nec ex gẽma, ſed e ſupernis nodorũ ſi a latere. Lignum rectiſſimũ, excelſiſſimum, leuiſſimum, per longitudinemq; robuſtiſſimũ. Aedificijs ineptũ aſpridis, ſi dedoletur. Ideoq; rudi duntaxat utuntur. Damnatum & carbone, quoniã exiliat, ſcintillaſq; edat. Aerariorum tantũ officinis compendiũ: quia flatu deſinente, protinus emoriens, ſæpenumero uratur.

## De Fago & Ilice. CAP. CXLVI.

φηγὸς καὶ πρῖνος

FAgus & Ilex, quercus generi aſſignantur, & conſimile munus obeunt. Ilignæ radicis cortex cum aqua coctus, dum eliqueſcat, & tota nocte illitus, denigrat capillos, prius cimolia terra purgatos. Folia oĩm tuſa et trita, tumoribus ꝓſunt. Et imbecillas mẽbrorũ partes corroborãt.

## BARBARI COROLL.

Plini. lib. 16. cap. 6. 11. 19. lib. 24. cap. 5. Theophraſt. lib. 3. cap. 9.

FAgus ea, ut quidam ſcripſerunt, quæ in tenuiſſimas ſecatur laminas, glandifera non eſt. Ideoq; duo genera, ſiue nomina Fagi ſunt glandem ferentis. Materie ſcabra, quam Græci φηγὸν appellant, ut fructũ quoq; Hippocrates. Et alterius quam Græci Oxyam, Lydi, Myſon, Olympo eorum monte copioſam. Vnde Myſi populi, ut Strabo inquit, & Euſtathius. Noſtri Sciſſimam appellant, ſectilem in laminas, ſimilemq; abieti. Sylueſtrem, nunq; ut Macedones arbitrantur, florentem, erectam, leuem, enodem, ligno colorato, robuſto, neruoſo, folio craſſo, bifido, longiore q; piri, extremitate aculeato, radicibus nec multis, nec altis. Fructus glandis effigie leuis. Includit cauliculo echinato quidẽ, ſed blãdo, nec hiſpido, ut in caſtanea, cui tñ ſimilis eſt dulcedine ac ſucco. Naſcitur eadẽ candida, ſed in montibus. Vtilis ad carpenta, lectos, ſub ſellia, menſas, nauigia. Campeſtris nigra, & ad hęc minus petita. Fructus utriq; ſimilis. In aqua durat æuis, ut robur, atq; ita firmior quoq; redditur. Humidiſſima hæc, & fraxinus. Quãobrẽ e duabus his lectuli, qui fierent, incuruant cedentes ponderi. Minoribus Sciſſima nauibus cõmendat ad carinas. Itẽ ad teſtudinem plauſtrorũ quoq;, uectabulorũq; uilem fabricã, ſpecie uiſenda prouenire in agro latino ſolita, auctor eſt Theophraſtus, tanta longitudine, ut nauibus Ethruſcis, pro carina ſatisfaceret. Sunt qui Oxyam interpretant Ornũ. Ilex uero, Prinos græce dicta, poſt occaſum uergiliarũ fructificat, & anno proficit, ut putãt Arcades. Simul em̃ antecedentẽ fructum, nouus occupat, propterea q; a nõnullis inter biferas deſcripta. Radix Ilici multiplex, & ut ſyluestri altiſſima, folio roboris minore, aculeato, leuiore cortice. Arbor de ampliſſimis, ut robur, materie ſpiſſa & robuſta, ſed quæ frangat ac diſſiliat ſponte ſua. Ob id Pericles Beocios Ilicibus dixit eſſe ſimiles, ut eſt apud Ariſtotelẽ, qm̃ ipſi ſe conficerẽt inteſtinis diſcordijs. Glãs exigua, & ꝑter glandẽ puniceum granũ ſunt hæc. Hyphear, & uiſcũ in ramis, ut alienа ſuſtinet, a ſeptẽtrione uiſcũ, a meridie hyphear. Hanc & Aquifoliã, uel Aquifoliũ uocari puto, ſiue paulo ab ea differentẽ. Theodorus Aquifoliã appellat, quã Theophraſtus Ariã, ſiue Agriã, ſiue Narycan ſyluestrẽ, & cui folia nunq; decidãt. Ita em̃ Dores uocãt, inqt, quã Arcades Phellodryn, ſempiternæ frondis arborẽ, mediãq; inter Robur & Ilicẽ. Sunt qui Phellodryn aliud negent eſſe q; Ilicem fœminã: ut Ilex ubi deſit, utant hac in carpentarijs præcipue fabricis, quod & Lacedæmone faciũt & Elide. Lignũ intus q; Ilici candidius, ſed fuluius q; robori. Materia quoq; durior, ſed q; Ilici ſolutior in opere: foliũ ſimile, ſed iligno maius, & querno minus. Specioſior medulla q; Ilicis: fructus minimis glandibus. Aequalis Acylon uocatur, quẽadmodum & ilígneus. Nam Balanos, ſiue glans robori propria tribuit. Acylon certe Lydi genitale ipm̃ uocant: quẽadmodũ & Balanos, pro glande Colis dicitur: Plinius contra q; Theophraſtus, Phellodryn uidetur eãdem exiſtimaſſe cum ſubere, quod & Phellos dicatur, in fœminarũ

Hosted by Google

calciatus utilem hyberno tempore, ob id mulieres, facete a grȩcis, arborum cortices uocari. Est autem Suber, arbor procera, sine multis ramis, ligno robusto, cortice prȩcrasso & aspero in senectute, qui ut in Picea rũpatur, sed maioribus fragmentis, folio Fraxini crassiore longioreq;, ac perpetuo. Glans Aquifoliæ. Corticem detrahere oportet, ne deterior fiat arbor: qui triẽnio post subnascit. Simulachra e Subere dijs factitata. Sed successit in eius locũ palma. Hæc Theophrastus. At Plinius hæc, Suber inquit est arbor, glans pessima, rara, cortex tantũ in fructu præcrassus, ac renascẽs, atq; etiam in denos pedes undiq; explanatus. Vsus eius anchoralibus maxime nauiũ piscantiumq; tragulis, & cadorũ obturamentis. Familiaris hæc arbor Theophrasti temporibus Pyrenicæ. Nec in Italia tota nascitur, aut in Gallia omnino. Sed & illinc nascitur confusio, q̃ Smilacẽ uocari legimus, quę dicatur Ilex in Italia, & in prouincijs Aquifolia: cum Smilacem Sestius eãdem esse cum Taxo prodiderit. Recentiores sunt qui Smilacen cum Phellodrye faciunt eandem: haud ferendo errore: etiam si Smilax Ilici describitur a Theophrasto similis. Dictũ est de Aquifolia & in Crarcogono. Vt cumq; sit, Ilicis inquit Plinius, duo genera, ex ijs in Italia folio non multũ ab oleis distantes, a quibusdam græcis Smilaces dicũtur, in prouincijs Aquifoliæ: masculas Ilices negãt ferre. Ilici honos, ad axes in plaustris simplicibus, hoc est, monostrophis. Item ad iuga lyrarum, psalteriorumq;. Igniaria quoq;. Ciuicam ex Ilice primam fuisse diximus: cui ex æsculo successerit, dicata Ioui. Lignum ex Aquifolia confractum ac discissum, Tedæ modo uritur, & a græcis in hoc usu Garbion uocari solet. Hoc & e quercu fit, & alio nomine Panos & Phanos appellatur, uulgo quoq;, quemadmodum e uitigineo libro, factæ lampades, Lophiæ dicuntur, & ex arundinibus Elanæ.

A

## ¶ De Castaneis. CAP. CXLVII.

SArdianæ glandes, quas aliqui Castaneas, aut Lopima, aut Glandes Iouis appellant, adstringunt, similesq; effectus præbent. Præfertur tunica, quæ carnem & corticem media intercursat. Caro his qui ephemerum biberunt conueniens est.

σαρδιαναὶ βάλανοι λόπιμα ἢ κάσανα Διὸς βάλανος

## BARBARI COROLL.

CAstanea, uergiliarũ obitu fructificat. græcè Διὸς βάλανος, hoc est, Iouis glans, uocat. Cum tamen Iuglandis appellatio, nucibus tantũ Regijs dicata sit a nostris. Nuces uocamus & Castaneas, quanq̃ propiores glandium generi. Ideo apud Græcos appellantur balani sardianæ: quoniam sardibus prouenere primũ. Euboidas quoq; a Græcis dici, quas nos Castaneas uocamus, lego. Sed & Castaneas primo dictas scribit Phocion, q̃ ab oppido Magnesiæ, quod Castanon dicatur, aduectæ sint. Vt forte Diodorus, nuces Castanaicas inde nominarit. Quid si a castitate, cum Plinius ieiunijs fere dicatas eas innuat? Ex ijs, Græci Pogonias appellãt, quæ barbulas quasdam habent: nisi quis lanatas earum Intelligat. Sunt enim aliquæ pilis hirsutæ. Tiberius Cæsar, balanum nomen imposuit satiuis, cura multo excellentioribus. Plura earum genera. Tarentinæ faciles, nec operoso cibo, figura planę. Balanitides rotundiores, purgabiles maxime, ac sponte prosilientes. Salarianæ, puræ ac planæ. Nam Tarentinæ, minus ijs tractabiles sunt, & Corellianæ laudatiores, & Meteranæ ex Corellianis factæ, rubenti cortice. Triangulæ, & populares nigræ: quæ uocantur coctiuę, minima laude, patriæ commẽdatissimæ Tarentum, & in Campania Neapolis. Cæteræ suum pabulo nascuntur, scrupulosæ corticis. Intra nucleos quoq; ruminatiore. Armatum Castaneis echinato calice munimentum, quod inchoatum glandibus, trini quibusdam partus ex uno calice. Cortex lentus. Proxima corpori membrana, & in ijs, & in nucibus, saporem, ni detrahatur, infestat. Torrere has in cibis gratius. Molitura etiam præstant, ieiunio fœminarum, ut ait Plinius, quandam imaginem panis, & ubicunq; fruges aliæ deficiunt, ut in Bergomatis, Agri montanis.

B

Plin. lib. 17. cap. 20. & lib. 15. cap. 23.

## ¶ De Galla. CAP. CXLVIII.

GAlla fructus est Quercus. Aliqua Omphacitis appellatur, parua quidem, sed torosa, solida, nullo foramine peruia. Altera plana leuis, perforata. Eligi debet Omphacitis, quæ efficacior est. Vtriusq; uis uehementer adstringere. Tritæ excrescentia in carne, fluctiones gingiuarum & uuæ, atq; oris ulcerationem cohibent. Nucleus, den-

χηνὶς ὀμφακίτις

Ctium cauernis inditus dolorem ſedat. Crematæ carbonibus, donec igne flagrent & uino aut aceto, aut acida muria extinctæ, ſanguinem ſuppriſmunt. Decoctum quibus inſidere expedit efficax eſt. Et contra uuluas procidentes, fluctioneſq;. Capillos denigrant aceto, aut aqua maceratæ, Dyſentericis cœliaciſq; cum uino aut aqua tritæ, conuenienter illinuntur, aut bibuntur. Obſonijs addi debent, aut integræ in aqua præcoqui, in qua nonnihil excoquendum eſt, quod ipſis conferat. In ſumma, his utendum ad adſtringenda quæ opus ſunt.

## BARBARI CORROLL.

Plini. libro 16. capi. 7. Theophraſt. lib. 3. cap. 6. 8. 9.

GAllæ, a græcis κηκίδες dicuntur, ad coria utiles. Hemeridis, Cerri, Platyphylliq;, hoc eſt, latifoliæ, nullius fere uſus. Quanquã ſimiles hemeridi, tantum leuiores. Genera faciunt, medicinæ utilia, ſolidam, perforatam, albam, nigram, maiorem, minorem. Galenus Onocicidas, hoc eſt, quaſi aſininas, a ruſticis uocari Gallas eas ſcribit: quæ fungoſæ, fiauæ, atq; magnę ſint, minus efficaces. Vis omniũ ſimilis. Optima comagena. Naſcitur autẽ Galla, ſole de geminis exeunte, erumpens noctu ſuper uniuerſa. Creſcit uno die candidior, & ſi excepta eſt æſtu, areſcit protinus: neq; ad iuſtum modum grandeſcit, hoc eſt, ut nucleo magnitudinem fabæ impleat. Nigra, eademq; reſinacea, diutius uiret, interdum mali amplitudine. Deterrima ex robore. Signum eius, q cauernæ tranſlucent. Galla nigra, ſine oleo flagrat. Robur Gallam fert minorem: & alteram, ut dixi, reſinoſam atq; nigram. Quæ glandem ferunt, omnes & Gallã. Hemeris, id eſt, quercus, optimã, & corijs, ut dixi, perficiendis aptiſſimam. Fert & nigram, tingendis utiliorem. De Robore, quã Theophraſtus, agriamdryn appellat, diſcrepant ſententiæ, Alijs ſemine, Alijs etiã radice, quanq̃ ſero, Alijs trunco naſci contendentibus. Item alij florere eam putant, alij negant, ſed muſcum floris loco edi credunt. Fructificat poſt Autumnũ, circa occidentes uergilias. Ramos habet inconditos, craſſum corticem, atq; ſcabrum, in ſenecta maxime. Ac reliquæ quidem arbores, ut cœpere, continenter germinant, ſolæ Robur, Abies atq;
D Larix, germinatione terna parturiunt, corticemq; inter ſquamas ſpargunt, ac deinde rumpũt. Ob id Triſlepri, ſiue Triſlipi uocatæ, ut in Pinu diximus, hoc eſt, intermiſſariæ, aut triſquamię. Robori & Cachrys dicta, quam nonnulli Amentum appellant, innaſcitur, durans hyeme, de qua in Abiete monſtrauimus. Tardiſſime Robur cæditur, hyeme ineunte. Ante computreſcit. Tempeſtiue cæſum, durat eius ſpiſſatum, ut cornu. Non deſunt tamen, qui tempeſtiuũ putent uere, cum amentum, hoc eſt, cachryn ſuam gerit. Medullam huius inter ſpiſſa commemorant, Melandryon uocatam. Aeterna in aquis materia, ſed dulcibus. Mari putreſcit: contraq; magna pars arborum. Hoc tamen & mari utile. Sed nauibus & ædificijs quoq; cæteris, quæ terra obruantur. Carbones e robore annoſo & nouello damnant. Media ætas in precio eſt, quanq̃ utcunq; anteferantur, ex aria, arbuto, picea, præſertim metallis argenti.

## EX M. VERG. COMM.

PRimus lib. 3. de plantis Theophraſtus multa eius genera tradidit, quem ſecutus Plinius eiſdem uerbis omnia latinis reddidit, Quæ omnia ad duo tantum genera a Dioſcoride contracta ſunt. Credimuſq; nos, quam hic κονδυλώδικν uocat, & nos articulorum in digitis magnitudine uertimus, eam eſſe, quam ille dixit magnitudinem fabæ habere, quoniam ad iuſtam magnitudinem non creuiſſet.

Dicendum breuiter, hoc loco etiam, quam nos diminuta a columna uoce oris Columellam diximus, eam, quam græci σαφυλὴν etiam, latini uero uuam dixerunt, ea craſſior facta & in flammata remedijs huiuſcemodi indiget.

Quam deinde nos exhalmeni diximus, Plinius aliquando, ut credimus ſalſum acetum dixit. Sed maluimus nunc græca uoce uti: quoniam de ea Plinius cum de exhalme ex profeſſo egit, uſus eſt. Interim ſatis ſit ex nominis compoſitione, quoniam aceto & muria conſtaret, ſic græcis dictam intellexiſſe.

## De Rhoe. CAP. CXLIX.

ῥοῦς ἐρυθρὸς

RHus, quę obſonijs aſpergitur, ab aliquibus Erythros appellata, ſemen eſt coriarij fruticis. Ita uocari ſolet, quoniam coriorum in

Hosted by Google

fectores ea utantur ad inſpiſſandas pelles. Arbuſcula in petris naſcẽs, binum cubitorum altitudine, foliis oblongis, rubicãtibus, in ambitu ſerratis, acino uuarum gracilium, denſo, magnitudine Therebinthi, quadamtenus lato. Cuius corticoſa tunica perꝯ utilis eſt. Folia uim habẽt adſtringendi, & Acaciæ effectus præbent. Decoctum capillos denigrat. Dyſentericis infunditur, & in potus eorum inſeſſuſcꝯ adhĩcitur. Inſtillatur auribus purulentis. Gangrænas & pterygia cohibent folia ex aceto, aut melle illita. Liquamẽtum fit ex aridis foliis, ad craſſitudinem mellis in aqua decoctis, ad eadem ut Lycium conueniens. Semẽ eoſdem effectus exhibet. Cœliacorum, dyſentericorumcꝯ obſoniis inſpergitur. Fracta, deſquamata, liuidacꝯ illitum ex aqua, ab inflammatiõe uindicant. Linguæ aſperitates cum melle abſtergit. Candida fœminarum profluuia ſiſtit. Hæmorrhoidas ſanat, cum quærno carbone intrito admotum. Latex in quo ſemen maduit decoctus, cogitur, coitcꝯ, efficacior ipſo ſemine. Gummi defert quod dentium cauis imprimitur, ad dolores finiendos.

## RHUS BARBARI COROLL.

RHus, ſiue ut Hippocrates, Roon, a Theodoro, fluida uocatur. Sterilis fœmina eſt. Mas fructificat. Virgas, ut inquit Theophraſtus atcꝯ Plinius, fundit Rhus, breues & graciles, folio Vlmi, longiore paulo, ſubhirſutocꝯ, diſpoſito per uerſus, ita, ut in nouellis ramorum, contrariis inter ſe pediculis, germina reſpondeãt. Iis candidas pelles conficiunt. Flos in racemis albus, a quo ſemẽ collectum, lentis & rerrebinthi ſimilitudine, rubeſcẽs, cum uua, q̃d uocatur Rhus: medicamenti neceſſarium, in eocꝯ oſſeum. Radix ſimplex pro ſumma ceſpitum cohærens, ut facile poſſit uniuerſa flecti. Naſcitur ubicꝯ, ſed argilloſis potiſſimum, uticꝯ in Syria. quanꝯ habeo unde mihi hoc Rhus ſyriacum, ſiue ut Columella & Palladius appellant Ros Syriacus, parum diſtare uideatur ab hoc noſtrate, qui frutex coriarius, & rhus erythros, a colore ſubrutilo uocatur, Dioſcoridi & Plinio: quem Columella rorem ſutorium ſemel dixerit. qm̃ Rhus ſcytodepſicos & briſodepſicos dicatur, cuius aridis foliis pelles, ut malicorio perficiantur, craſſitudine digitali, altitudine bicubitali. Quanꝯ Plinius, niſi librariorum ea ſit incuria, cubitali, pdidit. Duo faciunt omnino græci genera. Magiricon, quod additur in obſonia, ideſt, cum Syriaco, ut opinor. Alterum quod βυρσοδεψικόν, ideſt, excoriarium. quandoquidem utruncꝯ in paſtillum, ex carnibus ceruinis compoſitum, & in pantolmium quocꝯ dictum requirunt, diuerſis ponderibus, contra dyſentericos & cruenta reiciẽtes. Habetur & ſylueſtris herba, foliis myrti, colliculis breuibus: quæ tineas & uenena pellit, Rhus uocata, porro ſpecie, quam Theophraſtus ſupra reddidit. Contemplati ſumus Rhum ex Vmbria perlatum.

Theoph. li. 3. Col. li. 10. ca. 13. Pli. li. 13. ca. 6. li. 24. capite. 11.

## EX M. VERG. COMM.

FVit quondam huic frutici in Græcia duplex honor, & quod coquinę, conficiendiſcꝯ pellibus inſeruiret. Duplex etiam nominis indicatio. Latini, qui ſale potius in obſoniis quam ſemine eius uti uoluerunt, ab altera utilitate nomen illi tantum fecerunt, ſutorium Rhun dicentes.

Poſterior medicina, quæ barbaris uocibus plærumcꝯ utitur, Sumach appellat, quę uox coriis cõmunis etiam in aliquibus locis eſt, non aliunde, ut credimus, quam quia foliis fruticis huius cõfecta fuerint, uocantcꝯ eã paſſim coriario rum officinæ Sumach. Theophraſtus in fruticoſo genere, et a ſpina alba paliurocꝯ & rubo ſtatim eam deſcripſit.

## ¶ De Palma. CAP. CL

PALma in AEgypto gignitur. Ea medio autumni uigore decerpi ſolet, arabici Myrobalani ſimilis, Pomatis cognomie, colore uiridi, & odore mali cotonei: quod ſi ematureſcens ſole percoquatur, Phœnicobalanus fiet. Palma acerba eſt, & adſtringens. Contra alui fœminarumcꝯ profluuia, in uino auſtero bibitur. Hæmorrhoidas ſiſtit. Vulnera

C glutinat illitu. Phœnico balani plus ſiccis adſtringunt. Capitis dolorem afferunt. Copioſiores in cibo inebriant. Sicciores ſanguinem excreantibus, ſtomachicis, & dyſentericis utiles in cibo. Illinuntur cum cotoneo & cærato œnanthino ueſicæ uitijs. Cariotæ prẽſertim faucium aſperitati eſu medentur.

## BARBARI COROLL.

Plí.li.23. ca.5. Lib.13. cap. 4. Theoph. li.1. ca.2. li.3. ca.5.

PAlmę teneritas, proceſſu ligneſcit. Vita in ſicco æque ut in humore. Sabuloſis ſalſiſq; gaudet, adeo ut in Syria Cœle, tribus dumtaxat locis, ubi arenę ſint, pueniat. Alibi computreſcit, etiam ſi recentes earum palmulæ ſuaues guſtu ſint, nouellę fructu nullo intus ligno eduntpoſtea cum ligno. Paucos fere Palma ramos habet, ſcabro cortice, prẽcipue cum ſeneſcit. Medulla omnino nulla. Mari tantum flores, fęminis ſtatim fructus. E ſemine ſuo naſcitur, ut coniferę omnes, prẽterq; Babylone, ubi & uirga feritur. Tanto ibi unius eius uſu, ut extare carmina ſcribant, quę utilitates ex ipſa numero dierum anni pares eſſe prędicant. Simulacra ex hac fieri ſolita ueteribus, ſed prius tamen e ſubere, ut diximus aliubi. Palma uictoriæ ſymbolũ eſt, quod ut Ariſtoteles & Plutarchus inquiunt, non cedit oneri quãlibet ingenti. Nec intra flectit pandi turue, ſed cõtra põdus reſurgit. Ideoq; in coronarijs certaminibns fere aliud præmium q̃ Palma non dabatur, ut inquit Pauſanias. Etiã ſi Græcia quatuor tantum locis, oleaſtro, pinu, lauro, & apio coronare uictores mallet. Palma fumo infectat cremata, de quo & Cheremonis poetę uerſum Theophraſtus prętexuit. Parit arborum ſola fructũ ceu in ſpica: q̃d ei ſiccitatis cauſa, & proprietate quadam naturæ contingit. Fit & in alto Palma, fruticum generis, fronde corroſa, breui caudice, uirgis rectis: parte ima non in orbem, ſed in latitudinem ſigillatim ambientibus, cõtinenti ſerie aliq̃ tẽ interrupta. Color toti plantę puniceus. Surculis eius natura foliorum acanthinorum, qualia ſoncus, & cętera id genus. Sed recti tẽ ſunt hi, nõ ut illis recurui. Palma porro ægyptia, quam Dioſcorides hic deſcribit, Myrobalanon appellatã fert, nullo intus ligno: quę & Adipſos, & Poma nominat. Phœnicobalanus niger eſt, quia matureſcere permittitur Myrobalanus uiridis. Habetur & Myrobalanus unguentaria cognominata, ſed generis alterius, ſuo loco indicanda. Quid autem ſit Chryſobalanus apud Aſclepiadem, ad ardores ſtomachi ſingultuſq; adhibita, non comperi. Aegyptia uero, ut Solinus inquit, ſitim ſedat,

D utiq; ante maturitatẽ decerpta. Matura ſenſum, greſſum, linguam retardat & inebriat. Phœnix appellat græce Palma, unde fructus dependent Spathę. Palmulas e mari Plenes, e fœmina Balanos appellãt, ut Iulius Pollux tradit: qui ſumpſit ab Herodoto. Eſt & Phœnix herba, ut poſt conſtabit. Itẽq; muſicũ inſtrumentũ, ab inuentore ita dictũ: ſiue, ut alijs placet, quia primũ ex Deliaca palma cubiti eius facti fuerint. Ipſos palmarũ cũ fructu termites, Baia & Spadices græci, pſertim Dorici, appellãt: a q̃ & color equo generi, ſpadix, aut ſpadiceus & phœniceus, hoc eſt, palmeus: unde uulgo q̃q; Baius, aliq; Phœniceus, pprie is ẽ, q uermiculus et puniceus uocat, ab Euſebio ſiue Hieronymo in chronicis: nomẽ hñs a Phœnice illo, q literas inuenerit. Reperio & Parium & Balium colores equis attributos. Sed pro uario apud Euripidem, eſt Balius. Scio & Achillis equum Baliam uocatum, & equos Balias, pro celeribus quoq; acceptos a Poetis. Nam murinus color, a mure dictus in equino genere, is eſt quẽ græci pſaron, quaſi a ſturno appellãt. Cerebrũ palmę Galenus Encephalõ, Dioſcorides Encardiõ, hoc eſt, medullã uocant, quod & eſculentum eſt. Palmarum plantam Cephalonem uocari, Palladius autor eſt.

Lib.13. cap.4.

PALMVLAE Caryotæ, celebrantur cibo. Sed & ſuccus earum uberrimus eſt, ex quibus præcipua Orienti uina, capiti iniqua, unde Pomo nomen. Ex his & acetum & mella fiunt, & farina Babylone. Nuclei pro carbone ſunt. Et pabulo quoq; iumentorum aqua macerati. Laudatiſſimæ in Iudæa: nec tota, ſed Iericunte maxime. Quanquam & Archelaidæ in precio & Phaſelidæ, & Lybiadæ, gentis eiuſdem conuallibus. Dos his præcipua, ſucco pinguí lactentibus: quodamq; uini guſtu, in melle prædulcibus. Tria Caryotidum, ſiue Caryotarum genera. Nicolai, ſicciores, amplitudinis uaſte, ut quæ cubitorũ quaternum longitudinem cõpleant: ab Auguſto ita primo nominatæ, in honorem Nicolai peripatetici Philoſophi, crebro eas ad ſe miſſitantis, ut inquit Athenęus. Alterum genus minus ſpecioſæ, ſed ſapore Caryotarum proximo ſorores, unde nomen. Tertium genus nimio liquore madidum, rumpente ſe pomo in parente ipſa quoq; calcato ſimile, ob id Pateron appellatum. Ariſtoteles in libro de ſtirpibus, Eunuchos appellari ſcribit, quoddam genus Palmulę, quod alij Enorchos uocent, quaſi teſticulares ac ſpadonias.

Hosted by Google

EX M. VERG. COMM. A

Εἰ δὲ ἀφεψηθῆ πεπαινόμενον. &c. nullo sensu, si sic legatur apparebit. Nec̃ em̃ de coctura Palmę hoc loco agitur, sed quod Plinius uertit, Quod relinquitur Phœnicobalanus uocatur: ideo c̃ nos diximus, eadē si usc̃ ad maturitatem in arbore relicta fuerit, mutato colore & nomine Phœnicobalanus dicit. &c. quasi non ἀφεψηθῆ, sed ἀφεθῆ legendum sit. sensus enim est, Aegyptiā palmulam ante totam maturitatem lectā, uiridi colore esse, & appellari πῶμα. Si uero in arbore relicta, penitus maturuerit, tunc mutato colore Phœnicobalanum, ideſt, puniceam palmulam dici, monet res ipsa: quia nullus erat sensus, si ἀφεψηθῆ, ideſt, decocta fuerit, legeretur.

## ¶ De Thebaicis Palmis. CAP. CLI

THebaicarum decoctum potu, æstuationem sedat. Vires recreat cum hydromelite ueteri sumptum. Cibo idem faciunt. Fit ex eis uinum ad eadem conueniēs. Decoctum potu & gargarisatione magnopere adstringit, & cohibet. Nuclei Palmarum cæterorum more cremati in crudo fictili, et uino restincti, cinere loto, spodij uicem efficiunt. Miscētur c̃ in calliblephara. Quod si non iustam ustionem accæperint, denuo cremandi. Vim adstringendi habent, & spiracula cutis obstruunt. Contra oculorum uuam, & pustulas, palpebrarum defluuia, cum Nardo effectum prębent. Corporis excrescentias reprimunt. Vlcera ad cicatricem perducunt. Sed inter primas utiles ex Palmis humilibus ægyptiæ. φοίνιξ θηβαϊκὸς

### BARBARI COROLL.

PAlmulæ thebaides, in totum arentes sunt, quemadmodum & arabicę, macro corpore, exiles & torridę, crusta obductę uerius c̃ cute, iudaicis, ut inquit Strabo, suauiores, etiam si duriores, nec alio tractu Aegypto tota nobiles. In ipsa quidem Aethiopia friatur hęc, tanta est siccitas, & farinę modo spissatur in panem. Gignitur autem in frutice, ramis cubitalibus, folio latiore, pomo rotundo, sed maiore c̃ mali amplitudine, Cyces uocant. Triennio maturescunt. Semperc̃ frutici pomum adest, subnascente alio. Hanc palmam Chamezelon uocatam a Dioscoride, quam nos pumilam interpretati sumus. Aliud ab ea genus est, quam Theophrastus Chæriphem appellat, hoc est, abiectam & repentem humi palmam, folio latiore atc̃ molli, ad uicilia utilissimo, de qua in Taxo dictum est, copiosam in Creta, sed magis in Sicilia. Thebaidis fructus extemplo in cados conditur: ni ita fiat exanimatur, marcescitc̃ non retostus furnis. Ebenus Aethiopica palmarum generibus fere ascribitur, ut diximus. Syluestris Palmę fructus existimantur a recentioribus, quos officinæ Tamārindos modo nominant: & qdam a saporis acrimonia, Oxyphœnicas, algentis naturę contra bilem flauam pollentis. Sunt qui folia ei salicis describant similia. Non inuenio e ueteribus, qui de hoc genere quicc̃ prodiderit. Plí. li. 13. ca. 4. B

## ¶ De Palma Elate. CAP. CLII.

PAlma, quam aliqui Elaten, aut Spatham appellant, fructus Palmarum adhuc florentium, tegumētum est, calyxc̃, quo in spissamenta unguentarij utuntur. Optima habetur odorata, adstringens, grauis, præcluſa, intus pinguis. Vis ei adstrictoria. Sistit ulcera quæ depascunt. Laxatos artus committit. Trita miscetur cataplasmatis & malagmatis. Prodest præcordijs, imbecilli stomacho, & iocineri affecto, mista cōferentibus cataplasmatis. Eius decoctum subinde detersum, capillos denigrat. Datur bibendum congrue renum uesicæ, & uiscerum uitijs. Vuluæ ac uentris fluctiones sistit. Scabiem cum resina & cæra sanat, si uiginti diebus recens apponatur. Fructus quem suo amplexu fouet, Elate etiam uocari solet, & ab aliquibus Borassus. Adstringit, & Spathæ effectus prę φοίνιξ ἐλάτη πάθη



Hosted by Google

C ſtat, non ſic unguentis expetitus. Alba medulla caudicis recens in cibo, aut decocta eadem facit.

BARBARI COROLL.

Pli. li. 12. ca. 28 PALMA Elate laudatur, Hammoniaca maxime. Tum Aegyptia, demũ Syriaca, dum taxat in locis ſiccentibus, odorata, pingui lachryma: quæ in unguenta additur. Elatem, Galenus tenellum palmę germen intelligit. Dioſcorides ipſum fructus integumentum. Alibi genus eſt, ut in unguento Elatino diximus. Non ignorauit hoc Secundus noſter, cum inquit, palmam Elatem conferre medicinę, germina, folia, corticem. Cato Palmam hanc intelligere mihi uiſus eſt, cum dixit, odoratum uinum fieri e Palma: quam habent Vnguentarij. Abies ergo duplex eſt. Vnguentaria, & materiaria, uulgo nota: unde abiegnæ trabes dicuntur, & Abietarij negociatores, atq; fabri, pro eo q̃ eſt lignarij. Abies quia in cœlum abeat, a proceritate uidetur appellata.

EX M. VERG. COMM.

VIdetur Plinius lib. 23. cap. 6. Elatem, ſiue Spathem hanc, de qua Dioſcorides hoc loco ait, in cenſu, & hiſtoria Palmarum, proprium habere genus credidiſſe, quę medicinę conferret, germina, folia, & corticem: cum tamen cæteri omnes non palmam, ſed palmę partem indicent, & multifariam appellent. Verum de hoc alias.

## De Malo punico. CAP. CLIII

ſiia MAlum punicum omne boni ſucci eſt, ſtomacho utile, nullum ſufficiens alimentum. Dulcia ſtomacho utiliora habentur. Sed aliquantulum in eo calorem gignunt. Inflationes pariunt. Vnde in febri abdicantur. Acida adſtringunt. Aeſtuanti ſtomacho auxiliantur. Et multo magis contrahunt, ac urinã cient. Ora, gingiuaſq; lædunt. Vinoſa uero mediam ſortiuntur naturam. Nuclei acinorum acidi punici in
D ſole ſiccati, & obſonijs inſparſi, concoctiue, fluentem aluum ſtomachum q̃ ſiſtunt. Cœleſti aqua madeſcunt, bibunturq; cõmode ſanguinem excreantibus. Ad deſeſſus dyſentericorum, fœminarumq; fluctione uuluę laborantium utiles ſunt. Expreſſus nuclei ſuccus coquitur cum melle ad oris, uirilitatis, & ſedis ulcera, nomas, reduuias, & ea quæ in corpore extuberant, aurium dolores, & narium uitia, præſertim acidi.

BARBARI COROLL.

Pli. li. 13. ca. 19. lib. 15. cap. 17. PVnica, contorto & breui trunco, flore contra q̃ reliquis arborum puniceo. Excipiunt amygdalarum quoddam genus, quæ ſubrubicundum florem ſuſtineat. De acidæ planta uel ſemine, uinolenta dulciſq; in Aegypto exit in Cilicia, circa Solos, ad Pinarum amnem, ubi contra Darium pugnatum eſt, ut Theophraſtus inquit. Omnes ſine nucleo proueniunt. Sola hęc, & Vitis, & Ficus, & Malus, caudice fiſſo non emoritur. Aculeos gerit in ramis, ut Paliurus & Rubi. Punicum malum Chartagine laudatiſſimum, indeq; cognomen, Malum punicum. Et Romę locus erat in regione ſexta, ut inquit Suetonius, quæ alta quoq; ſemita dicebatur, ut eſt apud Martialem poetam, ubi nunc uidelicet Dioclitiani thermæ ſunt. Genera ſumma duo. Alteri nuclens adeſt lignoſus, Sclerococcon ob id uocatum. Alteri nõ adeſt, aut certe minimus, quod ex argumento Apyrenon dicitur, penultima producta, licet correpta Martiali. Archeſtratus certe anguillã, ut ſpinis & oſſibus carẽtẽ, ſolã piſcium Apyrenõ eſſe cecinit hoc uerſu.

ἔγχελυς ἣ φύσει ἐστὶν ἀπύρηνος μόνος ἰχθύς

paulg. lib 7. cap. 17.

Quę autem ſit Paulo ægineta radix Apyrani, ex qua recenti diſcuſſorum cataplaſma diapyranu, contra collectiones fingitur, ignoro. Natura ſunt candidiore Apyrena, & blandioribus acinis, qui minus amari ſint, diſtinctiq; membranis. Eſt & alia ſtructura eorum communis, tanq; in fauo nucleos habentium, quinq; ſpecies, dulcia, acria, mixta, acida, uinoſa. Samia & ægyptia. Diſtinguunt erythrocomis, & leucocomis. Ita nouẽ genera colligunt omniũ. Dulcia ſæpe intelliguntur, cũ apytena dicimus. Vinolẽta nucleũ fere paruum habẽt. Vuam in ijs, ac ne muſtum quidem, ſed uinum protinus aperuit natura. Apyrenis & uinoſis, cortex aſperi-

Hosted by Google

or. Ex acerbo fit medicamẽtum Stomatice uocatum. Sicut ex Mori quoq; ſucco, Panchriſtos cognominata. Acinos, granatis totidem eſſe numero in ſingulis affirmant, etiam ſi magnitudo uariet, modo ex eadem arbore legantur. Satam primum in Cypro Malum punicam a Venere teſtantur fabulę græcorum. Boetij, malum punicam ibidem, ut eſt apud Callimachum, & Sidem Hippocrates, alia græcia Rhoan & Rhoean, pomum quoq; Rhoas & Rhoidia & Rhoedia uocare ſolent. Inuenio & Rhoiadrion uocari a Paulo in quodam cataplaſmate, cui nomen Aphroditario eſt. In quod & tus, & amylum, & ſquama æris, & ceruſſa quęritur. Nam Aloidarion ex aloe medicina eſt. Sidem porro & Boetia terra dicitur: a qua et arbori nomen datum. Quo argumento Athenienſes ab Epaminunda in Sidę regionis quæſtione uicti memorantur. Legitur & Theophraſto Side frutex quidam, ut Athenęus interpretatur, punicę malo ſimilis, Orchomeno lacu naſcens. Theodorus gaza nõ punice, ſed papaueris ſimilitudine deſcripſit, quia Rhoeas, & punicam, & papaueris genus unum ſignificet. Quanq; diſcrimen illud, q̃ pro arbore primę declinationis nomen eſt, & rhoea, non rhoeas dicitur, pro papauere in tertiam refertur, Rhoeas, Rhoedis. Theophraſtus certe non Rhoeadi ſimilem, ſed Rhoeæ dixit. Vtcũq; ſit de Sida, Theodorus ex Theophraſto ita ſcribit. Sida papaueris, inq̃t, habet ſimilitudinẽ, capite ad portionẽ maiore, ut q̃d magnitudinem mali referat, nec nudum id eſt, ſed membranis candidis obducitur, ſuperq; eas folia roſæ cũ ſuis continentur caliculis quaterna herbacea, de hiſcens uero grana rubra, exigua, orbiculata oſtendit: nec magnopere maiora q̃ miliũ, ſapore tritici diluto, craſſeſcit æſtate paruo pediculo: flos callicibus roſarũ ſimilis, quanq; duplo fere grandior: hunc & folium ſuper aquas manere, ſed ubi defloruit, inclinari magis in uadum: donec attingat terram, atq; ita fructum fundere: folia pecudibus, germina ſuillo generi, ſemen hominibus mandi. Cognominem huic haberi & in Nilo ſcribit idem Theophraſtus herbam, ſed radicibus carentem. In tumulo Menœcei, Creontis filij, ad Boetias Thebas punica naſci traditur Pauſaniæ, cuius poma intus ſanguineum colorem præferant. A

EX M. VERG. COMM.

NOTIOR QVA M ut tractari longius a nobis debeat, Punicorum omnium hiſtoria & uſus eſt. Illud tantum animaduertendum quod uno excepto, in cunctis legitur græcis, τῆς δὲ ὀξείας ὁ πυρὴν ξηρανθείς ἐν ἡλίῳ. &c. & a nobis contra communem ſignificationem conuerſum eſt: Acidorum uero acini in ſole ſiccati. πυρῆνας enim græci nucleos pomorum, quales in ceraſis, prunis, & uuis ſunt appellant, κοκκοὺς uero acinos: nihilominus tamen πυρῆνας acinos, non nucleos uertimus. Primum, quod in probatiſſ. non πυρὴν erat, ſed ὀπὸς, quod liquorem ſignificat, quaſi ad cohibendam aluum, & in ſtomachum deſtillationes, non acinis, nec nucleis hic uti iuberet, ſed ex acinis expreſſo liquore, eoq; in ſole ſiccato. q ſenſus forte abſimilis uero non eſt. B

Certius quod ſequitur idem oſtendit, ἰσχνὸν δὲ τὸ ἀπόβλημα τῶν πυρήνων, quod eſt utiliſſimum, & quod ex nucleis expreſſum fuerit, decoctum & melle mixtum.

Quod enim exprimitur, uuida acinorum caro eſt, non duri & arentes nuclei: idq; Plinius libro. 24. cap. 7. quoq; confirmat.

## De Cytino, ideſt, flore Punici. CAP. CLIIII. κύτινος

HVIVS FLORES Cytini uocantur, qui adſtringunt, ſiccant, cohibent. Sanguinolenta glutinant. Quas Punicum præſtant utilitates. Humida gingiuarum uitia, mobileſq; dentes decocto colluuntur. Herniam pro lapſu inteſtini erumpentem cataplaſmate repellunt. Memorię tradunt, qui tres q̃ minimos Cytinos deuorauerit, nullã eo anno lippitudinem paſſurum. Eliquatur hypociſtidis exemplo.

BARBARI COROLL.

CYtinus aliter ab aliis exponitur. Dioſcorides & Galenus florem ſatiuę punicę ita uocant, Balauſtium ſyluęſtris. Plinius pomum ipſum imaturum, & primum partum eius florere incipientis, Cytinum appellat. Flores ipſi Balauſtia, in ipſo erumpentes Cytino ueſtibus tingendis: quarum color nomen inde acceperit. Cytinum Dioſcorides cognominat ipſum quoque Apollinaris herbę florem. Cęterum non proprie, ſed per tranſlationem. At Cicum, M. Varroni dicit membranula prætenuis, in malo punico diſcrimen. Vnde Cicures animantes, quæ non ſunt ferę, atq; agreſtes. A quo Veturij quoq; nobiles cognominati Cicurij. Etenim Siſen Plí. li. 23. cz. 6.

Cna Terabitę, p ſylueſtri arbuſto poſuit. Partim ingt Terabite, partim Lauro atq; Pinu abūdat.

## De Malicorio. CAP. CLV.

μαλὰ τῶν ῥοιῶν

MAlicorium aſperum eſt, mali Punici putamen, quod aliqui Sidion appellant. Id ſpiſſandi uim habet, & quos Cytini, præbet uſus. Decoctum radicis potu latas uentris tineas pellit. Et eaſdem euocat.

BARBARI COROLL.

MAlicorium, græci Sidion appellant, ex acerbis prelatum, ad perficienda coria. Nam & arbor ipſa, ut prædixi, a Boetis Sidá uocabatur.

## De Balauſtio. CAP. CLVI.

βαλαύσιον

BAlauſtium ſylueſtris Punici flos eſt, Cytino ſimilis. Cuius complura genera reperiuntur, candidum, fuluum, roſaceum. Liquamentum ex eo fit, hypociſtidis modo. Cui adſtrictoria uis ineſt, eadem faciens hypociſtis & cytinus.

BARBARI COROLL.

Plí. li. 13. ca. 19.

BAlauſtium, græce quid eſſet, dictum eſt in Cytino. Quidam caducum appellare modo uolunt, a græco detorquentes. Mihi appellatio antiqua perplacet, Nec tantum græca faſtidio, ut latina deteriora probem. Auſonius Baulauſtum, ſiue Balauſum, non Balauſtium in carmine pronunciat. Item Columella. EX M. VERG. COMM.

DE Balauſtiorū nominis cauſſa & origine, nihil pro cōperto nobis eſt. De uiribus hoc breuiſſime Aegineta tradit, efficaciſiſima in adſtringēdo eſſe, ſiccā frigidāq; naturā habere.

## De Myrto. CAP. CLVII.

μυρσίνη

DMYrtus ſatiua, nigra, utilior eſt medicinę q̄ cādida. Sed hac multo magis mōtana. Semen tñ imbecillius parit. Vis & Myrti & ſeminis adſtringit. Semen uiride aut aridum in cibo datur ſanguinē excreātibus, & ueſicę eroſiōib. Succus uirentibus baccis exp̄ſſus, eoſdē effectus exhibet. Stomacho utilis. Vrinā cit. Prodeſt cōtra phalāgij morſum, & ſcorpionis ictus in mero. Seminis decoctū capillū tingit. Ius decocti in uino ulcera ī extremitatib. ſanat. Oculorū inflam̄atiōes illitū cū polline polētę, lenit. Cōtra ægilopas illinit. Crapulā arcet p̄ſumptū uinū, q̄d feruefacto ſemine exprimatur: alias enim acorem contraheret. Preſtat uinū ſeminis effectus. Vtile procidentiæ uuluarum in deſeſſionibus, ſedis uitijs, & fœminis fluctione uuluę laborantibus. Purgat furfures, ulcera capitis manantia, atq; eruptiones papularum. Fluentes capillos continet. Additur quoq; in medicamento q̄d liparas uocant, uti oleū q̄d ex folijs eius factū eſt. Decoctū foliorū ad deſeſſiones balnearū cōuenit. Et cōtra laxatos artus, & male ſolideſcētes. Eo fracta ferruminatiōi repugnātia utiliſſime fouentur. Vitiliginē emēdat. Purulētis auribus infundit. Et capillos denigrat. Succus eadē efficit. Trita folia, & ex aqua illita humidis ulcerib. & mēbris omnib. fluctiōe laborātib. cœliaciſq; p̄ſūt. Et admiſto omphacino oleo, aut exiguo roſaceo cū uino ad ulcera ſerpētia, ignē ſacrū, teſtiū inflam̄atiōes, epinyctidas, & cōdylomata. Arētiū foliorū farina utilit inſpargit paronychijs, pterygijs, & cōtra alarū feminūq; p̄fuſiōes. Cardiacorū ſudores cohibet. Folia cruda ſeu cremata cū cęrato, ābuſtis, paronichijs,

Hosted by Google

pterygĩjſq; medent. Exprimit folijs ſuccus adfuſo uetere uino aut aqua cœleſti, cuius recẽtis uſus ẽ. Nã exiccatus plane cariẽ ſetit, & uires amittit. A

MYrtus, græce μυρσίνη dicitur. Item Myrſinos, & Myrſine. Item Phibaleos, ab Antiphane. Sed & Myrton, ab Archilocho. Degenerat in fruticẽ, niſi crebro repurgeť. Vita ei ut quibuſdã animalibus ambigua, hoc eſt, terra & aqua. Prẽcipuus odor Myrtis Aegypti: ubi cætera omnia hebeſcunt. Semen apud Menandrum Synariſtuſin manditur. Myrtum & Myrta dicitur a Catone, maſculino & fœminino ſexu, græcorũ (ut arbitror) imitatione. Item Murta Varroni, unde Murtatũ, ſiue Murtatulũ, genus farciminis, q̃ ea large farciret inteſtinũ craſſius. Vſus baccæ antiqs, p̃libo fuit, anteq; piper haberet. Gñoſum inde obſoniũ, cognomine Myrtatũ. Cõmẽdant Myrtis & iura, p̃ſertim aprorũ. Peregrina Italiæ arbor, atq; etiã Europæ quondam. Pacifera Romæ habita, uice cuius uerbena nũc, laurus & olea prætendi inter armatos hoſtes quietis indiciũ fuerit. Purificatõibus quoq;, fuffimẽtisq; adhibita. Ob id & in coronis utebant ea theſmothetæ Athenis. Præeſt Venus arbori, quippe q̃ littoribus maxime gaudeat: Venus aũt e mari dicit orta. Hinc & arbor ſacra coniugio. Græci arborẽ Mineruæ, ut Oleã dicant: cõmenti fabulã, q̃ Myrſine Athenienſis puella fuerit, pulchritudine ac robore inſignis, amica Palladi, quã iuuenis, ab ea curſu & palæſtra ſuperatus, interemerit. Catonis faſtigia ſunt candidi, nigri, coniuguli. Alia diſtinctio eſt, ſatiuæ, ac ſylueſtris: & in utraq; latifoliæ. De ſylueſtri agitur in Oxymyrſine. Satiuarũ gña topiarij faciunt. Tarentinã, folio minuto: noſtratẽ, patulo: forenſem, hoc eſt, exoticã, p̃denſo, uerſibus foliorũ ſenis. Hæc non eſt in uſu. Vtraq; alia ramoſa. Coniugulã, quæ & Coniugalis uocat, noſtratẽ dici exiſtimãt. Quantes myrtea corona uſos quãdoq; tradunt, ut triũphantes Lauro. Celebris eſt Hippolyti & Phædræ amoribus Troezenia, cuius folia, ut inqt Pauſanias, prope Veneris delubrũ ſatæ pforata naſcebãtur, iniuriã uidelicet ferentia ſæuientis unguibus, & calamiſtris fœminæ. Myrtæ ſunt, ipſæ Myrti bacculæ. Controuerſum fuit apud Græcos, quod nam coronæ genus eſſet Anacreonti, Naucratites appellata. Et pluribus uiſum eſt, non aliud eſſe, q̃ ex Myrto, roſis comitantibus. Alij papyrũ coronariã: quam Aegyptij Biblon ſtephanotrida cognominãt, interpretantur. Alij e ſampſucho ſertum, q̃ in Aegypto copioſiſſima ſit ſampſuchus. B

BARB: Plin. 15. ca. 29. lib. 21. cap. 9.

*

Quia porro de coronis incidit ſermo, inutile nõ arbitror quædã huc tranſferre, q̃ alio a nobis opere dicenda ſeruabãtur. Ergo Leſbij, ut inqt Athenæus, Myrti ramulos Hypothymidas uocãt. Iis ſe coronãt implexis floribus. Alij pectorales coronas: quibus & ceruices quoq; redimibãt, Hypothymiadas, Hypothymidasq; dicebãt. Habet & Hypoglotis, ex Hypogloſſoherba, quæ poſt dicet. Item Iſthmion, quã plæriq; Iſthimiacã appellant. Pyleones uero ſerta ſunt, quæ Iunoni circundabãtur, utiq; apud Spartanos. Sicyonij celebrãt Iachachas, ex Iacha flore quodã odoris cõmendatiſſimi. E Myrto conſtãt & Hællotides uocatæ ambitus ingentis, cubi torũ uicenũ: ab Europa dictæ, quã Ellotida Corinthij appellãt, q̃ eius oſſa in Myrto condita ferãtur. Quidã Elotida & Mineruã dictã uolunt. E Palma Piſilimi ſunt, quas Lacedæmonij Thyreaticos uocãt, a loco ubi caſtra hoſtiũ cœpere. E ſerta Campanica Melilotini, quanq; ex omni gñe coronamẽta muliebria in eo uocabulo Græci fere intelligũt. E Loto Aegyptia fit Antinoos, utiq; non omni, ſed ex ea quæ colore roſæ naſcit. Ex ea uero quæ ceruleũ eum habet, Lotinos tantũ dicit. E roſa cyliſtos maxie, quas & Eccyliſtias cognominãt. E Struthio Struthiũ. E Potho, Pothos. Eſt aũt Pothos duplex. Alterũ genus Hyacinthi flore. Alterũ ſine colore candidũ, quo ſepulchra coronabãt, a quo & nomẽ quaſi deſyderatis eſſet dicatũ. Theodorus deſyderiũ cõuertit. Floret æſtate. Diuturnius eſt candidũ. Habet & Aegydion coronæ genus Eubulo, aut ex Anagalide, ut arbitror, quã nõnulli Aegylin uocabãt. Aut e Lygo. nã Lygos Aegylis a quibuſdã uocat. E Lygo aũt coronas fieri ſolitas antiqs, in Vitice docuimus. Aut gramine, quippe q̃d ab aliquibus Aegrion uocet. Nam Fauni arundine ferulaq; uinciebãtur. A tilia Phyllirinos. Synthematicos, Ariſtophanes cũ dixit, coronas uidet promptuarias & parabiles intellexiſſe, nõ multũ a triuialibus & promiſcuis diuerſas, quæ a Græcis Chydeæ, quaſi confuſanæ uocãtur. Choronos, Appion grãmaticus, apud Philetam, a choro dictos putauit. Vnde apud nos coronæ ſint uocatæ. Sũt & Acinũ, corollæ genus ex Acide, ita dicit flos & ſatiũ quoddam, ut Athenæus & Plinius ſcribunt. Sunt & Elicti ex Helice, familiares Alexandriæ, nec non alijs quoque floribus plicatiles. Nam Tindiæi, Abydæi, ab oppidis Aegypti, ex ſpina ſunt Aegyptia, nemore ibi ſacro Apollini ſemper florente, multis comitatæ fabulis, quas referre, ut non piget, ita certe parũ intereſt. De ijs & in Aegyptia ſpina diximus, ex Demetrij ſententia. Coronamẽti nomen uidet, & cuius mentionẽ fecit Cratinus, Coſmoſandallos uocatũ,

Coronarum genera.

Cuius inuentores Lacedæmonios fuisse Clearchus auctor est. Ariadnes coronã e flore Theseo dicto perhibent fuisse. Id satũ radice discribit amara, ut Theophrasto placet, de quo Timachidas poeta græcus cecinit. Inuenias & Apragmosyn uocatũ, coronariũ quoddã satum, apud Aristophanem poetã, ut grãmaticus Aristophanes interpretat, Athenis in academia nasci solitũ. Anethinis quoq; sertis usos ueteres, & Alcæus, & Sappho testes sunt. Coronas in Græcia factitatas, a Stephano primo dicunt, ob id & nomen sertis datũ, ut Stephani uocarentur. Auctorem & inuentorem coronæ Ianum biformem fuisse græci affirmant. Hybernas corollas nostri Corneas uocabant, q̃ e cornu fierent, in florũ defectu. Sicut ex omni florum genere, Pancarpias. Dictum est & in Vitice de coronis alijs. Itemq; in Elichryso.

EX M. VERG. COMM.

MYrtus differt a Rusco, quod mitior & quod Græci dicunt ἥμερος. Ruscus uero cuspidatis foliis, uulnerãs magis quã pungens, asperior & indomita est. Qualis aũt sit Ruscus, cum de Nigram Myrtũ ueteres dixerunt, quæ candidæ comparata nigresceret, & candidam quæ nigræ comparata albesceret. Præfertur in omnibus in medicina nigra, teste Columella lib. 12. cap. 38. (Oxymyrsine nobis ageẽ certius patebit.

## De Myrtidano. CAP. CLVIII.

μυρτίδανον

MYrtidanum dicitur incrementum inæquabile, uerrucosum & concolor. Quod perinde quasi manus Myrti caudicem amplectitur. Magis q̃ Myrtus adstringit. Tusum addito austero uino reponitur, coactumq; in pastillos siccatur in umbra, multo efficacius, & folio & semine, cærato, pessis, insessionibus, cataplasmatis admistum, ubi adstringendum aliquid est.

BARBARI COROLL.

Plí. li. 23. ca. 9.

MYrtidanum, a Galeno Myrtada nominatur, uirgultum & soboles Myrti: qualis fortasse in Ficu quoq; fructicat, exiens ab radice. Myrtidanum certe Plinius pro uino accipit, quod ex syluestris Myrti baccis sit conditum, libra in tribus musti congijs deferuefacta, donec duo supersint. Hippocrates Martidanum uidetur appellasse hunc fruticem. Myrtidanũ uero ipsum piper, ut post dicemus.

## De Cerasijs. CAP. CLIX.

κεράσια

CErasia uentri utilia sunt, si uiridia sumãtur. Eadem siccata aluum sistunt. Gummi quod Cerasi resudarũt, cum uino diluto tussi uetustæ medetur, Colorem commendat. Visum exacuit. Appetentiam inuitat. Idem ex uino potum calculosis auxilio est.

BARBARI COROLL.

Plí. li. 16. ca. 25. li. 23. ca. 7. lib. 16. ca. 18. Theophr. li. 3. ca. 12.

CErasus, in quatuor & uiginti sæpe cubita erigit, crassa, dodrantibus quatuor ab radice. Foliũ Mespili durũ, & latius corticis leuore, colore, crassitudine. Similis Tiliæ, ob id apta cistis, ut Tilia. Hæc meatu flexo, nec girũ complente, abducit arbori ab infernis sursum uersus in angustias colligendo sese, qualis in fronde ipsa quoq; descriptio est. In eundem modũ, & desquamatio euadit. alioquin præscindit potius q̃ filo eodẽ auferri possit. Per crassitudinẽ secto tenuitas foliũ detrahit, nec arbor emorit, q̃ si totũ deglubas, qui reliquus sit, tunc humor elabit. Tunica porro exteriore adempta, nigricat. Interior pituita quadã muccosa, & uice illius secundo anno tenuior, altera subnascit. Neruí ligno contorti cõuolutiq;, in anfractus, ut cortex uirgis continuo q̃ nascunt idem mos: rami dum adolescunt, alij subinde pereunt, ut qui ab imo sunt, alij cõtinue crescũt, ut supni. Prorsus arbor de rãosis nõ est, minus etiã aliquãto q̃ Populus. Radix multiuga, & suma telluris cute nec crassa. Contortio eadẽ radicis & corticis, radice tegẽtis, flore albo, piri uel mespili, e racemis fauaceo. Fructus ruber diospyri figura, magnitudine fabæ. Qz q̃ acinus diospyro p̃durus, cerasso mollis, ut Theophrastus inqt: apud quẽ diospyros, hoc significat, q̃d lithospmon Dioscoridi & Plinio, ut arbitror. Nec Theodorũ satis ꝓbo: q diospyron, Iouis flãmam interp̃tatus est: cũ Iouis triticũ interp̃tari debuisset: quãdo & uulgaris quoq; sermo granũ solis appellare consueuit. Nascitur Cerasus ubi amnes & tigna, oinoq; ubi Tilia. Italiæ Cerasum Lucullus intulit. Nunc trãs Oceanũ, & in Britaniam quoq; uecta. In Aegypto

Hosted by Google

nulla cura eualuit, ut prouenire posset. Genera nominātur Aproniana, quæ maxime rubeant. Actia nigerrima, rotunda Ceciliana. Iunianis gratus sapor tantū, sub arbore adeo teneris, ut gestatu marcescant. Principatus Duracinis, quæ Campania Pliniana appellat. In Belgica Lusitanis. In ripis etiā Rheni. Tertius ijs colos e nigro ac rubenti, uiridiq;, similisq; maturescentibus semper. Sunt & laurea Cerasa in Lauro primū insita, non ingratæ amaritudinis. Hinc Amarasia dicūtur uulgo, quasi amara Cerasia. Et enim pomū ipsum non cerasum, sed Cerasiū uocari, Seruius pręcipit: cuius & illa quoq; uerba sunt. Cerasiū inquit, & anteq̄ e Ceraso urbe Lucillus adueheret, erat in Italia, sed durum, & cornu appellabatur: quod postea mixto nomine Cornocerasiū est uocatū. Sint aūt Cornocerasia idem cū Duracinis genus, an uero Seruio credendū, qui Cornū in Italia Cerasium fuisse prodat, cū alia res sit Cornus, alia Cerasus omnino, satis ambigimus. Cerasiorū porro discrimen alterū, quod Romæ Visulum appellant, frequentissimū in Germania, & Gallia. Sed in Scythia fere supra modum, ubi & Viscina Barbari cognomināt, ut Pomponius Lætus, qui ea loca modo inuisit, constanter affirmat. Sunt Macedonica, paruæ arboris, raroq; tria cubita excedentis, Chamæcerasi uocatæ. Pomū hoc, primā colono fere gratiam uertentis anni refert. Primo candidum, mox rubescit, deinde nigret septentrione frigidisq; gaudens, siccatur sole, conditurq; ut Oliua cadis. Medium Cerasis genus, inter acinos atq; baccas, sine osse. Quemadmodū nascantur, Græci & Latini monstrauere. Fatigatur canicularum æstu Cerasus. Defendit hoc incommodū, ut inquit Palladius, herba Symphoniaca, trunco arboris eius circūdata: nec qualis herba ea sit, ostendit. Quemadmodū neq; Græci Polypremnon appellatam, cuius succo ægrotas arbores oblinere præcipiunt. Nisi quis Apuleio credat, Symphoniacā tradenti, eādem esse cum Hyoscyamo. Plinius Symphoniā herbam describit alternis uiridibus, roseisq; per caulem folijs, in posca sanguinē reijcientibus mederi. Hanc aliqui Cremphenā scribunt, aliqui Symphonā, alij Comphenā, aut Somphenam. Quod si pro Hyoscyamo sumi posset: non folijs alternis uiridibus, roseisq;, sed floribus legendum erit. Quandoquidē Dioscorides ita dicat, παρὰ δὲ τὸν καῦλον ἐφεξῆς πεφύκασιν ἄνθκώσπερ ῥοῖας. Accedit, q; ad eruptiones sanguinis Hyoscyamus quoq; laudatur.

A

EX M. VERG. COMM.

B

ALiter de Cerasijs docet lib. 6. Paulus Aegineta. Saporē enim tribuit, quod hic ex siccitate, contrarioq; habitu eorū decernit. Siquidē monet, q̄ dulcia sunt, citissime dilabi, austera stomacho utiliora esse, Acida uero, ob incidendi uim, habent pituitosis, & excrementosis stomachis prodesse. Seruabitur a nobis id posthac multa fide, ut ubi εὐκοίλιον sit, bonam aluum semper, ubi λύειν, solutam, ubi μαλάττειν, mollem, ubi ὑπάγειν, deiectam, aut soluere, mollireue aut deijcere dicamus.

## ¶ De Siliquis. CAP. CLX.

Siliquæ recentes stomacho aduersantur. Aluum soluunt. Eædem siccatæ sistunt, stomachoq; utiliores fiunt. Vrinam ciunt, sed pręcipue quæ uinaceis condiuntur.

κεράτια

BARBARI COROLL.

Siliquā arborem Ficū Aegyptiā uocari, & in Ionia Ceroniā, Theophrastus auctor est, quæ & Ceratia dicat. Galenus arborem Ceratoniā, fructum Cratia nominari scribit, a corniculi similitudine. Lucius Columella, Siliquā græcā, credo, ut a fœno græco distingueret, q̄d absolute siliquā rustici cognomināt. Recentiores Græci Xylocerata. Sed alia est Ficus Aegyptia omnino, ut Plinius notauit, & nos paulopost monstrabimus. Quādoquidē in Aegypto nulla nascitur. Sed in Syria, Ioniaq;, & circa Gnidū, atq; Rhodū, folijs semper comātibus, flore candido, cū uehementia odoris: pomo siliquæ, & ob id nomen: radice sublimi, sed non multū, plantigera, imis partibus, superficie flauescens inarescensq;, succū auferente sobole. Pomo antecedentis anni detracto, post canis ortū, statim concipit, uterūq; præfert, & mollem quandā uuæ modo informem indiscretāq; primo edit: quæ postq̄ adoleuit, per arcturum & æquinoctiū florem emittit, Hyeme fœtus enutriente, qui usq; ad canis ortū in parente durāt, ut prædiximus. Tum metūtur. Non puto quenq̄ nescire, Siliquas prædulces esse, earumq; mandi corticem, digitorum hominis longitudine, interim falcata pollicari latitudine. Seritur & hæc apud nos semine, sed parū feliciter, Quādoquidē nec fructū fert, & breui emorit. Galenus usum eius cibo dānauit, ut mali succi, & lignosi, nec facile conficiendi. Posteritas cōmendat ad stomachum fulciendum, utiq; post cœnā, & ad uentris profluuia, si quis præsumpserit. Subter hanc arborē flami-

Plin. 15. capit. 29. 28. li. 17. ca. 8. lib. 23. ca. 8.

Gellius lib. 9. cap. 15.

nis Dialis capillũ, & ungues p̃fectos terra operiri mos & religio erat, ut eſt apud Geliũ. Quanq̃ non Siliqua, ſed ſilica mendoſe in eo legit. Niſi quis non ſiliquã, aut ilicem, aut ſalicem puret legendum. Ego ut ingenuæ ueritatis homo, quid ſequendũ in eo potiſſimũ ſit, non diffitebor ne ſcire. In mediũ, ut plæraq; alia relinquo. Eſt & nomen herbæ Plinio Ceratia, uno folio, radice nodoſa & magna, cœliacis & dyſentericis in cibo danti. Idem auctor coniũgit huic Peratica; ſeptem ei caules reddendo, qui uelut roſæ capita ſuſtineant. Quanq̃ in codicibus quibuſdam non Peratica, ſed Statica ſcriptum legas, quoniã ſiſtat aluum.

C

EX M. VERG. COMM.

EAdem Græcis & Latinis in hac arbore fructuq; eius ratio nominis eſt. Illi κεράτιον, qua uoce in frugibus & leguminibus aliquot longiores Siliquas dicunt, facto a cornu nomine appellauerunt. Latini cõmuni, & aliis Siliquis appellatione indicauerunt, & ut ab aliis diſtingueretur, aliquid quod rem ad proprium genus contraheret, adiecerunt, nunc dulcem, nunc græcã Siliquã appellantes. Nota ſatis arbor, notus & fructus, felici deſcriptione a Plinio lib. 15. indicatus. Quorũ arborem, paulo a Ceratis deflexa uoce, Paulus ægineta Ceratoniã uocat. Græci aliquot itidem facto ex lignoſa ſoliditate cornuq; longitudine, & flexura nomine, Xyloceratа appellauerunt. Damnauit in cibo Siliquæ huius uſum Galenus.

Carere quoq; intellectu nobis uidetur quod dicit, μάλιστα δὲ τὰ ἐκ τῶν σιμφύλλων συντιθέμενα, quæ ſic uerbum de uerbo uertat aliquis. Maximeq; ea quæ ex uinaceis componuntur. Nulla cum ſuperioribus ſerie & rei ſenſu. Quid enim Siliquis his cum uinaceis? Corruptus nobis omino locus uidetur. Suſpicamurq;, exquo σιμφύλλων duplici λ legitur, contra q̃ id in uinaceis ſcribatur id nomen, potuiſſe aliquid de foliis arboris eo loco decerni. Quod uetuſtiſſimus, qui apud nos eſt, Longabardus, literis ſcriptus latinis Dioſcorides indicat, in quo legitur, maxime quæ ex foliis componũtur. Aut ſi uinaceorũ illic futurũ nomen eſt, de conditura aliqua Siliquarũ, qua uuarũ modo in uinaceis ſeruarentur. Sed obſtat huic ſententiæ præpoſitio ἐκ. Non enim ex uinaceis, ſed in uinaceis ſeruantur, quemadmodũ priori illi σιμφύλλων uox.

Potuit forte etiã Dioſcorides, corticem huius σιμφύλου dicere. quemadmodũ in uuis Græci appellant, docereq; urinam præcipue ciere, quæ ex Siliquarũ huiuſcemodi corticibus confecta eſſent, confectionis genus aliquod indicans ea ætate notum, ſed nobis incognitum.

D

## ¶ De Malo. CAP. CLXI.

μηλία

FOlia, flores, & germina cum omnis Mali, tum maxime Cotoneæ adſtringunt. Pomis acerbis adſtringendi uis ineſt. Maturis uero longe ſecus. Ex iis uerna bilem gignunt. Neruos lædunt. Inflationes pariunt.

BARBARI COROLL.

Plin. l. 15. ca. 14. l. 12. ca. 3. lib. 16. cap. 27.

MAlus corticis leuore nitet. Peculiares habet nodos, belluata facie, ut Theophraſtus ſcribit, ſed prægrandi uno, aliis circa eum puſillis compluribus. Fructificat primis frigoribus. Verena intelliguntur mala, quæ adulto uere matureſcunt. Inter Mala tuberes correpta priore ſyllaba dicũtur, baccis ſimiliores q̃ Malis. Poſt Armeniaca, & omnino inter primas florent arbores. Inſeri ſolent Cydonio, piro, pruno, & calabrici, & malis omnibus, ut inquit Palladius, quamq̃ Plinius ſylueſtrem ſpinam, calabricem uocari dixit. Genera duo Tuberum, candidum, & a colore, Sericum uocatũ. Papinius Tuberes, &: Zizipha, hæc ex Africa, illa e Syria nouiſſimis Auguſti temporibus inuexit, in caſtris ſata, & aggeribus præcipue decora. Græci quemadmodũ ipſas Tuberes appellent, haud poſſum conijcere. Niſi quis Syrica, ſiue, ut in quibuſdã exemplaribus habetur, Serica eas uocare putet, parui ſucci poma, nec concoctioni, nec ſtomacho facilia, ut inquiunt Paulus, Oribaſius, Aetius. Præferuntur e Ziziphis Aedeſina uocata, ut quidam putauere, q̃ grandiſſima, calore, ac humore tẽperata, medicis monſtrantibus. Columella duplex Ziziphi genus habet, rutilũ, & candidũ. Inuenio apud Græcos, qui Dinzipha pro Ziziphis appellitent. Pene uero Tubera peregrina ſunt in uno Italiæ agro Veronenſi naſcentia, quę peculiari noie lanata Plinius appari dicit, obducta lanugine, ut Struthеis & Perſicis fere plurimis, nulla tamen alia cõmendatione inſignia, ab inuentoribus nuncupantur. Matiana ex uico Aquileienſi ſub ipſas Alpes, quibus ſimilitudine reſpondeant Gangeris Paphlagonæ urbe naſcentia, nunc Hiſpaniæ uernaculo uocabulo Matiana in commune ſunt mala oia. Sunt & a Manlio Manliana, Claudianis color rubens. Appianis odor & magnitu-

Hosted by Google

do cotoneorū, insito cotoneo. Sceptiana rotūditate insignia. Cato addijcit Quiriana, & Con A
ditiua, quæ dolijs condantur. Et Scantiana, Scandianaq;. In nomine sunt & Gestiana, siue Sextiana, siue, ut Græci scribunt, Castiana: quoniam & Cestomela uocantur ab Aetio. Quanq; ridicule a cesto, id est, loro dicta quidam interpretes existimant, cui similia sunt cortice. Hæc ipsa & Pezomela uulgo dicunt, & austera prædicant. Austera e dulci sunt Aphratomela: odorata hæc, & pulpam habent asperam, & squalentem, ut cidonia. Sunt & parua quædā, saporis gratissimi Petilia. Habētur & Pelusiana, & Prosiua, & Veriana, siue Tiburneriana & Sirutia. Sunt & Phaulia, & quæ Delphica Græci uocant, & Platania, & Mordiana orbiculatis similia, ex Apolloniate agro, qui Mordius cognominabat, & Camerina, siue ut Columella uoluit, Amerina, & Græcula. Itē Gemella, nunq; in fœtu singula. Sicut Belgemela, siue Melgemela, q; folium unū aliquādo geminū erumpit latere medio. A colore Serica, ut nescia Tuberum hæc generis, an diuersi putē. A gentilitate Melappia, a celeritate miteſcendi Mustea: de quibus in Melimelis loco suo dicetur. A māmarum effigie Orthomastica. A conditione castrati seminis, Spadonia. A corrugationis celeritate Pānucea. Ab importuno & stolido tumore, Pulmonea. Sunt quibus color sanguineus, origine ex mori insitu tracta. Sunt & parua grati saporis, atq; etiā acutiora, odore syluestria peculiari, acerbitatis, improbitatisq; cōuitio. de qbus proxime differemus. Itē Daca, ferme uillissima, Quanq; aductu prima: decerpiq; properantia. Græci Corinthiaca, e Sidunte uico celebrāt. Nominātur & Laconica, & Herina, a uere dicta, sicut a lanugine Chnodia, Lanatis supra dictis fortasse nō plane dissimilia. Seruant poma tabulatis, loco frigido, septēntrionalibus fenestris, quæ sereno die lucē accipiāt patētes. Austri specularibus arcendi, Aquilonis afflatu marcescunt in rugas. Colligunt post æquinoctiū autumni, nec ante sextamdecimā lunam, neq; ante primā lunam. Cadiua separanda. Minimū Melimela durant. Plurimū Camerina: quæ ut Scantiana quoq; serotina sunt, & gelu matureſcunt, ad hyemē usq; pendētia in parente. Vini Malo proprietas æque ut Piro. Malū a Græcis Melon, arbor Melea dicitur. At Pomi nomen generalius est, ut complectat quicqd apud Græcos Opora continet, in quo significatu est, cum dicitur a medicis, omne Pomū refrigerandi & humificandi uim habere, parū alere, mali succi esse, autumno plus officere. Inde Oporotheca, ubi custodiunt. Pomū B
Varro dictū autumat, quia potu siccitatibus indigeat. Differt tamen Opora ab ijs, quæ Acrodrya Græci uocāt. Q; Opora est, quicquid nihil habet exterius lignosum, Acrodrya uero contra, ut malū punicū, pistacia, castaneæ, nuces, similiaq;. Vtrūq; genus Salgami nomine cōplectunt Latini: a quo Salgamanus. Dubitatū est, & in iure apud Ceselium, an nux pinea pomū esset, quia Nuces essent quicqd foris duro tegitur, Malū quicquid id quod esus est foris habet, Pomo utrunq; contineretur: quod fere probamus. Seruio Nuces sunt omnia corio duriore tecta, molliore uero Poma. Feruntur & alia Mali genera, suis mentionibus prodenda. Galenus omnia inquit Mala breui fugiunt, atq; acescunt, utpote frigida, & excrementitio succo redundantia: ideoq; nisi melle condita seruando, seruari non possunt. Excipiuntur Cotonea inquit, & Struthea. Malorum enim appellatione ueniunt & Cotonea, & Granata, & Persica, & Pirí genus, unum Librale nuncupatū, ab amplitudine ac pondere.

## ¶ De Cotoneo malo. CAP. CLXII.

Cotonea stomacho utilia. Vrinam cient. Verum tosta accommodatiora habētur. Prosunt cœliacis, dysentericis, purulenta extussientibus, cholericis, præsertim cruda. Maceratorum liquor, commode in stomachi, aut uentris fluctionibus potui datur. Succus crudorum assumptus orthopnoicis salutaris est. Decocto fouentur uuluæ, & sedes si procidant. Cotonea quæ melle condiuntur, urinam mouent. Mel autem sibi constringentem illam uim, & inspissantem adscisit. Quæ cum melle coquuntur, stomacho atq; ori gratiora sunt, sed minus inspissant. Cruda cataplasmatis adijciuntur, ad cohibendam aluum, aut si stomachus æstuet, aut in uomitiones effundatur, ad mammarum inflammationes, præduros lienes, & condylomata. Fit uinum ex ipsis tusis, expressisq;. Sed quo perduret, quindecim sextarijs succi unus mellis adiungitur:

C alioquin in acorem degenerat. Prodeſt ad omnia quæ dicta ſunt. Fit & oleū ex ijs, quod Melinum uocauimus, quo utimur quoties adſtringenti oleo eſt opus. Eligi oportet uera, rotunda, parua, & odorata. Quæ uero Struthia dicuntur, magna quidem ſunt, ſed minus utilia. Flos & uiridis & ſiccus cataplaſmatis imponitur, ijs conueniens quæ adſtrictionem deſyderant. Inflāmationibus oculorum, reiectionibuſq; ſanguinis, contra citam aluum, & menſium impetus, in uino bibitur.

BARBARI COROLL.

Plí.li.15.ca.u. 17.li.23.cap.6. COtoneis, ut primus Caro nominauit, amplitudo Pinearum nucum. Interim maioribus incuruatos trahunt ramos, prohibentq; parentem creſcere. Cydonea Græci appellant, quoniam ex Creta primum illata fuerint. Genera eorum, Chryſomela, hoc eſt, aurea mala, inciſuris diſtincta, colore ad aurum inclinato. Noſtratia candidiora, odoris præſtantiſſimi. Neapolitana ex eodem genere minora, odore uibrantia, prouentu ſerotino, quę Struthea nuncupentur, ſicut quæ celeriter miteſcunt & præcocia ſunt Muſtea. Aetius Struthea inquit dicuntur, quæ magna ſunt, & ſuauiora, minuſq; acerba. Cotoneo Strutheis inſito, muluiana cognominantur: quæ ſola ex ijs, uel cruda ueſcendo ſunt. Habentur & ſylueſtria parua, e Strutheis odoratiſſima, in ſepibus nata: Omniaq; iam & uirorum ſaluratorijs cubilibus incluſa, ſimulachriſq; noctium conſcijs impoſita, ut Plinius queritur, inſigni taxatione ſęculi muliebriter mollis. Cotoneum, & Codymalon, ſiue Cydyomalon uocari quidam ſcripſerunt: uerum Polemon, floris genus eſſe id exiſtimat. Cotonei genus præter hæc inuenio, Phaulion uocatum. Quo nomine, Mali quoq; genus unum dici meminimus.

EX M. VERG. COMM.

QVod in græcis dicitur, ἐμπνϊκοῖσ, quæ uox purulentas excreationes ſignificat, in antiquioribus & melioribus græcis, non ἐμπνϊκοῖσ, uerum ἁιμοπτοϊκοῖσ, id eſt, ſanguinem expu
D entibus legitur, diuerſo mali genere, & quod in his qui ad tabem feruntur purulentas excreationes antecedit, ſi Hippocrati credimus. Ideoq; nos maluimus dicere, ſanguinem expuentibus, auctore, & confirmante id Plinio lib. 23. capi. 7. de Cotoneis malis, cuius uerba ſunt, Matura inquit, proſunt ſanguinem excreantibus, &c.

Non uideo, cur relicta hic uoce græca Barbarus uerterit, aletlima, quaſi ex hoc nomine priuatim aliquod genus indicaret. Nullibi enim inuentum id a nobis eſt, nec ipſe inueniſſe ſe teſtatur. Nos uera reddidimus. Nec aliud inter Cotonea uera, & Struthia diſcrimen hic eſſe oſtendit, quam ex forma, magnitudine, & odore.

## ¶ De Malis dulcibus. CAP. CLXIII.

μηλίμηλα MElimela uentrē molliunt, & animalia expellūt. Stomacho negocium exhibent. Aeſtuoſa. Ea a multis, dulcia mala uocantur.

BARBARI COROLL.

MElimela dicūtur a ſapore melleo. Eadem & a celeritate miteſcendi, Muſtea, ut inquit Varro, uocabantur. Minimū durant hæc, ut inter Mala diximus. Muſtea ſane ueteres appellabant id quod nos præcocia. Vnde Cotonea quoq; certo genere Muſtea dici ſolita reddidimus. Item Pira, quod recens eſt, Muſtum, & Muſteum dici ſolet. Athenis Melimella nominabātur, malo in ſylueſtrem Pirum, Cydoniumue inſito, ut ſcribit Diophanes.

EX M. VERG. COMM.

θηρία ἐκτινάσσει, uidetur non carere mendo, tametſi & nos quoque reddiderimus, uentris animalia pellit. Dulcia enim hæc mala ſunt, melliſq; ſapore, a quo nomen inuenerunt, non uidentur poſſe uentris animalia facile pellere: niſi forte deiectam hoc cibo aluum, ea etiam ſequūtur, & quæ alioquin hæſiſſent, impetu excrementorū, quaſi in torrente piſces, qui largiore per æſtatē imbre abundauerit rapiūtur, aut propria naturæ ſuæ poteſtate, qualia multa paſſim uidentur, id ea mala poſſint. Haberquidem parū certam, non tamē abſurdā id rationem.

## ¶ De Orbiculatis Malis. CAP. CLXIIII.

ἠπειρωτικὰ EPirotica mala, quæ latine Orbiculata dicūtur, ſtomacho utilia. Siſtunt aluū. Vrinas euocant. Malis tamen Cotoneis inualidiora.

Epirotica, ex

BARBARI COROLL.

EPirotica, ex Epiro inuecta primum. Argumento est cognomen. Orbiculata nostri appellant, ex figura orbis in totunditatem circumacti. A

EXM. VERG. COMM.

FAcile nobis indicatur, posse hæc mala esse quæ rura nostra a colore rosea appellant, Mala rotunda & orbiculata, quæ toto anno seruari possunt.

## ¶ De Sylvestribus Malis. CAP. CLXV.

SYlvestria mala similia sunt uernis, & adstringunt. Sane in hunc usum immatura opus sunt. ἀγριόμηλα

BARBARI COROLL.

SYlvestria, odore acutiora, sed improba & acerba: ob id & conuitio dicata. Iis tanta uis, ut aciem gladiorum perstringant. Aliud genus sunt, quæ Poma sylvestria dicuntur, a rei rusticæ scriptoribus, ut albæ spinæ, græcæ siliquæ, iuniperus, lotos, pampinus, cornus, arbutus, prunus, & paliurus, atq; sachrades piri. Quid porro sit in Columella (sunt em̃ hęc Columellę uerba) Pāpinus, & an corrupta sit lectio, pro eo quod est Carpinus, aut Pinus, relinquo discutiendum peritis.

EXM. VERG. COMM.

SYlvestria sunt, quę Theocritus in Bucolicis suis ὀρειμηλίδας, id est, montana appellat. In quibus illud animaduertendum, nō de his tantum præcipere Dioscoridē, ad adstringendum imaturis opus esse, quod ex Plinio Barbarus uertit, sed in uniuersum omnibus acerbis in adstringendo uti oportere.

Verba eius hæc sunt. δεῖ δὲ πρὸς τὰ σύφειν χρήζοντα ὡροτέροις ἅπασι χρῆσθαι. Id est, Oportet autem ad ea quę ad adstringenda sunt, intempestiuis, id est, immaturis omnibus uti. Omnibus id tribuitur, non priuatim sylvestribus.

## ¶ De Persicis Malis. CAP. CLXVI.

PERSICA poma matura, tam stomacho, q̃ uentri utilia sunt. Acerba aluum cohibent, sed sicca uehementius. Decoctum e siccis, alui stomachiq; fluctiones sistit. περσικὰ B

BARBARI COROLL.

PErsica, ex Perside aduecta, ut ipso nomine apparet, Theophrasti temporibus in Aegypto tantum, & uicinis locis ferebat. In Rhodo ad florem usq; perueniens: quod primum ab Aegypto uenienti hospitium fuit. Inde Rhodacina fortasse uernaculo græcorum sermone dicta. Ni si quis inuersum nomen putet, quasi Doracina. sic enim Persica ipsa nominantur a græcis recentioribus, Paulo, & Aetio, quasi Duracina: de quibus post agetur. Notant autores, nusquā minus odoris pomo, plus succi, qui tā sitim stimulet. Falsum est, uenenata cū cruciatu in Persis ea nasci, & pœnarum causa a Regibus translata in Aegyptū, ubi cœlo, pprietatem mutauerint. Id em̃ de Persea diligentiores tradunt. quam nos in suum locum differimus. Persicorum palma Duracinis. Nationum habent nomen Gallica, & Asiatica. Post Autumnum matureſcunt, sicut æstate Præcocia: quæ Plinius intra .30. annos inuenta prodente se testatur, & primo denarijs singula uenundata. Supernatia e Sabinis sunt. Popularia ubiq;. Pomū innocuū uel ægris. Preciū singulis triceniquondā fuere nūmi, nullius maiore quod miremur: qa non aliud fugacius. longissima namq; decerpto bidui mora est, cogitq; se uenundari. Persica in prouentum alium Autumno condiuntur, ut uuæ cadis. Molluscam nucem sunt qui Persicum interpretati falso fuerint, ut in Iuglande cōmonebimus. Persica sine suis ossibus, & inscripta quem admodum nascantur, docebit Palladius. Idem tria genera enumerat, Armenia, Duracina, Persica. Sint hæc Armenia, quę Prunorum generis esse quidam uolunt, an diuersa, studioſi salgamorum dijudicent: mihi eadem uideri placet. Plí. lib. 15. ca. 9 lib. 23. cap. 7.

EXM. VERG. COMM.

NOtum Persicorum genus omne & forma, nondū tū in antiquoribus satis patet, an huius pomi arbor ea sit, quā paulo post hic, pluresq; alij Perseā dicūt, in Aethiopia lętalē, in Aegypto aūt salubrē, de qua in Hortulo notissimos uersus cecinit Columella, an quę malus Persica ubiq; nunc nascitur. Sed eandem esse Persicā malū, & Perseā, ex Nicandri cōmentatore probabimus. Eius uerba sunt eo loci quo de Phalangijs ait. Sciendum est, Socratē in Cōmentario de

Creptilibus & ſerpentibus, teſtari Perſeam, quam Rhodacineam dicunt. Hac uoce autem greci Perſica nũc etiam appellant. Ex Aegypto in Aethiopiã tranſlata fuiſſe teſtat, et Rholus Democriteus in cõmentario de his quæ ἀντιπαθῆ, & συμπαθῆ dicuntur, Perſas ait lætalem arborem habentes, in Aegyptum miſiſſe, credentes perituros ab ea multos. Sed utilem contrario euẽtu illis profuiſſe, protuliſſeq; ſuauiſſima poma, qualia nunc uidentur. Et hęc interpres eo loco.

Ex quibus manifeſte patet, quam alij περσίαν arborem dicunt poetice, a Nicandro, interpreteq; eius περσῖαν uocari. Quod a Barbaro relictum, addere placuit. In hanc enim partem inclinat animus. Etſi Plinius id negauerit, & aliorum multorum autoritas obſtet.

## De Præcocibus. CAP. CLXVII.

ἀρμενιακὰ

ARmeniaca, quæ a latinis Præcocia dicuntur, minora ſunt ſupradictis, & ſtomacho utiliora.

### BARBARI COROLL.

ARmeniaca, ſiue Armenia, Prunorum generis ſunt, peregrina & ipſa, ut ex nomine cognoſcitur. Sola e Prunis odore cõmendantur. Armeniaca uocari deſita, & Præcocia, ſiue præcoqua tantum dici, teſtis eſt Galenus. Palladio Præcoqua differunt ab Armenijs. Greci non præcocia, ſed Berioccia fere pronunciant.

## De Medico Malo, ſeu Citreo. CAP. CLXVIII.

μηδικὰ

MEdica mala, aut Cedromela, quę latini Citrea uocant, nemini nõ cognita. Arbor ipſa omnibus anni temporibus pomifera, alijs deciduis, alijs ſubnaſcentibus. Malum oblongum eſt, rugoſum, colore aurum imitans, cum grauitate odoratum. Semen habet Pyri. Id in uino potum uenenis reſiſtit. Aluum mouet. Oris ſuauitatem commendat, decocto eius colluto, aut ſucco. Eſtur in malacia mulieribus. Veſtiarijs impoſitum, ab eroſionis uitio ueſtes uindicare exiſtimatur.

D

κίτρια

### BARBARI COROLL.

Plí. li. 12. ca. 3. Theoph. li. 4. Athenę. 3. dipnoſophiſtæ.

MAlus medica, flores duobus modis procreat. Alios qui uelut erectam in medio colũ habeant, fœcundiores exiſtimari. Alios qui careant ea, infœcundos. Sunt qui & Aſſyriã, & Perſicam malum uocent. Item Citrum, Citream. Greci & Heſperida, & malum eius Heſpericum, autore Iuba, qui ab Hercule tranſlatum id in Græciam, & aureum malũ uocatum ſcripſit. ut Virgilius de ijs intellexiſſe uideatur, cum dixit, Aurea mala decẽ. Nuptiale pomũ intelligi hoc uolunt, qui æditum a tellure fabulantur, nunciato Iouis & Iunonis cõnubio. Foliũ ei Adrachnes, Vnedoniſq;, ſpinis intercurrẽtibus, ut in pyro & oxyacãtha, ſed lęuibus infeſtis mucrone, ualidis. Nõ mandebat pomum Theophraſti ætate, ſed ne Plinij quidẽ (ut arbitror) magnope, tm̃ odore cõmendato. Plutarchi certe auorum memoria, guſtabat nemo, ut Athenęus inquit. Nunc a Palladij fere temporibus promiſcuum, expetimus cœnis, qui & medullas eius acres, dulcibus mutare docuit. Quanq; Apuleius negauit eandem eſſe malũ aſſyriam, ſiue medicã, quæ Citrus: q; Citrus exiguum eſſet genus arboris, Medica uero, ut Maro ſcribit, ingens. Pamphylus Citrum, Critum a Romanis eam dici, parum peritus homo ſcripſit. Vtcũq; arbor hæc ſcribitur, uere partibus cultiſſimis ſemine quarto die aut quinto rigatur. Maiuſcula transferẽt etiam uere in ſolum molle, udumq;, nec admodum gracile. Arbor ipſa omnibus horis pomifera eſt, alijs ruentibus, alijs ſubnaſcentibus, alijs matureſcentibus. Seritˉ & fictilibus, dato radicibus ſpiramento, per cauernas ut Palmę: qualiter oĩa tranſitura longius haberi conueniunt. Semen eius ſolum id quod in colo quadam e medio prorumpit, fœcundum exiſtimatur a Theophraſto. Sed hęc olim fuere. Nunc traſlatitia & triuialis fere arbor, ut pluribus generibus Citrea Ligurię, Campanię, Benaco lacu, Italia fere tota germinent feliciter, quamcunq; libeat imaginem reddentia. Hęc ex inſitione. Mali quoties proueniunt, Citromela proprie dicuntur ab aliquibus. Quanq; uero Medica malus dicatur, ipſum tamen pomum Galenus malum medicum uocari negat, ſed Citrinum dumtaxat. Theophraſtus etiam malum Medicum & Perſicũ eſt ubi appellet, cum huius fere unius mali ſemen imperſpicuum eſſe dixit, ſecundo uolumine de ſtirpibus, ut Athenęus interpretatur. Diphylus autor eſt, Citria, quandoque Pruna perſica uocari ſolita. Ariſtophanes grammaticus, a Lacędemonijs Oxymala perſica nuncupari pro-

Hosted by Google

didit, quibus & Deos coronent. Menſes illas ueteribus & Plinio decantatas, præſertimq; Ciceronianam, non ex hac fuiſſe Citro, ſed ex alio cirri genere conijcio, pluribus argumentis: ſed illo potiſſimum, q̃ arbores ex quibus fierent, Cupreſſo fœminę ſyluestri ſimiles folio, odorè, ẽtaudice, a Plinio produntur, Anchorano monte, citerioris Mauritanię, ſed iam tum exhauſto. Itẽ Atlante, cuius imas radices denſis altiſq; repletas ſyluis, incognito genere arborum. Suetonius Paulinus, a Plinio citatus, aſſerit ſpectabili proceritate, enodi nitore, frõdibus Cupreſſi, pterq; grauitatẽ odoris, has tenui lanugine obduci, quibus addita arte poſſint quales bombice ueſtes confici. Idem autor paulo ſuperius, efficaciſſima inquit luxuriæ uis ſentitur, cum Ebori Cedroq; ſyluę exquirantur. Præterea quis poteſt negare, arborẽ ex qua tam celebres menſæ cõſtent, Togetem, & Thyian, & Thyon a Theophraſto & Strabone dictam eſſe? Idq; Plinius exploratiſſimum nobis fecit de Thya uero Theophraſtus. Perpetuo, inquit, uiret, arbor procera, inter ſyluestres ſerotina, ut nulla fere tardius germinet, algentiſſimis locis, & cacuminibus montium gaudens, circa Hammonis delubrũ præcipua naſcens, & in inferiore Cyrenaicę parte, atq; ubi ipſa tunc eſſet, ramis, caudice, frondibus, ſyluestri Cupreſſo ſimilis, ex ea ueterum templorum contignationes fuiſſe, immortali poſt Cupreſſum in tecta materie. Nihil radice criſpius. nec aliunde precioſora opera. Siccatam mari, duricie & maturitate incorrupta ſpiſſari tradunt, nec ullo modo uehementius. Homero quoq; notam fuiſſe, inter odores uri ſolitã a Circe, magno errore eorum, qui odoramenta in eo uocabulo accipiunt. Cum præſertim eodẽ uerſu, Cedrum & Laricem nominet, ut manifeſtum ſit de arboribus tantum loquutum. Nam & Calypſus, & Helenę thalamos, & Thya cõditos, idẽ poeta cecinit. Quid habet Citrus noſtras cõmune cum Cupreſſo, frondis Cupreſſo, Iuniperi ſabinę, Cedri, Citro, Lauri, Adrachnes, Arbuti? Quid tam diuerſum, q̃ Galbulus, & Citreum? Omitto alias notas. Quibus perſpicuo liquere poteſt uolentibus, decipi gramaticos, quicunq; menſas citreas ex hac citro, quæ nunc habetur, factitatas arbitrantur. Dion certe hiſtoricus, Neronis uita, non citreas, ſed cedrinas menſas appellauit, ſiue cedro potius q̃ citro ſimiles eſſe uiderentur arbores, ſiue q̃ in exemplari uitium eſt. Erit ergo Thya, ſiue quod idem eſt, Trogetes, et Citrus duorum omnino generũ, ut conſtat. Vnum Cedri eius, ex qua menſæ dolabantur. Alterum Citri eius, ex qua malum medicum. Plinius, alia inquit eſt arbor eodem nomine malum ferens execratum, aliquibus odore & amaritudine, aliis expetitum, domos etiam decorans. Quod & ſenſiſſe Macrobius uidetur. Hodieq; Mauritani malum medicam, & pomum eius Atrogi uocant, a Trogete uocabulo parum deflexo. Alioquin Trogeten, non quia mandi poſſet, ſed catantiphraſin, qa mandi non poſſit, appellatam cenſuerim: quando quidem, ut dixi, ueteribus eſculentũ non erat. In ſumma, non nego Malum quoq; Medicam in Mauritania fuiſſe, cum plena ſint Poetarum omnia fere uolumina, ſed ex qua menſę illę celebres exiſterent, malum medicam fuiſſe, hoc nego, & pernego. Nec diſſimulandum tamen eſt, Phaniam Ereſſũ quinto uolumine de plãtis cedrum appellaſſe, ac malum cedrium, pro eo quod nos citrũ & citrium uocamus, & Dioſcoridem ſecuti Cedromelon. Varro quoq; libycam Citrum nominat.

A

Theo. li. 4. & 5. cap. 5.

*

B

Macrobius libro. 3. cap. 19.

## EX M. VERG. COMM.

DE Medicis, quæ Perſica etiam hic uocari ait, quoniam noſtro orbi, & Græcia diu peregrinę fuerint, & ex Perſide in noſtrum orbem tranſierint, illud primum teſtabimur, in appellationibus eorum, non Cedromela forte, ſed Citromala, quaſi Citria mala legendam eſſe uocem. Nihil enim Citro cum Cedro, & a Romanis Citria hæc uocari iampridem receptum eſt. Nihil tamen mutamus. in cunctis enim græcis pariter legitur.

Quę autem in Barbari Corollario longius narrantur, omnia ex quarto Theophraſti uolumine, & Athenęi dipnoſophiſtę excerpta ſunt. Qui etiam quod uno aduerbio ab hoc ἐπαλλήλων dictum eſt, pluribus conuertit. Nobis una ſuperfœtationis uoce indicare id placuit.

Sequitur deinde quod anceps in hoc ſcriptore ſit, quo loco ſtatim a deſcriptione ſeminis legit, δύναμιν δὲ ἔχει ποθὲν ἐν οἴνῳ ἀντενεργεῖν θανασίμοις, tribuẽdũ ne id ſit ſemini, an pomo, utrũq; em neutri generis. Sed q̃d ad pomũ ptinet lõgius in ſermonis textura abeſt: q̃d uero ad ſemen, ppius, et quaſi cõtiguũ. Plinius et ſemini, et pomo id tribuit. uerba eius hęc ſũt. Citria cõtra uenena in uino bibunt, uel ipſa, uel ſemẽ. Cęteri, inẽ quos Theoph. pomo eã uim tm adſignarũt.

## ¶ De Pyro. CAP. CLXIX.

PYrorum multa genera, quæ tamen omnia adſtringunt. Addũntur conuenienter in repellentia cataplaſmata. Decoctum e ſiccis,

Epiſt.

C & cruda ipſa aluum ſiſtunt. Ieiunos eſitata lędunt.

BARBARI COROLL.

Pli.li.15.ca.15. PIrum, græci edomitam, ſiue urbanam Apion & Adipion appellant, de quorũ prouentu, Peloponneſus quoq; ipſa quandoq; dicebatur Apia. Licet quidã ab Apia Phoronei filia, terram eam ita nominatam putent. Poetæ ſunt, qui Pirum Ochnen uocent, ſylueſtrem Achrada, ut mox dicemus. Apios & Rhaphani genus eſt. Turbinata Piris omnibus figura, multis generibus. Alia parua ocyſſimaq;, & odoratiſſima, nominant Superba: in his cruſtumina, quæ gratiſſima, & ex parte rubent. Et proxima his Talerna, ceu largo ſucco habundantia: hæc Lactea uocantur. In ĩſq; alia colore nigro donant Syriæ. Poſt hęc Decumiana, & ex ĩs tracta origine Pſeudodecumiana. Dolobelliana longitudine pedali. Pomponiana, cognomine mamoſa. Liceriana ſeueriana, & quæ ex ĩs nata ſunt, Tyrañiana petioli longitudine diſtantia. Fauoniana rubra, paulo Supbis maiora. Lateriana, ſiue lateriſiana, ut Columella uocãt et Macrobius. Anitiana, & autumnalia accidulo ſapore grata, & quæ maxime Tiberio principi placuere Tiberiana. Colorantur hæc magis ſole, grandeſcuntq;: alioquin eadem eſſent quę Liceriana. Accedunt ĩs Neuiana, Turanianaq;. Atq; hęc auctorum ſuorum nomen habent, pręter Supba, & Phalerna. Patrias nobilitauere quę ſequũtur. Seriſſima omnium Amerina, Piacẽtina, Numantina, Alexandrina, Numidiana, Gręcula, & ĩs Tarentina. Signina, quæ alĩ a colore Teſtacea appellant: ſicut Onychina, ut quoddã pruni genus, Purpurea. Ab odore Myrapia, Nardina, Laurea. Ordearia, ſiue ordeacea, a comitatu frugis eius. A colo Anpullacea & Coroliana, & brutę gentilitatis Cucurbitiana. Acidula a ſucco, a melle Mulſa. Incertã omnium ratio. Barbaricis & Veneriis, quæ colorata nuncupant. Itẽ Regiis, quę minimo pediculo quaſi ſeſſilia ſunt. Iã patriciis uoconĩſq; uiridibus & oblongis. Dixit & Volema Virgilius a Catone ſũpta. Vo

Macrobius li. 3.cap.19. lemiũ, uocat Macrobius, qui & ceritium, & ceruiſiũ, & calculoſũ, & lollianum, & Lauiniũ, & Mileſiũ & Myrteum, & Orbiculanũ, & Precianũ, & Rubile, Tulianũ, Ticianũq;, itẽ Meſpilaceum, et Valerianũ indicauit, Cloatiũ ſecutus. Idẽ Cãto & Semẽtina, & Muſtea quoq; nominat. Ampullacea, græca, Laurea, ad hyemẽ uſq; in parente pẽdent. Serotina, et gelu matureſcentia. Nam quæ Ariſtoteles Apẽ, Bloadas nominãt, inſitĩ generis intelligunt. Vini ꝓprietas & Pi-

D ro. Cõdunt hæc totidẽ ꝙbus uua modis, non alit, q̃ in cados. Vino & aqua coquunt in eſcã ægris, dãturq; pulmẽtariũ uice, quod nõ alia prætercã Cotonea. In conuiuiis græcorũ Pira ſecũdis menſis inferebant aqua merſa, ut mitiſſima, queq; legi poſſent. Pira ſunt & quæ Libralia uocãtur. Sed ſola tamen e Piris Mala dici conſueuerunt. Liquamen de Piris fieri ſolitum, ad ieiunia fœminarum. Inuenio quod Caſtimoniale dicebatur. Pirorum quæ maturiſſima ſint, carnibus integro ſale calcatis & reſolutis, atq; ita fictilibus picatis cuppis ue conditis.

VERG. PIrorum infinita pene genera, quæ ab antiquioribus rei Ruſticæ ſcriptoribus tradita ſunt. Quod ſolũ deſyderari in hoc capite poterat, longiſſime in Corollario ſuo Barbarus proſecutus eſt: nos ideo nihil ultra de his agemus.

## De Pyraſtro. CAP. CLXX.

ἀχράς ACchras Pyraſtri genus eſt, quod tardiſſime matureſcit. Vim Pyro adſtringentiorem habet. Et ad eadem conuenit. Stringũt etiã eius folia. Ligni Pyrorum cinis efficaciter his auxiliatur, quos fungi ſtrãgulãt. Aiũt fungos ſi ſylueſtria Pyra cum eis coquantur, innoxios fieri.

ſilueſtre pirum.

BARBARI COROLL.

AChudõ Pirum ſyluaticam, hoc eſt, Achrada, & apud quoſdã, ut apud nos, et Piraſtrũ, ſed tiliorem urbana prędicant, Hyeme fructificat fere, Autumno tñ genus eius unũ, ut Theophraſtus inquit, materia ei apprime dura. Ideoque diſcos, tabellaſq; ſutorias, e Piro ſylueſtri faciunt. qm̃ ut in molli retundit, ita in duro ferrũ acuitur. Aculeatos hęc habet ramos, ut Punica. Quid autem Achyrades Heliano ſint, quas in cibo primum Tirynthios habuiſſe memorat, non comperi. Niſi quis nõ Achyradas, ſed Achradas, hoc eſt, Pira ſylueſtria in eo legat. Nam

Victus antiq̃ rũ frugaliſs. ut idem autor inqt, ante panis uſum, Argiuos eſitaſſe Pira meminit, ut Athenienſes ficos, Glãdem Arcades, Indi Arundinem, Carmani palmulas, Milium Sarmatę, Terebinthum naſturtiumq; Perſę. Achyra certe paleam ſignificat: nec uideo, q̃ ſit ueriſimile paleis quemq; ueſci potuiſſe, quaſi ueterinum, etiam ſi Arcadas radicibus herbarum, & arborum foliis recentibus ante glandis fagineæ uſum a Pelago traditum: uictitaſſe creditur.

Hosted by Google

## ¶ De Meſpilis. CAP. CLXXI.

MEſpilus, quæ a nonnullis Aronia uocatur, ſpinoſa arbor eſt, folio acutæ ſpinæ. Fert pomum ſuaue, exiguum, tribus intus oſſiculis. Qua ex cauſsa id nonnulli Tricoccon appellauere. Tarde maturéſcit. Eſu adſtringit. Stomacho gratum eſt. Aluumq; ſupprimit.

### BARBARI COROLL.

MEſpilorum tria genera, Setanium, Anthobon & Anteheboides, quam et Gallicã intelligunt. Setanio fructus grandior, candidior, ſolutior, Acini molliore ligno, reliquis minor, ſed pſtantior odore, & aſtringẽtior guſtu. Quo fit, ut diutius q̃q; durẽt. Lignũ his flamius, & ſpiſſius. Flores oĩbus Amygdalę, nõ tñ rubẽtes, ſed ꝓpemodũ herbacei. Arbor inẽ ampliſſimas, comoſa in girũ, folio ſciſſo, extremitateq; Apio ſimili, ſed maiorib. diuiſuris, ꝓmiſſo, rigẽti, neruoſo, tenuiore & longiore q̃ Apiũ, lõgo & gracili pediculo. Radice alta, numeroſaq;. Ideo lõgeua c̃ arbor, a terraq; inextricabilis. Lignũ denſũ, incorruptũ, ſolidũ. Semine et auulſiõe ſerit. Foliũ anteq; decidat, uehemẽt adrubeſcit. Infeſtaẽ et hęc uermibus in ſenecta, q̃ pgrãdes ei diuerſi q̃ ceteris cõtingũt. Nõ fuit hęc arbor in Italia Catõis æuo, Hęc Theoph. & Plin. Verũ alia hęc Meſpili diſtinctio c̃, q̃ a Dioſcoride reꝑſẽtata c̃. Et ſane dubitari ſolet, an Meſpilũ ueteres cũ Sorbi arbore cõfuderint. Quãdoq; dẽ altiſſimis cõnumerat, ꝙ certe Sorbo q̃ Meſpilo nũq; uocatę, magis cõueniũt. Niſi qs noſtratũ Meſpilũ, nõ tã Meſpilũ, q̃ Chatemeſpilũ appellandã fortaſſe cẽſeat, quę naſcitur, ut inqt Dioſcorides, Italię uocata Epimelis, dẽ qua ſequenti capite diſſeritur. Certe Iulius Pollux, Meſpila inquit, & Sorba quoque appellantur.

QVam genere neutro Meſpilũ arborem fecit, Theophraſt. lib. 3. fœminino gñe deſcripſit. Longius idem de tota hac arbore pomoq; eius eodem loco egit, quæ omnia a Barbaro in Corollarium ſuum tranſlata a nobis relinquuntur.

Illud tñ notãdũ, ubi de ſemine huius pomi agit, nõ dicere Theophraſtũ claudere in ſe hoc pomũ acinos molliore ligno, ut Barbarus uertit, ſed πυρῆνας μαλακοτέρους, quod eſt, nucleos habere molliores. Toto enim genere differunt inter ſe acini, & nuclei. Et ſi in antiquioribus idem utriuſq; fuerit nomen. ut in Punica non multo ante dictum eſt.

Sciendũ & illud, quam primũ hic deſcribit Meſpili arborem peregrinam & incognitam Italię nobis uideri, & ſui generis arborẽ ſpinoſam, & ut hic ait, Trigraniam, quę noſtrates Meſpili non habent, quinq; intus nucleis farctę, & nullis ſpinis armatę. Noſtratem uero Epimelidem ideo, ut nos credimus, a grẽcis dici, quod feliciſſime in Malo inſeritur, & quaſi ἐπὶ τῆς μήλεας, ideſt, in malo adoptata creuerit, fœminino genere & diuturna forma, ἐπιμηλὶς dicta a grẽcis eſt.

Quod aũt diximus, eſſe noſtratẽ Meſpilũ latiore umbilico, quodq; Barbarus, fundo in latitudinem reſimo, nõ facile intelliget aliq̃s: neſcio qd in pomis πυθμὴν, i. ſi uerbũ de uerbo uertas, fundus, ſignificet, qua uoce ueteres grẽci, q̃d in ſumo pomo umbilici deſcendit iudicauerunt, ꝑſertim in malis, piris, ſorbis, meſpilis, alĩſq; pene infinitis, in q̃bus cauum, & ueluti lacuna deſcendens, lanugines in ea, floccoſq;, & floris poſtquã defloruit inutiles reliquas oſtẽdit.

Et quoniam deſcendit, & quaſi in doliolo fundum facit, ideſt, πυθμένα, & quod humani umbilici modo cauum eſt ὀμφαλόν etiam græci uocauerunt, nos umbilicum igitur uertimus.

Quod aũt a Barbaro dictũ eſt Reſimo, in Dioſc. nõ legit, etſi ea eſt umbilici ĩ Meſpilo figura.

## ¶ De Setanijs. CAP. CLXXII.

ALterũ Meſpili genus in Italia naſcit, q̃d aliq̃ Setaniũ, alĩ Epimelida uocãt. Arbor foliis Mali, ſed minoribus. Pomũ fert rotundũ, eſui aptum, ima parte latius. Quod adſtringit, ſeroq; matureſcit.

MEſpilum Setaniũ a Theophraſto nominatam. Dioſcorides Epimelida uocari ſcribit. Hippoc. Amamelida. Galenus Meſpilum, cõmuni uocabulo Tricoccũ, quaſi Trioſſum, aut Trigranium ab aliquibus appellatum meminit: quoniam tria intus grana, ſiue ligna, fructus habeat loco ſeminis. Quid autem ſit Epimelis Galeno, diſſerendum putauimus in Arbuto.

## ¶ De Loto arbore, ſeu Faba græca. CAP. CLXXIII.

LOtus arbor eſt uaſtæ magnitudinis, ferens baccam pipere maiorem, dulcem, graui odore, ſtomacho facilem. Aluum ſiſtit baccis.

Ramẽtorum ligni decoctum, siue potu, siue infusione dysentericis, ac fœminis fluctione uuluę laborantibus, auxilio est. Ruffat capillos. Citam aluum cohibet.

## BARBARI COROLL.

Theo. lib. 4. cap. 10. Plin. lib. 16. cap. 31.

LOtus arbor (nam & herbæ sunt hoc nomine complures) in latino Celtis uocatur, itemq; Faba græca. Seruius Fabam Syriacam. Nympha in arborem sui nominis conuersa, quam Priapus fugientem comprimere quæsisset. Anacacabeam uulgo apud græcos dici, autor est Aetius, ut fructum eius Anacacabon, licet quidam peruerse, Alicacabon scripsere græci, Piri magnitudine, aut paulo infra. Incisuræ folio crebriores, alioquin Ilicis uiderentur: spissa, nigra, enodi materie. Differentiæ generum plures, eæq; maxime fructibus constant. Amplitudo Fabæ pomo. Color Croci, sed ante maturitatem ut in uuis alius atq; alius. Nascitur in ramis densum myrti modo inter sese aduersum, non ut in Italia Cerasij. Manditur inter Lotophagos innocua dulcedine, suauitateq;: nec uentris sentire morbum ferunt qui uescantur. Iucundus meliusq; sine interiore nucleo, qui in alterutro genere osseus uidetur. Vinum exprimitur huic simile mulso: quod ultra denos dies negat durare Polybius. Sũt qui biduo triduoue acescere id scribant. Baccas eius contusas cum nucleo & callo suo, dolijs ad cibos condunt. Vnde uulgo Romæ, puls Tyriaca uocat arbor illa modo. Nam Padi accolę, baccã syriacã appellant. Tanta uerò fructus & arboris copia narratur, ut exercitum Ophelli, Carthaginem petentis, in commeatuum defectu pauerit. Numerosa in Pharide insula Lotophagorum. Plurima et in Aphrica nos spectante. Familiaris & Italiæ: sed natura cœli terræq; mutata, & succos oblita priores. Præcipua est circa Syrtes, atq; Nasamones. Sunt qui breuem tradant arborem, ut Polybius, qui & uidisse se testatur spinis asperam, folio uirenti, quale rhamno, tantum profundiore latioreq;, fructu myrti candidæ per initia, processu puniceo, magnitudine oliuæ, sed rotundo: eum cibo familiæ tundi cum nucleo, qui perexiguus ei est, seruari conditum. Eundem nucleum herilibus mensis eximi. Saporem fici & phœnicolobani esse pomo, sed præstare odore. Vinum & acetũ inde fieri. Lignum ceræ ad tibiarum cantus expetitur, e radice cultellis capulos & subscudes, ac breues alios usus excogitant. Hesperidum Lotos, ab ea quæ Lotophagis nascitur distat: ut qua ligni uice utantur ad urendum. Non desunt, qui fructum eius post putamen esse, nec carnosum foris, sed cuticulaceum prodiderint, nec tam cibo dulcem, q̃ gustu alias iucundum: ut hinc fortasse Dioscorides maiorem Pipere descripserit. Ac fructus quidem lotophagis dulcissimus, sed materia Cyreñaicæ prefertur. Radici nigricia maior q̃ ligno: sed densitas minor, q̃ in Loto post Buxum & Hebenum summa redditur. Vtilitas quoq; radici latior. Particulatim Lotus fructificat, non ab utroq; sui germine: quod & in bulbi & tithymali quodam genere notatum est. Ludiceræ Tibiæ fieri cœptæ sunt e Loto, quas Alexandrini Photingas appellant. Sicut ex asininis quoq; ossibus, & argento eburquoq; ceptum pertundi. Vnde Tibiæ elephantinæ dicantur, reiectis propter nimiam difficultatem harundinibus. Propterea Cenomani, Lotum arborem hodieq; appellant Calamum. Spectatur Patauij antiqua Lotos, in quadam Anoniani templi xysto. Est quando Hippocrates Luton pro Loto nominat. Circa Memphim, nemus a Theophrasto describitur, fuisse tam uastis arboribus, ut excederent trium hominum amplexum, utiles operibus, colore densitateq; persimiles Loto. nam Faba, siue arbor pontica, genus diuersum est a Faba græca, idest, Loto, magnitudine Fici, fructu fabæ, succo uestibus expresso, quem Achy uocãt: niger autem crassusq; est. Aut per se lugentes, aut mixto lecta uictitant. Nascitur in Scythia.

Homerus odyss. 1. Strab. lib. 17.

D

## EX M. VERG. COMM.

VAgum est per herbas & arbores aliquot Loti nomen, ut libro. 4. docebimus: ob eam causam, nos capitis huius titulo arborem adiecimus. Monente id scriptore hoc, qui Loton arborem ait, plantam esse. &c.

Multiplex, longaq; est arboris huius in Theophrasto & Plinio historia. Nos eam relinquimus in scriptoribus illis, & Corollario Barbari uolentibus legendam.

ξανθίζει δὲ καὶ τρίχας, ruffat capillum, ut nos reddidimus, cum tamen uetus lectio aliud habeat, si ex eo caput lauetur, capillorum casum prohibere: nec ego detulissem huic lectioni aliquid, nisi Plinius lib. uicesimo quarto, cap. 2. idem his uerbis docuisset, Ramenta ligni decocta. &c. cohibent & capillum. Suspicamur ítaq; uitium esse in uerbo illo, ξανθίζειν. Communem tamen lectionem secuti, nihil mutauimus.

Hosted by Google

## ¶ De Corno. CAP. CLXXIIII.

A

κρανία

vulgo mostaja

COrnus dura arbor est, baccas ferens oliuæ modo oblongas, quæ primũ uirent, dein per maturitatẽ rubescunt, aut cæræ colorẽ re presentant. In cibo adstringũt. Profluuio alui, atq; dysenteriæ salutares, si ue in edulio, siue in cibis exhibeantur. Muria ut oliuæ condiunt. Sanies quã uirentia folia torrendo resudarũt, impetigini cõuenienter illinitur.

### BARBARI COROLL.

COrnus Cranias a Theophrasto dicit. Sexus in ea duplex. Fœminã, Græci Thelycraniã uocant. Fructus syluestris maturiores, suauioresq; q̃ urbanæ: quod in hac & Sorbo peculiare fere est. Cornus altera præcox, solsticio fructificans: altera post autumnũ, cui & fructus ingustabilis, lignum infirmũ, hiansq; ac fungosum, quæ fœmina intelligitur. Contra masculæ firmissimum. Fœmina uiticulas paruas a lateribus emittit, amerinæ modo Salicis, in totũq; fruticosior est, mollis & medullacea, uenabulis damnata. Materies masculæ robusta, solida, excorsq; tota, hoc est, sine medulla, & cornu instar, prædensa & ossea. Nodos Cornus ois habet per interualla geminos, & inuicẽ respondẽtes, ut in Vitice. Foliũ Amygdalę, sed pinguius & crassius, cortice neruoso ac tenui, caudice nõ admodũ crasso. Mas duodecim fere cubita excedit: quã altitudinẽ Sarissæ Macedonũ amplissimæ habent. In Ida mas sterilis, fœmina fructifera. Fructũ apud Macedones ambæ ferũt, sed fœminæ (ut diximus) qui mandi nõ possit. Radices ut Amerina, firmas & contumaces emori. Humidis locis auulsione, seminecq; prouenit. Est & in India arbor, ferens fructus similes Cornis, quæ merito Cornus Indica nominari possit.

Plin. lib. 15. ca. 26. 28. 48. Theoph. lib. 3. cap. 12.

DIximus fortem & speciosam arborem Cornum esse: sic certius indicantes, quod in græcis ἀδρὸν est, quibus ea uox τὸ ἐντραφὲς, id est, pingue & feliciter nutritum, ex eoq; cum decore ualidum & forte, qualis Corni materia, & ob id uenabulis aptã.

VERG.

## ¶ De Sorbis. CAP. CLXXV.

B

ὄρυα

SOrba colorem malorũ referentia, priusq; matureſcãt, dissecta, & sole siccata manduntur, ut aluũ sistant. Eadem est functio molitorũ farinæ, si polentæ loco sumatur. Quod & decoctũ eorũ in potu præstat.

### BARBARI COROLL.

SOrbo syluaticæ, præstãtior q̃ urbanæ fructus, q̃d in hac & Corno præcipuũ Theophrastus notauit. Arborẽ Græci Oen, & Oeien, fructus Oa & Va uocãt. Fœmina fructificat sola. Discrimen in fructu, q̃ aliæ figura orbis, aliæ oui ferunt. Itẽ in succo. Aliæ odoratiorẽ dulciorẽq;, ut orbiculati fere oẽs. Aliæ acidũ peiusq; olentẽ, ut ouales. Vtriq; folia pediculo singulari prolixo, neruaceo, condita in uersus, alæ modo a lateribus emicantia, tanq; ex oĩbus unũ fiant, lacinijs pennatim, ut in filice, ad neruũ usq; diductis, ampliusculoq; diuisis interuallo. Atq; hęc non paulatim ut cæteris, sed uniuersa collabunt. Omnibus ramulis in extremo pediculi foliũ prominet, cuius accessione impar numerus efficit. Figura his lauri, tenui folio, præterq; q̃ serrata per ambitũ, breuioraq; sunt, neq; cacuminibus mucronatis, sed in rotũditatẽ retusis. Flos racematim coactus ex pluribus candidis ac minutis, petiolo unico dependet. Fructus cum large ueniũt, uuæ modo, farcti congestiq; uisunt, ex uno petiolo faui spẽm p̃bentes. Exest eos uermiculus etiãnum crudos acerbissimosq;. Ipsa quoq; arbor in senecta uermibus obnoxia, ruffis, hirsutis, sui gnis. A trimatu fert. Autũno folijs subinde amissis Cachryn suã fundit, eduraturã hyeme: ut in Robore. Aculeos Sorbus non habet, ut mespilus. Nouella, cortice leui, pinguiusculo. Flauet e candido, añosa scabro, atroq;. Arbor ipsa de grandibus & subrectis, coma concinna: & nisi q̃d impediat, uerticẽ nucis Pineę representãs. Materies solida, colorata, firmã, cõpactilis: radicibus neq; multis, neq; in altũ defixis, ualidis tamen & crassis, auellíq; difficillimis. Nascitur semine, radice, auulsione, solo alioso, humecto, interimq; montibus. Conduntẽ sapa Catonis p̃cepto. Nostri differentias in Sorbo quatuor nouere: alijs rotunditatẽ mali reddũt: alijs turbinẽ piri, utriq; saporẽ uini gnõsissimũ, cui circa pediculos folia: alijs ouata specie, odore acri, nec pinde iucũda suauitate. Quartũ genus Torminale appellãt, ualens cõtra tormina: hoc assiduũ prouentu est, minimũq; pomo, arbore dissimili, folijs fere platani.

Theophrast. lib. 3. cap. 12. Plin. li. 15. ca. 21.

LOnga est arboris huius & pomi in Theophrasto historia. Nec breuiter Plinius de eadem legit. Res etiam ipsa de quotidiano spectaculo satis nota est.

VERG.



Hosted by Google

C Quo fit, ut magis Barbarũ demiremur, tã incerta de pomo, arboreq; hac in Corollario ſuo docentẽ. Optandũ profecto hoc loco erat, græca nouiſſe oẽs, ut collatis cũ Theophraſto ab eo dictis, imperfectã hoĩs interpretationẽ cognoſcerent: in qua neſcio, credendũ ne magis ſit, q̃d obiter ea uerterit, an potius, q̃ morte præuẽtus, ſartã tectãq; rem oſtendere nõ potuerit.

## De Prunis. CAP. CLXXVI.

κοκκυμηλία

PRunus arbor eſt nota, cuius pomum eſtur. Sed ſtomachum male habet. Aluum mollit. Syriaca Pruna, & præcipue quæ Damaſci gignuntur, exiccata ſtomacho utilia ſunt. Aluum adſtringunt. Folia Pruni in uino decocta, gargarizatu uuam, gingiuas, & tonſillas fluctione laboranteis reprimunt. Præſtant idem ſylueſtrium Prunorum baccæ, poſt maturitatem exiccatæ. Cum ſapa uero decocta ſtomacho utiliores redduntur. Aluumq; magis adſtringunt. Gummi Prunorum agglutinat. Potum in uino calculos comminuit. Ex aceto quoq; illitum, impetigines infantium ſanat.

## BARBARI COROLL.

Plí. li. 15. ca. 13. lib. 13. capi. 5. Theoph. li. 3. cap. 16.

PRunus, Coccomelea, & Cocomelos græce dicta. Pomũ ipm neutro gñe. Arborẽ maſculino media comœdia pnunciat. Folio Arbuti deſcribit, ſi Theodorus audiat. Et inter paruas, ut peculiare in ea Theophraſtus reddiderit, fructũ in lanuginẽ ſolui, quæ dicat Pappus: q̃d nulli alĩ arbori eueniat. Sed hoc Plinius, Theophraſtũ ſecutus, non pruno, ſed coggigryæ uocatæ tribuit. Decepit hominẽ uel corrupta lectio, uel nominũ affinitas: forte qa cocconeliã, non coroneleam ſcribendũ erat. nã & Vnedo, cui ſimilis eſt Coggigrya, neliæ nomẽ apud Theophraſtũ habet. Prunũ ſylueſtrẽ Virgilius Spinũ uocauit, eo uerſu. Spinos iã Pruna ferẽtes. Genera Pruni ppe inexplicabilia. Verſicoloria, nigra, candida: quæ a cõitatu frugis eius hordeacia dicãtur. Aliã eodẽ colore, ſeriora, maioraq;, Aſinina cognoĩata ob uilitatẽ. Sũt & Onychina Columellæ, nigris laudatiora. Sũt Cerina, ſiue Cereola, atq; Purpurea, necnõ Armeniaca, de quibus dictũ. Habent & inſita Nucipruna, q̃ in facie parentis ſuccũ adoptionis p̃ferunt, Nucipruna q; uocant. Hęc & Cerina & ſylueſtria ubiq; nata, ut uuæ autũno cadis uſq; ad alia naſcentia condunt. Reliquorũ uelocitas tranſuolat cito marceſcentiũ. Non pridẽ, inqt Plinius, in Betica malina appellari cœperũt malis inſita, & Amygdalis, intus in ligno nucleus amygdalæ, nec aliud pomũ ingenioſius germinatũ eſt. Damaſcẽna, e Damaſco Syriæ, iã pridẽ ante ętatẽ Plinĩ, in Italia naſcebãtur, grandiore q̃q; ligno, & carne exiliore: nec unq; in rugas ſiccata, quãdo ſoles ſui deſunt. Populares ĩs Myxæ, de qbus in Aegypto & uina fiunt. Familiares & ipſæ Italię, uel Sorbis inſitæ. Amariora prunis Myxa, ui ſimilia Paulus exiſtimat. Nã myxa Græci uocãt, nos myxas. Quibus ſimilis eſt Perſicus ægyptia, niſi q̃ poma ægyptiæ rubeſcũt. Pruna oĩa poſt Catonẽ in Italia cœpiſſe manifeſtũ eſt. In ſylueſtribus, ſatiuiſq; Prunis limus eſt arborũ quẽ Lichena Græci uocãt. Eſt & ſua Prunus Aegypto, magnitudine inſigni, nõ diſſimilis Spinę Syriæ, pomo meſpili, ligno intus grãdi ac rotũdo, Florere incipit mẽſe fere Iulio: matureſcit bruma, nec folia dimittit. Corpus ipſum pomi natura, copiaq; pro meſſibus eſt incolis. Siccatũ purgatũq; fundũt, ſeruãtq; eius offas qui Thebis habitãt. Mirat Galenus Dioſcoridẽ, q̃ Pruna Damaſcena ſicca aluũ ſiſtere, pdiderit, cũ perſpicuo ſoluãt. Qz̃q; minus inqt, q̃ Hiberica uocata: qm̃ primũ ex Hiſpania uenerũt, ut inqt Aetius, ſucci dulcioris. Cæterũ Damaſcena intelligũt, q̃ Theocritus Brabyla uocauit, quę & Madrya, & Badrya dicunt Athenæo. Prunus ſylueſtris, ut idem auctor eſt Galenus, in Aſia Prumnon dicitur, & nos ea uulgari uoce Prumnulã uocamus.

## EX M. VERG. COMM.

CErtiora, & ex re magis de Prunorũ uiribus poſt Dioſcoridem alĩ tradiderũt: demiraturq; hunc Galenus lib. 2. de ſimplici medicina, dicẽtem ſiccatis Damaſcenis Prunis compeſci aluũ, cũ manifeſte & hæc deĩciant, ſed minus q̃ alia. Vnde nõ male ſuſpicabitur aliquis, quod in cunctis græcis legitur, τὸ δὲ ἀφέψημα τῶν φύλλων. &c. quod eſt, foliorum decoctũ potuiſſe quondam aliter legi. Nã præter aliorũ decreta, qui fructui hoc tribuerũt, res ipſa id exigere uidetur. Nihil tamẽ in cõmuni omniũ codicum lectiõe & fide mutatũ a nobis eſt, & quã forte hic locus exigebat caſtigationẽ, ad ea q̃ ſtatim ſequunt manifeſte trãſtulimus. Quod em̃ in hoc ſcriptore paſſim legit τὸ δὲ ἀφέψημα τῶν φύλλων ἐν ὕδατι σκευαζόμενον, non σκευαζόμενον. i. p̃paratũ, q̃d nullã habet

hoc loco significationem, sed διακλυζόμενον, quod colluere significat, legendum est: id omnium probatiss. mihi codex habet. Et Paulus Aegineta. de his ipsis libro 6. agens, ait, τὸ δὲ ἀφέψημα ἀυτοῦ τὰς κατὰ γαργαρεῶνα φλεγμονὰς ἰᾶται διακλυζόμενον. quod est, Prunorum decocto gutturis inflammationes collui. ut sit in Dioscoride sensus, collui & gargarizari decocto illo faucium mala, ab ea multa deinceps numerata. A

## ¶ De Arbuto. CAP. CLXXVII.

ARbutus, siue Vnedo, arbor est Cotoneæ malo non dissimilis, tenui folio. Cuius fructus Pruni magnitudinẽ implet, nullo intus nucleo. Huic Apomacolæ cognomen est. Maturus aut flauet, aut rubescit, in esu acerosus. Stomacho aduersatur. Capitisq; dolorem mouet. κόμαρος

## BARBARI COROLL.

ARbutus græce, Comaros dicta, cortice deciduo, tenui, similitudine tamaricis, folio inter Ilicem atq; Laurũ. Arbor ampla non est. Flores Iulio mense, ab uno pediculo cacuminibus racematim dependent, similes baccis longioribus myrti, neq; folioſi, sed concaui, ceu ouũ pertuso uertice. Cum defloresc unt, parte qua sunt annexi perforãtur, relabendoq; in pediculũ, speciem uerticilli fuso iniecti præbent. Fructus anno perficit, cibo idoneus, ut pariter floreat subnascens, & prior coquat. Carbones officinæ argentariæ cõmendant coctione prima, ut ariã. Pomum hoc, & Comaron, & Memecylon Græci fere uocant. Latini pomũ & arborem quoq; ipsam Vnedonem, & Arbutũ appellant. Sunt qui duo genera constituant, Theophrastũ, ut arbitror, secuti. Comaron, id est, Arbutũ: & Mimecylon, id est, Vnedonem, a Theophrasto Nelian uocatũ, defluo & hoc cortice, foliis quoq;, sed ima tantũ parte deciduis, uirente perpetuo coma. Mas sit, an fœmina sterilis, nõ constat. Arbor ipsa fruticosa. Pomũ inhonorũ: ut cui nomen ex argumento sit unũ dumtaxat edendi: uel fortasse, quia solũ hoc pomorũ simile fructui terræ gignit, hoc est, fragis terrestribus e quinq; folio frutice nascẽtibus: quæ & Mora terrestria dicunt a Seruio grãmatico. Nec satis scio, an recte. Ideoq; mõrana Fraga nominant a poẽtis, ut a terrestribus distinguerent. Galenus & Paulus Arbutũ comaron, Synedonẽ uero, siue ut ipse lego, Vnedonẽ a rusticis Italiæ uocari scribũt, quã Epimelon, & Epimelida Græci nuncupant, syluestris mali genus, copiosum in Calabria, fructu acerbo, & infesto capiti & stomacho. Sed siue aliud hoc sit ab eo, quod Dioscorides inter mespila connumerat, & Epimelida meminit uocari, siue idem, certe Palladius Epimelides, siue Hypomelides inquit, sunt poma Sorbo similia, mediocri arbore nascentia, flore candidulo, sapore ex acri dulci. Pamphylus Apimelida Piri genus arbitrat, quod alij uocant Amamelida. Quidam Homomelida: frequentẽ in Ionia, & biferam, fructu Piri, sed sui generis. Omnino, ut Athenæus inquit, prædulci & sine nucleis, ac prælato piris. Alij Omomalidas uocant, ut Asclepiades, non pira, sed mala syluestria & montana: quę Theocritus Oromalidas appellauerit, cũ ficu matureſcentia Amamelides, inquit Galenus apud Hippocratẽ, mespili genus est nascentis in Italia. Ex quo facile colligit, Amamelidas ei esse, quæ sunt Epimelides Dioscoridi. Mirũ, q; eius usu, mulieribus lac cieri tradidit Hippocrates. Autores sunt, quinquagenũ cubitorũ altitudine, in Arabia esse Arbutos. Similis Comaro est & Adrachne, quã oẽs fere Græci, Portulacæ noie interp̃tant falso: cũ illa sit herba, & Andrachne uocet, unius literæ diuersitate. Theodorus, apud nos arborẽ Portulacã uocauit, ut a Portulaca herba distingueret, eruditius, q; felicius. Cęterũ Adrachne est syluestris arbor, neq; in planis nascens, similis Vnedoni, fructu & folio tantũ minore, & nunq̃ decidẽte, p̃terq̃ ab imo. Cortex exciduus, & scaber quidẽ, sed qui circũgelatus uideri possit, tã tristis aspectu est. Qz q; in Theophrasto, nõ περιπεπαγυῖαν, hoc est, circumgelatũ, sed περιῤῥῳγυῖαν, hoc est, rumpentẽ se per ambitũ legat. quod & Theodorus quoq; sequit. Alibi quoq; Theophrastus, φλοιορραγία, hoc est, corticis abscessus, Platano & Adrachnæ cõe inquit est. Sed lectionẽ Plinij uerorem puto: quia corticẽ excidere huic arbori propriũ nõ est, sed ad alia quoq; plura pertinet. Liberũ tamen sit æstimantibus hæc iudiciũ. Corticem quoq; candidũ, Theodorus ei reddidit, quia leucon, ut arbitror, legebat. Ego lepron, id est, squarosum, scabrũq; lego, Plinium secutus. In Helicone arborẽ hanc Pausanias enasci tradit frequentẽ. Etiamsi Andrachnũ uocari credidit. Magnitudo arbori nõ præcipua. Illud cum Subere habet peculiare, detracto in orbẽ cortice, nõ emori: quod ueteres latini, cingere arborẽ uocabãt: actione instituta cõtra eos, qui ita deglabrassent, & balteũ exemissent, Arborũ furtim cæsarũ, eadẽ causa, qua legis aquiliæ. Germinare cum Vrbana Theophrastus eã scribit: Nec de urbana qualis esset inuenio, nisi quod mi- Plí. li. 15. ca. 14. B Nota de Adrachne portulaca.

C nime uerũ puto, herbã intellexit Portulacã. Inter biferas hæc arbor, priorẽ fructũ, incipiente pubescere uua, peragit. Posteriorẽ, hyemis initio, siue ut Theophrastus inquit, priorem cũ dulcescit uua, posteriorem cũ floret. Adrachnę usus fœminis, ad opus telarũ. Similis huic Apharca. Plinius Aparachem uocat, e syluestri gñe arborũ, æterna fronde, olympo monte frequens, nec nisi montibus nascens. Habetur & urbana. Vtrũq; genus simul germinat, & ut Adrachne biferum, septis uallisq; utile, sed urendo quoq; prędicãt. Differt Connaros a Comaro, ut in Paliuri mentiõe diximus. Testandũ est & illud, grãmaticos græcos esse, qui fructũ Arbuti, Acylon uocari tredant falso, cum Memecylon eum dici constet: Acylon uero Iligna glans sit.

## ¶ De Amygdalis. CAP. CLXXVIII.

ἀμυγδαλὴ

AMygdalæ amaræ radicum decoctũ, uitia cutis in facie corrigit. Illitæ nuces idem munus præstant. Menses admotæ ciunt. Capitis dolori auxiliãtur, illitæ fronti, aut temporibus cum aceto, uel rosaceo. Epinyctidas sanant ex uino. Item putrescentia ulcera, & quæ serpunt, & morsus canum cum melle. Earum autem esu dolores finiuntur. Aluum emolliunt. Somnum faciunt. Vrinam cient. Contra sanguinis reiectiones cum amylo assumuntur. Renum uitijs, et pulmonum inflammationibus ex aqua in potu, aut eclegmate cum resina terebinthina dantur. Calculosis, difficiliq; urinæ in passo auxiliantur. Et illinctu cum melle & lacte hepaticis, tussi, & inflationibus coli, nucis Auellanæ magnitudine. Quinis, septenisue præsumptis, ebrietatem non sentiũt potores. Vulpes, si cum quauis esca eas uorauerint, emoriuntur. Gummi eius calfacit et ad

p ebrietate vitanda

D stringit. Reijcientibus sanguinem, potum auxilio est. Impetigines quæ summum corpus occuparũt, illitum cum aceto tollit. Tussi uetustæ cum diluto uino potum medetur. Calculosis cum passo bibere prodest. E nucibus græcis dulces cibo idoneæ, sed multo minus ualent in remedijs q̃ amaræ. Attamen extenuant. Vrinam ciunt. Recentium esu cum suo putamine humida stomachi uitia recreantur.

### BARBARI COROLL.

Pli. lib. 16. ca. 25. li. 17. ca. 18.

AMygdalæ flos, anteq̃ folia (quod fere soli propriũ inter arbores tribuitur) manat e trunco. Lachryma ad nihil utilis. Proximũ corpori operimentũ, item summũ, simile Iuglandiũ, sed tenuius, nucleo dissimili, lato, callosioreq;. Mori uulpes earum pastu ferunt, utiq; si non contingat e uicino aquã lambere. Nihil æquæ degenerat, q̃ Amygdalus. Ideoq; aut plantã sæpius transferri, aut adultã inseri præcipiunt. In remedio est, & paxillum adigere, & lachrymã defluentem extergere, reliquo cultu omni perinde adhibito. Ex Amygdalo cinerem & lixiuiam probãt, ut acerrimã. Ad fornaces, artesq; aliquas non incõmodo quoq; ligno. Amygdalã eandem esse cum græca & Thasia, Cloatius putabat. Alijs græca uidetur esse Iuglans. Columella tria facit genera libro sexto, Græcæ, Iuglandis, Amygdalæ. Amygdalus dulcis, si a pecore sit erosa, dicitur amarescere. Quemadmodũ Amygdala nasci scripta possint, rei rusticæ libri docent, origine a Græcis orta: quod & ad alios quoq; fructus feliciter conuersum est.

* Pli. li. 13. ca. 8.

### EX M. VERG. COMM.

SI huic, & Galeno, quorum decreta pro oraculo antiquis medicis fuerunt, credendum de uiribus Amygdalæ est, primam capitis huius partem, parum feliciter latinis Barbarus reddidit, dicens, amaræ Amygdalę radicum tritarum decoctum, cutem in facie corrigere. Neq; enim hic, si uerba eius omnia diligentius estimentur, illud decernit, sed quod Galenus lib. 6. de simpli. Si accipiantur Amygdalę radices, coquanturq;, ephelides foris impositas auferre: iubetq; non decocto Amygdalæ radicum foueri ea labe hominis faciem, sed decoctam radicis materiã uitio illi imponi. Quod primo lib. etiã Paulus Aegineta confirmat.

Alternat præterea, si melioribus græcis habenda est fides, Dioscorides, acetum, & rosa-

Hosted by Google

ceum, quo loco iubet in dolore capitis utroq; uti, non simul, sed alterutro. Ἢ enim, quod uel, non καὶ, quod &, significat intercedit. A

Reliquit & Barbarus, quod alioquin Plinius monebat, & post Plinii Serapion cõtra sanguinis reiectionẽ, ultra amylum cum mentha sumendas Amygdalas esse. Siquidem Plinius libro 23. cap. 9. his uerbis rem indicat, Et sanguinẽ sistunt, cum amylo & mentha: fuissetq; hanc lectionẽ Serapionis ætate cõmentaria eius indicant. Et nos plures ex melioribus Græcis uidimus, in quibus μετὰ ἀμύλου καὶ κνιδίου manifeste adhuc legitur.

## ¶ De Pistacijs. CAP. CLXXIX.

PIstacia quæ in Syria gignuntur, Pineis nucibus similia sunt, & stomacho facilia. Trita cum uino contra serpentium ictus prosunt, siue edantur, siue bibantur. πιστάκια

### BARBARI COROLL.

PIstacea in nucũ genere habentur. L. Vitellius, qui censor fuit, & hæc in Italiã primus intulit e Syria, cũ legatus in ea prouincia fuisset, nouissimis Tiberij Cæsaris tẽporibus. Mox & in Hispaniã, qui cũ eo militauerat Flaccus Pompeius eques Romanus. Venetijs hæc, Iudaico uocabulo, satu feminis enata uidimus, folio maiore q̃ Lentisci. Marem in hoc genere accipiũt, cui sub corio uelut ossei longi uidentur latere testiculi. Nicander Colophonius Pistacia uocauit. Et alius Nicander Pilistacia. Sunt qui Listacia, ut Possidonius. Inuenio & Astacia scriptũ in poëtis. Athenæus auctor est, Terminthos, siue Terebinthos credi solita a nonnullis, quæ nunc Syri Pistacea uulgo appellant, foliorũ similitudine, ut arbitror fallente. Plin. li. 23. ca. 8.

### EX M. VERG. COMM.

MAle in omnibus græcis, præterq; in probatiss. mihi codice legebatur, πισάκια τὰ μὲν γεννόμενα ἐν συρίᾳ. Hic enim dicendi modus alterum sibi membrum & Pistaciorum genus exigebat. Quando, ut græcorum grammatici docent, semper τῶ μὲν, reddendum, τὸ δὲ est, non aliter q̃ si in latinis dicas, hic quidem, ille autem, semperq; proposita altera expectanda, & quærenda altera pars est, quæ aliud, aut diuersum a priore illa aliquid ostendat: quod nullibi in hoc capite inueniri poterat. Fuitq;, ut uidere licuit, uera & antiqua huius capitis lectio πισάκια ἰὸν μὲν συρίᾳ γεννόμενα, facili in una tantũ syllaba ad uitiũ lapsu. Idq; etiẽ Plinius lib. 13. indicat. B

## ¶ De Nuce iuglande. CAP. CLXXX.

NVces iuglandes sunt difficiles concoctu, stomacho inutiles, bilio sæ, capitis dolorem inferentes, tussientibus inimicæ, & uomituris ieiunis in cibo aptæ, Cum Ruta uero, & Ficis præsumptæ, uenenis resistunt. Nec minus si a ueneni haustu comedantur. Largius esitatæ tineas latas pellunt. Illinuntur mammarũ inflammationi, abscessibus, luxatisq; cum mellis exiguo & ruta. Cum cepa autẽ, sale & melle, canis, hominisq; morsui proficiunt. Tormina, cum calyce suo perustæ, & umbilico admotæ, sedant. Putamen combustum, tritumq; in oleo & uino, infantiũ capite peruncto, nutrit capillum. Alopecias replet. Sistunt menses nuclei usti, si triti ex uino admoueantur. Iidem e ueteribus illiti carbunculis, gangrænis, & ægylopijs medentur. Alopecijs commanducati & impositi præsenti sunt remedio. Nucibus tusis oleum exprimitur. Recentes stomacho innocentiores sunt, & suauiores. Itaq; allio mistæ eximũt acrimoniam. Liuores in corpore illitu tollunt. κάρυα βασιλικὰ

### BARBARI COROLL.

CAryon basilicon, id est, Regia nux uocata, fructificat autumno. Arbor Carea græce dicitur. Notum in ea est, calliculacea tegumenta totidem, quot flores fuere, contrahi pediculo, singulisq; his singulas includi nuces, duplici munimento protectas, puluinato primũ calice, mox ligneo putamine, quot modis & fœtus in parente, hoc est, utriculo atq; uentre. Propterea Fesce Plin. li. 15. ca. 22. 28. Macrobi. lib. 3. cap. 18.

Hosted by Google

C ninæ locutionis comites, & religiosas nuptijs, uerisimiliusq; hoc, q̃q; cadendo tripudium faciant, elidendo uirginũ puellarum clamore. Germinat hæc non cacumine, ut maxima pars arborum, sed lateribus impulso priore pululo. Qua forma & caudex totus, & prægrandes rami crescunt. Hoc & Auellanæ faciunt, & quibus germina in folium unũ procumbunt uidelicet: quia desit initium unde germen erumpat. Medulla nucis quæ in ligno ipso continetur, Isca dicitur Aetio. Forte ut alia quoq; multa, deprauate a latinis id acceptum, quasi esca, quoniã pro igniario & cauterio quoq; sit medicis. Mutari hanc in quercum senio, nõnulli produnt. Transtulere Iuglandem reges e Perside, ob id regiæ nuces appellãtur. Caryon uero, a capitis grauedine, propter olacitatem uocatã, nemo dubitat. Et enim arborũ ipsarum, foliorũq; uires, in cerebrũ penetrant, hocq; in cibis nuclei earũ, minori momẽto faciunt. Tingunt̃ cortice earũ lanę, & capillus ruffatur. Primũ prodeuntibus nucleis, id compertũ, infectis tractatu manibus, pinguescunt uetustate. Sola differentia generũ in putamine duro, fragili, tenui, crasso, multiloco simplici. Solũ hoc pomũ natura compactili cinxit operimẽto. Nãq; sunt bifidæ putaminũ carinæ, nucleorũq; illis quadripartita distinctio, lignea intercursante mẽbrana. Hæc arbor an fuerit in Italia Catonis æuo, nõ constat: quoniã græcas nominat, quas quidã in genere Iuglandiũ seruãt. Sunt & Galbæ, siue Caluæ. Itẽ Prænestinæ, ab eodẽ Catone dictæ: quas maxĩe laudat, & conditas fictilibus in terra seruari uirides meminit. Postea Thasiæ, & Albenses ꝓbari cęptæ. Et Tarentinarũ duo gña, fragili putamine, & duro, quæ sunt amplissimæ & minime rotundæ: quas a frangẽdi mora Moracias, & Moracillas sunt qui uocent. Præterea Molluscæ, putamen rũpẽtes. Macrobius, qui Persicũ uulgo dictũ Molluscã nucẽ esse putat, aperte hallucinatus est, cũ is nõ de Persico, sed de nuce regia & Iuglãde q̃ sit e Perside cõuecta primũ ad nos, Molluscã intelligat. Nã a quibusdã Nucẽ persicã uocari tradit, Sueuij hoĩs doctissimi testimonio fretus. Thasiã quoq; nucẽ, atq; Græcã, Amygdalarũ esse gñis, Cloatius existimat. Prenestinã Macrobius eandẽ esse cũ Auellana, Varronis & Neuij auctoritate meminit. Iuglans a iuuãdo & glande, siue quasi Iouis glans, literis intercisis appellatur: siue quasi diu glans, id est, Dios balanos Theophrastũ uocasse Cloatius auctor est. Sed certe Dios balanos Castaneã Dioscoridi significat. Proinde nõ parcius errauerit Nonius Marcellus, qui Iuglandẽ pro syluestri nuce interpretatus est. Biferas Iuglãdes, Siluaciano patauini agri uiculo prouenire satis constat. Fomites ex hac nuce Mnestor optimos fieri cum dixit, de Iuglande uidetur intellexisse.

D

EX M. VERG. COMM.

CVr Persicas, & Regias Gręci, Romani uero Iuglandes in genere nucum eas dixerint, quas nunc priuatim Ethruria gentesq; aliæ multæ nuces nominant, satis Plinius lib. 15. cap. 22. declarauit, quare nos ea de re supersedebimus.

Barbari tamen superstitiosam interpretationẽ non probamus, qui quod hic δύσπεπτον dixit, nihil aliud significãs, quã quod ægre in stomacho concoquitur, & quod Plinius difficiles concoctu ait, resides in corpore, & difficile transire dixerit, longiore q̃; decuit uerborũ ductu, nec satis apto uerborũ intellectu. Quando aliud iudicio nostro est, ægre concoqui aliquid, & aliter dicit̃ residere aliquid in corpore, nec facile transire. Nec obstat, q̃d & Varro usus hac uoce est, sed tamẽ quod aptius & certius in Dioscoride ad medicinã dici debuerat, desyderamus.

## ¶ De Nucibus Auellanis, CAP. CLXXXI.

κάρυα ποντικὰ

NVces Auellanæ, quas & Leptocarya uocant, stomacho infestæ sunt. Ipsæ tamen tritæ, & in aqua mulsa potæ, tussi ueteri medentur. Tostæ, & cum exiguo piperis potæ distillationem concoquunt. Crematarum cinis cum axungia, aut adipe ursi perunctus, alopecijs capillum reddit. Aiunt nonnulli, usta earum putamina, & in cineris speciem redacta cum oleo, cæsiorum oculorum pupillas infantibus denigrare, perfuso sincipite.

BARBARI COROLL.

Pli. lib. 15. ca. 22. Macrobi. lib. 3 cap. 18.

NVx Auellana, quã Græci Heracleoticã appellant, nostri Prænestinã, & Abellinã patriæ uocabulo. In Asiã Græciãq; uenit e Ponto, propterea nunc Ponticæ, nunc Heracleoticæ dicũtur. Quo nomine Macrobius, Castaneas intelligi falso putat, Oppiũ secutus. Ponticas, sunt qui & Alareas nuces cognominent. Inuenio & Alariã uocari, arborem unde iacula & hastæ fa-

ctitari sole-

ctitari soleant. Auellanæ sunt ex arbore, quæ Corylus dicitur. Has mollis quidem tegit barba, sed putamini nucleisque solida. Rotunditas contra, q̃ Iuglandibus. Vmbilicus Auellanis, et in uentre medio. Torrentur eæ cibis. Corylus neglecta cõmeat in fruticem: quãq̃ si quis eam minus sublucet, fructum meliorem & copiosiorem ferre traditur: ut quæ naturę suę proprietate fructicosa sit. Tonderi tamen, resecariq; pręcipiunt: ita fructicosam reddi. Alioquin si arborescere patiatur aliquis in corpulentiam & magnitudinem, alimentum omne sumptitãt. Florere negant hanc aliq, sed floris uice quosdã in ea uillos erumpere. Huic simul fructus decidit, uuę mõ callus innascit, magnitudine uermis grandiusculi pinguis, singulo pediculo cõpactilis: Iulũ uocant. Dehiscit uere ac defluit, cum folia emergunt, simili omnino sorte qua Cachrys in robore, abiete, cęterisq; amentiferis. Syluestris ꝓrsus natura: qm̃ hyemis patiẽtissima, & montibus magna parte prouenit. Nec urbanæ fructus magnope q̃ indomitę p̃stantior, folium urbanę maius. Seratumq; ambitu utiq; Alno simile, tm̃ latius. Coryli, alię nucẽ rotundã, alię oblongã ferũt. Candidiorẽ urbanę, meliorem in aquaticis. Translatu mitescunt syluestres. Cortex sumus, tenuis, pinguis, & maculis albis uarius, materies lenta, prægraciles eius uirgæ desquamantur, crassiores derasæ interpolantur. Medulla tenuis sufflaua, quæ dematur.

A

EX M. VERG. COMM.

Επιβρεχομένου τοῦ βρέγματος, parum recte perfuso capite transtulit Barbarus. Neq; enim βρέγμα caput græcis est, sed anterior tantum capillata pars, si Galeno in anatomia credendum est.

## ¶ De Moro. CAP. CLXXXII.

MOrus arbor nota est, cuius fructus aluum soluit. Stomacho inutilis est, & facile corruptionem sentit. Hoc idem præstat Mori succus. Decoctus autem æreo uase, atq; insolatus adstringẽtior redditur. Facit ad fluctiones, nomas, & tonsillarum inflammationes, addito mellis exiguo. Sed inolescit uis eius adiecto scisili alumine, galla, croco, & myrrha, item myricæ semine, iri, & thure. Immatura Mori poma siccantur, tusaque acinorum rhois uice obsonijs miscentur, ut cœliacos iuuẽt. Radicis cortex decoctus in aqua, et potus aluum resoluit. Latas uentris tineas excutit. His quoq; auxiliatur qui aconitum hauserunt. Folia ex aceto illita, ambustis igni medentur. Tinguntq; capillum, uitium & fici nigræ frondibus simul coctis in aqua cœlesti. Succus foliorum cyathi mensura potus, contra phalangiorum morsus auxilio est. Feruefacti corticis, & foliorum iure dentes aptissime in dolore colluuntur. Radix circiter messem incisa, facto in ambitu scrobe, succum emittit, qui postridie concretus inueniri solet. Is in dolore dentium efficax est. Tubercula discutit. Et aluum purgat.

μορέα ἡ συκαμινέα.

B

BARBARI COROLL.

MOro succus in carne uinosus. Trini colores. Candidus, mox rubẽs, maturo niger. In nouissimis floret. Inter prima maturescit & transuolat. Tingunt manus succo. Matura eluunt, acerba pilũ corijs folia eius in urina madefacta detrahũt. Minimũ in hac arbore ingenia profecerunt, nec nominibus, nec insitionibus, nec alio modo q̃ pomi magnitudine. Mora differebant Hostiensia, & Thusculana Romæ. Autores gręci, Morũ inserunt castaneę, phago, terebintho, piris syluestribus, malo, ulmo, populo, quæ sit alba: unde cãdida nascant̃ Mora. Nascunt̃ & in rubis, multũ differente callo: quę Maratha nominant̃ ab Hippocrate. Quanq̃ corrupta fortasse lectio est, nec μάραθα ἀπὸ βατοῦ, sed μόρα τά ἀπὸ βατοῦ scribere oportuit. E pomo arboris Mori Panchrestos stomatice, eadẽ Arteriace appellata, pluribus modis fit. Neq; est aliud oris, arteriæ, uuę, stomachi iucũdius remediũ. Hoc et uulnera ad cicatricẽ ꝑducebãt. Succus siccato exp̃ssus pomo, multũ sapori q̊q; obsoniorũ cõfert, ab Hippoc. Rhoõ qñq; dictus. Mora germinatiõe priusq̃ in folia exeãt, sinistra manu decerpi iubẽt. Futura poma Ricinos, siue ut q̃dã legũt, cytinos gręci uocãt. Ii terrã si nõ attigere, sanguinẽ sistũt alligati, quacũq; parte fluat.

Pli. li. 15. ca. 24
The. li. 4. ca. 2

C Ad hoc seruant̃ repositi. Materia utilis operibus, quę flexu cõstẽt. Ideo furculas ex ea circosq; faciũt, ut ex caprifico q̃q;. Itẽ nauibus tornacula, ut ex fraxino, ulmo, platano. Quanq̃ e Platano celerit̃ putrescũt. Itẽ auriculas liburnicis, & testudines atq; firmamẽta. Mora in Aegypto & Cypro sui generis habent̃, ut mox dicemus. E ficu Aegyptia et Cypria, Sycaminõ gręci pomũ ipsum uocant. Sycamineã, & Sycean, & Sycen q̃q; ipsam arborẽ Hippoc. Nã Aegyptia & Cypria Sycomoros, & Sycomorea dici fere solent. Media Comœdia, Sycaminõ uocat et pomum & arborem, sed pomũ neutro, arborẽ masculino gñe, ut apud Iuliũ Pollucẽ notatũ legit̃. Hippocrates Morum arborem, est quando Sycen, & Moreon quoq; dicat: ubi uidelicet radicem Syces, primo de fœminarum incõmodis uolumine requirit, ut Galenus interpretat̃. Inuenio & Modon scriptum in Hippocrate, pro Moro, nisi fallor, culpa librariorum.

## ¶ De Sycomoro. CAP. CLXXXIII.

συκόμορον

Sycomorum aliqui etiam Sycaminum, idest, Morum uocant, cuius fructus Sycomorum etiam propter inefficacem gustum appellatur. Arbor est magna, fico similis, frondosa, multo lacte abundans, folijs Mori. Pomum ter aut quater in anno fert, non ramis ut ficus, sed caudice ipso, caprifico non dissimile, dulcius grossis, sine granis interioribus. Quod nõ maturescit, nisi ungue, aut ferro scalpatur. Nascitur plurimum in Caria, Rhodo, locisque non multi tritici feracibus, ubi prouentu fœcundo iuuamentum adfert, cum annonæ caritas premit. Pomum aluo utile est, sed nullam præbet alimoniam. Stomacho aduersatur. Succus tenera arbore antequam fructum ferat eximitur, lapidis ictu summo corti-
D ce desquamato. Si enim altiore plaga uioletur cortex, nihil effluet. Spongia, aut uellere lachryma excipitur, quæ siccata & in pastillos coacta repo-
* nitur. Vis succi emollit. Vulnera conglutinat. Discutit collectiones coctioni repugnantes. Bibitur etiam, aut illinitur contra serpentium morsus, duratos lienes, stomachi dolores, & horrores. Celerrime pomum teredinem sentit. Gignitur & in Cypro arbor genere distans, quod Vlmus esse uideatur, folijs Sycomori, fructu Pruni crassitudine, multo dulciore, supradictis cætera similis.

## BARBARI COROLL.

Macrob. li. 3. ca. 20. Pli. li. 13. capite. 17.

Ficus Aegyptia, siue Morus, quam, ut Celsus ait, & Morosycon appellant. Fructum hãc nõ caudice, sed ramis fere q̃dam falso tradunt: cum ueriores sint, qui utroq; nasci prodãt. Magnitudo, aspectusq; pomo fici, succo tñ & sapore caprifici. Sed dulcedo copiosior sine granis interioribus, scalpẽdo tm̃ ferreis unguibus, nec alit̃ maturescit. Quod cũ factum est, quarto die decerpitur, alio subinde atq; alio subnascente terno, ita ut etiam septeno numerosa partu ꝑ singulas æstates, multo lacte abundante. Subnascit̃ etiã si non scalpat̃, quater æstate, priorẽ impellendo fœtũ, q̃ sit im̃aturus. Arbor nostrati Moro similis folio, magnitudine, cõspectu. Materies int̃ paucas utilissima. Cæsa statim uiret. Siccatur mersa incilibus atq; stagnis. Cũ fluitare cœperit, tempestiua opibus intelligit̃, ablato ita pondere, ac soluta. Id probe inueteratę signũ habent: uidelicet alienus humor, alium eius omnẽ rigando suggit. Huic similis est, quę uocat̃ cypria Ficus, in Creta. Nam & ipsa trunco pomũ fert, & ramis, cũ in crassitudinẽ adoleuere. Distat a superiore: quod germina emittit, sine ullis folijs, radiculę similia, cui fructus quasi cuspidis accessu præpilatur. Caudex magnus, & Populo albę proximus. Foliũ ulmeũ quater germinat, quater suas ficos maturat. Sed grossus in ea nunq̃ excoq̃tur, nisi emisso incisura lacte. Suauitas pomo Fici, sed interna. Similitudinem caprifici habent. Magnitudo Pruni, uel Sorbi.

Humor humorem siccat

De Ficu Cypria iam dictum est in Aegyptia.

## EX M. VERG. COMM.

The. li. 4. ca. 2.

Crediderunt Theoph. & Plinius, in Aegypto tm̃ nasci Sycomorum hanc. Alter em̃ ubiq;

nō eius meminit, q̄ ut dicat, τὴν ἐν αἰγύπτῳ συκάμινον, aut αἰγύπτιαν συκάμινον. Alter lib. 13. ca. 2. his uerbis de ea tradit. Et in Aegypto multa arborum gña, quę nō alibi. Ante oīa Ficus ob id Aegyptia cognominata. Arbor Moro similis. Greci ex utroq̄ Sycomorū, quasi ficū simul & morum, uel Sycaminon, ideſt, Morum tantum dixerunt. Ab illa nomen ex pomo, ab hoc & ab aliis ex arborum aſpectu nomen factum eſt. Celſus aliquando Sycamínon, aliquando Sycomorum, interdum etiam Moroſycon appellat, niſi uicium etiam in eo ſit. A

Illud etiā nō immerito quęrit, cur nā arboris huius pomū ob ignauū & inertē saporē Sycomorū uocat? Sic em̄ ait, καλεῖται δὲ καὶ ὁ ἀπὸ αὐτῆς καρπὸς συκόμορον, διὰ τὸ ἄτονον τῆς γεύσεως. ex quibus aperte indicatur, non quia ſimilis Moro arbor hęc ſit, ſed quod lāguido & inerti ſapore ſentiatur. Et ſi id hoc ſenſu ſimpliciter accipiatur, nō ab re ſuſpicari aliquis poterit, non συκόμορον, ſed una tm̄ mutata litera, συκόμιορον, quaſi fatuā et ſtolidi arboris ficū appellandū ſycomori fructum eſſe. Id enim prima producta μῶρον grę cis ſignificat. Nos tamen id nō probamus, eredimuſq̄ quod hic ait, διὰ τὸ ἄτονον τῆς γεύσεως, ad proprium eius ſaporem referendum eſſe, qui in eo ſit, ut ait Plinius prędulcis, & ſine interioribus frumentis, ſeu granis.

## ¶ De Ficis. CAP. CLXXXIIII.

Fici maturæ, recentes, ſtomachum lædunt. Aluum ſoluunt. Sed facile contracta ab eis fluctio ſiſtitur. Sudorem euocant, papulaſq̄. Sitim ſedant. Calorem reſtinguunt. Siccis, natura excalfaciēdi. Vires alunt. Sed ſitim magis ſtimulant. Aluo utiles, Rheumatiſmis uentris & ſtomachi contrariæ. Gutturi autem, arteriæ, renibus, ueſicæ, & iis quos longa ualetudo decolorauit, anhelatoribus, hydropicis, comitialibus aptiſſimæ. Feruefactæ cum hyſſopo, & potæ, pectus purgant. Tuſſi ueteri, diuturniſque pulmonum uitiis conueniunt. Aluum molliunt, tuſæ cū nitro & croco, dein manducatæ. Decoctum arteriæ, & tonſillarum inflammationibus gargarizatu prodeſt. Cum hordeacea farina cataplaſma timiſcentur. Et in muliebres fotus, cum fœno græco & ptiſana. Cęterum cum ruta coctæ, torminibus infunduntur. Coctæ, illitæq̄ duricias diſcutiunt. Parotidas, ac panos emolliunt. Furunculos ad maturationem perducunt, maxime nitro, iri, aut calce addita. Crudæ ſi cum antedictis tundantur, eadem efficiūt. Cum malicorio, pterygia purgant. Cum atramento ſutorio, deploratis fere tibiarum fluctionibus, & cacōethicis ulceribus medentur. Quin & cum uino decoctæ, addito abſinthio & hordeacea farina, utiliſſime hydropicis illinuntur. Crematæ cum cærato ſanant pernio nes, prurigines. Sonituſq̄ ſi crudæ terantur, & ſynapi liquido exceptæ auribus inſtillentur. Tam ſylueſtri, q̄ ſatiuæ Fici lacteus ſuccus, coaguli modo lac contrahit, concretumq̄ diſſoluit ut acetum. Exulcerat corpora. Venarum ſpiracula laxat. Soluit aluum. Vuluam aperit cum detrita nuce greca potus. Menſtrua ciet cum luteo oui appoſitus, aut thyrrhenica cæra. Podagricorum cataplaſmatis cum farina fœnogræci & aceto utilis. Lepras, lichenas, uitiligines, uitia cutis in facie, pſoras, ulcera in capite manantia, cum polenta expurgat. Inſtillatum plagæ percuſſis a ſcorpione, uenenatorum ictibus, & rabioſi canis morſibus auxiliatur. Prodeſt dentium dolori lana exceptus, & in cauis eorum additus. Verrucarum inſormicationes tollit cum adipe, circumlita in ambitu carne. Hoc idem

B

C præſtat ſuccus e teneris ramis ſylueſtris Fici, qui lacte prægnantes, ſilente adhuc oculo tuſi exprimuntur, & ſiccatus in umbra reponitur. Et lac & ſuccus imponuntur exulceratorijs medicamentis. Decocti cum bubulis carnibus ramuli ficulnei, facilem afferunt decoctionem. Lac efficiunt quod magis ſoluat, ſi inter coquendum ficulneo ſurculo ſpathæ loco moueatur.

## BARBARI COROLL.

The.li.4.ca.5. Pli.li.13.ca.7. li.12.ca.5.li.15. ca.28.18.

FIco circa Elephantiũ agrũ folia nõ defluunt. Græci pomum Syca, & Palathen qñq; uocãt. Arborem uero Sycen, & Sycada. Quanq; Sycada nouellam ficum fere intelligunt. ut Iulius Pollux inquit. Nam Iſchades, aridę fici ſunt, aut caricæ interdum. Inuenias apud græcos Iſchadas, recentes et ueteres quoq; dici. Comœdia et Iſcada, captũ pro ſicca, uidet appellaſſe. Quanq; & Iſchada Sophocles, pro anchora eſt ubi acceperit. Fici pomum Hegeteriam, ab Athenienſibus uocatum, quaſi ante alias fruges inuentum, autor eſt Athenęus, etiam quibuſdam feſtis præferre pompæ ſolitum in oſſis. Naxy, ficum ipſam Melichen appellant, a quo & Liberũ patrem Melchion, ceu inuentore eius uocant. Vt Lacedæmonij Sycitẽ. Quidam gigantem nomine Syceam, Ioue perſequente, in Ficum a tellure conuerſum fabulantur: unde in Cilicia urbi nomen ſit inditum Syceæ. Sunt qui Sycen, hoc eſt, ficum, Oxyli, ex Amadryade filiam, ut alias quoq; arbores fuiſſe memorent. Pauſanias in Attica primum editas putari tradit, Cereris munere, in memoriam hoſpitij Phytalo donatas: quod & in monumento eius teſtatum eſt uerſibus hexametris. Ficus omnis, breui fere, nec procero caudice. Quanq; ampliſſimę quædam inueniuntur, uel piris æmula magnitudine. Cortex ei leuis, laciniosa folia, & cruciformia, hoc eſt, ut Theophraſtus inquit, σκιποφόλια, niſi quis κορωνοποφόλια magis legendum putet. Nam Hippocrates, uere inquit, folia ſunt Fico, pedibus cornicis ſimilia. Ex interiore pomi huius ſemine, id eſt, minutis in eo granis, quæ græci κογχρομίδας uocant, etiam caprificus naſci dicitur a Theophraſto. Germinat ſub arcturum, poſt uer: q̃d tempus cõmune omnibus eſt, præſertim edomitis, ac præcipuæ in Fico, uite punica. Ficus in Hircania dulciores multo, fertilioreſq;, ut modios. 270. ſingulæ ferant. Externæ ſunt in Italia Chalcidicæ: quarũ genera plura. Item Ly-

D diæ, quæ ſunt purpureæ, & mãmillanæ, ſimilitudinem mãmarum habent. Caliſtrutiæ, parum ſapore præſtantiores, ſed græcorũ iudicio prælatæ cæteris. Has & Ficus & Paſſarias uocari, Capitolinus autor eſt in Clodio albino, Ficorum omnium frigidiſſimæ. Inuenio Pſyctalia uocari quoddam earum genus, ab algore. Niſi quis malit ab Atticæ regiõis inſula Pſyctalia. Sed an Caliſtrutiæ ſint, quia frigidiſſimæ dicantur, mihi parum conſtat. Nõnulli ſunt, qui Pſyctalia intelligant, quæ recentes non ſint quidem, non tamen ſiccatæ. Africanæ ab aliquibus præferuntur, cunctis celebratę Carthaginis excidio. Et alię ab Africanis Libycę. Habentur & Sulcę, & Topię quæ dicantur. Patrię nomen obtinent etiam Alexandrinę, poſt dicendę. Candicat Serina, cognomine delicata. Nigra eſt & Rhodia, & Tiburtina, præcoquę. Sunt & Liuianę, ſiue ut alij uocant, Liuię pompeię, in uſus annuos arefactę ſolibus, aptiſſimę cum mariſcis. Et quas harundinei folij macula uariare dicunt, Harundineas ob id uocatas, a quibuſdam Alfulas. Eſt & Herculanea, & Albicerata, & Aratia alba, pediculo minimo latiſſima. Cloacius & Aſinaſtrã, Atram, Paluſcam, Auguſtam, Biferam, Cucurbitanam, Leptolydiam, Marſicam, Numidicã, Pullam, Pompeianam adijcit in nomine. Sunt apud græcos Atticę, delatoribus inde nuncupatis, præſertim Aegilides. Sunt & Laconicę, item Phrygię. Item Phibaleæ Hippocrati. Androtion Leucerineon adiungit, quas noſtri Albiceratas uocant, albas Ficos ferentẽ. Addit et Oporobaſilidas, & Celuron, & Phormynion, & Megaricam. Et alijs Toxalię ſunt, & ex inſula Paro Aemonię uocatę, nihil a Lydijs diſtantes, colore ſanguineo. Sunt & Amadei, et Coracei, & Nicolei, & Baſilię, quas & Baſilidas uocant. Hybernas Ficos, Cydoneas græci appellant. Probabantur & e Zacyntho, quod & Plauti confirmat autoritas in Mercatore. Item Cimolię. Primo autem prouenit Porphiritis, longiſſimo pediculo. Comitatur eam e minimis & uiliſſimis appellata Popularis. Contra nouiſſima ſub hyeme maturatur Chelidonia, hæc rubens eſt e nigro. Quæ porro nigra Ficus eſt, Barbachytra dicitur a græcis. Iulius Pollux, Chelidonias dicendo, Atticas inquit intelligimus, quas Lacedæmone Chelidonias appellabant. Sunt prętrerea eædẽ ſerotinę, & præcoces, biferę, alba & nigra cum meſſe matureſcentes, atq; uindemia. Serotinę, a corio appellatę duro, hoc eſt, ut Macrobius, Duricorię, ex Chalcidicis trifero quarundam prouentu. Tarenti tantum prædulces naſcuntur, quas uocant Onas. Sunt & Sagun-

Hosted by Google

tinę, Telianęq;. Quibuſdam prouincijs & Hibernæ, ſicuti Moeſiæ: non natura, ſed ingenio. In A
Ficorum genere, Caricas peculiari arbore fert Syria, & minores, eius generis quæ Coitana appellant. Habentur & Cauneæ ominales, Marco craſſo in Parthos mouenti. Cauneæ porro ſunt, tam ex Cariæ oppidulo, unde nomen Caricis apud nos, ut conijcio, aperte ut multa, q; ex Aeolica urbe Cauno cõmendabiles. Antiochenæ uero Caricæ, quas & Triphyllos uocat, ut inquit Strabo, ab Antiochia Phrygię Meandro appoſita nomen habent. Omnia hęc L. Vitellus in Italiam Tiberij principatu tranſtulit. Ficus unum genus, pomum ſuper folij dorſum ferentis, circa Idam oſtenditur, & ob id Opiſthocarpion uocatum, Idæi cognomine. Ramoſa hęc, neq; celſa, cubitali craſſitudine, ligno ualido, cõtorto, lento, ſine lacte. Pars quæ a terra eſt, leuis, enodiſq;. Superior comoſa in orbem. Colos folio & cortici liuens, ac uiridis. Folium Tiliæ per omnia, ſed molle. Flos meſpilaceus, & cum Meſpilo erumpens. Ficus rubra, magnitudine Oliuę, rotundior, ſapore Meſpili. Radice craſſa, ut Ficus quoq; cætera. Item lenta materies, incorrupta, corde ſolido, neq; medullaceo ſiue molli. Alexandrinam hanc ibi uocant. Naſcitur & in mari ficus ſine foliis, parua, rubro cortice. Quædam Ficum & Groſſos ita ferunt in Cypro, Cilicia Hellade, ut ficum aduerſo folio, groſſos auerſo ſuſtineant: cum reliquę arbores ſub folio pomum, ut protegatur, habeant. Laconicum genus uocatur, præcoces eas habens: quas Athenis Prodromas, hoc eſt, præcoquas atq; præcurrentes uocant. Eiuſdem feracitatis eſt, & quę a Theophraſto Leucomphalios nominata eſt. Idem autor & Charition, & Aration ficum nominat. Ficus maturas græci. Colythra, ut Philemon ſcribit, uocant. Seleucus Protericen fici genus uocari tradit, primitiuas eas ferentis. Habentur & alia Ficorum nomina, Cirocoelaidæ, Picridię, Hiladiæ, Sarcelaphię, Lapyrię, Dracontiæ, Leucophiæ, Melanophię, Creneæ, Mylæcæ, Aſcaloniæ, Trallianæ, Rhodijs ſimillimæ, Bringidaridas. Quanq; barbaræ, tñ cum Atticis fere certantes. Proſenidas Pamphilus, Tithraſias Theopompus, generoſas Plato in legibus, & ficus & uites quaſdam cõmemorat, quaſi nobiles: etiamſi nobile a generoſo, ut inquit Ariſtoteles, diuerſum eſt. Fortaſſe illa genera intelligens, quæ dicuntur Aegilides, inter ficos, & racemos, Nicoſtraticos inter uuas: quæ duo Athenis maxime cõmendabantur. Vt racemus Hipponius, in Rhodo inſula, Thraceſinas, ad Lienam probari, apud Aetium inuenio. Morbus fico peculiaris, uermiculatio. Beſtiolas eas uocant ceraſtas, ſtridulum animal. Itẽ B
patella: ſed aliter q; in olea: quoties uidelicet radices imbrium ſuperuentu, quaſi deglabrantur. Item crados, ſcabies, & cocleæ. Crados intelligitur, cum marceſcunt rami, quos priuatim cradas in Ficu uocant. Attici ficum ipſam Cradem nominant. Nam & machina, quæ in comœdia Bellorophontas, & Perſeos, & deorum imagines in aere prę ſentabat, crada appellabatur: quia ſpecies ea ficum imitaretur arborem. Inter morbos eſt & uredo, ideſt, κλαῦσθμός, & tabes quæ dicatur ἐκπλῆξις, quaſi quidam ſtupor, rigorq;. Frigore hic & gelu, alſioſis annis contrahitur. Cõmunis hæc & alijs, quemadmodum & radicatio ſyderatioq; ἀστροβολισμός uocata. foliculus Fici, ut frumenti, a Varrone gluma dicitur. Ficaria quoq; grana, Plinius frumenta nominat: quas nos a græcis Cenchramydas uocari diximus, ſuccus matureſcentibus lactis, percoctis melle. Tactus omnibus mollis. Maturis frumenta intus. Lacte ſatiuarum coagulat lac, ſylueſtrium nequaquam. Aut minus probe fructus, ut in uite alba. Eo melior futurus intelligitur, quo lętius germen anteceſſerit, contra quam cæteris arboribus. Ficus ſola, ex omnibus arboribus non floret. Lactis inquit Macrobius, proprie ficorum dicitur ficus. Tanq; non pomum ſecerni a pomis apud idoneos autores, Afranium Ciceronemq; reperias. Fico fumus acerrimus, caprificoq;, Item, cuicunq; lacteus cremor redundat, atq; ipſa hęc tamen fluuiata de tracto cortice, mox ſiccata, minime omniũ tedio illo infeſtant. Quin & flãmam quoq; molliſſimam reddunt. Lixiuium quoq; cinere uehementer aſperum. Quanq; ex Amygdalis aſperrimum ignem excipere, optimas ficum & oleã, contrarię cauſę faciunt. Ficum, lenta fungoſaq; materies, oleam pinguis & denſa. Seneſcunt ficus in arbore, anuſq; diſtillant gumi modo lachrymã, ob id Athenienſes, γραῖκα uocant earum folliculos, ut noſtri glumas, quemadmodũ prędiximus. Siccantur, ſeruantur in capſis. Ebuſo inſula pręſtantiſſimæ ampliſſimęq;, mox in Marrucinis, plurimę in Aſia, Ruſpinaq; Africæ urbe. Panis uicem & obſonij habent, ſiccatę, ac recentes quoq;. Athletæ hoc cibo uires aluere, priuſq; Pythagoras exercitator eos transferret ad carnes. Sale inueteratis, & caſei quoq; loco ueſci excogitatum eſt. Decoctũ, inquit Paulus, Ficorum, plæriq; Siræum appellauere: quod & defructo quoq; nomen eſt, Hippocrates Sycion. Studioſos uocis, abſtinere Ficu græci iubent, Aegeſianactis Alexandrini exemplo moti, q; is tragœdiarum actor optimus euaſerit, quia .xs. annos a ficu temperaſſet. Produntur & de hac arbore prouerbia. Ficum poſt piſcem. Legumina poſt carnem. Gallinaceos amantibus, ficum

Cnè ſerito. Aſſentari neſcio, ficũ ficũ, panẽ panẽ dico. Sacra ficus Athenis uocabat, uia quę ducit ad Eleuſinem. Erat & Sicelenſis Romę uia, quæ Nomentum ducebat, & Nomẽtana quoq; dicebatur, ex Viminali porta. Cęterum non a ficu, etiamſi Plautus locum innuit, ſed a figlinis appellata, quaſi figulenſis: q; ibi foderetur figlinum, ut ad Auentinum quoq; montem. Ficum atram, infelicem pontifices putabant, felicem albam. Quę autem felicia ſint ligna, contraue, Macrobius libri tertij calce docuit, acrifolium inter ea numerans: quod quidem quale genus ſit, haud facile reddiderim. Nec enim puto aquifolium poſſe legi, q; Aquifolium ſit Ilex, quã felicibus annumerant. Recentiores certe, Agrifolium pro Faba greca, ſiue quod idem eſt, pro arbore Loto capiunt. Sed Lotus felix erat arbor, ut idem Macrobius teſtis eſt. Scio Peucedanum quoq; Agryophyllon dici a grecis. Inter arbores infauſtas, & Alternus, & Sanguis, ſiue quod idem eſt, Sanguen, ab eodem autore collocantur.

Caprificus, Erinos a grecis uocata, q; in Erineo Theſſalię oppido primum apparuerit, ut Photioni placet. Longe ualidior eſt cq; ficus. nullis fere uitijs obnoxia, ut etiam fico inſita groſſos ſuas tueri credat. Interdũ tñ inuadit eam ſcabies. Frequentiſſima in ficu, quoties poſt uergilas admiſſi ſunt imbres, utiq; parui (nam largis cauſa omnis eluitur) flexilis materia. Nunc; matureſcit in ea pomum. Additur Ficetis, ut culices alimento in ea fraudati, euolantes in ficos ferant: aperiantq; ora earũ: atq; ita ſole imiſſo & lacte abſumpto, maturitati præparent. Eos culices ficarios, Ariſtoteles Pſenas, ionica uoce appellat. Etiã ſi legat corrupte pſeras. Dicunt aũt Pſenes, quaſi galbę. nã & Pſenes poetę cũ dicunt, caluos & glabros intelligunt, ut eſt apud poetã Simonidem. Nos tñ Galbas, æſculi uermiculos uocamus, ut prędictũ eſt. Sũt in fico & Centrinæ dicti culices, fucis apum ignauia maliciaq; ſimiles. Interimendo em utiles, & ueros culices utiq; ipſi cõmoriunt. Caprificatio a noſtris hoc uocatur, a græcis erinaſmos, & ſycaſmos. Interim non arbor ipſa ferit, ſed groſſi ex ea pertuſi, uelut ſerta ſuſpenduntur ad eundẽ uſum. Theophraſtus autor eſt, meliores quodã loco naſci ficus, ſine ulla Caprifici ope: quas Anerinaſta prædicari uendentium uoce ſcribat. Caprificus, tauros quamlibet indomitos collo eorũ circundata, cicures & immobiles præſtare dicitur. Habetur & Ficus indica, cuius germina per ambitum radicari tradunt, neq; caudicem contingere, arbor magnitudine inſigni, ut ſub qua tres turmas equitum condi affirment. Caudici craſſitudo ſexaginta paſſus. Ramorum umbræ bina operiunt. Foliis amazonicæ peltæ amplitudo, formaq;, ut Solinus inquit. In Hircania tam fœcunda eſt Ficus, ut medimnos. 60. ſingulæ ferant. Eſt autem μέδιμνος modij ſex italici, utiq; atticus. Nam ptolemaicus maior eſt, ut qui ſeſquinplus ſit attico, ſed exiguo pomo. Caprificus in Co inſula, non bifera modo, ſed trifera quoq; habet. In Gallia tranſalpina, Strabo ſimilem Fico naſci tradit arborem, fructu capitulum corinthiacæ columnæ referens: cuius lacte mortifero, ſagittas ſuas illinant, infami alias temperandi uenena, cœlo non pridem aboleri cœpta: eius rei nota Gallijs, ut hoc forte Virgilius intenderet, cum de Cimbro Tullio, qui fratrem ueneno ſuſtulit, in ſenario locutus eſt, de quo inter odoramenta diximus.

Pli. li. 15. ca. 27. 25. li. 23. cap. 7.

D

## De Groſſis. CAP. CLXXXV.

ἀγρία συκῆ

GROSSI, quæ Erinei nonnullis uocantur, coctæ, illitæ & ſtrumas nodoſq; omneis emolliunt. Crudæ, formicantes uerrucas, & thymos nitro farinaq; additis tollunt. Folia eadem poſſunt. Illita cum ſale & aceto, ulcera in capite manantia, epinyctidas, & fufures ſanant. Iis ficoſæ extuberationes, & genarum ſcabriciæ perfricantur. Nigræ ficus foliis cauliculiſq;, candidę uitiligines perunguntur. Faciunt ad canũ morſus & ulcera, quæ Ceria, ideſt, fauos uocant. Groſſi cum ſylueſtris papaueris foliis, oſſa extrahunt. Furunculos cum cæra diſcutiunt. Contra muris aranei morſus, & ſcolopendræ uenena, cum eruo & uino illitæ auxiliantur. Fit ex cinere ficus tam ſylueſtris cq; ſatiuæ lixiuium, crematis ramorum cauliculis, quod ſubinde macerari opus eſt & inueteraſcere. Siquidem inter cauſtica intelligitur. Gangrænis prodeſt. namque expurgat & conſumit quę excreſcunt. Quo utendum ita eſt. Spongia aſſidue hoc.

Hosted by Google

lixiuio imbuta superponitur. Interdum dysentericis, & influctiones uetustas, & sinus cuniculatim exedentes, magnosq; instillari conueniet. Et enim purgat, conglutinat, carne replet, & oras committit, non secus atq; emplastra quæ cruentis uulneribus injiciuntur, Enhæma uocant. Bibitur ad discutiendum sanguinem concretū, & contra præcipitationes, rupta, conuulsa, cum cyatho aquæ recenter colatū, addito olei exiguo. Cœliacis, dysentericis per se cyathus datus prodest. Neruorū uitijs, conuulsionibus cōmode illinitur ex oleo, ut pote quod sudores moueat. Aduersus gypsi potum, & phalangiorum morsus bibitur. Hæc eadem præstant reliqua lixiuia, præsertim quernum. Omnia tamen adstringunt.

## BARBARI COROLL.

GRossulos, atq; Grossos, Græci Olynthos, & Erineos uocant, de quibus in fico & caprifico abundanter egimus. Sed Grossi proprie Olynthi sunt, hoc est, primitiuæ ficus. Apud Macrobium, Grossos legas ficos esse, quæ nunq; maturescunt. Alij sic distinguunt, ut ficus primo sit Olynthos, deinde Pheiex, postea Sycon, postremo Ischas. Frondes ficus, Græci priuatim uocāt Thuria. Nicander & papaueris folia sic appellat. Est & edulij genus Thrion, ut aliubi notauimus.

Cinerem lixiuium, Conian Græci appellant: de quo dictum in Ficu a nobis est, asperitate insignem, ex eo ligno esse, asperiorem ex Amygdalo.

## ¶ De Persea. CAP. CLXXXVI.

PErsea arbor est, in Aegypto fructum ferens cibo idoneum, stomacho utilem, in quo Phalangia cranocolapta nomine inueniuntur, præsertim in Thebaide. Arida folia illitu sanguinis eruptiones sistunt. Arborem hanc prodiderunt aliqui in Perside exitiosam esse, translatamq; in Aegyptum, mutata natura in cibos receptam.

## BARBARI COROLL.

PErseam arborem, Aethyopia & Aegyptus habent solæ. Persicum Aegypti Plinius, appellare quodā loco maluit, hilarem intuitu, piro similem per omnia. Semper autem folia habet, & poma, subnascentibus alijs. Maturitas per Etesias. Alio tempore crudiuscula decerpunt, ac reponunt. Magnitudo longioris piri. Amygdalæ putamine includitur, & corio, coloris herbidi nucem intus habet, ut prunū, sed minorē multo mollioremq;. Suauitas carni prædulcis, & innocua etiā largiorem mandentibus. Concoctu & delectu facilem. Radice prægrandi. Materies longitudine, crassitudine, copia, inter cōmodissimas bonitate, firmitudine. Nigritia quoq; nihil differens a Loto ea, quā Fabam græcā uocamus. Simulacra ex hac, & lectulos, & cubilia fabricitauere, non tam decoro ligno q; fideli, ut quod magna ex parte sit contortū. Proindeq; nauale tantū esse cœpit. Hanc aliqui rubescentibus Myxis fecere similem. Perseam hanc, non Persicum, ut diximus, e Perside in Aegyptum translatā a regibus tradunt, propter supplicia: quoniā uenenata ibi esset, quod eruditiores tamen constāter negant: sed a Perseo Memphi satā fatent, & ob id Alexādrū illa coronari uictores istituisse in honorē Ataui sui. Fortasse Theophrastus hanc intelligit, cum textilem Persicā in Aegypto plurimā nemore Thebaico fuisse scribit. In quo & Aegyptia Spina, & olea, & quercus habeant, ut textilem a coronæ usu dixerit. Quidam pro cuci capiūt Palmæ simili, cuius folijs ad nexus & textilia utant, & Persicā textilem uocatā putant: quia Persis in magno honore fuerit. Aliā a Persea, de qua Dioscorides præsenti mentione loquitur. De Persea porro hac Columellæ uersus illi fortasse fuerint.

Quin etiam eiusdem gentis de nomine dicta,
Exiguo properant mitescere Persica malo.

Plutarchus auctor grauissimus, Perseam arborem inter omnes Isidi gratissimā, & in Aegypto maxime celebrari tradit: quia fructum ferat cordi similem, folium uero linguæ.

## ¶ De Iberide. CAP. CLXXXVII.

IBeris, siue Cardamantica, folia habet Nasturcij, uere uirentia, cauli lem cubitalem, aut minorẽ. In incultis nascitur. Aestate lacteum florem promit, quo tempore efficacior est. Radices duas nasturcio similes habet, calfacientes, & adurentes. Ipsæ enim ischiadicis cum salsa axungia emplastro utiles, quaternis horis alligatæ, ut dein in balneas descendatur, & postea oleo cum lana locus perungatur.

BARBARI COROLL.

HIberida, siue Hiberiada, & Hiberiden herbam comperit Seruilius Democrates, assignato etiã inuentioni eius senario. Nascitur maxime circa uetera monumenta, parietinasq;, & inculta itinerũ. Semine tam paruo, ut aspici uix possit. Radici odor nasturtij: de quo Cardamina, & Cardamantice, & Apollonio Cardamen, & Hiberitis appellata est. Vsus æstate melior, & recenti tantũ. Tunditur difficulter. Galenus Hiberida eandem esse cum Lepidio uocata conijcit. Carmen quoq; Democratis ipsius prætexuit, ex eius libro qui Clinicus inscribitur. Multa de hac Archigenes, in epistola ad Aristonem: eamq; Lepidion & Agriocardamon, id est, syluestre Nasturtiũ uocauit. Vidimus hanc Venetijs, specie qua describitur a Dioscoride ac Plinio. Illud adijcimus, folia ei pusilla esse, qualia Nasturtio. Semen quoq; in siliquis admodum pusillis, tam exiguum, ut cernere non liceat. Flos item pusillus, & lactei candoris. Differt Hesperis ab Hiberide. Nomen uero Hesperis inuenit, non ab Hiberia, sed ab re: quoniam ut Theophrastus inquit, nocte plus oleat q̃ interdiu, contra q̃ herbarum plurimæ.

## ¶ De Halicacabo. CAP. CLXXXVIII.

HAlicacabum aliqui Dircæon, alij Strychnon, alij quod insaniam faceret Manicon, alij Dorichnyon, quod cuspides eo tingerentur, appellauere, Rhomani Apollinarem minorem, aut Vlticanam herbam. Alij Opsaginem, Daci Cocalidam, Aphri Cancabon. Frutex est multos habens ramos, fractu peruicaces, furculosos. Folia plurima, pinguia, Cotoneę malo similia. Florem rubrum. Acinum in foliculis paruis croceum, ciceris magnitudine. Semina quina, senaue Erui modo rotunda. Nascitur in petris non procul a mari. Huius succus cum uino potus drachmæ pondere somnum conciliat, ut papaueris opium. Semen urinam cit. Dantur hydropicis duodecim corymbi. Plures aũt potimentis alienationem creant. Remedio est aqua mulsa copiosa potui data. Succus & cortex miscentur pastillis, qui doloris sensum auferũt. Decoctum in uino si in ore contineatur, dentium dolorem mitigat. Radicis succum melle illitus, oculorum hebetudines discutit.

BARBARI COROLL.

DE Alicacabo una Strychni, hoc est, Solani specie, quarto uolumine differet: ibi quæ hic in Dioscoride leguntur repetita sunt ad uerbũ fere: q̃q̃ libro quarto pro secũda Solani specie, primo pro tertia uidetur accepisse: nec Alicacabum ibi hanc appellat, sed quod uerius est, Hypnoticon. Alicacabus enim uera est, quæ quarto uolumine describitur.

¶ Finis LIB. Primi.

Pli. lib. 25. ca. 8. & lib. 26. cap. 8.

# PEDACII DIOSCORIDIS

A

De Medicinali materia. LIB. Secũdus,

IO. RVELLIO interprete.

RIORE, chariſſime Ari, libro, quem de Medicinali materia condidimus, de aromatibus, oleis, unguẽtis, arboribus, & naſcentibus in eis ſuccis, lachrymis, ſeminibuſq; diſſeruimus. In hoc autẽ ſecundo de animantibus, melle, lacte, adipe, frumentis, atq; oleribus explicabimus, ſubnexis herbaceis quæ acri prædita ſunt facultate: ut pote quæ cum ipſis cognatione iuncta ſint. Qualia Allium, Cepa, Synapi intelliguntur. Idq; ideo, ne cognatorum uires diſiunxiſſe uideamur.

## De aquatili Echino. CAP. I.

MArinus Echinus ſtomacho uentriq; utilis eſt. Vrinam cit. Huius teſta recens inaſſata, commode medicamentis ammiſcetur, quæ pſoras abſtergunt. Crematæ uero cinis, ſordida ulcera expurgat. Luxuriantem carnem reprimit. ἔχινος θαλάττιος B

HERMOLAI BARBARI
Patricij Veneti, & Aquileien. Patriarchæ
Corollariorũ LIB. Secundus.

SRINACEVS marinus, quem Græci Echinon thalaſſion appellant, alius piſcis eſt ab eo, qui Echneis, hoc eſt, Remora, ſiue Remeligo dicitur, adhærens nauibus, & medio mari curſus earum impediens, palmari craſſitudine, pedali, ſemipedali ue amplitudine, magnæ Limaci ſimilis, Odynolyon appellatus a quibuſdam, quia partus gravidis adalligatus, reſoluat inueteratus ſale. Alij & muricis genus quoddã hoc noïe, potentiaq; accipiũt. At Echino, id eſt, Erinaceo, ſpinæ pro pedibus ſunt, quibus uoluit in orbẽ, nec aliter ingredit. Itaq; detritis ſæpe aculeis inueniunt. Ex hoc gñe appellamus Echinometras, & Iulius Pollux, Metras: quibus ſpinæ longiſſimæ caliceſq; minimi. Neq; omnibus idem color uitreus. Circa Toronem candidi capiuntur, ſpina parua. Oua omniũ amara, quina numero, nec niſi per hyemem, atq; plenilunijs. Ora in medio corpore in terrã uerſa. Tradunt fæuitiã maris præſagire eos, quoties correptis operiuntur lapillis. Echinos aliqui & Patangas nominant. Sed Ariſtoteles tria eius genera dinumerat, Ouarios, qui & mandãtur, Patangas, & Bryſſos. Haberi & fluuiatiles Echinos, Paulus Aegineta prodidit. Plí. li. 32. ca. 11.

MARCELLI VERGILII
in Dioſcoridẽ ANNOTATIONES abbreuiatæ.

TRia hæc una Echini appellatione Græci indicauerunt. In mari, & in teſtaceo genere piſcẽ, cui natura eſt, ſpinis quaſi pedibus, & earũ in orbẽ uolutatiõe ingredi. Mox in arida, & in quadrupedum genere, quod nouerunt rura omnia, animal aculeato omni corpore, præterq; ore, pedibus, & ex inferiore parte, infeſtis & ad uulnus ſemper paratis ſpinis, quibus ſalutem uitamq; ſuam, a canibus & uenatoribus tueri poſſe ſe credat: cui natura ſit, in periculo in globum circumagi, nec niſi ſpinas oſtendere & porrigere. Quam ob cauſam Acanthon etiam Græci id uocarunt. Poſtremo Caſtanearum, a conſimili

Hosted by Google

Cspinarum figura & noxa, ſummum illud operimentum, quod pauloante deſcripſimus: de quo ſatis dicta hæc ſint. Quod enim ad terreſtrem pertinet, a marino ſtatim dicetur: cum plæraq; legentes in eo monuerimus, quorum id primum erit. Non probari ab Ariſtotele libro. 4. de animaliũ hiſtoria, ad ciendam urinã marinos Echinos oẽs, ſed ex multis quæ ab eo illic numerãtur unum tantum genus, quod in exiguo corpore longiſſimas & duriſſimas ſpinas habet, nec niſi in altis gurgitibus inuenitur. Verba eius hæc ſunt. πρὸς δὲ τοῦ τοῖς ἄλλοις ἐνοσ μικρὸν ἀκάνθας ἔχον μεγάλας καὶ σκληρὰς γίνεται δὲ ἐν τῇ θαλάττῃ ἐν πολλαῖς ὀργυαῖς ὃ χρῶνται πρὸς τὰς ῥαφὰς ἐνίοι τινες. Eſtq; eorũ ſenſus qui antea dictus a nobis eſt. Legentes monemus, etiã uideri nobis nõ eſſe integrũ, quod in omnibus græcis paſſim legitur, οὗ τὸ ὄστρακον ὠμὸν μίγνυται χρηϊμως ὀπτηθὲν τοῖς περὶ τὰς δόρας σμήγμασιν. Si enim quale id membrũ eſt uertatur, non alius fiet ſenſus q̃ crudã marini Echini teſtã miſceri utiliter toſtã his, quæ ad exterendas ſcabies cõficiunt. At qui poſſunt, nulla intercedente copula, aut dictiõe alia, ſimul præcipi & doceri, cruda, & toſta: Neceſſe itaq; omnino eſt, aut copulã intermiſcere, quod nos fecimus: aut diſiunctionẽ, quod forte fuit, aut (quod nos magis credimus) ſuſpicari aliquot deeſſe illic uoces, quibus in cruda Echini teſta uis, uſus, aut remediũ aliquod doceretur: cui deinde de toſta & cremata ſubiiceretur, quod ad læuigandas cutis aſperitates pertineret. Id enim cineres, præſertimq; marinarũ teſtarũ maxime poſſunt, ut in Purpuris mox patebit. A qua poteſtate longius crudæ abeſſe uidentur. Neq; in huiuſcemodi remediorũ rationem facile admittuntur.

## ¶ De terreſtri Herinaceo. CAP. II.

χερσαῖος ἐχῖνος

TErreſtris Herinacei corium combũſtum, alopeciis cum pice liquida aptiſſime illinitur. Afficcatum corpus, & cum aceto mulſo potum, renum uitiis auxilio eſt. Item aquæ quæ cutem ſubiit, conuulſionibus, elephantiæ, & male habitis, quos cachectos uocant. Viſcerum

κακχεκτικοῖς

D fluctiones exiccat. Eiuſdem iecur teſta inſolata arefactum, ad eoſdem uſus utiliſſime reconditur.

## BARBARI COROLL.

Pli. li. 31. ca. 9. ERinaceus terreſtris, id eſt, Echinos cherſæos, & Acanthion epigios, uallatus eſt aculeis extra q̃ ore, pedibuſq;, ac parte inferiore, quã rara tantũ, & innocua lanugo operit. Vbi uenantem ſenſere, conuoluũtur in pilã, ne quid apprehendi poſſit pter aculeos. In deſperatione urinã reddunt tabificã, ſpinis, & tergori propter quod petuntur. Ideoq; artis eſt, uenari eos exinanito prius lotio. Capti, aquæ calidæ aſperſu reſoluũtur, & ſuſpenſi poſteriorũ pedum altero, enecantur inedia. Hac cute ueſtes expoliuntur. Cibos ſibi præparat in tempus. Etenim uolutatus ſupra poma iacentia ſpinis affixa, unũ non amplius tenens portat in cauas arbores. Idem mutationes aquilonis in auſtrũ prænunciat, condens ſe cubili. Echinus, Græcis uas æreum ſignificat, in quod teſtimonia conjecta ſignabãtur. Sed & fœni partem, & ollæ genus. Item muliebris ornamenti non diſſimile omnino brachialibus, & armillis. Pollux auctor. Dicuntur & in caſtaneis Echini. Eos tamen latine qui Erinaceos uocarit, non inuenio.

## EX M. VERG. COMM.

CRedidit quondam antiquitas, homini ut plæraq; alia animalia inuidere etiã terreſtrem Erinaceum, Teſtatusq; id Theophraſtus eſt in eo quod reliquit commentariolo de his animalibus quæ homini inuidere dicuntur, quæ ille multa numerauit, Stellionem, Cerum, Equum, Phocam, Lyncem, & plæraq; alia. Quorum Stellio exutam uere tuniculam, anguium modo deuorat, ſtatim comitialibus utilem: cuius rei & Plinius teſtis eſt libro trigeſimo, capite tertio. In locis feneſtrarum, aut ſepulchrorum cameris frequens hoc animal inueniri oſtendens. Solereq;, qui eorum membranas has uenantur, incipiente uere, ex fiſſis harũdinibus textas, illis ueluti caſas opponere: quarum anguſtiis id animal gaudet: eoq; facilius circundatũ torporem exuit, quo inter harundines eas relicto non poſſint remeare. Nec ultra Plinius quicq; dixit, q̃ nullum animal fraudulentius inuidere traditum eſſe, cogitandum legentibus quod nos dicimus relinquens. Ceruus dextrum cornu terra obruit, contra rubetarum uenena neceſſarium. Equus pulli ſui hippomanes præripit, ad amoris ueneficia quæſitum. Phoca coagulum euomit, iiſdem comitialibus optatum. Et Lynx urinã ſuam celat, multi in medicina uſus, & in delitiis uitæ ad anulos expetitã. Sed omnia falſo inuidere homini creduntur. Nullus enim brutis inuidiæ contra hominem ſenſus eſt: metuq; perturbata, aut aliter affecta id agunt anima-

Hosted by Google

lia hæc. Verisimileq; est Phocã, cũ capi & teneri se sentiat, metu, doloreq; id pati. Sigdẽ in eodẽ affectu, idẽ aliquando hoies animo pturbati patiunt. Et Stellionẽ tunicula suam, & equũ pulli hippomanes eodẽ, aut nõ dissimili naturæ affectu deuorare, q̃ canes & sues a partu statim secũdas suas etiã deuorare dicuntur, Lynceſq; & Ceruos ignotã nobis habere eius q̃d agunt aliquã cãm. Multa em̃ huiusce modi bruta agunt, quorũ reddi rõ a nobis nõ potest. Ex hoc animaliũ homini inuidentiũ gñe, terrestris Erinaceus antiqs esse creditus est. Is em̃ teneri se sentiens, metu, affectuue alio pturbatus, in globũ se circũagit, circumactusq; noxiã spinis & cuti suæ urinã remittit: cuius cõtagio corruptæ, nec multo post deciduæ spinæ, desinũt in artibus habere usũ, & in medicina coriũ inutile fit. Eius cinere ad Alopecias nõ hic tm̃, sed ueteres Grẽcorũ medici, & Plinius pcipue utunt̃, ob egregiã siccãdi, discutiendiq; uim quã habet. Qua etiã potestate in ueterata eius caro hydropi, quẽ Grẽci, Anasarca, uel Hyposarca uocãt, mederi a Dios. dicta ẽ.

A

## ¶ De Hippocampo. CAP. III.

Hippocampus marinum animal est, exiguum, cuius cremati cinis cum liquida pice, aut axungia, seu amaracino unguento illitus, alopecias replet. ἱππόκαμπος

### EX M. VERG. COMM.

CRedimus olerũ & plantarũ erucas, quas Græci Campas dicunt, marino pisci a similitudine nomen dedisse. In locustarũ enim genere Hippocãpus a ueteribus numeratur. Breuem, parumq; hunc piscem scriptor hic ait esse, & nihilominus magnitudinis nota illi coniuncta est. Quod enim Græci hippo, multis in natura adñciunt, grande significat, ut in Hipposelino, & Hippomarathro, aut Hippolapatho indicabimus. Sed id sic intelligendum est, ut comparatũ hoc animal, olerũ, aut arborũ erucis, grande sit: marinis uero beluis & piscibus, breue & paruum. Nec aliud hic intelligi uoluit dicens, paruum esse marinum animal.

## ¶ De Purpura. CAP. IIII.

PVrpura usta exiccat. Dentes abstergit. Excrescentias in carne cohibet. Vlcera purgat. Et ad cicatricem perducit. πορφύρα

B

### BARBARI COROLL.

PVrpuræ, a Græcis Porphyræ nuncupantur. Hinc ipsas quoq; uestes Purpuras uocamus, auctor est Theopompus, tãti quondã precij fuisse, ut æquali argento penderentur. Nemo ignorat, Ostreorũ quoddã genus esse purpurã: idq; sanies eius, quę testis detractis colligeret, Ostrũ, ut Victruuius inquit, appellata est. Ostrea porro inquit Galenus, penultima correpta, & producta differunt. Producta genus est Aristoteli, ad oia testacea, ut per diphthongum ω scribantur ὄστρια uidelicet. Correpta uero species est eius una. Quibus respondere apud nos quidã uolunt, conchã, per. χ. & Concã per. c. Sed auctores ipsi sunt, nec præter ipsos alius. Athenæus, ueteres per ω diphthongũ proferre solitos affirmat, nec aliter locutos Cratinũ, & Archilochũ. Platonẽ correpta. Sed placet Galeni ex Aristotelis auctoritate distinctio. Porphyrides ex auiũ sunt genere, a Porphyrionibus diuersæ: sicut ab utroq;, Lathiporphyrides, siue Adiporphyrides, & Lathiporphyræ. Illud obiter notauerim, Porphyriones a nobis uisos esse in agro Patauino, allatos ex Hispania, quos ibi Telamones uocãt: siue quia statuæ uiriles, quibus mutili & coronæ sustinent̃, ita nominãtur: siue quasi thalamorũ & pudicitiæ custodes. Etenim scribit Athenæus, uolucrem hanc sensum adulterij habere, ac significare id patrifamilias, in cuius domo alitur, nõ uoce quidem, aut omnino aliter q̃ suspendio. Nisi quis Telamones, quasi nutriculas esse dictos putet. Ita enim Græci Altrices uocãt. Porphyrioni similis est Tetrax appellatus, ut Athenæo placet, Gallos gallinaceos uincens magnitudine. Vox grauis. Caro si mãdatur, structionis sapore. Pendent ei ex auribus utrinq; cartilagines, atq; cristæ, ut in Gallo Gallinaceo. Epicharmus, & Alexander certe myndius, qui aues scripsit, pusillã uolucrem hoc nomine intelligunt. Tetrax inquit auicula est, a uoce dicta, quã oua pariens emittit. Plumis color maculaarum sorde uarius, perpetuisq; lineis. Magnitudine Spermologi eius, quã nos Spicilegam, siue Frugilegã uocare possumus. Q̃ q̃ Frugilega nomen generis est, ita uictũ quærentis apud Aristotelem. Rura ipsum passerculũ uocant Spicilegã, detrita modo priore syllaba. Ab eodem auctore Scolopax, atagenis colore traditur, Gallinaceo generi persimilis, quã Theodorus Gallinaginem, uernaculã uocem secutus (ita enim uulgo nominatur) interpretatus est.

Plí. li. 9. ca. 36. 37. 38. 39. 40.

C

## ¶ De Buccinis. CAP. V.

vulgo dentale κήρυκιον

EAdem præstant concremata Buccina, sed uehementius urunt. Si quis salis plena, fictili crudo adurat, dentifricio conueniunt. Ambustis utiliter illinuntur, quibus solui medicamẽtum non oportet. Nam posteaq; uulnus cicatricẽ duxerit, ipsum in testæ modũ induratũ, sponte sua decidet. Fit etiã calx e Buccinis, ut in eius mentiõe demonstrabimus.

### BARBARI COROLL.

Pli.li.9.ca.36. BVccina, a Græcis Ceryces dicũtur. Muricũ nomen gñalius esse uideo, q̃ Buccini, ut pote quod & Purpurã quoq; cõprehendat. Illud notare libet, Cerycas a nostris uerbũ ex uerbo Buccina cõuerso s esse, q̃ Ceryx idẽ sit quod Præco: q̃q̃ & a cera, quã muco similẽ attritu mutuo saliuant, cognominari posse uideantur: quod Græci κηρίζειν dicunt. Muricum generis sunt, in quit Plinius, & quæ uocant Græci Colycia, Alij Corycia, turbinata æque, sed minora multo, efficaciora etiã, & oris halitũ custodientia. Athenæus hæc non muricũ, sed chamarũ generibus contribuit: easq; in Macedonia κωρυκοῦν dici, Athenis χρῖα. In cætera Græcia, Tracheas, hoc est, asperas, uocari prodit: quod & Plinius fere aliubi secutus uidetur.

### EX M. VERG. COMM.

NOn paruã naturalis historiæ partem, mare & maritima faciunt, nec parum in homine laudanda eorũ cognitio: tam late uis utriusq; rei patet, totq; modis ad uoluptatem, necessitatemq; humanã instruunt uitã: & tanta est in mari nascentiũ uarietas, quæ si quis numerare, & ex his quas habent notas secernere conet, quod pene impossibile sit incœperit, & huic scriptori inuitum laborẽ inierit: qui ex tã multis piscĩũ, & testarũ quæ toto mari nascunt generibus, pauciora quædã ad hominis morbos & medicinæ usum elegit. Poterũt uolentes ex Aristotele, Plinio, & plærisq; alijs reliqua longius & certius cognoscere, & q̃d ad Purpurarũ Buccinorũq; sapores, & in medicina uires aliquas priuatim ptinet, nõ contemnendã ab Athenæo historiã, quo loco

D de Ostreis agit, audire: Nos eã ganeæ multũ, medicinæ uero parũ necessariã relinquimus.

## ¶ De Ionijs. CAP. VI.

ἰόνια IOnia uocantur Purpuratum Buccinorumq; media, qua parte testæ uolumen clauiculatim intorquetur. Cremata simili modo, maiorem Purpuris Buccinisq; facultatem urendi consequuntur, ut pote cum ea parte eorum natura prematur. Buccinorum carnes ori gratæ sunt, & stomacho utiles. Sed aluum non molliunt.

### BARBARI COROLL.

IOnia, sunt qui florẽ esse credãt eum, quẽ Purpuræ, ut Aristoteles scribit habent, & Buccina, & qui a Democrito Anthos porphyrios dicat. Alia nigrũ, alia q̃d rarius est rubentẽ, mediũ inter Papauerculũ & Ceruiculã, ut Athenæus testatur. Est aũt Papauerculũ in Buccino pars eius ima esculentaq;: q̃q̃ oĩs callus pinnæ & conchilij interior Papauer quoq; dicit, ut idẽ auctor scriptũ reliquit. Est & in Polypo, qui & Polyps dicitur, & Anosteos suũ papauer, ea pars uidelicet, quæ supra uentrẽ eius folliculi specie conspicit, liquore plenus, non atro ut in sepia, sed rubente. Ego in Dioscoride nõ Ionia, sed Cionia, hoc est, uerbũ e uerbo, Columellã lego; ita scriptũ in exẽplaribus aliquot inuenias. Est & uasculi genus Cionion, siue Cion: quo noĩe in hodiernũ usq; diẽ utunt Caupones, hoc colũnas, a nostris ex interp̃tatione Greca uocitatũ putes. Vnde apud iuris p̃itos Colũnariũ: q̃q̃ non colũnariũ, sed colũbariũ fortasse, p̃nunciandũ sit. Instrumenti genus ita nominatur Vitruuio, ad aquã hauriendam, per tympana. Etiam si a colluuie, Colluuiarium sunt qui legant. In quo illud mihi occurrit, Columbarium non a columbis, sed a græco uerbo, quasi colymbarium uenisse: quando Græci κολυμβᾶν, & colymbistas uocant, quod nos urinare, & urinatores dicimus. Vrinatorium ergo uas, quo uidelicet aut Vinum promitur, aut aqua, Columbarium a ueteribus dictum existimare possumus. Alioquin & columbæ ab hoc ipso uerbi Græci significatu appellantur. Quid si Columnarium apud Iurisperitos pro mensa lapidea, quę Cartibum, & Cartibulum quoq; dicebatur accipias? De qua M. Varro. Altera inquit, uinaria mensa erat lapidea, quadrata, oblonga una Columella, uocabatur Cartibulum, in qua uasa ponerentur ænea.

De Myacibus.

Hosted by Google

## ¶ De Myacibus. CAP. VII

A

μύακες

MYaces laudatissimi in Ponto. Cremati eundem Buccinis effectum præbent. Priuatim plumbi more eloti, oculorum medicamentis cum melle utiles habentur. Genarum crassitudines absumunt. Albugines purgant, & cætera quæ oculis caliginem offundunt. Carnes eorum ad canis morsus utilissime imponuntur.

### BARBARI COOLBL.

MYtuli, Græci Myas, & Myacas appellant, Hippocrates Scaphidas. In harenosis sponte natura proueniunt. Quidam prius his genus faciunt eorum, qui proprie Myes dicantur: quorum proprietas sit, congregari muricum modo, & uiuere in algosis. Ii mutuo attritu, lentorē cuiusdam ceræ, Meliceram uocatum, saliuant. Gratissimi autumno sunt, & ubi multa dulcis aqua miscetur mari. Ob id in Aegypto cōmendatissimi. Procedente hyeme amaritudinem, colorem q; rubrū contrahunt. Degenerant, ut Athenęus & Plinius testant, in duas species. In Myias, idest, muscas, & Mytulos. Mytuli salem, uirusq; recipiunt. Muscæ, siue ut in exemplaribus quibusdā Plinianis legit, Myisce, differunt rotunditate, minores aliquanto, atq; hirtæ, tenuioribus testis, carne duriores. Laudantur apud Græcos Ephesij. Est & piscis Musce, Ponto cōmendatus, ex Athenęo. Plautus in Rudēte, nominat qdem Musculos. Captamus inquit Echinos, Lapadas, Ostreas, Balanos, Vrticam marinam, Musculos. De Mytulis intelligat, an de pisce Mure, iudicent legentes. In Aristotele Mystocetus piscis, a Theodoro Musculus conuertitur. Plí. li. 32. cá. 11.

### EXM. VERG. COMM.

QVæ sequuntur Tellinas, non Myacas, Mitulos a Romanis dici testatus Athenæus est. Nos tamen aliorum in ea re obseruationem secuti, Myacas, nō Tellinas Mitulos uocauimus. Similitudo, & ijdem fere eorum natales, nominum uagam & incertam hanc rationem faciunt. Quod in multis fieri quotidie uidemus, deficientibus in tanta rerum naturæ uarietate & copia, proprijs earum appellationibus. Est in Mitulis his, ubi nos legerimus mederi eorum cinerem palpebrarum asperitati, non crassitudini. Idq; Paulus Aegineta lib. 6. etiam cō firmat, nisi uitium in eo sit. Nos tamen cōmunem lectionem secuti sumus, confirmante eā Plinio, qui lib. 32. cap. 5. de mitulis hęc ait. Lauantur quoq; plumbi modo ad genarum crassitudines, & oculorum albugines. Persuasit & illud etiam, nihil in his mutare: q; facillimus lapsus est in græcis ab asperitate, in crassitudinem: siquidem una tantum mutata litera, τραχὺ, quod asperum, παχὺ quod crassum est fit: multisq; locis occurrit in hoc scriptore huiusce modi uitium. Crassitudo autem genarum, quam nos crassas palpebras uertimus, Galenus in Isagoge sua fieri dixit, cum inuersæ a natiuo habitu palpebræ, duriores, carnosioresq; fiunt. B

## ¶ De Tellinis. CAP. VIII.

τελλῖναι

REcentes Tellinę aluo utiles, sed maxime ius earum. Salitæ uruntur, tritæq; in cinerem, & cum cedria instillatæ, auulsos pilos renasci non patiuntur.

### BARBARI COROLL.

QVui Tellinas interpretātur in Martiali poeta Mytulos, improprie locutos arbitror. Cū aliud genus esse Mytulos, aliud Tellinas Dioscoridis autoritate cōstet, Athenęus certe Mytulos a romanis uocari, eas uidet existimasse. Sunt q; Tellinas, & Crenia, idest, Pectūculos, idē esse iudicent, a celeritate crescendi nominatas, ὅτι τάχιστα γίνονται τίλλαι, hoc est, ocyssime pūciunt. Q; Aristoteles, tā Pectūculis, q; Purpuris tribuit cōe. Añ em magnitudinē totā implēt. Plinius certe medicinas quę hic de Tellinis reddūt, ad uerbū fere Pectūculis adscripsit. Tellinas ad Canopū in ægypto frequētes esse narrāt: quarū tenuiores, exilioresq;, Basilicas, hoc ē, regias appellāt: his dulciores esse fluuiatiles e Nilo. Romę circūferunt pusillę quędā cōchulę, quas q uendūt, Tellinas prędicāt. Hę uulgaribus conchis minores, & leuiores sunt, & cādidę, nec striatæ: quas Veneti piscatores, a capparis similitudine, Capparoculas appellant.

### EXM. VERG. COMM.

NVllibi, q̄d hactenus legerim, Plinius Tellinas appellauit: et nescio, an cōmune hoc multis in mari nomen sit quę celerrime in integram ætatem absoluuntur. Nouit nostra ætas Tellinas

C in mari ubicq; naſcentes, quotidiani in cibis uſus. Nihil illis Paulus Aegineta tribuit quod non a Dioſcoride illis tributum fuerit, priuatim primo ſub Tellinarum titulo, mox iterum ubi de omni eſculento iure agit, quo loco Tellinarum aluum maxime deijcere ait.

## ¶ De Chamis. CAP. IX.

χήμαι

CHamarum, Conchularumq; in exigua aqua decoctarum ius, aluum ciet. Id cum uino aſſumitur.

### BARBARI COROLL.

Plí. li. 32. ca. 11.

CHamæ, a Græcis χήμαι, ſpecies ſunt Cõcharum. Aliud in mari uidetur piſcis eſſe genus Chamæ, quas Hiatulas quidam interpretantur, habentes uuluam. ſicut & qui Erythini, hoc eſt, Rubelliones dicuntur. Niſi quis ita diſtinguendum putet, quod & Ariſtotelis preſeferunt codices, ut Chamę hiatulæ interpretẽtur: Chamas autem concharum ſpeciem agnoſcas. Chamarum duo redduntur genera. Tracheæ, hoc eſt, aſperæ, mali ſucci, quas & Oſtrea cognominant, & in Macedonia Corycos, & Athenis Crios, ut in Murice diximus. Alterum lęues, multo meliores, & craſſiores, ob id & Pelorides, & Pelorinæ a quibuſdam, & Baſilicę uocantur, & ab Helio ſpartiano Lioſtrea. Etiamſi lithoſtrea mendoſe legeretur. Eſſet hic de Conchis, ſiue quod idem eſt, Oſtreis, & Conchylijs tractandi locus, ſed copia deterreor. Sufficiat primatum gulæ huic generi datum eſſe, adagio inde nato. Conchylia uiduarum cupediæ. ut eſt apud Sophronem mimographum, & Phalerẽum Demetrium. Nec illud prętermiſero, Conchę genus, ex qua margaritæ, unioneſq; uellantur, Berberion, & Berberi ab incolis uocatũ eſſe, Pinę, aut Pectunculi effigie, niſi q; nec auriculas habet ut Pectunculus, nec operculũ exterius, ſculpturis ullis aſperũ, ſed lęue. Coloris quoq; nomen Conchylium, & chliaro conchylium, & cõcha ægyptia Paralios cognomine, quam & Pninã uocat Democritus. Idem Chryſocõchyliũ fieri docet, ſed fictitium, & metallicum, ſicut & Chryſocorallium, quod item & gemmæ eſt nomen.

### EX M. VERG. COMM.

DLonga eſt in Athenæi oſtreis Chamarum hiſtoria: q; forte ſic dictas quondam fuiſſe ait, παρὰ τὸ κεχηνέναι, ideſt, q; aperto ore, & hiantes, contra q; alia in hoc genere ſemper ſunt. Ex qua cauſſa latinorum aliqui Hiatulas eas appellauerunt, nominis rationem, & animalis naturam ſecuti. In genere minimorum oſtreorum Chamæ ſunt, tanta cũ alijs affinitate, ut facile in antiquis ſcriptoribus cõfundaẽ earũ hiſtoria. Nihil difficilius in tota huiuſcemodi rerũ cõmẽtatione eſt, q; in appellationibus his concordem ueterũ hiſtoriã oſtendere: ob id nos eam peritioribus relinquimus, contenti ab hoc ſcriptore didiciſſe, omnium huiuſcemodi conchularum in ſoluenda aluo eandẽ uim & naturam eſſe. Fuiſſeq; in deijcienda aluo antiquis morem conchulis his uti, indicauit M. Cato centeſimo & quinquageſimo octauo ſui de re ruſtica operis capite, inter cætera Mytulis tribus ad eam rem utens.

## ¶ De Onyche. CAP. X.

ὄνυξ

Vnguis ado eas vulgo.

ONYX conchylij tegumentum eſt, ei ſimile quo purpura intęgitur. Quod in Indiæ nardiferis lacubus inuenitur, ſuauem ideo ſpirans odorem, quod Conchylia inibi nardi pabulo ueſcantur. Colligitur poſteaq; ſtagnantes aquæ æſtiuis ſqualloribus inaruerunt. Laudatiſſimus qui a rubro mari defertur candicans, pinguis. Babylonicus nigreſcit, atq; minor conſpicitur. Ambo odoris gratia ſuffiuntur. Sed aliquatenus caſtoreũ olent. Iidem ſuffitu excitant fœminas uuluæ ſtrangulatu oppreſſas, comitialeſq;. Poti uentrem molliunt. Crematum conchylium eadem efficit quæ Purpura & Buccinum.

### BARBARI COROLL.

Plí. li. 32. ca. 11.

ONyx græce dicitur, quod nos Vnguem odoratum uocamus, Oſtracium nõnulli appellant, ſiue Oſtracon. Galenus Poma, hoc eſt, cauũ, ſiue quod idẽ eſt, Operculũ, etiã in purpuris. Onycẽ uero Paulus teſtam uocari dicit conchylij duntaxat Indici, quod & Cõdyliõ appellat. Condylos certe Oſtrei genus eſt, eidem Paulo, ut alios pręteream. Vngues uocant & quos Solenas Gręci dicũt. Eos denicq; Donacas, & Aulos, Theodorus modo Vngues, mõ Digitos ap

Hosted by Google

pellat, in utroq; Plinium ſecutus. Hinc & piſcatores Oſtrearum Soliniſtæ nominabantur, ut Athenæo placuit. Et ampulla unguenti Onyx quandoq; dicitur, Porphyrio grammatico. A

EX M. VERG. COMM.

PLinius Oſtracum cõmuni omniũ teſtaceorum appellatione uocari Onychen hunc dixit. Poſteriores Blattã bizantiam dixerũt. Hic Onychem generis nomine etiam appellat: quando ubiq; naſcentes teſtæ, in quibus lęuor ſit & candor, eodem hoc nomine cenſentur, quod ab ungue humano factum ſit, & ad gemmas marmoriſq; certum genus tranſlatum etiam fuerit. Ex eodem enim humano ungue, quem græci ὄνυχα dicunt, Onyx: & Sardonyx gemma, & Onychite marmor ab antiquis dicta ſunt. Ex eodẽ plura alia etiam, quę in græcis & latinis paſſim leguntur. Variauit natura omnes has in mari teſtas, uoluitq; eas coloribus, figuris, & quantitate differre: ut nominibus etiam diſtinguerentur. Onycheſq; priuatim dicti ſunt, in quorum teſtis nulli margines, nullæ rugæ, nullę concauitates, nullæ aſperitates eſſent, ſed toto corpore lęuor & candor, quales in humano ungue ſunt. Ex hoc genere indicus Onyx eſt. Dico autem Indicum: quoniam ut ab alijs ſecernatur, gentis nota illa nomini adijcienda eſt. Sic enim Paulus Aegineta eum appellat. Sic etiam græcorum ueteres aliqui codices adhuc habent. Sentiri in eo Nardi odorem Dioſc. ait: q; in paluſtribus Indiæ Nardum ferẽtibus inueniatur, ueſcaturq; ea. Non ſatis certa re, quo modo in paluſtribus Nardus uiuat, cui in arida uita eſt: aut ſi iuxta paludes illas Nardus naſcitur, quo nam modo oſtreum, cui natura eſt ſcopulis in mari hærere, extra aquam ueſci in arida poſſit? Barbarus ut alterum ſcopulum uitaret, in alterum incidit, adiecitq; quod alioquin in Dioſc. non legitur. Neq; eñ ille ait, in paludibus Indię naſci Onychem, ubi regio eius nardifera eſt, ſed inueniri in Indiæ paludibus Nardum ferentibus: nec alia præter hæc in eo ſunt. Credimuſq; nos reſpondere quæ in hoc capite leguntur, his quæ in Malobathro a Dioſcoride & a nobis dicta fuerunt, plura. ſ. odoris ſimilitudine in cenſum & nomen Nardi ueniſſe, quæ multa tunc numerata ab hoc fuerunt: & inter ea quod Malobathrum antiquitas uocabat, folium tãtum quod in paludibus Indiæ fluitans inueniretur odore Nardi, lętumq; ad multos uſus ſeruaretur. Nec tñ inclinat animus nobis, quas hic modo Indiæ nardiferas paludes dicit, eaſdem illis eſſe in quibus Malobathrũ inueniri & colligi antea tradidit, ſed pro comperto rem habere uidemur. Siqdem utrobiq; ait ſiccari paludes illas æſtate. Cũq; in eis Malobathrum inueniatur, odore Nardi foliũ, & ob eum odorem in Nardi nomen a multis adſcitũ, nihil impedit, ne conſtituamus hoc loco, ex cõmuni omniũ opinione, qui Malobathrũ cũ Nardo miſcerent, Nardiferas hunc dixiſſe paludes, quę re uera non Nardum, ſed Malobathrum ferrent. Conſtitutoq; hoc, facile & ſequax eſt quod ſequitur, paſci Nardo in paludibus his indicos Onyches, parato & ubiq; expoſito ſibi cibo, & quem extra aquas contra naturę ſuę leges quærere non cogerent. Nunq; enim legiſſe me memini, in oſtreorũ genere eſſe quę ambigua ſint, & quæ, qualia pleraq; alia quotidie uident, in aqua pariť & arida agere poſſint. B

## De Cochleis. CAP. XI.

κοχλίαι χερσαῖοι

TERRESTRES Cochleæ, ſtomacho utiles ſunt, & non facile corrumpuntur. Optimæ Sardonicæ, Aphricanæ, Aſtypaleicæ, & quæ in Sicilia, Chio, & Liguriæ alpibus gignuntur, Pomatiæ, ideſt, operculares cognominatæ. Marina ſtomacho idonea, & facile aluo excernitur. Fluuiatilis uirus olet. Quæ uero uepribus, frutetiſq; glutinata cohæret, quam uocant nonnulli Ceſilon, uentrem & ſtomachum turbat, uomitiones excitat. Crematæ omniũ teſtæ, excalfaciendi & urendi naturam ſortiuntur. Purgant lepras, uitiligines, denteſque. Emendant oculorum cicatrices, & uitia cutis in facie, albugines, ac uiſus hebetudines, ſi uſtæ tritæque ex melle illinantur. Crudæ cum tegumentis impoſitæ, aquę inter cutem tumores exugunt. Sed non ante ſoluantur, quam omnis hauriatur humor. Podagricas inflammationes leniunt. Impactos corpori aculeos illitæ euocant. Menſes tritæ & admotæ ciunt. Carnes earum cum thure & myrrha illitæ, cum uulnera alia,

Ctum maxime quæ nerui acceperunt, conglutinant. Tritæ in aceto, sanguinem naribus erumpentem infrænant. Viuæ corpus, & præsertim Aphricanæ cum aceto deuoratum, stomachi dolores mitigat. Trita cũ testa, uino & myrrha, si exiguum inde bibatur, coli, uesicæque cruciatus sanat. Terrestris, pilos incommodos replicat, si quis abraso acu lentore, pilum attingat.

BARBARI COROLL.

Plí. li. 9. ca. 56. & 32. li. 32. ca. 11. li. 30. ca. 12.

COchleam, & Limacem Græci Cochlian, & Cochlion appellant. Nam Cochlos, & Cochlax, marinos calculos significat. Est & Cochlos apud Aristotelem, animal testaceum, & aliud q̃ Limaces, a Theodoro dictũ Vmbilicus. Hoc & Cochlian est, ubi Aristoteles appellet, sicut Limacem quoq; Cochlon. Nobilitas precipua Solitanis. A patria item Balearicis: quas in speluncis nascẽtes, Cauaticas nominant. Aphricanis duplex genus. Nudarum, tectarumq;: quibus magna fœcunditas. Sicut Illyricis amplitudo. Nam Siculæ cõmendãtur q̃diu paruę sunt: quia magnitudo duras facit, aufertq; succum. Laudantur & Caprearum insulis. Preterea sunt quæ albæ, siue albulæ dicuntur, in Reatino agro. Itemq; aceratæ lateq;, multifariam nascentes. Itẽ minutę. Iã alię in usu sunta, liæ cibis damnatę. Cochlearũ uiuaria nepotibus priscis fuere, sapa, & farre, alijsq; rebus alẽdo eas, tanto successu, ut singularũ calix quadrantes. 80. caperet. In Aegypti Nilo grandissimæ feruntur, uocales ululãtium expressa similitudine. Saliua Cochlearũ, quæ punctis, acu, uel stilo carnibus manat, a Græcis, ut Galenus inquit, Myxa dicitur, hoc est, mucosus lentor, siue mucor, mucusue. Limacem Teucer ad exemplum quęstionis ludicrę, ita finit, Animal sine pedibus, sine spinis, sine ossibus, crustatum, oculos nunc exerẽs, nunc retrahens. Cicero, terrigenam, herbigradam, domiportam, sanguinecassam. Inuenio Limacis genus Cocaliam ab Aristotele uocari, & aliud Abrotonem. Quanq; sunt qui locustam putẽt, Item qui apem, Alij qui piratam in eo uocabulo intelligãt. Strabo Cocleas prędicat Linusias, ab agro, cui nomẽ Lino est, iuxta Pityuntem, medio inter Parianã coloniam, & Priapũ spacio.

Libro. 13.

EX M. VERG. COMM.

DOmiportam Cicero, grecorum more, qui φερέοικον inter cętera nomina eam uocãt, Cochleam dixit. Nec male una hac ratione laudata est necessario homini exemplo, ut sua omnia secum ipse etiam ferat, & Prienæi sapientis modo eas domi suæ opes coaceruet, quas nec hostis ferat, nec populetur bellũ. Idem Sanguinecassam appellauit: propterea, q̃ illi saliua & mucosus lentor pro sanguine sit, quo in oculorum medicina, ut hic docuit, ueteres utebantur. Quibus, quod hactenus inuenerim, nullus fuit usus exsudati igne ex Cochleis humoris, quo nostræ ætatis medicina, præsenti remedio utitur in his, quorum corpora ad tabem lubrica sunt, & macie cõficiuntur. Silicei operimenti cinere, carnibus, & crudis totis Cochleis contra aliquot hominis mala antiquitas tantum usa est.

¶ De Cancris. CAP. XII.

καρκῖνοσ

CANCRorum fluuiatilium exustorum cinis, qui duo cochlearia expleat, adiecto consimili radicis gentianæ modo, triduo potus cum uino, magnopere prodest canis rabiosi morsibus. Rimas pedum, sediſque, perniunculos, & carcinomata, cum decocto melle lenit. Triti crudi, potiq; ex asinino lacte, auxiliantur contra serpentium phalangiorumq; morsus, atq; scorpionum ictus. Decocti autem, & cum iure esitati, ijs prosunt qui tabe conficiuntur, aut leporem marinum hau ferunt. Necant scorpiones triti, & cum ocimo admoti. Possunt eadem marini, uerum inefficacius omnia præstant.

CARRBARI COOLBL.

Plí. li. 9. ca. 31.

CAncer græce Carcinos, mirabile contra morsum canis rabidi remedium: præsertim ut Aeschrion parabat, qui popularis, & præceptor Galeno fuit, urens eos æstate in patella uiuos sub Canis ortum, cum sol in Leonem transisset, non nisi. 18. luna. Pelops medicus, idemq; Gale-

ni doctor, qui rerum omnium caussas, & effectus scire profitebatur, hanc Cancrorum uim in Canis morsu, qualitati corporis, ac materię, non proprietati naturæ tribuebat. Nec fere quisq; est, qui eum sequatur. A

## ¶ De terrestri Scorpione. CAP. XIII.

TErrestris Scorpio tritus & impositus, suæ plagæ remedium est. Quin inuenitur assatus ad eadem prodesse. σκόρπιος χερσαῖος

BARBARI COROLL.

SCorpionum duo summa genera fere traduntur, Terrestres, & Marini. Sed Pausanias uidisse prodit & uolucres, pinnatosq;, ut locustæ sunt, e Phrygia in Ioniam translatos. Pli. li. 11. ca. 25.

## ¶ De marino Scorpione. CAP. XIIII.

MARINI Scorpionis fel conuenit ad suffusiones oculorum, albugines, & hebetudines. σκόρπιος θαλάττιος

BARBARI COROLL.

SCorpionum, alij Pelagi sunt, atq; alto mari capiuntur: alij Palustres, ac cœnosi potius. Pręferuntur sapore pelagij, quos & ruffos colore prædicant, cum alteri sint subatri. Aristoteles & Scorpidas nominat. Nec constat, pro diuerso, an pro eodem genere accęperit. Scorpiæna certe, ut Athenæo placet, euidenter a Scorpione differt. Pli. li. 32. ca. 11.

## ¶ De Dracone marino. CAP. XV.

DRaco marinus replicatus atque impositus, ictus spinæ suæ qua ferit, medela est. δράκων θαλάσσιος

BARBARI COROLL.

ADiectum est huic Draconum generi Marinum, ut a terrestribus Aethiopię distinguerẽt: qui, ut inquit Aetius, non ueneno, sed dentibus, quos similes aprugnis habent, opprimunt: colore enim uno, sed alij ruffo, alij cinereo, alij nigro. Pręterea iubarum umbra tecta, prominentibus e mento barbulis, ore uasto, lingua præpeti. Pli. li. 8. ca. 13.

EX M. VERG. COMM.

NOn ab re fuerit quęsijsse, ut in Scorpione dictum est, an eundem illum Draconem qui uulnerauit, medicinam uulneri a se facto, facere dicat: an ex eodem genere quem potuerit aliquis habere. Nobis in priorem illam partem animus inclinat. B

## ¶ De Scolopendra. CAP. XVI.

SCOLOPENDRA in oleo decocta, si illinat̃, auellit capillos. Sed contactu pruritus facit. σκολόπενδρα

BARBARI COROLL.

SColopendra Marina dicitur, quoniam et terrestris sit, ut post liquebit. Dioscorides Ophioctenam quoq; nominat, aut Scolopendram, aut uermẽ scolopendræ similem accipiens, libro huius opis extremo. Emorsis inqt a Scolopẽdra, siue Ophioctena, locus ambitu colliuescit. Pli. li. 32. ca. 11.

EX M. VERG. COMM.

QVales terræ Scolopendræ, siue Centipedes sunt, tales & marinæ, longiores, tereti corpore, & infinitis pene pedibus ingredientes, notissimum omnibus insectum, & ex quo rustici futuræ pluuiæ præsagia aliquando accipiant.

## ¶ De Torpedine pisce. CAP. XVII.

MARINA Torpedo diuturnis capitis doloribus admota, cruciatus uehementiam mulcet. Eadem apposita, conuersam sedẽ, prociduamq; coercet. νάρκα θαλάσσια

BARBARI COROLL.

TOrpedo, a Græcis dicta Narce, nomen utraq; lingua ex argumento inuenit, quod etiã e longinquo, aut si hasta, uirgaue attingatur, quamuis pręualidos lacertos torpescere, q̃libet ue loces ad cursum pedes, alligari faciat. Est & Turpæna piscis maritimus, a quo Cerati quoddã genus, ad duricias emolliendas appellatnm est a medicis, ut est apud Paulum. Pli. li. 32. ca. 1. 3. li. 9. cap. 51.

CAP. EXM. VERG. COMM.

CAB euentu græci ſuam Narcem, Romani ſuam Torpedinem dixerunt. Vtriſq; em̄ in ſua appellatione eadē piſcis nota & uis indicatur: quæ tanta eſſe traditur, ut hamo capta, per ferrū, ſe tam, harūdinemq; in piſcatorē torporis ſui naturā & uim Narce trāsferat, & limo obruta, ad natantes piſciculos eodē torpore īmobiles corripiat. Ignaui ingenij piſcis, & qui, quā alij manifeſtam & generoſam uenationem faciunt, clandeſtinis dolis, & quaſi ueneno quodam hęc ſibi acquirat: quaſi Maronis illud ad uitam magis laudauerit, Dolus, an uirtus quis in hoſte requirat? Hanc Paulus Aegineta uiuentem, ad arcendos capitis dolores capiti imponi iuſſit: idq; eodem illo torpore facere, quo membra omnia hominis contactu eius torpere creduntur. Viuentem præterea in oleo coqui, oleoq; illo utiliter inungi articulorum dolores: & præter hęc, quod hic de procidente & inuerſa ſede ait. In cuius mali ſignificatione, non placet quod Barbarus ait, procidentis interanei, aut euerſi morbum coercet. Latius enim interaneum patet, & hic ſedem tantum dicit: & inuerſam, non euerſam eam partem appellat.

ἐχιδνῶν σαρξ

¶ De Viperinis carnibus. CAP. XVIII.

VIperinæ carnes ſi coctæ edantur, claritatem oculis afferunt. Neruorum uitijs auxiliantur. Increſcentes ſtrumas reprimunt. Detracta autem cute, caput caudaq;, quoniam carne uacant, amputari debent. Quippę commenticium eſt, quod præcipitur, certam utrinq; menſuram præcidi oportere. Reliquum uero corpus elotum, diſſectumq; diſcoquitur cum oleo, uino, ſalis exiguo, & anetho. Aiunt ijs qui Viperas eſitent pediculos procreari, quod plane a ueritate abhorret. Adijciunt alij qui, longam ſenectutem agere, qui eo cibō ueſcuntur. Sal ex eis ad eadem
D conficitur, ſed inefficacior eſt. Viua autem Vipera in fictile nouū demittitur: adijciuntur ſalis, caricarumq; tritarum ſingulatim quinq; ſextarij, mellis cyathi ſex: mox fictilis operculum luto oblinitur, & fornacibus inaſſatur, donec ſal in carbones redigatur: qui poſtea tritus in pulueris faciem, reconditur. Plærumq;, quo ſtomacho gratior fiat, immiſcetur Nardi ſpica, aut folium, aut Malabathri momentum.

BARBARI COROLL.

Plí. li. 10. cą. 62 VIpa Echis, & Echidne a Grecis uocata. Sed prior mas, ſequēs fęmina eſt. Hęc colore ſuffuſo, multis maculata capillamētis cernit, magnitudine cubitali, aliqn etiā palmorū ternū, utiq; ſi nō ſit Indica. qppe quā cubitorū. 9. & dodrātis a ſe uiſā Nearchus, & Strabo p̄dicāt. Cauda Viperę nō paulatī gracileſcente, ſed uniuerſim, & ꝓtinus Vipa, & ſine carne. Oculi ſubrubēt, caput latiuſculū, ceruix anguſtior. Aluus ꝓminula, meatus ad extrema caudę. Inceſſus ceteris ꝓximus, dētes canini quatuor. Cōtra mari, anguſtius caput, ceruix craſſior, corpus uniuerſū tenuius & ꝓcerius, meat ſupiore uētris pte feſtinātius. Dētes canini duo, totidēq; uulnera. Horis ſeptē, ſūmū die. ɔ. cōficiūt Vipę. Sūt q Dipſadas a Vipa nō diſtinguāt: niſi q Dipſades ſalſa loca incolūt: unde fiat, ut caro earū ſalſa q̄q ſentiat, alienaq; ſit medicinę, uehemētiſſimā ſitim afferēs utētibus, et inde nomē: quales in Africa plurimę naſcant. Nullę in Italia, ꝓpter cœli, ſoliq; mollicię. Hoc ſe Gal. Romę ab ijs, q ſerpētes uenant, Marſiq; dicant, accepiſſe ſcribit: nec tī omnino credere. Cubitales eſſe phibent craſſitudine, in gracilitatē ſe minuēte, nigris & ruſſentibus inꝑpūctę maculis, anguſtiore q̄q Viparū capite. Dioſco. etiā Preſteras uocari eas uoluit. Solinus diſtinguit. Percuſſus inqt diſtendit, & corpulētia enormi diſſilit. De Vipa, ut cōſtat, Theriaci paſtilli fiūt, q quēadmodū cōficiāt, alio loco indicabimus. Viperā Italia mō aut nō habet, aut nō agnoſcit. Quāq; ſūt q Marſos Angues, ut inqt Euſtathius, & ut uulgus ipſū mō uocat Maraſos, ꝓ Vipis accipiāt: ita paſſim uocātib. Hiſpanis, ex qbus q ſūt minus atri, Aſpides ruribus dicunt. Aſpidū uero tria gña. Chelidoniæ, ab hirundinū colore, iuxta ripas amniū, ſed Nili p̄cipue uerſant, paulo cubitalibus maiores. Secūdū genus Cherſeæ, hoc eſt, trereſtre, ſub uiridi fere, aut cineris colore, cubitorū quinū. Maiores ijs ſunt Ptyades, qbus idem color, ſed & auro quoq; proximus. Intra horas oēs cōficiū: celerius Chelidoniæ, tardius Ptyades. Mas

Hosted by Google

binos ictus, fœmina quaternos relinquit. Ptyadem fuisse, quam Cleopatra sibi admouit, Galenus auctor. Hæc ceruicē exporrigens, metit ex interuallo quē feriat, Solinus Hypnalem dicit appellari, necantē somno, qua uitā sibi Cleopatra inuiderit. Aspidas in Aegypto, Nicāder ait, sunt qui ferūt alias dodrantales, quæ citius interimāt, alias etiā passum iustū longas. A

EX M. VERG. COMM.

NEgabant quondā Marsi, gens quæ in Italia impune serpentes uenaret, & tractaret, Viperas in nostro orbe nasci, ob cœli temperiem, & molliorem soli naturā. Id tamen non credere se Galenus ait. Omnes contra Aphricæ, peculiare hoc naturæ malū potius, q̄ animal esse testati sunt. Iidem non satis certe genus & formā Viperæ descripserunt: alijs Dipsadem: alijs Præsterem, alijs aliud genus & nomen Viperæ assignātibus: alijs hac forma, alijs illa describentibus. Longum sit, si Strabonis, Galeni, eiusdem scriptoris huius, multorūq̄ aliorum dicta hoc loco congesserimus, & præter longitudinē superuacuum etiā: cum ante nos plura ex his Barbarus in Corollario suo retulerit, quæ poterunt uolentes ab eo intelligere. Nos propositū nostrum agentes, ex ueterum Græcorū decretis primū monebimus, calido siccoq̄ palam temperamento esse Viperinas carnes, totumq̄ corpus per cutem purgare: ideoq̄ ab elephantijs suis, solo hoc cibo, multos ad sanitatē restitutos fuisse, testatus libro sexto Paulus Aegineta est. Nec minus libro 4. quo loco de mali illius curatione agens, Viperinis carnibus uti iubet: & si sit earū copia, nihil æque in cibo prodesse testatur. Iubet præterea, cōfecto uiperinis carnibus sale illo, de quo pauloante dictum est, pariter uti, nec minus prodesse. Quem ille Theriacū ideo uocat, ὅτι ἐκ τοῦ θηρίου, id est, uenenato, & serpente hoc animali confectus fuerit. Idem contra strumas eodem Dioscoridi, aut non dissimili remedio pugnat. Hic Viperæ carnibus strumarum incrementa sisti ait: Ille non uiperam, sed quem Græci ὄφιν uocant, iubet in fictile gypso circūlitum conijci, & in fornace cremari: tum addito fœno græco, melle subigi: eaq̄ ratione uti. ὄφιν autem intelligere oportet, quē nos Anguem dicimus omnibus notū. Vtitur medicamēto etiā ex aspidibus cōfecto. Ex quibus cogitatū a nobis aliquādo est, nō adeo differre Viperas ab Aspidibus, & nostrates Angues nō dissimiles penitus uires habere posse: quodq̄ in Africanis laudatur, & alijs anteferē siccitate regionis, & cœli temperamēto fieri. Iubet deinde in præparādis ad coctura Viperis, detrahi primū pellem, mox caput & caudā amputari: quia minus, aut nihil carnis hæ partes habent. In qua amputatione dānat, fabulosumq̄ esse dicit, quod quidā præceperunt, certa aliqua mensura auferendas Viperæ partes illas esse. Quod tamē antiqui oēs testati sunt, eamq̄ digitorū quatuor fore decreuerūt. Plinius lib. 29. cap. 5. cuius hæc uerba sunt: Quatuor digitorū mensura utrinq̄ præcisa. Paulus Aegineta primo quarti uoluminis capite in Viperæ coctura, προαποκοπεισῶν πρότερον τῶντε κεφαλῶν ἀντῶν καὶ τῶν οὐρῶν οἷον ἀπὸ δακτύλων τεσσάρων. Quod est, amputatis antea capitibus & caudis quatuor fere digitorū mensura. Id ipsum & plærique alij testantē. Nec dānat, negatq̄ Dioscori. earum partiū amputationē, sed quā uulgus amputatiōis cām opinat, quia, scilicet ueneni sedes in his partibus sit: fabulosamq̄ huiusce modi historiā testatur, & q̄ certa mensura amputādæ illę partes sint. Causa ēm amputationis est, nulla in his partibus caro, & ob id inutilitas, cōiectura q̄ satis ad mensurā est: ideoq̄ & Paulus Aegineta quatuor fere digitorū dixit, qui per latitudinē, & ut in manu se contingūt intelligendi sunt. Cōiūctū huic est, quod nos uitiosum olim suspicamur, & ex similitudine uocis alterū ex altero participio factū esse, τὸ δὲ λοιπὸν πλύναντας καὶ τεμαχήσαντας, &c. Quod si uerbū de uerbo uertas significat, postremo aūt lotā, & in frusta dissectam Viperā, &c. Lauare ēm πλύνειν est: Et si sic legat, dubitandū non est, quin lauari ante coctura Viperā oporteat. At nō sic in omnibus græcis legit. Vidimus ēm nec sperniendæ fidei codices, in quibus non πλύναντας, id est, cum lauerimus, sed πλατύναντας, id est, cū aperuerimus, & quasi diffisa inferiore parte diuaricaueri-mus, tunc in frusta dissectā coqui oportere: nullo alio sensu, q̄ ut significetur, oportere Viperā euiscerari, detractisq̄ interaneis omnibus tūc coquendā esse. Persuademurq̄ in eo facile, q̄ hic sensus a rei necessitate non abhorret, q̄q̄ integra adhuc lectio in aliquibus hæc est, & q̄ Plinius eodem loco ait, exemptis interaneis discoqui in aqua, aut oleo, &c. & præter Plinij Paulus Aegineta eodē loco. Cuius hæc uerba sunt: ἀφαιρεθέντων δὲ τῶν ἐντόσθ, &c. Quod est, ablatis interaneis, quorū nulla fieri detractio, nisi aperta & dilatata inferiore parte poterat. Ideoq̄ nos, relicta lotura, exceptis interaneis coqui Viperā diximus. Addiderūt huic coctura aliqui, q̄ a Dioscori. non dicunt, rutā, & porrū. Neq̄ ab re fuerit, suspicari in tot rerū censu, potuisse librariorum incuria perire, aut ambo hæc, aut eorū alterū. Dubitandū illic etiā, quo loco Dioscori. ait credi, pediculos gignere qui uiperinis carnibus, aut earū iure uescant, fieri ne id, an contra non fieri pediculos Dioscori. dixerit his qui ea uescuntur. Multa enim in utrāq̄ partem afferri pos- B

C sunt. Galenus, Paulusq; Aegineta, quod hactenus legerim, nihil de pediculis his docuerũt, sed alter quod ad hanc rem faciat tantũ dixit, per cutem totũ uiperinarum carniũ cibo purgari corpus: potuitq; cõmuni purgationis appellatione illa, pediculos etiã intelligere, qui, ut in pediculosis a longa ualitudine fit, pellente corruptos humores natura, toto corpore aliquando gignuntur. Alter certius, longiusq; descripta eadem uiperinarũ carnium potestate, ampliore adhuc uoce usus, ait gigni in cute uiperarũ carnibus uescentiũ cuncta illa, quae corrupti intra hominem humores gignere solent: numerauitq; scabies, lepras, labesq; alias, in quibus extima uiriatur cutis, nulla pediculorũ priuatim habita mentione. Quodq; in his fit propria earum carnium potestate, fieri & in alijs poterit, quae quod crassum terrestreq; in humore nostro est, in exteriorem partem pellunt: in quo genere potuit & pediculorũ labes illa etiam censeri. Plinius tantũ pediculorum eodem libro his uerbis meminit. Ius, praeter supradicta pediculos e toto corpore expellit. Quo uerbo usus, negare uidetur, quod Dioscorides, & si falsum mox dicit id esse, confirmat: nisi in expulsionis uerbo, non fuga & euectio intelligenda sit, sed ut in auibus, quae pullos suos post incubitum excludere dicuntur, generatio, & quasi ex occulto & priuatione in lucem & uitam protractio, nec aliud expellere uerbum, cq; ad generationem excludere Plinio illic significet. Quae omnia longius dicta a nobis sunt: quoniam non desunt in graecis, in quibus contrario sensu μὴ γεννᾶν, quod est, non gignere legat. Nos in ambiguo communem lectionẽ secuti sumus, praesertim negãte id fieri Dioscoride. Variant in extremo capite non multo post antiqui Graecorũ codices, suntq; in quibus πρὸς ἐυσομίαν, quod nos, ut suauius ori sapiat, uertimus: & in quibus πρὸς ἐυσομαχίαν, id est, ad stomachi utilitatem legatur. Habetq; utraq; lectio quo niti possit. In priore illa, & ratio, & cõmunis lectio est: in posteriore, ratio, & Plinij auctoritas, qui eodem libro & capite ait. Exuritur cum sale in olla, quem lingendo claritatem oculorũ consequũtur, & stomachi totiusq; corporis festiuitates.

## ¶ De senecta Anguium. CAP. XIX.

γῆρας ὄφεως

SEnectus Anguium in uino decocta, dolori aurium infusu, & dentium, collutione auxilio est. Addunt eam in medicamenta oculo-

D rum, sed praecipue uiperinam.

### BARBARI COROLL.

Plin. 20. cap. 23. & 20.

SEnectus Anguina, graece Geras opheos, a Catone Pellis Anguina dicitur, Coriũ anguis a Palladio, Leberis ab Hippocrate. Inuitat me Serpentiũ natura, ut praeter supradictas de generibus earũ reliquis, quatenus ad Dioscoridis extremũ uolumen attinet, breuissime attingam. Haemorrhus, & Haemorrhois, a sanguinis effectu nominãtur, qui toto corpore percussis effluit. Ille mas, haec foemina est. Vtriq; colos arenaceus. Magnitudo palmorũ trium. Crassitudine paulatim, in tenuitatem descendẽte. Incessu tardo, & directo serpunt, ruffis, ut quidam scribũt, pedibus. Maculae per totas, multae, partim atrae, partim candidae, squamis asperae. Ob id ingredientes, strepitu sese produnt. Foemina in aluum iacet serpendo, meatumq; uersus caudam inferiore situ continet. Mas autem uersus aluũ habet, ceruicemq; serpendo porrigit. Foemina pernicioſior, ut ex cuius ictu dentes gingiuae, ungueſq; decidant. Colore sabuli uisunt & Hammoditae, maxillis Viperae latioribus, cui & similis est, nisi q uiperae color suffuluus. Hos & Cenchrias nominat Aetius, cubitales eos describens, nigris maculis, cauda superiore parte scissa, & praedura: unde nomen inquit, Cenchriae, ut cerchriam potius, cq; cenchriam putem legendum. Nam Cenchrites, siue Cenchrinus, siue Cancros, aliud serpentis genus est, quod & Acontion, & acontitem, & acontiam aspidem, hoc est, Iaculum uocãt aliqui: utidem uoluit Aetius, longitudine cubitorum binum in exilitatem fastigiatũ, uiride praesertim sub aluum, ut milio, cum recens eius seges est, uideatur persimile robustum. Preterea se iaculi specie propipiens, infestumq; saltui. Erasistratus epar, colon, uesicam affici eorum scribit, quos Cenchrinus peremerit. Arenae colore, & ceraſtae magnitudo, cubiti unius, summũq; duorũ, squarrosa cauda, binis in capite corniculis, siue quadragenis, ut Solino placuit, squamis uero in uersum quendam sub aluo conditis: eo fieri, ut crepitum sibilo non dissimilem serpendo edant. Incessu obliquo. Nono die interficit. Dryini a quercubus dicũtur, cp in radicibus earũ, ut Galenus inquit, uiuant, in Hellesponto copiosi, odore tetro, qui & eos prodit, si quis aggrediatur eos perimere. Olfactu multantur, nec alterius rei odorem praeterea sentire perhibent. Qui uero supergredit imprudens, crura tumescere, cutem pedibus abscedere, manus quoq; ipsas curantium eodem modo periclitari. Amplitudo bicubitalis. Praepingue corpus, muni-

Hosted by Google

tum, loricatūq; squamis duriſſimis, in quibus Aeripennes muſcæ latitant, quæ ipſum animal conficiunt. Amphiſbæna ſimilis eſt Scytalæ tereti, & æquali corpore, uti ne caput utra parte ſit cognoſci poſſit. Amphiſbæna etiã biceps eſt, ut inquit Galenus, & utraq; parte ingreditur. Vnde nomen. Cæterũ nec Amphiſbæna, ut Aetius exiſtimat, interficit, nec Scytale, præterq; chalcidica, eandem afferens quam uipera perniciem. Scytale tanta uarietate fulget tergoris, ut notarum gratia moretur obuios. Prima ponit exuuias. Hydros, ſiue Natrix primũ in terra uiuit, & Cherſydros appellatur. Deinde in aqua. Similis eſt aſpidi puſillæ, præterq; q̃ ceruicem latam non habet ut aſpides. Nominatur ab Aetio & Parous, in Syria prouenientes, modo æris colore, modo nigricans. Item Spathiuros apud Chalcidem, ex craſſitudine in exilitatem procumbens, lato capite. Sed neutrum genus inferre mortem. Ab eodem auctore Pelias, & Elaps produntur, ſed quia noti ſunt, deſcriptione, inquit, non indigent. Elaps & a Solino dicitur. Fit & Chamedraconũ mentio. Sed omniũ ſine dubio peſtilentiſſimũ eſt animal, quod a triplici frontis apice, quaſi alba mitrula, & plane regio inſigni Baſiliſcus appellatur, palmorũ ternum longitudine, ſuffilaurus, exacuto capite, cuius uel ſibilum animantes nullæ perferunt, præter Muſtellam, a qua uincitur. Auditus, conſpectuſq;, momento perimit. Quicquid morſu eius occiditur, ipſum etiam extinctum, iacentemq;, nullum attingit animal. Vulnus ab eo factũ, ut inquit Eraſiſtratus, aureo colore obducitur. Ex ijs quas dixi peſtibus, alias eſſe ſurdas, alias haberi cæcas, quæ propterea Typhlini, hoc eſt, Cæciliæ uocantur. Prouidentia naturæ factũ eſſe dicerem, niſi facile reſponderi poſſet ab imperitis, melius conſulturam fuiſſe, omnino nõ peperiſſe, q̃ ſi captas oculis, & auribus peperiſſet. Ita em̃ leges naturę dicimus eadem facilitate, qua contemnimus. Atq; utinã accuſare mala ſatis eſſet. Odimus & bona. Vſu certe comperi, haud temere alios naturæ taxatores eſſe, q̃ quibus uitia ipſa placent, impunitatem conqueſtione redimentibus. Sed hæc alterius curæ ſunt. Illud obiter admonendi ſunt lectores, ea quæ de ſerpentibus a neotericis dicuntur, præſertimq; Arabibus, & eorum Principe (ita enim modo ſcholæ uocant, & Galeno quoq; præferunt, ſi Dijs placet) uſq; adeo negligenter & ſordide mandata eſſe literis, ita mendacijs haberi plena, ut non dico infantiſſimi, ſed plane omni rerum uſu uacui fuiſſe uideantur.

A

Baſiliſcus.

Auicenná, Raſis, & Serapion taxantur.

EX M. VERG. COMM.

QVam hic contra dentiũ dolores Anguium ſenectã in uino, Paulus Aegineta in aceto decoquit, & quã hic ἔχιν, id eſt, Viperã dicit, ille Dipſaden uocat, non negligendo teſtimonio uagũ quondã in Græcis uiperarũ nomen fuiſſe, unaq; hac appellatione plures huiuſcemodi ſpecies nunc etiã intelligi poſſe. Nihil ſenecta anguis, ſiue anguina uernatio hęc aliud eſt, q̃ quod hyemalem torporem exuentes, appetente uere Angues, ſpolium relinquũt, & quã lubrica ſerpens exuit in ſpinis ueſtem, ut Lucretius cecinit, Græci γῆρας, id eſt, ſenectutem eam dixerunt. Plinius quod uere id fiat, Vernationem appellauit.

B

## De Lepore marino. CAP. XX.

LEpus marinus Lolligini paruæ ſimilis eſt, qui per ſeſe tritus, aut cum urtica illitus, capillos euellit.

ἀγωὸς θαλάσσιος

lolligo. tamen p. cado.

BARBARI COROLL.

LEpus marinus, græce Lagoos thalaſſios, animal puſillum, odore tetro. Inter Lolligines fe reuerſatur, quibus & ſimilis eſſe dicitur. Venenũ id eſt, alijs cibo, alijs potu, alijs contuitu. Si quidem grauidæ, ſi fœminã ex eo genere aſpexerint, confeſtim nauſea, & redundatione ſtomachi uitiũ fatentur, ac deinde abortum faciunt. Remedio eſſe marem tradunt, induratũ ſale, ut in brachialibus eũ habeãt. Eadẽ peſtis, in alto, uel tactu ſolo nocet. Veſcit eo unũ tantũ animal, ut nõ intereat, Mulus piſcis, & tenereſcit. Inde ingratior, uiliorq; fit. Hoies qbus in paſtu fuerit, piſcẽ olent, moriũturq; totidẽ diebus, quot Lepus uixerit. Oino incerti tẽporis ueneficiũ id affirmãt. In India uiuentẽ capi negãt, inuicẽq; illi hominẽ pro ueneno eſſe, ac digito quoq; in mari tactũ emori. Eſſe aũt ampliorẽ multo, quemadmodũ reliqua orbis eius animalia.

Plí. li. 9. ca. 48. li. 32. ca. 5. & 11.

EX M. VERG. COMM.

NOuerũt terreſtrem Leporem in continenti agentes oẽs, Marinũ piſcatores, & qui ad mare habitant, informẽ magis offam q̃ piſcem: cuius formã ex ueteribus plures deſcripſerunt, inter uenenata ab hoc ipſo ſcriptore in ſexto uolumine numeratũ, de quo tunc copioſius & certius ex Nicandro & alijs agetur. Hunc non ſatis certo intellectu, cum urtica ſimpliciter depilare cæteri interpretes dixerũt, cõem græcorũ lectionem ſecuti, cui deeſt quod in melioribus adhuc in

Cuenit, quodq; a Paulo Aegineta in ſexto uolumine tradit. Quorũ fidem & auctoritatẽ nos ſecuti, quod Dioſcoridi deerat adiecimus, cũ marina urtica illitũ leporem marinũ depilare uertentes. Paulus ẽm his uerbis rem explet λαγωὸς θαλάσσιος λεῖος κατακρισθεὶς καθ' ἑαυτὴν χωὶ μετ' ἀκαλήφης θαλασσίας τρίχας φιλεῖ. Quod eſt, Marinus lepus conciſus, inunctuſq; per ſe, & cũ marina urtica pilos aufert. Idipſum & meliores Græci habent. Eſſe aũt in mari urticas, & homini medicinã facere, teſtatus Plinius pluribus locis eſt, qui lib. 9. cap. 45. totã earum naturã & in medicina uires pluribus locis deſcripſit. Teſtati & alĳ ſunt, quos breuitatis cauſa relinquimus.

## ¶ De Lepore terreſtri. CAP. XXI.

λαγωὸς χερσαῖος

TErreſtris Leporis inaſſatum cerebrum manditur, iuuandis tremoribus, qui ualetudine contracti ſunt. Affrictu, aut cibo faciłem infantibus dentitionem præſtat. Exuſtum caput, & cum adipe urſino, aut aceto illitum, alopeciarum inanitatibus medetur. Leporinum coagulum, poſt triduum a concubitu potum, conceptum adimere, partuſq; ſpem intercipere proditur. Vuluæ & alui fluorem ſiſtit. Comitiales iuuat. Contra uenena ex aceto bibitur, præſertim aduerſus concretum lac, & uiperarum morſus. Sanguis eius ſi calidus illinatur, uitia cutis in facie, uitiliginem, lentigineſq; ſanat.

### BARBARI COROLL.

LEpus terreſtris, græce Lagos, & Lagoos cherſæos, & a ſtupore atq; metu, Ptox, & ab dormiendi habitu Derceumenos, Nicãdro, Lagides quoq; Strabo eos uocauit: dictus, ut Varro putat, non quaſi lenipes, ſed q; Eloes Boëtĳ leporem uocarent ita. Genus Leporum triplex. Italicum, Gallicum, ſiue Alpinũ: qui toti ſunt candidi. niuem eſitant algoribus, qua liqueſcente, rutileſcunt, raroq; Romam perferuntur. Adapis nomine Hiſpanum, quos, ut Polybius eſt
D auctor, appellamus Cuniculos. Quorum fœtus, uentre exectos, aut ab uberibus ablatos, gratiſſimo cibo Laurices appellant. Strabo Leberidas a quibuſdam appellari tradit ipſos Cuniculos: qui ab effectu Lepores Gæorychiæ, hoc eſt, foſſores ab ipſo cognominãtur. Ariſtoteles & Iulius Pollux Leporem etiam Daſypoden uocari tradunt. Alĳ diſtinguũt Daſypoden a Lepore. Inuenio & Chelidoniam cognominatum genus quoddam leporis a Diphilo. Sunt qui Plinium accuſent, q; Leporem alium a Daſypode uideatur habuiſſe. Nec intelligunt, genus quidem unum ambobus eſſe, ſed diſcriminis tamen aliquid inter eos notari poſſe. Nam illud, quod a Plinio dictum uidetur eſſe Lepori coagulum, inutile. Daſypodi præcipuum. Lectionem arbitror corruptam, ut in Annotationibus libri undecimi docuimus. Nec illud tamen inficias eundum eſt, confundi ſæpe nomina, ut & Leporem pro Daſypode, & contra pro Lepore Daſypodem Lepores appellaſſe uideam. Dioſcorides certe Leporem, nec aliter uocare ſolet, opere toto. Apud nos certe Lepores montani, differunt a campeſtribus, in Tridentinis & Vicentinis alpibus frequentes, nigritia, magnitudine, ferocia, denſiore pilo, a cæteris diſtincti. De Lepore prouerbium dictum eſt, λαγώπους κρεῶν ἐπιθυμεῖ, Leporis carnes concupiſcis, uſurpatum a Terentio in Eunucho.

## ¶ De Paſtinaca. CAP. XXII.

τρυγὼν

MArinæ Paſtinacæ radius, qui eius cauda enatus aduerſis ſquamis reflectitur, dentiũ dolorẽ mitigat. Nã eos frangit & euocat.

### BARBARI COROLL.

Plin. 32. cap. 2. u. lib. 9. ca. 20.

PAſtinaca piſcis, græce Trygon, Turturis appellatione dicitur. Hæc quæ momorderit, ſi figatur in arbore, querna maxime, liberari qui ſit percuſſus, arborem ficceſcere, auctores ſunt. Vt meminit Aetius. Paſtinaca dicitur, & inſecti genus, quod ab Ariſtotele, Staphlinus appellatur, uerticilli magnitudine.

### EX M. VERG. COMM.

RAdium, quẽ nos aculeum in maris Paſtinaca diximus, Plinius appellat, nulla rei, ſed ſola nominis diuerſitate. Hanc Græci Trygona, Turturi æquiuoca appellatione, uocãt. Nec nobis ex antiquo ſcriptore aliquo cauſa ſatis patet, quod ſæpe deſyderauimus: quemadmodũ deſy-

Hosted by Google

derare nunc etiã cogimur, quis nam in sedando dentium dolore usus aculei eius sit: neq; enim hic docet, inspergendus ne, an imponendus dentibus sit: an percussisse, conuulsisseue eo dentes oporteat. Poterunt diligentiores nouisse id, & nescientes docere. A

## ¶ De Sepia. CAP. XXIII.

SEpiæ coctæ comesum atramentum ægre concoquitur. Aluum mollit. Collyrijs e testa factis conuenienter genarum scabriciæ perfricantur. Vstum in sua testa, donec id quod crustosum est abscedat, postea tritum, expurgat uitiligines, furfures, dentes, & uitia cutis in facie. Elotum in medicamenta oculorum addi solet. Contra albugines, oculis iumentorum efficaciter inspuitur. Pterygia oculorum absumit, cum sale tritum & iniectum. σκπία

### BARBARI COROLL.

SEpias Græci σκπίας uocãt, & Lolligines Theutidas, de quibus Matro græcus poëta cecinit. Solos pisciũ cognoscere, quid atrũ, quid album sit. Differunt Lolligines a Sepijs, toto genere, q̃q̃ & amicitia & similitudine conueniunt. Est & Teuthos, magnitudine insignis, qua sola fere differt a Teuthide, ut Theuthos Lolligo, Teuthis Lolliguncula dici iure possit. Atramentum Lolligini suppallidum, nigrum Sepiæ. Inuenio & libi genus Teuthida, hoc est, Lolligunculam a Græcis uocatum. Thebani ridentur a Comicis, qui Sepiam opittolicam, gallum gallinaceum orthalicon, ficus tyca, hirundines cotiladas nominent. Plin. lib. 9. capit. 29. & 51.

### EX M. VERG. COMM.

IN uocibus uitium, & male sequax earum ductus est. Nam quod ad rem pertinet, facile est, quod hic docet intellexisse. Duo enim in Sepia. Primum sunt, quod duriore testa intra eam clauditur: & quæ foris claudit, id testa. Rursus in exteriore testa duplex rei substantia. Quod intus pumicosum, & tenerius q̃ pumex: & quod foris siliceum, durius, crustaceum, & in quo cum asperitate aliqua læuor est. Ex his in duobus tantũ medicas uires aliquas esse Dioscorid. docuit: in eo quod testa clauditur, uentrem mollire: & in eo quod claudit, asperitatem palpebrarum leuigare, uitiliginesq; & alias his similes corporis labes exterere: non tamen simpliciter, sed cinerem eius. Quam ob causam addidit, crematã in propria testa Sepiæ testam, &c. obscure quidem, sed necessario rei intellectu, ex eo quod sequitur, donec quod crustaceum in eis est abscesserit. Crustaceum enim hic dicit, extimũ illud operimentũ, quale nos paulo ante descripsimus. Estq; sensus, cremãdam Sepiæ testam, donec extima illa pars, quam hic crustaceam dicit, ui ignis coacta, a reliquo pumicoso corpore separata ceciderit: integræ enim coctu ræ indicium id erit. Post quã hic iubet, friatam in puluerem corpori inspergi. Nosq; rei necessitatem, & Paulum Aeginetã secuti, ut legitur uertimus: qui de eadem hac re libro primo agens, κεκαυμένον σκπίας ὄστρακον dixit, id est, crematam Sepiæ testam. Idem etiã nobis auctor fuit, ut in extremo capite sali fossili adijceremus: quod in aliquibus græcorum adhuc legitur, & ab eo in exterendis oculorum unguibus manifeste præcipitur. B

## ¶ De Mulo pisce. CAP. XXIIII.

MVlorum assiduo cibo, aciem oculorum hebetari constat. Is marini Draconis, Aranei, ac Scorpionis morsibus medetur, si crudus atq; dissectus admoueatur. τρίγλα

### BARBARI COROLL.

MVlum, Græci Tryglen, goneatida, hoc est, barbatum uocant: dictum ita, quoniam ter anno pariat. Præfertur ex Ionia. Est ab hoc diuersus, qui Trigolas appellatur. Item qui Myllos, de quo inter salsamenta, in Omotaricho disserui. Mulum piscem Proserpinæ, item Dianæ sacrum fecere Græci: ut Citharon Apollini, Mercurio Bocas, Libero patri Cittulum, Apuam Veneri, Neptuno Pompilum. Plin. lib. 7. capit. 18. 51.

### EX M. VERG. COMM.

NOuerũt gulæ proceres, Mullũ piscem Græcorum uocabulo, nunc etiã Tryglen ab omnibus dictũ, lautioribusq; cœnis eum seruari, quæ de eo iactatur ubiq; uox indicat, non comedi

C a piscatore Tryglen. Fuit huic cibo omnibus sæculis gratia, nec uile pretiũ: in quo singulis sex tertijs singulæ rependerent libræ, si Iuuenali credimus, dicenti, Mullũ sex millibus emit, æquãtem sane paribus sextertia libris. Hunc uenenatorũ multorũ morsibus non recentẽ, ut Barbarus uertit, sed crudũ imponi Dioscori. iubet. ὠμὴ enim in eo est, quæ uox Græcis crudum tantum significat. Nescioq; ego, cur recentẽ potius, q̃ crudũ uertere ille uoluerit, cõmunemq; græcarũ uocũ æstimationẽ mutare, non leui sane in medicina periculo, si crudum, & recens promiscua significatione misceant. Multa enim in tota natura sunt, quæ cruda uetustatem habent, & quæ cocta recentia dici possunt. Libet hoc loco gratias Plinio habere, qui ea quæ angustius a Dioscoride dicta fuerant, latius explicauit. Hic enim marini Draconis, & simpliciter Scorpij, Aranearumq; morsibus imponi Mullum iubet, nullo inter terrestrem, & marinũ scorpionem, & araneas, & Phalangia discrimine. Plinius uero libro 32. capite 4. de hoc ipso pisce agens, his uerbis rem docuit. Item contra Scorpiones terrestres, marinosq;, & Phalãgia illitus, &c. Qua Phalangiorũ uoce in eo remedio usus, aliud & uenenatius araneorum genus q̃ Dioscori. intellexisse uidetur. Hic enim non Phalangium, sed ἀράχνην ait: eam intelligens, quæ in trabibus, parietibusq; suas telas suspendit. Quod totum peritiorum censuræ relinquimus, cõtenti qua debemus & possumus fide scriptoris huius uoces uertisse.

## ¶ De testibus Hippopotami. CAP. XXV.

ὄρχις ἱπποτάμου

HIPPOPOTAMI testes exiccati, ac triti, contra serpentium morsus bibuntur.

BARBARI COROLL.

Plin. lib. 8. capit. 25. 26.

EQuum fluuiatilem Hippotamon Græci appellant. Sanguine utuntur pictores. Geminus, ut Crocodilo uictus, super Saiticam præfecturã, in Aegypto plurimus, in India quoq;, ut Onesicritus est auctor, amne Indo. Celebratur inuentione sanguinis trahendi.

EX M. VERG. COMM.

D PEregrinũ Italiæ fluuiatilis hic equus semper animal fuit, Romanæ tamen urbis & Cæsarũ fortuna suæ genti sæpe id palã ostendit. Viditq; Ro. Po. in Aegypti Nilo ad Saiticam prefecturam genitũ ambiguum, & cui æque in arida ac in flumine uita sit animal, binis & quales in bubus sunt unguibus, dorso, iuba, & hinnitu equi: a quibus & flumine cõposito nomine, fluuiatilis equus dictus est. Rostro preterea resimo, cauda torta, dentibus aprorũ aduncis, sed minus noxijs. Depasci eum segetes, testis Nicander est. Qui in Theriacis suis de eo sic cecinit.

Ιππου τὸν νεῖλος ὑπὲρ σάϊν αἰθαλόεσσαν
Βόσκει, ἀρούρεσσι δὲ κακὴν ἐπιβάλλεται ἅρπην.
Οστὲ καὶ ἐκ ποταμοῖο λιπὼν ζάλον εἰλυόεντα,
Χιλοὶ ὅτε χλοάουσινέον δ' ἀπεχεύατο πόιην,
Τόσσον ἐπιστείβων λείπει βύθονόσσάτιον περ.
Εκ νέμεται γεγύεσιν παλίσυντον ὄγμον ἐλαυών.

Quorũ uersiculorũ ea sentẽtia est. Aut equi quẽ Nilus supra nigricantẽ Saim pascit, aruisq; eũ noxiã immittit falcẽ. Hic ex flumine egressus, relictis cœnosis fluctibus, cũ frumẽta flauent, & uirentẽ amiserunt frondẽ, quãtũ a flumine ingrediens per arua ꝓgreditur, tantũ dentibus depascitur, retrogrado incessu iter faciens. Quod Plinius felicissime descripsit his uerbis. Depascitur segetes destinatione, ut ferunt, antea determinatas in diem: & ex agro ferentibus uestigijs, ne quæ reuertenti insidiæ comparentur. Plures, nec paruifaciendas in medicina uires ei Plinius q̃ hic tribuit, quas licebit uolentibus multis locis in eo scriptore inuenisse, præsertimq; libro 28. capite. 8. Quorum hic unum tantum probauit, quod ille scilicet ait. Testiculi drachma ex aqua, contra serpentes bibitur.

## ¶ De Fibrinis testibus. CAP. XXVI.

κάστορος ὄρχις

de castoreo

FIber ancipitis uitæ animal, plærunq; cum piscibus & cancris ex aqua uictum capescit. Huius testes serpentium uenenis aduersantur. Sternutamenta mouent. Et in uniuersum uarios obtinent usus. Siquidem menses ac partus ciunt, duabus drachmis cum pulegio poti. Secundas quoq; eijciunt. Contra inflationes, tormina, singultus, uenena,

Hosted by Google

ixiamq; ex aceto bibuntur. Lethargicos, & utcunq; ueterno obdormiscentes excitant infusi. Cum aceto autem & rosaceo, olfactu & odoris suffitu, idem faciunt. Poti & illiti prosunt tremulis, conuulsionibus, et omnibus neruorum uitijs. In summa, calfactoriam uim habent. Eligi debent Testes qui ex uno ortu connexi sunt. Fieri enim non potest, ut gemini folliculi in una membrana coniuncti reperiantur. Liquore intus ueluti mellis cæroſi, odoris grauis, gustu acri, mordente, ac friabili, naturalibus tunicis circumdato. Quem fraude aliqui corrumpunt, conijcientes in follem gummi, aut ammoniacum cum sanguine & castorio subactum, & ita exiccantes. Vanum est quod traditur, Testes ab ipsis euelli, et a sese abijci, quum uenatu urgentur. Siquidem tangi nequeunt, ita ut in sue sustricti. Operæ autem precium est, diuisa pelle melleum liquorem cum euestiente tunica assumere, & siccatum potui dare. A

## BARBARI COROLL.

FIber, quem Græci Castora uocant, ab extrema ora, ut Varroni placet uocatus, quoniã dextra & sinistra ilium minis maxime uideri soleat. Et antiqui Fibrum, inquit dicebant, extremum. Vnde fagis fibriæ, & fibræ in auribus & iecore. Differt a Lutra Fiber sola cauda, cætero pilus utriq;, pluma mollior. Dicta uero Lutra est, q; se in aquis lutet. Ob id græci eam ἔνυδρον uidentur appellasse Theodoro: qui tamen lutrin, non lutram conuertit. Plinius Enhydrinda serpentis nomen esse maluit, ut aquatilis colubri. Varro quoq; non lutram a luendo, sed Lytram tradit: quoniam succidat, dissoluatq; in ripis arborum rãdices. Cæterum testes Lutræ comitialibus prodesse docẽt experimenta, ut appareat cum Fibro cõmunem Lutræ proprietatem esse. Plinius e genere inquit, Fibrorum Lutris, sed nusq; mari accepimus mergi. Archigenes iussũ uolumen de Castorũ utilitatibus conscripsit. Plurimus hic in Ponto, morsũq; hominẽ, nõ prius dimittit, q; ossa fracta cõcrepẽt, ut Solinus inqt. Nascunt & in Hispaniæ fluminibus Castores, ut inqt Strabo, cæterũ nõ inest uis illa medica, ut in põticis. Castorẽ porro dictum, q; sese castrẽt, ea se corporis parte redimentes, ppter quã expetunt: & ponticũ esse canem, Seruius honoratus, pdidit. Nam qui Canis marinus dicit, piscis est, & longe a Cane Pontico diuersus. Est aũt marinus canis, etiã carmine Homeri celebris: cuius frusta Romæ, thuriani pulmẽti nomine uẽdebãtur tribus obolis in libras, Rutilij Ruffi ætate: qui res gestas populi Romani scripsit. Hoc et a Plinio, Tomos Thurianus, ut ego quidem primus cõperisse suspicor, appellatus est. forte a Thurijs oppido Italiæ, q̃ primũ e Sicilia sit cõuectus. Athenæus & Thurionẽ, siue Thursionẽ dici obsoniũ hoc latina lingua solitũ affirmat. Suauissimũq; id ac lautissimũ fuisse. Strabo Galeotẽ hũc, & Xiphiã uocari tradit, & quemadmodũ capiat ostẽdit. Dictũ & Scyllã, & Lamiã, & Carchariã quoq; arbitror a nõnullis. Vnde cõiectari liceat, aut eũ esse Thurionẽ, quẽ nos uulgo Sturionẽ appellamus: aut quod uerius existimandũ est, ab eo quasi delicato & cupediario pisce nomẽ accepisse. Notãdũ, Aristotelí aliud quodãmodo, sed affine tñ genus uideri Scyllã, & Canẽ marinũ. Nã Scillaros apud eum pro Squilla parua sumitur. Nec illud omittẽdũ, Phocænã apud eũ dici, q; latine Tursio uertat a Theodoro gaza, siue Tursio, aut Torsio, ut Plinius. Delphino similis, paulo tristior, & rostris canicularum similitudine maleficus. Hũc puto esse, quẽ ab Athenæo mõ Thurionem, mõ Thursionẽ, mõ Thurianũ pulmentũ uocari diximus, a Strabone Galeotem & Xiphiam, ab alijs Canem marinum, aut si nõ ijdem omnino sunt pisces, quod & ratio nõnulla suadet, certe similes fateri eos necesse est. Sunt qui græce Hyscam, siue Hyccam, hoc est, porculum pro sturione capiant. Mentionem Hyccæ penes eundem Athenæum legas & Callimachum, qui eum piscem Sacrum uocauit. Aliud uidetur genus esse ab Hycca, id quod Hyn, ideſt, suem uocant, qui sit, ut Athenæo placet, idem cũ apro, siue capro, ut Archestrato, diuersum, qui suem marinam Psamitin, alij Psammatida cognominant. Nam oppidulum Siciliæ quod Hyccara uocatur, ab Hyccarũ multitudine cognominatũ putant. Cyrenæi certe hunc non Hyccam, sed Erythrinum, hoc est, quasi Rubellionem appellabant. Sunt tamen qui & pisces Iulidas uocatos, Hyccas nominent, & Philetæ uersum

Οὐδενὶ ἰχθῦν ἴσχατον ἐξέφυκε.

B

Plí. li. 8. ca. 30.

Líb. 30. ca. 2.

Strabo líb. 3.

C sic interpretentur, quia difficile sit eos capere. Propterea & uermes, quos Intestina terræ dicimus, & Græci Gesentera, & Iulos a nostris, uulgari uoce Porcelliones appellantur. Numenius & Hyænam piscem cõnumerat, qui an idem sit cum aliquo ex prædictis, in incerto est mihi. Est & terrestre quadrupes Hyæna, ut cõstat. Inter pisces & Syagris, a sue dicta potest uideri: quanq; inuenio quandoq; scriptum Synagris. Diphilus & Capriscum dici quendam significat, qui & Mys uocetur. Nisi quis non Myn, ideſt murem, sed Hyn, ideſt, suem legendum potius existimet. Sunt enim & mures in piscibus, quemadmodum & inter ostrea.

EX M. VERG. COMM.

COntra multa hominis mala, usa quondam antiquitas est, & nostra ætas adhuc utitur Castoreo, præsertimq; contra uenena aliqua. Quæ uerisimile est a Dioscoride illuc numerata fuisse: sed ea librariorum incuria excepto uno perierunt, idq; Ixias est, quod Barbarus Viscum, ex Plinio interpretatur ubiq;: nõ satis certam nunc rem notissima Visci appellatiõe indicans, uocumq; similitudine Ixiam, & Ixon simul miscens: cum tamen alterum in ramis arborum inueniatur, aucupio inseruiat, & in medicina non penitus inutile sit: alterum ad Chamæleonis acutæq; herbę radices nascatur, omni careat usu, & inter uenena ab hoc ipso, & a Paulo Aegineta numeretur: quemadmodũ in Chamæleone herba, & in uenenis lũgius ab hoc scriptore, et a nobis dicet. Nec animus mõ nobis est, Plinii, & Plinii secutos inscitię, aut incurię arguere. Fecit em̃ ante nos id Leonicenus, oĩ doctrinarũ gñe clarus homo. Sed q̃d ad nos p tinet, legẽtes monemus, qm̃ nihil Visco & Ixię idẽ sit, nõ declinatio, nõ genus, nõ natales, nõ usus, nõ rei substãtia, maluisse nos græca uoce in altero q̃p latina uti, & Ixiã uenenũ dicere, Viscũ uero q̃d in ramis arborũ natũ, multos habet in re nostra usus: ne uisci audita uoce, crederent legẽtes, hominũt auibus mortem uiscum esse, abstinentesq; eo, quas habet utilitates amitterent. Certius de tota hac re in utroq; Chamæleone, & uenenis patebit lẽgentibus, & a nobis dicetur.

γαλῆ κατοικίδιον

## ¶ De uulgari Mustella. CAP. XXVII.

MVstella, quæ in domibus nostris oberrat, ambusta exenteratur, & inueterata sale in umbra siccatur. Ea binis drachmis cum uino pota, aduersus omnia serpentium uenena præsentaneo est remedio. Toxico, simili sumpta modo resistit. Eius uentriculus coriandro farctus, inueteratusq;, percussis a serpente, & comitialibus potu auxiliatur. Cremata in fictili, podragicis cõfert, cinere ex aceto illito. Sanguine perunctæ, strumæ iuuantur. Comitialibus etiam prodest.

BARBARI COROLL.

Pli.li.29.ca.4. MVstella uulgaris quam Græci γάλην, Cato Ecidion appellant.

βάτραχοι

## ¶ De Ranis. CAP. XXVIII.

COntra omnium serpentium uenena pro antidoto sunt Ranæ, si ex sale & oleo decoctæ edantur, iusque earum itidem sorbeatur. Contra inueteratos tendonum rigores pollent. Illitus earum cinis, profluentis sanguinis impetus sistit. Explendis alopeciarum inanitatibus ex liquida pice illinitur. Viridium Ranarum cruor, auulsos genis pilos renasci prohibet, in uestigia euulsorum instillatus. Decoctæ in aceto & aqua, dentium dolores collutione leniunt.

BARBARI COROLL.

Pli.li.9.ca.42. RAnam Græci & fluuiatilẽ, & marinã p̃dicant, etiamnũ p piscẽ, Batrachõ, & poetica uoce
31.li.32. cap.5. Batrachon uocãt, ut Iones: q̃d & apud Aristophanẽ & Xenophanẽ poetas legit. Batrachiõ & Chymistæ suũ habent, excellentis in auri cõfectione miraculi, ex putrilagine diuini laticis nascentem, specie Ranunculi, uenenũ p̃sentissimũ, q̃d uel solo halitu minus prudentes opprimat. Hoc ab effectu Chrysocolla q̃q; dicit. Est & morbi genus Batrachos, tumẽtibus sub lingua uenenis, cui simile fortasse Plinius .26. uoluminis initio monstrauit, rubentis sub lingua duriciæ. Inter Ranas est & quę Phrynos græce dicit, hoc est Rubeta, qa in uepribus uiuat, quãq; prius in

Hosted by Google

aquis, postea fit terrestris. Pernicioſa hæc, ut Cherſidros. Grandiſſima cunctarũ. Magnitudo testudinis paruæ, geminis quandoq; ueluti corniculis, ut inquit Plinius, dorsum exasperat: in flatq; se irata, tam proterue audax, ut inſiliat quoq; proximum: quanq; ſuſpirio se frequẽtius, q; morſu uindicans. Buffo inde, ut arbitror, à Virgilio & uulgo dicta, ueneficiorum plena, præcipue oſſiculis duobus: quorum in ſiniſtro latere inuentum, Apocynon uocãt, quia Canum impetus cohibeat. Recentiores lapidem in capite huius Ranæ haberi tradunt, ad dolores iliũ geſtatu probant, ſed qui uiua ea ſit exemptus: quales uulgo magna etiam copia ferũtur anuis: quanq; hunc elici potius, q; eximi uiuentibus conſtat, puniceo in panno, cuius plurimum colore delectantur, ita dum ipſi feriando relaxant ſe, capitis onus deponunt: id mox in ſubiectam ciſtam e medio foramine collabitur: alioquin ea eſt illi inuidiſſima natura, ut lapidem eum, niſi tolleret, reſorbeat. Huic aliquando & cauda ab initio eſt, quam poſt amittũt: ob id in ſtagnis, cũ adhuc puſillæ ſunt, Mutili ruribus uocantur. Alterum genus, & hoc exitiale, Calamites dicitur, quando arũdinetis frutetiſq; roris linctu uictitans, ſine uoce, omniũq; minima & uiridiſſima: quæ ſi forte a bubus hauriatur, diſtendit eas. Hanc et Dryopetem uocari credimus a Plinio, quia inter frutices & arbores uiſatur. Eſt & genus uocalis paruæ, ſcandentis arbores. Inuenio & paluſtrem mutã inter uenena, hoc eſt, Eliobatrachon, diuerſam a Phryno: qm & ſigna, & medicinę uariant, pſertim Aetio. Ariſtoteles Ranas cões, Telmatiæos, aut Lymnæos, hoc eſt, lutarias & lacuſtres nominat. Varro luridã Ranã dicendo, p Calamite uidet accepiſſe: qm Philothrũ ſit, ut Plinius, idẽ q; Varro affirmant, illud efficaciſſimum: quãq; & epitheton Ranarũ omniũ putant id poetę. Miror quãobrem Dioſc. Phrynõ, hoc eſt, rubetã lion, qd eſt leuis, cognominari dixerit. Niſi qs Rubetæ duo gña conſtituat. Leuis, & ſine cornibus, ex qua deliburatoriũ uenenũ, ſicut ex paluſtri quoq; Muta cõdit: & Aſpera cornutaq;, quę proprie ſit Buffo: cuius dorſũ paulo ante ſcabrũ eſſe diximus ex Aetij ſententia. Habetur & Batrachos halica, hoc eſt, piſcatrix rana, ſed inter piſces Ariſtoteli, Ciceroni, Plinio.

EXM. VERG. COMM.

NOn eſt Ranis omnibus unum genus, nec idem color, aut ſimilis uita & mores. Naſcunt aliæ per ſe, conſperſis tantum æſtiuo imbre, littorum & itinerum puluerulentis harenis: quarum breuis uita, & nullus uſus eſt. Habent alię legitimo naturæ ordine in aqs ſuos natales, nec mare tantum, ſed profluentes omnes & paluſtres aquas incolunt. Sunt & quæ in ſicco agunt: quales Rubetæ, & quæ in harundinetis inueniuntur, Calamitę ob id appellatæ, inutiles, & ob uenenum ſuum lętales. Sunt & in fluuiatilibus & paluſtribus, quæ uiridi, & quæ liuido colore ſunt: quæ itidem tutius, & quæ non ſine periculo comedi poſſunt. Ex toto hoc genere ſerpentibus aduerſari intelligendæ ſunt, in profluentibus, aut ſtantibus aquis agentes, & in cibis utiles. Et quas hic uirides, nouum in palpebris pilorum incrementum prohibere dixit, in aquatilium illarum genere eo colore cognoſcendæ erunt.

## ¶ De Fele. CAP. XXIX.

REcens Felis in cibo nutrit, & facilem præbet aluum. Sale uero conditus, non ſuppeditat alimentum. Arteriam expurgat. Et uocem expedit. Illita, ſaliti caro, aculeos extrahit. Muria eius incipientibus dyſenteriis prodeſt, ſi in deſidentium fotus adiiciatur. Fluctiones ſiquidem ad ſumma cutis elicit. Iſchiadicis infuſa medetur.

BARBARI COROLL.

SIlurus, piſcis eſt fluuiatilis, q & alibi q; in Nilo naſcitur. Aetius, Silluarion, ut puto, uocauit hunc, cuius felle ſuffuſos oculos inungi cum attico melle præcipit bobus. Ariſtoteles uidetur Silurum intelligere Theodoro, cum Glanim piſcem nominat.

Plí. li. 9. c. 15. 52.

EXM. VERG. COMM.

THyños præcipuę magnitudinis in mari piſces, æquant in fluminibus aliquot naſcentes Siluri, priuatimq; in Aegypti Nilo. Vnde maxima eis ad ganeam laus in poetis & gloria. Feroces idem uti in piſcium genere, & qui non aliter q; hoſtes in aqua latrocinentur, obuia quæcunq; appetentes, & qd in ferocioribus rarum eſt, multo prolis amore. Aedita a fœminis oua, mares in hoc genere ne pereant cuſtodiunt, tantopere ſibi ſeruandiſq; rerum generibus natura conſulit. Crediderunt iuniores aliqui, Siluros eſſe quos noſtra ætas Sturiones uocat, ſed falſo. Thynnis enim ſimiliores Siluri ſunt, & eorum magnitudinem æquantes.

## De Cerro piſce. CAP. XXX.

σμαρίς

CErri ſaliti caput exuſtum, excreſcentes ulcerum oras, puluilloſq; reprimit. Nomas cohibet. Thymos, clauoſq; abſumit. Caro nõ ſecus atq; ſalſamentũ, pdeſt a ſcorpiõe pcuſſis, aut a cane demorſis.

BARBARI COROLL.

DE Smaride, ſiue ꝙd idẽ eſt, Maride, in ſequenti mentione dicit. Illud in tranſcurſu nõ ſilebit, Maruda genus etiã mẽſurę dici apud Ariſtote. quę ut inqt Iulius Pollux, heminas. 6. capit.

VERG. MAEnis cõgeneres, de quibus mox dicet, Smarides ſunt, tã ſimilibus inter ſe notis, tamq; mixtis natalibus, ut mutatis iampridẽ appellationibus, non facile nũc ſit alterũ genus ab altero ſecernere. Id egõ non auſim quod alias dixi, procul a mari natus homo. Poteram & ipſe hoc loco quæ Plinius, Athenæus, pluresq; alij de utroq; hoc genere longius tradiderunt, in unum collecta coaceruare, ſed nihilo magis res patuiſſet.

## De Mænis. CAP. XXXI.

μαινίς

MAEnarum ex capitibus cinis ſi illinatur, calloſas ſedis rimas abolet. Eius etiam garrum corporis putredines collutione ſedat.

BARBARI COROLL.

Plí. li. 32. ca. 11. MAenas græci Mænidas appellant, laudatiſſimas e Lipara. uulgus Mænulas. Aleculam quaſi ex Plauto Theodorus interpretatur. Ego Aleculæ uocabulum generale credo, idem apud nos ſignificans quod apud græcos Anthracides, ut in Halme demonſtrabimus. In Paõnia piſciculum quem Menapij & Belgę cæteri copioſiſſime uenantur & inueterant, Arengam nocantes, ipſi Alecem hodie quoq; nominant. Similes inter ſe uult Speuſippus eſſe Mẽnas bo

D acas, et Smaridas. Candidiores nẽpe Mænas. Sunt qui Boacas, ſiue Boecas appellent, hoc eſt, Leucomænidas. Smarides uero, ſiue Marides, ſunt quas nõnulli uocant Cynoſeuma, ut inqt Athenæus. Ariſtophanes byzantius, ſolus non Bocas, ſed Boopas uocandos exiſtimabat: quia parui eſſent, & magnos oculos haberent. Miror unde Theodorus Cerros interpretetur, quas græci Smaridas appellant. Sũt quidẽ Gerres, Plinio, Martiali ꝙq; inter uiles, ut illo uerſu, Fuiſſe Gerres, aut inutiles Mænas, Odor impudicus urcei fatebatur.
ſed diuerſos a Smaridibus, ut in Caſtigatione Pliniana diximus. 32. libro.

VERG. NOn cinere Mẽnarum in medicina tantum Plinius utitur, ſed carnibus etiam: quibus impoſitis, docet uerendorum puſtulas ſanari.

## De Gobio. CAP. XXXII.

κώβιος

GObius recens in ſuillum uentrem coniectus, ſi contuſa rima in duodecim aquæ ſextarijs, donec duo ſuperſint decoquatur, & ſub diuo refrigeratus potui detur, aluus ſine moleſtia deijcitur. Illitus cõtra ſerpentium canumq; morſus auxilio eſt.

BARB. GObius, & Gobio uocat & græce Cobios. Plinius quoq; p. c. ſcribit, nõ per. g. ſecũdo &. 30.
Plí. li. 9. ca. 57. uolumine. Præfert nigro cãdidus. Deterrimus omniũ eſt, q uiridis appellat, etiãſi grandiſſimus, quem Diphilus Caulinem dici teſtis eſt. Gobios ſaxatiles, ſunt qui Cothonas dici putent. Siculi certe Gobium, non aliter q; Cothonem uocabãt. Sunt & fluuiatiles qdam Gobij.

VERG. IN mortario tuſum antea iubet ad deijciendã aluũ Paulus Aegineta decoqui in aqua Gobiũ. Piſcis e uiliſſimis eſt. Ob quam cauſsã in Satyra Iuuenalis ait. Nec mullũ cupias, cum ſit tibi Gobio tm̃ In loculis. Laudauit contra Martialis in xenijs dicẽs. In Venetis ſint lauta licet cõui uia terris, Principiũ cœnę Gobius eſſe ſolet. Plinius paulominus q; in eo genere Gobium numerauit, in quo terreni piſces cenſentur: quoniam paluſtris, & quaſi incola terrę ſit contra alio rum piſcium naturam. Declinauerunt ueteres latini in ſecunda & tertia declinatione eundem ſignificantes, ut ex pauloante citatis exemplis aperte patet.

## De Thunno. CAP. XXXIII.

ὠμοτάριχος

COnditanei Thunni caro, quã Omotharicõ uocãt, ſumpta, ijs auxiliant, quos uipa noĩe Preſter, momorderit: ſed oportet uinũ q; plurimũ ſubinde cogantur haurire, ita ut uomitione reddatur. Cõtra

acrimonias esitatorum maxime ualet. Canum morsibus utilissime illinit. A

BARBARI COROLL.

OMotarichos e Thynno, salsa caro dicitur, Thūnina uulgo. Paulus Tarichon, siue Tarichos, hoc est, salsamentum. Differt autem a Salsamēto Salgama, ut ex Columella facile colligitur. Salsamenta Græci duorum generum fecere, Horæa, & Thūnia. In Horæo, quod a temestiuitate uidetur appellatum, macra pinguibus, in altero macris pinguia prę ferri: quæ Cybia dicuntur. Inter macra sunt, ut inter pinguia Cordylæ. Horæa ex Pelamyde, id est, Lutaria minore fieri. Thunnia ex maioribus: quas aliqui Synodontidas appellant. Aliud genus uidentur, q Synodontes uocantur, & a nostris Dentices. Similis est Pelamydibus & qui Triton, siue Chelidonias uocatur. nam Chelidon, aliud genus est, Polypo, ut inqt Diphilus, simile. Adiiciamus obiter & prouerbium, quod fertur. Salsamentum putre cunilam bubulam desiderat. Item & illud. Salsamenta simul ignem uidere, cocta esse. Crates salsamentum celebrat Elephathinon a se uocatum: cuius & Aristophanes meminerit, sicut Omotarichon Alexis. Inuenio & Hemitarichon: & quod ab hoc plane differt Hemineron. V trunq; Salsamēti genus est. Sed Hemineron e Coracino: quem Alexandrini Hemineron appellāt. Dicitur & Peltes, & Saperda Coracinus, & a nōnullis Aeolias Meotide stagno cōmendatissimus: quanq; alius piscis est Aeolias Epicharmo. Nam & Saperdam Photion p Apua inueterata & arundinibus infixa capit. Item pro Succidia, & Larido, quod Paphlagōes, inquit, Ionden quoq; appellant. Laudantur in salsamētis Delcani, a Delcano amne dicti, quos aliqui Leptinios, & Lebianos cognominant. Item Mylli, quos & Platistacos, & Plastacos nominant, utiq; maiusculos. sed cum parui sunt, Gnotidia, sicut media ætate Myllos. Sunt tamen qui Platistacos, & Plataces eosdem esse cum Coracinis putant. Inter Salsamenta precioſa, est & quod Spondylos uocatur. Athenæus certe id, quod in capite Mugilum Echinata specie conspicitur, Spondylum dici meminit. Item est ubi & ipsum Horæi salsamēti Spondylum cōmendari scribat. Sexitana, siue Gaditana, ex Orcyno, quę Clides & Clidia, hoc est, ex eo Iuguli dicuntur. Quemadmodū ex Antaceis uocatis maxillæ, palataq;. Antaceis nomen uidetur amnis dedisse, in Meotim lacum asiatica parte influens. Magnitudine sunt Delphinis pares, & ipso Cimerij Bosphoro gelu fodiuntur plęrunq;, nullis ossibus spinisq;, ut Herodoto placet. In Borysthene copiosi, carne prędulci, ut ait Plinius. Ex Orcyno sunt & Melandryæ. Sed et pubes eius tota salem accipit, admodumq; pinguis est. Pamphilus Melandryn, genus Thynni grandissimū esse statuit. Diphilus pisces quosdā salsamentarios uocauit Costas. Aetate nostra Greci piscem Hysca, de quo supra dixi, tribus nominibus inueterant. Rhachin partē eius Dorsuariam & Spinalem uocantes. Quam nostrū uulgus, schinalem corrupte appellat. Pleuram, ideſt, costas & latera. Hypocœliō, ideſt, aluum eius atq; pubem. Hunc piscem, ut testati sumus, Italia Sturionem modo uocat. B

EX M. VERG. COMM.

QVem composito ex crudis Thyñorum carnibus et salsura nomine Omotarichō hic nominat, cęteri oēs simplici plærūq; Tarichon dicūt. Salsamentū q̄d pisciū carnibus & sale constat, non simplex, aut unū, sed quot fere sunt in Thynnis ætates, corporis partes, habitus, loca, & piscationis tempora, tot etiam nominibus ab antiquioribus græcis discretum, nec Thynnorum tantum, sed aliorum etiam piscium quorundam carnibus confectū. Eius rei longiorem historiam Athenæus libro primo Dipnosophistæ sui prosecutus est, quæ græcarum literarum peritis in eo legenda relinquimus. Eius autem linguæ ignaris in Barbaro, qui licet breuius q̄ oportebat ex scriptore illo plęraq; collegerit, plura tamen q̄ in latinis inueniri possint exscripta ab eo in Corollario suo fuerunt.

## ¶ De Garro. CAP. XXXIIII.

GArrū omne quod ex piscibus, carnibusq; sale maceratis liquamen est, illitum, depascentia ulcera sistit. Morsis a cane medetur. Dysentericis, atq; ischiadicis infunditur. Nōnullis ut exulcerata adurat. Alijs autem ad lacessanda, quæ ulcera non senserunt. γάρον

BARBARI COROLL.

GArus, & Garū dicitur, a Garo pisce, ex quo olim conficiebat. Postea ex Scombro pisce. Laudatissimum in finibus Carthaginis spartariæ Cætarijs, quod Garū sociorū appellabat, singulis millibus numum pmutantibus, congios pene binos. Nec liquor fere ullus, præter unguenta, maiore in precio erat. Scombri quidē Mauritania, Betica q;, & Carteia ex Oceano in- Pli. li. 31. ca. 7.

Crantes capiebantur, ad nihil aliud utiles. Græci optimum Gari genus putant, quod Hæmation, hoc eſt, Sanguiculum appellãt, ex inteſtinis Thynni, cum brãchijs, ſanie, ac cruore. Garũ, & Clazomenem, & Pompeios, & Leptin nobilitauit. Vitium huius eſt Alex imperfecta, nec collata fex, neutro dumtaxat genere, ut Plinius atq; Flaccus, & primus omnium Plautus efferunt. Si quidem & græci liquamen uocant id, quod puriſſimum ex eo fluxit: id autem quod fecis inſtar in cophino (ita enim uocant) obmanſit, Alex. Vnde liquiminarij dicantur. Quõ etiã pro liquore accipitur, promiſcui gregarijq; piſcibꝰ: ut iam ad Oſtrea Echinos. Vrticas, Cãmaros, Mulorum iocinora pertineat. Cãmari ſunt, quos græci quoq; Camaros appellant: itemq; Aſtacos. Eſt ubi Alecem uero Galeculam fœminino genere ueteres appellant, minutum, uilem q; piſciculum, ut eſt apud Catonem, atq; Plautũ. Columella riualem nominat Aleculam, inter piſciculos, & incrementi parui fluuiorum animalia. De hac uoce quid ſentiremus, in Mœna & Halme diximus. Cœpit uero Garum & priuatim ex inutili piſciculo, minimoq; cõfici. Apuam noſtri, Aphyen græci uocant: qa non alio principio fere, q; ex pluuia naſcat, quaſi Dypſphyes: ob id Apulas Theodorus, nunc Apuas cõuertit. Eundẽ Aphritida q; q; nominãt, & Gonõthalaſſion: qm̃ ex ſpuma tm̃ marina coaleſcat. quanq; Aphyarũ multa gña notant. Sed Aphritis omniũ p̃ſtantiſſima eſt. Quã & Aphrõ, & Aphryan q; q; uocãt. Quæ uero int̃ has alba ẽ, Ciborũ appellat. Meretriculas Athenis fuiſſe quaſdam legimus Aphyas cognominatas, qa graciles & cãdidę magnos haberẽt oculos. Græci Phalericas maxime, pbabãt Aphyas. Foroiulienſes, ex piſce quẽ Lupũ uocãt, ipſi Garũ faciũt. Creuerunt deinde ad infinitũ gña. Nã et ad colorẽ multi ueteris fiebat, tã dilutę ſuauitatis, ut bibi poſſet. Aliud uero, ad caſtimoniarũ ſupſtitionẽ etiã ſacris Iudęis dicatũ, ex piſcib. ſquama carẽtib. Garus latinũ nõ habet nomẽ, ut Auſonius poeta autor ẽ, q & liquorẽ Sociorũ uocauit. Nec ſẽtio cũ q buſdã, q Auſoniũ poetã id uelit dicere q̃d nõ dicit, quaſi ſociorũ Garũ appellauerit antiqtas: ut Grecũ nomẽ Garũ, latini nominis, hoc ẽ, ſociorũ acceſſiõe molleſceret, ita ut quaſi grecũ uideri deſineret. Nõ hoc Auſonius intelligit, ſed illud. Malle ſe inqt uocare Muriã, cũ ſciẽtiſſimi ueterũ, & uocabula greca faſtidientes, latinũ in Gari appellatiõe nõ habeant. Sed q̃cũq; inqt nomine liquor iſte ſociorũ uocetur,

Iam patinas implebo meas, ut parcior ille
Maiorum menſis Apuarum ſuccus inundet.

Mendoſus erat locus. Nam & pro in gari appellatione, legebat ignari. Et pro apuarum, apalaria. Vtrũq; lectioni ueræ legitimęq; reſtitui. Differt porro Garum a Muria, & Alece: q Garũ ex extis Scombri, & quondam Gari piſcis fiebat. Muria ex Thynno fere Antipoli thuriam: inde uero & Dalmatiã nobilitans. Quanq; Muria, ſiue Muries Catoni, Palladio, Columellæ nõ liquamẽ ex piſcibus, ſed ſalſilaginẽ factitiam ad caſeos cõdiendos, uinaq; ſignificat. Erat & ſua ueſtalium Muries, ut inqt apud Feſtũ Verrius, certis pręſcriptiſq; rebus condita: ut quę rituales eſſet, & ad religionis queſita cerimonias. De Alece ſupra dictum eſt. Habetur & Halme dicta, latine Salſugo, & Salſilago, apud Dioſcoridem & Plinium. Quanq; in medendi uſu Salſugo hęc, a Muria nihil diſtat. Habetur & Halos achne, hoc eſt, ramentum quoddã ſalis atq; ſpuma, cuius mentionẽ apud latinos in Plinio tm̃ cõperi. Habet & Oxalme appellata, q; ex aceto & ſale fiat. Nã Gari genus acidi Oxigarũ appellatũ, ipſo nomine ſignificat. Columella Oxigarũ Moreti genus facit, & Oxiporũ q̃q; dici poſſe uult: rationẽ eius cõdendi totius opis fine redit. Videt id nominis habere. quia cum uſus exigit, aceto Garoq; diluit. Sunt & ſua medicis Oxypora, ſicut & Hydrogara, & Oenogara, & Eleogara. Alioqui Eleogaron & ferculi genus erat delicati, quod Sibariticum, miſſum in cœnis appellabãt: qm̃ Sibaritę quo añ id ganeæ in ueniſſent, periſſent, autore Spartiano. Inuenio & Oxiliparõ genus eſſe iuris, in quo Raiæ, ac cęteri eius naturę piſces mãdi ſoleãt. Iſicia quid ſint, nemo ignorat, ſed e piſcibus inueniſſe primus traditur Heliogabalus, inter ganeones potius q; Romanos principes dicendus.

EX M. VERG. COMM.

SAtis in Garo nobis fore credimus, ſi quę corrupta in hoc capite ſũt, in antiquã & uerã lectiõẽ inſtaurata fuerint. Quod fiet, cum breuiter dixerimus, eſſe Dioſcoridi Garũ, nõ ut alijs, q̃d feculentũ carnoſũq; in eo ſubſedit, ſed q̃d liq̃dũ, & aquæ mõ fluens ſupnatat: neq; in piſcibus tm̃, ſed in animalium carnibus Garũ etiam dici, q̃d ex earũ ſalſura exſudatũ, ſiue ut Columella ait, exſaniatum fluxerit. Et qm̃ liquidum ſit, ideo in medicinæ uſu, non illitum dicendum, ut cæteri interpretes uerterunt, impreſſi tantum codicis lectionem ſecuti, in quo καταπλαττόμενον, quod illitum ſignificat legitur: ſed ut nos diximus, meliorum fidem ſecuti, ſi eo foueantur. καταυτλούμενον enim, eſt quod uerbum certam in græcis habet ſignificationem, cum liquore aliquo quidpiam fouemus. Quod totum rei neceſſitas exigit. Fouemur enim liquidis, & inſpergimur, non illinimur. Poſt quam uſus inſtrumis, & canum morſibus rationem aliam docere

quid garum ſit muria.

helio gabalg

aggressus, non ἐνίστε aduerbio, quod interim, & aliquando significat Dioscorides ait, intestinorũ tormina & coxẽdices sanari, sed uerbo ἐνίστημι usus, injici & infundi Garũ oportere dixit: leuis in una tãtũ litera lapsus, sed qui usum Gari in his malis, & oẽm huius scriptoris hac parte intellectũ confundat. Quod aniaduertere alij interpretes debuerãt, nec tam incerto sensu. A

## De Iure piscium. CAP. XXXV.

REcentium piscium Ius, modo per se, modo ex uino potum, aluum subducit. Priuatim ad hunc usum conficitur e gobijs, & scorpionibus, & iulide, e percis, & recentibus alijs saxatilibus, nec uirus recipientibus, simpliciter cum aqua, oleo, & anetho. ζωμὸν ἐκ τῶν πε ρῶν ἰχθύων

### BARBARI COROLL.

SAxatiles Græci uocant Petreos, quos saxosum mare nutrit, ut Merulę, Turdi, Elephetides, Menaluriæ. Tria enim sunt piscium marini genera, siue littoralis. Limosa regio planum piscem educat, ut Soleam, Rumbum, Passerem. Harenosi gurgites pelagium, ut Auratam & Denticem. Saxosum littus, Saxatilem. Inter quos principatus gulæ Scaro. Deinde Turdo, ac Merulæ. Post hos Iulides, Phycides, & Percides, hoc est, Percæ laudantur ab Aetio. Iulidas Theodorus in Aristotele conuertit Iuliam, Diphilus Phycidas, & Phycenas, quasi genera duo, sed uicina tamen inter Saxatiles enumerat. Porro contrarij Saxatilibus uidentur, quos Hippocrates Planetas, & Cymatophlegas, hoc est, Errones & fluctiuagos appellat. pisces saxatiles.

### EX M. VERG. COMM.

SAxatiles, qui a Dioscorid. numerãtur hoc capite, cuncti pisces sunt: non ideo tamẽ, quod Barbarus fecit, mutandus capitis titulus erat. Neq; enim de carne eorũ agitur hoc loco, sed de esculento iure, quod coctis piscibus his fit, quo dejci posse aluũ hic scriptor ait. Sunt autem Aristoteli, Plinio, multisq; alijs Saxatiles pisces, quos saxosum littus nutrit, in ægrotantium cibis a Paulo Aegineta sæpe laudati. Eorum iure hic dejci aluum iubet, sic tamen, ut simpliciter, id est, nullo addito condimento, aut sapore alio, in aqua præter ab eo numerata, oleum & anethum coxisse eos oporteat. Nos salem ex ueterum codicum lectione, & Paulo Aegineta adiecimus. Quod & antiqua Dioscorid. interpretatio habet. Cuius licuit mihi uidere antiquissimum, & Longobardis literis scriptum codicem, incorruptæ antiquitatis, multa adhuc uestigia seruantem, in quo etiam sal oleo, anethoq; additur. B

## De Cimicibus lectularijs. CAP. XXXVI.

CImices, qui in cubilibus enascuntur, cauis fabarum inclusi, si ante febriũ significationes septeni deuorẽtur, quartanis auxilio sunt. Et citra fabas illiti, percussis ab aspide prosunt. Vuluarum exanimationes olfactu reuocant. Poti cum uino, aut aceto, adhærentes sanguisugas abigunt. Triti, & urinariæ fistulæ impositi, stranguriam leuant. κόρεις

### BARBARI COROLL.

CImices lectarios, græci Cores Clinicos appellant, ad differentiã syluestriũ, in maluaq; nascentiũ, ut arbitror. Aduersant aspidibus Cimices, adeo, ut gallinas quo die hoc animal ederit, interfici ab illis negent. Contra Cimicibus Scolopendra, ut quæ suffitu necet eos. Plin. l. 29. ca. 4.

### EX M. VERG. COMM.

FOedissimum sane animal, dictu quoq; fastidiendum Cimex: ob quem non male descensurus ad inferos Bacchus, in lepidissimo græcorum Comico, iter illud ostendi sibi precabatur, & eas dari cauponas, in quibus paucissimi Cimices essent. Nihilominus concordia illa rerum, & repugnantia, quæ totam duce natura explet medicinam, quod homini prodesset, aliquid in eis esse uoluit, non omnibus. nam in lectis inueniuntur Cimices: inueniuntur, & in oleribus aliquot: præsertimq; in Malua, quos Plinius Agrestes nominat. Sed his tantũ qui circa nos nati contra quartanas a Dioscori. numero septem cauis fabarum inclusi deuorari iubentur. Quod remedij genus falsum, nec referendũ Plinius dixit, damnauitq; agrestibus tantum Cimicibus id tribuens: & præter fabas, ouo, ceraue includi ostendens. Quod miretur aliquis in eo, qui noua, superstitiosaq; hæc in medicina remedia magnopere amaret. Nos in plæbe & agro uidimus aliquãdo id fieri, dariq; in cunctis febribus forbendos, tritos in

C puluerem Cimices. Contra aſpides prodeſſe eoſdem teſtis itidem Plinius. Sed quod nouiſſe in Dioſcoride oporteat, non καταπλασθέντας, id eſt, illitos, ut fere Græci omnes habent; ſed ut in melioribus adhuc legitur, καταποθέντας, quod eſt, deuoratos.

## ¶ De Millepeda. CAP. XXXVII.

κονδαρίῳ

MIllepedæ, quæ ſub aquario uaſe ſtabulantur, animalia ſunt multis pedibus nitentia, quæ contacta manu, contrahunt in orbem. Hæ ex uino potæ, difficili urinæ, & regio morbo auxiliantur. Millepedas illini anginis utiliſſimum. Tritæ, & in cortice mali punici calfactæ, doloribus aurium, addito roſaceo, conuenienter inſtillantur.

### BARBARI COROLL.

Plin. lib. 29. capi. 6. li. 30. ca. 5.

ONos, latine Millepeda, Centipeda, Multipedaq; dicit: Græci & Oniſcon, & Tilon quoq; uocant: Galenus & Cyamon, a fabæ ſimilitudine, fuſcum colore. Photion & Iulum dici credidit. Sed Iulus Vermis terreus eſt potius, quem Lumbricũ uocamus. Athenæum ſequor. Piloſa hæc, & arcuatim repens. Aliud genus Multipedæ habetur, quæ non arcuatur, Seps uocata, & Scolopendra minor: quæ pernicioſa quoq; eſt. De hac paulo poſt tractabitur. Illud meminiſſe oportet, Onon & Millepedam uocari & quoddam locuſtæ genus, ut dicetur. Oniſcos & piſcis eſt, quem nos Aſellũ dicimus, duos in capite lapillos, & cor in uentre habens ſolus omnium: hunc Græci etiam Banchon, & Chellaren, ſiue Gallarian appellant. Eſt & Mugilis genus unum cognomento Banchos, id uidelicet, quod ab Ariſtotele Chelones dicuntur, omnium minimi. Porro non deſunt, qui inter piſces Onon ab Oniſco dirimãt, Onon & Gadon uocantes, Oniſcon uero Gallarian, ſiue Galleridan, atq; Maxinon. Nam Onias Scari genus eſt. Sunt enim Scari alĩ Oniæ, alĩ Aeoli cognominati. Oniſcos porro Hippocrati uulnerarium inſtrumentum eſt, ad luxata corporum, Aetius Oniſcon marinum, ad uitia interaneorũ com-

D mendat. Piſcem intelligat, an uermem, non ſatis ſcio.

### EX M. VERG. COMM.

NOtæ omnibus Multipedæ hæ, nullibi non in humidis & aquoſis naſcentes: Græci a liuido colore ὄνους, quaſi Aſinos eas uocauerũt. Antiquiores Romani a numero pedum, noſtra ætas & gens a totius corporis ſpecie Porculos uocauit. Eas nos in aquoſis & humidis agere potius, q; ſub ſitulis diximus, Paulum Aeginetã, & rem ipſam ſecuti. Frequentiores enim in humidis, q; ſub aquarĩs uaſculis inueniuntur: & ille non ὑπὸ τὰσ ὑδρίασ, quod eſt, ſub hydrĩs, ſed ὑπὸ τὰσ ὑδρείασ, quod eſt, ubi hauritur & tractatur aqua, inueniri & agere Multipedas has dixit. Meminit earum lib. 5. de animaliũ hiſtoria Ariſtoteles, quo loco de pediculis animalium agit, quos in piſcibus ſimiles Multipedis his eſſe dixit, præterq; in cauda, quã illi latiorem habent. Vocauitq; ὄνους πολύποδας, id eſt, Multipedes aſellos, quoniam ὄνου, id eſt, aſelli nomen hoc commune uagumq; per multa animalia in græcis ſit: nam & in quadrupedum genere, piſcium, & locuſtarum aſelli nomine aliquid indicatur: quam ob cauſam Multipedes ille adiecit, idq; animaduententes latini ueteres, a pedum numero Multipedas eas uocauerũt.

## ¶ De Blatta piſtrinaria. CAP. XXXVIII.

σίλφη ἐν τοῖσ ἀρτοκοποίοισ

BLattæ eius quæ in piſtrinis inuenitur, interanea trita, aut cum oleo decocta, aurium dolores inſtillatu mitigant.

### BARBARI COROLL.

Plí. lí. 29. ca. 6.

BLattas, Græci dicunt Silphas: ridendo cuiuſdã errore, qui Silphiophoron Cyrenis agrũ, hoc eſt, ut Catullus inquit, Laſerpitiferũ, a Blattis cognominatũ, ratus Blattiferũ, conuertit in Strabone. In his pinguitudo quædã eſt, capite auulſo, quæ celerrime trãſit in uermiculũ. Plura earũ genera: Molliũ, & q̃d Mylloecon appellauere, quoniã circũ molas fere uiſat, fortaſſe quã Mylacrida noĩnat Ariſtophanes. Tertiũ genus odoris tędio inuiſũ, & exacuta clune faſtidiędũ.

### EX M. VERG. COMM.

LOnge breuior, q; Plinius in Blattarũ remedĩs Dioſcorides eſt. Ille longiore hiſtoria Blattarum genera omnia, & ſingulorũ priuatim remedium aliquod proſecutus eſt: hic in uno genere unum tantũ remedium docuit. Cauſam peritiores conĩcient. Nobis ad ſuſpitionem inclinat animus: facitq; in aliorũ abundantia tanta capitis huius paupertas & breuitas, ut ſuſpicemur non eſſe integrum hoc caput; neq; ex antiquioribus, & melioribus Græcis, quæ id oſtendant,

Hosted by Google

coniecturæ desunt. Sed male sola suspitione de re aliqua censetur, ob id consulto eas relinquimus. Est autem in Plinio locus libro uigesimonono capite quinto. A

## ¶ De Pulmone marino. CAP. XXXIX.

PODAGRAS, pernionesq; emendat Pulmo marinus recens, tritus & illitus. πνεύμων θαλάσσιος

BARBARI COROLL.

MArinus pulmo, Pneumon thalassios a Græcis uocat. Pulmo etiã Pleumon dicit attice.

EX M. VERG. COMM.

QVales in mari Pulmones sunt, nouerũt qui ad mare habitant, fruticum natura magis q̃ pisciũ: & in eorũ censu & ordine, quæ a ueteribus Græcis ζωόφυτα, medio inter plantas & animalia habitu dicta sunt. Nomen illis similitudo fecit. Pluriũ dierum in pelago hyemẽ Pulmones marini portendunt: & in sanandis hominũ aliquot morbis egregias habent uires.

## ¶ De Suillo pulmone. CAP. XL.

SVillus, & Agninus, Vrsinusq; pulmo impositu, intertrigines ab aquis contractas, ab inflammatione tuetur. χοίρειος καὶ ἄρνειος καὶ ἄρκτειος πνεύμων

## ¶ De Vulpino pulmone. CAP. XLI.

PVlmo Vulpis si arefactus bibatur, suspirioſos adiuuat. Adeps quoq; liquefactus, infususq;, auris dolorem finit. ἀλωπέκειος πνεύμων

PVlmones Equini, Suilli, & Vrsini, cęterorũq; animantiũ, ex Dioscoridis instituto referẽdi erãt. In his quãdo nihil erat scitu admodũ dignũ, ad diuerticula multę lectionis uenimus, q̃ nec inutilia, nec iniucũda futura sint lectoribus. Suem igit Græci Hyem uocãt, & Sin, & Hyn. Aliquãdo Thytem, q̃ a suillo pecore antiqui principiũ imolandi sumpserint lactentẽ porcellum, qui & Sub grumus est: Græci Orthragoriscon uocãt, quia matutinis uenales essent. Sed cõmuniori uoce Galathenon, Agnũ Amnon, & Arna, & Arnon, & Rhena Hippocrates. Agnam Amnada, & Amnida, Hircũ tragon, & Aegyptia uoce Murem. Vrsum Arcton, Arcon ue. Arietẽ Veruecemue Crion & Cilon, præcipue sectariũ. Vulpem Lampurim & Alopeca. Est & uolucre animal, & piscis hoc nomine. Græci certe Alopecis uocabulo, in medicina quãdoq; intelligũt carunculas musculares eas, quę utrinq; lumbos anialis quasi uestiũt: quas Hippocrates Psyas, Aristoteles pro lũbis ipsis Psoas, & Psoeas, Hieronymus Psyas pro renibus accepit. Alij Neurometras uocãt. Earũ porro caua, inanitatesq; partiũ, Cibos nominãt, & Lagonas, nos Ilia: unde Lagonoponos, qui sit dolor Iliũ, alius q̃ qui laterũ dolor appellat, hoc est, Pleuritis. Vulgus eã partẽ græca uoce, sed luxata inuersaq; significat, non lagonẽ dicendo, sed Galonẽ. Dicta uero Ilia existimo a tenuitate, q̃ ea pars imbecilla, subleſta, ianis, & flaccida sit. Obid & Ceneones itẽ Lagones uocatos, Athenęus auctor diligẽtissimus affirmat. Nam & Lagana, & Artolagana hinc nomẽ habuere, quasi lagara. Porro Ina, & Ila gracilis est pellicula, ut Festus prodidit: unde Ilia crediderim fuisse notata. Quãdoquidẽ tenuiora quoq; intestina, q̃ in homine, atq; oue Lactes proprie uocant, ut Plinio placet; Ilas ueteres appellauere. Theodorus certe Gaza, Lactes interpretat, pro eo quod Græci Mesenterion appellãt: nec quẽ sit auctorem in ea re secutus uideo. Ileos certe morbi genus est, ita Græce dictus: nec arbitror, aut Ilas, aut Ilia hinc esse deriuata. Ina quidem Græcis & neruum, & uim significat. Dicitur Sus a Græcis etiã Choeros, hoc est, porcus. Nam Porceta est, quæ semel peperit, Scropha quæ sæpius. Mulieres inquit Varro nostræ, nutrices maxie, naturã qua fœminæ sunt, appellant Porcũ, & Græci eadẽ significatione, Choeron, siue ut Athenæus inqt, Delphaca: unde qui fratres sunt Adelphi nominant, hoc est, uterini. Porro Delphax porcus est adultus, atq; masculus, ut grãmaticus Aristophanes existimat, Coheros uero dum adhuc tener est. Alij cõtra uolũt. Hippocrates usum carnis e Choero dãnat, cum e Sue, hoc est, ὑὸς cõmendet. Certe Delphax, & pro fœmina Sue capit quãdoq; a poẽtis, sicut & Chioeros quoq; apud Iones. Opimas Sues Græci quidam sunt qui Petalidas, & Larinas cognominẽt. Alterũ nomen a uitulis deriuatũ est, quos illi Petalos appellãt: ubi patula habere cornua cœpere. Alterũ a bubus, quos e pastoris nomine Larinos uocabãt, siue a Larina Epiri uiculo, siue a græco uerbo saginã significãte. Dicitur Sus & Verres, & cũ exectus est, Maialis: ut in gallis gallinaceis Capi, & in equino genere Cantherij; quia seminis usu careant. Nam Canthelios Græci pro segnibus accipiunt atq; tardis: ab

BARB. Aristo. de partib. animaliũ lib. 3. cap. 6.

B

C asinorũ similitudine, quos Canthonas appellant, a clitellis, quas Cantheleos uocant.

EX M. VERG. COMM.

SPirandi officina Pulmo est, attrahens ac reddẽs animã, idcirco spongiosus ac fistulis inanibus cauus, quibus aperiens se excipiat, contrahens uero aerem reddat: eamq; ob causam operatione follibus in fabrica, figura autẽ bubulæ ungulæ similis est. Preciosum uitę instrumentũ, & quod nõ ratione hac tantũ eam a morte distinguat, sed ex bestijs, quadrupedibusq; aliquot homini medicinã faciat. Quã nos certius docere cupientes, quod in impresso codice legebatur ὑδάτων, quod aquarũ significat, ὑποδημάτων, id est, calceorũ necessario mutauimus. Obseruauimus etiã in Vulpino pulmone monere Paulum Aeginetã, non simpliciter ζηρανθέντα, quod est siccatum, sed σκελετευθέντα, id est, sale inueteratũ suspiriosis prodesse. Quod adijcere his placuit, ut siccandi eius exti certiorem rationẽ legentes haberent.

## ¶ De Asinino iocinere. CAP. XLII.

ἧπαρ ὄνειον

ASini iecur inassatum, esu comitialibus prodest. Verũtamen ieiunis edendum præcipitur.

ARBARI COROLL.

Pli. li. 32. ca. 11.

HAberi & piscem ferunt, qui a iecore dicatur Hepar, & Hepatus, qui felle careat, in capite lapillos duos habẽs, ostrei colore, sed rumbi forma. Hinc Eubulus, Rebaris, inquit, carere bili me, nec mecum aliter q̃ cum Hepato pisce loquebaris. Hunc Phagro, & Rubellioni similem Speusippus facit. Archestrato, Lebias uocatur. Inter saxatiles a Diocle ponitur. Color ei niger ab Aristotele tribuitur, oculi maiores, q̃ pro corpore, cor triangulum atq; candidum. Et hæc dixisse in transcursu nihil officit.

EX M. VERG. COMM.

COntinuata historia in uetustioribus & melioribus græcis de aliquot animaliũ iecore agitur: neq; ab re. Male enim a toto partes, & a genere species alterius rei intercessione separantur. Eorũ nos fidem & rei rationẽ secuti, de omni in scriptore hoc iecore deinceps egimus: nihil

D Dioscoridi nociturã ab impresso codice mutationem hanc nostrã opinati: præsertim ut diximus, meliorũ uetustiorumq; fide & rei necessitate confirmatã, neq; ex his quę reliqua in animalibus mox dicẽda erunt quidpiã auferẽtes. Multũ, longeq; plus q̃ cordi, iecori detulerunt antiqui aruspices: caput extorũ in eo constituentes, & eius notas omnes ad futuram fortunã diligentius obseruantes. Plato etiã, excepta iracũdia, affectionũ aliarum omniũ nostrarum sede in eo constituta, multas et graues quæ in exto illo fiunt labes, ut nos credimus, contemplatus est: pro quarũ multiplici curatione, ut aliquã naturæ gratiam idem referret, medicinę se miscuit, & ex diuersis animalibus diuersa curauit, & adhuc curat mala.

## ¶ De Genitali Cerui maris. CAP. XLIII.

αἰδοῖον ἄῤῥενος ἐλάφου

GEnitale masculi Cerui tritum, & in uino potum, a uipera demorsis auxiliatur.

BARBARI COROLL.

GEnitale Cerui, Aedœon Elaphu, Græci appellant. Lydi genitale ipsum Acylon uocãt, ut in Fago diximus. Est & piscis nomẽ Aedœon, q̃d & nos Genitale nũcupamus marinũ, a non nullis Halesurion græce dictũ: q̃q̃ Halesurion sunt qui pro Callionymo pisce capiant.

EX M. VERG. COMM.

CErtius libro sexto remedium hoc Paulus Aegineta docuit. siccari enim prius: tum teri, sicq; cum uino bibi Genitale id Cerui iussit, addiditq; misceri remedijs, quæ ad Viperarum morsus componuntur.

## ¶ De Vngula Asini. CAP. XLIIII.

ὄνυχες ὄνων

VNgularum asini cinis, per dies multos binis coclearibus potus, proditur comitiales adiuuare. Eædem oleo subactę, strumas discutiunt. Et illitæ pernionibus medentur.

BARBARI COROLL.

VNgues Græci Onychas, & Oplas uocant.

Hosted by Google

EX M. VERG. COMM. A

DEsyderabunt non sine causæ, frustra tamen legentes, quo humore dilutus Asininæ unguis cinis comitialibus bibendus sit: nihil enim aliud in scriptore hoc legitur, & nos ex alijs scriptoribus nihil habemus, quod in ea re moneamus. Iudicio id medicorum seruabitur, qui malo illi noxios humores omnes uitabunt: quale in primis uinum est.

## ¶ De Lichenibus equorum. CAP. XLV.

LIchenes sunt in equorum genibus, & super ungulas indurati calli, qui triti & in aceto poti comitialibus mederi traduntur. λειχῆνες ἵππων

BARBARI COROLL.

IN equo Lichen, & Hippomanes haberi solent. Lichen os est, dentibus caninis simillimū, in genibus & super ungulas animalis eius agnascens. Hippomani uero tantæ in ueneficia uires sunt, ut affusum æris mixturæ, equæ Olympiæ, admotos mares equos, ad rabiem coitus instimulet. Est & herbæ genus Hippomanes Hesiodō, quod & Seruius testatur. Nomen hoc & Dioscorides duabus herbis tribuit, ut post constabit. Sunt & Limi arborū Lichenes appellati. Est & herba Lichen uocata. Græci & Impetiginem Lichenas uocant. Hippon Græci equum, Celtæ, qui Breno duce Græciam inuasere, Marcam uocant, auctore Pausania. De qua Plini. lib. 20. cap. 4.

EX M. VERG. COMM.

CVtis uitiū & aspredo græcis Lichen est, latini Impetiginem id malū dixerūt. Eius natura est, quoniā ex salsa pituita, flauaq; bile fit, ut quales ex fictilibus crustosæ squamę decidūt, cum sallugo in eis aliquādiu fuerit, sic ex hominis cute squamulæ etiam decidant. Hæ cum diutius in cute hæserunt callosam contrahūt duriciem, & ab harū similitudine in genibus & unguibus equorū excrescentes callos, Lichenas Græci dixerunt, quibus ad medicinā usa est antiquitas. Meminit earū Plin. li. 28. capite decimo, meminit & Paulus Aegineta: qui præteq; comitialibus omniū uenenatorum morsibus mederi etiā ait. Facile est in equis id uitium obseruare. Plinius adnatū in his equi partibus os esse dixit. Hic non magis os, q; quo uoluerit aliquis nomine appellare. Non esse autē os, indicat quod hic ait, ἐν τετυλωμένοις, quod est, in callum duratos: fieriq; κατ' ἐπιγναφὴν, non κατ' ἐπιγραφὴν. Nihil enim hoc significat: illud autem ἀπὸ τοῦ γνάμπτειν, quod est, flectere in flexu genu, & unguis fieri, & durari ait. Lichenes λειχῆνες

B

## ¶ De Vngula capræ. CAP. XLVI.

VNGVLARVM caprinarum cinere peruncta ex aceto, alopeciæ sanantur. ὀνύχων αἰγῶν ὄνυχες

BARBARI COROLL.

CApra græce uocatur Aex: quarū sylueſtres, atq; feras in Samothrace nasci Varro scribit, Platycerotas uocatas. Quem locū in auctore illo deprauatū omnibus exēplaribus corrigendū monemus. Non em Platycerotas, sed latine Rotas legit, ubiq; sæculis cōniuentibus. Capras a carpendo dictas, idē Varro scripsit. Has & Chimaras Græci uocant, & Chimaron, & Enorchā Theocritus, qui sit caper: q; idem Varro Caprū dici proprie uult, qui sit excastratus.

## ¶ De Caprino iocinere. CAP. XLVII.

CApræ inassati iocineris decidua sanie, inungi luscioſos prodest. Et dum coquit, apertos oculos uaporari. Carnes assas uesci per q; utile. Tradunt Hircini iocinoris cibo comitiales deprehendi. ἧπαρ αἰγὸς

## ¶ De Apri iocinere. CAP. XLVIII.

LEcur Apri recens si arefactum teratur, ex uino potum, contra serpentium, uolucrumq; morsus auxilio est. κάπρου ἧπαρ

BARBARI COROLL.

CAprinū, & Aprugnū latine dici posse uideo. Aprum Græci, Capron uocant & Syagron. Siculi Aschedoron, ut est apud Aeschylum. Poëtæ item Clunim, ut in Truculento Plauti clunum pecus, legendū censeam, chluninū. Nam & Aristoteles suem ferum Chlunin uocat. Suillum præfertur omnibus Aetio, si quis, inquit, animal id arida fico pauerit. Quod genus Græci Sycoton appellant. Vnde ortū puto, ut imperitū uulgus omnia iocinora uocare Ficata cœ-

Hosted by Google

C perit. Sane, ut meminit Aristoteles, suem præcipue alunt, & opimant ficus, & cicer.

## ¶ De Cane rabioso. CAP. XLIX.

ἧπαρ κυνὸς λυσῶντος

IEcur Canis qui rabie exagitatur, ab emorsis sumptum, ne tententur metu aquæ tueri creditur. Vtuntur autem ad arcendos aquæ pauores dente eo, qui Caninus dicitur. Hunc a cane qui momordit exemptũ, & folliculo inditum, pro amuleto brachio adnectunt.

BARBARI COROLL.

CAnem græci Cyna uocant. Poëtæ Acamythion, rabiosum, Lyssonta.

## ¶ De Soleis ueteramentarijs. CAP. L.

καθυμάτων παλαιὰ λίγματα

VEteris Soleæ crematæ illitus cinis ambusta igni, intertrigines, necnon calciamentorum attritus sanat.

BARBARI COROLL.

COrium e calceo, græci Cattyma, & Cassyma uocant. Nostri Veteramentũ, & Veteramentarios artifices appellant, quos Græci Palæurgos. Sicut Vetera menta quoq; ipsa Palimpega, & Palindoria. Hinc & Veteratores fortasse dicti, a confuendis fraudibus. Nam & apud Græcos Cattyma, furtum, dolumq; significat. Nam Alutarij sunt, qui ex aluta, hoc est, concinnato corio pellicium opus faciunt: unde Alutamentum, ut Veteramentum. Pelliones quoq; ab ijs differunt. Sed hæc instituti huius non sunt. Corium certe pecudis, fugillata ui prædicant. Vt propterea utilissimũ sit ad eos, qui uirgis cæsi fuerint. Pellis certe Calcedonia, in Hippocrate habenam mollem, Cornelio significat.

EX M. VERG. COMM.

SIccat cremati corij cinis, ideoq; exulcerationibus medetur. In quem usum non satis integro sensu illini hic iubet. Desyderatur enim, ex quo liquore, aut unguine illinendus sit. Barbarus ex Lini oleo fieri id ait, cum tamen in scriptore hoc, quod hactenus legerim, nihil huiusmodi inueniatur. Nos illud monemus, non esse herbarij, & eius qui medicam materiam tantum doceat, usum eius docere. Priuatim enim a medicis instituendus, & tractandus hic est: ideoq; non esse certam eius rei disciplinam, sed oportere medicum his uti, & in usu ea addere, quæ utiliora & aptiora fore ille coniecerit.

D

## ¶ De Mergi iocinere. CAP. LI.

ἧπαρ ἰτέας

SIC catum Mergi iecur, & ex Hydromelite binis cochlearibus potum, secundas expellit.

BARBARI COROLL.

MErgum Aethyiam Græci uocant. Et poëtæ Dypten. Alioquin nihil aliud est Dypres uerbum ex uerbo, & Mergus. Poëtæ Græci etiam Poigas, & Bungas dicunt aues eas. Photion auctor.

## ¶ De Gallina. CAP. LII.

ἀλεκτορίδιον ἀναστοχισθὲν

DIssectæ Gallinæ, & adhuc calentes appositæ, serpentium morsibus auxiliantur. Sed identidem alias sufficere oportet.

## ¶ De Gallinaceo cerebello. CAP. LIII.

ἀλεκτορίδιον ἐγκέφαλος

GAllinarum cerebellum in uino bibendum datur contra serpentium morsus. Sanguinem a cerebri membrana profluentem sistit. Subdita autem uentriculo Galli membrana, cornu non absimilis, cuius pellis in decoctionibus detrahi solet, siccatur, tritaq; in uino conuenientissime stomachicis datur in potu. Ius e uetere Gallinaceo, aluum soluit. Abiectis itaq; interaneis, salem conijci oportet, & consuto uentre, decoqui in uiginti sextarijs aquæ, donec ad treis heminas redigantur. Totũ

Hosted by Google

id refrigeratum ſub diuo, datur. Aliqui incoquunt olus marinū, mercu- A
rialem, cnicum, aut filiculam. Crudos humores craſſoſq; atram bilem & ſtrigmenta elicit. Prodeſt longis febribus, ſuſpirijs, articularijs morbis, & inflationibus ſtomachi. Eorum uenter ſale conditus, & in umbra ſic- catus, cōtra eximias uacuationes medicamentorum trium drachmarum pondere, præſenti eſt auxilio. Quandoquidem protinus deiectiones co hibet. Teri autem debet in farinam, & aqua ſubactus dari.

## BARBARI COROLL.

GAllos gallinaceos Alectryonas, & Alectoras Græci uocāt, quia nos a lecto exuſcitēt. Gal linas uero Alectoridas, & Ornithas. Ariſtophanes Alectoras qui mares ſint, Alectriænas quæ fœminæ. Alectro nas utrumq; continere, ludens in comœdia monſtrauit. Inuenias et pro mari bus Alectoridas acceptos, ut inquit Athenæus. Alexarchus Caſſandri Macedonum Regis fra ter, is qui Vranopolim condidit, Gallum Gallinaceum Orthoboam uocabat, conficto nomi ne: in quo uel ambitioſiſſimus fuiſſe dicitur. Athenæus pullos Gallinaceos a Græcis Hippos, hoc eſt, quaſi equulos uocari ſcribit: credo, quia pulli proprie ſunt equorum. Dicitur & Pulla ſtra. Sed & iubas & capillum Græci Alectoridas appellant. Perſæ etiā coruos hoc nomine ſi- gnificant. Iure Gallinaceorum perunctos, Pantheræ Leoneſq; non attingunt, præcipue ſi & al lium fuerit incoctum. Si Gallinarum membra auro liqueſcenti miſceantur, conſumunt illud in ſe: ita hoc uenenum auri eſt. Inteſtina Gallinarum, cum rebus alijs incocta, ueteres Gigleria uocabant. Gallinarum tria genera, Cortalles & Villaticæ, ſiue quod idem eſt, Cortalis: de qui bus medicinæ hoc loco habentur. Item Ruſticulæ manſuetæ, ac feræ non diſſimiles, Villaticis aucupio quæſitæ. Varro Africanis ſimiles aſpectu, ac facie incontaminata ſcripſit. a quibus p productionem uocabuli Gallinaria inſula uocatur, in mari Tuſco Liguſticoue, contra Intemi lium & Albingaunum. Gallinæ Africanæ ſunt grandes, uariæ, gilberiæ, Meleagrides appella- tæ a Græcis, ut Varro putat. Columella Numidicas eaſdem quibuſdam eſſe cum Africanis B
tradidit. Africanas uero non Meleagrides, ſed ijs ſimiles, niſi q; rutilam criſtam capite gerunt, quorum utrunq; ſit in Meleagride cęruleum. Clytus Ariſtotelis diſcipulus, Meleagridas Gal- linę deſcribit noſtratis magnitudine, paruo capite, ad portionem corporis, & glabro, criſta car nea, ſed rotunda, & prædura, quæ paxilli modo promineat, colore ligni, ab ore ad malas ca- runculam pro mento eſſe, ſed rubriorem q̄ Gallinaceo generi. Etenim mentum uocari car- nem, quam Gallinæ in roſtro habeant: hoc Meleagrides carere. Roſtrum acutius, & maius q̄ Gallinæ, ceruix breuior & craſſior, atq; nigra. Corpus uarium, maculis in nigro candidis, fre- quentibus, per interualla maioribus lenticula, ſoleæ figura, uel orbiculis ut alæ, ſerrata ſpecie, digeſtis in quendam uerſum maculis lucentibus. Crura ſine calcaribus, cætero ſimilia Galli- nacels. Mares a fœminis internoſci ægre poſſunt: tam eſt in ſpecie germanitas. Pullos ſuos ue lut peroſæ negligunt. Nam Medicæ, a Media, quaſi Medicæ generi uillatico aſcriptæ ſunt: pro pter magnitudinem in Italiam tranſlatę: cuiuſmodi Patauinæ modo ſunt, Puluerarię cognomi natæ, a uico, ubi grandiſſimæ, ac ſpectabiles maxime naſcuntur. Quas Turcarum Rex is, qui Conſtantinopolim ætate noſtra cœpit, ui muneris magni loco, a ſenatu miſſas habuit. Ad Pu gillatum atq; prælia Græci e Boetia Tanagricas, itē Rhodias, ut Athenęus & Columella, Mar tialiſq; apud nos, nec minus Chalcidicas & Melicas probauere. Quidam Alexādrinas ex Ae- gypto. Pauſanias Boeticarum duo genera deſcribit, alterum prę̄liare, alterum Coſſyphos, qua ſi Merulas appellans. Magnas inquit, alit Lydia, ſed colore coracino, calcaria & apex Anemo næ floris macula modo rubent. In roſtro ſummo, & in cauda item ſumma candidæ. Ex omni- bus generibus Cortales, fœminæ proprie appellantur Gallinę. Mares Galli ſeminares, qui Ca pi hoc nomine uocantur, cum ſunt caſtrati. Gallinas Græci quandoq; uocant in comœdia My lacridas. Quanq̄ Ariſtophanes ita appellat beſtiolam inter molas naſcentem. Adrianas, ſiue Adriaticas Gallinas, Chryſippus exiguas intelligit, eaſq; ab Athenienſibus expetitas comme- morat. Ariſtoteles quoq; paruo eas corpore, ſed feroces, & quæ pullos plærumq; ſuos oppri- mā̄t. Gallinas primi ferūtur habuiſſe Perſę, ut Meleagridas Aetoli, & Pauos, ſiue quod idem eſt, Pauones Samos inſula: quos Græci quoque Taos, & Taonas bifariam, ut nos appellant. Et Antiphon orator, aues uarias. Attici Taos, circumflectētes & inſpirantes ultimæ pronun- ciant, ut Athenæo placet.

Plī. li. 37. ca. 10
lib. 11. capit. 7.
lib. 29. cap. 4.

## ¶ De Ouorum natura. CAP. LIIII.

ὠὸν τὸ ἁπαλὸν

OVum molliculum plus alit ſorbili, & durum plus molli. Luteum oui, contra oculorum dolores utile eſt. Inaſſatum, ſedis inflammationibus prodeſt, cum croco & roſaceo. Et condylomatis cum meliloto. Cum uua autem fruticis eius quem Rhoa dicunt, & Galla in patinis frigitur, ut cibo aluos ſiſtat. Per ſe etiam offerri ſolet.

## ¶ De Candido oui. CAP. LV.

λευκὸν τοῦ ὠοῦ

CAndidum Oui crudum, refrigerat. Spiramenta cutis obſtruit, inflammationes oculorum infuſum lenit. Ambuſta ſi ſtatim eo perungantur, puſtulas non ſentiunt. Faciem a ſolis aduſtione tuetur. Fronti impoſitum cum thure, fluctiones arcet, auertitq; . Inflammationes oculorum lana exceptum, addito roſaceo melle, & uino, mitigat. Vtiliter contra hæmorrhoidum morſus crudum ſorbetur. Summe tepidum prodeſt ueſicæ roſionibus, renū exulcerationibus, fauciū ſcabricię, reiectionibus ſanguinis, deſtillationibus, & thoracis reumatiſmis.

## BARBARI COROLL.

OVum græci Oon uocant, cognomentis diſtinguitur: tenerum, ſiue liquidum, ſiue ut Cornelius, molle. Apalon Græci uocant: quod recentiores Elixum, & ſemicoctum interpretantur. Scleron, hoc eſt, durum, quod ita ſit coctum ut indureſcat. Sorbilia dicuntur, id eſt, Ro
D pheta, quæcunq; tantum incaluerunt. Quæ uero plus coquuntur, appellant Ephtha. Sunt & quæ Trometa, hoc eſt Tremula dicantur, optime alentia, etiam ſi facilius tranſeunt ſorbilia. Sed hęc alīs aliter cognominant. Et quantū conīcio, tenera & tremula ſunt eadem, ſicut & Sclera, & Ephtha. Habentur & quę Teganiſta, a patellis, & ſartagine dicantur, ſucci deterrimi. Mala ſunt, & Optethenta, hoc eſt, toſta cinere. Ideoq; iīs anteponuntur quæ Gręci Exapheta, ſiue Pnicta nominant, hoc eſt, quę in aquam calidam mittuntur, immerguntur q; cum garo, uino, & oleo coquenda lento igni, ac modice coagulanda, ut inquit Paulus. Nam & quoddam obſonandę carnis genus, Pnicton ipſi uocāt: quod equidem haud reor multum diſtare ab eo, q̄d Anabraſton appellant. Sunt & quę uulgo dici ſolent Ootaricha, ideſt, oua ſalſa, inueterataq;, abdicandi uſus. Nunc oua piſcium ſalita in offas, aut in paſtillos durata, incluſaq; membranulis, Oua Taricha dicuntur, inter lautiſſimos recepta cibos. Præferri uolunt omnibus ex gallina, ut Paulus inquit, ac fere Galenus. Item ex Phaſianis, Perdicibus. Peſſima dicunt anſerina: quanq; proprietate illa cōmēdentur, quaſi promptum ingenium faciant, ſi quis crebro utatur cum butyro, & melle. Schiſta quoq; oua, Plinius appellat tota lutea, quæ triduo incubata tolluntur. Cauſa nominis, ut arbitror, quia diuidantur, & diſcedat uitellus a candido. Firmitas putaminis tanta eſt ouo, ut recta, nec ui, nec pondere ullo frangatur, nec niſi paululum inflexa rotunditate. Putamen in aceto maceratorū mollīt. Candidū ex iīs, ſiue ut Columella inqt, albus liquor, ſiue ut Palladius, albor oui, admixtū calci uiuę, glutinat uitri fragmenta. Vis uero tanta eſt, ut lignū perfuſum ouo nō ardeat, ac ne ueſtis q̄dem cōtacta aduratur. Luteum & Vitellus oui dicitur, quem Græci mō Lecython, modo Chryſon uocant. Hippocrates etiam Chloron. Oua quę non ſint recentia, ueteres appellabant reqeta. Eſt et uaſculi genus Ouum, ab ouali ſpecie. Sicut & quod Ooſcyphion Gręci uocāt. Sed & ipſum cœlum a ueteribus Ouum dici ſolitum, & hominem quoq; ceu quandam cœli paruam imaginem comperias.

VERG. MOnebimus legēres, mollis, ſorbilis, duriq; oui diſcrimina in nutriendo ſolam facere coctura: quantūq; Ouo coctura acceſſerit, tantū in nutriendo uiriū illi accreſcere. Et hoc eſt quod hic ait, magis q̄ ſorbile nutrire tenerum Ouum: quod nos, excelſo molle uertimus. Rurſuſq; magis q̄ tenerum, ſiue molle, quod igne duratum fuerit. Et ut tota res certius pateat, ſorbile hic Ouum uocat, quod in coctura concepto tantum calore, uix denſari incœperit, & liquidum adhuc caleat, potiuſq; coctum ſit. Tenerum deinde, ſiue molle, q̄d ulteriore coctura denſatum q̄dem, nō tamen duratū penitus fuerit. Durum poſtremo, ſiue igne duratū, q̄d extrema coctura ad eā duriciē peruenerit, ut cōmanducari & teri dētibus opus ſit. In quo ordine primū

Hosted by Google

illud & sorbile, ab usu & sumendi ratione sic appellatum, exiguas, aut mediocres in nutriendo uires habet. Secundum mox quod tenerum, siue molle, duri comparatione, a nobis dictū est, ampliore coctura densatum, maiores in nutriēdo uires acquirit. Durum postremo, quod nos igne duratum etiam diximus, maximæ in nutriendo potestatis est. Et hic in ouorum usu gradus & quasi census nutriendi ab hoc scriptore traditur: cui addiderunt multa & certiora posteriores, medicis notissima, & a nobis ob eam causam relinquenda. A

## ¶ De Cicadis. CAP. LVI.

Cicadæ quæ inassatæ manduntur, uesicæ doloribus prosunt. τέττιγα

BARBARI COROLL.

Cicadę Tettiges a Grecis dicunt: quo nomine coci quoq; & absurdi, & imperiti dicebant. Sicut elegantes, & urbani Mæsones: a quo facetias & sales, & quę scommata greci uocant, Męsonia cognominantur. De Męsone Athenęus, Chrysyppū inqt, existimasse falso, a uerbo greco deriuari nomen id, manducum & helluonem significante. Cæterū Megarensis homo quidam Mæson fuit, comœdiarum actor: qui & seruorum, & cocorum personas, & eam primus comperit quæ Mæson appellatur: a quo dicta inquit falsa Mæsonica uocari consueuerūt. Cicadę genus quoddam Acanthion, et Acantha uocant: quod mutum interpretantur nonnulli: quoniam in Acantho urbe Aetoliæ non canat: ut prouerbij quoq; loco sit, ἀκάνθιος τέττιξ. Pli.li.11.ca.26.

EXM. VERG. COMM.

IDEM ijsdem uerbis remedium & Paulus Aegineta docuit.

## ¶ De Locustis. CAP. LVII.

LOCVSTAE odoris suffitu, urinæ difficultates adiuuant, præsertim quæ fœminas male habent. Earum carnes nullo sunt usui. Est & quoddam genus Locustæ quæ Assiracos, aut Onos dicitur, sine pennis, prælongis membris. Exiccata autem si ex uino bibatur, contra scorpionis morsus magnopere proderit. Hac abunde uescuntur Aphri, qui Leptim incolunt. ἀκρίδια B

BARBARI COROLL.

LOcustarū, quas Greci nominat Acridas, una species Onos appellat, & Apteros a Paulo, qa penis careat: quā & Bruchon uocari putant, rodentem sata, & Attacō in sacris literis appellatā. Licet in Dioscoride Asitacō, siue Assiracō legamus corrupte, ut arbitror. Nicander Masta cē appellat, pro Brucho. Aristoteles Attelabon. Clitarchus in Ambracia Locustas omnes Mastacas dici uoluit: ut Molurin, quę frumēta depopulat. Ionia Locustas a numero penarū Tetrapelyridas nominat. Oetę Cornopas, alij Parnopas, & Pornopas: unde cognomen Herculi, & Apollini quoq; in Aeolia, qp Locustas abigat. Ridēdus uero Strabōis interps apud nos, q culicē, nō locustā uertit in Parnote, q̄p & Millepedę genus unū est: qd uocat Onos. In sacris certe literis sunt, quibus Locustę mandi solitę, nō animal insectū, sed herbā hoc nomine significent. In qua sentētia magnus autor Chrysostomus, & prior eo Athanasius fuisse credunt: quasi pro animali acceptę, uescēdo nō essent. Cū tm in Africa, ut Dioscorides cōmeminit, ad Leptin, cibo etiā frequēti cōmendent: hodie q̄q uulgo eas comedunt Aegyptij. Plinius & Indorū gentē quādā, & Aethiopū q̄q partem Locustis tm uiuere, fumo & sale duratis, in annua alimēta, prodidit post Diodorū, Strabonēq; ut ob id Acridophagi nomen habeant. Locustā igit, siue Pedē Locustę, pro herba sumptā interpretātur, quā uulgo Repunculū, siue Napūculū uocamus, folio angusto, desinente in mucronem cauliculis, uertice torulos habentibus, ut in asparago et salictario lupo cernit. Itemq; multi lateris. Ex quibus minores alij alterno semper inguine prosiliunt. Radicula uel diuitū, lautorūq; mensis petita. Rapisti qdem sapore, non tamen ad ructus illiberali, ac fatuus omnino gustus, sed cum aceto, & sale non iniocūdus. Semen ei tam exiguum, ut discerni fere aliter non possit, q̄p grana sabuli. Alij Pedem Locustę pro Blito, aut ualde simili herba capiūt in Arabicis scriptoribus. Sunt qui uocabulo Acridis, non herbā unam aliquā, sed summa herbarum omnium, quibus uictitarit homo sanctus in solitudine, accipiant. Quod si esset, perperam uertisset Hieronymus Locustas. Alioquin certum est, Locustas Iudeis inter animalia, quæ non sunt interdicta cibo, numerari. Dioscorides certe paniculas auenę dependentes, ut in Bromo diximus, Locustas, Plinius Lobas appellauit. Pli.li.11.ca.29. Aristot.de natura animalium.li.5.ca.17.

C EX M. VERG. COMM.

VT plura sunt in natura gña, sic etiã pene infinita ueterib. earũ nomina fuerũt. Nihilq; mõ difficilius, q̃ attelabos, parnopas, mastacas, molurides, tetrapelyridas, cornopas, & alia in grę cis earũ nomina digito signari, & dicier, hæc sunt: generatim excæpta Asiraco, quã et Asellũ di cũt. Ob eã, ut nos credimus, caussã, Dio. de Locustis egit. Nec priuatim strãgurijs. i. uessicę stil licidio, sed δυσουρίαις .i. urinę angustijs mederi ait. Quo magis Barbarum demiror: q ad dele ctationem certas græcorum & latinorum in morbis & remedijs uoces tantopere uariauerit.

## ¶ De Ossifrago. CAP. LVIII.

φίνις

VEnter eius auis quam latini Ossifragum appellant, particulatim potus, calculos cum lotio pellere proditur.

BARBARI COROLL.

Pli. li. 30. ca. 7.

OSsifragus, siue Phinis, & ut Aristot. appellat Phine, alienos fœtus cũ suis alit: q̃s Aq̃lę nu triẽdi tedio eiecerint. Quidã nõ generare Ossifragũ scripsere, ut Aristot. Plinius ex Halięto na sci Ossifragos, ex Ossifragis Vultures minores, & ex minoribus maiores, q omnino nõ gene rẽt. Differt Ossifragus, ab Ossifraga, etiã si cõfundãt aliq: ꝙ Ossifraga septimũ est Aq̃lę genus, quę Barbata dicit̃, & Sanqualis. Ossifragus uero qualẽ indicaui, laudatus ad coli uitia, qm̃ inte stinũ unũ habeat, mirabili natura, oĩa deuorata cõficiendi. Nescio quãobrẽ Ambrosius Fulicã accipiat, quã Græci Phinin uocarunt: cum sit apud Maronem Fulica, ut q̃busdã placet Hero dius, ex Arato, quẽ Poeta noster ea parte uidet̃ imitatus, ubi prognostica tẽpestatũ carmini suo inseruit. Idẽ Ambrosius Herodiũ, alio loco Sturnũ interp̃tatus est: cũ Sturnos gręci Psaras no minent. Hieronymus Herodiũ Græco nomine appellat. Seruius Herodios accępit, quas nos Diomedęas aues uocamus. Pausanias Herodiorũ genus maximũ, & pulcherrimum, & augu rijs quoq; proditũ uocari tradit Ocnon. Theodorus Fulicam, quæ ab Aristotele Cepphos, si ue Cemphos dicitur, intelligit. Ossifragus parum ualet oculis, nubecula etiamnum suffusis.

EX M. VERG. COMM.

AVis postremi int̃ Aq̃las generis Ossifragus est. Nominis manifesta oĩbus cã. Longissime in Aq̃larũ cẽsu Aristoteles & Plin. de eo egerunt, & q̃d facile uolẽtibus inuenisse sit: nihil non ab illis dictũ, a Barbaro in Corollario suo repetitũ est. Nõ parua laboris, & p̃cij mercede quę renda auis hęc erit, si q̃d de ea fert̃, uessicæ calculos per urinã pellit. Sed q̃ uerũ id sit, nõ est te status Diosc. ἱστορεῖσαι q̃d est, tradi, & ferri id dicẽs, sapient̃ q̃dẽ & caute, in aliorum fidem & fa mam reijciens, quæ testari ipse non posset. Cuius morẽ & exemplũ nos etiã secuti, nihil ultra ci traue mensurã & significationem uocũ eius tradidimus: legentesq; in eo ἱστορεῖται, quod est nar rattur & fertur, ferri & nos uertimus: ne si pręcipi, ut Barbarus fecit, dixissemus, ueterum prę cepto confirmari & probari crederetur, quod hic non sua, sed aliorũ fide credi tantũ uoluerit.

D

## ¶ De Galerita. CAP. LIX.

κορυδαλλός

galerita vulgo co gũzada

GAlerita auicula est parua, apicem in uertice pauonis modo ge stans, quæ assa & in cibo sumpta, cœliacos adiuuat.

BARB.

Pli. li. 10. ca. 49

GAleritã, siue q̃d idẽ est gallica uoce, Alaudã, Gręci Corydon, & Corydalon, & Scordalõ appellant. Itẽ Corydalida. Oẽs a Galero, siue Galea. Nã & Epitymbiditõ Theocritus, qa ceu tymbõ, hoc, est, sepulchrũ patris in capite gerat. Cuzulã græcũ uulgus nominat. Nota est apud Aristophanem comicũ poetã fabula, primã uolucrũ fuisse Galeritã: priorẽ q̃q; terra de functũ ei patrẽ, cũ humari non posset, nõdũ enata humo cõditum in uertice. Corydalis est & herba Capnos appellata: qm̃ & ipsa doloribus coli medeatur, ut auis ipsa. Galeritã nemo fere ignorat, auem pusillã, & plærumq; ob iter nobis obuiam, ingenio ad cantus docili, Passercu lis, ut inquit Galenus, qui Pyrgitæ ac Troglytæ nominant̃, in oppidorũ muris, ac turribus fre quentes adsimilem, extra q̃ galero, quo illæ carent. Nam Corydylis, salsamentarius piscis est, quem nos Cordyllam uocamus, Gręci etiam Cordylida, & Dorylum. At Cordila tumores in capite significat: & Mitellam quoq; Cyprijs: eam quam Persę Cidarin, Athenienses Crobylon appellant. Porro similis est Alaudæ, Zerraneola uocata: nisi ꝙ apice in terra nidificans: unde nomen. Differt ab Alauda & Parcus, etiam siqui negant. Est autem Parcus auicula Palumbo minor, aliquanto subtus candida, cætero Pauoni similis, & crista quoq;.

EX M. VERG. COMM.

VAriant in Alaudę remedijs latini scriptores, & græci. Paulus Aegineta simpliciter elixam.

Hosted by Google

(dico autem ſimpliciter, in aqua tantum) ſumi diu iubet: hic aſſam præcipit. Plinius non aſſam tantum ſumi, ſed cinerem eius etiam in aqua bibi. Adiicitq́, quod ſuæ ætatis teſtimonio & experientia confirmat, idem homini præſtare cor eius femini adalligatum, & recens, tepenſq́ ad huc deuoratum: pluraq́ alia quæ lib. 30. cap. 3. uolentes nouiſſe in eo poterunt. A

## De Hirundinibus. CAP. LX.

DISSECTIS creſcente luna pullis Hirundinis, qui primo partu excluſi ſunt, in uentre eorum lapillos offendes: e quibus duos, unum uerſicolorem, alterum purum eximes. Si priuſquam terram attigerint, in iuuencæ corio, aut ceruina pelle, lacerto, aut collo adalligati, comitialibus proderunt. Et ſæpe prorſus eos recreabunt. Hirundines, uti Ficedulæ in cibo, aciei uiſus medicamentum præbent. Tam pullorū q́ matrum cinis, cum melle oblitus, oculis claritatem adfert. Anginæ eo commode perunguntur. Vuæ & tonſillarum inflammationibus hoc cinere ſuccurritur. Et ipſæ & pulli exiccati, ſi drachmæ pondere ex aqua bibantur, hos iuuant qui anginæ morbo conflictantur. χελιδών

### BARBARI COROLL.

HIrundines, græce Chelidones, lapillum dicuntur pullo excluſo dare. Tria earum gña. ut Banarum, ſylueſtrium: quæ nidorum figura deprehenduntur. Ripariarum: quæ ita uocantur, quoniam in riparum cauis nidificant. Fit hoc capite Ficedularum quoq́ mentio, Græci eas mõ Sicalidas, modo Ampelidas, modo Ampelionas uocant: autor Pollux, ut cæteros præteream. Plí. li. 10. ca. 33.

### EX M. VERG. COMM.

CHelidonios ab Hirundinibus, quas græci Chelidonas dicunt, Plinius lapillos eos appellat, qui in earum uentriculis inueniri feruntur, fabuloſoſq́ exiſtimat, & magicis artibus in medicinam illatos. Quod magis credendum in eo facit Paulus Aegineta, qui ſexto ſui operis libro de Simplicibus his agens, crematarū Hirundinū cinere tm̃ in medicina utitur, anginiſq́, & ad oculorum claritatem ex melle inungi præcipit. Recepit tm̃ antiquitas omnis quę de eis in ſcriptore hoc leguntur: eamq́ ob cauſam qualia in græcis, latiniſq́ omnibus adhuc leguntur, talia a nobis etiam reddita fuerunt: cætera omnibus eadem ſunt. B

## De Ebore. CAP. LXI.

EBoris ſcobe illito paronychia ſanant. Vī adſtringẽdi ebur obtinet. ἐλέφαντος ὀδόντος ῥίνισμα

### BARBARI COROLL.

EBur a Græcis appellatur Elephas, eodem quo animal ipſum nomine. Quanq́ animal Elephantus quoq́ dicitur. Ebur uero alij cornu, alij dentem Elephanti nuncupant. Eſt & uaſis potorij genus Elephas. Plí. li. 8. cap. 3.

### VERG.

QVæ nos Eboris ramenta diximus, Plinius Scobem appellauit eadem ſignificatione: et ſi Ramentorū amplior q́ Scobis ambitus ſit. Rameta em̃ ueteres latini dixerūt oſa quę radẽdo, ſecãdo, incidẽdoue ex materia aliqua, quaſi inutiles reliqæ ſupſũt: Scobẽ uero priuati, quę lima, aut ſerra detrita cadũt. Eſtq́ Ramẽtorū uox cũctis his cõis, et quaſi gñis appellatio: illa aũt unius, aut alterius rei tm̃ nota et ſignificatio Dioſc. ῥίνισμα dixit ſcobina, detritū ex Ebore puluerẽ indicãs. Quã rõnẽ ſecutus Pli. li. 28. ait, Scobe paronychia tollunt. Nos cõiorẽ & ampliorẽ rõnẽ ſecuti, Rameta diximus, q̃cũq́ ferramẽto detritū ex Ebore puluerẽ ſignificantes: fecimuſq́ id autoribus alijs græcorū medicis. Paulus Aegineta nõ ex dentibus tm̃ Elephantis, quod ſolũ Ebur eſt, ſed ex unguium, aliorumq́ oſſium ramentis remedium hoc conficit.

## De Suillo talo. CAP. LXII.

SVis talus comburitur, dum e nigro albeſcat: qui tritus & potus, inflationibus coli, longiſq́ torminibus medetur. ἀστράγαλος

### BARBARI COROLL.

TAlus Aſtragalos Græce dicit in ſue: cuius uicẽ in homine, Malleolus appellatus implet.

### EX M. VERG. COMM.

NOn omni malo coli mederi cinerem ſuilli Tali hic ſcriptor ait, ſed ex tribus eius generi-

C bus illi tãtum, quod ceſſante, nec tranſeunte craſſo, & qualis peditu efflari ſolet ſpiritu, in eo in teſtino fit. Habet enim plures id malum cauſſas. Fitq; aliquando, cum inter eius membranulas craſſus, pituitoſuſq; humor ſubſederit. Nonnunq; ceſſante, nec tranſeunte illhac ſpiritu: quale paulo ante deſcripſimus. Sepe ex eiuſdem inteſtini inflammatiõe, aut ob acres erodenteſq; humores dolorem acrimonia eroſioneq; ſua excitantes. Ex his ſecundum illud genus ὑμπνυκματώδεος. ideſt, inflationis uoce indicaſſe uidetur.

## De Ceruino cornu. CAP. LXIII.

ὑλάφου κέρας

CEruini cornu cinis elotus, binis cochlearibus epotus, prodeſt dyſentericis, excreantibus ſanguinem, cœliacis, regio morbo, & ueſicæ doloribus cum tragacantha. Fœminis fluctione uuluæ laborãtibus, cũ liquore huic rei accõmodato. Cerui cornu cõtuſum, crudo fiſtili luto circũlito, & in furnũ indito uritur, donec albeſcat. Id cadmię mõ elotũ, ulceribus oculorum & defluctionibus ſalutare eſt. Infricũ dentes expurgat. Crudi cornu ſuffitu nidore ſerpentes fugantur. Feruefactũ in aceto, ſi eo gingiuæ colluant, maxillarum a dentitione dolorem adimit.

## BARBARI COROLL.

CEruum Græci Elaphon appellant, ut prædiximus, & Bredon poetæ. Alĳ caput ipſũ Cerui Bredon uocant. Inulum, ſiue Inuleum eius, Nebron, et Cemada. Quanq; Cemas nondũ pgrediť in paſcua. Damã uero Græci Proca dicunt. Ariſtoteles, et idonei fere oẽs, et Dionyſius a Ceruo non diſtinguit. Phileas, primogenios Ceruos Procas dici uoluit. Ab hoc animali Procõneſos appellata eſt. Nam Ophion, quod Sardinia quondam ferebat, & interiſſe creditť, Ceruus non erat, ſed animal pilo. ac dente ſimili, Ceruo minus. Genus uero Ceruorum prægrande, Græci Echæineas, ab oppido uocãt. Ariſtoteles Achænas cognominat. Inulũ, Varro & ex equo & aſina uocari ſcribit: quos & Bardones aliqui appellant, ſicut ex aſino, et equa Mulum: quanq; uetuſti codices, tum Varronis, tum Columellæ Innum habent, non Inulũ, q ab equo patre nomen traxerit. Sed & Ariſtoteles quoq; Innũ græce dicit, q ex mulo & equa naſcitť, ceu paruus mulus. Proinde Nonius marcellus, Hinnas inquit, & Hinnos, ſub quo nomine accipere debeamus Varro ſignat. Ait em, ex equis & mulis q naſcantť, Hiños uocari. Vt errauerit, q diſtinctiõis ſtudio cõfinxit, Hinulos ceruini generis eſſe pullos, eqni uero Inulos uocari. Quin ſi mutare oportet, uerius ſit Inulos p ſimplex, n, & ſine flatu ceruinos pullos accipi: Hiños aũt & Hinnulos per duplex, n, & cũ aſpiratione, ex aſina conceptos equi coitu, ſed utiq; ſi ſint mares, ut Plinius adiecit: q̃q̃ Nonius marcellus alitť, ut p̃monui. Porro Inis, etiã infantẽ & paruulũ Græcis ſignificat. At Ginni per, g, ab Ariſtot. appellantť eq pumili, nõ alia rõne q̃ maris & uteri uitio, Gygenios a Strabone dictos arbitror, in Liguriæ montanis, ubi & Mulorum genus uocat hoc nomine. Non placet quorundam diſtinctio inter Dorcem, & Dorcadem: quaſi Dorcas ceruinus pullus ſit, Dorx animal diuerſum, cum Dorcas Ariſtoteli non Ceruum, ſed Capream ſignificet. Certe Dioſcorides in coaguli mentione, Dorcadem a Dorco ſeparauit. An, ut eo diſtet Dorcus a Dorcade, quo Ceruus ab Inuleo, & in Strabone Zorces, pro eo quod ſunt Dorces. Niſi uitium ſit in exemplari legas. Ipſum cornu Ceras uocant: quod & poculigenus eſt. nam cornibus ueteres bibiſſe, Pindarus, Sophocles, Homeruſq; teſtantur: ſi modo ut fere perſuaſum eſt, Rhyton, in Poeta eminentiſſimo idem ſit quod Cornu.

## EX M. VERG. COMM.

NOn placet quod in extremo capite dictum a nobis, & ab alĳs eſt, colluí ceruini Cornu decocto utiliter molarium dentitione factos dolores. Cur enim molarium magis quam primorum, & caninorum? Omnium enim eadem ex inflammatione doloris cauſa, et ratio eſt. Nec ſic cantibus, qualis hic cinis eſt, ſed natiuo unguine mollientibus remedĳs, ad adiuuandas in pueris dentitiones, uti antiquiores præceperunt: qualia ſunt gallinaceorum adeps, & leporis cerebrum: at in dentibus γομφίους molares tantum græci appellant. Fatemur id quidem: & ab his γομφίασις facta uox nihil niſi molarium dentitionem ſignificare poteſt, concedimus id etiam, ſed hac conditione, dum certius aliquid & ad hanc rem aptius inueniatur. Inclinat enim animus, nobis ſignificari ea uoce aliud in cunctis dentibus malum. Nec leuibus argumentis ob-

Hosted by Google

orta nobis hæc ſuſpitio eſt, non ob eas quas pauloante diximus cauſas, ſed quoniam Galenus uſum ceruini Cornu eſſe ait ad reſtringendã gingiuam, & confirmandos dentes. Quod & Paulus Aegineta etiã, cum de omni Cornu lib. 6. agit, his uerbis teſtatus eſt. τὸ δὲ τῦ ἐλάφου, καὶ μετ' ὄινου λειόμενον, εἶτα περιπλασσόμενον ὀδόντας ἱσχει σειομένους. Quod eſt, Cerui autem cornu tritum, uino q; maceratũ, mox circumlitũ mobiles ſiſtit dentes. Et paulo ante, ὄυλα πλαδαρά, id eſt, humentes & diffluentes gingiuas compeſcere idem Cornu dixerat. Plinius etiã lib. 28. ca. 10. dentes mobiles confirmare ceruini Cornu cinerem teſtatur: doloresq; eorũ mitigare, ſiue infricentur, ſiue colluantur. Addiditq; ſtatim, arbitrari quoſdam ad omnes eoſdem uſus efficaciorem crudi cornu farinã eſſe, & dentifricia utroq; modo fieri. Quæ omnia eodum pertinent, ut dentibus, non dentitionibus mederi ceruinum Cornu uideatur. A

## ¶ De Eruca. CAP. LXIIII.

ERucis, quæ in oleribus gignuntur, cum olco peruncti, a uenenatis beſtijs feriri negantur. κάμπαι

### BARBARI COROLL.

ERucæ, pro animali acceptæ, a Græcis Campę nominantur. Hippocrates in herba tithymalo naſcentes, aculeatas eſſe prodit, utiles ad conceptus. Campa dicebatur & genus illud beſtiæ, quam Liber pater in Libya ſuſtuliſſe dicitur, ad Zambirram oppidum, tumulo in monumentum eius facti condito. Vt Diodorus meminit. Plín. lib. 15. capit. 6. lib. 11. capi. 23.

### EX M. VERG. COMM.

HOrtorum, ſatorumq; omniũ peſtis calamitasq; Erucæ ſunt, dirũ animal, lento & humido tempore, auctoribus Theophraſto, & alijs naſcens: multiplex hoc malũ, & quod in uitibus & arboribus natũ, frondem oẽm & florem erodat, turpiq; facie depaſtam arborẽ relinquat. Nihil in carmine ſuo, & ultimo duodecimi libri capite Columella pro horti, annona diligentius curauit. Si cætera defecerint naturæ & artis auxilia, ad ſuperſtitionẽ tranſlata re, in qua non ueritus eſt, auctore Democrito, docere quæ ſaluo pudore dici & audiri non poſſunt, ſed ut ille teſtatur, tam p̃ſenti contra hoc malũ remedio, & ope, ut non aliter q̃ cum decuſſa pluit arbore nimbus, Vel teretis mali, uel tectæ cortice glandis, Voluit ad terrã diſtorto corpore campe. Qualia aũt ea ſunt, poterunt uolentes ab eo audire. Nobis em̃ in ſcriptore hoc aliud conſiliũ eſt, nec in Erucis eius aliud q̃d moneamus habemus, q̃ ideo in oleribus naſcentes Erucas eum appellaſſe, ut a picearũ, aliarumq; arborũ Erucis, quæ ueneni maleficium habent, ſepararet. Noſtra ætas & gens totum hoc genus quacunq; forma ſit, & ubicunq; naſcatur, una appellatione Brucos nominat: cum tamen Locuſtarum genus quoddam priuatim Brucum Græci appellent. B

## ¶ De Cantharidibus. CAP. LXV.

FRVMENTIS congeſtæ Cantharides, ad recondendum idoneæ ſunt, quæ fictili uaſe, non picato conduntur, & raro linteo obligato ore, & deorſum conuerſo, ſuſpenduntur ſuper aceti feruentis q̃ acerrimi halitum, donec æſtu examinentur. Poſtea lino transfixæ reponuntur. Potentiſſimæ omnes uariæ, lutheis lineis, quas in pennis transuerſas habent, promiſſoq; corpore, craſſæ, ac blattarum modo præpingues. Sed inertes ac imbecilles, quæ unius ſunt coloris. κανθαρίδες

### BARBARI COROLL.

NOmine Cantharidũ e noſtris aliqui etiã Scarabeos, maxime pilularios accipiunt: qui & Cantharidicantur. Et ab Hippocrate Copriones. Plinius, eſt inquit & Cantharis dictus Scarabeus paruus, fruteta erodens. Porro Cantharus & nauigij, & pocilli nomen eſt, & ornamenti quoq; muliebris, ut Athenæo placet. Ipſarum Cantharidum uenenũ, in qua parte ſit, non conuenit. Alij in pedibus, & capite exiſtimant eſſe. Alij negant. Inter omnes conſtat pennas earum auxiliari, in quacunq; parte ſit uenenum. Ipſæ naſcuntur ex uermiculo in ſpongia maxime cynorhodi, quæ ſit in caule, ſed fœcundiſſime in fraxino. Cæteræq; in alba roſa, minus efficaces. Improbantur duo earum genera. Minutæ, latæ, piloſæ. Item macræ, unicolores. Plí. li. 11. ca. 28.

### EX M. VERG. COMM.

MVlta ſunt, quæ Scarabeis congeneres Cantharidas faciunt: ſed nihil æque cognationem eorum oſtendit, q̃ uaginis clauſæ utriusq; animalis pennę. Ob quam ſimilitudinẽ, diminu-

Cta a Scarabeo, quem Cantharon Græci nominant appellatione, Cantharidæ illi simile, sed minore corporis mole animal hoc dixerunt, pueris etiam notissimum: sed quod præsenti, & insanabili ueneno hominẽ perimat: quemadmodũ inter uenena hic ipse in extremo opere docebit. Habent uenení par maleficiũ Bupreſtides, & picearũ Erucæ. Hæ cæteris Erucis similes, & congeneres, discrimen ab arbore in qua nascunt nomine ipso ostendũt, Pityocãpæ a Græcis dictæ: Illę boũ acerba pestis, in eadẽ gente a maleficio suo nome inuenerũt. Descripsit Bupreſtim Plinius lib. 30. cap. 3. his uerbis. Rarũ in Italia animal Bupreſtis est, longipedi Scarabeo simillimũ. Fallit inter herbas bouem maxime, unde & nomen inuenit: deuoratumq;, tacto felle ita inflammat, ut rumpat. Nouerunt nunc etiã rura hoc malum. Vidimusq; nos, peremptum aliquãdo eo ueneno bouem. Non satis tamen ostendunt ruſtici eius animalis formam, diuersisq; appellationibus, diuersis locis, & diuersa forma describitur & appellatur. Copiosius inter uenena de his omnibus iterum agetur. Nunc satis sit nominũ causam & rationem reddidisse.

## ¶ De Bupreſte. CAP. LXVI.

βουπρήστις

SImili modo reconduntur Bupreſtes, genera quædam Cantharidũ, & pinorum erucæ, quæ supra cribrum suspensum feruenti cinere paulisper intostæ, reponuntur. Vis omniũ communis erodere, ulcerare, calorem elicere. Qua de causa ammiscentur medicamentis quæ lepras, feroscq; lichenas, & carcinomata sanant. Menses ciunt pessis emollientibus additæ. Aliqui Cantharidas antidotis impositas, aquæ subter cutem auxiliari prodiderunt. Argumẽto, q urinã moueant. Alij pennas, pedesq; contra potarum ueneficia, remedio esse tradiderunt.

### BARBARI COROLL.

Pli. li. 30. ca. 4. PItyocampæ a nostris Erucæ picearum, aut pinorum uocantur. Bupreſtis & animal, & herba est. Ex his Erucis uermiculi postea nascuntur, qui acceptis alis euolant: quemadmodum & in ficu, & cynorhodo, siue canina sentice.

## ¶ De Salamandra. CAP. LXVII.

σαλαμάνδρα

SAlamandra lacertæ genus est, iners, uarium, quod frustra creditum est, ignibus non uri. Vim habet erodentem, calfactoriam, exulcerantem. Additur ut Cantaris in medicamenta, quorũ uis est exesse, & lepras abolere. Similiq; modo reconditur. Liquefacta in oleo, pilos euellit. Exenterata, detractis pedibus & capite, in melle seruatur ad eundẽ usum.

### BARBARI COROLL.

Pli. li. 10. ca. 67. SAlamandra animal lacerti figura, stellatũ, nunq; nisi magnis imbribus proueniens, & secuta serenitate deficiens. Huic tantus rigor, ut ignẽ tactũ extinguat non alio modo, q; glacies. Quod quidã tamen negant. Aetius per ignem inquit, cadentibus flãmis ambulat, eumq; non solum frigoris ui, sed etiã pondere corrumpit, quasi obruens. Theophrastus & frigori & humori tribuit, qui ex ipsa lentus profluat. Si diutius tamen in igni manserit, comburitur. Cassiodorus, Salamandra subtile, & paruũ inquit est animal, lumbricis associum, flauo colore ueſtitum. Saliua eius, quæ lactea ore uomitur, quacunq; parte corporis humani contacta, uel pede imo respersa, toti decidũt pili, & colorem in uitiliginẽ mutat. Si arbori irrepserit, omnia poma inficit ueneno. Ita populos sæpe totos necando frigida ui, nihil aconito distans. Quinimo, si contacto ab ea ligno, uel pede crusta panis incoquatur, idem ueneficium est, uel si in puteum cadat. Manditur tamẽ a suibus innocenter. Similis Ascalabotæ Salamandra est Aetio. Lacerta uenenaria, hoc est, Pharmacitide uelocior. Ascalabotem Græci, & Colloton, & Galeotẽ quandoq; appellant. Nostri Stellionẽ. Horum transmarini pleni lentigine, stridoris acerbi, qui & uescuntur, intantũ scorpionibus aduersi, ut uisis protinus torporẽ afferãt frigidi sudoris. Tales in Italia non sunt. Viuũt enim rore, ut chamæleontes, præterea & araneis. Qui aũt Stelliones appellantur, ut Marcellinus inquit, in nouis domibus cernunt, forte ij quos Romanũ uulgus Tarantulas uocat, albas, innocuas, & pusillis lacertis similes. Sunt & Apulorum Tarantulæ in agris.

Hosted by Google

Phalangiorũ fortasse generis, ueneni præsentanei, cõmoto statim eius mente, quẽ percusserint. A
Auxiliari cantu eis, & omnino musica ratione, cõsuetudo regionis est. A Stellione fraudulentissimo animali, stellionatus crimen, & stellatura. Spartianus in Pesennij Nigri uita, quos inqt constiterit accepisse stellaturã. Et alibi. Tribunos, qui stellaturas inquit militibus tulissent, capitali pœna affectos. Inuidentissimũ hoc animal intelligit, quoniã senectutis suæ membranã deuoret, gnarum propter Comitiales morbos impeti eam. Hinc stellare uerbũ, pro inuidere. Cubilia stellionis, in locis ostiorum, fenestrarũq; sunt, aut cameris, sepulchrisue.

EX M. VERG. COMM.

SVnt nobis & alijs de Salamandra eadem fere omnia. Quod inter nos non cõuenit, unum tm̃, & illic est ubi legitur, ψιλοῖ δὲ τρίχας τακεῖσα μετ' ἐλαίου. Quã lectionem illi secuti, liquefactam in oleo Salamandrã depilare dixerunt. Nec male: id enim participiũ illud plærunq; significat. Nos autem non liquefactã, sed crematæ cinerem facere id diximus: in antiquissimis, ijsdemq; probatissimæ fidei græcorũ codicibus, non τακεῖσα, sed καεῖσα, quod est, cremata legentes. Confirmauitq; nobis eam lectionem Paulus Aegineta, qui crematæ Salamandræ cinere tm̃ ad hos usus utitur. Verba eius hæc sunt. σαλαμάνδρας δὲ καυθείσης τὴν τέφραν ἔνιοι μίσγουσιν, &c. quod est, crematæ autem Salamandræ cinerem aliqui miscent.

## ¶ De Araneo. CRP. LXVIII.

ARaneus, quem Holcum, alij Lycium uocant, subactus cum splenio, & linteo illitus, prolatusq; utrisq; temporibus, aut fronti, tertianos circũitus persanat. Tela eius imposita sanguinem sistit. Vulnera quæ summã cutem occuparunt, ab inflammationis iniuria uindicat. Est & alterum Aranei genus, qui candidam, tenuẽ, densamq; telam orditur, quem in loculo ligatum, & lacerto appensum, quartanis circũitibus mederi narrant. Decoctus ex rosaceo, & infusus, aurium doloribus auxiliatur. ἀράχνη ὁλκόν· λύκειον B

BARBARI COROLL.

ARaneũ Græci Arachnen uocãt, Araneorũ, Phalangiorũue multa gña. Innoxiũ lupi nomine post dicendũ. Noxiorũ duæ species ab Aristotele tradunt. Vni corpus exiguũ, uarium, acuminatum, assultim ingrediens: ob id Pulex uocatus. Alteri maius & nigricans, prioribus cruribus longissimis: tardũ hoc & imbelle, nec saliens, æque Phalangiũ. Præter hæc a Plinio uocat genus Aranei lanuginosum, grandissimo capite, quo dissecto, inueniant intus uermiculi duo, qui adalligati, ceruina pelle ante solis ortũ, dicunt mulieribus p̃stare ne cõcipiãt. Vimq; illã durare anno, unde Atocion q̃q; dicit. Est & Rhagion uocatus, q; acino uuæ nigro similis est, ore mimo, sub aluũ pedibus curtissimis, & tanq̃ inchoatis. Dolor a morsu eius, qualis a scorpiõe. Vrina textis Aranei p̃similis. Quintũ genus Asiorcion, uel Astertion, ex manu scriptis codicibus, aut Astorgion, q̃si discordialẽ & inamabilẽ significent. Sed in picto Diosco. ἀστήριον. i. asteriũ, uirgulis albis, a proximo distinguit, cuius ictu genua labefactantur. Sextũ ceruleus, utroq; perniciosior, lanugine nigra, caliginẽ morsu concitans, & uomitus araneosos. Septimũ a crabrone penna tantũ differens, deterius etiamnum cęruleo: propterea macie quoq; conficit a se percussos. Octauũ Myrmecion, quia formicæ similis, sed multo maior, ruffo capite, aluo & reliqua parte corporis nigra, guttis respersus albis interstinguentibus, acerbiore q̃ uesparũ dolore torquens. Viuit maxime circa furnos, & molas. Fuliginosum describitur Aetio, stellatũ, præsertimq; dorso. Nonũ Tetragnathus, sed duobus fastigijs. Alterius mediũ caput, linea candida & trãsuersum. Itẽ altera distinguit, qui & peior, tumorẽq; oris molitur. Alter cinereus, posteriori parte candicãs inertior. Aetius Tetragnathon modice lato, & subalbo corpore describit, pedibus asperis, duabus incisuris in capite, recta una, per obliquũ altera, ut quaternas buccas habere uideat: unde nomen. In Aethiopia tam frequẽtes, ut regionẽ in ea quandã prope Sillos, Acridophagosq; deseri coẽgerint. Idem auctor & Cranocolaptẽ, & Scoletion, & Scleroce phalon enumerat. Vt primũ genus longis cruribus, subuiride, aculeo circa ceruicẽ infesto prodat: ita dictũ, quia caput maxime percutiat. Secundũ squalet maculis, præsertim capite, longis pedibus. Tertio caput duricia siliceum. Lineamẽta toto corpore similia bestiolis, quæ lucernas circũuolant. Hæc fortasse uel eadẽ sunt, uel parũ diuersa plinianis. Præcipue uero Cranocola- Pli. li. 11. ca. 24.

Cptes idem genus uideť illud eſſe, q̃d nos Sextũ haberi diximus, ceruleũ, & caligiñ morſu concitans, caputq; tentãs. Habeť & cinerei genus quoddã minime noxiũ, telas muſcis in parietibus latiſſime pandentis: qui & Muſcarius uocať, inter lupos, ut arbitror locandus. Comperio & Araneum candidũ, longiſſimis, tenuiſſimiſq; pedibus. Item aliud genus craſſiſſimũ, textũ con dentis in contignationibus: quorũ uterq; in dictas, aut dicendas forte ſpecies recidit. Eſt & diſcrimen Araneorũ, quos Ariſtoteles appellauit Lupos: quorũ minimi non texant, maiores in terra cauernarũ uilia, & exigua ueſtibula præpandant. Mediũ genus lautiores, craſſioreſq; telas ordítur uel operoſiſſime, ob íd Eruditiſſimũ ab eodem Ariſtotele uocatũ, cuius duas quoq; ſpecies reddit. Maiorem ſubtus pẽdere, degrauatũ mole corporis. Minorem, in ſublime equibuſdam telæ ſuæ latebris obſeruantem excubare. Græci qui de uenenatis ictibus ſcripſere, Lupum uenari muſcas demonſtrãt rotundũ, cælata, ſculptaq; ceruicula, tribus in ore, quod eſt latiuſculum eſt, lineamentis. Aranei Lacertarum catulos irretiunt, utraq; labia mordicus apprehenſa, telas ſuas altius tollendo. Incrementa amniũ futura præſagiunt. Sereno non texunt, ſed nubilo. Fœminã textrinæ, marem uenationi operã dare arbitrantur, idq; ſole oriente, occidenteq;, beſtiolis tum maxime infeſtis. Aranei clunibus in uenere conueniũt. Vermiculos ſimiles ouis pariunt, in telas expanſos: quia ſaliendo excludũt: Phalangio excepto, qui ſpecu in ipſo cubat, magno numero, triginta fere: ſed ubi emerſit, matrem conſumit ſæpius, & patrem. Incubant triduo. Cæteris generibus oua pauciora. Conſumanť Aranei, quater ſeptenis diebus. Simul porro editi ſunt, fila ſua mittũt, ſiue de ſuo q̃d foris habent, ceu uellere corticeo, ut Ariſtoteli uiſum eſt: ſiue ut Democrito, excrementi cuiuſdã modo, uelut corrupta intus alui natura, ſtatuto tempore: ſiue ut alíñ dixere, quia intus ſit quædã lanigera fœcunditas. Ouidius.

Cætera ſunt uentus, de quo tamen illa remittit
Stamen, & antiquas exercet Aranea telas.

Non habet Creta inſula maleficũ animal, præter Phalangiũ, alioquin Italiæ ignotũ. Hoc ceru percuſſi, cancros edendo ſibi medenť. Nominať & Mus araneus: de quo priuatim agendũ nobis eſt. Araneorũ telæ, priuatim Veſcæ, hoc eſt, ſiccæ, ac tenerę uocari ſolent. Ipſum anial Ara
D neus uocať, græce Arachnes. Tela uero Aranea, ut græce Arachne. Q̃q; interim & pro anial poẽtæ capiũt Araneũ. Phalangia uero, & quod idem eſt Ariſtoteli, Phalangas, & Phalangios arbitror eſſe dictos: & Phalanx internodiũ ſignificat, qualis pars ea digiti, q̃ rigida manet, nec flectiť, ut Ariſtoteli placet. Omnibus eñ Phalangijs internodia terna in cruribus. Ob id & fuſtes nodis rigentes, ut Plinius teſtať, Phalangas uocabãt. Vnde baiulos Victruuius, quia Phalangis uti ſoleant, Phalangarios appellat. In Albania Phalangiũ haberi traditur Straboni, Helianoq;, a quo ſiqui feriuntur, aut ridendo, aut flendo moriant deſyderio ſuorũ.

EX M. VERG. COMM.

LOnga eſt Plinio, Nicandro, Ariſtoteliq; animalis huius hiſtoria: fecitq; id multiplex eius genus, diuerſiq; in tam exiguo corpore ad uitam & mortem hominũ euentus, & quæ artificioſe modo exercent, modo inſidioſe ubiq; animalia hæc agunt. Prima & maxima omniũ, id eſt noxios, & innoxios, diuiſio eſt: hos Græci ἀράχνας, nos Araneos, illos ambo Phalangia dixi mus. Rurſus Phalangiorũ plura ſunt genera, priuatim ab antiquioribus latinis & græcis ſuis nominibus appellata. Araneorũ itidem, ſed pauciora: quæ Dioſcorides hoc capite numerat. Qui primũ Arachnes nomine uſus indicauit, non de omni Araneo, ſed de innoxio tantũ agere, qui in parietibus & trabibus telas ſuas ad aliorum inſectorũ uenationem ſuſpendit. Notiſſimus omnibus hic eſt, in uetuſtis & rimoſis parietibus habitãs. Hunc Holcon, & Lycon, id eſt lupum uocari hic ait: facta, ut nos credimus, a uenatione & inſidijs eius appellatione: & quoniam muſcas rapiat, trahat, & enecet, ideò lupum, & Holcon a trahendo dictum fuiſſe. Lupos Ariſtoteles totum hoc genus etiam appellauit.

## ¶ De Lacerta. CAP. LXIX.

σαύρας ἦ κεφαλὴ

LAcertæ caput intritũ, & appoſitum, aculeos & omnia corpori inf xa extrahit. Varos, formicantes uerrucas, & penſiles, quas acrochordonas uocant, tollit. Iecur exeſis dentibus coniectum dolores finit. Si diuulſa admoueatur, ictis a ſcorpione leuamentum præſtat.

BARBARI COROLL.

Plí. li. 8. ca. 29. LAcertam Græci Saurã. Huius una ſpecies Chalcidice uocatur, atq; Seps ſeorſum reddenda. Lacertum, & Lacertam idem genus eſſe conſpicor, ut eſt apud Græcos quoq;, Sauros, atq

Hosted by Google

Saura. Est & piscis hoc nomine. Lacerta uidetur & uasis genus esse apud Iuris peritos. Sicut & A
apud Græcos Saura, cuius in palma meminit Hippocrates. Est & Herbæ nomen Saura, Pluto
ni sacra, ut Nicander poëta docuit illo uersu. σαύρηντε
ἰχθυιοῦ πέλεται σίφος ἡγεσιλίου.
Fortassecp in eo uerbo aut Anagallidem intelligit: quippe quam Dioscorides Sauritin a non-
nullis dici prodat: & prophetę Nycteritin, quasi nocturno & subterraneo dicatam numini: aut
ipsum Sinapi, quod, ut Plinio placet, ab Atheniēsibus Saurion uocatur: aut Nasturtiū, quod
ab Hippocrate Sauridion quocp dicitur. Lacertarū pedes Græci Blæsos uocant, hoc est, quo-
rum pars extrorsum, pars introrsum spectet.

EX M. VERG. COMM.

VTrocp genere Lacertū, & Lacertā idem hoc animal antiquiores Latini dixerūt, tam certū,
tancp ubicp nascens, ut nihil dicendū aliud de eo sit. Nec fuisset nobis in cōmentatione eius ali-
quis labor, nisi quod fere in cunctis legit, pellere, siue malueris dicere, tollere impositū Lacer-
tæ caput ἰόνθους, id est, uaros: nō sic, sed ἤλους, id est, clauos legi oporteret: quod nos antiquis-
simorū codicum fide instaurauimus: persuasitcp id audere Paulus Aegineta, qui clauos hoc re
medio curat: & prēter hęc res ipsa etiā, & cōgeneres morbi uerrucæ & formicæ, quibus rectius
claui, cp uari conuūgebant. Quinetiā uerbum ἄιρει, quo hic usus est, & tollere significat, clauis
aptius cp uaris competit, qui extenuantur leuiganturcp potius cp tolluntur.

## ¶ De Sepe. CAP. LXX.

SEps, quam aliqui Lacertam calchidicam uocarunt, in uino pota, σπ
morsus suos sanat.

BARBARI COROLL.

SEps, nunc Lacerti genus est, nunc ut diximus Millepedæ. Cum Lacertam significari uolu-
mus, Chalcidicæ cognomento utimur. Sed an idem sit cum ea, quam Aristoteles Chalcida,
& Zygnida nuncupat, Theodorus more suo Dignydam conuertit, lacerto paruo similem, æ-
stimabunt legentes. Ipse in diuersam partem moueor Plinij uerbis, qui quodam loco ait, Pe-
culiariter inquit, a Chalcide Ceraste differt. Est & turbērculi maioris ac pestilentis nomen B
Seps apud Hippocratem, ab erodendo impositum. Aetius, Seps inquit, serpens est cubi-
torum binum, crassitudine in exilitatem, ut alia quocp genera serpentium; descendente: in-
gressu tardo, rectocp: lato capite, ore acuto, maculis corpore toto candidis: triduo, uel qua-
triduo interficit. Pausanias quocp, AEpytum inquit, Arcadiæ quondam Regem in uenati-
one occupatum, & imprudentem Seps oppressit. Viperæ similis est inquit, minimę, cineris
colore, maculis ex interuallo uarius, lato capite, angusta ceruice, aluo maiori, cauda breui,
obliquo incessu, quasi cancer: quod & Cerastæ inquit, serpenti proprium est. Chalcidicem
Helianus, si quis inquit, habeat in tritico, fore ut incorruptum seruetur. De serpente intelli-
gat, an de pisce Chalcidico, qui & Chalcis dicitur, non constat. De Sepe pro Multipeda, Plini-
us uigesimo uolumine. Multipedem inquit, Sepa Græci uocant, oblongam, pilosis pedibus,
pecori præcipue nocuam. Castigatus est in ea parte locus, propterea cp non Sepa, sed Ipa lege
batur. Nam Ips genus uermis aliud, ut in pumice docebimus.

EX M. VERG. COMM.

AB exedendo Seps lacerta hæc dicta est. σήπει enim, id est, exest quæ ueneno suo contige-
rit. Lacertæ similem omnes describunt: præsertimcp in Theriacis suis Nicander dicens, σήπα γέ-
μην πεδιανοῖσι δομὴν σαύροισιν ἀλίξεις, quod est, Vitabis & Sepa, corpore humilibus lacertis simi-
lem. Dico autē humiles, quas ille πεδιανοῖς, id est, per terrā serpentes dixit. Fuit hoc illi ab euen-
tu nomen, quemadmodū a corporis maculosis lineis, quas in tergo habet colore æris: quod
Græci Chalcon dicunt. A Chalcis, siue Calcidica dicta eadem est. Nos enim eādem credimus:
fuissecp antiquam & uerā eius appellationem Chalcida, quasi æneā, ob eam quā diximus cau-
sam: & ex eo deinde nomine, cuius rationem non nouissent omnes, ad adiectiuū gentis, & loci
nomen translatā eius appellationem fuisse, dictamcp Chalcidicam, quasi in Chalcide Euboiæ
plurima inueniretur. Quod falsum est: cum in Libya & Cypro nasci præcipue dicatur, & inter
petras illic uiuere. Factū ob id etiā est, ut in antiquis scriptoribus modo Chalcis, modo Chalci
dica lacerta inueniatur: eorūcp auctoritate diuersum, non idem creditū hoc animal fuerit. No-
bis in hanc partem inclinat animus: habemuscp opinionis huius auctorem antiquissimū Ni-
candri interpretem. Nec eo secius liberum legentibus arbitrium relinquimus.

Hosted by Google

C

## De Scinco. CAP. LXXI.

σκίγκος

SCincus aut Aegypti, aut Indiæ, aut rubri maris alumnus: q̃uis inueniatur in Lydia Mauritaniæ. Eſt autem terreſtris Crocodilus ſui generis, qui ſalſus affertur in naſturcio. Aiunt carnes quæ renes amplectantur, id ſibi uirium uendicaſſe, ut ſi drachmæ pondere bibantur, uenerem accendant. Verum decocto lentis cum melle, aut ſemine lactucæ cum aqua poto, ueneris cupiditates inhibentur. Additur in antidota.

### BARBARI COROLL.

SCincus a Crocodilo cute diſtinguitur, candidiore, tenuioreq̃, ſed præcipue ſera ſquamarum, quæ a cauda ei ad caput uerſa eſt. Maximus Indicus. Poſt Arabicus. Afferuntur inueterati ſale. In Nilo natus, Ichneumone minor eſt, tanto inferior Crocodilo. In Libya duos cubitos excedere, Pauſanias exiſtimat. Venales Scincos ex Aegypto licet uidere, lacerti magni ſimilitudine. Sunt & Vincentino agro ſui quidam Scinci, minores multo ueris, etiamſi pro Aegyptijs officinæ ſubjciunt. In Bithynia Chalcedonis agro fere, Crocodilos minutos quodam fonte naſci, qui a Zaritia dicatur, Strabo meminit: fortaſſeq̃ pro Scincis accipit, quoniã paruos eſſe tradat. Crocodili Champſæ apud Aegyptios uocantur. Iones uero Crocodilos primi uidentur appellaſſe, ut inquit Herodotus, ſumpto nomine ab illo Crocodilorum genere, qui apud ipſos in ſepibus, macerijſq̃ naſcuntur.

## De Terrenis uermibus. CAP. LXXII.

γῆς ἔντερα

TErreni uermes impoſiti, præciſos neruos glutinant. Tertianas diſcutiũt, decocti cum anſerino adipe. Infuſi, affectis auribus medentur. Cum oleo autem decocti, ſi in contrariam aurem inſtillentur, dentium doloribus præſtant auxilium. Poti ex paſſo, urinam ciunt.

D

### BARBARI COROLL.

VErmes terrenos, quidam Blininthas, alij Genſentera, hoc eſt, Lumbricos, & Inteſtina terræ uocant. Iulos aliqui, ut Dorion. Gaphagæ a Syracuſanis uocãtur, quaſi limo & terra uiũ tent. De ijs nonnihil & in Fibro diximus. Eſt Iulus & Polypus & Cantilenæ genus, qua laniſices ſiue purpurarij utuntur. Hoc nomine uocantur hymni quoq̃ Cereris, ac Proſerpinæ. Sed & fruges ipſæ. Propterea, q̃ ſingulares manipulos farris hordeacei, amalas Græci uocãt: ipſas uero metas, & faſciculos, qui ex multis manipulis præligati ſunt, Vlos, & Iulos nominant, ut Athenæus inquit, meliusq̃ Photion Vlos interpretatus, panes holocleros, hoc eſt, quibus nihil detractum ſit. Nec ſatis ſcio, de autopyro pane, an de holopyro Photionis ennarratio intelligenda ſit: de quorum utroq̃ in tritici mentione diſſertabitur. Terreni uermes, cum e cauernis ſuis prodeunt, tempeſtates, imbreſq̃ prænunciant.

## De Mure araneo. CAP. LXXIII.

μυγάλη

MVS ARANEVS diſſectus & impoſitus, ſui morſus uenefficia luit.

### BARBARI CORLLO.

Plí. li. 29. ca. 4.

MVrem araneum Mygalen, & Myogalen Græci appellant. Negant tranſiri orbitam aheo, naturæ quodam torpore: & ſi tranſierit, moritur. Inde contra morſum eius, terram ex orbita ſumendam præcipiunt. In Italia uenenatus eorum ictus. Eoſdem ulterior Appennina regio non habet. Monendi ſumus in Theodori præfatione de animalium hiſtoria, non Mygalen pro muſtella, ſed Galen ſcribendum ab impreſſoribus fuiſſe. Mus araneus ideo Mygale dicitur a Græcis, ut placuit Aetio, quia muris magnitudine ſit, & muſtellina ſpecie. Os ei oblongum, cauda gracilis, dentes quadruplici uerſu tenues: quod & uulnus indicat. Ex eo purus ſatim ſanguis effluit, mox ſanioſus, tum puſtulæ inſurgunt, Sunt quibus caro feculenta. Ipſum animal maxime teſticulos aggreditur. Puſtulæ, ſi prægnans percuſſerit, nec aliter rumpuntur, ut Dioſcorides & Aetius ſcripſere. Plinius, non puſtulas, ſed ipſum Murem araneum ſi prægnans feriſſet, diſſilire protinus exiſtimarunt.

Hosted by Google

EX. M VERG. COMM.

DEscripserunt ex ueteribus plures araneũ Murem, præsertimq; Aetius: q ideo a græcis Mygalem, facto ex mure & mustela nomine, appellari ait, qm̃ muris magnitudinẽ, & eadẽ illi caudę gracilitate, et rictus longitudine, reliquo autem corpore mustelina specie sit. Amyntas tm̃, antiquissimus græcorũ scriptor, ideo Mygalem uocari ait, q̃ adulterino coitu ex mure & mustela nasceretur. Quod nec uerum, nec uerisimile est. Qui enim ad generationem coibunt mus & mustela: quibus non solum dissimilis penitus natura, sed quales multæ aliæ inter animalia uidentur natiuæ & exitiales inimicitiæ sunt. Meminit aranei Muris Nicander in Theriacis suis, cęcumq; appellauit, homini exitialem, in orbitis rotarum pereuntem. A

## De Muribus. CAP. LXXIIII.

MVres, qui in domibus oberrant, concisos, scorpionum plagis utilissime imponi in confesso est. Si inassatos infantes ederint, oris saliuam exiccari promittunt. μῦς

BARBARI COROLL.

MVris nomen ut Mustellæ, animalibus multis cõmune. Alpini, quos aliqui Marmotas uulgo dictos intelligunt, magnis oculis prominẽtibus, media magnitudine, pabulum hyemi præparant, anteq; condantur. Alterni, ut aiunt, mas, & fœmina, complexo herbarum fasce, supinos cauda mordicus apprehensa, inuicem detrahunt ad specus, proindeq; tunc temporis detrito uideri dorso. Pares n̄s Aegyptiȳ, similiter residunt in clunem, & in binis pedibus gradiuntur, prioribus manuum uice utentes. Sunt & Pontici, unius coloris, & uarij. Ex hoc gñe creduntur esse pelles, quibus muniri uestes contra frigora cœpere, candidos eorũ Armillinos, sordidum uulgus nominat. Nam uarij, parte tãtum prona, candicãt. Venetis in dorso color, a quo Dossuariæ Pelles uocantur: quandoq; ferrugineus, deterior priore. Instruxit & ex Muribus luxuriã suam uita, alios magnis frigoribus, alios medio anni tempore a septentriõibus pẽdo. Armamus corpora, debellamus animos. Condunt mures hyeme dumtaxat albi, quorũ palatum in gustu sagacissimum esse referunt. Murem Græci Myn appellant, Cretenses Smynthion, siue Smynthea, unde Appollini cognomen, ut Photioni uidetur post Strabonem. B

EX M. VERG. COMM.

PLura sunt Murum ueteribus genera. Alpini, Pontici, Glyres. Et in his generibus diuerso colore & forma, sunt & in domibus nostris latentes: quos adiecta hac nota ad medicinam Dioscorides ab alijs secreuit.

## De Vsu lactis. CAP. LXXV.

LAc generatim omne boni succi est. Corpus alit. Aluum emollit. Stomachum & intestina inflatione uexat. Vernum tamẽ dilutius æstiuo habetur. E uiridi pabulo aluum magis læuigat. Probatur autem candidum, æquali crassitudine, quod ungui instillatum cogitur. Aluum minus tentat caprinum. Quoniam adstringentibus pabulis, robore, lentisco, & oleaginis frondibus, magna ex parte uescuntur. Inde stomacho accommodatissimum reddi solet. Ouillum autem dulce, asperum, & præpingue, non usq; adeo utile stomacho. Bubulum tamen, asininum, & equinum, uentri magis idonea. Sed ipsum turbant. Quibus in locis pecora scamoniam, ueratrum, lematipem, aut mercurialem pascuntur, lac omne uentrem & stomachum subuertit. Quale in Iustinis montibus esse, a nobis proditum est. Siquidem capræ, quibus candidum ueratrum pabulo fuerit, primo foliorum partu euomunt, & eorum lac haustum nauseam creat, & stomachum in uomitiones effundit. Adstringentius omne decoctum, præcipueq; candentibus calculis marinis exuctum. In summa, omnibus auxiliatur internis exulcerationibus, præsertim faucium, pulmonis, γάλα

quatenus fit subductibus



Hosted by Google

C interaneorum, uesicæ, & renum. Foris uero contra pruritum cutis, eruptiones papularum, & uitiatos corporis succos. Recens cum melle crudo, addito sale, datur exigua aqua dilutum. Minus inflat quodcunq; feruefactum. Decoctum cum calculis marinis ad dimidias, ulcerosas uẽtris fluctiones adiuuat.

BARBARI COROLL.

Pli. li. 28. ca. 9. Lib. 11. ca. 41. Aristot. de naturis animalium. lib. 7. cap. 5. 11.

LAc Græce Gala. Camelinum, ab hominis lacte, dulcissimum: pręcipue si ad unam mensuram tres aquę addantur. Bos ante partum non lactescit, Asina protinus. Pullo eius ubi pingue pabulum est, biduo a partu maternum lac pressisse mortiferum. Genusq; morbi uocatur Colostratio, & infantes Colostrati, densato lacte in casei speciem. Ex proximo semper a partu Colostræ fiunt, quæ nisi admisceatur aqua, durescant in pumicem. Est autem Colostra, siue ut Plinius Colostrum, prima a partu spongiosa densitas lactis. Theodorus pro coitu lactis quocunq;, Colostrum plærumq; accipit. Itemq; pro eo quod ab Aristotele Trophalides appellantur. De Colostro & Martialis poeta meminit, & Lucilius, & Plautus in Penulo. Mea inquit Colustra, meum cor, meus molliculus caseus. Inter opera uero ganeæ preciosissimum ex lacte Caput uocatum: quod Britanni atq; Belgæ Cremorem lactis hodieq; nominant. conficitur & quæ Spuma lactis dicitur. Insubriæ supra memorati, Cremoris æmula, quam græci Aphrogala, ut inquit Aetius, appellant. Vtrinq; dentatorum lac non coit. Tenuissimum camelis. Mox equabus. Crassissimum asinæ, ut coaguli uicem impleat. Omne Lac igne spissatur, frigore serescit. Spissatum igni, Pyriathes, & Pyriephthon uocari a græcis, autor est Aetius. Meminit & Iulius Pollux. sicut spissatum coagulo Pyctes, quod rustici nostri Lac Iuncatum a Iunco & carice, aut quibus alijs seges tribus inuoluitur, appellant. Athenæus uero primum lac Pyriephthen, & Pyriephthon tradit uocari. Photion primum Lac a græcis etiam Pyos, & Pyon dici uoluit. Alioqui Pyos & sanguis concretus est: quod & Pus dicitur. Pultem ex ouo & lacte Oogala medici cognominant. Lacticinia, qui uocãt ex Lacte quoquo modo cibum, etiam si quidã in sacris literis id usurpant, non probo. Lactarium opus dixerim potius, autore Spartiano. Cœnas inquit Heliogabalum exhibuisse alia die de oleribus, alia de pomis, alia de dulciarijs, alia de opere lactario.

D

## ¶ De Sero lactis. CAP. LXXVI.

ὀῤῥὸς γάλακτος

LAC QVODCVMQVE Serum cõtinet implicitũ. Quod ubi discessit a lacte, multo potentissimum ad purgationes redditur. Datur quibus sine acrimonia uolumus deiectionem moliri: ut melancholicis, comitialibus, lepris, elephantijs, & erumpentibus toto corpore papulis.

BARBARI COROLL.

Strabo lib. 3.

SErum iam multo potentissimum quidam ad tertias decoquunt, & sub diuo refrigerant. Græci Orron uocant. Hoc quemadmodum a lacte separetur, Dioscorides mox indicat. In Erythia iuxta Gades, insula unius stadij, patente freto, lac sine Sero premi tradunt, ut Strabo retulit: tanta pinguitudine, ut in caseo conficiendo, aqua diluatur.

## ¶ De Schisto, ceu scissili lacte. CAP. LXXVII.

χιστὸς

EX omni lacte fit quod Schistum appellant. Lac autem fictili nouo feruet, ramoq; ficulneo recenti mouetur, insparsis postquam bis aut ter efferbuerit, totidem aceti mulsi cyathis, quot sunt heminæ lactis. Ita enim serescens, liquidum ab eo diuiditur, quod in caseum concreuit. Sed cum feruet, ne superfundatur, conueniet spongia ex frigida continuo fictilis labrum detergere, sestariumq; argenteum frigidæ aquæ plenum demittere. Bibitur heminis per interualla singulis usq; ad quinas, ita ut intercedentibus spacijs, potantes ambulent. Lac autem recens efficax

na nardg ex hoc
oco dicit q vide
ur natg modus
qui nunc in comu
ni usu est biben
di medicatas aquas
in anotacionibg
me sue. cap. de a

hemina est libra. ℞.

est contra rosiones ustionesq́, ab exitialibus medicamentis factas, uti a A
cantharidibus, aut salamandra, bupreste, aut pinorum eruca, hyoscyamo, dorycnio, aconito, aut ephemero. Præsertim bubulum ad id eximie confert. Gargarizatur autem exulceratis faucibus, tonsillisq́. Asininum peculiariter collutos dentes, gingiuasq́ stabilit. Fluctiones alui, si ulcera sentiantur, tenesmosq́, ouillum, bubulum, aut caprinum cum marinis la pillis decoctum, sistit. Per se autem, & cum hordeacea ptisana, aut halicaceo cremore infusum, magnopere intestinorum rosiones mitigat. Exulceratæ uuluæ immittitur.

BARBARI COROLL.

LAc Schistō uocatur, quasi scissile, ac dimidium, quoties uidelicet concretam eius partem, quæ Casealis dici potest, ab serosa, ut Galeno placet, separamus. Improprie tamen Schiston inquit lac nōnulli appellant, id in quo aut littorales calculi, aut ferrum ardens restinctum sit.

## ¶ De Muliebri lacte. CAP. LXXVIII.

HVmanum lac dulcissimum est. Et maxime alit. Mammis autem γυναικεῖον γάλα
exuctum, prodest tabi, & stomachi rosionibus. Contra hausti leporem marinum præstdio est. Oculis cruore ex ictu suffusis, cum thuris polline instillatur. Podagricis utile est, cum meconio, & cærato illitum. Lac omne respuendum splenicis, hepaticis, comitialibus, uertiginosis, & neruorum uitio laborantibus, febriculosis, & capite dolentibus. Nisi si B
quis interdum purgationis gratia, ut ostendimus, Schistum præbeat. Priuiperæ canis lacte perunctos narrant glabrescere. Potum contra uenena antidoti uicem obtinet. Abortus mortuos expellit.

BARBARI COROLL.

LAc mulieris ante septimum mensem inutile, insalubreq́. In omni usu præfertur eius, quæ Plí. li. 28. ca. 9.
geminos enixa fuerit, tum eius quæ marem fere. Inefficax eius quæ sequiorem sexum edidit. Eius quæ marem peperit, lacte gustato, Canes rabiosos fieri negant.

## ¶ De Caseo. CAP. LXXIX.

CAseus recens, sine sale, sumptus alit. Stomacho utilis est, & facile τυρὸς νεαρός
in membra delegatur. Corpus auget. Aluī modice emollit. Alius tamen alio præstantior, pro natura lactis a quo conficitur. Decoctus autem & expressus, deinde inassatus, aluum sistit. Illitus, oculorum inflāmationibus & sugillatis prodest. Qui uero recens salitus est, minus alimenti præbet. Corpus apte minuit. Stomacho aduersatur. Negociū uētri, interaneisq́ exhibet. Vetustiore sistitur aluus. Sero quod a caseo manauit, q̄ optime canes aluntur.

BARBARI COROLL.

CAseus non fit ex utrinq́ dentatis, ut diximus. Bubulum, Caseo fertilius q̄ caprinum, ex eadē mensura, ut Aristoteles tradit, pene altero tanto. Quæ plures quaternis mamas habent, Caseo inutilia, & meliora quæ bīnas. Caseus infumatus laudabatur a ueteribus: nec hodie cōtemnitur. Omnis porro Caseus, senectute fit salsus: sed in musteum redit saporem, acero e thymo maceratus. Barbaros Caseo non usos tradunt, sed in iocundū tamē acorem solitos lac cogere, quod & Oxygala uocatum sit: cuius rationē aliam Columella postremo sui operis libro tradidit. Casei genus Saptum, quasi putrē dicas. Faciunt utilem cœliacis. In Plinio legendū sit epityron, an caprarum, in mentione Casei lib. 11. controuersum diu fuit. Ipse nō epityrum, sed



Hosted by Google

C caprarum lego. non quia Epityrum oliuæ fractæ genus ſit, ut quidam putant: quandoquidem oliuæ genus illud pityrum & pityrida, non epityrum appellari conſtat: ſed illa ratione potius, ꝙ niſi caprarum gregibus ſua laus eſt, in recenti maxime eam augente fumo gratiam, & reliqua legamus, uix ſtabit ſenſus, niſi plane quis extorqueat. Præterea, cum de bubulo, & ouillo Caſeo diſſeruiſſet auior, maxime ſequens erat, ut de caprino quoq; loqueretur. nẽ quia fit omnium fere deterrimus, improbari omnino iudicaretur. Adde, ꝙ infumari, nõ alius magno fere Caſeus, q̃ caprinus aſſolet. Nec fere placet, niſi muſteus, atq; recens. Athenæus latina uoce uſus, fumoſos Caſeos appellat. Laus Caſeo Nemauſenſi, Leſuræ, Gabaliciq; pagis. Alpino duobus generibus. Docleati, ex Dalmatia. Vatuſico, ex Ceutronia. Cebano e Liguria & Appennino, maxime lactis ouium. Auximati, ex Vmbria. Item Iunenſi magnitudine conſpicuo, ſingulis quãdoq; milibus pondo. Item Veſtino, Cruſtuminoq;, ac Coditio campo. Nam Siculum Iulius Pollux meminit, & Ariſtoteles, qui & Phrygium quoq; nominat: ſed Siculum ex ouillo & caprino mixtum lacte, Phrygium ex equino aſininoq; fieri ſolitum commemorat. Siculum Athenæus præferri putat omnibus, utiq; poſt Achaicum, ex oppido Tromilia, unde Tromiliſtus dicatur, & a Simonide Stromilius, ex caprino lacte. Epityrum uero caſeus non eſt omnino, ſed ut Varro inquit, edulium, Siciliæ q̃ Italiæ frequentius: cuius uocis in Plauto mentionem haberi ſciunt omnes. Vnum inquit epityrum edam. Pollux uidetur hoc Xerantyron uocaſſe, ſiculum edulium id eſſe affirmans. Athenæus Hypotyrida placentæ genus facit, fortaſſe idem cum Epityro. Nam Catatyron condimenti nomen eſt e caſeo, apud eundem autorem. Trans maria Bithynius fere in gloria erat, Salonites ab oppido appellatus. Gallici ſapor medicamenti uim obtinet. Nunc a Ciſalpina Gallia cõmendantur, Placentini maxime. Formaginem Theodorus pro Caſeo cur dixerit, aut quem autorem ſecutus ita uerterit, quod Ariſtoteles Trophalida ſcripſit, niſi ꝙ in Columela forte legit, cõcretum lac in fiſcellas, aut in
D calathos, uel formas transferri ſolitum, non uideo. Aliubi Theodorus idem, Trophalida colo ſtrum interpretatur, ut prædiximus. Neutrum ſatis probo. Caſeum Græci Tyron uocãt. Eius diſcrimina pulcherrime Antiphanes poeta reddidit, Chloron, hoc eſt, recentẽ atq; mollẽ: qualis in fiſcella fertur. ob id Fiſcellis uocatis: quia inde caſeum abliguriunt: Xeron, hoc eſt, aridũ, atq; ut Iulius Pollux interpretatur, macilentum. Copton, hoc eſt, prædurum. Nam & Copta rhodia, & Copta ficus hinc nomen tulere. Xyſton, hoc eſt, tonſilem atq; raſilem. Nam & horti ſic dicuntur. Tmeton, hoc eſt, ſciſſilem. Pecton, hoc eſt, coagulatum, coloſtratumq;: nam eũ qui aceſcere incipiat & lacte ficulneo coierit, Opian uocant. In Creta Caſeos quibus lata forma eſt, ſed gracilis, Thelias, ideſt, quaſi fœminas appellant.

## ¶ De Hippace. CAP. LXXX.

ἱππάκη QVod Hippacen uocant, Caſeus eſt equinus. Ea uirus redolet. Magnopere alit. Bubuloq; proportione correſpondet. Nec deſunt qui Hippacen, equinum coagulum appellarint.

BARBARI COROLL.

HIppace differt ab Hippice: ꝙ Hippace caſeus atq; coagulum eſt, Hippice uero herba, Scythica equeſtris, a Theodoro dicta. Phrygiũ caſeum, Ariſtoteles ex equino & aſinino lacte confici ſolitum ſcribit, ut in caſeo notauimus. Hippocrates inuẽtum ſcribit Scytharum Hippace. Ex equino lacte, in ligna, inquit caua infundunt id. Deinde obturbant, in natantem ſpumam, Butyrum uocant: id quod ſidat, Hippacem: id quod in medio ſubſiſtit, Serum. Vires exiguo cibo ſuſtentat Hippace, quemadmodum & Hippice.

## ¶ De Butyro, & eius fuligine. CAP. LXXXI.

βούτυρον E Lacte pinguiſſimo probatum fit Butyrum, quale bubulũ eſt. Fit & ex caprino, agitato in uaſis lacte, donec pingue diſcedat. Butyrũ natura oleoſum eſt, & emolliens. Vnde largius epotum, uentrem reſoluit. Prodeſt, ubi oleum non adfuerit, contra uenena. Cum melle, ſi infricetur, dentitiones adiuuat. Gingiuarum pruritus, & oris ulcera infantibus emendat. Illitum foris, capaciora alimentorũ facit corpora. Et ab albidis puſtulis per ſumma ſcatentibus aſſerit. Contra inflãmationes, et duri-

Hosted by Google

cias uuluæ, quod nec uirus resipit, nec uetustatem sentit, Butyrum efficax est. Dysentericis, & coli exulcerationibus infunditur. In medicamẽta addi solet, quæ pus mouent. Vtile præsertim cum nerui, aut cerebri membranæ, uesica, aut ceruix uulnera accæperit. Id autẽ purgat. Replet. Carnem creat. Ab aspide percussis utilissime imponitur. Recens obsonijs additum, olei uicem pensat. & adipis uice fungitur in bellarijs. Colligendæ ex eo Fuliginis ratio hæc est. Butyrum in lucernam nouam ingestum accenditur, fictiliq; operculato, quod superne in siphunculũ desinat, & sub pedibus cuniculos clybani modo habeat, crematur. & subinde aliud in absumpti locum sufficitur, dum coaceruetur Fuliginis modus, quem facere institueris. Penna post deraditur ad usus. Eius effectus est in medicamentis oculorum, exiccare & adstringere. Fluctiones cohibet. Et ulcera celeriter ad cicatricem perducit. A

BARBARI COROLL.

BVtyrum spuma Lactis est, cõcretiusq;, q̃ quod Serum uocatur. Hic & Butyrus dicitur, & Butyrum, & ab Hippoc. Picerion. Laudatissimus Barbaris cibus, & q diuites a plæbe distinguat. Butyrum a boue nominatur, qa e bubulo lacte fiat: ut miretur Dioscoridem Galenus, q ex caprino, & ouillo cõfici lacte dixerit. Ex caprino tamẽ fleri solere, testis est Plinius. Quod quidem cũ fit, hyeme calefacto eo, æstate uero dumtaxat expresso utuntur, crebro iactatu, in longis uasis, angusto foramine, additur paulum aquæ, uti acescat. Quod est maxime coactũ, in summo fiuit. Id exemptum addito sale, Oxygala, hoc est, acre Lac appellant. Reliqua decoquunt in ollis. Ibi quod supernatat, Butyrum est. Quod magis uirus respuit, hoc præstantius. Oxygala fit & alio modo, lacte acido in recens addito. Casei genus a Galeno Oxygalactinon uocari Asiæ, Pergameno præsertim agro dicitur. Pli. li. 28. ca. 9. B

EX. M VERG. COMM.

EX lacte Butyrũ fit, spuma eius dũ coquit cõcretior q̃ Serũ: & qm̃ plurimũ e bubulo fit, a boue nomẽ inuenit. Alioqn ex omni lacte fieri posse, & hic, & Plinius testati sunt: q̃d antiqores aliqui negauerunt, nomen magis, q̃ rei naturam contemplati. Oleosum natura Butyrum esse, Diosc. ait, & p̃ter hoc non μαλκτικῆς δυνάμεως, quod fere in omnibus græcis legitur, quod molliendo aptum significat, sed ut in uetustioribus, & ut res ipsa exigit, γαλακτικῆς .i. lactuosæ naturæ. Barbarus ex priore illa lectione, molliens id uertit. Nos ex posteriore, oleosum natura Butyrum esse, & lactis naturam sequi diximus: non tam ueterum codicum fide & autoritate persuasi, q̃ passiui eius uerbi ἔχεται significatione admoniti, quæ apte id indicabat.

¶ De medicina Lanarum. CAP. LXXVII.

SVccidę Lanę molles, e collo, feminibusq; laudatissimę habent. Subueniũt int initia uulnerib. pcussis, desquãmatis, liuidis, ossib. fractis, aceto, oleo aut uino imbutę. Siquidem capaces sunt liquidorum, quibus oblesæ partes fouentur. Et ob pecudum sordem, sic enim Oesypum uocant, emolliunt. Capitis, stomachi, aliarumq; partium doloribus, cũ aceto & rosaceo efficaciter imponuntur. ἔρια ὀισύ πηρὰ τὰ ἁπαλὰ

¶ De Lanis ustis. CAP. LXXXIII.

CRematarũ Lanarũ cinis crustas obducit. Excrescentias in carne cohibet. Et ulcera ad cicatricem perducit. Mundæ autem, & carptæ in fictili crudo cæterorum more uruntur. Nec secus purpurarum tomenta cremari solent. Aliqui cum sordibus Lanas carpũt, & melle irrigant, eodemq; modo urunt. Alij in fictili oris patuli, uerucula inter se di κεκαυμένα ἔρια

Cstantia componunt, & conceptas lanas oleo ita suffusas, ut ne stillare quidem possint, assulis tædæ subiectis, & eisdē laniscp permutatim interstratis, leuiter succendunt, & ustas tollūt. Quod si e tæda pix, pinguitudoue ulla profluxit, collecta reconditur. Lauatur ad oculorum medicamenta. Cinerem in labellis aqua addita manibus confricant, & considere patiuntur. Idcp sæpius, mutantes aquā donec linguam adstringat, nec mordeat.

## BARBARI COROLL.

Pli.li.8.ca.48. Lib.29.cap.2. LAnam, Græci Erion uocant. Ad medicinam laudatissima est Gaiatica, Tarentina, Attica, Milesia. Lanæ quibusdam locis non tondentur, sed euelluntur. Ob id cum dempta est, atcp cōglobata, quidam Vellera, alij Velumia appellant. Mirum quod tradunt, mederi Lanas pecori, cibos fastidienti, si cauda cp arctissime præligata, indidem uellantur: statim enim uesci pecus incipere, & quod extra nodum sit, præmori. Lanam succidam Græci Rhyparam, Ionia Sinypen, alij Oesypiram, hoc est, sordidam, & cum Oesypo suo, de quo paulopost dicturi sumus, nominant. Galenus autor. Succidam, a sudore dictam Varro existimat: quia oues cum incęperint sudare, tondeantur. Nam Succidia, non a sudore, sed a sue nominatur, cuius caro est. Lanarum sunt & a coloribus, quos bibunt, discrimina. Cymatiles a fluctibus, Geranochroes a gruibus. Iam ab Amethysto, ab serenitate, a Croco, a Rosa, a Myrto, a Glandibus, ab Amygdalis. A Cera, a Coruo Coraxicæ, a Purpura Colossinæ. Et hęc partim ex Plauto, partim ex Ouidio in Artibus, & Strabone. Adulteros, ut Aelianus tradit, in Gortyna Cretæ deprehensos, Lana coronabant, molliciæ probro: atque ita per ciuitatem, ad Magistratus tradu cere moris erat.

Supplicīū ad ulterorum apud Cretēses olim.

## EX. M. VERG. COMM.

QVales fuerint ueteribus, & unde nomen inuenerint succidæ Lanæ, satis docuit Varro rerum rusticarū secundi uoluminis ultimo capite, cuius uerba hæc sunt. Tonsuræ tempus inter æquinoctiū uernum & solstitiū, cum sudare incœperint oues, a quo sudore recens Lana tonsa, succida est appellata. Hic prēter tonsuræ tempus, quod succidarū appellatione signa
D tum ab eo est, ex qua etiā pecoris parte tondendæ essent, ad medicinā docuit: ex collo scilicet, & femoribus, unde molliores, & copiosiore sudore sordidiores tondent: quorū alterū mollit, alterū adspergines felicius cōbibit. Dicimus aūt adspergines quæ Græci ἐμβρέγματα, & ἐμβροχὰς in sua medicina passim dicunt, quæcūcp humida & liquida corpori inspergunt: quæ quoniā cito dilabunt, linteolis, stuppis, alijscp huiuscemodi inspersa imponunt: & in hunc usum aptissimas esse pecoris lanas Dioſco. ait Nec aliud in Satyra Aquinas poeta indicauit dicens. Vinū, cd succida nollet Lana pati. Eo em, alijscp humoribus ad medicinā quotidie inspergunt.

## ¶ De Oesypo, pecudum sorde. CAP. LXXXIIII.

ὄισυπος OEsypum uocant græci, succidarum lanarum pinguitudinem. Cuius parandi ratio hæc est. Succidæ molles radicula curatæ, calida aqua lauantur, & quibuscunc sordibus expressis, & in labellum oris amplī coniectis, aqua infunditur, magnoc impetu cocleari uti respumet agitatur, aut lignea rude ualidiusculè cōturbatur, quo largius sordida spuma colligi possit. Deinde marina respergitur. Et considente pingui quod supernatabat, collectoc in fictili uase, denuo aqua in labellū fusa agitatur. Spuma mari perfunditur, & demum eximit. Hoc tantisper fieri solet, dū consumpta pinguitudine nihil prorsus spumæ extet. Collectum Oesypum manibus emollitur, & si qua insedit spurcitia, cōfestim demitur. Excluſac sensim omni aqua, recentique affusa, manibus misceatur, donec admotum linguæ Oesypum, adstringat leuiter, nec mordeat, atque pingue candidūc spectet. Tū in fictili uase condit. Verū omnia feruido sole fiant. Nonnulli excolatum pingue frigida aqua eluunt, & manibus

Hosted by Google

non ſecus atq; cæratum fœminæ, confricant. Ita enim candidius reddi- A
tur. Alij elotis lanis, & ſordibus quibuſcunq; exemptis, ac lento igni in æneo uaſe ex aqua decoctis, pingue quod ſupernatat collectum, aqua ut diximus lauant, colatumq; in fictilem ollam, quæ calidam aquam contineat, linteo operiunt, atq; ſoli mandant, donec candidum fiat, & ſatis craſſum. Alij bidui ſpacio aquam effundunt, nouamq; adijciunt. Melius eſt læue, radicula non curatum, quod ſuccidarum uirus oleat. Et ſi manu in concha fricetur cum aqua frigida albeſcat, nihil in ſe duri, aut concreti habens. Veluti quod cærato, aut adipe adulteratur. Oeſypum excalfacit, explet ulcera, & emollit, præſertim ſedis ac uuluæ, cū meliloto & butyro. In uellere appoſitum, menſes & partus euocat. Vlcera non aurium modo ſanat, ſed & genitalium cum anſerino adipe. Contra eroſos angulos oculorum, ſcabioſoſq;, genas quæ occalluerunt, & ciliorum defluuia efficax eſt. In teſta noua torretur, donec redactum in cinerem pinguitudinem amittat. Ex eo etiam fuligo colligit, uti demonſtrauimus. Quæ in oculorum medicamenta commode addi ſolet.

## BARBARI COROLL.

OEſypum, & Oeſypus, utroq; modo effertur, ab eo quod Oes, hoc eſt, ouis. Græci maſculino fere utuntur, Latini frequentius neutro. Laudatiſſimum a ſudore alarum & feminum, ſicut in Atticis ouibus genitum: quod & notauerit Ouidius, Plí. li. 29. ca. 2.

Oeſypa quid redolent, q̃uis mittantur Athenis. B

Hippocrates, Caprinā e clunibus ſordem uocauit Oeſpen, ouillam Oeſypiden: quo quidē nomine, Lanam quoq; ſuccidam ſignificat quibuſdam. Quidā hoc a Galeno Hyſopū dici putāt: errore uulgi, & quidem a Græcis orto, qui non Oeſypum quādoq;, ſed Hyſopum ſcribant: ut ſiue prudentes, ſiue imprudentes, non Oeſypum ſimpliciter, Hyſophon Hygron, & Hyſopum pharmacum ſæpiſſime cognominent: quaſi ab Hyſopo herba diſtinguere uoluerint, ut Paulus in compoſitione, quam a Ruta πηγανίτιν appellant, utilem pleureticis.

## De Coagulo. CAP. LXXXV.

LEporis Coagulum tribus obolis ex uino, uenenatorum morſibus, cœliacis, dyſentericis, & fœminis fluctione uuluæ laborantibus, ac reiectionibus a pectore, auxiliatur. Sanguinem concretum diſcutit. Poſt menſtruas purgationes appoſitum uuluæ cum butyro, præſtat mulieribus ut concipiant. Potū uero partus enecat. Et poſt excretiones, pariendi ſpem adimit. Equi Coagulum, quam Hippacen aliqui uocant, priuatim cœliacis, dyſentericisq; conuenit. Hædi, agni, hinnuli, capræ, apri, cerui, uituli, bubalicq; Coagula ſimiles naturas ſortiuntur. Contra aconiti potū in uino, & concretū lac in aceto, cōuenienter aſſumūtur. Hinnuli Coagulum triduo a purgationibus admotum, partus ſpem intercipit. Vituli marini Coagulum caſtorei uires repreſentat. Comitialibus, ſtrangulatis uuluis potu conferre exiſtimatur. Sed ſyncæri hoc experimentū eſt. Aqua inſpergitur, qua pauliſper cum alterius animantis, tū præcipue agni Coagulū, maduerit. Quod ſi uerū eſt, ſtatim lique- πῖτυα λαγώου

C ſcit in aquam. Sin minus, conſimile permanet. Excipitur autem catulis qui nondum natare poſſunt. In ſumma, Coagulum omne diſſipata cogit, & coacta diſſoluit.

## BARBARI COROLL.

COagulū Pictya, & Pitya græce dicit, & Tamiſos poetis. Plinius ex hædo laudat. Ariſtoteles ex Inulo. Præcipuū tamen Daſypodis: quod & profluuio alui medeat, unius utrinq; dentatorū. A Pitya Pitynā uulgo dici, concretū igni ſerum, & quod in caſeum coire non potuit exiſtimo. Eſt & apud Græcos id quod appellant auctores noui, Melcen, imbuto uaſe aceto, atq; ita excalfacto, mox lacte infuſo, ac nocte tota quieſcere citra ignem permiſſo. Q̄z q̄p & alij plæriq; modi ſunt. Sed hic & compendiarius, & facilis. Sunt quibus Melce uideat eſſe, quod Oxygala uocauimus. Tametſi butyrū quoq; ruſtici non aliter fere appellant, q̄p Melcen.

## EX M. VERG. COMM.

NOta oībus res Coagulū eſt. Et nihilominus qui in græcis literis ſe tantū profeciſſe iactant, ut ſingulis diebus aliq̄d cōponere ſe poſſe dicant, & depromere, quiq; ſacrarū literarū antiq̄s interp̄tes nouis æditionibus caſtigare auſi ſunt, in Plutarchi cōmentariolo, cuius titulus eſt, quo modo quis ab inimicis utilitatē inueniat, pro coagulo lac uerterūt: non intelligētes, quantū ab altero alterū differat, & q̄d in ea re ſcriptori illi propoſitū & conſiliū fuerit. Licetq; auctore Ariſtotele lib. 3. de hiſtoria animaliū, Coagulum lactis ſubſtantia ſit, non tamē illi idem eſt: & utre ipſa differunt, lac, & Coagulū, ſic etiā diuerſis a græcis & latinis appellationibus indicant. Multa de animaliū Coagulis in utraq; gente uetuſtiſſimi ſcriptores docuerūt. Sed in græcis omniū copioſiſſimā hiſtoriam eodem libro & loco Ariſtoteles, & inter latinos Plinius.

## ¶ De Adipis ratione. CAP. LXXXVI.

stap D ADEPS ANSERINVS, aut gallinaceus, recens, & ſine ſale conditus, ad uuluæ uitia proficit. Sale inueteratus, & qui temporis ſpacio acrimoniam concæpit, uuluæ inimicus eſt. Recens exemptis membranis in fictilem ollam demiſſus, quæ altero tantopere capacior ſit, quantus ſit modus Adipis quem curare inſtitueris, obſtructo diligenter uaſe, flagrantiſſimo ſoli exponitur. Eliqueſcens inde humor in fictile alterum excolatur, donec Adeps omnis abſumatur: mox loco uehementer frigido reconditur, & ad uſus digeritur. Alij fictile fulciunt ſuper aquam calidam, aut tenuem & elanguidam prunam, quæ ſolis uicem penſet. Eſt & alia curandi ratio. Exemptis membranis teritur, coniectusq; in ollam eliquatur, adiecto minuti ſalis momento. Mox lineo colo transfuſus reponitur. Vtiliter in medicamenta additur, quæ laſſitudines & fatigationes leuant. Suillus adeps, & Vrſinus hoc curantur modo. Recens, præpinguis, renibus potiſſimum detractus, in largiore aqua cœleſti & q̄p frigidiſſima, exemptis tunicis, diligentiſſime manibus confricatur, & exprimendo ferme ſiccatur, ſubindeq; noua aqua abluitur. Cæterum fictili capacitatis duplæ inditus, in aquam demergitur. Et ſubditis leuibus prunis, ſpatha mouetur. Eliquatusq;, colo tranſfunditur in aquam. Vbi uero refrixit, & guttatim aquam omnem excluſit, in prælotum fictile demittitur. Et infuſa aqua leniter eliquari debet, & manu deprimi, quo facilius fæculentum uirus peſſum eat. Poſtea in pilam ſpongia madefactam transfunditur. Vbi coire cœpit, reſidens in imo ſordes eximitur. Tertio citra aquam eliquatur, repurgatusq; ficti-

Hosted by Google

li bene operculato, perq́ frigidis locis reponitur. Hircinū ſeuum, ouillū, A
ceruinūq́ ita curato. Elotum ex his quodcūq́, tunicis ut in ſuilli mentio=
ne dictū eſt exemptis, pilæ emolliendū tradito, ac manibus fricato, affuſa
paulatim aqua, donec ne amplius quidem cruentū uirus excernatur, aut
pingue aliquod innatet, ſed nitida ſpectetur. Deinde in ollam conjcito,
& adiecta aqua ut ſuperemineat, leui pruna liquefacito, atq́ in aquam
colato. Cumq́ refrixerit, iterum in loto fictili eliquato. Et quæ ante dixi=
mus facito. Tertio ſine aqua liquefactum, in perfuſam liquore pilam co=
lato. Refrigeratūq́, ut in ſuilli ratione diximus, recondito. Bubulum au
tem ſeuum, renibus maxime detractum, exemptis membranis, aqua ma
rina ex alto petita eluendū eſt. Mox in pila tundendū diligenter, affuſa
maris aqua. Cum uero diſſolutum fuerit, in fictilem ollam conjciendū,
& marina aqua, quæ non minus dodrante ſuperemineat, proluendū. De
coquendum, donec omnis aboleatur odor, additis ad ſingulas ſeui atti=
cas minas, quaternis tyrrhenicæ cæræ drachmis. Excolatumq́, detractis
quæ peſſum ierant ſordibus, in nouo fictili reponendum, opertumq́ ſo
li interdiu credendum, ut ad candorem reducatur, & uirus euaneſcat.
Priuatim taurorū pinguia ſic curari debent. Renibus euulſum pingue,
profluente amnis aqua abluito, detractisq́ tunicis fictili nouo poſtq́ exi
guū ſalem inſperſeris, liquefacito. Dein in nitentem aquam excolato: &
ubi concreſcere cœpit, manibus iterum confricando uehementer laua= B
to, aqua ſæpius infuſa, refuſaq́, donec q̄optime elotum uideatur. Rur=
ſus in olla cum pari modo uini odorati decoquito. Et cum iterū efferbue=
rit, dempto ab igni uaſe, ibidem ſinito pernoctare. Poſtridie ſi grauiter
adhuc oleat, noua olla repetitū, uino odorato perfundatur. Eadem quæ
prius fiant, dum omne uirus euaneſcat. Colliquatur, & ſine ſale, præſer=
tim affectionum earum cauſſa, quibus ſal aduerſari ſolet. Sed ita para=
tum, non magnopere albeſcit. Eodem modo pardorum, ac leonum
pinguia curari oportet. Taurorum autem & uitulorum pinguia, necnon
ceruorum medullæ, odoramentis imbuuntur hac ratione. Pingue quod
odoratum reddi debet, demptis quo diximus modo membranis, elo=
tum, & uino q̄odoratiſſimo nulla maris aqua diluto feruefactum, per=
noctare ſinitur. Alterum id genus uinum eadem menſura infunditur,
colliquatur, & exquiſite colatur. Nouemq́ eius heminis, iunci Arabi=
ci ſeptem drachmæ adjciuntur. Quod ſi ipſum odoris fragrantioris fie=
ri uoles, quadraginta floris eiuſdem drachmæ, cum paribus palmæ, ca=
lami, & caſiæ modis adduntur. Et xylobalſami, aſpalathi ſingulæ drach=
mæ, cinnamomi, cardamomi, & nardi ſingulæ unciæ. Omnia exactius
tunduntur, & affuſo uino odorato, in uaſe operto quod ſupra carbones
firmiter collocatum ſit, ter efferueſcunt, & ſemoto ab igni uaſe inibi per=
noctant. Poſtridie uinum effunditur. Aliudq́ generis eiuſdem adjcitur.

UNIVERSIDAD CENTRAL BIBLIOTECA
Hosted by Google

C Ter ſimili modo conferueſcat. Matutinis uinum effundatur. Et abluto uaſe, ſi quid imo ſubſidens hæſit, detergatur. Poſtremo eliquatum pinguę, & excolatum, ad uſus reconditur. Hoc autem modo odoramẽtis imbuitur, quod antea curatum eſt. Verum ante dicta prius inſpiſſari ſolent, quo facilius ſibi odoramentorum uires adſciſcant. Itaq; aſſumens quod uoles cum uino feruefacito, impoſitis una myrti ramulis, ſerpylo, cypero, item aſpalatho plenius tuſo. Aliqui tamen pro uſu, uno dumtaxat horum contenti ſunt. Cum autem ter efferbuit, exemptum leniter & linteo colatum, aromatis uti expoſitum eſt imbuitur. Adipibus ſpiſſamenta ſic fiunt. Syncærus, & ſanguinis expers adeps, reliqua habens quæ ſæpe tulimus, in ollam nouam demittitur, infuſo uino albo, uetere, odorato, quod ſemipedis altitudinem ſuperet: lento igni feruefcat, dum uernaculus odor aboleatur, planeq; uinum redoleat. At ubi depoſito uaſe refrixit, duæ adipis minæ in ollam mittuntur, & duo uini eiuſdem ſextarij, & feminis loti, eius inquam cuius e ligno ludicræ tibiæ factitantur, tuſi minæ quatuor adijciuntur. Lento igni ſubinde miſcendo decoquuntur. Cumq; odoris uirus euanuerit, excolatusq; adeps refrixerit, una contuſi aſpalathi mina, cum amaracini floris minis quatuor, & uetere uino ſubigitur. Nocte una hæc odorem rapiunt, combibuntue. Poſtridie in fictilem ollam tricongialem ea omnia cum adipe iniecta, additis ſextarijs tribus uini, una feruefcũt, quouſq; & uim & odorem ſpiſſamentorũ adeps ipſe cootraxerit: qui eliqueſcens colatur, & reponitur. Quod ſi maiorem odoris fragrantiã efflagites, drachmas octo cꝫ pinguiſſimæ myrrhæ uino maceratæ, quod multos in annos aſſeruatũ eſt, miſceto. Gallinaceus, anſerinusq; ſic odoribus imbui ſolent. Cuiuſuis eorũ percurati ſextarij duo fictili olla excipiuntur, eryſceptri, xylobalſami, palmæ elatę, & calami plane contuſi ſingulorum ſeſcuncia admiſcetur. Vini leſbij ueteris cyathus unus adijcitur. Ea ter efferueſcunt prunis. Mox uaſe ſublato ab igne, die noctuq; refrigerantur. Poſtridie liquata per linteum mundum in uas excolatur. Vbi uero adeps coierit, concha excipitur, fictiliq; nouo denſius operto, perfrigidis locis reponitur. Hybcrno tempore id inſtituere oportet. Aeſtate ſiquidem pinguia non coguntur. Nec deſunt qui tyrrhenicæ cęræ momentũ adijciãt, quo facilius in unum corpus omnia coaleſcant. Eadem ratione ſuillus adeps, & urſinus, cæteriq; id genus, odoramentis imbuũtur. Verum Sanſuci odorem adeps ipſe repreſentabit hoc modo. Curati cꝫ optimi adipis, præſertim taurini mina una, tempeſtiuiq; ſanſuci exquiſite confracti ſeſquimina miſcentur, & inſparſo largiore uino digerũtur in offas, quæ in uaſe cooperto nocte quieſcunt. Matutinis in fictili olla leuiuſculo igni, affuſa aqua coquũtur. Dumq; ſuũ adeps odorem exuerit, defæcatus, ac bene opertus, nocte tota permanet. Poſtero die deterſa ſorde quæ peſſum ierat, ſanſuci, ut dictũ eſt, contuſi iterum ſeſquimi

D

na priori pastillo adijcitur. Eodemq; modo in offas cogitur. Alijs quæ A
diximus peractis, decoquitur, & colatur. Quod si qua fundo hæsit spur-
citia, deraditur, & frigido loco reconditur. Si quis tamen incuratum adi-
pem anserinum, gallinaceum, aut uitulinum, a putredine tueri uelit, ita
faciundum est. Quamuis Adipem diligenter elotam, & siccatam in um-
bra, super cribrum per lintea munda manibus uehementer exprimat, li-
noq; consutã umbroso in loco suspendat. Et post multos dies noua char-
ta inuolutam, frigido loco recondat. Pinguia autẽ, indito melle, uindican
tur a putredinis uitio. Vis omniũ est excalfacere, mollire, odorem ciere.
Taurinus adeps, bubulus, & uitulinus aliquantum adstringunt. Earun-
dem uiriũ compos leoninus. Nam resistere eum aiunt ijs qui insidias mo
liuntur. Ceruino, elephantinoq; peruncto, serpentes fugiunt. Adstrin-
gentior est caprinus. Qua ex causa decoctus cum polenta, rhoe & caseo,
dysentericis datur, & cum ptisanę succo infunditur. Ius decocti phthisicis
in sorbitionibus prodest. Datur quoq; utiliter his qui cantharidum uene
na hauserũt. Hircinus, ut qui ualidissime discutiat, podagricis auxiliatur
cum fimo capræ & croco impositus. Huic proportione respondet ouil-
lus. Suillus uero contra uuluæ & sedis uitia idoneus est. Ambustis igni
medetur. E sue uetustissimus quisq; sale conditus excalfacit, & emollit.
Elotus uino pleuriticis prodest. Cinere, aut calce exceptus, inflammatio-
nibus, fistulis, ac tumoribus succurrit. Asininum tradunt, cicatrices cor- B
pori concolores reddere. Anserinus, gallinaceusq; conueniunt muliebri
bus malis, & ad labiorum rimas, ad mangonizandam faciem, & contra
aurium dolores. Vrsinum constat raptos uitio alopeciæ capillos restitue
re. Pernionibus subuenire. Vulpinus medetur auriũ doloribus. Fluuia-
tiliũ piscium pinguia peruncti oculis claritatem afferunt, si in sole lique-
scant, & melli ammisceantur. Viperæ adeps contra oculorum hebetudi-
nes, suffusionesq; efficax est, addita cedria, melle attico, & pari oleo uete-
re. Pilos alis euulsos, peruncti radicibus obliterat.

## BARBARI COROLL.

ADipem, atq; Seuum, item pingue, medici fere cõfundũt, cum ueteres, tum noui. Sed differunt: q; ruminantia Seuum habent, Adipem cætera. Vel ut Aristoteles tradit, cornigera, non utrinq; dentata, & quorum in pedibus tali sunt. Pinguescunt Seuo bisulca, scissiq; in digitos in pedibus adipe. Adeps atq; Seuum semper in fine carnis sunt, pingue uero inter carnem, cutemq; succo liquidum. Adeps atq; Seuum concreta sunt, ac gelascunt, fragilia q; si refrixerint, pingue non gelatur. Atq; hoc Plinius intellexisse mihi uidetur cum dixit. Adeps concretus est, & cum refrixit fragilis: appellatione Adipis, etiam Seuũ complexus. Lupino Adipi apud ueteres palma fuit: adeo, ut nouæ nuptæ intrantes, solẽne haberent postes eo inungere: ne quid malimedicamẽti inferretur. Seuum Græci Stear uocant. Nam Staes massa est farinæ, quã & Consperſionem, & Baltheum, atq; Tractã dicimus, Adipem uero & pingue Pimelẽ appellãt. Item Pion, atq; Lipos: a quo genus carnis Alipaston uocatur, hoc est, sine pingui, quã Strabo comicus, seruitijs apponit. Dicitur & Grassos Adeps ipse a Græcis, & Grasson, sed ouilis maxie cum sordibus, & sudore illuuies. Dicitur & Demos a pœtis ipsum pingue, ut nihil prętermisse uidear. Archigenes sudorem sordesq; corporis, Grassoniã uocauit. Pollux Grason, & Cinauram. Quædam non pinguescunt, ut lepus, atq; perdix. Steriliora pinguia in utroq; sexu, cele- Plin. 28. ca. 9.

Crius ſeneſcunt omnibus anialibus. Eſt quoddam & in oculis pingue. Adeps ſine ſenſu eſt oīs, nec arterias habens, nec uenas. Pingue animaliū, plæriſq; ſine ſenſu. Quā ob cauſam ſues ſpūtes, a muribus eroſæ perhibentur. Adipes homini detrahunt, & uiuit, lęuatus onere. Habent & arbores ſuos Adipes, quos Alburna Plinius appellat: quos amputare, & adimere, Exalburnare dicimus. A colore nomen ſumptū: cum ligni pars eſt deterrima, & teredinem breui ſentiens. Vnde robur exalburnatum, quod a Theophraſto Melandryon eſt dictum: quia ſit ei color nigricans. A cuius ſimilitudine falſamēti genus quoddam Melandryon fortaſſe uidetur appellatum. Quid autē ſit Aruina, Suetonius in eo libro, qui de uitijs corporalibus inſcribitur, explicuit, durum eſſe dicens pingue, quod eſt inter cutem atq; uiſcus. Non ſolum autē pinguitudo, ſed etiam pinguedo latine dicitur: quicquid Seruio grāmatico uiſum fuerit, qui alioqui mihi parum uidetur Plinium multis partibus legiſſe.

Pli. li. 11. ca. 37.

## ADEPS SVILLVS, ET AGNINVS.

ADeps Suillus Vnguen, ut inquit Palladius, & Axungia latine dicit: & Græci quoq; uſurpant. Sed Oxyngon fere appellant, tracta origine ab axibus curruum perungendis. Q̄z quam eſt, ubi Plinius aceri fecem, Oxyngion interpretatus eſſe uideatur. Et nos fortaſſe quibuſdam locis, auctoritatem ſummi uiri noſtro iudicio prætulimus. Alioquin Paulus Aegineta Oxyngion pro Axungia clariſſime uidetur intellexiſſe, in emplaſtro cui Phœnicite nomen eſt. Laudatiſſima ex apris. Tanta porro uis, ut genibus etiam adalligata, redeat ad os ſapor, eamq; expuere uideantur. Neq; occulta ratio, quoniam hoc animal radicibus herbarum ueſcatur, ideoq; innumeri e ſimo quoq; uſus. Axungiæ nomen ad alia quoq; pinguia tranſferri: ſed raro comperi. Laridum uero ſalita eſt animalis eius caro, quaſi large aridum, ut Macrobio placet. Sunt qui Suillum pingue, Laridum uocatum putent.

Pli. li. 28. ca. 9. Ariſto. de natura animaliū lib. 3. cap. 17.

## ADEPS BVBVLVS.

BOuem Græci Boa, & Bun uocant, itemq; Taurum, & quandoq; Italon, unde dicta ſit Italia. Nam ſteriles uaccas noſtri Tauras uocabant: ſicut prægnantes Hordas, atq; Sordas. Vnde Hordicalia Romæ feſta, quo die Hordæ boues imolabantur. Epheſij pincernas ipſos appellare Tauros ſolebant. Nam Portis, & Portax pro iuuenca dicit a Græcis. Item Damale, ſiue Damalis, ut Dores ſolent δάμαλι, quam nos Iunicem uocamus. Damales uero ipſum iuuencū ſignificat: quē in Alexandri Cæſaris uita Lampridius Damalionē uocauit. uterq; ſexus in Moſcho continetur. Photion Damalin uocari omne animal exiſtimat in iuuenta.

Gellius lib. 11. cap. 1.

* D

## ADIPES ODORATI, E VITVLO, TAVRO, CERVO, ITEM MEDVLLA CERVI.

VItulū Græci Moſchon, unde Moſcheuma in Agriculturæ uſu dictū exiſtimant. Qui Viuſlamen in literis ſacris interpretati ſunt: cū latine dici poſſet, Viuiradix. Moſchos & pediculū ſignificat, quo frondes & fructus ramis annexi pendēr: qui & Peciolus, & a Palladio Tenax uocatur. Viuiradix & Auulſio parū diſtant, ſicut Moſcheuma, & Paraſpades apud Græcos. Dicitur & Moſchos, ſiue quod idē eſt Oſchos Pampinus, & Capreolus, & Clauicula, quæ Græci Helicas, & Ligna, & Clemata, & Amphidas quoq; appellant, ut Galenus inquit.

Sapientiæ .4.

## ADIPES GALLINACEORVM ET ANSERVM.

ANſeres, & Ocæ ſiue Aucæ, a Græcis Chenes appellant. Vnde Chenoboſcion, locus ubi alunt. Nam chenizin uerbū, ad muſicos pertinet, quaſi tibiarū ſonum p̄ſentans. Herbā in Varrone pabulo Anſerū ſeri ſolitam, non herin, ut habent exemplaria, ſed Serin ſcribendū monemus, auctore Columella. Ferunt eam, cum eſt aqua tacta, etiam cum eſt arida, quaſi renouellari, uiridemq; fieri. Laudant Anſeres ſiteuti, hoc eſt, altiles ueteribus, & ex ijs ſocinora.

Plín. 10. ca. 22.

## ADIPVM MEDICINAE.

CAprinum Adipem aſtrictiorem eſſe q̄ Suillum, Galenus falſo creditū a Dioſcoride commonuit: niſi quis aſtrictiorem, pro eo quod eſt acriorem, accipiendū putet: quandoquidem homo inquit, alias perirus, ſed barbarus, proprietatem græcæ linguæ minus tenuerit.

## ¶ De Medullarum ratione. CAP. LXXVIII.

περὶ μυελῶν

LAudatiſſima eſt ceruina. Mox uitulina. Poſt hanc taurina. Dein caprina, & ouilla. Colliguntur æſtatis exitu, cum appetit autūnus. Quippe cum alijs anni temporibus concrementum ſanguinis, & ueluti caro friabilis, in oſſibus inueniat. Nec facile cognoſci poteſt, ni quis eam

Hosted by Google

ossibus extrahat, & recondat. Omnes Medullæ molliunt, sedant, rarefaciunt. Vlcera explent. Ceruina perunctos uenenata fugiũt. Curantur recentes aquæ resparsu mollitæ, selectisq; ossibus elotæ, donec aqua syncera emanet, & detersa sorde pinna, si qua innatet, liquatæ per duplicatũ linteum in pilam exprimuntur. Et ubi coiere, omni fæce quæ ad ima sidit derasa, fictili nouo reponuntur. Quod si libet incuratas reponere, facito omnia quæ de anserum & gallinarum adipe demonstrauimus. A

## BARBARI COROLL.

MEdullam, quam Græci Myelon uocant, uituli, Galenus post ceruinam præfert omnibus: eamq; priuatim a medicis appellari Moschion scripsit. Medulla proprie, inquit, Galenus est, quæ ossibus includitur. Improprie uero etiam e spina dorsi. Notiæos, hoc est, dorsago, ut ita dicam, nominata, quæ sit reliqua medulla durior ac siccior. Nam ea quæ spondylis, hoc est, articulis uertebrisq; continetur, spondylionis habet nomen, ut inquit Pollux. Pli. li. 28. ca. 9. Gale. lib. 3. de aliment. & ad Paternianũ. 82

## EX M. VERG. COMM.

ADiecerunt posteriores Medullarum disciplinæ ex animalium partibus discrimina aliquã. Tradideruntq;, pinguiores, & ad molliendum maiore ui & potestate Medullas esse, quæ ex animalium anteriorũ, posteriorumq; crurũ ossibns erutæ fuissent: squalidiores uero & durióres, quæ ex spina, & dorso: p̃cipuamq; habere uim cõtra corporis duricies, quę græci sciromata uocant, de quibus alibi certius & ex pfesso dicet. Nunc q̃d nouisse legẽtes inutile penitus nõ erit, monebimus, q̃d Barbarus dupõdiariũ uas appellauit, maluisse nos in re non satis certa, græcorum uoce uti. Credidit em̃ ille ut uidet λίπλωμα a græcis ideo dictũ id uas fuisse, ꝙ duplicẽ caperet mensurã aliquã, & ex nominis ratione rem auguratus est: cum tñ nullam habeat Medularum curatio mensuræ in uasculo necessitatem. Et Paulus Aegineta libro primo, quo capite de ouis & eorum diuersis cocturis agit, nihil aliud λίπλωμα esse ostendit, q̃ fictile, aut æneum uas, in quo ad ignem densarentur oua, quæ ille πλικτὰ, quod est, præfocata appellat: facilis intellectu res, ignota tamen nostra ætate uasis forma, & nominis ratio. B

## De Felle. CAP. LXXXVIII.

FEl omne curatur hoc modo. Recẽs prælígato ore folliculi lino, demissum in feruentem aquam, spacio quo quis stadia tria percursaret: mox exemptum siccatur umbroso loco, aspergine non redolente. Sed quod ad oculorum medicamẽta adĥci solet, ligatum lino in uitreum uas, quod mel habeat, immittitur, circũuoluto ad os uasis lini principio, & operto uase reconditur. Est enim uis omnium acris, & excalfaciens. Intensis tamen, & remissis uiribus differunt. Siquidem præstantius in effectu esse uidetur fel marini scorpionis, & piscis qui Callionius appellatur, marinæ testudinis, hyenæq;. Item perdicis, aquilæ, gallinæ candidæ, & syluestris capræ. Quod priuatim prodest contra suffusiones incipientes, & oculorum caligines, albugineq;, & genarũ scabricias. Ouillo, suillo, hircino, atq; ursino, taurinum multo efficacius. Felle omni perfacilem, p̃sertim infantibus, deiectionem quis molietur, si intinctum eo tomentum sedi subĥciat. Priuatim taurino anginæ cum melle perungunt. Sedis ulcera sanat, & ad cicatricem usq; perducit. Idem auribus fractis, & purulẽtis, cum muliebri lacte, aut caprino instillatum, medetur. Et sibilo earundem ex porri succo. Admisceri insueuit uulnerarĥs emplastris, & circumlinitionibus quæ contra uenenata parantur. Phagedænicis ulceribus, co χολὴ

C lis, & scroti doloribus ex melle prodest. Lepras, furfures cũ nitro, & terra cimolia q̃ optime purgat. Ouillum et ursinum contra eadem pollent. Verum inefficacius hæc præstant. Vrsinum eclegmate comitiales adiuuat. Fel testudinum anginis, & in ore infantium nomis prodest. Naribus inditum comitiales erigit. Syluestrium caprarum Felle peculiariter peruncti, lusciosi sanantur. Hircinum idem obit munus. Thymia abolet. Et luxuriantes elephanticorum extuberationes illitu reprimit. Suillum autẽ contra aurium ulcera, reliquaq; omnia, magno usu assumitur.

BARBARI COROLL.

Pli. li. 11. ca. 37. FEl, siue Bilis, Chole a Græcis dicitur. Minorum animalium subtilius. Equinum tantum damnatur, inter uenena. Ideo flamini sacrorum, equum tangere non licebat Romæ: cũ tamen publicis quoq; sacris imolaretur equus. Taurino Felle aureus color ducitur, æramentis atque pellibus, qualia Græci cholobaphina cognominant. Bilis duplex, Atra, & Flaua: Sed cũ simpliciter pronunciatur, Flaua inquit Galenus, intelligitur. Flauæ duo fere genera. Luteæ, quam Græci Ochran uocant: & Ruffæ, siue fuluæ, quam Xanthen dicunt, uehementiorem & calidiorem priore. Sũt & alia cholorum discrimina. Virentis, quam Ioden: ceruleæ, quam Cyaneam: & subnigræ, quam Phæon, Isatidis modo fuscam. Callionymum piscem, cuius mentionem habet hoc loco Dioscorides. Sunt qui Callichthyn, & Anthiam quoq; appellent. Itẽ Hellopa, hoc est, Accipẽserem, & Castum, Sacrumq; piscem. Aliqui etiam Lycon. Sed differre tñ eos inter se, cum ex Aristotele, tum ex alijs autoribus, aperte constat. Sacer certe piscis est proprie, quem Pompilon uocamus. Dixi Hellopa eundem qui Accipenser dicatur. Cęterum Archestratus, eum qui uocetur inquit a Romanis Accipenser, Galeon a Græcis appellari existimauit, perspicuo errore, ut aliubi monstrabitur. Fit & de Perdice sermo hac parte. In quo scien

D dum, Perdices, & Cacabidas, & Cacabos etiam uocari, a sono quem edunt canentes. Theophrastus autor est, non omnes eum sonum reddere, sed Dittybizin aliquas. Perdicum porro multa genera: sed præstantissimum, cui rostrum purpureum. Nam Italicæ, inquit Athenæus, præparuæ sunt, nec rostrum rubens habent. Idem autor Phasianum, siue Phasianicum, aliquãdo Tatyrin, aliquãdo Tetarton, & Tettaron uocatũ scribit. His adiecit Attagas, non attagenas dicendo, etiamsi Varro, & Gellius ita nominent. Atagenus certe piscis e numero est.

## ¶ De Sanguine. CAP. LXXXIX.

SAnguis anseris, agni, & hædi, utilissime in antidota miscẽtur. Palumbi autẽ, turturis & columbæ, necnon perdicis, oculis cruore suffusis, & recentibus eorum uulneribus, lusciosisq; illinuntur. Peculiariter colũbæ sanguis, cruorem membranis cerebri erumpentem inhibet. Hirci, caprę, cerui & leporis sanguis patinis inassatus, dysenterias, & cœliacorum profluuia sistit. In uino potus cõtra toxica effciax est. Leporinus sanguis, ita ut tepet illitus, uitia cutis in facie, lentiginesq; emaculat. Caninus commode ab his bibitur, quos efferata in rabiem bestia momorderit. Contra epotum toxicum auxilio est. Testudinis terrestris sanguinem epotũ tradunt prodesse comitialibus. Marinæ autem testudinis cum uino & leporis coagulo, cuminoq;, contra serpentium morsus, & hausta rubetæ uenena, conuenienter bibitur. Taurinus cum polenta illitus, duricias discutit, emollitq;. Sanguis equarum quæ admissuram expertæ sunt, in medicamenta additur quę erodunt. Septica uocant. Sanguine chamęleonis genarum palpebras euelli creditum est. Hoc idem uiridium ranarum sanguine præstatur. Menstruus sanguis fœminarum, circumlitu concęptio-

Hosted by Google

nem inhibere existimatur, aut si omnino mulier mẽstrua supergrediatur. A
Leuat podagras muliebres, & ignem sacrum, illitus.

BARBARI COROLL.

SAnguis Græce uocatur Hæma. Distat a Sanguiculo, ꝙ is proprie sanguis ædi est in cibũ, igni coctus, Nigrum Ius, ut Iulius Pollux arbitratur, uocatus. Hoc a Græcis Hypotrimma, & Aemalea, & Aemation, & specialius Hyposphagma dici putant: sed ex omni tamẽ quadrupede, adiecto melle, aut sapa, sale, aceto, lacte, caseo, cumino, laserpitio. Inuentum Lacedæmone putant. Vulgo id nos Ius Dulce nominamus. De alio Sanguiculi significatu diximus in Garo. Non dissimile uidetur, quod Græci Creocaccabon appellant, hoc est, carnem minutatim concisam cum sanguine, & adipe, iussulentoq̃, ac dulciario liquore. Nam quod Myma uocãt, mihi quædã uidetur miscella Creocaccabi, & Hyposphagmatis fuisse: nisi ꝙ paulo plura sunt, quæ in Myma requiruntur a quibusdam, autore Athenæo. Iuris & illa sunt genera, quorum in Pseudulo festiuus poeta meminit, Cicilendrum, Hypolindrum, Cicimandrum, Paropsis, Captis, Męcis, siue Magis, ut conijcio. Equæ uirginis sanguini uim inesse negant, quę maribus fœminisq̃, non uirginibus. Taurinum ubiq̃ inter uenena collocant. Excepta Egyra, ubi descẽsura in specum sacerdos uaticnij causa, tauri sanguinem præsumit. Caprinum bibentibus, pallor accidit. Hircorum sanguine ferramẽta acuuntur, indurata subtilitate, & scabricia expolita, uehementius etiamnum, q̃ scobina fabri. Adamantis natura inuictissima, & duarum rerum uiolentissimarum, contemptrix ignis, & ferri, non alia rumpitur ui, q̃ hircino sanguine macerata recenti, & calido. Etiam si hoc gemmarij nostri falsum & ridiculum existimant. Anatem, de qua mentio hic habetur, Græci Nessas, & Necta uocant. Quanq̃ Necta magis est, ut septa anataria significent, q̃ anates ipsas. Anatem ueteres, & anilem morbum uocabant, Similes Anatibus sunt, sed maiores, quas Glaucia Gręci uocant, ab oculorum colore. Sunt & Boscades, et quas ab urinandi uoluptate Colymbos, & Colymbidas nominant. Inter omnes eas minimæ, atri ac sordidi coloris, acuto rostro. Soli earum spectantur oculi, cætero merguntur. Habentur & Chenalopeces appellatæ, sed anseri contribuuntur. Inuenitur & Boscadis unum genus, maius Anate, sed minus Chenalopece. Huc & Phascades pertinent, paulo grandiores quam Colymbi, cætero similes Anatibus. Est & Vria dicta, non multo minor Anate, rostro longiore, ac tenui, colore sordido figlinæ. Angustum & Phalaris uocata, rostrum obtinet, caput rotundius, uentrẽ subcinericeo colore, tergus nigricatus. Nominantur hic & Columbæ. Græci eas modo Peristeras, & masculino genere Peristeros, ut Attici, & neutro Peristeria, modo Pelias, et Peliadas uocant, ut Dorici. Quanq̃ Aristoteles distinctum genus facit, qui & alia dinumerat. Quo fit, ut in pocillo Nestoris, plęriq̃ non Columbas, sed Pleiadas cœleste fidus intelligendas arbitrentur in Homero. Columbæ porro Siculę præferuntur omnibus. Laudantur & Cyprię, luteo colore. In India Columbas esse græci affirmant. Cæterum Columbarum quas diximus Peristeras a Græcis esse dictas, duo genera constituunt, ut Galenus est autor, Catoceidion, hoc est, domesticum, & Nomadicum, hoc est, pascuum & syluestre.

Pli. ii. 28. ca. 14 & alias sæpe.

B

EX. M. VERG. COMM.

QVuod ad medicinã pertineat, de Sanguine satis nouisse illud sit, nullũ frigere Sanguinẽ. Omnibus enim ingenitus & necessarius calor est. Differunt solum, ꝙ alter altero minus, magisue calet. Fuitq̃ hic quondã in Sanguinibus uirium & naturæ census, ut suillus humidior, minusq̃ calidus cæteris sit, temperamento suo hominum Sanguini maxime similis. Columbarum uero, palumbis & turturis æquali inter se temperamento, oculorum medicinæ calidus inseruiat: instillatusq̃ crassiori cerebri tuniculæ, in his quorum calua perforata esset, inflammationes arceat. Noctuę cum uino, aut aqua, contra spiritus angustias utiliter bibatur. Vespertilionum, ranarum, chamæleonis, ricinorumq̃, qui in canibus hærentes inueniuntur, mammarum incrementa in uirginibus compescat, & quæ eo inungantur alia depilet. Negauit tamen, facto periculo, Galenus uera hęc esse. Inuenimus etiam, caprinum ob siccitatem suam, contra cutem subeuntes aquas cum melle utiliter bibi, & renum calculos frangere. Agninum comitialibus prodesse. Hędinum nuper coagulatum, cum aceto bibi contra cruentas pectoris exscreationes. Vrsorum, siluestrium caprarum, hircorum, & taurorum abscessus maturare. Et terrestris crocodili oculorum claritatẽ facere. Quę omnia a Galeno, Plinio, Pauloq̃ Aegineta, & ab alijs longius dicta sunt. Poteruntque uolentes plura his etiam in antiquis medicinæ autoribus inuenire, consulto a nobis relicta: satis fore credentibus, si communiora aliqua dicta fuerint.

## ¶De Fimo. CAP. XC.

CARmentarij bouis Fimum si recens admoueatur, uulnerum inflammationes mitigat. Foliis autem inuoluitur, & calfactū cinere feruenti supperponitur. Coxendicis cruciatus tali impositu compescit. Illitum ex aceto duricias, panos, & strumas discutit. Priuatim suffitu Fimi, quod a masculo boue redditum est, procidentes uuluae reprimuntur. Accensi nidore culices abiguntur. Fimum caprarum, praesertim quę in mōtibus errant, potum in uino, regium morbum emendat. Menses cit cum odoramentis hausturn. Et partus euocat. Tritum in farinam, & impositū lanis cum thure, fœminarum profluuia sistit. Cæteroscp sanguinis impetus ex aceto cohibet. Medetur alopecijs exustum, & cum aceto mulso illitum. Cum axungia uero impositum, his qui podagra tentantur auxilio est. Caprillum in aceto decoctum imponitur serpentium morsibus, ulceribus quae serpunt, igni sacro, et parotidibus. Vtilem ischiadici ustionem hunc in modum accipiunt. In interstitio pollicis, qua parte brachio committitur, caua ueluti lacuna subsidet, in qua lana oleo imbuta substernitur: deinde sigillatim feruentes, stercoris caprini pilulae imponuntur, dū uapor per brachium ad coxam sentiatur peruenire, & coxendicis dolorē mitigare. Adustio id genus Arabica appellatur. Fimum pecudum ex aceto illitum, sanat epinyctidas, clauos, pensiles uerrucas, thymos, & ambu-
D sta, igni rosaceo cærato exceptum. Fimum suis syluestris aridum, in aqua aut uino potum, reiectiones sanguinis sistit. Vetustum lateris dolorem mulcet. Ad rupta & conuulsa ex aceto bibitur. Luxatis cum cærato rosaceo medetur. Tam asinorum cp equorum Fimum, siue crudum, siue crematum, addito aceto, sanguinis eruptiones cohibet. Armentarij qui herba pascitur siccum Fimum liquatum in uino, mox potū, contra scorpionum ictus magnopere auxiliatur. Columbinum uehementius excalfacit, & urit cum hordeacea farina mixtum. Strumas ex aceto discutit. Carbunculos emarginat, tritum cum lini semine & oleo. Ambustis igni medetur. Gallinaceum uero omnia eadem, sed inefficacius praestat. Priuatim tamen contra uenena fungorum, & coli cruciatus ex aceto, aut uino bibitur. Ciconiae Fimum si ex aqua hauriatur, comitialibus prodesse credunt. Vulturini Fimi nidore partus excuti produntur. Murinum detritum cum aceto, & illitum, alopecijs medetur. Cum thure & mulso, calculos expellit. Subditae infantibus muscerdae, alui deiectionem promouent. Caninum quod flagrantissimo canis sydere fuerit exceptum, cum uino, aut aqua potum, sistit aluum. Humanum stercus illitum, uulnera inflammationem minantia intumescere non patitur, Sed ea statim glutinat. Sicco ex melle anginae perungi commodissime traduntur. Terrestris crocodili Fimum Crocodileam uocant, quae mulieribus colorem nutrit in facie, nitoremque seruat. Optima est tenuissima

et friabilis, amyli modo minime ponderosa, in humore statim eliquescēs, quæ cum teritur, fermenti acorem quadamtenus refert. Adulterant eam sturnorum fimo, quos captos oryza pascunt: ipsumq; non dissimile uen dunt. Alij Amylum, aut Cimoliam miscent, & adscito colore per rarum cribrum paulatim exprimunt, ut se contrahat in uermiculorum speciem. Qui ficcati pro Crocodilea uæneunt. Inter omnes conuenire inuenio hu manum stercus, caninumq; gutturi impositum, anginis auxiliari. A

de Nerone ho minis fraudis & iquinantia. ]

## BARBARI COROLL.

FImum Græci multis nominibus, Apopatema, & Apopaton, & Bolbitō, & Hippomacro boliton, & Scatos, & Aposceuen, & Aphodon, & Eumarean ionice appellant, & Scor: quāq; hominis hoc ꝓprie: ut asini, Onida, & Onthon: equi, Copron: pecudis, Oesporen, uel Oispo ten Aristophani, & Sinypen: Iones suis Hypeleuton: murum Myocopron, & Miscelerdā, nos Muscerdam: ut suillum Sucerdam. Liquidius quod est, nostri Soria cognominant. Vnde So rioli, quibus solutiuscula est aluus. Et cōsorire uerbum, pro eo quod est inquinare fimo: quod Plautus concacare dixit. Et Sorica locus in publico, ut latrinæ in priuato. Fimos porro etiam lusorias tabellas, hoc est, alueolos dixit Horatius. Asinini certe pulli Fimum, quod primū edi dit, Polion uocari tradit Aristoteles. Plinius Polean priuatim & caprinum, Spyrathos, & Spy radas, & Spyrdana, quas Palladius Caprinas baccas uocauit. Plii. li. 17. ca. 9.

## CROCODILEA.

CRocodileam Cerusæ modo elui præcipiunt. Est & Crocodilea, siue Crocodilina, & Cro codilitis uocata quæstio Sophistarum ludicra, ut Prion & Ceratina, sed alienæ omnes ab hoc opere. Crocodileam Plinius etiam intestina ipsa terrestris Crocodili appellat: ob id diligenter exquisita, quoniam iocundissimo nidore fragrant. Viuit enim odoratissimis animal id flori bus, simile Crocodilo ei cui uita in terra, aquaq; communis, sed multum infra magnitudinem eius, & in terra tantum.

## ¶De Vrina. CAP. XCI.

HVmanam Vrinam suam cuiq; bibere, cōtra uiperæ morsus ac uenena, incipientemq; aquam intercutē proderit. Marini scorpi onis, uiperæ, draconisq; morsus ea conuenientissime fouentur. Canina, ad perfundendos canis morsus idonea est. Pruritus, & lepras nitro addi to expurgat. Sed uetus ulcera capitis manantia, furfures, psoras, & ferui das eruptiones, multo magis abstergit. Nomas, & præcipue genitalium cohibet. Auribus infusa manans pus supprimit. Decoctaq; in calice ma lipunici, earum uermiculos abigit. Pueri impubis resorpta urina, ortho pnoicis auxiliatur. Decocta in æreo uase cum melle, emendat cicatrices, argema, caligineq;. Ex ea & cupro idoneum auri ferrumen conficiunt. Lutum quod in Vrina subsidit, illitu ignem sacrū mitigat. Feruefactum cum cyprino, inditumq;, uuluæ dolores mulcet. Strangulatus leuat. Ge nas deterget. Oculorum cicatrices expurgat. Taurina, si cum myrrha in stilletur, aurium dolores lenit. Aprina uiribus eisdem prædita est. Priua tim comminuit uesicæ calculos, & potu expellit. Ad aquam quæ cutem subijt, cum nardi spica cotidie binis cyathis cum aqua bibitur, urinamq; per aluum extrahit. Aurium doloribus instillata medetur. Asinina, tra ditur renum uicijs mederi. Lyncis urinam, quam Lyncurium appellāt, simulac excernitur, glaciari, coireue in calculi duriciam, uulgo creditum B



Hosted by Google

C est. Quare quod de ea proditum est, uanum esse conuincitur. Est enim quod a nonnullis uocatur succinum pterygophorõ. Id potum ex aqua, stomacho, aluoq; fluctione laboranti conuenit. Asininæ urinæ potu renum uitia sanari traduntur.

## BARBARI COROLL.

VRina, siue Lotion, Græce Vron uocatur. Vrina struthionis atramenti lituras abluit. Fullones pedum uitijs carere affirmant Vrinæ beneficio. Magi præcipiunt, ne quis contra solem, lunam ue nudetur Vrinæ caussa: neue umbram alicuius respergat. Hesiodus contra obstantia reddendam, ne Deorum aliquem nudatio ea offendat. Non desunt qui Amuletum esse dicãt, suam cuiq; matutinis omnibus instillatam in pedem.

## LYNCVRIVM.

Plí. li. 8. ca. 38. DE Lyncurio non constat autoribus, an sit, aut unde sit. Qui electrum id esse negant, gemmam tamen fatentur, ex urina Lyncis omnino, sed quam animal id statim redditam, aggesta pedibus terra obruat inuidia, ceu gnarum peti eam ab homine: celerius ita concrescere in gemmas similes carbunculis, igneo colore fulgentes, atq; frigidas, quæ & scalpant. Quanq; distinguunt e maribus, præcipueq; feris & fuluas & igneas, e fœminis, præsertim cicuribus, candidas atq; languidas existere, nec frondes & acus modo rapere, sed æris quoq; ferriq; bracteolas, ut Diocles & Theophrastus referunt. Alij dixere Langurium, & esse in Italia circa Padum Langurias, quæ ab aliquibus Langæ nominentur. Falsa hæc omnia Plinius existimat, nec uisam ævo suo gemmam appellatione tali scribit. De Lyncurio lapide non hoc, sed alio inter fungos, mirum quidem, sed uerum dicturi sumus. Succinum Dioscorides hoc loco Pterygophoron cognominat, q; stramenta, floccos atq; fimbrias in se trahat: aliubi Chrysophoron, ut Plinius Chryselectron. Lynces clarissime omnium quadrupedum cernunt.

## EX M. VERG. COMM.

DHabet Vrina in animalibus, quæ per renes, & quos urinæ meatus dicunt, ex sanguine in uessicam non aliter q; per colum fluit, quod cõmune omnibus sit, calorem. s. & acrimoniam. Priuatim omnium aliorum animalium, excæptis eunuchis, humana infirmior est. In nutriendo non paruas habet Vrina uires: ideoq; in fame pota Vrina seruati aliqui sunt. Sanat præter ea quæ a Dios. dicta sunt, pedum attritus, sed nondum inflammatos, ex calceis factos. Caprarum & Chamælorum urina aluum deijcit: ideoq; contra cutem subeuntes aquas, utiliter bibitur. Ex homine omnium efficacissima impubis pueri est. Auguria ualitudinis ex ea a medicis præcipue accipiuntur. Suntq; tam multi eius colores, tã diuersi habitus & odores, ut nihil æque in medicina difficilius & utilius nouisse sit. Nisi forte aliquis Romani Cæsaris exemplo, ad rigandas, stercorandasq; simul arbores ex ea uectigal in gente sua excogitauerit. Ea pruritus foueri utilissimum Dioscorid. ait: κνησμούς græci id malum uocant, in senibus non adeo curabile. In reliquis ætatibus haud difficilis curationis, si deprehensa mali causa fuerit: quæ plærumq; est corruptus, & (ut aptius loquamur) putris, pituitosus, aut bilios us humor. Contra quem Vrinæ acrimonia & calore inter cætera pugnandum est. Exigebat post omnia hic locus, ut de Lyncurio, siue gemma, siue succinum id sit, aliquid diceremus. Sed tanta est ueterum in historia eius uarietas, ut nihil censere de eo audeamus. Sunt enim qui negent Lyncurion esse. Sunt qui esse quidem dicant, sed unde, aut quid sit, affirmare non audent. Plinius diuersis locis multa, sed quæ omnia de gemma intelligantur. Quæ possunt uolentes facillime ab eo audire.

## ¶ De Melle. CAP. XCII.

μέλι ὑμήττιον σίμβλιον

PRincipem locum obtinet Mel, quod Atticæ regionis est, præcipue ex Hymeto, mox Cycladibus insulis, & e Sicilia, cognomine Simblion. Maxime probatur dulcius, & acre, odoratum, sufflauum, nec humectũ, graue, & minime fluxũ, q̃d ob sequacẽ lenticiã nõ facile abrumpit, tractũq; resilit in digitos. Mel abstergendi uim habet. Ora uenarũ aperit. Humores euocat. Qua ratione in sordida ulcera, sinusq; cõmodissime infunditur. Decoctũ, atq; impositũ, abscedentem carnem glutinat.

Hosted by Google

Medetur impetigini coctum cum liquido alumine, & illitum. Item auri- A
um sonitui & dolori, cum fossili sale tepido instillatum. Lendes, & fœda capitis animalia illitum necat. Nudam glandem recutitis operit, præsertim quæ circumcisione aperta non est, si melle coles a balineo triginta diebus emolliatur. Oculorum caliginem discutit. Faucibus, tonsillis, anginæ illitum gargarisatumue medetur. Vrinam ciet. Auxiliatur tussi, & a serpente percussis. Contra haustum meconium, cum rosaceo calidum assumitur. Aduersus uenena fungorū, & rabiosi canis morsus linctum, aut potum proficit. Crudum tamen aluum inflat. Tussim lacessit. Et ea de re despumati usus aptior est. Primatum tenet in Mellis genere uernum, deinde æstiuum. Hybernum uero, utpote quod crassius constet, deterrimum reputatur. Siccas eruptiones excitat. Quod in Sardonia gignitur Mel, amarum est. Quoniam apes inibi absinthio uescantur, quo uitia cutis in facie & maculæ aptissime perunguntur. Heracliæ in Ponto quibusdam anni temporibus, propria quorūdam florum dote Mel conflatur, quod qui edere, mente abalienantur, ac sudore diffluunt. Remedio sunt esitata ruta, & salsamenta, aut epotum mulsum, resumpta quoties uomitione rejciuntur. Acre autem est. Et olfactu sternutamenta mouet. Quod cum costo illitum, fœminarum cutem emendat, & cum sale sugillationes rapit. Est & aliud concreti Mellis genus, quod Saccharon nominatur. In India uero & felici Arabia in arundinibus inuenitur. Salis modo coactū est, dentibus ut sal fragile. Aluo idoneum, & stomacho utile. Si aqua dilutū bibatur, uexatæ uesicæ, renibusq; auxiliatur. Illitum ea discutit, quæ tenebras oculorum pupillis offundunt. B quid sachar antiquorum

## BARBARI COROLL.

MEl a Græcis Meli. Natum in Carina Cretæ monte Mel, muscæ non attingunt, propterea medicamentis eligitur. Varro Siculum præfert omnibus: q; ibi Thymum bonum frequensq; sit, quo ad mellificium nihil est præstantius. Strabo e Cycladibus, & inter Cycladas Calyminum anteponit omnibus. Natura Mellis ea est, ut uitia coërceat, ne serpere ultra patiatur. Quam ob causam, uel exanimum corpus hominis, per annos plurimos innoxium conseruat. Est & suus in Melle, ac mulso flosculus, si recta est apud Columellam, in oliuæ conditura lectio. Sunt enim qui uasculum Mellis, non flosculum ibi legant. Sed certe in omni re purissima & tenuissima quæq; pars, floris appellatione demonstratur. Est & in pomo flosculus, qui & Vmbilicus dicitur. Nam & in fico pomo fundus, græce Omphalos dicitur, hoc est, extremitas altera, q; quæ petiolo annectitur. De cœlesti Melle dictum est superius in Elæomelite. Hircanum Mel, ex ipsis quoq; fluit arboribus, sine cura mortalium, examinibus inibi se congentibus atq; mellificantibus, ut inquit Strabo. E petris quoq;, ut Diodorus. Sed minores apibus sunt, Arthredones appellatæ. Meminit bestiolæ huius & Aristoteles, inter crabrones uentis. Etiamsi corrupte legitur in ipso, Tenthredon, pro Anthredo. nam crabrones Anthrenæ a Græcis dicuntur. Hoc ipsum fere in Media, & Armenia quibusdam locis uisitur. Diodorus, & Quintus Curtius, arbores in Hircania, quarū folia multo Melle tingantur, faciem quercus habere tradunt: ac nisi solis ortum incolæ præuorterint, fore, ut uel modico tempore is succus extinguatur. Mellis inuentionē, Plinius & Diodorus Aristeo Atheniensi, uel Arcadiæ regi, ut Trogus, sicut medicinā ex eo, Gelius Oceani filio Soli assignat. Trogus colligēdi Mellis usum monstrasse Gargorin scribit, uetustissimū Regem in Hispania Curetum, qui saltus Thartessiorum incoluere: in quibus Titanes bellum cum Dijs gessisse perhibentur. Plí. li. 11. ca. 14. Aristot. lib. 5. cap. 22. de animalibus. lib. 5. cap. 37.

## MEL SARDOVM.

CVm Mel in Sardinia progenitũ uirus habeat, mirum est, cur nullum tamen animal homini pestiferũ, in insula ea nasci perhibeatur, extra q̃ Solpugam, ut Solinus meminit: de qua in castigatione Pliniana dictum est abunde. Non solũ uero Mel Sardoum, sed & Cholchicum infame traditur amaritudine. Sunt & alia Mellis fastigia, quæ mox subiunget dissertatio.

## MEL PONTICVM.

MEl Heracleoticũ, siue Ponticũ, ex herba fieri candida cõmemorat, quæ Aegolethros uocet: quia uexatio iumentorũ sit, præcipue caprarũ. Non sentitur aũt omnibus annis hoc malũ, nec nisi cum flos ille marcescit aquoso uere. Signa uenenati sunt, nunq̃ densari, color magis rutilus, & q̃d ponderosius est, q̃ probũ: qui gustauere abiiciũt se humi, refrigerationẽ quærẽtes. Exitiũ hoc per excremẽta, ad canes quoq; peruenit, similiterq; torquet eos. Mulsum tamen ex hoc Melle inueteratũ, desinit esse pnicioſum. Aliud genus Mellis in eodẽ Ponti situ, Manicon, siue Mẽnomenon appellant, ab insania, quã facit, existimatũ, rhododendri flore contrahi, quo scatent syluæ. Optima tamen ex hoc uno cera fit. In Persíde aũt, & in Mauritania Cæsariensi, Getuliaq; Massylis contermina, uenenati Fauí gignunt: quídãq; non toti, sed parte, quo nihil fallacius, nec nisi liuore deprehendunt. In Themiscyra Põti regiõe, mons est Scydisses, cuius incolunt Byzeres & Heptacomitæ dicti iuga. hi tris cohortes Pompeij, ea cõmeantes interfecerunt, dispositis qua trãseundũ erat Mellis insani uasis, quod ibi ex arborũ quarundã, ut inquit Strabo ramis, fundit. Corruentẽ enim potu eo militẽ aggressi, facile confecerunt.

## SACCHARVM.

Plí. li. 12. ca. 8. SAccharum laudatius ferebat India: nunc popularis ortus eius est in Aegypto, Cypro, Rhodo, Creta. Italia quoq; nascitur. Nullũ epulum magnificũ iam, ne quotidianus quidem uictus placet, sine Saccharo. Digerit in pastillos, effingit in placentas, a maza & pane, ut puto Mazapanes uocatas. Q̃z q̃ & Marcipanes ab auctore dictos coniectari licet: quandoquidẽ & Marcia tum unguentũ, & Marcí pastillos in medicina legimus, ut est apud Aetiũ. & priorem eo Paulũ. Omnino cõponitur in oẽm figurã Saccharum, non aliter q̃ farina, trahiturq; etiã in picturas, opere historiali: uenatus, classes, oppida, & quascunq; rerũ afferri libeat imagines præsentãs: a coronatis ministris, cũ tibicine introferri solitũ conuiuijs, & ad principia eorũ, & in secundam quoq; mẽsam. Vnde natũ sit prouerbiũ: nullum ferculũ corrumpi Saccharo. Amplissimũ nucis auellanæ magnitudine, Plinij tẽporibus, & medicinæ dũtaxat usu, nunc tam promiscuũ, ut desinat prodesse, multis obsit. Pueris certe lũbricos & tineas contrahit. Varronis uersus sunt.

D Prouerbium.

Indica non magna nimis arbore crescit arundo,
Illius & lentis premitur radicibus humor,
Dulcia cui nequeant succo contendere mella.

Strabo quoq; nõ ex ipsis tantũ arundinibus, sed & radicibus quoq; Mel exprimi cõmemorat in India. Nunc ex Alexandria Aegypti, & Cypro cõmendatissimũ. Melius quo uetustius, q̃q̃ calidius, ita & capiti fere nocens. Dilutũ aqua, refrigerandi uim concipit: præsertim ter coctũ. Primo excoquunt arundinẽ, deinde flaua pars secernit: hanc Sacchariũ existere. Hoc iterum coqui potest, atq; ita fit candidius & concretius. Quod si tertio coquat, maxima in eo fit & candoris & densitatis accessio. Quartum & quintũ quoq; solet excoqui, & donec specie aluminis scissilis fere transluceat: q̃d genus alij Candidũ, alij Cantiũ cognominãt. Sacchariũ Græci Sacchar uocant. Rariũ, nec plane cognitũ Galeni quoq; seculo: tantũ abest, ut instrumẽtum nitidioris uitæ fuerit. Q̃z q̃ non magnopere pridem inuctum puto, ut nucleos pineos, amygdalas, auellanas, pistacea, citreum, cinamomũ, coriandrum, anisum, feniculũ ductili tunicarum facilitate contegat, circundatum modo corticis crassitudine, modo cutis tenuitate uestiens. Dulciaria quidẽ ex nucleis pineis, & amygdalis condebat antiquitas: sed cum melle, ut est apud Paulum. Venale porro Sacchariũ, in dupondiairos fere panes, metæ effigie diuiditur. Preciũ optimi, in libras aurei nummi fere sexcunx. Cyprium non coibat ante: nunc densatur, tanto inuentoris quæstu, ut inde locupletissimus euaserit: neq; ratio tamen cõmunicata est, sed archanam habent, ut ad hęredes latifundi cuiusdam, aut monopolij uice transeat. Illud monendi sumus, in Pampinij sylua quadam illo uersu,

Et quas præcoquit Aebusita Cannas,

Hypasitam, non Aebusitam legendum: ita enim populi uocantur Indiæ a fluuio Hypasi, ut est apud Strabonem, Plinium q̃. Nec audiendi sunt, qui nullo auctore, nullo teste, in Syria locum eum tradant, inter Libanum & Antilibanum, conualle media. Nam ibi arundo quidem prouenit, sed odorata, non saccharea: ut alibi quoq; diximus.

Hosted by Google

## De Cæra. CAP. XCIII.

A

CAera optima eſt ſubfulua, odorata, ſubpinguis, pura, odoriſcq; quadamtenus mellei, natione Pontica, aut Cretica. Secundū locum obtinet candida, & ſuapte natura pinguis. Candida fit hoc modo: Ex ea radunt album, ſyncerūq;, atq; transfundunt in uas, quod ſatis habeat marinæ ex alto petitæ, inſparſoq; nitri momento decoquūt. Cumq; iterum, tertioue inferbuit, ſeparatum uas refrigerant, ac cæræ paſtillum eximunt, deterſa ſorde, ſiqua forte adhæſit. Tum denuo indita noua maris aqua feruet, uti retulimus: & uaſe dempto ex igne, baſin ollulæ nouæ aqua frigida madefactam, in cæram ſummam ſuſpenſa manu intingunt, quo celerius concreſcat, & q̄minima portio extrahatur. Suſcepto primo cæræ orbiculo, iterum uas imum aqua refrigeratum, tantiſper immitti debet, dum tota excipiatur. Orbiculi lino conſuti, ita ut intercedat ſpacium, ſuſpenduntur. Et interdiu, continuo ſub ſole, noctu ſub luna aſpergunt, uſq; dum perfecte albeſcant. Verū ſi eximius ille candor deſyderetur, eadem factitari, & identidem recoqui operæpreciū eſt. Nec deſunt qui pro marina, in muria q̄acerrima, ſemel aut iterū excoquant. Dein lagunculā tenui, rotunda, anſam habente, extrahunt. Poſtea orbiculos, ſubſtrato cæſpite hærboſo inſolant, donec candorem ſummū contraxerit. Præcipiunt hoc obeundū munus uere, cum ſol remiſſa uehemētia humorem pariat, ut nō facile liquet. Cæra omnis mollit, calfacit, modice explet corpora. Datur in ſorbitione dyſentericis. Ac milij magnitudine decem grana Cæræ hauſta, lac in lactantibus non patiuntur coagulari.

B

### BARBARI COROLL.

CEra græce uocatur Ceros. Fit expreſſis fauis, ſed ante purificatis aqua, & triduo in tenebris ſiccatis, quarto die liquatis igni nouo fictili, aqua fauos tegente, tum ſporta colatis. Rurſus in eadem olla coquitur Cera, cum eadem aqua, excipiturq; alia frigida, uaſis melle circumlitis. Optima quæ Punica uocatur. Plurimum habet ex Propoli Cretica: ideoq; locum ſecundum in nationibus obtinuit. Tertium Corſica: quoniam ex buxo conſtet, & medicaminis uim referat. Fieri candidam Ceram, nihil aliud eſſe uideo, q̄ Punicam fieri. Hæc medicinis utiliſſima, uarios in colores pigmentis Cera trahitur: ob id & Tracta dicitur, ut puto etiam a Græcis. Nigreſcit, addito chartarum cinere. Anchuſa mixta rubet, ad reddendas ſimilitudines, & innumeros uitæ uſus, ut taceātur interim pugillariū, parietūq;, & armorū tutelæ. Superat niuem candore Cera, quā Pharmacopolæ noſtri præparant, nuperrime uri cœpta publicis, priuatisq; ſacris ſolēnibus & prophanis uſibus. Officina tantū una concinnabatur hæc patris memoria. Nunc urbe tota uenditur, nec alia crematur Cera dumtaxat apud nos, q̄ candida. Primus omniū Cornelius, e Senatu domū rediens, funali Candido uſus dicitur, tanta uerecūdia, ut non prius accendi pateretur, q̄ tota curia & foro deceſſiſſet: quia cæteri, aut laterna, aut triuiali Cera deducerentur. Exemplum eius deinde ſequuti oēs, maieſtatiq; hoc illius ordinis ampliſſimi; non luxuriæ datū. Itaq; Senatu miſſo, poſt occaſum ſolis, tam longus eſt ordo luminū, ut plane diem reddant. In Cera qui naſcitur uermiculus, ab Ariſtotele uocatur Acar. Pli. li. 21. ca. 14.

### EX M. VERG. COMM.

QVod habet in medicina utiliſſimū Cera, excipiendis, retinendisq; aliis medicamētis materia eſt, qua omniū generum Cerata quotidie fiunt. Maturandi, abſtergendiq; uires aliquas nihilominus habere illam, aliqui ex ueteribus tradiderunt: hic calefacere tantū, mollire, explereq; eam dixit: & omnia mediocriter, quoniā parum efficax uis eius ad omnia ſit: præterq; (modo id Cera poſſit) ad prohibendā in nutricibus lactis in caſeum denſationē. Quod uitiū ex Dioſcoride uerbis deſcriptū à nobis eſt, Barbarus id Coloſtrari dixit.

Hosted by Google

## ¶ De Propoli. CAP. XCIIII.

πρόπολις

PRopolis eligi debet flaua, odorata, ſtyracem referens, in uehementi ariditate mollis, & maſtiches more ductilis. Magnopere calfacit & euocat. Aculeos, et oĩa infixa corpori extrahit. In uetere tuſſi ſuffita, pſicit. Impetigines admota tollit. Et in aluearĩū foribus, cęroſę naturę ĩuenit.

BARBARI COROLL.

EPropoli Apes faciunt ad foramẽ introitus protectum, æſtate maxime, ut inqt Varro. Alia hæc ab Rhitace uocata, qua fauos extremos ſimul conglutinant. Interdū extra fores aluei obturant omnia, qua uenit inter fauos ſpiritus. Interpretatur hanc Gaza noſter & Cæreum quandoq;. De hac & in Lilĩ mentione diſſeremus.

VERG.

QVæ in aluearibus apiū uideri etiamnū poſſunt fundamẽta operis, ut diuerſos habent in apibus uſus, nec eandẽ ex qua confecta ſunt materiã, ſic diuerſis appellationibus a græcis pariter & latinis diſcreta ſunt. Interea poſt Metyn, & Piſſoceron, tertia Propolis eſt, inter coria & ceras media craſſioris materiæ: ueluti gũmi, additis aliquãdo etiam floribus: nondũ tamen cera, ſed fauorũ ſtabilimentũ: qua oĉs frigoris, aut iniuriæ aditus apes obſtruũt, magni ad medicamẽta uſus. Quorũ genera hic breuiter complexus, nihil quod de Propoli ab alĩs dictũ fuit, non duobus uerbis, & maior ũ totidem generibus proſecutus eſt. Eam Plinius ab apibus præcipue fieri dixit, ex gutta quam populi arbores in foliis ferunt.

## ¶ De Tritico. CAP. XCV.

πυρός

OPtima e Tritici generibus ad ſecundę ualitudinis uſus habẽtur, quæ recentia, & iam perfecte adulta, colorẽ mali referũt. Dein ſequũtur trimeſtria, quæ nõnullis Sitania nominant. Itaq; cruda in cibis tedet retes tineas gignũt. Canũ morſibus proſunt mãſa & impoſita. Confectus eorũ ſimilagine panis, plus alit cęq; cibarius. E trimeſtriũ farina panis leuiorem cibũ præbet, & qui facile in mẽbra demandet. Farina eorũ cum hyoſcyami ſucco illinit, aduerſus neruorũ fluctiones, quas Græci rheumatiſmos uocant. Itẽ contra interaneorũ inflationes. Lentigines ex aceto mulſo tollit. Furfures aũt in acri aceto decocti, turgentes mãmas ſedant. Viperarũ ictibus auxiliant. Et torminoſis proſunt. Farinaceum fermentũ calfaciendi extrahendiq; uim habet. Priuatim callos pedũ, clauoſq; extenuat. Cætera tubercula, furunculoſq; ex ſale concoquit, & aperit. Sitaniorũ farina, contra uenenatos ictus cum aceto, aut uino cõmodiſſime illinitur. Eadem ſi decocta in glutini modũ delingat, cruentis excreationibus proderit. Contra tuſſim, & exaſperatas fauces, cum menta & butyro decocta efficax eſt. Tritici pollen ſi ex aqua mulſa, aut hydræleo decoquatur, oẽm diſcutit inflãmationem. Panis & crudus & coctus inflãmationes omneis illitu mulcet: cum emolliat & quadamtenus refrigeret. Sed hærbis ſuccisue huic rei accõmodatis ammiſceatur. Vetus panis aridus, adiectis conuenientibus, citam aluum cohibet. Recens muria maceratus illitu, uetuſtas impetigines ſanat. Glutinum ex ſimilagine & polline, quo chartæ glutinantur, ſanguinem excreantibus prodeſt, ſi liquidius ac tepidum cochlearis menſura detur ſorbendum.

BARB. Plini. lib. 18. cap. 7. 10. 11.

TRiticum & Satiuũ & Syluęſtre, cultu annorũ trium miteſcit, in Leontino Siciliæ agro plurimũ. Degenerare Tritiçũ in ordeum, ex eodẽq; naſci pede, utrũq; fabuloſum exiſtimat a Theophraſto. Frumentũ omne radicibus multis ac prætenuibus exit, folio uno, germinibus

oino multis, ſed quæ in ramos brachiari non poſſint: cuius contrariũ in omni legumine cõſpicitur, excepta Faba. Frumentũ Sitos græce dictũ, quicqd ex ſe ariſtas mittit: in herba quã Græci Loion uocãt per hyemem eſt. Remollito aũt cœlo, cauliculus de medio aſſurgit: cuius tertio aut quarto genu ſpica geritur, non prius euidens, q̃ folliculo incluſa: qui Gluma dicitur. Conſumato eo, flos erumpit: quarto aut quinto poſt die, ac totidem fere diebus, plurimũq; ſeptem durat. Varro quindecim diebus frumentũ in uaginis eſſe dicit, quindecim florere, quindecim areſcere. Poſt florem craſſeſcit, inquit Theophraſtus: maturaturq; intra quadrageſimũ diem; cũ tardiſſime octauo a ſatu menſe, plurima parte metitur. Aegyptus, ut ſcribunt, ſeptimo. Foliũ harundineum, anguſtius tamẽ Tritico q̃ ordeo, caulis quoq; leuior, & lentior, nec perinde fragilis. Triticũ multis integitur tunicis, ordeum nullis. Culmus Tritico altior q̃ ordeo, ſpica quoq; remotior a folio. palea ſuauior, mollior, ſuccoſior. Inconditæ Tritico ſpicæ, explanatæq;: ordeo diſpoſitæ in uerſus. Vtriq; culmus ſpicã ſuſtinet, quæ & Spicus, & Spicum a Cicerone dicitur in Arato. Spica granum & ariſtam, quæ uti acus eminet e folliculo ſiue gluma. Sunt autẽ Ariſtæ partes in ſpica primæ, quæ a Græcis Antherices dicuntur, & Atheres. Eſt autem Ather proprie in ordeo, ut Galenus interpretat, cuſpis ipſa ſpicæ. Nam & mẽti pars extrema, hoc nomen inquit, habet, cum ariſtam non habet. Mutica ſpica dicitur, quaſi mutila. Vaginã uocant, ſub qua latet herba. Stipulæ ſunt folia culmũ ambientia. Eſt autẽ Culmus, idem quod & Calamus, cum ſpicæ penitus oriũtur in ſummo ſpicæ iam maturæ. Quod minus eſt q̃ granum, uocatur Frit. Quod uero ad culmi cacumina in firma ſpica geritur, minus item q̃ granum, Vruncus appellatur. In tritico marceſcente gurguliones, hoc eſt, Bias (ſed lego Cias, ut in pumice notaui) a Græcis uocatos, innaſci ferunt, ut in faba Midæ. Gigni & cantharidem in Tritico (Scarabeus is paruus eſt) ut Phalangion in Eruo conſtat. Tritici multa diſcrimina. Sitanias uocat. Genus id eſt ſiliginis trimeſtre, ut Columella uoluit. Frumentago dicta Theodoro, differens craſſitudine ſurculorũ, quemadmodũ inter ordea Crithanias, Ordeago nominata. In nomine ſunt Aſſyriũ, Aegyptium, Ponticũ, Thracium, Siculũ, Africum, q̃d facile abſoluatur folliculo. Nam Thraciũ multas habet tunicas. Habetur & Cachrydias, ſiue Canchrys, culmo craſſo, quod etiã Africo tribuitur. Ponticum leuiſſimũ. Siculum ponderoſum. Ponderoſius Boëtium. Deprenderũt hoc Athletæ. Ponticũ & Aegyptium ſine lolio naſcũtur. Item Siculũ, præcipue Agrigentinũ. Q; q̃ cum ſiculo, melãpyron naſci perhibent. Sed innocuũ, neq; lolij modo graue, caputue tentans. Nominat & Alexandrinũ, oblongo ſemine, quod fortaſſe idem ſit cum Aegyptio, & Calymno. Ex Calydnis inſulis, a Ptolomæo Philadelpho in Aegyptũ conuecto. Dracontias, & Selenuſium, & Stlengias, craſſo cuncta calamo. Iam aliud trimeſtre, aliud bimeſtre. Sitaniũ, uideo idem eſſe cum trimeſtri. Satinũ dorice uocatũ, & attice Titinũ, quaſi purum, ut Photioni placet, de quo & paulo ſupra dixi. Galenus Sitanium, inquit, eſt Triticũ inſtantis anni, id quod uere ferebatur. In Truculento Plauti Etanio, pro Setanio legitur mendoſe, caſtigauimus. Non poſſunt inquit, militares pueri ſetanio exduci. Euboicũ certe intra diem quadrageſimũ a ſatu metitur, firmitate ac pondere præcipuũ, non ut trimeſtri leuitas, ob id cibario pani utile: nam & furfuris parũ habet, inuentu rarũ. Bimeſtria, in Achaia e Sicilia primũ uenere, parum fœcunda, ſed cibo facilia & iucũda. Olynthi & in Euboea apud Cerinthum genus effoditur terræ, qua Triticum oblinẽtes diu id ſeruãt. Trimeſtria ubiq; ſunt, uerũ inutilia, & infirma, ſingulari calamo. In Aſia quodã loco trans Bactra frumẽtum nucleis oliuæ par naſci referunt. In Piſſotis, tam firmũ, ut multos Macedonum largiore uſos, eo faties peremerit. Omni frumẽto nocent imbres in flore. Itẽ iam plane craſſato, Triticum plus q̃ ordeum uligine cõmeat in lolium. Camatias in Theſſalia Tritici genus eſt, quod admiſſo pecore degenerat Babylone: propterea nihil patitur, etiã bis deroſum. Præter lupinũ, nihil æque in ſpica durat q̃ Triticum. Durat bonitas cibo in petra Cappadociæ, in ſeptuageſimũ uſq; annũ. Vnde Cappadocio pani ſumma gratia, qui & Apalos, a teneritudine uocat, & Syrorũ lingua Lagman. Addebat in maſſam lac & oleum, & ſalis quantum ſatis eſſet. Laudabatur & Parthicus: quẽ alij aquaticum uocabãt, quoniã aqua traheret a tenui & ſpongioſa inanitate. Triticum ex Aſſo Troadis, in panẽ ſibi Reges Perſarum quærebant. Varro conditũ diligenter Triticũ, quo uentus non perueniat, manſurũ ad annos promittit. Vis Tritico tanta, ut cados plenos ſiccet. Panificij multa & nomina & genera. Ex his nauticum intelligo, qui uetus atq; ſiccus a Dioſcoride in medicinis dicatur, fortaſſeq; biſcoctus: quẽ Græci Diephthon appellant. Syncomiſtos uero, is eſt quẽ alio nomine Autopyron uocari Galenus auctor eſt: quoniã ex omnibus farinæ ſuæ partibus detractione nulla conſtet. Inter Pityriã, & Semidalitin, hoc eſt, furfuraceum, ſimilagineumq; medius. Et enim Autopyros, ſiue quod idem eſt, Autopyrites, & Xeropyrites, &

A

Theoph. li. 8. capi. 25. 26. 27. 28. de plantarum cauſſis. Itẽ li. 4. ca. 17.

B

C Pyrnos Athenæo, ſiue Pyrinos Hippocrati, a Tritico, non ab igne flectitur, propterea q̃ non ex Tritici parte ſit, ſed ex ipſo plane toto. Dicitur autẽ Anerectos ab Hippocrate. Item Syncomiſtos, quaſi confuſaneus, quoniã caſtratus nõ ſit, ſed omnia ſimul tulerit, furfures, triticulos, & ſimilã. Idem fere qui Sordidus. Cuiuſmodi Neronẽ uſum legimus. Q̃ q̃ Paulus Sordidum, a Syncomiſto ſeparat. Triculos in auctoribus intelligo, id q̃d furfure melius eſt, & ſimila deterius: hodieq; Fertini ſuos farinę uentres uocant. In Ciſalpina Gallia Redundago appellat, Medianũ in Venetia prouincia. Autopyri panes dicunt, & qui furfure tantũ leuiter ſuccreto fiunt, qualis fere Cibarius, & Secundanus eſt, & qui Rubidus fortaſſe a Plauto poëta dicit. Hoc autem fieri ſolet, ut Galenus ait, quotiens Triticũ generoſum non eſt. Generoſum inquit uocat, quod ſimilaginis plus habet q̃ furfuris. Nam ſimilago & ſimila prorſus idem ſunt, Semidalis græce dicta. Nimis fortaſſe multa de hoc pane, ſed conſulto: quia parum conſtabat inter eruditos qualis eſſet, præſertim cum in Plinio illa uerba legerentur. Ad omnia inquit, hæc fermentatus qui uocatur Autopyrus utilior: nullo nõ accipiente fermentatũ panem eundẽ eſſe cum Autopyro. Nõ hoc ſignificari uoluit Plinius: nec tantũ hallucinatus fuiſſet homo, ſeculorũ omnium poſt Varronẽ fere doctiſſimus, ſed quod fermentatus panis, non quicũq;, ſed qui ſit Autopyrus, ad omnia ea quę dixiſſet utilior eſſe uideatur: quod & duobus locis ſeorſum Galenus præcipit: in altero panẽ Autopyrum, ut ſecundo ad Glauconẽ uolumine, in altero fermentatũ ad omnia illa præferens, de ſimplicibus facultatibus lib. 9. Sunt qui fermentatũ panem Apopyrian uocitant, ut Cratinus, non a Tritico, ſed a pruna: quoniã torretur, ut ipſum nomẽ indicat. Farinã Græci Aleuron, & Alphiton, & Haliſparton, & Aliaton, & Alitou uocant. Q̃ q̃ Alphita polentã fere ſignificãt, & Aliata farinam coctam, & Haliſparton agrum conſitũ poëtis. Fermentũ Zymen. Cyribia, quæ nos excreta Tritici, aut ordei, ut Columella, ſiue ut Palladius Creturã uocamus, auctore Iulio Polluce. Photion & Galenus etiam ipſos Furfures, quos Græci Appherema, & Pityra, nos etiã Canicas, & Apludas uocamus. Vnde Canicaceus panis, id eſt, furfureus Pacuuio. At Ceribia in Cratino, idem Photion pro fabalibus interpretat. Pepalem uero Pollux ipſum farinæ pollinẽ. Dioſcorides & Plinius Pepalem Alphiton, pro polenta capiunt fere. Triticũ Syracuſani Spyron, non ut cæteri Græci pyron uocabãt. Panem Arton, quẽ Phryges Beccum, ut teſtis eſt Herodotus, a perfectione, quia rotunda eius forma ſit, ut Athenæo placuit. Tritici ſumma tria genera obſeruant, qui minus operoſe perſequũtur iſta. Primũ Robus, pondere & nitore præſtat. Alterũ Siligo: cuius candor & ſpecies in pane præcipua, ſed pondere deficitur. Tertiũ Trimeſtre, de quo ſupra diximus, Sitaniũ uocari: cuius uſus agricolis gratiſſimus, inopiæ ſubſidio: hoc &, Candidum eſſe dicitur. Nunc locus eſt, ut Panis genera dicantur q̃ breuiſſime. Zymites, hoc eſt, fermẽtatus, qui & Naſtos dicitur. Q̃ q̃ Naſtos, quibuſdam placentæ genus eſt. Contrarius huic Azimos, qui & Daratos. Nam acidus & ſquaroſus, græce Oxylepes uocatur ab Aetio, febrientibus eum dante, quibus uenter fluat. Hunc Aegyptij Tyllaſtin dicunt. Alij ex ordeo confectũ accipiunt, qui Cyllaſtis uocetur, Herodotus ex ſiligine, Semidalites e ſimila. Dictam uero Similã a Cerere putauerim: quam Syracuſij Simalida nominãt, & Sitona. Aleurites a farina. Gyrites a polline. Condrites ab halica, ſiue Zea. De Syncomiſto, & Autopyrite, & Apopyria diximus. Item de Cappadocio, & Apalo, Parthico, & aquatico, & rubido. Ipnites, & Caminites, a coquendi ratione. Item Aeſcharites a craticula, ſub finem cœnæ cõuiuis apponi ſolitus, & intingi paſſo, uſq; ad ebrietatem legitimã. Hic & inuoluebatur, atq; ita ut calebat intortus. Athenis maxime placebat. Cõiectari liceat id genus panificij, quod a tenuitate, & candore Nebulas fere uocamus, Aeſchariten ueteribus fuiſſe. Nam & apud nos uulgari uoce ita dicitur, una tantũ detrita priore litera. Hinc & Eſcharulas mulieres a panificio dictas crediderim: cuius uerbi mentionẽ in Plauto, ut cæteros taceam, inuenias. Tabyrites puſillus erat. Achænes prægrãdis, quo in Theſmophorijs utebantur Atticæ mulieres. Qualis aũt ſit Apurites, Polluci non conſtat. Prefertur omnibus ſanitatis uſu a Galeno Cribanites, ſiue quod idem eſt, Clibanites, hoc eſt, ut Varro Textuaceus, a clibano, quẽ Attici Cribanon appellãt, noſtri Textũ, q̃ in textu calido coqueretur, uſas comitialibus matronas ſcribunt. Cribana uero placentæ genus ſunt, ſpecie mãmoſa. Encryphias, qui & Agoreus, hoc eſt, Forẽſis, & Venalitius, & Atticus uocari ſolet. Dipyros, qui & Pyrites Polluci, delicatus fuiſſe dicit, ſiue idem qui Dipyrites ab Hippocrate cognominat, ſiue alius. Quia porro Dipyrites, ad aquã intercutem cibo utilis exiſtimat, coniectari liceat, pro bis cocto pane capiendũ eſſe eum. Laſgana, ſiue Lagana, minimo pondere, q̃ q̃ leuior & tenerior, etiãnum a carbone dictus Epanthracis, Saturnalibus præberi ſolitus, nihil, ut quidã putant, ab Encryphia differẽs. Vterq; ſubcinericius eſt. Iam Homoros, & Stætites, & Encris, & Aliphatites, &

D

Genera panis multa.

Hemiartion,

Hemiartion, & Placites, & qui Tytontes a caſeo nomen habent. Encridi ſimilis eſt Phyſicillus, quo Spartani utebantur in ſacris epulis, Rapi effigie. Magnos & ſordidos panes Cilicios uocabant, & a colore ſubnigro Phæos, ſicut Agelæos, qui a noſtris cibarij & gregarij dicuntur. Ornides ab Oryza, ſiue ab ſemine quodam Aethiopico, tam ſimili ſeſamo, ut difficile poſſit internoſci. De ficu ægyptia, Sycaminites fit. Collabus, ſiue quod idem eſt Collix, & per diminutionem Colliphion, ut Xyliphion e caſeo recenti conſtat: de quo Iuuenalis, & in Perſa Plautus. Hic & Crimmatias, & Chondribos quoq; dicitur. Sunt & Maconides uocati. Sunt Chryſocollæ, ſed ex lino, ac melle. Aegyptij ſunt, & ad ſiſtendam aluum utiles, ut inquit Strabo, Caces appellati. Sunt Colloræ, ſiue Colliriæ: quos Plautus non Colloras modo, ſed Colluria uocauit, & Collyria ut exiſtimo in Perſa, & Collyridas ſacræ literæ. Is olei miſtione conſperſus intelligitur a Hieronymo. Sunt Obelię Baccho ſacri: ita dicti, uel q̃ obolo Alexandrię uenirent, uel q̃ in ueru torrerentur. Sunt Eunitæ. Aut etiam Enitæ, cognomento Lecythitæ. Sunt Pani: unde apud nos uocabulum. Etenim Meſſapios redundãtiam & ſaturitatem, Paniã appellaſſe, teſtis eſt Athenæus. Varro tamen Panis uocabulum a pano duci putat, q̃ figuras in eo faciebant, ut in lana mulieres. Habetur & Cneſtos a nidore. Itẽ Banchylos, & Thronos. Spodites idem uidetur eſſe cũ Banchylo. Patrias nobilitauere Cyprius, & Cappadox, de quo ſupra dictum eſt. Artopticius uero panis a Clibanite ac Turnaceo differre eo dicitur: q̃ hic e duriore fermento ſplẽdidus conficitur: illi fermentum ſemper perq̃ tenerrimum deſiderant. A boleti forma Boletinus, papauere accepto & fumoſi caſei colore. Strepticius, ſiue Streptos, ex lacte, oleo, pipere conficitur: aut olei loco, adipe. Artolagana puſillũ uini, lac, piper, oleum, ſi ue adipem olei uice continent. Capyridia ſunt, quæ alio nomine Tracta dicimus, ut Athenæo placet. Cuius uocis & apud Catonem mẽtio eſt, ubi de placenta, & ſpira, & ſcriblita loquitur: quo uerbo ipſe non Panificium, ſed portiones tota materia detractas, & in ſolum, hoc eſt, ſtratum in tabella, ſiue alueolo diffuſas cõgeſtaſq; ſignificat. Proinde in hoc uſu Græci ſic loquunt, ἐλκειν λάγανα, pro eo quod eſt, tracta facere. Hinc et Cera candida, Tractum dici a Græcis quoq; autor eſt Photion: a quo & uerbum τρακταίζειν, pro eo quod, perficere, ac ſubigere, ut alba fiat Cera. Paulus quoq; Ceram tractam, ad pſoras cõmendat. Sunt & Cubi, hoc eſt, quadranguli, aut etiam quadrati, ex oleo, anetho, caſeo. Quanq; Athenæus eos qui Romæ quadrati uocarentur, inciſuris præcinctos, & Bomilios a Græcis appellari prodit. Thargelos, qui & Thacyſius: ita dici panem uolunt, q primus e nouella meſſe fingit. Eſt & Samites, & Pytamus: quem nonnulli eundem cum Seſamite putauerũt. Thiagonos Dijs coquitur in Aetolia. Sunt & Dramices, & Araxis. Quanq; Dramin in Macedonia uocari, qui panis in Theſſalia dicatur, nõnulli ſcribunt. Ericitem uocant, qui ex confracto, nec excreto fit tritico. Blema porro calidus, & egregie ſubactus, ac Depſitus panis eſt apud Seleucũ: quem noſtri forte Deſpitium uocẽt, ut eſt apud Catonẽ. Quanq; in Catone ſunt qui Speuticium, a feſtinatiõe legendum putant: nec ut arbitror male. Brattimes, & Pityrites idem eſt, qui Furfuraceus, a quibuſdã Euconos, & Teuconos appellatus. Nam Spolea, eum panem Græci uocant, quo neceſſarij dũtaxat cognatiq; ueſcuntur. Eſt & Phacinos de lente, popularis Alexandriæ, ut ſcribit Athenæus. Opis piſtorij genus eſt, & quod Buccellatũ ab Paulo, & Aetio uocatur. Iuſtiniani codex, & Marcellinus int militaris annonæ gña cõnumerant, quæ bis coquat, a buccea dictũ. Eſt aũt Buccea, ut ex Suetonio colligit, idem fere q̃d bolus. Sunt qui Buccellatum, fermento putent carere. Plautus Rubidum panẽ cũ nominat, uidet Nauticũ accipe: qa ſit bis coctus. De Placentis alius mihi locus eſt: & ſane prolixa mẽtio ea foret. In Amylo dicent, ubi & panis quædã gña, ſed admodũ pauca neceſſario libabimus. Alioquin & Placenta panis eſt, ut Athenæus inquit. Illud obiter añotaſſe nõ fuerit inutile, genus id quod Itricon, & Itrion Græci appellant, a noſtris Libũ uocari, et neutro et maſculino genere, ut Athenæus teſtatum reliquit. Ego nõ Libũ ſimplicit, ſed Libũ ſuminale interp̃tor, ut in Amylo docebimus. Cato Libũ ex caſeo & ouo condidit: ut aũt legumen, ita & triticũ ſi coquatur: appellationẽ habet nouã. E piſo & faba Etnos, ex lente & aphaca Lenticulam, ex tritico Pyanum, & ut recentiores malunt, Holopyron uocamus. Aliqui fruges omnium generum in paſſo coctas Pyanon appellant. Vt mirer Iulium Pollucem, qui Pyanon quaſi Cyamon, pro faba cæperit. Chidron uero coctum triticum, ut Athenæus inquit, ſeu frictum far, ut Hieronymus: quaſi molam ſalſam. Eſt autem Mola ſalſa toſtũ far, ſale conſperſum: quo uictimæ perfundebantur, Vlochyton græce dicta. Iulius Pollux Chidron ſorbitionem ex tritico uirenti factam intelligit: quia uirens triticum Chicria ab Ariſtophane dicatur. Nam Pelanos apud Ariſtophanem, a quibuſdam accipitur pro ſpecie leguminis. Pauſanias placentæ genus accipit in Pelano. Euripides pro quacumq; re concreta, gelataue.

A

Strabo lib. 17.

B



Hosted by Google

C

## ¶ De Hordeo. CAP. XCVI.

κριθὴ

HOrdeũ optimũ est candidũ, purumq;. Id minus q̃ triticum alit. Ptisana tamen ob cremorem in decoctiõe redditũ, plus alimenti prębet, q̃ polẽta ex hordeo facta. Cõtra acrimonias atq; fauciũ scabricias, exulceratiõesq; pollet. Quibus etiã triticea ptisana p̃sidio est. Sed plus alit, magisq; urinã mouet. Lac abũde suppeditat, si cũ fœniculi semine decocta sorbeat̃. Hordeũ abstergit. Vrinã ciet. Inflationẽ parit. Stomacho aduersat̃. Tumores cõcoqt. Farina hordeacea decoquit̃ in mulsa aqua cũ fico, ut inflãmatiões collectionesq; discutiat. Duricias cũ resina et fimo columbarũ cõcoqt. Cũ meliloto aũt et papaueris calyce dolores finit q̃ latus excruciant. Aduersus intestinorũ inflatiões, cũ lini semine, fœnogræco, & ruta, illini iuuat. Strumas cũ pice liq̃da, cæra, oleo, & impubis pueri urina, ad cõcoctionẽ perducit. Et cũ myrto, uino, malicorio, syluestribus pyris, & rubo, alui ꝓfluuia sistit. Podagricis inflãmatiõibus, cũ cotoneis, aut aceto ꝓdest. Decocta in acri aceto, modo quo hordeaceũ cataplasma, & calida imposita, lepris medetur. Liquata eadẽ cũ aqua, atq; cũ pice decocta, pus excitat. Cum aceto liquata itidem contra articulorum fluctiões prodest. Farina ex his aluum cohibet, inflãmationesq; mitigat.

### BARBARI COROLL.

Pli. eodem ut supra.

Strabo lib. 10.

D

ORdeum, Chymistę Lutum Vulcani appellant, in græcis codicibus. De Ordei radice, ortu, herba, flore, spica in tritici mentione diximus. In Aegypto metitur sexto mense: aliubi multo tardius. In Chalcia, Rhodiorum insula, celerrime q̃dam loco. Itẽ Messanę in Sicilia, ubi Mylas uocant. In India syluestre nascitur, iocundum in panis esu. Hoc eq̃s appositũ Alexãdri, necabat eos primo: deinde in palea exhibitũ, paulatim desijt esse noxium. Fundit̃ hoc in brachia, quemadmodũ & Crithanias, hoc est, ut supius dixi, Ordeago. Ad Cedropolin, in Thracia q̃d nascitur, iumenta non attingunt: cuius rei causa, ut Theophrasto placet, malus odor, etiã si nõ sentit̃ homini. Gña Ordei cõplura. Alijs granũ rotundius, & breuius. Alijs maius, oblõgius, et rarius. Aliud cãdicat. Aliud uergit in purpurã, copiosius farina, ualidiusq; q̃ cãdidũ. Iã aliud binos spicarũ uersus, aliud ternos quaternosq; habet, itẽ q̃nos: nullũ tñ plures senis, cui spica folio perq̃, ꝓxima est, amplitudinis & crassitudinis maioris. Hoc Achilleis, & Achilleias ab Hippocrate cognominatur: ob id ꝓpensius obnoxiũ erugini. Erysibẽ gręci uitiũ hoc appellãt, plenilunijs fere accidens: q̃d & Rubigo frequẽtius dicit̃, ordeo q̃ tritico infestior. Eteocrithon genus Ordei est tutũ a Rubigine: qm̃ incuruũ nascat̃. Sunt & Leptides, a tenuitate dicta recẽtioribus Græcorum. Nam Amphicaustis, in tragœdia Ordeũ montanũ significat, q̃d & Eustrõ uocat̃. Differt Polẽta a Farina ordeacea, ꝙ torret̃ polẽta, nõ farina. Polẽtã Gręci Alphita, nõ ut in Palladio corrupte legas, alphica. Itẽ Gerania, instrumẽti nomine, quo ꝑcutiunt̃ ligneo: & Enaulemata, p̃sertim cũ uino et oleo. Ordeũ Crithẽ et Cri, et Proconiõ poetę: q̃q̃ et triticũ tostũ Proconiõ quoq; dicitur, & genus item suffitus, Photioni. Galenus in Hippoc. Proconiũ, polentã ex ordeo recenti, aut etiã ex ordeo nondũ tosto, significari tradit. Ordeacei uero panis genus unũ Mazã nominant, int̃ ordeaceos panes deterrimum. Aetius polentã ordeaceã, quæ sit humido conspersa, Mazã appellari testis est: quę uidelicet mandat̃ cruda cũ defruto, uel melle, uel alio quo huiusmodi. Mazarũ uero plura genera, siue nomina. Physten Attici uocant, quæ non multum subacta sit. Est & Anthema, & Ephicois, & Concon, & Tripte, & Cardamale dicta, & Berex, siue Barax. Alij Caryx, etiã Carycce, a nigricia nomen habens, non a nucibus. Distinguit̃ Berex a Caryca Iulio polluci, et Tolypa, et Thridacina, siue Thridacisca, et Anemolos. Itẽ a uino Oenutta, sicut a melle Melitutta. Nam Achilleos uocata, ex ordeo cui Achilleis nomen est, constare creditur. In nomine sunt et Cypria, et Magidis. Hesiodus Amolgeę dictæ meminit, quæ nihil aliud sit q̃ recens. Iis uero quæ in sacrificijs Trophonij degustandæ præbebantur, Melituttę, Arestę, & Hygicę nomen erat. In summa, laudatur Lydia, Carycce, Eretria. Prę-

fertur omnibus Conchos. Maza in latino non habet nomen, nisi quis interpretet panis offam, A
ut ipsi quandoq; fecimus. Et ante nos Theodorus gaza, Offam, inquit Festus, abscisum globi
formā nominabāt, ut manu glomeratā pultē. Frumenti genus est quod ueteres Ador, & Edor,
& semē Adoreū, & Far uernaculū, aut etiā Vermiculū uideo appellasse: ab edēdo: uel qm̄ adu-
rebatur, ut tostū fieret, ex quo mola salsa in sacrificijs, & Adorea pro laude. Nam Ordeum eti-
am Sifar quandoq; dici solet. Leguminibus fere ascribitur, quia ex eo ptisana fiat, ut Columel
la inquit. Inuenio tamē & Sacrum ordeum a Grecis uocari Didalida: quasi eo pro farre ac mo
la salsa usos existimare liceat, si Photioni credamus: qui & Cāchryn dici fractum Ordeum nota
uit. Galenus plurali tantum numero Canchryas pronunciat. Singulari uero non Ordeum fri-
ctum, sed radicem Libanotidos, hoc est, roris marini, ab Hippocrate significari cōmonet. Con
fractum porro indiligēter Ordeum, Ericidas idem Hippocrates appellat. Seminis porro Ado
rei quatuor sunt publica discrimina. Far Clusinum candidius, ac nitidum. Far quod uocāt Ver
miculum, rutilo colore. Far Candidum, maioris utrūq; ponderis & Clusinū. Quarto genere se
men trimestre Halicastrum uocatum, pondere, bonitateq; præcipuum. Ordei uero illæ differen
tiæ. Cantherinum quidam & Exhastichū appellāt, animalibus quæ ruri sunt pascendis utilius,
& homini q̄q; melius, & malum triticū, fragili culmo, & nulla uestitum palea, celeriterq; deci-
dens, ac tritu facile. Aliud genus est, quod Distichō, siue Galaticum uocamus, ponderis & can
doris eximij: quod Oryzā esse quidam interpretantur ætate nostra. Græci, quemadmodū Far
ipsum uocent, nisi Ordei appellatione contineri dicant, haud scio reddere.

## ¶ De Zytho. CAP. XCVII.

EX hordeo potus fit, cui Zytho nomen est. Is urinam cit. Renes &
neruos tentat. Membranis, præsertim cerebrū uestientibus officit.
Inflationē parit. Vitiosum succum creat. Elephantiasin. Qui eo potus ge
nere perluitur, agilis, & ad opus obeundum expeditus euadit.

## ¶ De Courmite. CAP. XCVIII. B

FIt & ex hordeo potus quem Courmi nominant. Eoq; sepe potu,
pro uino utuntur. Verum dolorem capitis mouet. Malum suc-
cum gignit. Neruis nocet. Consimilia etiam potus genera ex tritico fieri
solent in Britania, & quæ occidentem spectat Iberia.

## BARBARI COROLL.

ZYthus, & Zythum dicitur, & Græce uulgo Phocadion. In Aegypto fit: ideoq; a poetis Plí. li. 22. ca. 25.
quandoq; Pelusiacus potus uocatur. Madescunt aqua fruges, donec resoluantur in liquorem
uino similem. Inebriat hoc, & acre gustu est: quoniam ex putrilagine acescente constat. In Me-
diæ montanis, septentrionali situ, gentes uini loco succum e radicibus quibusdam ebibunt.
Curmi porro fortasse hoc sit, quod Ceruisiam in Gallia uocant, & Curmi, Curmithos infe-
ctitur. Possidonius homo stoicus, non Curmi, sed Corma appellat. Inuenio & Celiā, & Ceriā,
unde Sicera, & Sicerites uinū forte nomine. Quanq; Hieronymus in ea uoce, quā uult Hebrai
cā intelligi, accipiendū esse dicit omne potionis genus, q̄d inebriare possit bibētes. Id aūt pluri-
bus omnino modis ac nominibus, ratione tm̄ una fere ubiq;. Hispani iam et uetustatem ferre ge
nera ea docuerunt. Spuma uero dum resoluitur frumentū concreta, utuntur fermēti uice: quā
ob causam leuiorillis & cæteris panis est. Aristoteles Pinū uocari tradit, q̄d ex ordeo fit uinum.
Hoc qui fiunt temulenti, nō in omnē partem cassabundos corruere, ut cæteri, sed retrorsum dū
taxat, ac supinos. Paulus uinum quod ex sordibus uellerum eluris conficitur, Pinon uocari pu
tat. Sophodes, Aeschylus uinum ex ordeo Bryton uocant, non Zython, aut Pinum. Est & a-
pud Theophrastum Bryton. Hellanicus & ex oryza Bryton fieri cōmemorat. Fit & e milio, ut
Athenæus testis est. Nam Cyceon homericus aliud genus erat: id ex mixto farina caseo cōsta
bat, in sorbitionis usum. Sunt qui Pinon pro uino capiant, quo lanæ cum sordibus suis lauan-
tur, atq; ita siccatum reponitur. Illud notatione dignum existimamus, Dioscoridem ebur scri-
bere maceratum Zytho, facile tractari. Plinius non ebur, sed ipsum animal tractabile hoc mo-
do reddi prædicat. Cæterum inquit, Elephanti mitificantur ordei succo.

## EX M. VERG. COMM.

ANtiquum est, ex frugibus fieri pocula, quorum ad ebrietatem non minor & uini etiam uis

C est. Nec nostra ætas eadem sibi parare his locis desueuit, quibus negata uina, ex quo non satis homini aqua est, quod eorum uicem expleret, quærere sibi homines coegerunt. Inter ea Zythus quondam fuit, qui ex hordeacea fruge madida fieret. Meminerunt Zythi Plinius in naturali, Diodorus Siculus in Gētium historia. Meminit & in carmine suo Columella, Aegypti inuentum & usum Zythi ostendens, cum cecinit. Iam Siser Assyrioq; uenit, quę semine radix Sectaq; præbetur madido satiata lupino, Vt Pelusiaci proritet pocula Zythi. Veteres grecorum medici, acrimoniam habere Zythum dixerūt: quoniam ex corruptione factus esset. Frigidum pręterea: quoniam acorem haberet: ideoq; mali succi esse. Quos autem in medicina usus habet Zythus, & hic, & alij manifeste dixerunt.

## ¶ De Zea, seu Semine. CAP. XCIX.

ζειὰ

Zea duorum generum est. Vna simplex. Altera in geminis putaminibus grana bina iuncta gerit. Ob id Dicoccos appellatur. Plus q̄ hordeū alit. Ori grata. Digerit̄ in panificia, minus q̄ triticū alēs.

BARBARI COROLL.

Pli. li. 22. ca. 25. lib. 18. cap. 8.

Zeam nostri Semen dicunt. Hæc si seratur pinsita, hoc est, tusa, transit in Triticū, ut Tipha: idq; uon protinus, sed anno demum tertio: nunq̄ contra. Nihil hac robustius, terramq; magis exinaniens, radice alta, multiplici, culmo numeroso, fructu facillimo, cunctis animalibus iucundo, simillima tritico aspectu quemadmodum & Tipha. Solū non q̄dcūq;, ut Tipha, sed lętū, pingueq; desiderat. Zea & in Bromō dictā cōmeat. Dionysius halycarnasseus latine dici Fabilā existimat. In Catōe porro Fabulus albus, fabā cādidā ut arbitror significat: quā bubus cū languent, dari p̄cipit. Vt in Columella deprauate legi putē, Balbulos albos in cura Boū, ꝓ Fabulis albis. Dioscorid. certe Papauer albū, a Romanis Fabiolū uocari tradit. De hoc lectorē ad fabę mentionē differo. Zea, Zeteiō, & Zontiō, & Zostiō apud Aristoph. in comœdia. quę Babylō inscribit̄, locus uocat̄, quo seruitia punienda mittebant̄. Meminit & Pollux. Ad q̄d allusit poeta noster comicus in Asinaria (ni fallor) cū dixit, Qui polentā pransitāt, & ubi uiuos homines mortui incursant boues. Gregorius Tifernas in Strabone Zeas interp̄tat̄, rustica potius q̄ latina uoce Speltas: credo qa Rhemius Palæmō prior usurpauerit in carmine de pōderibus, ac mensuris, quod tn̄ Prisciano grāmatico inscriptū circūfert̄, Octo inqt speltas pēdere scrupulū.

EX. M. VERG. COMM.

D

Nihil difficiliorem medicæ materiæ cognitionem semper fecit, & adhuc facit, q̄ q̄ non eadem ubiq; omnia sunt: neq; ubi eadem sunt, ijsdem nominibus appellant̄: & q̄ quo cōmunius aliquid humano generi natura fecit, eo facilius neglectum ignoratur. Idq; in frugibus animaduertisse licet: in quibus nulla alicui certa huius, aut illius ex antiquis scriptoribus indicatio nūc esse potesi, cum tamen nihil in illis frequentius inueniatur. Fecerunt id mutatæ per tempora earum appellationes: sed multo magis, quod paulo ante diximus, neglecta cōmunia, et quotidiana naturæ bona: & ut in Zea, de qua nunc agimus, accidit. Eam Plinius, Theophrastusq; tritico similem & hordeo dixerunt, ab Homero nullo non fere carmine laudatam. Posteriores notam nunc frugem, quā Speltam rura nostra appellant, esse eam existimarūt. Nec huius scriptoris descriptio & historia, ab ea seminis forma penitus distat. Plinius in Italia, præsertimq; in Cāpania feliciter prouenire lib. 18. ca. 8. testatus est: priuatimq; semen appellari p̄clarā, ut ille ait, rē. Quam in medicina ueteres græcorum medici, tritico similes habere uires dixerunt, medioq; inter calorem & frigus temperamento esse. Ex hac fieri Alicam, non secus q̄ ex hordeo, idem Plinius testatus est. De qua non multo post dicemus. Esse autem tritico similem Zeam, Theophrastus præcipue. 8. de plantarum historia uolumine ostendit.

## ¶ De crassiore Farina. CAP. C.

κρίμνον

Crimnon crassior est ex Zea, triticoque farina, ex qua pultem faciunt. Abunde alit. Facile conficitur. Aluum uehementius adstringit, si Zea ex qua fit, prius torreatur.

BARBARI COROLL.

Crimnō fortasse hoc est, quod Cremor latine dicitur, ut succus a cremore differat sola crassitudine. Interim confunditur. Cornelius Celsus cremorē ptisanę pro succo fere accipit. Crimnon & Hordei genus est Photioni, et Cyceonis homerici liquamentum, Hippocrates Crim-

Hosted by Google

nodeas urinas pro crassis, & ad similitudinem farinæ tritici corpulentis accepit, ut Galeno placet, in Aphorismis, sicut alias eruo, alias frondib. alias furfuribus haberi similes docemur. Nã Crymodes aliud est. Ita uocatur febris quę pulmone, sacris ignibus correpto prouenit: sicut Lepyria, quæ stomacho, & Typhodes, quę iocinere. Pultem Græci Polton, et Poltarion appellãt. Plinius, Calidam inquit potionem in pultario poposcit Offilius. Vt Pultarium aut pro uase, aut p sorbitionis genere acceperit. Puls certe, ut Aetio placet, omnis sorbitio uocatur, quæ aut de leguminibus, aut cerealibus granis coquendo in succum resolutis conficitur. A

EXM. VERG. COMM.

ARtis, non naturæ opus Crimnon quondam fuit, idem Romanę Pulti, qua quondam Grę cia pariter & Italia pro pane usa est: manifesteq; id Plinius lib. 8. cap. 8. testatur, Pulte, non pane longo tempore uixisse Romanos dicens. Translata deinde ad medicinam res est, relictaq; uetere appellatione, posteriores græcorũ medici, non crimnon, sed πολτόν, aut πολτάριον .i. Pultẽ, aut Pulticulam appellauerunt. Sic Paulus Aegineta, sic ante eum Galenus aliquando dixerũt. Fieri autem solitam præcipue ex hordeo, nomẽ testatur. ἀπὸ τῆς κριθῆς enim, id est, ab hordeo, κρίμνον dicta est. Vtilior deinde deprehensa fuit quæ ex Zea, & Tritico fieret. Qualis deinde ea esset, satis hic ostendit dicens. Crassiorem q; farina sit cõfectione, trituraq; Crimnon esse. Post hunc Paulus Aegineta lib. 6. de eadem agens, Crimnon, idest, Pultem appellari ait, quod ex Tritico & Zea crassius esset. Cæteri græcorum medici eam his uerbis diffinierunt. κρίμνον χωὶ πολτὸν τὸ παχυμερὲς οὕτως ὀνομάζεται πῦ, τε πυρίνου χωὶ τοῦ τὸ ζείων ἀλεύρου. Quod est, Crimnon, siue Puls dicitur, quod in Tritici & Zeæ farina crassum & crassiorum partium est. Poteritq; quãta & qualis hæc crassitudo farinæ in Crimno sit, cupiens nouisse, si quas Hippocrates, & posteriores græcorũ medici κριμνώδεις urinas appellant, aliquando uiderit, in quibus corpulentioris farinæ similes nubeculæ apparent: quasq; Plinius lib. 23. furfures, & nubeculas appellauit.

## De Siligine. CAP. CI.

EIDEM generi Siligo adscribitur, sed minus aliquanto nutrit. In panes ut Zea cogitur. Fit quoq; e Siligine crassior farina, quam græci Crimnon uocitant. ὄλυρα B

BARBARI COROLL.

OLyra, Siligo a nostris uocatur, autore Plinio. Catoni quoq; genus est tritici. Siligo locis apertis, celsisq; ferenda, & ubi sol q̃ diutissime sit. Vitium est Siligo tritici. nam omne triticum solo ulginoso, post tertiam sationem, conuertitur in Siliginem. Est & Olyra Galliarum propria quæ cognominatur Arinca, uel Italiæ copiosa. Theophrastus Olyram folliculo describit multiplici, ut Tiphan, sed Bromo & Zea molliorem, infirmioremq;. Sit autem siligo, quam nũc rustici Secale uocant, ambiguum est quibusdam, nõ mihi. Plinio certe farraginis & pabuli genus est Secale nominatum, occari tantum desiderãs. Hoc inquit Taurini sub Alpibus Asiã uocant, deterrimũ, & ad arcendã famem utile, fœcunda, sed gracili stipula, nigritia triste, sed pondere præcipuum. Admiscetur huic far, ut mitiget amaritudinem eius: & tamen sic quoq; ingratissimũ uentri est. Nascit qualicũq; solo, cum centesimo grano, ipsumq; pro lętamine est. Farrago autem ex recrementis farris prædensa seritur, admixta aliquando & uitia. Eadẽ aliq̃n in Africa fit ex Hordeo, unde hordeacea Farrago dicitur. Hãc esse puto, quam Græci uocãt Cratin, ut est apud Aristotelem, siue quod idem est, Grastin. Interpretantur enim Graftin, uirẽs hordeum. Alij Crastin dicunt, & fenum semiaridum intelligunt, uticq; Pollux, quod & Poam, & Chilon uocant, atq; Chonton. Fit igitur optima Farrago, cum cantherini hordei. 10. modijs iugerum obseritur. A farragine Farraginariam deducimus, pro loco ubi Farrago seritur. A Siligine differt radicula: quam pastores Consiliginem uocant, in Marsis montibus frequentem, omni pecori maxime salutarem. Corrigẽdus in Columella est locus, ubi de Consiliginis usu loquitur, circumscribendum esse ita, manante sanguine, tanq; olitę reductum appareat. Legendũ est, Tanq;, o, literæ ductum appareat. Hoc in transitu monuisse quid officiet? Plinius lib. 18. de consiligine

EXM. VERG. COMM.

COngener, & ut Theophrastus ait ὁμοιόπυρος, quod est, tritico similis Olyra est. Semen eius antiquiores græci figura inter triticeũ & hordeaceũ tradiderũt. Longa est Olyræ in Plinio historia: nec in Theophrasto breuis. Collectaq; ex his scriptoribus simul oĩa, eã indicare frugẽ uidẽtur, quã nostra tempora Secalem uocãt: non tñ id pro cõperto habemus. Quod certũ sit, inter tritici gña, aut tritico similia ab omnibus numeratur, Græcię magis & Aegypto q; Italię pecu-

Cliaris: & ob id in gentibus illis feliciore prouentu, magisq; nota. Siliginis nomen huic aliqui eũ am cõmunicauerunt. Sed si Columellæ grauissimo rei rusticæ scriptori credendum est, Siligo secundæ conditionis triticum est. Verba eius sunt. Tritici genera plura cognouimus: uerũ ex his maxime serendum est quod Robus dicitur: quoniam pondere & nitore præstat. Secunda conditio est habenda siliginis, cuius species in pane præcipua pondere deficitur. Habent nihilominus qui Olyram siliginem non dixerunt, latinos alios autores, quibus tueri rem suam possunt. Sed nos, qui ex professo hæc docuerunt, libentius sequimur. Vagæ rerum in gẽtibus appellationes, nec ubiq; eędem res, diuersitati, & incertitudini huic causam dederunt.

## ¶ De Athera, idest, tenui pulticula. CAP. CII.

ἄθήρα

ATHERA EX Zea fit tenuissime molita. Est autem sorbitio, quasi liquida pulticula infantibus conueniens, & cataplasmatis efficax.

### BARBARI COROLL.

Plinius lib. 18. EX Olyra Atheram constare Plinius, Dioscorides e Zea scribit. Aetius etiam ex amylo. Familiaris Aegypto Athera ex Siligine, hoc est, Olyra, quæ ut dixi Arinca dicitur. Iulius Pollux, Atharen uocat pultem e miliacea farina. In Plauto, Atharathrion compositum uidetur ex Athara & Thrio, quod placentæ, aut libi genus est, dictum a foliis fici, quibus circumdatur: aut seorsum utrumq; legant, qui eius poetæ studiosi sunt. Potest & Athara, & Oathrion legi, ut est apud Alexin comœdiarum scriptorem. A quo locus is in Plauto festiuissimus, ex persona coci sumitur: qui & Candauli mentionem habet. Erat autem Candaulos, siue Candylos, miscella ex carne cocta, pane, caseo phrygio, ut Athenæus inquit. Vt Photion, ex lacte, ac melle: qui & Amætacem tradit heroicum edulium fuisse. Dicitur & pinnula ea quam sub uentre habent thynnides, Athera, ut inquit Aristoteles, sed ut sit Tribrachys.

### BARBARI COROLL.

DNon uidetur Athera hęc a Pulte, nisi liquidiore habitu differre. Nec Paulus Aeginera aliter eam sexto uolumine descripsit: pulticulam sorbilem ex tritico, zeaue emollitis confectam esse Atherã dicens. Obseruauimus tamẽ ex olyra, amylo, & milio factam pultem, Atharam pariter dici. Plinius Aegyptiorum uocem Atharam esse dixit. 22. uoluminis ultimo capite: a grẽcis tamen recepta, non ad pultem tantũ, sed ad tubercula quę in homine aliquando extolluntur ea uox est, quibus qm̃ subest ueluti tenuis et dilutior pulticula, ab Athara hac Atheromata int̃ abscessus ab antiquis græcorum medicis dicta fuerunt: de quibus certius cum primum dabitur occasio dicemus.

## ¶ De Trago. CAP. CIII.

τράγος

TRAGOS quandam Halicę figuram gerit. Multo minus quã Zea nutrit, ꝙ multum aceris habeat. Quare ægrius conficitur. Aluumq; magis emollit.

### BARBARI COROLL.

Plinius lib. 18. TRagos cognomine Sitodes, hoc est, Cerealis, ut ab herba Trago distinguat, frumenti genus est. In Hippocrate quid sit Strygis, quod ipse leuius esse tritico, & uentrem magis soluere testatur, non comperi, nisi quis pro Trago Strygite capiat.

### EX M. VERG. COMM.

NOn habet in græcis unam significationem tantum Tragus, sed animal, herbam, frugem, & qui sub alis sentitur uirosum odorem significat. Ideo in frugis significatione, Tragon σιτώδη, id est, Tragum frumentaceum ueteres aliqui frumenti genus hoc appellauerunt, peregrinum Italiæ. Cuius breuissime Plinius meminerit, nec ultra ꝙ ut diceret, ex omni eodem genere grani prætulit Oreuntium, & Tragum. &c. locus est libro decimo octauo, capite septimo. Quinetiam capite eiusdem libro decimo. Inter peregrina Italiæ tritici genera Tragus hic numeratur his uerbis. Adiiciunt̃ his genera bromos, siligo exceptitia, & Tragos externa, omnia ab oriente inuecta. Est & illud ex eodem Plinio intelligendum, non frugem tantum ipsam, & tritici genus Tragum dici, sed quæ ex semine eius ptisanæ similis ad medicinam conficeretur farina. Verba eius eodem capite sunt. Ptisanæ conficiendæ uulgata ratio est: simili modo ex tritici semine Tragum fit in Campania tantum, & Aegypto. Hic Tragum figura similem Chondro ait, non

Hosted by Google

satis certo intellectu, siimilem ne frugi dicat, quam græcorum aliqui Chondron, id est, Far nominant, an Alicæ, quæ passim Chondros etiam uocatur. Vtrunq; enim Chondros in græcis significat: si qua hic usus est uoce χόνδρα, & eius tota significatio expendatur, ad frugem potius, q̄ ad alicam referenda similitudo uidebitur. Frugis enim figura aptius q̄ alicæ dicitur. Si ea quę mox hic de Chondro ait, ad alicam magis q̄ ad frugem. Chondron siquidem alicam, non frugem uocat. Nobis inclinat animus ad frugem magis, q̄ ad alicam referri oportere. Legentibus tamen & hoc liberum relinquatur. A

## ¶ De Bromo. CAP. CIIII.

BRomus genicula quædam habet. Folio & stipula triticum imitatur. Et in cacuminibus dependentes paruulas ueluti locustas gerit, in quibus semen continetur, utile ad cataplasmata uti hordeum. Pulte huius aluus sistitur. Prodest tussientibus in sorbitione succus. βρῶμος. Vulgo abe

### BARBARI COROLL.

BRomos correpta prima, semen est spicam ferentis herbæ, de qua & libro quarto sepositā mētio est: hic enim de grano ipso potius, quia sit inter fruges, differitur. Semen hoc natura maxime operuit, ut Theophrastus inquit. Radice copiosa innititur, multiplici culmo sparsa, syluestri fere habitu, quasi ægylops, inter uitia segetis, auenæ modo nascitur, dependentibus, ut Dioscor. inquit, locustis, ut Plinius, loliis. Poētæ Bormon, & Bormacem quoq; dicūt interim.

### EX M. VERG. COMM.

QVis non credat, Hauenā. cūctis notissimā frugem, hoc capite a Dioscoride describi: tam apposite in eo pictura naturæ rīndet. Quis etiā in hoc scriptore adeo incautus fuerit, ut quæ inter Bromon, & Aegylopem, alterā in frugū, alterā in herbarū genere discrimina sunt, non facile sola eius lectione statim intellexerit: Toto eīn genere, & partiū notarūq; historia differunt. Hæc inter congeneres fruges a Dioscoride numerat, & describit, magno argumēto Bromon Hauenā frugem esse: illa inter herbas. Hæc culmū habere dicit: illa βοτάνιον, id est, Herbula appellat. Hęc in summo dependentes paruulas ueluti locustas, duplici crure diuaricatas habet, in qbus semen est: illa in cacumine καρπούν, id est, q̄d semen cōtinet, duos, tresue colore rubētes habet, ex qbus aristę capilli figura prodeunt. Hæc in medicina ad cataplasmata & tussim utilis: illa ad oculorū ægylopas, & discutiendas duricies uim habet. Et ne longiores simus, quis non credat aliā ab Aegylope Bromon. i. Hauenā esse: si Paulū Aeginetā. 6. uolumine legerit seorsum de utraq; agentem: & utriq; quæ sua sunt assignantem. Hanc similes hordeo uires habere, quibus leniter & sine erosione siccet, habere itidem aliquid quod adūringat, eamq; ob causam alui fluores compescere: illam discutiendi tantū habere uim, qua duricies, inflammationesq; & oculorum ægylopas sanet. Erit quarto uolumine in Aegylope iterum de his dicendum: quæ nunc causa est, ne in re nota ultra q̄ deceat immoremur. Quodq; nunc dictum est eo pertinet, ne quis ex eo quod Barbarus in Dioscoride ait, Bromon Hauenæ genus esse, & in Corollario de grano tantum Hauenæ dici hoc loco, de herba autem in quarto, eandem Bromon & Aegylopem huic scriptori esse opinetur, & hic de semine, in quarto de planta sub diuersis nominibus actum a Dioscoride fuisse. B

## ¶ De Oryza. CAP. CV.

ORyza frugum generis est, in palustribus riguisq; nascens. Mediocrem cibum præstat. Sed aluum supprimit. ὄρυζα. Rizum

### BARBARI COROLL.

ORyzam, Theophrastus Oryzon uocauit. Quidam Ordeum galaticum, quia graue sit atq; candidum, appellant. Peregrinum initio semen, ex Indiaq; illatum, simile Zeæ aspectu lolij, magna parte in aquis cubitorum quaternum altitudine: cæterum effundit non spicam, sed milij modo ac panici iubam. In Bactrianis quoq;, ac Babylonia, & Suside, atq; Syria inferiore gignitur. In Italia uero multis locis. Indi hanc Farris, seu Zeæ modo pistam reddunt concoctu facilem. In eadem gente Bosmorus, frumēti religiosi genus traditur, tritico minus. Inter amnes prouenit, excussum areis torretur protinus. Iuramentoq; adiguntur messores, non absportaturos id se prius inde, q̄ coxerint: ne semen in alias terras cōmunicari possit, Strabo auctor. In Diodoro Bosporon, non Bosmoron corruptis exemplaribus inuenias.

C EX M. VERG. COMM.

NOta omnibus etiam Oriza, parati & quotidiani in sanitate usus, præsertim quibus locis abundat. Descripsisse eam inutile, & inanis iactantiæ fuerit. Quod ueteres Græcorum medici ei tribuerunt, est: ægre concoqui Orizam: exigui nutrimenti esse: & quod hic ait, aluum subprimere.

## ¶ De Halica. CAP. CVI.

χόνδρος

halica. idem q chondros ꝑm plinium.

HAlica fit ex Zea, quam Dicoccon appellauimus. Plus alit q̃ Oryza. Aluum magis cohibet. Stomacho longe utilior. Decocta in aceto, illitaq̃, lepras tollit. Vnguium scabricias extricat. Incipientibus ægylopijs medetur. Decoctum dysentericis, quos excruciat dolor, infusum idoneum est.

BARBARI COROLL.

ALicam Theodorus hanc interpretatur, quam Græci Chondron uocant: quod & Plinius quandoq̃ facit. Paulus Alicam differre a Chondro putat. Alix inquit, similis Chondro est natura: nisi q̃ uentrem magis subprimit. Plinius, Alica inquit, res Romana est: neq̃ Pompeij magni ætate in usu fuisse traditur, ptisanæq̃ antefertur sine dubio. Ptisana Græcum uerbum est, & Pisana quoq̃ dicitur, & olim græce Besana. Chondros porro, ut Paulus ait, similis est tritico, plus tamẽ lentoris habet si cõmanducetur. Hippocrates Chondron dicit esse utilissimi cibi sorbitionem. Aetius Chondrum Alicæ cum dicit, Ptisanã ex Alica significat, hoc est, Alicam fartis, modo fresam, in sorbitionis usum, ut ptisana. E Zea pista quemadmodum Chondros fiat, ut ex Olyra quoq̃ generosa Tragos, rei rusticæ scriptores Græci produnt. Inuenio & Hadron dici, quæ sit Chondros. Alix, & Alicion uocatur. Q̃z q̃ Alix Callimacho pro Chlamyde accipitur. Thessalico uocabulo Chondros, & cartilaginẽ significat, & nucleum in ture, præsertim ceu quendã callum: quẽ & Pyrena Hippocrates appellat. Oĩno Chondros ea frumenti spẽs a Græcis intelligitur, quæ a nostris Far, siue Farrum uulgo nuncupatur. Archigenes Far Chondro potius simile, q̃ idem uidetur existimasse. Far inquit Romæ, ut Chondros, Græcis conficitur sanitatis usu. Frumentũ aqua maceratũ nudatur cortice: mox siccatum in sole tunditur, sed leuiter, ita ut singula grana in partes quaternas, quinasue dissiliant. Idem Archigenes (ut meminit Aetius) pulte ad dysentericos, ex Farre quemadmodũ conficiatur docet. Ad eumq̃ usum Far, inquit, clusinum desydero. Ita enim legendum credo, non iliusinum, ut omnes Græci habent codices. De clusino Farre dictum est supra ex Columellæ sententia.

D

EX M. VERG. COMM.

ROmana res, inquit Plinius, Alica est. Nobis eam cognouisse Hippocrates etiam uidetur, multo ante eum medicinã professus. Plures fuerunt latinis & græcis Alicæ confectiones: quas fere omnes idem scriptor lib. 18. cap. 11. prosecutus est. Quam tamen ille confectionem cui Gypsum adijceretur Africæ assignat, Græci ut suam uendicant: & hoc modo conficiunt. Tunditur Zea: tusaq̃ in calidam conijcitur aquam: statimq̃ exprimitur. Mox tusum in tenuissimum pollinem album, illi gypsum exigua quantitate additur: adspersoq̃ itidem sale sub ardẽtissimo canis ęstu, ne acescat, insolatur: & cum insolata fuerit, cribratur, & seruatur. Hæc nos ex gręcis collegimus: quibus non dissimilia Plinius antedicto uolumine narrat: quæ relinquimus omnibus parata, & in eo scriptore exposita.

## ¶ De Milio. CAP. CVII.

κέγχρος

MIlium in panes coactum, minus cæteris frugibus alit. Sistit pulte sua aluum. Vrinam cit. Torretur Milium, feruensq̃ in sacco ponitur, ut torminibus, reliquisq̃ doloribus auxilio sit.

BARBARI COROLL.

MIlium intra quadragesimũ diem metitur. Caulis ei harundineus. Flos lanugineus, ut frumento, largior aquatio detrahit folia. Plus centũ manet annos, si condat̃ quo uenti non perueniant. Nihil leuius, mollius, aut caloris capacius Milio est. Farinã miliceam, seu fractũ Milium, sunt qui Scrutũ uocari putent in Horatio. Sunt quibus uasis potius appellatio ea uideatur, ex Scroto, id est, corio consuti: q̃d genus Græci Thylacos, id est, folles, & quasi pasceolos dicunt. In quibus tamen, ut est apud Aristophanẽ, panis quoq̃ seruabat̃: cuiusmodi & Panariũ, & Pa

Hosted by Google

nariolū a nobis cōmode uocari poteſt, quacūq; conſtet materia: quæ uox in Varrone, & Papinio poëta, & Martiali, Suetonio, Tranquillo legit. Nos de Scruto quid ſentiamus in Cicerone dicemus. Nam Miliariū uas a pondere, non a Milio nomen habet. Eſt aūt, in quo excalfiunt aquæ, ut Athenæo placet: q̄d e Græcis aliqui appellant Ipnolebeta, id eſt, caldariū. Porro Miliū a miliaria ſumma deriuatū, non a græco, Feſtus exiſtimat: apud quos Cenchros, & Straboni Cenchrys dicit. Hippocrates Paſpalem uocauit. Varro Miliū a græco deducit. Nam id Melinem inquit uocant. Dioſcorides & Theophraſtus Melinē, pro Panico intelligūt: A Milio, aues quædā Miliariæ dicunt, ut eidem Varroni placet: quas ego non auſim eas credere, quas a Milio Græci Cenchridas appellant: q̄ illæ uideantur in latino Tinnunculi uocatæ. A.

EX M. VERG. COMM.

Millio poſteriores naturam & uires aſſignarunt, refrigerandi in tertio, ſiccandi uero in ſecundo ordine. Habere præterea uires extenuandi aliquas Milium crediderunt, nihilq; ad concipiendum & retinendum calorem aptius eo eſſe.

## De Panico. CAP. CVIII.

PAnicum frumentaceis ſeminibus annumeratur, milio ſimile. Eodemq; modo in panes ſubigitur. Eoſdem habet uſus. Minus tamen & nutrit & ſtringit. τὴν μὲν

BARBARI COROLL.

PAnicum Helymos, etiam Melinos a Theophraſto dicitur. Nelinos porro cantionis græce nomen eſt. Item Elynos, ſiue Linos, lugubris eiulatus, quē nos Leſſum dicimus. Tibiæ genus quoddam apud Sophoclem uocatur Helymos, ut in Harundine docuimus. Quadrageſimo die abſolui conſtat, ut æſtiua omnia. Calamus harundinis, ut milio. Flos lanuginis. Durantiſſimum inter fruges Panicum. Ideoq; Diocles medicus, Mel frugum merito appellauerit. Seras uermiculos, e quibus Sericum uellus metitur, Panico ali quadriennio apud Seras populos, tradit Pauſanias: quinto anno Harundine recenti, quam prædulci paſtu auidius carpentes diſſiliant. Alioquin non ultra eum finem uicturi. Ex utero Bombycem eam pecti, multo fertiliorem q̄ uiuentium, detractam pedibus, quos araneorum modo ſub arbore texentium octonos habeant. Eſſe autē corpus ijs amplitudine ſcarabei maximi. Seras ipſos in Aethiopia ſinum rubri maris intimū colere, uel ut alijs inquit, placuit, in Scythia Indis conterminā, qua inſulæ iacent Seria, & Abaſa, & Sacæa, nihil contendo, uerum, falſumue dicat. Scio & ab alijs de hoc iactata. Illud teſtari bene eſt, Seras uermiculos, iam pridē in Italia tam multos ali, Vicentino maxime agro, ut non alia re prouentus quibuſdam maiores conſtent. Sed hos non Panico, non Harundine, ſed Mori folio ueſci: ob id, multis locis plantaria ſunt eius arboris frequentia. Circa Mediolanū quoq; Abiterno agro ſeritur, alias non magnopere in illis uiſa regionibus, nunc crebra in latifundijs Ludouici Sfortiæ, clari ætate noſtra Principis, prædijs eius ad Ticinum amnem, uilla magnificentiſſime ſubſtructa. B

EX M. VERG. COMM.

FOeminino genere Melinen, & maſculino Melinon, Theophraſtus Panicum notiſſimam omnibus frugem uocat. Romani a paniculis in quibus ſemen eſt, Panicum appellauerūt.

## De Seſama. CAP. CIX.

SEſama ſtomacho inutilis cibus. Halitus grauitatem facit, quoties inter mandendum commiſſuris dentium inhæſit. Neruorum craſſiciem illitu diſcutit. Medetur auribus fractis, ambuſtis, inflammationibus, coli doloribus, & ceraſtæ morſibus. Capitis dolores, qui æſtuatione concitantur, ex roſaceo lenit. Eadem efficit herba decocta in uino. Præſertim inflammationibus oculorum, doloribusq; prodeſt. Ex ea fit oleum quo Aegyptij utuntur. σήσαμον

BARBARI COROLL.

SEſamum, & Seſama uocatur, & Plauto poëtæ Seſuma, caule ferulaceo, flore foliaceo, ut Irion. Quadrageſimo perficitur die. Genus ex eo candidum præfertur dulcedine: quod & in cæteris leguminibus contingit. Grana eius in ſiliquis diſtincta, ut Lupini, ſed peculiari quodā-

C modo ſepta. Viride nullum attingit animal. Nihil ita emacrat ſolum: ut pote cui craſſior & multiplicior harundo ſit q̃ Milio, & radix quoq; numeroſior. Seſartia, & Seſania quandoq; legas corrupte in Columella, pro eo quod eſt Seſama.

EX M. VERG. COMM.

DEſijt iampridē ſeri in Italia Seſamū, neq; inter fruges noſtras numeratur, paulo q; minus q̃ peregrinum, & alienum modo nobis eſt: quondā tam cōmune, tamq; omnibus agris ſatum, ut æqua eſſet huius & aliarū frugum cura. Indicantq; id quæ tam multa de ſemente eius a Columella, Plinioq;, & ab alijs docentur. Nouerunt tunc omnes Seſamū, nunc cum fruge multis locis nomen etiā ignoratur. Et niſi ex Græcia repetatur, & Aegypto, quibus regionibus adhuc ſeritur & abundat, nulla fere erit quæ ab hoc & alijs Græcorum medicis Seſamini olei ad medicinam utilitas oſtenditur. Frugis oēm figuram Plinius lib. 18. capi. 7. aptiſſime & felici pictura deſcripſit. Ideo nos nihil de ea repetemus: dictis ab eo tantū adijcientes, candido colore ſemen eius eſſe, dulce ſimul & odoratū: quod minores aues, quales fringuillæ, paſſeres, & cardueles ſunt, auidius appetunt. Græcia omnis eo ad dulciaria utitur in panificio tritum, reliquo pani compinſentes: mox in ſumma panis cute integrum addito liquore aliquo inſpergentes, ut retineatur, & in coctura pani concorporetur. Aegyptus oleum ex eo exprimit, quo in cibo, & omni alio domeſtico uſu utatur, tanta copia, ut ampliſſima latifundia nulla alia fruge uireant. Noſtra ætas, ut paulo ante diximus, uix nomen eius audit, & ſi aliquando utatur.

## ¶ De Lolio. CAP. CX.

ἄιρα θύαρου

LOlium quod inter ſegetes naſcitur, molitum, illitu nomas, uetera ulcera, gangrænasq; emarginat. Sanat cum raphanis, ſale & aceto feros lichenas. Et ex aceto & ſulphure uiuo, lepras. Strumas quoq; diſcutit, cum ſimo columbino & lini ſemine decoctum in uino. Abſceſſus etiam rumpit, qui ægrius ad coctionem perducūtur. Decoctum ex aqua
D mulſa, utiliſſime iſchiadicis illinitur. Si cum polenta, thure, myrrha, aut croco ſuffiatur, concæptionem adiuuat.

BARBARI COROLL.

LOliū e Tritico & Ordeo, corruptis uligine ſeminibus, e lino quoq; naſci non deſunt qui affirment. Negant uernā eſſe frugē, ſed hyeme ſtatim ineunte proſilire terra, folio anguſto, hirſuto, pingui, non tunicis, ut Auena multis, ſed nudū: nec p tunditur. Quidā non ex tritico, aut ordeo, ſed inter ea, ut in Sicilia Melampyron, puenire putant. Inter Lolia floſculi uiſunt̃, e carne tantū, non e cortice atq; uena, ut cæteri. Loliū Græci Aerā uocant, etiamſi Calimachus pro pila quoq; & globo Aeram accipit. Plinius certe aliud uidet̃ genus exiſtimare Loliū, aliud Aeram. Vnde farina Aerina dicit̃, Aeræ inquit granū minimū eſt, in cortice aculeato. Cum eſt in pane, tam Aera q̃ Loliū inebriat, celerrimeq; uertigenes facit. Aiunt in Aſia & Græcia, balnea tores ad pellendā turbā, ſolitos Aerā inijcere carbonibus. Triticū hæc circūligando ſe ſtrangulat. Plautus quoq; Loliū oculis officere teſtat̃ in Milite: q̃q̃ non Lolio, ſed Oleo corrupte legebatur hoc modo. Mirus oleo uictitaret, & tam uili tritico. Quid iam? quia luſcioſus es.
Sed ſcribendum ita fuit,
Miruſt Lolio uictitare te, tam uili tritico.
Et reliqua. Ouidius,
Et careant Lolijs oculos uitiantibus agri.

EX M. VERG. COMM.

INter uitia frugum & noxas Lolium eſt, omnibus notiſſimum, macro ſolo plærunq; proueniens, & cum degenerauerunt uitio aliquo frugum ſemina, inter eas naſcens: neq; enim ſolum in triticea, ſed in omni fere alia ſegete & per ſe etiam prouenit: frugum acerba peſtis, ideoq; Poēta infelix appellatum.

## ¶ De Amylo. CAP. CXI.

ἄμυλλον

AMylum ex eo appellatum eſt, q̃ ſine mola fiat. Optimum ex trimeſtri, natione Creticum, aut Aegyptium. Ratio faciundi Amyli hæc eſt. Purgatum trimeſtre triticum madeſcit quinquies in die, & ſi

Hosted by Google

fieri poteſt nocte. Cum emollitum fuerit, effunditur ſenſim ſine agitatione aqua, quo minus cremoris dulcedo una excludatur. Vbi molliſſimum eſſe uidetur, mutata aqua pedibus calcari oportet. Rurſus infuſa, teri. Tum demum enatantes ibi furfures incerniculo eximendi. Reliquumq; quallo, ſportiſq; ſiccatum tegulis nouis confeſtim torreatur flagrantiſſimo in ſole. Namq; ſi pauliſper udum maneat, acorem concipit. Contra fluxiones oculorum, puſtulas, cauaq; efficax eſt. Sanguinis reiectiones potu cohibet. Exaſperatas fauces lenit. Lacti atq; obſoniis ammiſcetur. Fit etiam Amylum ex zea, quæ maceratur, ac eluitur uno aut altero die, & farinæ modo manibus ſubigitur: preſſaq; feruentiſſimo in ſole, ut ante retulimus, exiccatur. Nullius in medicina uſus. Ad alia tamen conueniens. A

## BARBARI COROLL.

AMylū ex omni Tritico, ac Siligine, ut Cato uoluit, ſed e Sitanio, i. trimeſtri: q̄d item Siligi- Plī. li. 18. ca. 7.
nis genus eſt laudatiſſimū. Inuētio eius Chio inſulæ debet, unde cōmendatiſſimū Plinij tēpori
bus. Probat leuitate ac læuore: utiq; recens ſit. Quia uero etiā Placentæ genus eſt Amylon, de
Placentis agere tempus eſt: q̄d & in Tritico pollicitus ſum. Ergo patriæ nomē habent Paria, & De Placentis.
Samis, & Rhodia: quā & Coptam, & Coptoplacunta noīant, inſignē duricia, ut Martiali pla-
cet. Accipiebat hęc & papauer, & mel, cui ſimile uidet. In Feſto Coctum dici legimus, & aliubi
Coccentū. Alexādrinis Pancapra celebrabat, in modū rotæ Papyro inuoluta diuturnitatis gra
tia. Similis hæc iis erat, quæ Itria dicunt, & a feſto Sumenalia, ut cōiicio, q̄ ſumen ἴτρον dicat.
Conſtabat aūt Itrion, ſeſamo, ac melle. Q̄q̄ a ſeſamo & Seſamutes, & Seſamides pilari ſpecie
appellant. In noīe ſunt & Amæ Ionū, q̄s alij Ametas, & Ametiſcos uocāt. Sunt & Spleuia co
lore candida. Habent & Amphiphontes, ſacrū Dianæ ſertū, faculis urentibus circūdatis, ut Ba
ſyniæ, iridi, ex triticea farina cū melle. Celebrant & Thrymātides, & Samiæ, & Philoxeniæ. Sūt B
& Coccora, quorū meminit Demoſthenes in oratiōe p̄ Cteſiphonte. Sūt & Tageniæ, q̄s & En
chridas uocat Pollux. Apud Catonē eſt, q̄d uocat Enchyton: cuius & Menāder meminit. Ali-
ud hoc, an idē ſit genus cū eo q̄d Epichytes dicit, æſtimandū relinquo. Photion nihil diſtinguit:
Pollux uidet ſeiungere. Epichytos certe, atq; Anites quoq; noīatur, ut Pāphilus exiſtimat. Ca
tonianę ſunt & Spira, funi nautico in orbē cōuoluto ſimilis. Et Globi, ſiue Globuli: fortaſſe ij,
q̄s Syracuſani Epicyclios uocabāt: Nam paſtillū in ſacris libi genus rotundū erat. Itē Erneum,
& Sphærite, & Scriblitæ. Itē Sauillum: quē Athenęus Subityllum noīat. Et ex halica quoq; ſie
ri monſtrauit, Aelius ſtilo Subuculū uocari ſcribit. Libi genus ex halica, oleo, atq; melle, ut Fe
ſtus inqt. Chryſippus multa iis gña adiungit. Tarentinū, Craſſianū, Siculū, Cruſtulū, Iulianū,
Apicianū, Canopicū plucidū, Cappadociū, Hedybion, Maryptū, Pliciū, Guttatū, Montianū,
Cœrianū, Tuttatū, Tabonianū. Tria hæc poſtrema Cruſtulacei ſunt gñis. Iis adiicit Muſtacea,
e muſſo, quorū hodieq; in Iunensi agro uſus. Muſtacea, Seſamata, Puriū, Goſgloaniū, Paulia
nū: & hęc q̄q̄ Cruſtula. Iā Lucētulę, Argyrotryphemata, libi Circi, ſiue Circuli, adēpta farina,
& aqua, & caſeo: qa circuitū æquabilit fundebāt hos q̄dā, qui magis incēdere faciebāt: & Lixu
las, & Semilixulas uocāt, ut Varro inqt Sabino uocabulo. Exaphę, Cruſtoplacūtes, Oryzitę,
Pithoes, Oſtracites, & q̄ Catillus ornatus a Romanis dicit, lactucas, & piper, & axungiā acci
piens. Fit ex ſiligine. Poſt has ſunt Creion: quā apud Argiuos ſponſæ ad ſponſum ferūt. In car
bone coquit. Glycinas ex paſſo & melle, Cretenſibus familiaris, eadēq; fere cū Muſtaceo, q̄d ex
muſſo fieri docuimus. Empēptas uero triticeus panis eſt cauus, ut in quē Placentæ caſeariæ, ut
in thecā recondi ſoleant. Encris in oleo primū coquit, mox accipit mel. Habet & Panis hoc no
men, ut diximus in Tritico. Cyribanæ Lacedęmonis ſunt, pprię, in cōuiuiis fœminarū circūfer
ri ſolitæ, cū uirgo laudanda eſſet a choro muliebri. Crimnites, a Crimno fit, de quo ſupra dixi
mus. Stætites ex pingui, melle, caſeo, ac ſeſamo conficit. Erat & panis nomē Stætites. Chariſi
os Ariſtophani Placenta eſt, panis Eubulo. Præmiū hoc in puigiliis dabat. Apud nos hinc for
taſſe Chaliſiones, quaſi Chariſiones appellati ex amygdalis, & ſaccaro, nec alia fere materia q̄
Mazapanes, ſed oblongi, faſtigatiq; in medio quaſi dehiſcente cruſta tumēt. Ex eadē miſcella
ſunt & Fungi, ſolicitudine matronali cum feriantur, prælatis ſemper quos ſanctimoniales ipſæ

C finxerint. Epidætron ſub finem cœnæ menſis apponebatur: unde nomen. Nanos panis uide. tur placẽtaceus magis q̃ placenta, conſtat caſeo & oleo. Pſothia, ſiue ut alĳ Pſathyria, ſunt qu micas panis, quas & Attaragos uocant, ita nominatas putent. Attaragus porro & pro rímul: in pane ignis ui facta capitur, & oĩno pro uiliſſima & minima quaq; re: ut Ecta apud nos: unde uerbum Ectafacio, de quo Feſtus. Polluci Attaragos eſt ſuperior in pane cruſta, ſicut in ima E. pſethia. Sunt qui genus placentæ fecerint. Taganitæ a patellis ac ſartagine dicuntur. Elaphos, a menſis nomine quo fingebaẽ. Sicula eſt Amorbites. Aliud ab hac genus eſt Amoras appella ta. Oedepæſa Cõi celebrant. Syracuſani Myllos, ex ſeſama, & melle, muliebris pubis ſpecie: q̃s fœminæ Dearum focis & altaribus circũferant. Naſtos e nucibus & inteſtinis, & fartilibus, ad iecto melle fit atq; lacte. Vnde dicitur Naſtos, quaſi fartum. Ab Erinaceo nomen Echinus ha- bet. Ab Hemina Cotyliſcus. A tritico Pyramuntes, & ab ĳs diuerſæ Pyramides, fortaſſe haud ĳs diſſimiles, quas Cato Graneas triticeas appellat. Pyramides porro in peruigilĳs dabantur: quaſi præmia ĳs, qui nocte tota inſomnes excubaſſent. Quidam tamen & Pyramuntas hoc ge nus uocabant. A caſeo, & uſu cribri Tyrocoſcina dicunt. Ab ĳs differunt Hypotyrides appella tæ: quas e caſeo, lacte, ac melle condũt. Nam Pityrides, ſiue ut alĳ quidã legunt, Epityrides, & Epityra, oliuæ genus eſt: ut aliubi docuimus. In Creta fit a uentre, Gaſtris uocata, e nuce, tha- ſia, & auellana, & amygdala, & papauere. Item pomis, & ſeſamo, & pipere quadrangula figu- ra. Ab ĳs eſt Poltos dicta: quam nos Pultem uocamus. In Catone quidem punicæ fit Pultis mentio inter Placentas: forte non diſſimilis a libo eo, quod punicum uocabant, q̃ ex Africa ueniſſet, & Probum cognominabatur. A melle Melicerides. A ſuibus Chœrinæ. Latina ſunt, & ſacris dicata libi genera quæ Fertum, & Strues appellãtur: unde Struſetani, qui ea ferre con ſueuiſſent. Strues uero dicebatur, q̃ erat digitorum coniunctorum ſimilitudine: qui ſuperie- cta panicula, in tranſuerſum continebantur. Item Libum farreum a farre. Libum uero, q̃ pri- us libaretur q̃ eſſet coctum, ut Varroni placet, dictum eſt.

## ¶ De Fœni græci Farina. CAP. CXII.

D GRæci Telin, alĳ Carpon, alĳ Buceras, alĳ Aegoceras, Latini Fœ num græcum appellant, Aegyptĳ Itaſin. Vis farinæ eſt molli- re, diſſipare. In aqua mulſa decocta aduerſus tam internas, q̃ externas inflammationes efficaciter illinitur. Lienem cum aceto & nitro trita ex- tenuat. Succus decocti eius, fœminarum malis ſubuenit, & ſiue tumor, ſiue præcluſio ſit uuluæ, fouentur, & inſident. Decocti cremor, capillos, furfures, & manantia capitis ulcera purgat. Locos laxat & emollit, ſi cum anſerino adipe peſſi uice ſubĳciatur. Viride cum aceto utiliſſimũ imbecil lis partibus, & ulcera ſentientibus. Decoctum eius prodeſt aduerſus tene ſmos, fœtidamq; dyſentericorũ proluuiem. Oleum quod ex eo exprimi- tur, ex myrto, capillos & genitaliũ cicatrices abſtergit.

### BARBARI COROLL.

FEnum græcũ a Theophraſto Buceras uocaẽ. Ab aliquibus Ceraitis, Epiceras Hippocrati, quoniã ſemen habeat ſimile corniculis: unde Siliquã nõnulli appellant. Plinius Siliciam, Var- ro Siliculam. Inuenio & Carpum in noſtris, & Græcis auctoribus uocatum: q̃q̃ & pro balſa- mi ſemine Carpum fere accipiunt. Item Carphos pro Fæno græco, quaſi flocculum, ſiue aren tem ſurculũ. Dioſcorides Boton quoq; dicit uocatã. Quidam Lobon, hoc eſt, ſiliquam legen- dum, non loton credunt. Ego & lotum dici poſſe uideo, ut in Anoni diximus.

Plĳ. li. 24. ca. 19: Columel. li- bro 2. ca. 11.

### EX M. VERG. COMM.

FAenograeci a principio ſtatim numerantur a Dioſcoride aliæ appellationes aliquot. Ea- rum plures a ſiliquarũ figura, quas corniculis ſimiles haber, factæ ſunt. Neq; hæ quidem noui tiæ, poſteriorumue temporum, ſed uetuſtiſſimæ ſunt, & a Theophraſti temporibus. Siqui- dem auctor ille libro quarto de plantarum hiſtoria, a bubuli cornu figura Bucceron appella- uit. Eademq; ratione alĳ non a bubulo, ſed caprino cornu ſimilitudine accæpta, Aegoceron Fænograecum dixerunt: Alĳ a cornu ſimpliciter Ceratida. κέρας enim græcis cornu eſt.

Hosted by Google

## ¶ De Lino. CAP. CXIII.

A

Λίνον

LINVM aliqui Linocalamin uocant, alij Annon, alij Linon agrion, Romani Linum, Pœni Zeraphões. Vulgo notum est. Cuius semen easdem quas fœnum græcum uires habet. Discutit, & emollit omnem intus foris inflammationem, cum melle, oleo, exiguaque aqua decoctum, aut melle cocto exceptum. Vitia cutis in facie, uarosq; crudum tollit. Illitum cum nitro & ficulneo cinere, parotidas, duriciasque discutit. Vlcera quæ serpunt, fauosque, cum uino decoctum expurgat. Vngues scabros eximit, cum pari modo nasturcij & mellis. Vitia pectoris extrahit, si ex melle in eclegmatis uicem substituatur. Tussim lenit. Venerem stimulat, si farina piperis & melle exceptum, pro placenta largius adsumatur. Huius decoctum interaneorum, uuluæq; erosionibus immittitur. Alui excrementa euocat. Ad uuluæ inflammationes in desessionibus perquam utile.

### BARBARI COROLL.

LInum, a Græco sumitur. Semen eius Linospermon appellatur. Oleo seminibus expresso, fraces, & retrimenta quoq; ipsa reponuntur, saginando iumentorum generi, præcipue bubus obesitate sola insignibus futuris. Quales ad nos Mediolano coronati ueniũt, Principibus q̃tannis officij gratia donantibus, Viscerationē hinc solenni orta, Magistratibus diuisa carne glo bulis, quos quia fere pares sunt, Sociolos consuetudo appellat. Quidam nõ Sociolos, sed Succidulos, a suilla uisceratiõe uocari malũt, quę singulis annis ante Curiã uenationis die agit. Inter Lini genera est Cholcicum: quod ramẽ Sardonicũ uocant Græci. Est & Aegyptium: a quo Xylinæ uestes, quas & Gossampinas dixere. Hoc iurisperiti Lanam ligneam appellant. Est autem Gossampinus, siue Gossipiõ, siue Xylon, fruticulus e superiore parte Aegypti, etiam in Italiam delatus, fructum ferens barbatæ nuci similem, plenum lanugine: nec alterum Lini genus est, quod huic candore, aut mollicia præferri putent, quanq̃ firmitatis in eo parũ. Huius putant esse generis quod uulgo a pocilli credo forma Cothonem uocamus, siue a mali similitudine coronei, quod in eo gignitur. Id maturitate hiascẽs, lanuginis pilas ostendit. Folia huic uitiũ minora. Aliqui Gitonẽ, a Git, cui similem fere gerit in capite folliculum, appellant, Draconis acetarij e Lini semine, ut post dicemus, nascentis, folia ipsa testantur originem.

Plin. libro. 19. in prefatione.

B

## ¶ De Cicere. CAP. CXIIII.

ἐρέβινθος ὄμμος

CIcer satiuum aluo idoneum est. Vrinam ciet. Inflationem parit. Colorem commendat. Menses ac partus expellit. Lac auget. Cum eruo decoctum, illinitur ad inflammationes testium, uerrucosas informicationes, ad scabiem, ulcera capitis manantia, impetiginesq;. Contra carcinomata, & ulcera quæ cacõethe uocantur, cum melle & hordeo prodest. Alterum genus arietinum nominatur. Vtrumq; cit urinas, dato cum rore marino, hydropicis, aut regio morbo laborãtibus eorũ decocto. Lędunt ea exulceratam uesicam & renes. In uerrucarum formicantium pensiliumq; genere, prima luna singulis granis singulas tangunt, eaq; grana lintheolo deligata abijci post se præcipiunt. Ita decidere eas arbitrantur. Sylueſtre Cicer, foliis Satiuo simile est, odore acri. Sed semine discrepat. Idem quod satiuum præstat.

### BARBARI COROLL.

CIcer Erebinthos a Græcis uocatur. Legumina gallicani, ut Varro ait, nominant Legaria.

Theoph.lib.8 capite.6. Plí.li.18.ca.12. Col.li.2.ca.11

CDicuntur ita, quoniam uellantur e terra, non ſubſecentur ut fruges. Eadem Gelius etiam Legumenta nominat. Inter hæc Cicer altiſſima radice adhæret. Floret diutiſſime ut Eruum: quadrageſimo die uellitur: caulis admodum lignoſus. Ciceris aliud Arietinum, Crios a Græcis uocatur. Aliud Columbinum, idemq; Venereum, Eruí ſimilitudine, Orobiæos ob id dictū, a Columella Punicum. Siliquæ Ciceri rotundæ. Vni leguminum florenti, pluuiæ officiunt. Erucis naſcentibus, eluta ſalſilagine, nigrum & ruſſum candido ualidius, herbas omnes enecans, ſed tribulum celerrime. Sideratio Radicis & Erucæ, quas aliqui Vricas, & Græce Campas uocāt, Ciceri propriæ dicuntur. E Cicere corrupto nullum fit animal, contra q̄ in cætero frugum genere. Quanq̄ hoc & ſeminibus olerum, & quibuſdam aliis commune. Nigreſcit hoc cū corrumpitur. Durat Eruí modo annos. Ciceris generibus ſylueſtre adiicitur, a Dioſcoride, Galeno, atq; Paulo, cuius uis alia duo excedat. Orobiæos, ſiue Orobias, calidior eſt Arietino, ſubamaruſcq; ut Eruum: unde nomen. In Columbino, & Orobiæon, & Sylueſtre contineri puto. Naſci & in India ſuum Cicer aiunt, diuerſum omnino genere. Cæterum tam ſimile, ut menſis appoſitum, dignoſci fere non poſſit. Cicerculam uero Theodorus putat eſſe, quam Lathyron Græci uocant, folio non rotundo, ut plurima leguminum, ſed oblongo: caulis humi ſerpens, ut piſo: quaterni & inequales grano ſunt anguli, ut Plinius inquit. Idem Theodorus, Ochron uocatum, interpretatus eſt modo Eruilium, modo Eruiale, modo Cicerum. Folio ut Cicercula oblōgo, uermiculus, ut item Cicerculæ, obnoxio, ſecutis poſt imbres caloribus. COLVMELLA quidem Cicerculam ſimilem piſo tradidit. Ciceram uero non tam leguminibus, q̄ pabuli generibus annumerat. Nec Cicerum, ſed ut dixi Ciceram uocando: quæ Bubus Eruí loco detur, freſa in Betica, nec hominibus inutilis: ſapore nihil differens a Cicercula, colore tā tum diſcernitur, quo ſordet obſoletior uidelicet, et nigro propior. Sunt qui Ochros etiam Phaſilos appellari ſcribant. Habentur & Dolichi uocati: quos Theodorus a Plinio ſumptum interpretatur Siliquas, qui & Lobi, ſiue Lobia nominentur: q̄ ſoli fere leguminum, ut inquit Aetius, cum thecis ſuis mandantur in patinis. Scandunt hi pedamento cui accubant, prælongo affixo: ita enim reddi putant frugi: contrahens eruginem, ni fiat ita. Semen eius æuum non patiť, breuiq; marceſcit ut aphaca. Nec deſunt qui Lobos, ſiue Dolichos a ueteribus, pro Phaſiolis dictos exiſtiment: et a recentioribus Piſos. Cæterum Theophraſtus, & ante Theophraſtū Hippōcrates, Piſum a Dolicho manifeſte ſeparauerunt. De Phaſiolis nuſq; meminit. Niſi quis Phaſiolos ab eo ſignificatos Dolichorum appellatiōe cenſeat, ut Aetio placere uideo. Sed nō ſemper Paulus Piſos, & Ochros, & Phaſiolos, a Lobis, ſiue quod idem eſt, Dolichis manifeſte ſeiunxit. Illud quidam putant Lobos eſſe, nō candidos iſtos et triuiales Phaſiolos, ſed rubentes ex milace herba. Alioquin idem Paulus in quadā compoſitione, Phaſiolos requirit albos: quaſi ſint etiam nō albi, utiq; ad renes. Piſus, Piſum, & Piſa uni tantum Palladio genere fœminino dicitur: cuius Africanum genus unum haberi meminit. Idem ualuulas thecaſq; Ciceris, Coulas appellat. Quod admonitionis gratia, non imitationis retulimus. Inter legumina & Acani feruntur, a duricie uocati, quod eos κλᾶσθαι, id eſt, frangere non ſit, lenti ſimiles, ut grammatici quidam interpretantur. Ego haud ſcio, idem, an diuerſum id genus ſit ab Aracis: quos Aetius Cathyris, hoc eſt, Cicerculæ, ut Theodorus uult, ſimiles eſſe dixit, & uſu, & uiribus: duriores tantum, & pſici difficiliores. Aracos inquit Theophraſtus, inter aphacas, ſiue lentem naſcitur, res dura & ſcabra, & proinde uilis. Hippocrates Aracida nominat, ab aliqbus dicta Lecithos. Eſt & Aracidna, & alia q̄q; Aracos in Tubere dicenda. Quidam Lecithō p genere accipiūt, ad Piſum, & Aracum. Nec ſcio, an iis aſſentiā, qui Lecithō ab oui luteo, cui ſimilis colore ſit Aracus, deductū putent: cum ſcriptura fortaſſe diuerſa ſit. Galenus certe Lecithō p lente, cui detracta ſint putamina, uidet interp̄tari apud Hippocratē: quaſi λεκιθώδεις ἢ λέκυθος, hoc eſt, id q̄d intra coriū eſt. Proinde contrariū ei genus eſculēti fortaſſe fuerit: q̄d Horatius illo uerſu inſinuat, Vilia uendentem tunicata Scruta popello.

Vt Plautus quoq; Scrutea, & Collubia in hūc forte ſenſum appellauerit in Perſa. Cęterū Horatianū forte nō ſcruta, ſed ſcuta legas, pro uaſculo ruſtico. Vnde Scutriſcum Catoni ſępenumero, Matellum, Trullum, Scutriſcum unum: Matellā, Trullā, Naſiternā unam. Qanq̄ pro uaſe ſunt q̄ cœperint Scruta in Horatio. Cęterum Collubia, & Collubię ſunt, quę Tragemata etiā, & Bellaria dicunt, Ciceris frixi, uuarumq; paſſarum uilia munuſcula, ut Hieronymus interpretatur. Vnde Colybiſtas, pro numulariis mutatitium fœnus exercentibus, uocari cœptos aſſerit: q̄d genus a Polluce nominat Colybos. De Colybo & ante diximus. Propterea locū in Plauti Perſa eum, non ſtrutea, & colluthea, ut omnes habent codices, ſed Scrutea, & Collubia legēdū putamus. Fortaſſe Scrutea ſunt, quæ græci Catachyſmata, hoc eſt, miſſilia uocabant, ſpargiſo

lita: siue a uilitate, ut diximus, siue qm̃ e pellicijs folliculis, quos & Pasceolos uocamus, effundi consueuissent. Quid si Coluthra legamus: cũ maturas ficus ita græci uocent, ut inquit Philemoni. Nam strutea pro cidonijs quoq; sumi possunt. Apud Aristophanem & comicos Lecithopolæ mulieres dicuntur, quæ uilia quædam uenditant, quasi Nugiuendulæ. Sidonius Apollinaris in epistolis, nunc inquit quædam friuola, nunc ludo apta uirgineo, Scruta donitabat. hoc est, scutula quędam & quisquilias, & nihili munuscula. Meleager Græcus autor, uolumen singulare scripsit, Lecithi & Phaces comparationem continens. Porro legumen omne, ut inquit Athenęus, tribus modis manditur. Aut enim ex eo fit quod Etnos dicitur, ut ex faba & piso, quam nos Cõchin uocemus, si placet. Quanq; quid sit Conchis proprie, dictum est aliubi. Aut Lecithos, ut ex araco. Aut Phace. Aut ex aphaca & lente: quod nos Lenticulã. Theophrastus Loti ægyptię radicem decoctam Lecithodem fieri cibo gratam scribit, hoc est, araci, uel leguminis alterius in modum. Quanq; Theodorus albumen oui, quemadmodũ in ea uoce luteũ intellexerit, uehementer miror: cum Lecithos, uitellũ oui potius, q; candidũ significare uideatur. Hoc primi uidimus, seu recte, seu perperam. Certe si errauimus, utilis & eruditus error futurus est. Nec illud tacuerim, Lecython pro gutto oleario, & ampulla falso a quibusdam cœpisse, Lenticulam uocari. Nescio q; perite: cum Lenticula uasculum non sit magis, q; id q̃d græci Discũ uocant. Defendit eos fortasse Apuleĳ de strigilecula, quæ lenticulari forma uisebat, autoritas. Satis est locum notasse. In summa, Lecithos, pro legumine, aliquando pro putamine per iota scribitur, pro uitello per, y, p ampulla per, u, potius q; per, y. Hęc fortasse curiosius q; debui pśecutus sum, sed imorandum fuit, quia & Græcis & Latinis multa hinc caligo pdiu fuit. A

## ¶ De Faba. CAP. CXV.

FAba inflationem excitat. Aegre concoquitur. Tumultuosa somnia facit. Tussi confert. Carnem gignit, media calidi frigidiq; natura. Decocta in posca, & cum suo cortice esitata, dysenterias et cœliacorum profluuia sistit. Contra uomitiones conuenienter manditur. Inflatio leuior contrahitur, si aqua prior inter coquendũ abĳciatur. Viridis plus negocĳ stomacho exhibet, maioremq; flatum parit. Lomentum eius & per se, & cum polenta illitum, inflammatiões quas uulnus excitauit, mitigat. Cicatrices concolores facit. Turgentes præduraq; mammas, etiamsi inflammatione tententur, adiuuat. Lac restinguit. Furunculos, sugillata, parotidasq;, cum fœnigræci farina & melle discutit. Cum rosa autem, thure & oui candido, procidẽtes oculos, tumores, uuasq;, reprimit. Subactum uino, suffusos ictu oculos recreat. Manducata sine cortice Faba, ad auertendas fluctiones, fronti illinitur. Decocta in uino, testium collectiões sanat. Quo tardius pubes erumpat, pueris imo uẽtri illinitur. Vitiliginem purgat. Fabarum cortice illiti capilli, qui post euulsionem renascuntur, gracilescunt, et minus alimenti capescunt. Cum polenta scisso alumine, et uetere oleo impositi cortices, strumas discutiunt. Decocto earum lanæ inficiuntur. Faba dempto cortice, in illas parteis diuisa, in quas suapte natura scinditur, imponi solet sanguinis defluctionibus ab hirudine concitatis. Namq; eas supprimit, si semisecta apprimatur. B κύαμος

## FABARBARI COROLL.

FAba Græce Cyamos, Hellenicos uocatur, ad differẽtiam Aegyptiæ. Aul. Gelius & Festus Fabam etiam Fabulum appellant. Plautus in Sticho. Conuiuium, inquit, hoc satis est pro opibus nostris, satis commodule, nucibus, fabulis, ficulis. De quo & in Zea diximus, Græci Cyamon uocant, & primam in mama concretionem lactis. Eadem parte scapus & radix funditur, idq; in omni leguminum genere. Non diuersa, ut in frumento singularis ei radix, sed capillata fibris, ut cætero legumini. Folijs exit multis, ut pisum atq; cicer: non singulis, ut triticum. Die- Plí. li. 18. ca. 12.

Cbus quadraginta floret, non uniuersim, ut frumentum, sed particulatim, ut reliqua legumina: Post florem totidem diebus perficitur, quantū legumina nulla. Differūt folio rotundo, ut maxima pars leguminum geniculato & inani caule, lignosissimoq; post cicer. Sola fere leguminū scapo recto assurgit. Circa Philippos Ateramon uocant, in pingui solo herbam, qua necantur Fabæ. Teramon de qua in Macro. Nonnunq; porro fieri, ut Teramos in Ateramō transeat, eū uapore atq; halitu terræ madidam, indigena quidam uentus efflauerit. ut Theophrastum Plinius intelligit. Aliter Theodorus, qui duo illa, Teramon, & Ateramon, siue Ateramnon, pro coctibili & incoctibili, non pro herbis ita nuncupatis accipit. Theophrastus certe alio loco facile significat, ueriorem Theodori q̄ Plinij sensum fuisse. Ateramna uulgo Legumina Græci uocant, inobsequiosa & contumacia. Quod genus seminis etiam Cerasbolon uocatur a Platōe, superstitiosa origine, quasi sterilia & irrita prouenianť, quæ per boum cornua serendo cecidissent in terram. In Macedonia & Thessalia moris est, arua fabis florentibus inuertere: quia legumen id solo proficit, quasi pro stercore. Nascitur in marcescētе Faba uermis, quem dixi, Mydas. Siliquæ, Fabarum folliculi sunt. Fabalia uero, purgamēta earum dicuntur, autore Plinio. At nigrum id, quod in summa ea uisitur, Hilum uocatur: cui respondet in prouerbio apud Græcos Gry: etiamsi aliud significat, hoc est, unguiū sordeculas. Legumina Græci Ospria, & Theophrastus Chedropa nominant. Aristophanes Beleccos, ut quidam interpretātur. Fabæ genus quod Marsicum uocāt, uere seritur. Faba cum suis corticibus elixa, Conchis appellabatur, ad discrimen fresæ: nam Conchos aliud esitij genus est, ut in Hordeo monuimus. A Fabis, Fabaginem Cato dixit, & Plinius Fabalia. Interdictum esse Pythagoricum, cibo Fabam. Inualuit opinio contra uerum. Sicubi porro detestatos usum eius ueteres inuenias, non Cyamon, id est, Fabam in eo uerbo, sed Venerem intelligi demonstrat oportere Gelius. Tota Insubria & Liguria, recentes Fabæ uendētium uoce nuncupantur Baianæ. In Etruria & Latio, Scaphi. Vtrumque originem habet eruditam. Nam & Baianas Apitius ipse appellat, & Scapos fabarum Plinius decimo octauo libro. Inuentus est inquit Scapus, cētum Fabis onustus, ut inde uulgo Scaphi, pro Scapis, tenuis in flatilem diuerticulo uocentur.

## ¶ De Faba ægyptia. CAP. CXVI.

αἰγύπτιον κύαμος

DAEgyptia Faba, quam aliqui Ponticam uocant, in Aegypto plærumq; prouenit. In Asiæ etiam, Siciliæq; lacubus inuenitur. Folia habet ampla, etiamsi ad arborum frondes comparentur, caulem cubitalem, digiti crassitudine, florem roseum, dupla papaueris amplitudine. Et ubi flore exuitur, fert folliculos loculis similes, in quibus Faba supra operculum bullæ modo prominet. Cibotion ideo nominant, id est, arculam, quoniam seratur ipsa, humenti glebæ mandata, & ita in aquam demissa. Radice firmatur harundine crassiore, quæ cruda coctaue estur. Ei Colocasiæ nomē est. Faba uirens manditur, & exiccata nigrescit. Græcā magnitudine superat. Adstringendi facultatem obtinet, & stomacho utilem. Dysentericis, cœliacisq; prodest, insparso polentæ uice lomēto. Datur quoq; in pulte. Cortices in uino mulso decocti, si terniq; inde cyathi bibantur, magis proficient. Facit ad aurium dolorem, quod in earum medio uiride spectat, gustu amarū, si tritum et cum rosaceo coctum instillet.

### BARBARI COROLL.

Theoph. li. 2. de causis plantarū cap. 13.

FAba Aegyptia, & Colocasia idem sunt, ut fructus tamen ipse Ciborium dicatur, radix uero Colocasia, & Mazizanion ab Aetio. Pocilli genus ab hac similitudine, Ciboriū uocari scribit Athenæus. Paludibus stagnisque nascitur. Caulis ei longissimus redditur, decem pedum a Strabone: uel ut Theophrastus & Plinius, cubitorum quaternum, digitali crassitudine, mollis & sine geniculis, rimæ intus per totum, ut Lilio. Propter quod & Lilium Aegyptium ab Herodoto uocatur: quemadmodum & Lotus ipsa. Calyx in cacumine rotūdus, uesparum fauo similis. Triginta plurimum loculis: qui singulas singuli contineant, non quidem omnino tectas, sed paulo extantes. Ipsi quoq; calyces aqs extant, latissimis circa foliis, quæ singulas Fabas obi

Hosted by Google

ce uideantur. Magnitudo ijs, ad simllitudinem eorũ, quæ ut Plinius inquit, Personata in nostris fluminibus uocantur. Atterenti Fabas, amaritudo uel odore prodit. Radice crassissima, plenio re q̃ Harundinis, rimosa ut Scapus: q & Araneosus sentiri dicitur, ubi coctus est, in mãdendo, ait Plinius, filis ad morsum ut in lana sequacib. autore poeta Martiali. Thyrsus uero inter folia emicat spectabilis, a Theophrasto, Pilos ut arbitrantur uocatus. Quãq̃ Theodorus Pilulas interp̃tatus id uidet. Alij calicẽ rotũdũ in eo uocabulo significari uoluerũt. Indigenę implexis Colocasiæ folijs, in uariã speciem uasorum potitare gratissimũ habẽt. Nascitur sponte, ac satu, quo mõ & in Italia quoq̃. Non excoquit Syriæ, Ciliciæq̃, & in Trorone Chalcidis lacu ad maturitatẽ omnino peruenit, sed magnitudine deficitur. In India quoq̃ fluuio Hydaspe cernit, Alexandro id falso in coniecturam trahente, nauigari posse in Aegyptũ inde. Fructus q̃dem, ut dictum est, amarus, sed ipsa radix perq̃ lauta cibis. Seritur in limo paleato, ut descẽdat, cõprehendatq̃: ob id Spirobolos quoq̃ dicitur. Vbi semel coaluit, durat ad infinitum. Refugiũt eã Crocodili spinis horrentem, caule ac radice: oculis timentes, quos hebetiores habẽt. Nominatur & Taba quædam Indica, ex arboribus, in siliquis digitorum decem longitudine dependens, melle plenis, sed quo gustato difficile sit euadere, ut inquit Aristobulus. A

EX M. VERG. COMM.

QVod ex Aegyptia faba usum in Aegypto nostra ætate habet, radix sola est: quam coctã, sed in taleolas prius sectam incolæ quotidie comedunt, odore cotonei mali, plebi, nobilitatiq̃ cõmunem cibum. Nec minus tota Aegypto Colocasia nunc, seruato antiquo nomine, q̃ nobis Rapa nota sunt. Falsum est quod antiquiores omnes de ea tradiderunt, non nisi in aquis nasci: quoniam in arida, sed non procul a mari, & humido harenosoq̃ solo, etiam sata, & per se prouenit. Licetq̃ nunc totos Colocasijs consitos agros, ut ferunt, supra Tripolim urbem ad mare, non iniocundo spectaculo uidere. Latissimis siquidem & numerosissimis folijs uirent, quibus solis æstum in calidissima regione etiam arcent.

## ¶ De Lente. CAP. CXVII. B

LENS SVO cibo aciem oculorum obtundit. Aegre concoquitur. Stomachum male habet: eumque, & intestina inflat. Sed aluum cum cortice cocta sistit. Præstat in cibo, quæ facillime coquitur, nihil atri in maceratione reddens. Vim habet adstringendi. Qua ex causa aluum cohibet, si detracto antea cortice discoquatur accurate, primaq̃ aqua inter coquendũ effundat. Quippe primũ id decoctum uentrem resoluit. Somnia tumultuosa excitat. Capiti, neruis, ac pulmoni inutilis. Melius suo fungetur munere contra alui fluctiones, addito cũ aceto intybo, aut portulaca, aut beta nigra, aut baccis myrti, aut putamine punici, aut aridis rosis, aut mespilis, sorbisue, pyris thebanis, aut malis cotoneis, aut cichorio, aut plantagine, aut gallis integris, quæ post decoctionem abijciuntur, uel uuarum rhois, quæ obsonijs inspargun-tur. Verum acetum cum eo diligenter percoqui debet: alias aluum conturbat. Contra subuersionem stomachi, triginta grana lentis delibrata deuorari, proderit. Decocta cum polenta, & illita, podagras lenit. Sinus cum melle glutinat. Crustas rumpit. Vlcera purgat. Decocta in aceto, duricias & strumas discutit. Cum cotoneo, aut meliloto medetur inflammationibus oculorum, sedisq̃, addito rosaceo. Sed in amplo sinu, aut inflammationibus sedis, quæ maius remedium exigunt, cum putammine punici, ac siccis rosis, adiecto melle decoquitur. Nomis quæ in gangrænam euaserunt, adiuncta maris aqua, pustulis, & his quæ serpunt, igni sacro, pernionibusq̃, ut antea dictum est. Contra turgentes

φακός

C mammas, et usq; eo duras ut quandam cartilaginis speciem referant, cocta in aqua maris & illita auxiliatur.

BARBARI COROLL.

Plí.li.18.ca.12. LEns feracissima leguminum, siliquis in latitudinem molliter fusis. Melior quæ cōtibilior, & quæ maxime aquā absorbet. Enecat Lentē herba Securidaca, ut Plinius Aparina, siue Lappa, ut Theophrastus. Nascitur & sua Indiæ Lens fenogræco similis, quam circa occasum uergiliarum demetunt. Differt hæc a nostrate omnino. Sed illaram cibo discerni posse negant ab ignaris. Aegyptia Lens a Marone Ouidioq; laudatur. Pelusiaca ob id uocata. Græci Lentē Phacon, Lenticulā Phacen uocant: quo nomine & Vlixis soror fuisse tradit, ab alijs Callisto appellata. A quibusdā non Phace, sed Phaceus: ut Orpheus, & Peleus uocata est Lēticula: sed ij per-egrinitatis in comœdia coarguūtur. Laudes Lenticulę apud autores Græcos legas, præsertimq; Pythagoristas: uticq; si rationē Zenonis sequare, præcipiētis, ut in eā Coriādrū .12. parte indat. ἱστὸν δὲ φακὴν ἐμβαλλε δωδεκάτον κορίαννον.

Congruūt & cū ea Bulbi. Ob id & Bolbophace dicta est a poeta quodam. Vnde scitū illud ortum uidetur, contra perditos gulones, Lentem laudat, ut apud Phalereum Demetrium est. Notū & prouerbiū apud Varronē in satyra Menippæa, τὸ ἐν τῇ φακῇ μύρον, hoc est, unguentū in Lē-
Gel.li.13.cā.28 ticula: ut obiter emaculemus inolitum, atq; adeo receptum in Aulo Gelio multis seculis errōē, ubi τὸν ἐπὶ φακῇ μῦθον, pro eo quod est, ἐν φακῇ μύρον legitur. Et ne librārij mendum fuisse uideretur, Theodorus Gaza locū interpretatus est, fabulam in Lenticula. hoc nos Athenęi uiri doctissimi testimonio corrigendū monemus. Hoc adagiū, contra cacozelos, et apirocalos inuctū est: quos, ut est apud Senecam, & eundem Gelium, Infrunitos appellamus, qui nullo discrimine rerum quas agunt, aut dicunt, habito, pari nixu, cuncta moliuntur: & eadem ornamenta, figuras, emblemata, conuenire omnibus locis et temporibus existimant. Cuiusmodi et illud est, τὸ ἐν λαγάνοισι πέπερι, hoc est, Piper in oleribus.

## De Phasiolis. CAP. CXVIII.

PHasioli inflant. Spiritus cient. Aegre coquuntur. Virides cibo aluum emolliunt, ad uomitiones idonei.

BARBARI COROLL.

DE Phasiolo in Cicere differui. Habetur & genus herbæ Phasiolus, ut post constabit. Græci pro legumine Phasiulon, & Phasiolon, & Phasilon quandoq; appellant. Nostri Phaseolum, & Phaselum. Columella.

EX M. VERG. COMM.

DOlichum, nescio an Theophrastus aliquando idem legumen hoc appellet. Piso enim magis cū Phaseolo congruunt quæ de Dolicho ab eo dicuntur. Verba eius lib.8. de plantarum historia hæc sunt. ὁ δὲ δόλιχος ἐὰν παρακαταπῆξῃ τὸ ξύλα μακρά ἀγαβαίνει καὶ γίνεται κάρπιμος, ἐὰν δὲ μὴ φαύλος καὶ ἐρυσιβώδικος. Quod est. Dolichus uero, si prope longius lignum defixerit aliquis, ascendit, fœcundusq; fit: sin minus, deterior, & rubigine uitiatur. Paulus tamen Aegineta primo uolumine quo capite de leguminibus agit, de Phaseolo his uerbis usus est. οἱ δὲ φασίολοι καὶ δόλιχοι καλούμενοι. quod est, Phaseli uero, qui & Dolichi nominantur. Magna utriusq; autoritas. Neq; ego ausim pro re, quæ ad utramq; partem trahi potest, inter eos censere. Dolichon enim longū græcis dicitur, quod Phaselorum siliquis msgis competit: & Pisum per se stare nequit ideoq; adiunctis sibi lignis, ut Theophrastus ait, nititur.

## De Eruo. CAP. CXIX.

ERuum paruus frutex, omnibus cognitus, angusto folio, tenuis, semina in ualuulis habens, e quibus farina fit nomine Eruina, ad multos medendi usus conueniens. Eruum capiti onerosum est. Aluum esu turbat. Sanguinem per urinam extrahit. Elixo boues saginantur. Parandæ farinæ ratio hæc est. Vberiora grana, candidaq; deliguntur, permiscendoq;, aqua respergunntur, donec sufficienter cōbibant. Postea torrentur, usq;dū hians cortex disrumpatnr. Molitaq; farinario cribro incernuntur. Postremo farina reconditur. Hæc aluo utilis est. Vrinam ciet.

Meliorem colorẽ efficit. Sanguinẽ per ueſicam, aut aluũ cum torminibus elicit, ſi largius in cibo aut potu aſſumat. Vlcera cũ melle purgat. Lentigines, & uitia cutis in facie, & maculas, totumq; corpus emendat. Nomas, gangrænas, duriciasq; ſerpere non patit. Mammarũ duricias emollit. Atra ulcera, quæ theriomata uocãt, fauosq; emarginat. Carbunculos rumpit. Cum uino illitũ, morſibus uiperarũ, canum, hominũq; medetur. Vrinæ difficultates, teneſmosq; ex aceto mitigat. Tabidis, qui alimentũ non ſentiunt, toſtũ, & in nucis magnitudinẽ melle collectũ, conuenit. Eius decoctum perniones, & pruritus in toto corpore ſanat, fouendo. A

BARBARI COROLL.

ERuũ, Herbumue, aliud candidũ, aliud ruffum. In ſiliquis grana ſine ſepto habet, quæ ſe inuicẽ quaſi tangãt, ut in Piſo. Siliquæ forma teres, & ad rõnẽ grani Cylindracea, ut itẽ Piſo. Patientiſſimũ uetuſtatis eſt atq; cicer. Genus eſt & Eruilia leguminis, quã nõnulli falſo Durellã uulgo dictã interpretant: propterea, q̃ hodie quoq; in Vmbria uocant Eruiliã agricolæ, q̃d in Gallia & Venetia prouincia Dorã, Durellãq; : folio craſſo & oblongo leontopodij, ſed maiore: capitulis ſemẽ includẽtibus minutũ, ſimile naſturtio, tantũ exilius flore cãdido. Scopas ex ea rure faciũt. At Eruilia, ſylueſtris herba ẽ, amaritudinis eximiæ; colore & folio cicerculæ, q̃q̃ minore. Plí. li. 18. ca. 15.

## De Lupinis. CAP. CXX.

SAtiuus Lupinus notus eſt. Cuius farina cũ melle delinctu, aut potu, uentris animalia expellit. Ipſi quoq; macerati, & cũ ſua amaritudine eſitati eadẽ efficiunt. Decoctũ eorum idẽ munus præſtat, cũ ruta & pipere potũ. Quare lienoſis prodeſt. Eodẽ ulcera tetra, quæ theriomata uocant, gangrænas, incipientẽ ſcabiem, eruptiones puſtularũ, ulcera in capite manãtia, uitiligines, maculasq; fouere utiliſſimũ. Menſes & partus extrahit, cũ myrrha & melle ſubditũ in uellere. Eorũ farina cutẽ liuoresq; corrigit. Inflãmationes cum polẽta & aqua mitigat. Tubercula, & coxendicũ cruciatus, ex aceto lenit. Strumas in aceto cocta illitaq; diſſipat. Carbunculos rumpit. Decocti cœleſti aqua, donec in liquamẽti craſſitiem redigantur, faciem abſtergunt. Medentur pecorũ ſcabiei, cum radice nigri chamæleontis, ita, ut tepente decocto abluantur. Cit urinã radix cum aqua cocta. Lupini triti, ubi maceratu dulceſcere cœperint, cum aceto poti, faſtidium detrahunt, & cibi auiditatẽ faciunt. Gignunt & ſylueſtres Lupini ſatiuis ſimiles, ſed omnino minores, qui eadem quæ ſatiui poſſunt. B θέρμος ἥμερος θέρμος ἄγριος

BARBARI COROLL.

LVpino cura officit, q̃uis alte conditũ in terra, diducit eam radice, & in ſumma nititur. atq; ita germinat ceu per uim. Grana eius in ſiliquis diſcreta ſeptis. Viride nullum mandit animal. Diuturnius id tradunt Eruo, ac Cicere. Sabulum, & arenas, & omnino uitia terræ ſequit, horretq; culta ex omnibus quæ eduntur. Sicco nulli minus ponderis, plus utilitatis. Miteſcunt cinere, aut aqua calida. Circumagi Lupinum cum ſole, tradunt plærique.

LVPINVS SYLVESTRIS.

LVpini ſylueſtres per omnia minores inueniuntur ſatiuis, præterq; amaritudine.

## De Rapo. CAP. CXXI.

DEcocta Rapi radix alit. Inflationem parit. Mollesq;, ſpongioſasq; carnes creat. Venerem ſtimulat. Decocto podagræ, per- γογγύλη

Cnionesq; fouentur. Contritoq; Rapo, atq; impoſito iuuantur. Si excauatæ radici roſaceum cæratum adigatur, & feruenti cinere eliqueſcat, exulceratis pernionibus proficiet. Aſparagi eius decocti eſu, urinam ciunt. Semen antidotis & theriacis, præſertim quæ ſenſum doloris auferunt, Anodyna uocant, idoneum eſt. Potum contra uenena ſalutare eſt. Venerem concitat. Muria conditum, minus alimenti ſufficit. Sed multo magis appetentiam recreat. Sylueſtre Rapum in aruis naſcitur, fruticoſum, in cubiti altitudinem aſſurgens, ramoſum, læue. In cacumine folia fert læuia, digitali latitudine, aut maiora, & fructum in ſiliquis caliculatis. Cumq; pulpæ aperiuntur, alia intus ſiliqua ſpectatur, quæ quandam capitis ſpeciem præbet. In qua ſemina paruula concipiuntur, foris nigra, intus alba. Additur in medicamenta, quibus ad detergendam cutem in facie, totoq; corpore utimur, præſertim quæ ex lupini, aut erui, tritici, aut loliꝝ farina fieri ſolent.

Silueſtre Rapum
[illegible]
uulgo hipanees
ut uidit Zoanesku
chij. lib. 2. cap. 44

## RBARBARI COROLL.

Theophr. lib. 7. cap. 4. Plí. li. 18. ca. 13.

RApa, quaſi Ruapa, ut inquit Varro, tellure accumulata conditur ab olitoribus, ut in ſequentem annum regerminet. Semen includitur ſiliqua. Vtrunq; ſexum in hoc quoq; genere intelligunt, ex eodem ſemine prouenientem, ut ſcribit Theophraſtus. Q; quã uidetur Athenæo, marem a Theophraſto nihil aliud intelligi, q; Napum Buniada. Effœminari collocatæ rarius dicunt, maſculeſcere denſius compoſitę. Laudatur ſemen eius tenue. Seritur ſemine, poſitrans fertur. Dulceſcit algoribus: per quos & in radicem, non in folia incrementum capeſcit. In Italia Nurſinæ præferuntur a Columella. Pollux, & Athenæus e Mantinea maxime commendant.

D Gongylen, & Gongylida Græci uocant, quemadmodum & noſtri Rapum, atq; Rapam. Nam Rapina ut Napina, & Cepina dicitur: & Rapitium, ut Auitium, Piſcitium. Cato coles Rapinos uocauit alio loco. Rapa biennio ſata conuertuntur in Napos, alio Napus Raporum naturã accipit. Gongyliorum uocabulo Hippocrates globos puſillos quaſi pilulas, & catapotia ſignificat Galeno: ipſos autem paſtillos, ſiue orbiculos, quibus in medicina utimur, Dactylios appellat: quod & officinæ modo ſeruant. Rapas Lacedæmonios Gaſteras uocare Apollas tradidit. Sed Nicãder colophonius Gaſteras a Bœtis Braſſicas intelligi: Rapas uero Zaceltidas appellari uoluit. Amerias, & Timachides non Rapas, ſed cucurbitas ita dici arbitrantur. Sunt e Græcis qui Rhaphyn eſſe dicant Napum Buniada: licet Glaucus non Rhaphyn, ſed Rapyn uocet: unde apud nos Rapo nomen uideri poteſt manaſſe.

## RAPVM SYLVESTRE.

Plí. li. 18. ca. 19.

SYlueſtris Rapa longior, in ſpeciem q; Raphani, caule breui, ſemine intus candido, duplo maiore q; papaueris. Has in Dalmatia frequentes ſponte naſci, Poſſidonius eſt auctor.

## EX M. VERG. COMM.

COmmunem latinis græcam Gongylem, non Rapum, ſed uocem fecit in carmine ſuo Columella, cum peractis Vulcanalibus cecinit: Nube noua ſeri cœli impendentibus undis Gongylin, illuſtri mittit quam Nurſia campo. Nec peregrinitatem uocis ueritus latinus homo eſt: tam grata omnibus erant omnia, quæ ab ea gente in doctrinis audirentur. Cumq; in ſecunda græcorum declinatione, & in quinta nomen id in græcis inueniatur, ex quinta elegit ſecundã, ſcilicet hoc quod Dioſcorides ait, ſunt qui Gongylida, nulla ſignificatiõis diuerſitate. Niſi quis forte diminutiua forma Gongylida, a Gongyle factum id nomen dixerit. Quacunq; autẽ forma dixerit aliquis eadem ſignificatione, ſemper indicabit quod rotundum ſit: qua figura ubiq; plærunq; naſcuntur Rapa. Græcis enim γόγγυλον στρόγγυλον, id eſt, rotundum ſignificat. Quod deinde hic ait, minus nutrire in cibo Rapa quæ in muria ſeruãtur, ex antiqua ſalgamorum conſuetudine rationem habet: quorũ cum eſſet quotidianus uſus, docere Dioſcorides uoluit, mutata aliquantiſper natura, minorem ex conditura uim in nutriendo Rapa habere. Quomodo autẽ condirentur, & condita ſeruarentur, Columella. 12. uolumine capite quinquageſimo tertio ſatis docuit. Poterũt uolentes ex eo ſcriptore omnia facile nouiſſe. Quos obiter monemus,

Hosted by Google

quærendum medicæ materiæ ſtudioſis eſſe, quas nam hic dicat in ſylueſtris Rapi ſiliquis capitum ſpeciem & figuram. Quale enim id ſit, non ſatis conſtat. A

## ¶ De Buniade Napo. CAP. CXXII.

Βουνιάς

COcta Buniadis Napi radix inflat. Modicum alit. Semen eius potum uenenorum uires hebetat. Antidotis ammiſcetur. Conditur ſale radix.

### BARBARI COROLL.

NAporum in medicina quoq; Græci faſtigia duo ſeruant. Angulofis foliorum caulibus florentis, quod Bunion uocant, dicendum inferius. Alterum genus Buniada appellant, de qua hic agitur. Amiterninam Buniada maxime ſunt qui probent. Græci Thebaicam. Officinæ modo ignorant Buniada, & ſylueſtris Rapi ſemine Buniadis uice utuntur. Q; q; facile cognoſci poterat. Eſt enim ſylueſtri Rapo ſemen & nigrius & maius, q; Buniadis.

### EX M. VERG. COMM.

RApis congeneres Napi ſunt, quibus locis naſcuntur, omnibus cogniti, & a cunctis rei ruſticæ ſcriptoribus longiſſime deſcripti. Eorum plura a Theophraſto, Plinio, aliiſq; genera numerantur. Columella in his etiam græca uoce in eodem carmine uſus ait, Quæq; Amiterninis defertur Bunias aruis. Eodemq; loco de conditura eorum a Rapis ſtatim certam rationem monſtrauit.

## ¶ De Radice. CAP. CXXIII.

ραφανὶς

RAphanus latine Radix dicit. Excalfacit. Flatus gignit. Ori ſuauis eſt, ſed ſtomacho aduerſatur. Ructus ciet. Vrinam pellit. Aluo aptior. Summo tamen cibo ſumi debet, quo magis eius diſtributionem adiuuet. Cum autem præſumitur, cibum ſubleuat. Quare uomituris commodiſſime datur ante cibum. Senſuum aciem excitat. Decocta contra ueterem tuſſim, & pituitæ craſſiciem in pectore, efficax eſt. Cortex ex aceto mulſo, celerius uomitiones mouet. Hydropicis commodiſſime illinitur. Lienoſis utilis. Sugillata cum melle tollit. Contra uiperarum ictus auxiliatur. Alopecias ad pilum reducit. Lentigines cum loliacea farina emendat. His qui fungis ſtrangulantur, tam cibo q; potu ſalutaris eſt. Semen uomitiones facit. Vrinã mouet. Menſes cit. Lienem extenuat. Cum aceto potum gangrænas ualidiſſime emarginat. Coctum cum aceto mulſo, anginis per q; utiliter gargarizatur. Contra ceraſtis morſus, potum ex uino auxilio eſt. Sylueſtris Raphanus, quam Romani Armoraciam uocant, alij montanum Raphanum, alij Apium, alij Iſcada, alij Chamæbalanum, Romani etiam Radicem ſylueſtrem, ramulos tenues iunceos duos ſiue tres ſpargit, rubentes, foliis rutæ ſylueſtris, oblongioribus, & anguſtioribus, ſemine paruo, radice albuci, rotundiore, turbinatiore, pyri figura, candido cortice. Ea lacteo ſucco madet. Pars radicis ſuperior uomitiõe. bilem pituitamq; extrahit, inferior per aluum: Tota ſusq; deq; purgationes mouet. Quod ſi tibi in animo eſt ſuccum extrahere, radix tuſa in fictili mergitur, & qui ſupernatat ſuccus pinna eximitur. Is ſeſquiobolo potus, utraq; parte purgat.

### BARBARI COROLL.

RAdix, quam ut Varro inquit Raphanon, & Raphanida, & Crambidion Græci nominãt, caudice uno aſſurgit fere arboreo, ut in Ruta quoq; cernitur: proinde hoc genus olerum Den-

Hosted by Google

Crolachana cognominant, hoc est, ut Theodoro placet Oleriarbores. Die tertio a satu prosilit, radice terra adoperta, Rapi modo. Sequenti anno germinat, tellure abiecta. Semen in siliquis. Genera, Bœotium rotundum & dulce. Liothasion, quod alij Thracium uocant, patientissimum hyemis. Cleonæon, in longitudinem porrigitur. Corinthium, amplissimum detecta stirpe nascitur. Quo folium leuius, eo suauior atq; mitior est Raphanus. Dulcescit ut Rapum frigoribus. Traditur genus unum erucæ folio. Pulices appellantur bestiolæ Raphanis innascentes. Raphanorum radices ligneſcere Theophrastus est auctor. Hæ, ut inquit Palladius, fœminini generis existimantur, quæ minus acres sunt, & habent folia latiora, leuiora, & iocunde uirentia. Raphanum, ut brassicam, uitibus inimicũ esse constat, ut si circum se feratur, diffugiant. Genus ei unum est, quod ab Herodoto uocatur Syrmæa. In Aegypto cum cepis & allio pyramidibus condendis præberi solitum, Iulius Pollux auctor. Confirmant id & Diodorus, & Plinius, qui scribunt ad id opus in Raphanum cepas & allium talenta mille octingenta erogata. Vt mirer Laurentium Vallam, apium, uertisse pro Raphano. Sunt e Græcis qui Syrneam apud Iones genus oleris apio similis accipiant. Itemq; pro edulio ex adipe, atq; melle. Sed Syrmeam legi malo, q̃ Syrneam. Vtq; hinc fortasse ferculum nuptiale uulgus Syrmiam corrupte pro Syrmæa dixerit, ex amygdalis, & pulpa gallinacea, & saccharo. Nam Hippocrates Surmeam, siue Syrmæam, pro succi quodam genere. seu passum, seu defrutum id sit, intelligi uolebat, cum præciperet, quid in uino odorato, Syrmæaue sumendum esset. In compositionibus quibusdam Pauli & Aetij Bacanum inuenio commemorari. Nec quid ea res sit comperio, præterq; in quodam glossemate, ubi semen, siue nucleum, siue mucronem Raphani Bacanum esse legebatur. Bacanum Aetius iocinori prodesse in cibo, utiq; parti eius uisceris incuruæ prædicat.

## AGRIORAPHANOS.

AGrioraphanos, ab Raphano agria differt auctoribus: ut aliud sit sylueſtris Raphanus, aliud Raphanus sylueſtris: quemadmodum leuca canthe, ab acantha leuce distat, id est, alba spina, a spina alba. In quo tamen honestius puto nominibus Græcis uti, q̃ Latinis. De Agrioraphano, & hic, & libro quarto paucis immutatis agituri. Apion, & Ischada nominando. Nec Theodorum probo, caricam, atq; pirum interpretantem. Falsum est & quod scribit, inter spinas esse, quam pirum uocant. Non enim hoc in Theophrasto, quem uertit, legitur. Fefellit hominem, q̃ auctor ille de Orchi herba scribit, similem ei caulem esse apio, sed spinosum. Proinde Plinius, caule inquit spinoso est Orchis. Paulus Chamæraphanon quoq; dici hanc existimat, quæ Apios, siue Agrioraphanos uocetur. Radicem habet cepæ, sed ampliorem, uel ut Theophrastus inquit, asphodeli, uerum squammosam. Nascitur in montosis & asperis, aliquando & herbosis. Effoditur uere.

## ¶ De Sylueſtri Raphano. CAP. CXXIIII.

SYlueſtris Raphani, quam Romani Armoraciam uocant, folia satiuo similia, & quadamtenus Lampsanam imitantur. Radix gracilis, tenera, subacris. Tam folium q̃ radix in olera recipitur. Excalfacit. Vrinam concitat, æstuosus.

## BARBARI COROLL.

RAphanos agria, id est, Radicula sylueſtris, & quę Cheria, & in Ponto Arinon, & ab aliquibus Leuce, a nostris Armoracia uulgo dicitur, fronde copiosiore q̃ corpore. Laudatissima nascitur Arcadiæ. Seritur in Italia, & Armoraciam uocant satiuam, ut inquit Plinius.

## ¶ De Sisaro. CAP. CXXV.

SIsarum uulgo cognitum. Cuius radix decocta ori grata est, & stomacho utilis. Vrinam ciet. Et appetentiam inuitat.

## BARBARI COROLL.

SIser Græci Sisaron appellant. Duorum generum est, Satiuum, & Erraticum. Ineſt longitudine Siseri neruus ut pastinacæ: qui decoctis extrahitur, magna tamen parte amaritudinis relicta: quæ mulso in cibis temperata, etiam uertitur in gratiam. Nobilitauit hoc princeps Tiberius, flagitando a Germania omnibus annis ex Gelduba castello, quod impositum Rheno est, ubi generositas præcipua: ex quo apparet frigidis locis conuenire. Non prætereundum, quod tradunt, ideo utilem stomacho uideri cibum, quoniam nemo tres Siseres edendo con-

tinuaret. Siſaram Varro, Plinius Siſarum appellat herbam, cuius flore ueſcantur apes: ut in Eryce diſputatum eſt. A

EX M. VERG. COMM.

INter olera quorum radix tantum in uſu eſt Siſer antiquis fuit, nec quæſitam in eo niſi radicis craſſitudinem Plinius, & Columella indicauerunt. Siquidem alter. 12. rei ruſticæ ſuæ libro de ſatione eius agens, iubet paſtinato, ſtercoratoq; loco, & q̄rariſſime ponēda eſſe paſtinacam, Siſer, & inulam, ut maiora capiant incrementa: Alter naturalis hiſtoriæ libro. 19. e Germania maxime laudauit: quoniam egregiæ generoſitatis, & ampliſſimæ magnitudinis, in frigidiſſima regione naſceretur. Seri hoc non ſemine, ſed bulbis ueteres dixerunt: qui ut in lilio, inula, & aro fit, a reliqua radice auulſi, ad nouam ſobolem in hortis diſponuntur. Fecerunt in hoc genere ueteres etiam ſatiuum, & erraticum: quemadmodum & in paſtinaca, cui congener eſſe creditur, ſi cuncta a ueteribus de eo tradita diligentius obſeruentur. Poterant dici & alia, ſed quæ ab aliis tradita ſunt, ſine deſyderio a nobis relinquuntur.

## ¶ De Lapatho, & Rumice. CAP. CXXVI.

EX generibus Lapathi, Oxylapathum uocant, quod in acutum tendit, prædura habens extrema, non niſi in paluſtribus naſcens. Aliud eſt ſatiuum, illi diſſimile. Tertium ſylueſtre, paruum, plantagini proximum, humile & tenerum. Quartum genus eſt, quod alij Oxalida, alij Anaxyrida, aut Lapathon uocant, ſylueſtri ac exiguo Rumici ſimile, caule non magno, ſemine ſubacuto, rubente, acri, in caule, & agnatis appendicibus emicante. Omnium decocto olere aluus emollitur. Crudi illitu, malicerides temporis tractu diſcutiūtur. Sylueſtris & Oxilapathi, & eius quam Oxalida nominant, ſemen ex aqua, aut uino utiliter bibitur, contra dyſenterias, & cœliacorum affectus, ſtomachi faſtidia, ſcorpionum ictus. Quod ſi quis in potu præſumat, nihil moleſti ex ictu patietur. Radices ex aceto coctæ, aut illitæ crudæ, lepras, impetigines, & ſcabroſos ungues perſanant. Sed antea locus aceto & nitro in ſole perfricandus eſt. Pruritus corporis, decoctum earum ſedat, ſi foueatur, aut in ſolijs balnearum confricetur. Coctæ in uino & inſtillatæ, aurium dentiumq; dolorem mulcēt. Strumas, parotidasq; diſcutiunt. Lienem cum aceto extenuant. Aliqui amoliendis ſtrumis radicum geſtamine utuntur, eas collo appendentes. Tritæ & inditæ, fœminarum profluuia ſiſtunt. Cum uino autem potæ, regio morbo medentur. Calculos ueſicæ comminuunt. Menſes cient. Scorpionum ictibus auxiliantur.

λάπαθον

ὀξυλάπαθον

ὀξαλίδα

ἀναξυρίδα

BARBARI COROLL.

LApathum, noſtri Rumicem fere appellant. Radice altiſſima, & inter olera maxime ſingulari: nec enim lateribus craſſiores alias emittit, ſed prætenues. Multicaule hoc olus, ac ramoſum; & cum perfecte adoleuit, figura betæ proximum, corpus carnoſum & madidum: eoq; uel exemptum terræ diu recens. Viuaciſſimum præ cæteris oleribus eſt Lapathum, præſertim ſatiuum. Differt hoc a ſylueſtri, q̄ ſeſquipedalis ſatiuo radix, breuior ſylueſtri: guſtus tamen gratior ſylueſtri, ſed acrior, ut omnia ſylueſtria ſatiuis collata. Sylueſtre Lapathum, Aetius Centrodes, a pungendo cognominauit, radicem ei ſublongam tradens, Raphano paruæ ſimilem. Q̄q̄ porro Lapathum a noſtris Rumex dicitur, proprie tamen Rumex eſt, quem Oxalida, & Oxylapathum Græci nominant, ſatiuo ſimilem, foliis aquoſis, colore betæ candido, radice minima, Cantherinum Lapathum ab aliquibus uocatum. Quidam Oxylapathon ſatiuo ſimilius eſſe, q̄ Oxalida, ſiue Rumicem exiſtimant. Lapathos Democritus pro uenaticis ſcrobibus accæpiſſe dicitur. Theocritus Alapathon uocauit, ab effectu, quoniam exinaniat. Et enim Attici Alapatha, quæ nos inanitiones dicimus, appellant.

Plí. li. 20. ca. 21.

Hosted by Google

EX M. VERG. COMM.

C QVæ a pincipio capitis huius frequens uox auditur, ὀξὺ ὑπόξυ, & quæ ab his composita sunt, ὀξυλάπαθον, & ὄξαλις, in quibus anceps ad acetum, & quæ acuminata sunt significatio est, causam antiquis interpretibus, & latinis medicis dedit, ut omne Rumicis genus uno acetosæ nomine indicarent: ꝙ scilicet ὀξὺ Græci acetum dicunt. Cum tamen quartum Rumicis tantũ genus acido sapore sit. ideoq; ὄξαλις dicta fuerit: qua uoce uinum quod acorem contraxit, & acescentem fecem, Græci etiam appellant. Cætera uero omnia ab acuta foliorum magis minusue cuspide ὀξυλάπαθον, & ὑποξυλάπαθον dicta fuerint. Quod forte miretur aliquis, si nesciat late in græcis patere significationem τοῦ ὀξέως, id est, eius quod illi acutum dicunt: nec tantum indicari ea uoce quæ in cuspidem, aut mucronem desinunt, sed quę celeri motu etiã transeunt, & subito efficaciq; sensu sentiuntur: quoniã quemadmodũ illa cuspide mucroneq; suo q̃ primũ penetrant, eodem modo & hæc festinata & efficaci actione potestatem suã exercent. Sic Homerus gladium acutum sæpenumero dixit. Pindarus uero acutam niuem, non eodem quo gladius modo acutam, sed gelu, sensuq; suo in humanum corpus penetralem. Qua uoce Lucretius, & Maro felicissime in frigore usi fuerunt. Eadem ratione Hippocrates etiam καιρὸν ὀξὺν, id est, occasionem non acutam, sed citissime transeuntem, & præcipitem dixit. Ob hanc ipsam causam acetũ etiam ὄξος a Grecis dictum est, ꝙ acore suo altius, efficacissimeq; in hominis sensum penetret, nec sine doloris aliquo sensu sentiatur. Fuit itaq; in Rumicum nominibus antiquis græcis hæc ratio, ut una eademq; uoce in alijs acidus significaretur sapor, in alijs acuminata foliorum cuspis. Ideoq; nos in quibus acidus sapor sit, ea descriptione usi sumus, quæ id indicaret. In quibus autem acuminata essent folia, aliquid itidem adiecimus, quo ea significaretur species. Quodq; hic in quarto genere ait, non oxalida ab acido sapore tantũ, sed anaxyrida etiam dici, a foliorum figura accæptum est.

## ¶ De Hippolapatho. CAP. CXXVII.

ἱππολάπαθον

HYppolapathon olus est magnum, in paludibus nascẽs. Easdem habet uires quas supradicta Rumicis genera.

BARBARI COROLL.

D HIppolapathum maius satiuo, candidiusq;, ac spissius. Adiecere nonnulli Bulapathon, radicis tantũ altitudine differens. Sunt qui & Hydrolapathum tradunt, in aqua natum.

## ¶ De Lampsana. CXXVIII.

λαμψάνη

LAmpsana, quod Romani Napium uocant, syluestre olus est. Plus alit q̃ Rumex, & stomacho utilius. Cuius folia caulesq; coquuntur in cibo.

BARBARI COROLL.

Pli. li. 20. ca. 9.

LApsanam Græci uocant Lampsanem, Cyma est, siue Brassica syluestris, pedali altitudine, foliorũ trium: quæ hirsuta ei sunt, Napo simillima, nisi candidior esset flore. Hinc a latinis uocari Napium existimo: in quo tamen Dioscoridem auctorem solum habeo. Lapsanam diui Iulij carminibus, præcipue iocis militaribus celebratam, ait Plinius. Alternis quippe uersibus exprobrauere, Lapsana se uixisse apud Dyrrhachium, præmiorum parsimoniam cauillantes. Aliam puto herbam fuisse, qua cum lacte uictitauit exercitus. Cara nomine, ut alibi notabimus. Nam radice utebantur eius, non folio. ut ait Hirtius.

EX M. VERG. COMM.

HAec est Lapsana illa, qua Plinius ait ad Dyrrachium, uixisse Cæsarianos milites, eamque in triumpho Imperatori suo iocularibus carminibus exprobrasse: Vulgare olus, & in Brassicarum genere. Eam præcæpit Columella prope aluearia serendam esse: quoniam copiosam ex ea ceram apes colligant: Vulgaremq; dixit, quoniam ubiq; fere nascitur, folijs non dissimilibus Brassicæ, & ut nos uidimus, utrinq; trinis.

## ¶ De Bunio, Napi genere. CAP. CXXIX.

βούνιον ἀκτίνην ἀνεμόσφορος παράδακρυ

BVnion aliqui Actinam uocant, alij Anemosphoron, magi Paradachry, Aegyptij Erxonem, Romani Scopã regiã, Aphri Zigar, aut Tẽpso. Caulẽ emittit quadrangulũ, & in eo foliosos ramulos, tenues,

Hosted by Google

prętenuibus foliolis et floſculis ſcatentes, longitudine digitali, folia ꝓpter radicē, Apio ſimilia, ſed multo tenuiora, & quæ modo quodam folia tribuli imitentur. Flores anethi, ſemen odoratū, minus Hyoſcyamo. Excalfacit Bunion. Vrinā ciet. Secūdas detrahit. Lieni, renibus, & uęſicę utile. Eo humēti aridoue utunt̄, exēpto radice & caulib. ſucco, ex aqua mulſa.

A

## BARBARI COROLL.

BVnion, hoc eſt quod noſtri Napum uocant, ut in Buniade meminimus. Quanq̄ Dioſcorides Scopam regiam uocari Romæ ſcribat. Cæterum alia quoq; Scopa regia eſt, ut in Sideritę conſtabit. De qua porro Scopa regia loquatur Plinius uigeſimo primo libro, non leuior inquit odor ei, quam Scopam regiam uocant, quanq̄ folia eius oleant, non flores, exiſtimandū relinquo. Paulus Aegineta Buniō, a nonnullis Arction appellari ſcribit. Galenus Arcticonē. De Bunio, eadem a Dioſcoride libro quarto, quæ hic legebantur detraximus, qa inutiliter repetita eſſe uidebantur.

duplex ſcopa Regia

## ¶ De Blito. CAP. CXXX.

BLiton Aegyptij Echlotoripā appellāt, alij Riplā. Romani Blitū, Daci Bles. Olus eſt aluo utile, nullius in medicina momenti.

βλῖτον

## BARBARI COROLL.

BLitum, ſiue Blitus (Græci etiam Bleton) erumpit ocyſſime, ſemen ut Betæ, corticeum, copioſum, racemoſumq̄, ut Atriplici. Radice non una, craſſa, in rectum tendente, ut Beta, & Lapathon, & maxima pars olerum, ſed continuo, multiplici, ac prolixa. Inſipidum, & ſine acrimonia. Vnde conuicium fœminis apud Menandrum faciunt mariti. Blitum duplex oſtenditur, rubens, & candidum. Apud Ariſtophanem quoq; Blitomamæ, pro ſtolidis accipiuntur: quos Plautus noſter Bliteos appellat in Truculento.

Blitea inquit, & lutea eſt meretrix.

Etiamſi corrupte legitur Blittera. Hippocrates Bubleton quoq; nominat herbæ genus: mod[illegible]mendum in uerbo non ſit. Scio enim & Bolbiton pro fimo bubulo, & Bolbiton pro quodam polyporum genere minuto capi ab Hippocrate, ut Galenus teſtatum reliquit. Sed & Onobleton herba, linguæ ſimilis, Hippocrati, contra fœminarum profluuia in uellere apponitur.

Plí. li. 20. ca. 22
Theoph. lib. 7 cap. 2.

B

## EX M. VERG. COMM.

MAledicebatur quondā hominum ingnauię ex hoc olere, & in accuſanda ridendaue alicuius ſocordia & inutilitate, deſpectiorem Blito uulgus appellabat: tam nullum in morbis, aut ſanitate uſum habet. Edendo herbam eſſe Blitum, Paulus Aegineta in ſexto ait, humereq; in ſecundo ordine et frigere. Palladius in Martio menſe, his uerbis de natura ſationeq; eius tradidit. Hoc menſe Blitus ſeritur, ſolo qualicumq;, ſed culto. Olus hoc neq; runcādum, neq; ſarculandum eſt. Cum ſemel natum fuerit, ipſum ſe per multa ſecula ſeminis ſui deiectione reparabit, ut etiam ſi uelis uix poſſit aboleri. Paulus itidem Aegineta, prętęr paulo ante dicta, in primo inter olera Blitum numerauit, coniunxitq; Atriplici: nec quicq̄ de utraq; aliud dixit, q̄ humidū eſſe, uentrem deijcere, & parce nutrire.

## ¶ De Malua. CAP. CXXXI.

MALVAM hortenſiam Pythagoras Antema uocauit, Zoroaſtres Diadema, Aegyptij Cochortem, Magi Lienem capræ, aut muris Vrinam. Satiua eſui longe aptior ſyluęſtri. Stomacho adueꝛſatur. Aluum iuuat, ſed multo magis caules. Interaneis & ueſicæ utilis. Cruda folia cum ſalis exiguo manducata, ægylopas ex melle ſanant. Verum cum cicatricem trahere cœperint, ea demum citra ſalem utēdum eſt. Contra aculeatos apium ueſparumque ictus, illita efficax eſt. Eadem cum oleo trita peruncti, non feriuntur. Vlcera manantia in capite, furfuresq; cum urina ſanat. Sacris ignibus, & ambuſtis decocta folia, tri-

μαλάχη ἄνθεμα



Hosted by Google

Ctaque, utiliſſime ex oleo imponuntur. Eius decoctum uuluas inſeſſione mollit. Prodeſt eroſionibus ueſicæ, & inteſtinorum, uuluæ, ſediſq́, clyſtere infuſum. Ius decoctæ cum radice ſua, contra omnia uenena auxiliatur, ſi continuo a bibentibus reuomatur. Contra phalangiorum morſus remedio eſt. Lac euocat. Semen in uino potum, addito Loti ſyluestris ſemine, ueſicæ cruciatus lenit.

## BARBARI COROLL.

Plí. li. 20. ca. 23. Theo. li. 9. c. 19

MAlua culturæ opera, intra ſextum, ſeptimumq́ menſem grandeſcit in arborem, haſtarũ, baculorumq́ uſu in Arabia, Mauritania quoq́ Lixi oppido æſtuario, ad Heſperidũ hortos, & iuxta delubrum Herculis. Duo genera earum ſumma: quę amplitudine foliĩ diſcernuntur. Maiorem Græci Malachen uocant in ſatiuis. Alteram ab emolliendo uentre dictam putant Malachen e ſyluestribus, cui grande folium, & radices candidæ, Althæa nominatur. Eſt & quæ unicaulis naſcitur, Monocaulos ex facto cognominata. Omne ſolum in quo ferunturMaluæ, pinguius faciunt. De Althæa, quæ item Dendromalache, ſiue Anadendromalache dicitur, & Ibiſcus, uolumine tertio diſſeritur. Eſt & Alcea huius fere generis ſeorſum indicanda.

## De Atriplice. CAP. CXXXII.

ἀτραφάξιο χρυσολάχανον

ATraphaxin aliqui Chryſolachanon uocant, Romani Atriplicẽ, Aegyptij Ochi. Cognitum olus eſt. Duo eius genera. Sylueſtre. & Satiuum. Coctũ eſtur ut olus. Aluũ mollit. Panos diſcutit, ſiue crudũ, ſiue coctum illinatur. Semẽ cũ aqua mulſa potum, regium morbũ ſanat,

## BARBARI COROLL.

Plí. li. 20. ca. 20

ATriplex, octauo die a ſatu, Octobri menſe prouenit. Radix ei una deſcendit in altitudinẽ, unde fibræ aliæ promantur, ut in Beta. Foliatum habet ſemen, & obductum cortice, numeroſum, racematimq́, ſingulis ramis inſidens. Atriplex & ſyluestre eſt, & ſatiuum: accuſatum a Pythagora, tanq́ faceret hydropicos, morboſq́ regios, & pallorem. Coquitur difficillime, ac ne in hortis quidem iuxta eum naſci quicq́, niſi languidum, culpauit. Addidere aliĩ plurimas ægritudines ex eo gigni, nec niſi aqua ſæpius mutata coquẽdum. In Italia difficulter id naſceba tur. Sylueſtri capillos tingebant. Atreplexũ ueteres, nõ Atriplicẽ uocaſſe perhibent: ab græco nomine potius, q̃ ab atrore, ut arbitror. Hippoc. etiã Adraphaxin appellat: poſt Atraphaxin dixere Atticis, d, literam in, t, mutare amantibus: ut facit Ariſtot. qui entelechiam, pro endelechia uſurpauit, ut Lucianus autor eſt. Quibus porro Atriplex idẽ uideꝛ eſſe cum eo genere qđ Spinacia uulgo dicimus, & Græci recentiores Spanachia, fallunt apertiſſime. Si quẽ porro uocabulum id parum delectat, Atriplex Hiſpanienſis nominetur. Et Hercule fieri poteſt, ut inde profectum ſit ad nos olus, ieiunijs aptiſſimum, nec ueteribus (ut conijcio ac demiror) compertum.

## EX. M. VERG. COMM.

IOcatus ex hoc olere quondam in fabula quæ Equites inſcribitur, græcorum omnium comicorum lepidiſſimus Ariſtophanes, eſt, falſi Atriplicis olere, ab oratoribus Athenienſes impleri in concione dicens: compoſitoq́ ex olere, & mendacio nomine, quæſitam in populo uulgari ratione gratiam, & credulæ plæbis irritam bonorum ſpem ſimul deridens: non aliam ob cauſam, q̃ quia uulgare hoc olus eſt, nullamq́ habet maiorem utilitatem: qualia hominum mendacia ſunt, ubiq́ omnibus in promptu paratąq́, & inutiliter plærumq́ euadentia: quod olus hoc etiam habet in tertio refrigerandi ordine, per aluum celerrime deſcendens. Quæ tota ſpei fortuna eſt: ſiquidem in ancipiti poſita, quantumuis leui pulſu & ſtrepitu tota perit & euolat. Sationem Atraphaxis docuit Columella libro. 12. his uerbis. Cherephilum, itemq́ olus Atriplicis, quod græci uocant ἀτράφαξιν, circa calendas octobres obrui oportet, non frigidiſſimo loco. Nam ſi regio ſæuas habet hyemes, poſt idus februarias ſemine diſſerenda ſunt, ſuaq́ ſede partienda. Papauer, & Anethum eandem habent conditionem ſationis quam Cherephilum, & Atraphaxis. Cur autem Chryſolachanon etiam, id eſt, aureum olus quondam dicerẽtur, facilem habet coniecturam: quoniam luteo flore ſit, ideoq́ ab auro nomen inuenerit.

Hosted by Google

## ¶ De Brassica. CAP. CXXXIII.

A

CRamben Romani Brassicam uocant. Ea aluo est idonea, si modo leuiter feruefacta edatur. Nam percocta aluum sistit. Sed multo magis bis cocta, aut quæ in lixiuio coquitur. Stomachum autem male habet. Acrior est æstiua. In Aegypto propter amaritudinem non estur. Cæcutientibus, et tremulis esse, prodest. Summo cibo sumpta, crapulam discutit, & uini noxam restinguit. Melior stomacho Cyma, sed acrior, & ad ciendum urinam ualidior. Ea condita, stomacho inimica est. Aluum conturbat. Crudus succus cum nitro & iri deuoratus, aluum emollit. Cum uino quoq; epotus, uiperarum morsibus auxiliatur. Cum fœnogræci farina, podagris & articulorum uitijs illinitur. Prodest & sordidis ulceribus, & uetustis, illitus. Caput purgat naribus infusus. Menses extrahit cum loliacea farina inditus. Folia per sese, aut cum polenta trita, conferunt inflammationibus, tumoribusq;. Epinyctidas, ignem sacrum, lepraſq; sanant. Carbunculos ex sale rumpunt. Fluentes capillos retinẽt. Cocta, addito melle, aduersus depascentia ulcera, gangrænasq; ualent. Lienosisq;, ex aceto cruda prosunt. Mansa deuorato succo, retusam uocẽ instaurant. Decoctum eius potu, aluum & menses ciet. Flos post conceptionem in pesso subditus, partus spem adimit. Semen eius, præsertim B
quæ in Aegypto nascitur, potum, tineas repellit. In antidota cœliacorum additur. Faciei cutem, lentigines q; expurgat. Virentes cauliculi cum radice cremati, & adipe porci uetusto excepti, diuturnos laterum dolores mitigant.

## BARBARI COROLL.

BRassicam, antiqua Græcia, non Cramben, sed Raphanon appellabat: quod & Aristoteles, ut Iulius Pollux inquit, et Theophrastus fere sequitur. Crambe quasi Coramble dicta existimatur: q; pupulas oculorum, quas Græci Coras uocant, hebetet, autore Columella. Sed & ipsi quoq; Attici Corambem dicunt eam. Dederit hoc locum prouerbio fortasse, repetitã Brassicam, nedum nocere, etiam occidere. Græci tostam carnem Crambaleam uocant, Athenæus autor. Brassica, ut Varro inquit, dicta quasi passica, q; ex scapo minutatim præsiccatur, & passa fiat. Die a satu decimo se ostẽdit Brassica. Digeritur a Theophrasto in genera maxime tria. Syluestris, cui folium æquabile, paruum, rotundũ, multiplex: ramosæ, succo aspo, medicato, ad detractiones per aluum p̃cipuo. Secundum Crispæ: quę & amplitudine folij, & bonitate succi præferẽ omnibus. Tertium Leuis appellatę. Nonnulli addidere Quartũ, cui semen deterrimũ, aut omnino nullum. Cato quoq; tria facit discrimina. Vnam extẽtis & grandibus foliis, caule magno: propterea Cauloden uocatam. aliquando Septembrinã, ab alijs Eleada. Alterã crispo folio, Selinada nominatam, a similitudine foliorũ Apij: quã & Apiam cognominant, alij Cliuaculã. Tertiam proprie appellatam Crambem, minutis caulibus, foliis tenuioribus, & simplicibus, densissimisq;, sed amariorem, leuiorẽ, tenerã, quæ ob id & Lenis dicatur. Sed de syluestri Brassica suo loco agemus. Athenæus tria inquit Brassicę sunt fastigia. Primũ Halmyris: quã & præfert omnibus, præsertim in Eretria, & Cumis, & Ephesi, & Rhodo, & Gnido genitã. Secũdũ Liophyllos, a foliorũ leuore dictum, ubiq; nascẽs. Tertium Selenusia, folio crispo, et Apij similitudine, a qua & nomẽ habet. Hęc naturæ, illa ganeæ distinctio. Tritiana magnitudine ac sapore p̃cipua, cui pedale aliquãdo caput. Dein Cumana sessilis folio, capite patula: mox Aricina, altitudine nõ excelsior, folio numerosior q; tenuior, cuius sub omnibus pene foliis fruticat cauliculus peculiaris. Ideoq; utilissimũ genus existimat. Pompeianę, in oppido Cãpanię. Pompeijs, p̃cerus caulis, ab radice gracili, intra folia crassescens. Rariora hęc, angustioraq;, sed teneri

Theo. li. 7. c. 4
Plí. li. 20. ca. 9.
Cato de re rustica. ca. 156. 157

Ctas in dote, frigora non tolerat. Sabellicę uſq; in admirationem criſpa ſunt folia: quorũ craſſitudo ipſum caulem extenuat, ſed dulciſſima perhibentur ex omnibus. Non pridem ante Columellam ſubiere Lacutures, a loco dicti, quo lacus Turni, ſiue ut Plinius ſcribit, lacus Turonis fuerit, conualle Aricina, capite prægrandes, folio innumero. Alĳ in orbem porrecti. Alĳ in latitudinem toroſi. Nec plus ullis capitis poſt Tritianos, et Cyma nullis ſerior. Hoc genus quidã interp̃tant q̃d mõ Capitios coles, & in Hiſpania Murtianos uocãt. Brutiani, frigoribus alunt, grandes folĳs, caule tenues, ſapore acuti. Addunt ĳs Silirenſes, Tiburtini, Stabiani, Partheno-pęi, q̨ ſunt hirſuti. Veſuuini, q̨ ſunt amari, nõ ſine ſuauitate. Marrucini, rubent paucis folĳs. Signini breuiores, craſſiores, ſapidiores Cappadocę folĳs, caule pene nullo, frequẽtibus tunicis, & contra frigus muniti, priuſq; in florem exeant, ut uix prima folia diſcernantur hyeme. Cui-cũq; generi pruinæ plurimũ ſuauitas conferunt. Suauiſſima ex omnibus eſt Cyma. Eſt aũt Cyma q̨dã ipſorũ caulium, delicatior teneriorq; cauliculus, quem a prima ſectione, proximo uere præſtant. Græci Cyema, quaſi partũ eius uocant. Nos & Cymas, & Cymata uocamus: nec in Braſſica mõ, ſed in Raphano, & alĳs cõpluribus: q̃q̃ abſolute Cyma, nõ niſi de Braſſicę fructu capiẽ. Palladius Quymã uocat, et ſemel opere in toto Plinius. Poſt Cymã æſtiui, autumnaleſq; cauliculi, mox hyberni, tũ deinde iterum Cymæ, nullo æque genere multifero, donec ſua fertilitate cõſumãtur. Omnibus oleribus anteponit Cato Braſſicã: ꝓpterea, ut inquit Varro, nomine oleris Braſſica intelligitur. Vites ad Braſſicã aſſitæ diffugiunt, introrſumq; in fundum ſe declinant: quo argumento uſus Androcydes, cõtra ebrietatem ualere Braſſicam dixit. Tãta eſt inter plantas quoq; diſcordia. Hinc Neſtor in eo libro, qui Alexicepos inſcribitur, olus hoc ex lachrymis Lycurgi, a Libero patre uitibus adalligati, natum prodidit. Braſſicæ decoctę aqua, nihil æque fetet humi effuſa, cruſtæ ſi occupent intus uaſa calidaria, in tantum, ut non ſit eas auellere: ſi Braſſica in ĳs decocta fuerit, abſcedũt: Coles capitatos, uulgaris ſermo, Scapitos appellat, antiqui Lacuturres, et Tritianos, ut conĳcio. Ex ſemine uetuſto Braſſicę naſci aiunt Rapam, & contra ex Raporum Braſſicam. Nobilitauit Braſſicam Ionia, per eam iurando, quaſi p aliquem Deorum: ut Zeno Citeius ſtoicę familię caput, per Capparin, Socratis credo æmulatione deierantis per canem. Ob id & mantin, ceu uatem quandam ab Hipponacte Braſſicam

D uocari, teſtis eſt Athenæus: qui & puerperis in Attica regione amuleti cuiuſdam loco Braſſicã apponi ſolitam commemorat. Nomen oleris commune quidem eſt quibuſcumq;, Lachanum apud Græcos, priuatim tamen Braſſicæ tribuitur. Ab olla dictum Olus, teſtis eſt Varro: ut eo uideatur poeta Veronenſis alludere cum cecinit, non olera Olla capit. In quo ſciamus obiter, non pro uaſe in eo uerſu capi Ollam, ſed nomen eſſe uiri proprium, quod ignorãtes fere grammatici, delyrant: Quemadmodum & in eiuſdem poetæ uerbo, Mentula.

## EX M. VERG. COMM.

AVtor omnibus, ut credimus, poſt ſe Theophraſtus fuit, ut Braſſicæ, quæ edendo eſt, præcipuam diuiſionem triplicem facerent: nec aliter, ſi conferantur ueterum latinorum cum eo in hac parte cõmentaria, rem diligenter intuentibus uidebitur. Nihil enim octauo de plantis libro, de olere hoc ab eo dictum, non ĳſdem uerbis, Romana breuitate a Marco Catone ruſticarum rerum capite centeſimo & quinquageſimo ſeptimo redditum eſt: & poſt Catonẽ a Plinio naturalis hiſtoriæ. 19. cap. 7. Quæ ideo non repetuntur a nobis: quoniam quæ tria a Dioſcoride numerantur hoc loco Braſſicæ genera, ſatiuæ, agreſtis, & marinæ, aliam diuiſionis rationẽ habent. Siquidem illæ ex ruris, hortorumq; diſciplina, & ad uſum ſanitatis in paſcenda familia ab autoribus illis traditæ fuerunt: hæ diuerſis locis naſcentes, ad medicinam docentur. Oportet itaq; in priore illa Braſſica, & quam ſatiuam hic dixit, tria illa Theophraſti, Catonis, & Plinĳ genera collegiſſe. Omnium enim pares uires ſunt. Tum agreſtem, & marinam illis adĳcere ſponte ſua, alĳſq; locis, & ad medicinam tantum naſcentes, & quæ non aliunde q̃ ex ſimilitudine aliqua in familiam & nomen Braſſicarum uenerunt: quales plantæ aliæ multę, deficientibus propriĳs appellationibus, quibus indicarentur, gentiũ adoptione, nomen, & dignitatem inuenerunt. Vidimus nos marinam Braſſicam, nihil præter florem ſimile ſatiuæ habentẽ, eadem figura qua a Dioſc. deſcribitur, tenuiſſimis, & in longitudinem porrectis folĳs, qualia in Salice ſunt, pediculis pendentibus, & in longis ramulis per interualla binis deinceps diſpoſitis. Hanc in antiquiſſimis grę̃corum codicibus a Romanis legimus marinum Codiculum uocari. Agreſtem Plinius Erraticam etiam nominat, cõmuni ſylueſtribus cunctis appellatione. Quæ enim græci ἄγρια dicũt, erratica plærũq; latini appellauerũt. Non relinquendum illud etiã, q̃d ad grę̃corũ in hoc olere appellationes pertinet: quam poſteriores in ea gente Cramben dixerunt, antiquores Raphanum dixiſſe. Teſtatur id Theophraſtus libro de plantis octauo, qui non alio q̃

Raphani nomine ꝓ Crãbe utit. Verba eius sunt. τῶν δὲ ῥαφάνου τριχῆ διαιρουμένου. &c. Nec multo post, ἰδίως δὲ ἡ ῥάφανος ἔχει. Itemq; lib. 2. de causis plãtarũ. καθάπερ ἡ ἄμπελος τῆ τῶν λάφνης καὶ τῆ τῶν ῥαφάνου. Quę oĩa nõ de Raphano, quę Radicula nũc est, sed de Crãbe, quã Brassicã nostri nominãt, ab eo dicta fuerunt. Idem, & longe certius Aristoteles lib. 5. de animaliũ historia, q̃ loco de erucis in Brassicis nascẽtibus his agit uerbis. αἱ δὲ γινόνται ἐκ τοῦ φύλλων τοῦ χλωρῶν καὶ μαλακὰ ἐπὶ τῶν ῥαφάνου ἂν καλοῦσι τινὲς κράμβην. Qđ est. Nascunt et alię ex uiridibus foliis, ꝑsertimq; in Raphano, quã Crambẽ aliq. i. Brassicã nominãt. Actum de tota hac re lõgius a nobis est, ut intelligerent legentes, quanto periculo huiuscemodi docent, nisi res prius q̃ uoces cognouerit aliqs: & scirent, qui medicinam profitentur, posse aliqñ fieri, ut Raphanũ ꝓ Brassica in antiquissimis græcorum scriptoribus inueniant, qualis Hippocrates est: oporteretq; in ea uoce, non Radiculam quæ nunc græcis & latinis Raphanus dicitur, sed Brassicæ olus intelligi.

A

## ¶ De Syluestri Brassica. CAP. CXXXIIII.

κράμβη ἀγρία

SYluestris Brassica, quam Romani Rusticã appellant, maritimis prę ruptisq; locis, magna ex parte gignitur. Satiuæ similis, sed candidior, hispidiorq;, amara. Cuius Cyma ĩ lixiuio cocta ori nõ insuauis. Folia illitu uulnera conglutinant. Et inflammationes t, umoresq; discutiunt.

### BARBARI COROLL.

BRassicam syluestrem, Græci medicantes Ceram quoq; nominant: nos Erraticam. Quanq; sciendum, Ceram genus Raphani a Plinio acceptũ, non Brassicæ. Hanc alij Petræam uocãt, inimicissimam uitibus. Sunt qui Colem syluaticum appellent. Syluestris laudes imẽso plus prędicat Cato q̃ satiuæ. Folia syluestri leuia, rotunda, parua, & ut Plinius inquit, bina, sed densissima, & plurima, plantis oleris similior. Inter syluestres Brassicas & Lapsana est, ut diximus: itẽ Sandix, & Iasione, & Enthusicon, siue ut alij codices, Anthriscon. De Petræa Theophrastus, si modo hæc est quam supra diximus, circa Psophidem nasci scribit optimã, numerosamq;. Aliubi non Petræam, sed Petræum uocauit. Alioquin & Capparis Petræa quandoq; dicitur. Nã Petrophyes Aizoum est, ut Empetron Saxifraga.

Theo. lib. 7. capite. 4. 5.

B

## ¶ De Brassica marina. CAP. CXXXV.

κράμβη θαλάσσια

MArina Brassica a satiua prorsus abhorret, q̃ folia ferat rotundæ Aristolochiæ, prælonga, tenuia. Singula a ramulis rubentibus exeunt, singulari ut Hędera stilo. Habet lacteum succum, sed paucum, salso gustu, & aliquantum amaro, pingui compage. Hærba in totum stomacho inimica, acris. Vehementissime aluum ciet, in cibo cocta. Coquitur, propter acrimoniam, cum pingui carne.

### BARBARI COROLL.

BRassicæ marinæ caulículos quidam Halmyrida uocari putant, quoniam nisi in maritimis non proueniat. Nauigatione quoq; longinqua, uiridibus asseruatis ad transferendum. Plinius hanc marinum Olus, est ubi appellarit, recentiores græci Thalassocramben.

## ¶ De Beta. CAP. CXXXVI.

BEta duorum generum est. E quibus nigra coquitur cum lenticula, ut uentrem sistat. Quod magis radice eius prestatur. Candida aluo utilis est. Vtraq; tamen propter nitrosum humorem quem habet in se, noxij succi est. Vnde succus earum, cum melle naribus inditus, caput purgat. Aurium doloribus auxiliatur. Decoctum radicis & foliorũ, furfures, lentesq; deterget. Perniones fotu mitigat. Crudis foliis uitiligines nitro antea perfrictas, alopeciarũ inanitates, atq; depascentia ulcera, illini prodest. Eruptionibus papularũ, igni sacro, ambustisq;, cocta medet.

### BARBARI COROLL.

BEta culturæ quadam ratione incrementum capescit arboris. Seritur circa mensem maium,

Pli. li. 19. ca. 8.

Cſicut omnia, quæ græci uocant Epiſpora: quod genus etiam ſementis primæ nomen habet: etiam ſi alio quoq; ſata menſe proueniant. Ideoq; Beta æſtate, ſexto die naſcitur, hyeme decimo. Peculiare in Beta eſt, ut non continuo ſingula ſemina producat, ſed anno interim ſequenti, ſæpe tertio. Radix Betæ unica, longa, recta, carnoſa, guſtu iucunda, & nonnullis grata cibo uel cruda. E lateribus aliæ item craſſæ, modo ſingulæ, modo binæ, ternæq; funduntur. E quibus fibræ cohærentes alligant. Cortex neq; craſſus, neq; Raphani modo extricabilis, ſed Oluſatro ad quendam modum ſimilis. Semen integitur cortice. Folio Beta uiret, pede candicat, figurã, b, literæ cum deprimitur, ab olitoribus refert, unde nomen. Beta hortenſiorũ leuiſſima eſt. Græci præferunt ex Aſcra ubiq; candidam, parciſſimi ſeminis, appellantes Siculam. Noſtri Betæ gña faciunt, uernũ, & autumnale: q̃q̃ & iunio & ianuario ſeratur. Medici Betam iñocentiorẽ, quã olus eſſe indicauere, ut inquit Diphilus. Quamobrẽ appoſitas, non nemini deguſtare etiã religio erat, utq; ualidis potius in cibo eſſent. Gemina huic natura, & oleris, & capite ipſo exiliẽtis bulbi. Neq; aliꝫ hortenſium latitudo tanta, ut in lactucis, cum cœperit colorẽ trahere, impoſito leui pondere, in binos pedes aliquando ſe pandendo. In Circeienſi agro ampliſſimæ ꝓueniunt. Vini ſapor in dolio corrumpitur Braſſica, ſed odore Betæ foliꝫ demerſis reſtituit. De alia porro Beta, ꝓprie ſylueſtri dicemus in Limonio. Græci Betã modo Seutlos, ſeu modo Teutlos uocant. Hippocrates Tetytlon (ut arbitror) niſi corruptus locus eſt in eo libro, q̃ de mulierũ natura inſcribitur. Aliud uidetur genus eſſe Teutlis, ut Athenæus inquit, ex Diphili comici ſententia. Nam duo fuere Diphili: medicus, qui & Siphnius cognominatur: & comicus. Hic imperitum quendam in comœdia deſcribit, taxans ꝙ Teutlon Teutlida nominaret. Eudemus quatuor Betæ facit genera. uulſile. ſurculoſum. populare. candidum. Betam græci, ouillum Corium uocant: unde Bætylus is lapis appellatus eſt, quem pro Ioue Saturnus uoraſſe fingitur. Monſtratur & ſaxum hoc nomine, ad Iuliopolin in Syria, proxime Libanum montem. Eſt & auicula, quæ uocatur Betylus, olim dicta Detylus.

EX. M. VERG. COMM.

QVotquot hactenus de Beta notiſſimo omnibus olere, aut in hiſtoria, aut medicina aliqd tradiderunt, omnes duo genera eius fecerunt, colore alterum ab altero diſtinguentes. Theophraſtus lib. 8. ἐνχυλότερον δὲ καὶ τῶν τεύτλων τὸ λευκὸν τοῦ μέλανος, καὶ ὀλιγοσπερμότερον ὃ καλοῦσί τινες σικελικόν. Quod eſt. Meliore autem ſucci copia in Betis candida q̃ nigra eſt: paucioreetiam ſemine, quam Sicelicam aliqui uocant. Plinius. 19. uolumine a Theophraſto accepta eadem, his reddidit uerbis. Eius quoq; a colore duo genera græci fecere, nigram, & candidam, quam præferunt, parciſſimi ſeminis: appellantq; Siculam. Paulus Aegineta etiam in ſexto, candidam nigræ antepoſuit. Athenæus præterea in tertio Dipnoſophiſtæ, candidam nigræ prætulit: ꝙ ſimul aluum mollit, & ſtomacho accomodata eſt: quod non facit nigra, quæ adſtringendi uim habet. Et ne longiores ſimus, nullus non de Beta agens, diſcrimen eius oleris hoc tradidit: & nihilominus præter Theophraſtum, nullas diſcriminis eius alias notas aliquis oſtendit, quibus cognita in frequentiore uſu eſſet: & is non quod ad colorem pertineret, ſed quod ad uires, bonitatemque ſucci, & exiguam ſeminis copiam. Solus Columella, quod hactenus legerim, in carmine ſuo facilem coloris huius in Betæ cognitionem indicauit, dicens. Sic & humo pingui, ferratæ cuſpidis ictu. Deprimitur folio uiridis pede candida Beta. pedem candidum, radicem appellans, quæ facilis cognitu, nota omnibus cum feretur & uelletur erit. Quæ enim nigra radice erit, agreſtis Beta habebitur: ideoq; in ueteſtioribus & melioribus aliquot græcis, a principio huius capitis legitur, non ut Barbarus uertit τεύτλον μέναν, quod grande ſignificat, ſed una tantum mutata litera, μέλαν καὶ ἄγριον, quod nigrum indicat & ſylueſtre. Hæc enim candidæ comparata, agreſtis a græcis habebitur: non quam Plinius uiceſimo libro cap. 8. Limonion, aut Neuroides a quibuſdam uocari ait. De qua hic ipſe ſcriptor libro quarto folia Betæ ſimilia habere tantum dicet.

## ¶ De Portulaca ſylueſtri. CAP. CXXXVII.

ἀνδράχνη ἀγρία

SYlueſtris Portulaca, quam aliqui Aizoon ſylueſtre uocant, aliꝫ Telephion, Romani Illecebram, aliqui Portulacam, Aphrimœmöen, Daci Lax, Aegyptiꝫ Mochmutim. Foliꝫ puſillis, ad ſatiuam accedentibus, hirſutis, latioribus. Naſcitur in petroſis. Nonnunquã in hortis. Folia Oleę habet, minora multo, plura & tenera, rubentes cauliculos, ex u-

Hosted by Google

na radice multos, in terra ſeſſiles, qui manducati bonum ſuccum pariunt, uiſcoſi, & aliquantum ſalſi. Vis ei excalfactoria, acris, exulcerans. Diſcutit ſtrumas, cum axungia illita. A

BARBARI COROLL.

ANdrachne ſylueſtris, de qua hic agit, genus eſt Aizoi, ut quarto uolumine conſtabit, ubi Dioſcorides hanc herbam fere iiſdem uerbis demonſtrat. Naſcitur breuiore cacumine, q̃ minus Aizoum: quod in muris, parietinisq; prouenit: cui & ſimilis oſtenditur. Colligi hanc & cibi cauſſa conſtat. Habentur & alia duo genera ſylueſtris Andrachnes, hoc eſt, Portulacæ nomine, ut in Telephio, & Pepli diximus. Telephion in Theocrito, ſunt qui folium papaueris accipiant, ad explorandū amorem crepitu adhiberi ſolitū, qui luſus fere puellaris erat, ut inquit Pollux, etiamnū ex Lilio. Non deſunt qui ſui generis herbā intelligant, ſucco ſeminis ſanguineo, foliis Loti ſatiuę, ſiliqua Pampini modo intorta. Alij miſcellam quandā eſſe putant Telephion, quæ corporis partibus impoſita, ſi cutis rubeſcat, indiciū amoris eſſe, ob id Philtron quoq; dici: ſin accendatur, & exulceretur, odij. Ego Telephion Theocriti eādem eſſe cum ea de qua hic agitur exiſtimo, quippe cui excalfactoria & ulceratoria uis inſit. Plí. li. 25. ca. 8.

## De Portulaca. CAP. CXXXVIII.

POrtulacæ uis adſtringit. Capitis doloribus, inflammationibus oculorum, cæteriſq;, cum polenta imponitur. Ardoribus ſtomachi, ſacro igni, ueſicæ doloribus auxilio eſt. Commanducata, dentium ſtupores ſedat. Stomachi & inteſtinorū æſtuationem, fluctionesq; mulcet. Renes & ueſicam adiuuat, etiamſi eroſionem ſentiant. Veneris impetus exoluit. Succus epotus ſimili effectu prodeſt, in febribus ualens. Contra teretes uentris tineas, cruentam excreationem, dyſenteriam, hæmorrhoidas, & profluuia ſanguinis, percocta efficax eſt. Item cōtra ſepis morſus. Ocularibus medicamentis utiliſſime commiſcetur. Interaneis fluctione laborantibus, atq; uuluarum eroſionibus infunditur. Contra dolores, quos æſtus excitauit, caput ex roſaceo & oleo fouetur. Eruptiones papularum in capite, cum uino emendat. Vulneribus quæ ad ſyderationem ſpectant, ex polenta illinitur. ἀνθράκων B

BARBARI COROLL.

POrtulaca exit poſt Cucurbitam, Ianuario menſe, ut Theophraſtus inquit, ſeritur. Hippocrates Portulacam fluuiatilem dicendo, uidetur recentem, & non inueteratam intelligere. Fluuiatilis inquit Portulaca refrigerat, inueterata excalfacit, atq; purgat. Theoph. li. 7.

## De Aſparagis. CAP. CXXXIX.

ASPARAGVS, quem aliqui Petreon, alij Myacantham, alij Myon uocant, uulgo notus eſt. Huius cauliculi in cibo, uentrem emolliunt. Vrinam cient. Radicis decoctum contra urinæ difficultatem, regium morbum, renum uitia, & coxendicum cruciatus, in potu proficit. Cum uino autem phalangiorum morſibus auxiliatur. Si decocti ſuccus ſuper dente contineatur, eius dolori medetur. Semen ad eadem ualet. Canes, ut aiunt, ſi decoctum bibant, emoriūtur. Aſparagum etiam naſci prodiderunt, arietis cornibus contuſis, atq; defoſſis. Quod, q̃tum equidem ſentio, plane a ueritate abhorret. Is tamen Aſparagus multis ramis fructicat, foliis feniculi, numeroſis, radice rotunda, grandi, tuber habente. Huius teneri cauliculi triti in uino albo, renum dolores ſedant. ἀσπάραγος

C Assus autem, coctusue, urinæ stillicidium, difficultatemq; ac dysenterias, mitigat. Radix cum uino, aut aceto cocta, luxatos artus mulcet. Cum ficis, aut ciceribus sumpta, regium morbum sanat. Coxendicis cruciatus, straguriamq; leuat. Alligata radix, aut haustum eius decoctũ, concæptum adimit, & sterilitatem adfert.

## BARBARI COROLL.

Plí.li.19.ca. 8. ASparagus, uel ab asperitate, ut inquit Varro, uel quoniam ita Græci nominẽt, Asphara-gos a Theophrasto dicitur. Ipsum quoq; guttur a quibusdam Aspharagus uocatur. Ab Appione tamen grãmatico, non Aspharagus, sed Spharagus. Corrudã nostri appellant hanc herbam. Spinosi sunt Asparagi ex toto fere, ut scorpius, unde Scorpiones quoq; a Columella fortasse nominãtur: quamq; Asparagus cognomẽto Scorpius, siue Scorpio aliud genus est, ut in Scorpio de herba disputabitur. Post æquinoctium autumni flos exit e quodam folliculo secundum aculeos. Asparagã uero Theophrastus pro planta ipsa uidetur accæpisse, aut etiã pro loco, ubi satus est Asparagus: eodem etymo fere quo apud nos Cepina, Rapinaq;. Theodorus Corrudaginẽ quasi aliud q̃ Corruda genus interpretatur. Cato certe ad eundem modum Corrudam, quo Cepinam & Rapinã accipit. In arundineto inquit Corrudã serito, unde fiant Asparagi. Exit uere caulis cibo idoneus: tum scabrescit, & processu in florem abit: qui nõ ex ipso tantum, sed ex prioribus erumpit. Non enim caulem habet annuũ. Hæc ueteres, qui Altiles Asparagos non uidentur nouisse. Corrudam Attici, non Horminon (aliud enim est) sed Orminion, & Ormenon potius, aliqui Libycum Asparagũ dixere, utiq; syluestrem qui post inuẽtos Altiles, proprie Corruda est. Corrudæ iterũ species duæ, candoris solo discrimine. Candidiori efficacior uis tribuitur. Iulius Pollux syluestrem Asparagida scribit uocari: satiuũ, Ormenon. Serunt spongijs hortenses Asparagi. Ita em̃ Radiculæ Altiliũ uocantur. Vellũtur præterq; primo anno radicitus, alioquin decerptis stirpes præfractæ angunt, & quasi excæcãt oculos spon-
D giarũ, nec patiuntur Asparagũ mitti: spongiæ post quadragesimũ diem inter se implicantur, & quasi unitatem faciunt: post annos aliquot transferunt fertilitate in decenniũ durante. Seruntur & seminibus paxillo dimissis. Viret thyrso, siue stilo primũ emicante: qui caulem educens, tempore ipso quo fastigatus est, in thoros struitur. Nullum ijs gratius solum q̃ Rauenæ fuit, quæ gloria in hodiernũ quoq; mansit ei terræ. Nomen porro Asparagi generale est: ut Betæ, Blito, Lactucæ, Atriplici, Maluæ, Rapo, Sinapi, Radiculæ, Pyrethro, Brassicæ, Nasturtio, Bryoniæ, Lauraginí, ut in omnibus ijs alia res Asparagus, alia frutex sit. Errant qui Corrudã pro eo capiunt, quẽ medicorum officinæ Lupulum cognominãt: foljs apertissime reclamantibus, quæ in Corruda capillamẽti modo tenuata, in Lupulo Bryoniæ similia, paulo asperiuscula. Caulis ei spinis horret, cacuminibus tamẽ, & Corrudæ modo in torulos turbinatis. Flores habet foliaceos & candidos, qui fere allium, uinũq; subolent. Hanc Græci uulgo Bryton uocant, a Bryoniæ ut puto similitudine. Bruscandulam, quasi bryon scansile, rura dicunt. Aut hæc oĩno, aut non absimilis huic herba est, qua occidentis populi Ceruisiam suã maceratis humore floribus cõmendant, sapore quodã uini, Habiolam, siue Habillam Gallice uocantes, Humulũ, & Tholophin Germani. Ego Lupum salictariũ a Plinio dictam censeo. subit enim, scanditq; salices, &
a plinio. lib. 21. cap. 15. arbusta omnia, circũuoluendo se complectitur. In Flaminia quoq; Lupus reptitius uulgari nomine uocatur hodie. Herbarũ inquit sponte nascentiũ, quibus utimur in cibis, in Italia pauciss mas nouimus, Fraga, Tanum, Ruscum, Batin marinam. Batin hortensianã, quam aliqui Asparagum uocant Gallicũ: præter has Pastinacã pratensem, Lupum salictariũ: eaq; uerius oblectamenta q̃ cibos. Habetur & aliud quoddã genus, ut idem Plinius testatur, incultius Asparago, mitius Corruda, passim etiã in montibus nascens, refertis superioris Germaniæ campis. Nam quod in Neside Campaniæ insula sponte inquit oritur, optimũ existimatur.

## EX M. VERG. COMM.

VIx credat aliquis, q̃ multa in notissimo olere toto hoc capite mutata, corrupta, & addita fuerint, quæ nouisse legentes inutile penitus non fuerit. Estq; illud ante omnia sciendum, de agresti Asparago omnia hæc a Dioscoride dici. Ideoq; a principio statim Petræus, id est, in petrosis nascens dictus est: ut ea additione ab Altili, quem in hortis consitum, solæ nouerunt diuitum mensæ, discerneretur. Nec tantũ Petræus illic legitur, sed in aliquot græcis ἄγριος, id est, agrestis etiã inuenitur. Indicantq; id manifeste quæ sequũtur appellationes, Myacantha, & Orminion, quæ omnes in agresti Asparago a Plinio numerãtur. Habetq; Myacantha caussam &

Hosted by Google

originem nominis ex Ruſci appellationibus: ut in eo indicabimus. Orminion autem a nobis A
dictum eſt, quod myon in impreſſis codicibus legebatur, nulla ſignificatione: inſtauratusq; lo
cus Plinij, & aliorum auctoritate merito a nobis eſt.

## ¶ De Plantagine. CAP. CXL.

ARnogloſſon, alij Arnion uocant, alij Probation, alij Cynogloſſon, alij Heptapleuron, alij Polyneuron, Magi Eurechnemona, Aegyptij Aſonth, Romani Plantaginem, Hiſpani Theſaricam, Pœni Atijrcon. Duo eius genera. Minor, folia habet anguſtiora, minora, molliora, læuiora, & tenuiora, caule anguloſo, in terra ſeſſili, floribus pallidis, ſemine ſummis caulibus emicante. Altera maior & uirentior, latis conſtans folijs, olerum generis. Cuius caulis cubiti altitudinem petit, anguloſus, ſubruber, a medio ad uerticem tenui ſemine circumdatus. Radicibus nititur teneris, hirſutis, candidis, digitum craſſitudine æquantibus. Naſcitur in lacunoſis, ſepibus, & locis humidis. Multo utilior magna eſt. Vim habent folia exiccatoriam, conſtringentem. Quare omnibus malignis ulceribus, & fluctioni opportunis, atq; elephantícis, ſordidiſq; illita proſunt. Profluuia ſanguinis, ulcera quæ ſerpunt, epinyctidas, carbunculos, nomasq; cohibent. Vetera ulcera, & inæqualia cicatrice obducunt. Chironia ſanant. Sinus conglutinant. Morſibus canis, ambuſtis igni, inflammationibus, panis, parotidibus, ſtrumis, ægylopijs illita cum ſale proſunt. Coctum cum aceto & ſale B
olus, dyſentericis, cœliacisq; ſumptum ſubuenit. Datur & in locum Betæ, cum lenticula coctum. In leucophlecmatia, inter aridas epulas hærba decocta datur. Comitialibus, & ſuſpirioſis data proficit. Foliorum ſuccus, colluta ſubinde oris ulcera, purgat. Cum cimolia, aut ceruſa, igni ſacro medetur. Fiſtulis infuſus prodeſt. Lippitudinibus & aurium doloribus idem ſuccus inſtillatur. Additur quoq; in oculorum collyria. Gingiuis cruore ſuffuſis, & ſanguinis reiectionibus, potu confert. Clyſtere dyſentericis infunditur. Contra tabem datur in potu. Aduerſus ſtrangulationes uuluæ, in uellere ſubijcitur, etiam ſi uulua fluctione laboret. Semen ex uino potum, alui fluctiones & ſanguinis excreationes ſiſtit. Decocta radix, & manducatu, & collutione dentium dolores ſedat. Eadem cum ſolijs, ulceribus renum, & ueſicæ in paſſo datur. Ferunt treis radices cum tribus uini cyathis, & pari aquæ modo, tertianis auxiliari, & quatuor quaternis. Sunt qui radicis geſtamine, diſcutiendis ſtrumis utantur. Syrius Plantaginis & calaminthæ, cum melle produnt ijs mederi, quos uires defecerunt, datum die ſecunda, & quarta, & paraſceue, id eſt, ueneris die. Hoc autem ueluti arcanum accipito, quod ueraci experientia compertum eſt.

ἀρνόγλωσσον
ἄρνειον
κυνόγλωσσον
πολύνευρον
ἑπτάπλευρον

### BARBARI COROLL.

PLantago herba, Stelephuros, & Ortyx a Theophraſto dicitur, a Plinio Selapyros, & Ortygia. Coturnix a Theodoro uertitur, a Dacis Simpeax. Alij Thyetericem, alij Theucaricon Pli. li. 25. ca. 8.

Hosted by Google

C appellant, a noſtris qtandoq; Septineruia. Quamq; Heptaneuron alia uidetur herba q; Plantago, id quod ex emplaſtro quodam aduerſus collectiones, cui nomen eſt Botanicon, aperte liquet: quippe in quod tres quærãtur herbæ: Plantago ternis uncijs, heptaneuron ſenis, leoneuron quoq; ternis. Nec quæ ſit Leoneuron intelligo. Floſculus ei lanugineus, ut frumento: particulatim erumpens, ut aphaca, & intubum. Inter ſpicatas eſt Plantago, ſed minor, nigrioribus folijs, & linguæ pecorũ ſimillimis, unde nomen apud Græcos Arnogloſſo: maior folijs laterũ modo includitur: quæ quia ſeptem ſunt, Heptapleuron nonnulli uocauere. Caulis angulatus, & ſimilis Napi. Arnogloſſon, & Arnogloſſa dicitur, a Græcis Plantago.

EX M. VERG. COMM.

QVæ a Dioſcoride numerantur tam multæ Plantaginis appellationes, una tantũ uoce a Plinio colliguntur. Siquidem 25. uolumine capite. 8. linguæ pecorum ſimilia Plantaginis folia eſſe dicens, Romana breuitate complexus omnia eſt: quæ in legentium gratiã explicanda modo a nobis ſunt. Arnogloſſos itaq; a Græcis Plantago dicta eſt, q; agninæ linguæ folia eius ſpeciem habent. ἀρνίον enim agnum, γλῶσσαν uero linguam ea gens appellat. Eandem habet rationem & cauſſam ἄρνιον, quaſi adiectiua forma agninã herbam dicas. πρόβατον itidem ab oue, quaſi ouillam. πρόβατον enim græcis ouis eſt. κυνόγλωσσος, id eſt, canina lingua, non quia quæ uere Cynogloſſa dicitur Plantago ſit, ſed non diſſimili foliorum figura. Videturq; appellatione hac minor potius, q; maior Plantago ſignificari, quæ caninæ linguæ ſimilior q; maior eſt. Dico autem Caninã linguam herbam ſic appellatam, de qua in quarto agendum erit. Heptapleuros eadem, & Polyneuros ex eadem cauſſa, ijſdem notis dicta eſt. πλευρὰ enim Græci coſtas dicunt. Et quoniã ſeptem craſſioribus fibris, quaſi coſtis in dorſo per longitudinem folia eius diſtincta ſint, ideo nomen id inuenit. Nec minus a multitudine earundem fibrarũ, quas neruos etiã uocant, Polyneuron. Factumq; poſtremũ hoc nomen ex eo eſt, quoniã non ſemper ſeptem, ſed aliquando quinq; tantũ his fibris diſtincta eſt. Eamq; ob cauſſam, quoniã non ſemper reſponderet numerus, aliqui incertã relinquentes rem, Polyneuron, quaſi multineruẽ dixerunt. Tam enim quinq; q; ſeptem multa ſunt. Variant autẽ Plantaginis fibræ pro latitudine ſolij: quod enim latiſſimũ fuerit ſeptem, quod anguſtius, quinq; plærunq; habet.

D

σίον ἀναγαλλὶσ ἢ ἴνδσ ἀρωματικὴ

## ¶ De Lauere, ſeu Sio. CAP. CXLI.

SIon, quod in aquis eſt, aliqui aquatilem Anagallida, alij Darenion, alij Lauer, alij Schinon Aromaticum uocant. In aquis inuenitur, frutice pingui, recto, folijs latis, Holuſatro ſimilibus, ſed minoribus, & odoratis. Quæ cruda coctaq;, eſu calculos rumpunt, atq; excernunt. Vrinas cient. Menſes & partus extrahũt. Dyſentericis in cibo auxiliantur. De Sio Crateias tradit, hærbam eſſe fruticis ſpecie, pauca folia ferentem, rotunda, maiora q; Mentæ, nigra, & ad Erucam accedentia.

SBARBARI COROLL.

Plí. li. 26. ca. 8.

SIum latius Apio eſt, nigrius, pinguius, copioſum ſemine. Sion ἰν ὑδάσι a Græcis uocatur, hoc eſt, Sium in aquis, ſiue aquaticũ. Hoc multi uulgo Creſionẽ dici rentur falſo, promiſcuũ & acetariũ olus, & refrigerantis naturæ: At Sium calfacientis eſt, & odoratũ. Sunt qui Lauer Plinio uocatũ, in riuis proueniens, utile torminibus coctum & conditũ, & ad calculos ueſicæ crudum pro Sio capiant. Nam & Dioſcorides hoc loco Sium ait a Romanis Lauer dici, etiãſi Lauer de ſcriptũ eſt. Sunt qui herbã, quæ ab eodem Plinio Silaus dicat, in glareoſis & riuulis naſcentẽ, Apij ſimilitudine, ueſicis perinde laudatã, pro Sio & Creſionibus intelligant. Ego in caſtigatione Pliniana uerbũ illud Silaus, adulterinũ arbitratus ſum, nec Silaus, ſed Lauer ſcribendum. Hoc aũt Lauer, ipſe pro Creſionibus accipio, nõ pro Sio, q̃d odoratũ eſt, ut cõmonui.

EX M. VERG. COMM.

NOn eſt ut uidetur dubitandum, quo loco naſcatur Sium: quale autem ſit, Anagallis indicabit: ob cuius ſimilitudinem aquatica Anagallis a quibuſdam dictum eſt: indicabit ob eandem cauſam & odoratus Iuncus. De quorũ altero actum in primo uolumine eſt, de altera non multo poſt in hoc ipſo agetur. Idem hoc Sion a Romanis Lauer dici, hic ipſe ſcriptor teſtatur. Meminit autẽ Laueris Plinius, ut credimus, lib. 26. non tamen idem Laueri in eo Sion eſt: quoniam de Sio. 22. uolumine eiuſdem numeri capite longius egerat: dixeratq; latius Apio eſſe, in aquis naſci, pluraq; alia, quæ poterunt in eo uolentes certius expendere. Nos illud tantum mo

Hosted by Google

nemus, Lauer dici Sion ob natalium similitudinem, quoniã ambobus uita in aquis sit. Quid autem Lauer Plinio dicatur, non difficile erit rem diligenter in eo contemplantibus intellexisse. Describit enim, in aquis nascentem uulgarem herbam, qua rura fere omnia cum aceto in cibis utantur. Sunt qui credãt hanc esse, quam uulgus Gresiones appellat. Quod nos ut non negamus, sic etiã non confirmamus. Quod autem testamur est, non esse Sion quod Lauer. Id enim auctore Dioscoride odoratum est, Lauer nullo odore commendatur. Qualecunq; autem Sion sit, non adeo dissimile Apio describitur. Nec est q̃ miretur aliquis, nostra ætate tantã rerum incertitudinem: cum nec quondam florente Græcorum fortuna, Sium, ut pauloante monstrauimus, a professoribus cognosceretur. Ostendunt nostræ ætatis herbarij, dissimilem huic peniculum quam illi Sion uocant, Feniculi foliis, altiore crassioreq; caule, grandi in summo umbella: nisi confertior sit feniculo, non dissimili colore, in cunctis albicante.

A

## De Sisymbrio. CAP. CXLII.

SISYMBRION, alij Serpillum uocant, alij Veneris Coronam, Romani Veneream, aut Eusteralem. In solo inculto nascitur, Mentæ hortensis similitudine, odoratius, latiore folio. Inseritur coronis. Calfaciendi uim habet. Contra stillicidia urinæ, calculosq; semen ex uino bibitur. Tormina & singultus sedat. Folia in capitis dolore, frontibus, aut temporibus illinuntur. Item contra uesparum, apiumque ictus. Vomitiones potu cohibet.

## BARBARI COROLL.

SIsymbrium, siue ut recentiores Græci, Cimbium, degenerat in Nepitam aspectu, sed odore in Mentam, ut Theophrastus existimat. Lætissimum nascitur circa piscinas, & stagna, & in puteorum parietibus. Folium in sicco nascenti angustius, q̃ quod in riguis prouenit: de quo mox agetur. Sisymbrio montes plæriq; scatent, sicut Thracia: ubi & Serpyllum, aut aquæ deferunt ex ijs auulsos ramos, seruntq;. Item Sycione ex suis montibus, & Athenis Hymetto. Sisymbrium folio tantum coronat.

Theophr. lib. 6. cap. 2.

B

## EX M. VERG. COMM.

SIsymbrium ut odore in Mentam, figura in Nepetam degeneret, præcipuam a culturæ negligentia caussam habet. Nisi enim assidua cultura coërceatur, & translatione nouos ueluti natales quot annis accipiat, in uarias plantas q̃primum diuersa sui parte degenerat. Testantur id rei rusticæ, & plantarum historiam tradentes scriptores omnes, Theophrastus q; præsertim: qui nullibi de naturæ mutationibus his egit, ut non Sisymbrij in Mentam, degenerantis exemplo usus sit: caussamq; mutationis eius in quinto de plantarum caussis longius prosecutus est: docens fieri, ut cum Sisymbrium non excoluerit olitor, nec propriam illi & necessariam culturam reddiderit, altius radices agat, actiscq; in altũ omne illuc nutrimentũ conuertat, eoq; destitutas superiores partes infirmiores fieri, & odoris acrimoniã amittere: eaq; amissa, reliqui corporis odorem infirmũ, languidumq;, & Mentæ similem fieri. Eamq; ob caussam, ne id patiat, transferri sæpius Sisymbriũ in disciplina ruris & hortorũ præcipitur. Serpilli figurã & speciem aliquam Sisymbriũ habet: ideo a quibusdam, ut hic ait, Serpillum etiam uocatũ est. Quemadmodũ in similibus fieri solet. Plinius Serpillũ ait sylueſtrem Sisymbriũ a quibusdam dici. Facit id negligentia, & rerũ ignorantia: cogitq;, cõmutatis ob similitudinẽ inuicem noibus, diuersa rerũ genera, graui periculo miscere. Veneris coronã, & herbam Veneream, ob odoris suauitatem, uerisimile est dictum quondã fuisse Sisymbrium. Amorũ enim Dea, amoribus aptas tantũ sibi exigit herbas, quibus coronata in cõmessationibus suis iuuentus, suauiore odoris oblectamento, uoluptates suas cõmendet & augeat. Et hæc de primi, aridisq; & incultis locis nascentis Sisymbrij appellationibus dicta satis sint. Quæ deinde in altero & Sij modo in aquosis nascente a Dioscoride numeratæ fuerunt, ab eodem etiã declarãtur. Ideo enim Cardamine facto a Nasturcio nomine, dictũ quondam Sisymbriũ hoc fuit, quod simile Nasturcio in gustu & sapore sit. Tantaq; est Sisymbrij huius quod Cardaminẽ dicunt, ad Sium similitudo, ut Paulus Aeginera in sexto retulerit, dicere quosdam, Cardaminẽ hanc Sium esse. Nasci hoc ijsdem locis quibus & Sium, a Dioscoride tantũ dicit, in aquosis, scilicet. Idq; genus Plinius etiã descri-

Cpisse his uerbis uidetur. Lætissimum nascitur in puteorum parietibus, & circa piscinas, & fitagria. Cum tamẽ hic aliter tradiderit, non circa, sed in aquis eodem quo Sium modo nasci. Non possunt abundantibus rebus, deficientibusq; nominibus priuatim, seorsumq; omnia citari. Generatim necesse est uocari, describiq; multa, unamq; hanc ob causam medica ubiq; materia tam parum certa est, tamq; in antiquis etiam scriptoribus multiplex, & uaria. Nos quod possumus præstamus, immensi operis huius aliquam post nos alijs partem relinquentes.

## ¶ De altero Sisymbrio. CAP. CXLIII.

καρδαμίνη

Alterum Sisymbrij genus, quod aliqui Cardaminam, alij Sion appellant. Ea herba riguis gaudet, & eisdẽ in locis quibus Sion prouenit. Quæ ideo nõnullis Cardamina nominatur, q̃ gustu Cardamũ, id est, Nasturciũ represẽtet. Folia primũ rotunda prodeunt, adulta Erucæ modo findunt̃. Id excalfacit. Vrinas mouet. Crudũ estur. Purgat lentigines, cutisq; uitia in facie, noctibus impositũ, matutinisq; detractũ.

## BARBARI COROLL.

SI Symbrium syluestre a quibusdam Thymbræum appellatum, pedalí, nõ amplius altitudine conspicitur. Huic cognomentum est Cardamine, ut Galeno placet, atq; Dioscoridi.

## ¶ De Crithmo. CAP. CXLIIII.

κρίθμον
κρίταμον

Crithmum, seu potius ut aliqui Critamon, fruticosa hærbula est, cubiti altitudinem petens. Nascitur in maritimis, & petrosis, foljs pinguibus, numerosis, albicantibus, ueluti Portulacæ, crassioribus, & longioribus, salso gustu. Flores candidi sunt, & semen ceu Rorismarini, odoratum, molle, rotundum, quod siccatum rumpitur. Habet intus semen ruffum, radices digiti crassitudine, tres, aut quatuor, grati odoris & iucundi. Radix, semen, & folia incocta uino, potu urinæ difficultati, & regio morbo auxiliantur. Menses cient. Estur crudum coctumue in olere. Seruatur etiam in muria.

## BARBARI COROLL.

Plí. li. 21. ca. 27.

Crethmon, Batis latine dicitur: q̃q̃ Batis duplex, marina, & hortensiana: quã aliqui Asparagum uocãt gallicum. Liguria Baticulam hodie quoq; appellat. Caulis ei palmũ altus Plinio, cubitalis Dioscoridi. Semen feruens, nucleo interiore, qui ut in Rosmarino Cachrys uocetur. De marina potius q̃ de hortensiana, sine quod idem est, satiua loquitur Plinius, quotiens Crethmon nominat. Proinde alio loco de Bati medicinis, alio de Crethmo differit. Satiuam Batin, & olus Chordum a Columella dictam inuenio. Hanc quia serotinum fit olus, quo modo & Fœnum Chordum, pro eo quod secũdariũ est, & augusto mense uellitur, autumalecq; uocatur. Sed & pecus Chordum, & Chordũ suem dicimus, ut Græci Opsigonon. Nam Metachœron uitiatus in utero partus fuillus uocatur Aristoteli. Hãc rustica Hecale apud Callimachũ notat̃ appositse. Hippocrates Aethiopicã Batin cõmendat. Est & Batis, siue Batos, inter pisces, quẽ admodũ & Boris. Q̃ q̃ sunt qui Botin, pro herba potius q̃ pro pisce capiant. ut Athenæus inquit. Batin, atq; Baton nostri Raiam appellant. Nam quod Græci Rhinam, ipsi Squatinã uocamus, cuius aridã cutem Hippocrates Ichthyen noĩat. Quam q̃ & instrumentũ medicinale, quo partus ex utero præcidit, Ichthya dici solet. Raiam certe Theodorus pro Batracho, siue Rana quãdoq; uertit: nisi alterutra lingua librarius errauerit. Batis porro piscis in tria genera dirimitur, Baton, Hobaton, & Asterianbatin: & ex Squatina & Raia, natus Rhinobatos.

## EX M. VERG. COMM.

QVam Græci Crithmon, a figura seminis, ut credimus dixerunt, Plinius, & alij ubiq; Batim, Columella nunc Batim, nunc olus Chordum, q̃ sero & appropinquante uindemia condiatur, appellat: ad mare primũ, & in littorum petris, quoniã priora satiuis sunt syluestria, & per se nascentia, inuentũ: mox in hortis ubiq;, ad quotidianos usus consitã herbam: quam ditiorũ, & plæbis, mensæ pariter nouerunt. Eam hic paulominus q̃ cubitali altitudine in

caulem creſcere ait: cæteri palmum erigi a terra tantum dixerunt. Quod in Italia, præſertimq; in Hortenſi uerius uidetur. Non ideo tamen arguendus Dioſcorides. Nulla enim in his certa naturæ lex & menſura eſt. Refertq; magnopere in huiuſcemodi rerum hiſtoria, quibus locis ali quid cõmẽtetur aliquis: credimuſq; nos quod hic ait, cubitali fere altitudine eſſe Batim, ſic accipiendum eſſe, ut maxima omnibus locis hęc eius menſura ſit, nec altiorem cubito Batim alicubi inueniri. Eſtq; legitimus hic, et ob naturæ uarietatem neceſſarius metiendi omnia modus: ut præfinito altero extremo, nec ultra, nec citra id aliquid fieri intelligatur. A

## De Coronopo. CAP. CXLV.

Coronopus, aliquibus Ammonos, aliis Aſtrion, Pœnis Atirſitte, Romanis Cicatrix, aliis Stilago, aliis Sanguinaria dicitur. Oblonga hærbula eſt per terram repens, fiſſis foliis. Coquitur in olere. Radicem habet tenuem, adſtringentem, quæ in cibo cœliacis facit. Prouenit in ſemitis, iuxta domicilia, & locis incultis. κορωνόπους.

## BARBARI COROLL.

Coronopus, hoc eſt, Pes cornicis, inter aculeatas a Theophraſto ponitur, ſpõteq; naſcentes. Interim & ſeritur, medicinæ ad uſum, Silago, aut Stilago dicitur a noſtris, a Græcis etiam Coronopodion. ut Galeno. Sunt Arabes qui hanc Coruinum uocent. Nec prohibeo, dũ res conſtet, quibus cuiq; libet uocibus utar: illud monendi ſunt, herbam, quæ mõ Pes coruinus ab officinis & herbicidis appellatur, non tam Coronopoda uideri, q̃ Ranunculi genus, q̃d Polyanthemon cognominatur: quandoquidem aculeata & oblonga eſſe Coronopus herba traditur, & aluinis prodeſſe: Coruinus aũt pes, auis eius, & Ranunculi ſimilitudine conſpicitur, plurimis foliorum diuiſuris, cuius uel tactu ſolo puſtulæ, ambuſti modo corporibus attollunt, flore aureo, copioſoq;: quibus notis, Ranunculum Polyanthemon uocatum coniiciunt.

## EX M. VERG. COMM.

Scripſit de Coronopode hac iampridẽ multa Leonicenus, uir noſtra ætate dignus, cui multum deferant bonarum literarum cupidi, in cõmentariolo eo quod de Plinij erratis aliquot edidit. Conatuſque inter cætera eſt, quam hic romana appellatione Coronopodis Caſſatricem eſſe dicit, oſtendere ab Apuleio Galli crus dictam fuiſſe: & ex Galli crure ab imperitis græcorũ librarijs Caciatricem in hoc ſcriptore factam eſſe. Quod ſi confirmare ego auſim, uaticinari magis q̃ cenſere me credam. Nulla enim eius uocis ueſtigia in hac ſuperſunt. Nec coniectura aliqua in ea ſe offert, qua quod ignoratur & latet in lucem trahi poſſit. Illud potius admittendũ, quoniam græci a Cornicis pede eam uocauerunt, ueriſimile eſſe, latinos a Galli crure congruentibus aliis notis, ob ſimilitudinem, nomen illi feciſſe: quemadmodũ ab aliquibus etiã, non cornicis, ſed Coruinus pes hęc ipſa nominatur. Idem præterea eandem a Plinio ait lib. 24. Gramen aculeatũ appellari. De quo dubitandum nulli eſſet, ſi hic aut aculeatã dixiſſet Coronopodem, aut q̃d aculeos indicaret aliq̃d illi adiecisſet. Quam ob cauſſam, nõ ſine ratiõe ſubſiſtet in Plinio aliqs, audiens inſ aculeatas lib. 21. & ſecũdo Coronopoda ab eo numerari. Nec nos Plinium arguimus, ſed uarietatẽ hiſtorię demiramur: dubitamuſq;, poſſe eam notã Dioſc. deeſſe. Theophraſtus lib. 8. de ea tradidit humi cauleſcere, quod hic ait per terram ſterni: numeratq; inter aculeatas, & ſponte naſcentes. Vulgaris & ubiq; fere naſcens herba hæc eſt. B

## De Cicerbita, ſeu Soncho. CAP. CXLVI.

Sonchon aſperum, aliqui Cichorium uocant, Romani Cicerbitam aſperam. Aphri Gathonem. Huius duo genera. Syluestrior magis ſpinis horret. Alter teneritate quadam molleſcit, cibis expetitus, angulo ſo caule, interdum rubicãte, foliis in ambitu per interualla diſſectis. Vtriuſq; uis refrigerat. Modice adſtringit. Vnde æſtuanti ſtomacho, et inflammationibus illiti proſunt. Succus eorũ ſtomachi roſiones ſorbitione mitigat. Lac elicit. In uellere appoſitus, ſedis ac uuluæ collectionibus opitulatur. Tam hærba q̃ radix illita, uibratis a ſcorpione ictibus ſubuenit. Alter Sonchus tenerior, arboris inſtar, latis conſtans foliis. Eum qui ra- σόγχος

C mos habet, folia distinguunt. Sed ad eadem pollet.

BARBARI COROLL.

SOnchos, in candidum, nigrumq; diuiditur. Lactucæ similes ambo: nisi spinosi essent, caule cubitali, intus cauo. sed qui fractus copioso lacte manet. Sunt qui nigro uesci prohibeãt: quasi faciente morbos. Sonchum Hecale cum Bati supradicta Theseo, apud eundem poetam intulit, non tacendo Euclidis parasiti dicto non insulso, qui Sonchum in cœna copiosam apponenti, senarium ex Euripide poeta protulit, ubi Capaneus inquit.

μισῶ τραπέζας ὅστις ἐξορκεῖ τἄγαν.

Aculeatur postq̃ tenera esse desijt, et adulta facta Sonchos, ut Galenus inqt. Aetius hanc quandoq; Dipsacon uocauit. Dioscorides Cicerbitam a Romanis dici prodidit: quod quidem uocabulũ in Ethruria hodieq; durat. Nunc Romanum uulgus Crispinos, Venetia Lactucinos. Folia ex aceto, saleq; manduntur. Esculenta est & radix.

EX M. VERG. COMM.

EStur toto fere anno Sonchos: sed nihil autumno, quo tempore post primas pluuias nouo ortu tenerior frondet. In acetarijs nostris frequẽtius est. Eam, ut hic etiam testatur, rura nostra, & omnis Ethruria Cicerbitam uocat. Non ideo tamen credimus fuisse hoc eius antiquum nomen. Potuit enim ex non multo tempore Diosco. accreuisse, eo quo a principio diximus modo. Est ubi Crispinus, & ubi Lactucella Sonchos uocetur. Quotq; toto orbe gentes sunt, tot fere huiuscemodi herbarum appellatione audiuntur. Nihilq; in medicæ materię disciplina periculosius est, q̃ neglectis rebus, nominum tantum sollicitum esse. Nota omnibus Sonchus est. Certas enim habet notas: & si in scriptoris huius historia omissum uideatur quod pręcipuum in ea est, cuiusq; meminit Plinius, & unde Lactucella a quibusdam dicta fuit. Id autem est lactis liquor, quo fractus caulis eius manat. Potuit a Dioscoride propterea, q̃ nota uulgo Sonchus sit, ea nota relinqui. Potuit perijsse, ut perierat etiam in caulis descriptione ὑπόκενος, quod est, inanis & uacuus: quæ uox in cõmuni græcorum lectione nulla est, & ex alijs, in quibus erat, restituta a nobis fuit: præsertim monente id Plinio, qui ait, caule cubitali, anguloso, intus cauo, & qui fractus copioso lacte manet: quæ omnia manifeste Sonchus habet. Inter aculeatas herbas, sed non simpliciter a Theophrasto lib. 6. Sonchus numeratur. Aculeatur enim postq̃ induruit, & arescere cœperit. Fecerunt cęteri omnes Sonchi duo genera: appellaruntq; alij candidam, & nigram: alij asperiorem, & mitiorem: alij edendo, alij non edendo esse dixerunt, eadem rei diuisione et significatione. Vbiq; em̃ duo illa nascunt̃ gña. Solus Diosc. tertiũ genus Sonchi arborescẽtis fecit, q̊ caret Italia. Nec nos hactenus qualis ea sit, & ubi nascat̃, a q̊q̃ audiuimus.

D

## ¶ De Intubo, & Seri. CAP. CXLVII.

σέρις
κιχώριον
πικρὶς

SAtiuam Serin alij Picrida appellant, Aegyptij Agon, Romani Intubum. Duum generum est. Altera syluestris, quæ Picris, et Cichoriõ uocat̃. Altera latioribus folijs constat. Stomacho q̃ hortẽsia utilior. Quę iterũ in duas species digerit̃. Vna folio latiore ꝓdit, Lactucarũ simillima. Altera angustiore ẽ folio, & gustu amara. Vtraq; refrigerat et adstringit. Stomacho utilissima. Aluũ sistit cocta, si cũ aceto adsumat̃. Syluestres stomacho meliores. Quãdoquidẽ æstuantẽ ipsũ, et quẽ imbecillitas uexat, leniũt. Cardiacis per se, aut cum polenta utiliter illinunt̃. Podagris, et oculorum inflam̃ationibus auxilio sunt. Hærba cum radice illita, percussis a scorpione subuenit. Igni sacro cum polenta medetur. Succus cum cerusa & aceto ualet ad illitus eorum quæ refrigerationem desyderant.

BARBARI COROLL.

de intubo fr seride plinij. lib. 20. cap. 8. seris est en dibia fr cichorium. cicorea

SErin satiuam Dioscorides non describit, sed syluestrem dumtaxat. Summa ergo Intuborũ genera, Seris, & Cichorium. Seris Lactucæ simillima, Troximon a recentoribus græcis uocatur. Iterum duplex hæc. Satiua, quæ proprie dicitur Seris, minor Cichorio & uenosior. Et Syluestris, melior priore: nigra hæc & æstiua, deterior hyberna, & candidior. Cichorium, siue ut Theophrastus inquit, Cichore, nunq̃ est satiuum. A latinis Ambugia, & Intubus erraticus, in Aegypto Cichorium nomen habet. Duplicis & hoc naturę. Folio angusto, Chreston, & Pan-

Theophr. lib. 7. cap. 11. & 7.

cration, propter ſalubritatem uocatũ, folio latiore, quod Edypnoida cognominant, & Leonis dens uulgari uoce dicta creditur. Similitudo Intubis tanta cum Lactucis, ut neq; ex eodem genere dici poſſint, neque item ex alio. Hyemis quidem impatientiores ſunt q̃ Lactucæ, uiruſq; præferentes, ſed caule nõ minus grati. De Cichorio Theophraſti uerba ſubijciemus in Chondrilla: quando & illa ſpecies exiſtimatur Intubi a nonnullis. A

## EX M. VERG. COMM.

PRima oleris huius, & ampliſſima diuiſio eſt, in ſatiuũ, & erraticũ. Dico aũt Erraticum, qđ ſponte ſua natum, omni humano cultu caruit: qualia in plantis, & diſciplina ruris multa fecit natura, feniculũ, ſerpillũ, pluraq; alia: a ueteribus latinis ſic appellata, q̃ ſub nulla olitoris, aut agricolæ lege, libera uagantur & errant. Ideoq; incaſtigata, ſatiuis minus ſpecioſa ſunt. Quod manifeſte in Intybo deprehenditur: cuius a principio unum idemq; genus, hac una ratione, in duas ſtatim diſtrahitur ſpecies: quarũ diuerſæ penitus notæ ſunt. Amareſcit em̃ Erraticũ, & anguſtiore folio eſt. Satiuũ ori, & in cibo gratius, latioribuſq; foliis. Quod aũt unũ idemq; in ambobus ſeruatur, flos eſt, & q̃ flores ferunt ramuli: quos natura nobis indulſit, ut eſſet unde ſatiuum Intybũ facere uolẽtes, Erraticum cognoſceremus. Poſt primã deinde & ampliſſimã diuiſionem illam, alia rurſus, accedente maiore, diligentioreq; cultura, & hominis labore, diuiſio facta eſt: diſcretumq; ſatiuũ Intybũ in Lactucę dulcedine, foliorũq; quãtitate & figura ſimile: & q̃d minus eo ſit, & amarulenti ſaporis. Et hic cenſus Intyborũ noſtra ætate etiã eſt, uocatq; Florentinus ager Erraticũ & Amarũ primũ Intybũ illud, q̃d græci ab amaritudine Picrida nominãt: gentes aũt aliquę priuatim Cichoriũ: a multis quę habet in rãdice capillamẽtis, Radiculã. Idemq; huic nomini genus eſt, quod tranſlatum, terraq; ſępius obrutũ, candorẽ teneritudinẽq; acquirit, & maiorem amaritudinis partem amittit. Duoq; hæc genera ſunt a Dioſc. primũ numerata. Satiuum deinde illud uno Intybi nomine nunc cenſetur: etſi corrupta ab Intybo uoce, Ethruria Endiuiam paſſim appellat. In hoc & maius, et minus eſt, dulcediniſq;, et amaritudinis diſcrimen aliquod: quod ut uidetur ex una diligentia & culturę ratione euenit. Prius illud notiſſimo uerſu in Georgicis ſuis indicauit Maro, cum dixit. Et amaris Intyba fibris. Intelligens em̃ Intybũ gñis nomẽ, ut græcis Seris eſt, latinis eſſe amaritudinem, ut ad certã contraheret ſpeciẽ, addidit. Secundum illud Galenus dicens, κιχώριον ὑπὸ ῥωμαίοις λεγόμενον ἴντυβολάχανον, quod eſt. Cichorium, quod Romani olus Intybi appellant. Indicauit & Flaccus cum cecinit. me Cichorea, leueſq; Maluæ. & cætera. Eſt enim Cichorion peregrina græcis etiam uox, quæ omnia hæc Intyborum genera ſimul indicet. Etſi ab aliquibus ad primum illud & amarum Intybum cõtracta fuerit. Nihil, ut uidetur, in antiquis ſcriptoribus circa congeneris plantæ huius appellationes certum eſt. Theophraſtus lib. 8. de plantarum hiſtoria, Cichoriẽ appellat ſylueſtre illud genus, quod eodem autore ab amaritudine nomẽ inuenit. Agit em̃ de herbarum caulibus, aitq;, ὁ δὲ τοῦ κιχωρίου μέγας καὶ ἀποφύσεις ἔχων πολλάς, ἔτι δὲ γλίχρους καὶ διασπαίρετος διὸ καὶ δεσμῶ χρῶνται. Quod eſt, Cichorei autem caulis magnus eſt, multas habet ueluti brachia agnationes: lentus itidem eſt, & in frangendo contumax. Quã ob cauſſam, pro uinculis eo utuntur. Qua deſcriptione, uidetur amarũ & agreſte illud ſignificare. Idem paulo poſt Picridem hoc ipſum appellat. Sæpe etiam in deſcribenda in aliquibus latiore foliorum figura, κιχωρίωδη ea appellat, ideſt, Cichorio ſimilia, ſatiuum indicans: hoc enim latiore & lactucino folio eſt. Paulus Aegineta Romana appellatione uſus in primo, ἴντυβα totum hoc genus uocauit. In ſexto deinde ſatiuum, agreſteq;, & amarum uno eodemq; nomine Serim: in ſecundo poſtremo Serim ſatiuũ, Intybum agreſte. Plinius libro. 19. capite ſeptimo, a Lactuca digreſſus, ſatiuum eſſe Intybum his uerbis declarat. Neq; ex eodem genere poſſunt dici, neq; ex alio Intybi. Pauloq; poſt. Eſt & erraticum Intybum, quod in Aegypto Cichorium uocant. Mox iterum lib. 20. cap. 8. de erratico & ſatiuo hæc ait. Intybi quoq; non extra remedia ſunt. Erraticum apud nos quidam Ambubeiam appellauere: in Aegypto Cichorium uocãt quod ſylueſtre ſit: ſatiuum autem Serim. Columella lib. 2. cap. 18. cum docet, quomodo prata colantur, Primũ ne ſtirpes, aut ſpinas. &c. atq; alias ante hyemem, alias per autumnum exſtirpemus, ut rubos, uirgulta, iuncos: alias uellamus, ut Intyba, ac ſolſtitiales ſpinas. Qua deſcriptione, Intyba indicauit, quæ ſylueſtria ſunt. Satiua enim in pratis non inueniuntur. Idem poſtea li. 9. capite. 13. cum de educandis anſeribus agit, Serim ſatiuam appellat his uerbis. Paluſtris quoq;, ſed herbidus deſtinetur ager: atq; alia pabula conſerantur: ut uitia, trifolium, fœnũ græcum, ſed præcipue genus Intybi, quod græci appellant Serim. Poſtremo Palladius in octobri menſe ſatiuum Intybũ uocat. uerba eius ſunt. Menſe octobri ſerenda ſunt Intyba, quæ hyemi ſeruiant. &c. Ex his quæ tam multa & longiſſime repetita a nobis ſunt, colligere facile eſt, nullam in his, nec græcis, nec latinis certam, per- B

C petuaamq; appellationem esse: sed in græcis Cichorium nunc agreste, nunc satiuum Intybum indicare: Picridem semper agreste, quemadmodum Serim plærumq; satiuum. In latinis Intybum modo satiuuum, modo agreste, Ambubeiam autem agreste semper. Nec fore antiquos autores legentibus aliquid utilius, q̃ præcedente rei coniectura, contra q̃ in cæteris fit, non ex uocibus res, sed ex rebus uoces intellexisse. Solus Celsus libro.2.cap.29. de utroq; gñe agens, ad certas uoces in medicina rem contraxisse uidet: satiuumq; Intybũ, syluestre Ambubeiã appellasse. Verba eius sunt. Lẽticula, cui uel Beta, uel Intubus, uel Ambubeia. &c. alterutrũ sumi iubẽs, aut satiuũ q̃d Intybũ, aut agreste q̃d Ambubeiam uocat. Censeremq; ego: qm̃ graui periculo in medicina hæc uariant̃, satiuũ in græcis Serim, in latinis Intybũ: Agreste in græcis Picrida, aut Cichorium, in latinis Ambubeiam semper appellari; ut certa nominũ ratio, certam legentibus rem indicaret: nisi in medicæ materiæ nomenclatura audacior uideri aliq̃bus timerẽ.

## De Condrilla. CAP. CXLVIII.

κονδρίλλα

vulgo es cobi'lla

Condrilla, quam aliqui Cichorion, alij Serin appellant, caulem, flores, & folia habet Cichorio similia. Qua ex causa nonnulli syluestris Intubi speciem esse pronunciarunt. Verum tenuior tota est, in cuius ramulis gummi mastices simillimum, tuberculo fabæ inueniri solet. Quod cum myrrha tritum, & linteo appositum instar oliuæ, fœminarũ mẽses trahit. Tusa cũ radicibus tota, adiecto melle, diuiditur in pastillos, qui nitro ammisti uitiligines emaculant. Gummi, inordinatos pilos replicat. Quod item tenera radix efficit, si intincta succo acus, pilis admoueatur. Contra uiperas in uino pota proficit. Succus decoctę in uino, aut per sese potus, aluum sistit. Aliud habetur Condrillæ genus, folium ferens

D oblongum, circumrosum, humi sparsum, caulem succo madentẽ lacteo. Radice tenui, rotunda, leui, uegeta, flauescẽte, succosa. Cuius & caulis & folia concoquendi uim habent. Succus incommodos palpebrarum pilos reflectit. Nascitur in lætis, & cultis.

### BARBARI COROLL.

The.li.7.ca.7. Pli.li.21.c.15.17

Chondrilla, siue Chondrillon olus est folio Intubi, & propter amaritudinem ingustabili. Succus radici lacteus, copiosus, acer. Caulis fere pedalis, succo manans amaro. Radix Fabę similis, aliquando numerosa. Gum̃i eius proximum terræ funditur. Herbam mures agrestes a serpentibus læsi, mandunt. In Theophrasto Andryala, in Plinio Chondryala, pro Chondrylla deprauate legitur. Hanc Galenus speciem Seridis unam esse meminit. Germinat post Virgilias. Omnia Intubacea, ut Theophrastus inquit, ineunte uere, caulem, floremq; simul edunt. Cichorium foliatu, & caulibus, & ab radice, unaq; cum emersu ramusculorum flosculus emicat. In caule per partem, ut Heliotroprium usq; in autumnum. Caule magno, surculisq; brachiato pluribus, itemq; ad uinctum quoq; lentis, ut radices: quarum prolixitate contumaciter emoritur. Fert & siliquam, siue folliculũ, et in ea semen per extrema caulium. Intubam auem plęriq; falso intelligunt amari iecoris, non herbam, in Virgilij uersu primo Georgicorum,

Et amaris Intuba fibris.

Quo doctissimus Poeta, ad genus illud Intubi uidetur alludere, quod Picris appellatur. Aetius Picrida pro Cichorio syluestri, quod & Serin dici uult, accępit. Iulius Pollux autor est, appellatione Cichorij ueteribus syluestria olera uenisse dumtaxat: quæ & gracilia, & tenuia cognominabantur. In Ouidio ad cutem probari Seram legimus illo uersu.

Et simul instantis corpora finge Seræ.

Quod autem id genus sit fruticis, non ausim decernere: nisi q̃s ab eo Serã, pro Seride uocatam credat. Nã & Chondrilla, quæ itẽ Seris est, ad illũ usum, ut Diosc. hac parte docet, adhibebat̃.

### EX. M. VERG. COMM.

Intybis congenerem esse Condrillam, argumẽto est ueterum omnium de ea historia, q̃ ab Intybis statim de Condrilla agentes, eam illis coniunxerunt: deincepsq; descripserunt quã natura coniunxerat, & simul docendam esse ob similitudinem monuerat. Plura cęteri omnes q̃ hic de

ea docuerunt: caule pedali, & amariſſimo totam ſapore eſſe: radicem habere numeroſam: gum mi illud proximum terræ in ea inueniri, & candidum conſpici florem: multaq; alia: quæ quoniam in Corollario ſuo a Barbaro collecta fuerunt, a nobis relinquuntur. Adijciemus hoc ſolum, tantam eſſe illi cum Ambubeia, quam diximus agreſte Intybum, ſimilitudinem, ut ſæpe legentes in campis fallat. Naſcitur, ut hic etiam ait, pingui & lutoſo ſolo: quem habitū una uoce γεώδιον χωρίον felicissime Dioſcorides indicauit. γεώδη enim χωρία in re ruſtica ueteres dixerunt eas agrorum partes, quæ nullos habent terræ mixtos lapides, ſed ſolam terræ profunditatem: ob quam cauſſam, non dilabentibus per lapidum interualla aquis, lutuoſus ager & pinguis fit. Idq; una τοῦ γεώδους uoce Dioſcorides monſtrauit. Sit autem hoc, an ſecus quod Barbarus uertit, naſci in terroſis, aliorum iudicium ſit. Nos rem primum, mox uocis rationem ſecuti, & pinguibus lutuoſiſq; locis naſci eam diximus. A

## ¶ De Cucurbita. CAP. CXLIX.

CVcurbita eſui apta. Cruda illitu tumores & abſceſſus mitigat. Ramenta eius infantibus contra cāpitis ardorem, quam ſyriaſin uocant, in ſincipite illinuntur. Oculorum inflammationes, podagraſque refrigerant. Succus e ramentis tuſis per ſe, aut cum roſaceo infuſus, aurium doloribus auxiliatur. Aduſtiones cutis illitu adiuuat. Totius feruefactæ & expreſſæ ſuccus, cum melle exiguo & nitro potus, aluum leniter reſoluit. Vinum in cucurbitam recentem excauatam infuſum, ſi miſtum ſub diuo teneatur, potu aluum leuigabit. κολόκυνθα

## BARBARI COROLL.

CVcurbitam ſatiuam Colocynthen græci uocant. Syluestrem, Colocynthida. Erumpit ſatiua, poſt quintum, ſextum, ſeptimumue diem. Cucurbitæ multa genera. Satiuum, & Colocynthis, ut prædiximus. Tertium Somphos cognominata: quia ſit inanis, digitali craſſitudine, non niſi in ſaxoſis naſcens. Cucurbitam marinam nonnulli putant. Satiuæ faſtigia duo. Prima, Camerarium in tecta ſcandens, leni umbra teſtudines & pergulas operiens. Plebeium humi reptat flagellis. In priore, mire tenui pediculo libratur pōdus īmobile: auræ. Creſcit qua cogitur forma in uaginas uitiles coniecta, poſtq; defloruit: plerumq; & draconis intorti figura: libertate uero penſili conceſſa, iam uiſa eſt nouem pedum longitudinis. Cortex uiridi tener deratur cibis, quemadmodū & primus quoq; caulis. Ipſæ quo longiores tenuioreſq; ſunt, eo gratiores, & ob id ſalubriores, quæ pendendo creuere, minimumq; ſemin is tales habent. Chryſippus unus omnium damnabat eas in cibis, cum tamen adagiū illud celebre iam eſſet. κολοκυνθίδιον ὑγιεινότερον, hoc eſt, ſaniorem eſſe q̄ Cucurbita. Siccantur fumo Cucurbitę hortenſiorum ſeminibus condendis, ruſticæ ſupellectili, Alexandrinæ maxime. Iam & in balnearum uſum uenere, urceorum uice, multo etiam prius cadorum ad uina condenda. The. li. 7. ca. 4. Pli. li. 19. ca. 5. B

## EX M. VERG. COMM.

QVotidianus, ſed uulgaris uſq; dum ligneſcat, cibus Cucurbita eſt, quibus naſcitur locis omnibus pariter nota: nihil ideo longius de ea repetendum. Quod in medicina nouiſſe inutile non ſit, ex græcorum placitis, quod infantium Syriaſis ſit, breuiter dicemus. Cuius mali appellatione Romani caruerunt. Et ſi Plinius ardores capitis id lib. 20. capite. 3. appellauerit. De Syriaſi autem hac græcorum medici, præſertimq; Paulus Aegineta his uerbis docuerūt. Inflammatio partium circa cerebrum, membranaſq; eius, in infātibus Syriaſis eſt. Concauum fit in ea ſinciput. Concaui itidem cum pallore oculi. Accedit etiam totius corporis ſiccitas. Succurrit huic malo, impoſitus ſincipiti cum roſaceo uitellus oui: ſic tamen, ut continua mutatione renouetur. Oportet eodem loco etiam imponere herbæ quam Heliotropiū græci, latini Solarem dicunt, folia, cucurbitæ ramenta, cucumeris, quem Peponem uocant, adiacentem carni cutem, aut hortenſis ſolani cum roſaceo ſuccum. Græci dulcem, & quæ edendo eſt Cucurbitam fœminino genere in ſecunda declinatione κολοκύνθαν dixerunt: medicam uero & amarā, de qua ſuo loco longius agetur in quinto, & ab hac diminuta appellatione κολοκυνθίδια. Eſt & illud animaduertendum, in dulci Cucurbita ex duplici genere duplex etiam nomen eſſe. Rotundæ, & in globum tumenti, q̄ Cucumeri ſimilis ſit σικύα. Tereti & in longitudinem extenſæ, κολοκύνθα. Latini utramq; eodem Cucurbitæ nomine appellauerunt.

## ¶ De Cucumere ſatiuo. CAP. CL.

σίκυος

SATIVVS. Cucumis aluo & ſtomacho perquã utilis habetur. Refrigerat, qui corruptionem non ſentit. Veſicæ prodeſt. Olfactu reuocat, quos animus liquerit. Semen modice urinam mouet. Cum lacte, aut paſſo, ueſicæ exulcerationibus ſubuenit. Illita cum uino folia, morſus canum ſanant, & epinyctidas cum melle.

### BARBARI COROLL.

Plin. li. 19. ca. 5. libro. 20. ca. 1. Theophraſt. lib. 7. cap. 4.

CVcumis a curuitate, ut placet Varroni, Græce Sicys, & attico more Sicyos uocat, & Sicydiõ a Phrynicho poeta, & cucumeraria Sycelata. Cucumerem Heraclides Tarentinus Hedygeon uocauit. Quinto, ſexto, ſeptimoue die emicat, ſed omnino celerius q̃ Cucurbita. Radice breui, ut Pepo. Dulciores fiunt, maceratis aqua, lacteue ſeminibus. Tres ſatiui differẽtię Theophraſto ſunt, Laconici, Scytalij, Boetij. Laconici rigantur: nõ gaudent aqua reliqui. Adiecit ijs Euthydemus quos Dracontias uocauit. Tanta porrò naturę cognatio eſt inter Cucumeres, Pepones, Melopepones, Cucurbitas, ut ſępenumero & ꝓprietates & nomina latini, græciq; cõfundant. Ipſum quoq; inſtrumentũ Cucurbitulã græci a Cucumere cognominãt, Sicyã uocando. Quanq; non deſunt q̃ Sicyam hoc intelligant, q̃d uulgo Anguriũ, et Paleſtinus Melo dicit. Athenęus certe Sicyã ueteres ꝓ Cucurbita uocare ſolitos affirmat. Atq; ita & Nicandrũ poetã uti Georgicorũ uolumine. 2. Apud Græcos certe Cucumeris appellatiõe, Pepones q̃q; ueniũt. Demetrius Ixion, Sicyos dici uoluit, ἀπὸ τοῦ σεύεσθαι καὶ κίειν. qa uenerẽ cieant: q̃d mi cõtra multi ſentiunt. De Cucumere ꝓuerbiũ Græci celebrãt illo uerſu. σίκυαν τρωγοῦσα γυνὴ τὴν χλαῖναν ὑφαίνει. ut mulier uidelicet texẽdo Cucumerẽ manducet. Fortaſſe, qm̃ textrices, ut Ariſtoteli placet, impudicę ſunt magna ex parte. Cęterũ cartilagini oĩa ea gñis ſunt, creſcũt quacũq; libeat effigie. Virides Italię Cucumeres & q̃ minimi ſunt, inquit Plinius, prouinciꝭ q̃ maximi. Citrinos, nigroſq; ꝓbant. Copioſiſſimi Aphricę, ac grandiſſimi Moeſię. Aquas ita diligunt, ut ad eas modice diſtantes, etiã diſſecti arrepant. Oleum odere mire, ita ut in hamos curuent, ne attingant. Inuenti et ſine ſeminibus ſunt, macerato uidelicet ſemine farina cuiuſdã herbę, quam Culicem appellant. Citrinos Cucumeres intelligũt, qui uulgo Citreoli a colore Citri nominant, maiores multo uulgaribus, nec ſtriati, q̃ iam & in Italia paſſim naſcunt. Particulatim floret Cucumis, ſi bi ipſe ſuperfloreſcens, et ſicciores locos parit. Candida lanugine obductus, magiſq; dũ creſcit. Seruatur in muria uſq; ad alios fere prouentus, & uiridis quoq; in ſabulo locis opacis, fœno ſicco operiente. Cucumeres in fiſtula, ut eſt apud Hippocratem, dimiſſo flore, mira longitudine, quaſi anguina ſpecie proueniũt. Quãq; anguinus Cucumis, idem uidetur eſſe qui Syluęſtris, multo infra magnitudinẽ Satiui, Erraticus, & Angueus Columellæ appellatus, a Satiuo penitus differens, uix, ut ſolo aſpectu gentilis ei appareat. Serotinũ æſtate germen, & flos, gaudetq; frigidis. Cucumim naſci præcipuum in Arabia, mox Cyrenis tradunt. Alij in Arcadia, ſimilem Heliotropio, cuius inter folia & ramos proueniret ſemen, magnitudine nucis iuglandis. Eſſe autem ad ſpeciem Scorpionis, cauda reflexa, candida: propter quod aliqui Cucumim Scorpioniũ uocarunt. Decoctionẽ Syluſtris ſparſã mures non attingũt, cicimes ea necant. Cucumis ſyluęſtris Elaterium quoq; dicitur, quemadmodum ex ipſo ſuccus. Vinum & inde fit Phthorium uocatum, ut poſt liquebit. Herbam Culicem, cuius hoc capite meminimus, a Theophraſto Conopa uocari cenſeam, nec ne, quoniam & Cynopa ſcriptum eſt maiori parte, nõ dixerim. Theodorus Canis oculum, & Canuram conuertit, quaſi Cynopa, non Canopa probauerit. Olus eſt hoc Theophraſtus inquit, primiſq; poſt æquinoctium imbribus germinat, & inter ſpicatas herbas ponitur, a Plinio quoque duobus locis dictum, ut in caſtigatione Plinia-

D

na demonſtrauimus.

## ¶ De Pepone. CAP. CLI.

πέπων

PEponis caro in cibis, urinam cit. Inflammationes oculorum illita ſedat. Ramenta eius contra aduſtionem infantium, quam Syriaſin uocant, ſincipiti imponuntur. Fronti admota, oculorum fluctiones auertunt. Succus cum ſemine, adiecta farina, ſiccatus in ſole cogitur in ſmegmata, quæ faciem repurgãt, & nitorẽ afferunt. Radix ſicca, & ex

hydromelite pota drachmæ pondere, uomitionẽ mouet. Si quisq; mode A
rate ſecundã cœnã uomere cupiat, geminis obolis ſit contẽtus. Sanat quo
q; illita cũ melle, ulcera concreta in modũ faui, quæ Cæria uocant.

BARBARI COROLL.

PEpo, a Græcis Pepon, a Theophraſto Sicyos, & Perſicyos quandoq; dictus, a Polluce Spermatias. Cucumerum generi contribuitur. Siquidem cum magnitudine exceſſere, uocantur Pepones. Particulatim floret, ut Faba. Sunt qui & Melopepones dicũtur, in Campania primum reperti, effigie mali cotonei, a quo & nomen fortuito natum ibi, mox ſemine ex illo genus factum. Non pendent hi, ſed rotundantur humi, figura & odore præſtantiſſimi, ubi maturuere. Q; & non pendentes ſtatim a pediculo recedunt. Luſitani Regis Liburnicæ inter alia meridianæ illius nauigationis miracula, Melones in Aethiopia nobiliſſimos haberi prædicãt, quorum odorem Elephantes, ſagaciſſimi olfactus animal, de longinquo ſentiant, aduolantesq;, cucumeraria tota depopulentur ac proterant. Illud propter iactatam a medicis controuerſiã præterire nolo, Auctores eſſe Græcos aliquos, qui præcipiant, poſt Pepones, Melopeponesq; uinum bibendum ijs, qui pituitoſi fuerint, biliosis uero acida edenda.

## ¶ De Lactucis. CAP. CLII.

LActucæ ſatiuæ, quibus natura refrigeratrix ineſt, ſtomacho gratæ habentur. Somnũ conciliant. Aluum emolliunt. Lac euocant. Verum decoctæ magis alunt. Stomachicis illotas eſſe prodeſt. Epotum ſemen, aſſiduas libidinum imaginationes in ſomno, compeſcit. Et Veneri refragatur. Frequentiores tamen in cibo, claritati oculorũ officiunt. Muria condiuntur. Cum in caulem exierunt, uim quandam nanciſcuntur, ſucco, aut lacti ſylueſtris Lactucæ ſimilem. B

ἐρίδας

BARBARI COROLL.

LActuca, Lactucula, & Lactecula, ſicut apud Græcos Thridax, & Thridacina dicitur, & uulgõ Myrulon, caulem primo blandum, proceſſu ſpinulis inhorrentem habet: die quarto aut quinto emergit. Suauior reciſo caule regerminat. Semen lanugine occulitur. Ex ijs candida tenerior & dulcior. Lactucæ Græci tria monſtrauere genera. Vnum lati caulis, adeo, ut olitoria ex ijs hoſtiola factitari prodiderint Theophraſtus & Plinius. Folium q; ijs paulo maius herbaceo, & anguſtiſſimum, ut alibi conſumpto incremento. Alterum rotundi caulis. Tertium a gente cognomento Laconicum, ſeſſile, folio Scolymi, rectum, amplumq;, nec brachiatum a caulibus. Alij diſtinguunt in nigras, rubentes, candidas, ratione ſatus colores uariante. Primas Ianuario, ſecundas Aprili, tertias Martio ſerentes. Quidam faſtigia quinq; faciunt. Purpureas & criſpas, utranq; Cecilianam uocantes. Tertium Cappadoces. Quartum Græcas. Longiora his folia, caulesq; lati, præterea longi & anguſti, Intubis ſimiles. Quintum genus Picris, amaritudine inſignis. Vnde nomẽ. Alij Criſpã, Fuſcam, Cappadocem, Tarteſiacam, & Cypriã, ut Columella. Cappadoci pexum, denſum, pallidũq; folium. Tarteſiacæ, ſiue Beticæ, candidũ, criſpiſſimũ. Cypriæ, ſiue Paphiæ rubicundũ ex candido, tenerrimũ ac leue. Alij diſtinxere Atram, quæ Meconis, & Meconitis dicat, a lacte papaueris ſimili, maxime ſoporifero, q̃d apud antiquos Italiæ ſolũ genus earũ fuit: & ob id Lactucis nomen inditũ. Purpuream, ſiue fuſcam, maxime radicis, quã uocant Cecilianã, a Cecilio Metello dictam. Rotundã minimæ, ſed latis folijs, Artylida nominatã, ſiue ut Græca fides habet, quæ & a mulieribus ita uocari ſcribit, Aſtylida. Et Eunuchion a Pythagora, hoc eſt, Spadoniã, quia hæc maxime refragetur Veneri. Candorẽ lacteum contingere putant arte, atq; cura, ſed ijs dumtaxat quibus ſemen album eſt. Candida Lactuca maxime hyemem tolerat. Irrepſit & ſatiuis alia, ut Plinius inquit, admodum probata, quæ Cecilia uocatur, a ſupradicta Ceciliana, quæ purpurea eſt differens, folio Cappadociæ, niſi criſpũ, latiusq; eſſet. De Caprina, & alijs agreſtibus, in Lactuca dicemus ſylueſtri, & uno eodemq; pede quemadmodũ Lactuca, Ocimũ, Apium, Eruca, & omnino genera olerum diuerſa prouenĩant, Græcus auctor Didymus, memoriæ ſcriptũ reliquit, Cyprij Lactucam Brenthiſitin uocabant. Sunt & Brenthiæ quædam radiculæ, quibus mulieres genas rubificent, quas nonnulli Fucum, aut Anchuſam interpretantur.

Theophra. libro 7. cap. 5.
Plí. li. 20. ca. 7.

C NObis in tam noto, tamq; utili olere ſuſpecta capitis huius tanta breuitas eſt. Inclinatq; animus, deſyderari poſſe in eo multa ex his quæ Plinius, Galenus, Paulus Aegineta, pluresq; alij docuerunt, præſertimq; Serapion: qui in collectis a ſcriptore hoc, abſceſſibus, & ſacris ignibus mederi hoc olus ait: quæ hominis mala in hoc ſcriptore modo nulla ſunt. Accedunt ſuſpitioni huic noſtræ etiam argumenta alia. Primum, q̃ in feminis medicina nihil hoc loco legitur, prodeſſe ſcorpionum ictibus, & Cenchri morſibus. Quorum alterum Plinius, alterum hic ipſe in extremo opere, capite de Cenchri morſu indicauerunt. Veriſimileq; eſt, ut in cæteris ab eo factum fuit, ad eius periculi remedium ex hoc olere ſemen etiam accipiendum fuiſſe. Mox quod plurali numero, non procul a fine legitur, continuũ Lactucarum cibum claritati oculorũ officere, deeſſe aliquid oſtendit. quoniã ſingulari numero ſemper antea de ſatiua Lactuca egerat: quod inconcinnũ ſimul, & hoc ſcriptore indignũ eſt: credimusq; nos, nihil dicendum huiuſcemodi ab eo fuiſſe, niſi prius aliorum ſcriptorũ exemplo, de tam multis ſatiuæ Lactucæ generibus egiſſet. Quo fit, ut ſuſpicemur deeſſe huic capiti aliquid, præſertimq; Lactucarũ cenſum, & nomenclaturã aliquam: quam negligentes in exſcribendo antiqui librarij, mutilum nobis hoc caput reliquerunt. Eamq; ob cauſſam nos locum uitij nota ſignauimus. Poterit tamen qui plura Lactucæ genera, nomina, & bonitates noſcere uoluerit, ex Columella, Plinio, alijsq; multis ea audire, & condituræ earum antiquam rationem intelligere.

## ¶ De Lactuca ſylueſtri. CAP. CLIII.

ἀγρία θρίδαξ

SYlueſtris Lactuca, quam Magi ſanguinem Titani, Zoroaſtres Phe rombion, Romani Lactucam ſylueſtrem appellant, Satiuæ ſimilis eſt, ſed longior caulis, & candidiora folia, graciliora, & aſperiora. Amaro guſtu eſt, & uiribus aliquantum papaueri ſimilis. Vnde lacteum eius ſuccum aliqui meconio permiſcuerunt. Aquam per aluum elicit, potus
D in aceto mulſo ſuccus ad duos obolos. Argema, caliginemq; repurgat. Contra aduſtiones efficaciter illinitur, cum lacte mulierum. In ſumma, ſomnum allicit. Doloris leuamentum præſtat. Menſes trahit. Contra ſcorpionum & phalangiorum ictus bibitur. Semen non aliter q̃ ſatiuæ, libidinum imaginationes in ſomno amolitur, ac Venerem arcet. Succus ad eadem ualet, ſed uiribus infirmior. Reponitur in fictili nouo lac eius, antea, ut in alijs liquaminibus moris eſt, inſolatum.

### B. BARBARI COROLL.

LActuca ſylueſtris, radice breuior, & multicaulior q̃ ſatiua eſt, ſponte naſcens in aruis, folio puſillo, & ubi conſummatum eſt, aculeato: caule candidiore, a lacte copioſiſſimo acri medicatoq;, quod carpitur per meſſes, ſcapo inciſo, præclarum ad multa. Sylueſtris Lactucæ plura genera. Eſopon, de qua hic agitur. Secundũ Caprinæ, qua piſces necantur, Marinam Cornelius appellat, de qua inter Titymallos ſermo eſt. Tertiũ in ſyluis proueniens, Iſatis uocatur. Quod & duplex eſt, Satiuum, & Syluaticũ, ut ſuo conſtabit loco. Quartum Hieracium, rotundo folio: quemadmodum poſt liquebit. Communes notæ Sylueſtrium, candor caulis, interdum cubitali longitudine. Thyrſo & foljs ſcabricia. Succus omnibus candidus.

## ¶ De Gingidio. CAP. CLIIII.

γιγγίδιον
λεπίδιον

Lepidium · minime agnoscitur

GIngidiũ aliqui Lepidion, Romani Biſacutũ, Aegyptij Doryſatrũ, Syri Adoriũ, Aphri Tiricta appellãt. In Syria & Cilicia plærũq; naſcit. Hærbula ſylueſtri Paſtinacæ ſimilis, tenuior, & amarior, radice parua, candicãte, ſubamara. Olus hoc crudũ, coctũ, cõditũue eſtur magna ſtomachi utilitate. Vrinã cit. Decoctũ ex uino potũ, ueſicæ prodeſt.

### B. BARBARI COROLL.

Pli. li. 20. ca. 15. GIngidium Syria in hortis operoſiſſima. Vnde natum eſt adagium, Multa Syrorum olera.

Hosted by Google

Simillimam Staphylino, & Scandici herbam ſerit, non differenda recentium medicorum imperitia, Gingidium pro Fumaria, ſiue Capno accipientium. A

EX M. VERG. COMM.

PEregrinũ Græciæ & Italiæ, ſi Plinio, & Dioſcoridi credimus, Gingidiũ quondã fuit. Ille in Syria, hic in Cilicia & Syria naſci & ſeri dixerũt. Quo minus mireť aliquis, ignorari noſtra ætate, quodnã olus Gingidiũ ſit. Cognouit tamen id utraq; gens: deſcripſitq; Plinius. 20. uolumine, capite quinto omnẽ eius figuram & uſum. Paulus Aegineta libro. 1. capite de oleribus poſt Ocimum, Sinapin, Naſturcium, Vrticam, multaq; alia quæ acrimoniã habent.

## ¶ De Scandice. CAP. CLV.

SCandix, quam Romani hærbam Scanariam, aut Aculam nominant, ſylueſtre olus eſt, amarum, ſubacre. Quod crudum, coctum ue manditur. Stomacho & uentri utile. Decoctum in potu, ueſicæ renibus & iocineri confert. σκάνδιξ Scandix. ign zanth

BARBARI COROLL.

SCandix olus eſt ſylueſtre, ut in Braſſica notauimus, Plauto quoq; dictum. Hanc Ariſtophanes Euripidi poẽtæ obiecit ioculariter, matrẽ eius ne olus quidem legitimũ uenditaſſe, ſed Scandicem. Vnde uerbum διασκανδικίζειν, pro eo, quod eſt, διευριπιδίζειν confictum, hoc eſt, ad imitationem Euripidis aliquid aut dicere, aut facere. Eademq; erat, ut Theophraſtus ait, Enthuſſicon, ſiue ut Athenæus & Plinius, Anthriſcon, ſi tenuiora folia, odoratioraq; haberet. Et Iaſione olus eſt ſylueſtre, repens in terra, cũ lacte multo, florem fert candidũ. Conciliũ uocant, ſingulari folio, ſed ut deſcriptio tamẽ, & quaſi rudimẽtũ multorũ in ipſo appareat. Theophraſtus auctor. Plinius, Foliũ inquit unũ habet Iaſione, ſed ita implicatũ, ut plura uideant. Huius flos, ut Theophraſti uerbis utar, conceptaculo auerſa parte nõ indiget, ſed poſtrema eius exeunt in angulos, qualis fere oleagineus aſpicit. Stimulat hæc herba coitũ, lactis ubertatẽ præſtat, phthiſicis pdeſt: infantiũ illita capiti, nutrit capillũ. In Plinio tamẽ pro Iaſione, Laſſina deprauatũ erat, duobus locis. Differt Scandix a Sandice: q Scandix herba eſt, Sandix metallica. Scandix aliẽ non deſcribit, q̃ q olus eſt ſylueſtre, guſtu acri, ſubamaroq; foliis Anthriſci, ſed maioribus, & minus odoratis. In exẽplari græco Dioſcoridis, adpictã uidi Scandicem, feniculi folio fere cum corniculis, in ſumo floribus luteis, ſiue albis. Hac ipſa ſpecie in ſyluis quoq; uiſit, frutice odorato, flore candido. Paulus, Aetius, & ſi recte memini, Galenus, ſimilẽ Gingidio fecere Scandicẽ. Plí. li. 21. ca. 15. B

EX M. VERG. COMM.

HAec eſt Scandix illa quæ toties Athenis in theatro plauſum & riſum excitauit: cum in Cõmœdia lepidiſſimi poẽtæ, Dicæopolis ex agro in urbem profectus, rudis homo, ab Euripide eam humiliter poẽtæ ſupplicans peteret, σκάνδικά μοι δὸς μητρόθεν δεδεσμένον. Nouerant enim omnes uulgare & uile olus: meminerantq; poẽtæ, illius matrem quotidie in urbem uenientem, uendito eo olere, filium in ſumma paupertate theatro & ſpectaculis educaſſe. Nec antiquę hominis paupertati illudentes, ſed ad uirtutem in anguſta re ſtudium & occaſionem admirantes, totis ſubſellijs audito uerſiculo illo exultabant. Nota tunc omnibus Scandix erat, uulgare & ſponte ſua naſcens, locis plærunq; incultis olus, plæbis cibus, & quotidianum pulmentum & acetariũ, quo ad ſanitatẽ magis q̃ quæſitis toto mari & orbe obſonijs proficerent. Vires em̃ illi ſunt ſiccandi in extremo ordine, calefaciendi uero in ſecũdo, aut incipiente tertio. Sed quod utiliſſimum in ea eſt, urinam ciere, & renes egregie laxare, teſtati ueteres Græci ſunt: utiturq; ad eas difficultates ſæpiſſime Paulus Aegineta: iubetq; in primo, ſi non iuſtẽ quotidie purgetur aliquis, Scandice, Apio, Aſparago, ſimilibusq; alijs ſollicitandam eſſe urinam. Plinius etiam 22. capite eiuſdem numeri, multis Scandicem proſequitur laudibus: peculiaremq; illi laudem tribuit, q̃ uenere fatigato corpori ſuccurrit, marceſcentesq; ſenio iam coitus excitat. Quo magis mirũ, in tanta morũ ruina & labe, in nullo honore eſſe herbã, neq; ab Herbarijs noſtris cognoſci. Græci nunc etiã Scandicem appellãt, nihilq; in eorũ gente notius, ſed non congruentẽ antiquorũ notis oſtendũt. Quã em̃ illi Scandicẽ modo appellãt, latiore, & quaſi Betę folio eſt. Antiquiores aũt, ut in re nota fit, nullas eius certas notas tradiderũt. Verũtamen, ut ex multis conijcere licet, tenui, & q̃ſi capillato folio eſt. Plinius li. 21. cap. 15. inter ſponte naſcentes numerauit: coniũxitq; illi, ut ueriſimile eſt, cõgeneres plures alias, quę oẽs tenui folio & capillaceo ſunt: p̃ſertimq; Caucalim, & Tragopogona: q̃ a capillamẽtis, q̃ pro foliis habet, Coma dicta a Græcis eſt. Ob quã cauſam non ab re penitus fuerit, ſimilem in foliorũ figura illis credere.

Hosted by Google

## ¶ De Gallinaceo pede, seu Caucalide. CAP. CLVI.

καυκαλὶς

CAucalis, quam alij Caucum, alij sylueſtre Daucum, alij Myitin, Democritus Brion, Romani Pedem gallinaceum, aut Pedem pulli, Aegyptij Seſelin uocant, cauliculo eſt dodrantali, aut maiore, hirſuto, foliis Apio ſimilibus, feniculi modo per extrema multifidis, hiſpidiſq́, candida in cacumine umbella, ſuauiter olente. Crudum, coctumue olus eſtur. Vrinam mouet.

### BARBARI COROLL.

CAucalis, olus eſt flore candido. Sylueſtris Daucus, ut Galenus inquit, a pluribus uocata, propter ſimilitudinem & guſtus & uirium.

### EX M. VERG. COMM.

GEnus herbarū lib. 8. de Plantarū hiſtoria facit Theophraſtus, quod ἀφουρᾶιον uocat, id eſt, in aruis ſponte ſua naſcēs: ſtatimq́ in eo Caucalidem hanc numerat, nullis alijs adiectis notis. Nec parū, ſi quis rem iuſte æſtimet, fuerit, tam certe, a tam graui auctore, Caucalidis natale ſolum, & ubi quærenda ſit, audiſſe. Id enim additū his quæ hic ſcriptor, Galenus, & alij tradiderunt, facillimā eius inuentionē nobis efficiet. Nota em̄ omnibus Apij folia, quibus ſimilia Caucalis ſua habet. Altitudinē deinde, hirſutam lanuginē, in ſummo inciſa folia, & candidi floris umbellā oculus deprehendet: inueniet q́ Dauco tam ſimilem herbam, ut aut ſylueſtris Daucus ſit, aut rudimentū naturæ Daucum facere condiſcentis. Qualis aūt Daucus uterq́ ſit, in eo certius cognoſcetur. Nullibi non Caucalis naſcit: præſertim q́ in noualibus, anteq́ noua aratione renouent. Galenus Dauco Caucalidem ſapore & uiribus ſimilem ait. Hic tamen, ex ſimilitudine figuræ, ab aliquibus agreſtem Daucum potius appellari ait. Habet em̄ & hæc, & Daucus folia inciſuris diuiſa. Habent ambo etiā candidi floris umbellā. Dico autē umbellam græcorū exemplo, qui σκιάδιον ab umbra appellant, in aliquibus plantis floris ueluti pedamentū, in plures
D diuiſum longiores pediculos, qui ſinguli florem ſuſtinent, & in orbem circumactum. Qua floris figura feniculum, aniſum, ſambucus, pluraq́ alia ſunt. Quod quoniā umbellæ, qua ſolem a uultu mulieres arcent, forma eſt, ob latitudinem circinationēq́ ſuam, ideo Græci primū eam floris formā σκιάδιον, mox Græcos imitati latini, Vmbellā dixerūt. Quę uox huic ſcriptori multa eſt. Caucalidis huius Nicander etiā in theriacis ſuis meminit. Retulitq́ Chriſippus antiquiſſimus ſcriptor, in ſecūdo de oleribus, habere Caucalidem in guſtu ſalſuginem aliquā: quod nec ſenſus, nec ex ueteribus alij indicant. Longe plura q́ hic in medicina Plinius Caucalidi tribuit: quæ poterunt uolentes in eo legere. 22. uolumine, eiuſdem numeri capite.

## ¶ De Eruca. CAP. CLVII.

ἴυζωμον

EVzomon, Romani Erucam uocant, Aegyptij Ethericem, Pœni Aſuric. Cruda Eruca uenerem largiore cibo concitat. Semen eodem effectu prodeſt. Vrinam cit. Aluo perq́ cōmodata. Semine ad condimenta utuntur, quod uti in longum tempus aſſeruetur, adiecto lacte, aut aceto, digerunt in paſtillos. Gignitur etiamnum ſylueſtris Eruca, maxime in Iberia, quæ occidentem ſpectat. Cuius ſemine pro Sinapi incolæ utuntur. Vrinam uehementius pellit, multo ſatiua acrior.

### BARBARI COROLL.

Plin. li. 19. ca. 8. & 10. li. 20. ca. 13.

ERuca, Euzomos græce dicta, quoniam cōmendet iura. Concitat hæc morantem, ut poēta inquit, Venerem, frigorum contemptrix. Idcirco iungitur Lactucę in cibis, ut contrarię duarum naturæ temperamentum afferant. Nemo ignorat florem Erucæ candidum, multas in folio diuiſuras eſſe.

## ¶ De Ocimo. CAP. CLVIII.

ὤκιμον

OCimum uulgo cognitum. Id copioſiore cibo oculorum aciem hebetat. Aluum mollit. Spiritum mouet. Vrinam pellit. Lac euo-

cat. Aegre tamen conficitur. Illitum cum polline polentæ, aceto & roſaceo, pulmonum inflammationibus auxilio eſt. Draconis marini, & ſcorpionis ictibus per ſe prodeſt, & cum uino Chio oculorũ doloribus. Succus, uiſus caliginem abſtergit. Deſtillationes exiccat. Semen potũ conuenit inſanientibus, difficili urinæ, inflatiſq;. Naribus hauſtum, ſubinde mouet ſternutamenta. Quod idem hærba efficit. Sed oculos premi neceſſum eſt, cum ſternutamentum urget. Sunt qui in cibis abdicandum cenſeant. Quandoquidem manducatum, & in ſole poſitum, uermiculos gignat. Aphri autem adjiciunt, ſi feriantur a ſcorpione, qui Ocimum ederit, nullo conflictari dolore. A

## BARBARI COROLL.

OCimum prorumpit e terra celerrime, floret particulatim, contra q̃ olus: cæterum, primo parte inferiore, demum ſuperiore: quo fit ut diutius quoq; floreat. Quemadmodum Faba, & Heliotropium. Radix una deſcendit in altitudinem craſſa, & admodum lignoſa. Cæteræ a lateribus exiles ac prolixæ. Semini cortex obducitur. Vni Ocimo aqua datur meridie: cum cætera matutinis rigentur. Feruenti quoq; aqua ſparſum, maturius prouenire dicitur. Sub canem exalbeſcit. Differre uidetur Ocymum ab Ocimo, q̃ Ocymum pabuli & farraginis quoddam genus eſt uocatum: ab ocys uerbo, quod ualet cito, ut Varroni placet: ſiue ab eo quod citat aluum bubus, & ideo ijs datur, ut purgentur. Pabularium, & Catoni erat Ocymum, ſed ſiſtebat eo bubus aluum. Id erat e ſegete uiridi deſecta antecq̃ gelaret. Quãq̃ manibus carpendum, non falcula ſecandum, ut renaſcatur ocymum, Cato præcipit. Sura Manilius, aliter interpretatur, & tradit Fabæ modios decem, uitiæ duos, tantundem & Eruiliæ in iugerum: melius & auena Græca, cui non cadit ſemen, addita miſceri, & autumno Bouum cauſſa ſeri ſolitos, hoc apud antiquos Ocymum uocatum. De Ocimo ſunt, qui ſcribant capras id aſpernari, & inſaniam facere. Tritum ſi operiatur lapide, Scorpionem gigni. Manipulo eius cum cancris decem marinis, uel fluuiatilibus trito, conuenire ad eum Scorpiones a proximo omnes. In cibo pediculos facere. Capras id eſitare, alij uolunt. Habetur & ſylueſtre Ocimum, quod aliud eſt q̃ Acinos. Q̃q̃ Acinos, quemadmodum & Ocimoides a Romanis Ocimaſtrum uocari Dioſcorides exiſtimat. Illud monendi ſumus, de ſyluestri Ocimo nihil ſcripſiſſe Dioſcoridem, de Ocimoide nihil Plinium. Martialis de Ocimo ſcripſiſſe rem miram dicitur: q̃ modo purpureos, modo albos, modo roſeos flores pariat. & ſi ex eo ſemine frequenter ſatum ſit, nunc in Serpyllum, nunc in Siſymbrium abire ſolitum. Recentiores Græci, qui de Ruſtica re ſcripſerunt, Baſilicon, & Miſodulon appellant Ocimum: tantamq; cum eo fœminę diſcordiam ineſſe prædicant, ut ſi pultario ſubiectum ſit, nec mulier id ſciat, futurum, ut nunq̃ cibo manus admoliatur, priusq̃ ſubductum fuerit: ut forteſſe huc alluſerit Perſius poëta illo uerſu.

Dum ne deterius ſapiat Panutia baucis,
Cum bene diſcincto cantauerit Ocima uernæ.

Pro, excantauerit, hoc eſt, cantando excluſerit. Nam & Varro, Plautusq;, ut ait Nonius, Excantare uſurpant pro excludere. Meretriculam quandam Corinthi Ocimum uocatam legimus in comœdijs: ſicut aliam Abrotonum: quo & Themiſtocles mater fuit nomine. Q̃q̃ ſunt qui Euterpem uocatam ſcribant, & aliam Thryallidem, & aliam Siſymbrium: & aliam Meconidem, & aliam Herpyllidem, & aliam Myrrinem.

## EX M. VERG. COMM.

ESt Ocimo quemadmodũ & plærisq; alijs, in ruris & hortorũ diſciplina, eadem quæ uirtutis humanæ fortuna & ratio. Maleficio enim & iniurijs melioreſcit. Vtq; illa infortunio aliquo obruta, aut a Principibus neglecta, maleue habita, nihil ex ſuo cenſu amittit, ſed quod in ferro, metallisq; alijs fit, longo attritu ſubinde magis nitet, & ſpecioſior plerunq; emergit: Sic etiã non diſſimili ratione Aſparagus lætior in cenſus prouenit. Gaudet calcari, & atteri pede Crocus, pereundoq; lætior prouenit. Criſpum nunq̃ in hortis fiet Apium, niſi cum eſt natũ incrementũ eius, ſuperuoluto cylindro coërceat olitor. Rutã dum conſeritur, maledictis proſequuntur qui adſunt: nec aliter maiore bonitate naſci id olus antiquitas credidit. Ex hoc genere Oci-

C mum est: gaudetq; & ipsum cum obrutũ terra semen est, pauicula, uel cylindro diligenter inculcari. Nam si terrã suspensam reliquerit olitor, facillime totũ corrumpitur & perit. Quodq; uix credat aliquis, feruenti aqua conspersum, celerius etiam prouenit.

## ¶ De Orobanche. CAP. CLIX.

ὀροβάγχη

orobanche est erui angina quod eruum circumligando se enecat.

ORobanchen, alij Cynomorion appellant, a similitudine canini genitalis, Cyprij Tyrsinen, communiter Lycon. Caulicu lus est sesquipedalis, & interdum maior, subruber, hirsutus, tener, folio pingui, flore luteo, aut candicante, radice digiti crassitudine, & cum ariditate flaccescit caulis, fistulosa. Hanc inter legumina nasci constat, & ea strangulare. Vnde Orobanche sibi cognomentum usurpauit. Estur ut olus cruda, & in patinis Asparagi modo decocta. Legumentis addita, coctionem accelerare creditur.

### BARBARI COROLL.

ORobanche Cynomorion quoq; appellatur, a similitudine Canini genitalis. Enecat & Cicer, circumuoluendo se ut Eruo. Vnde nomen Orobanche. Dicitur a recenti Græcia & Osprioleon, & Leonteos botane, hoc est, Herba leonina.

### EX M. VERG. COMM.

EX maleficio nomen Orobanchę fecit antiquitas. Et quoniã fruges, legumina, Eruũq; præsertim circũligando se enecet, Erui angina dicta est. Id enim Orobanche græcis significat. Qui quoniã ea in uitæ humanæ usum aliquando ueniret, leguminũq; cocturam sæpenumero adiuuat, in damnãda eius fama, hanc saltem illi gratiã habuerunt: ut in cõmuni frugũ, leguminũq; omniũ iactura solum Eruũ strangulare crederet. Quod ut Theophrastus ait, cirris quibusdam circũligando se facit. Numerat ille primũ libro octauo de historia, mox quinto de causis plantarũ multas huiuscemodi nocentes alijs plantas: quæ aut adnascentes, aut scandentes, aut circumligantes se, alijs pestem afferunt: cõmunemq; omnibus plantis alias, alias priuatim aliquibus noxã afferentes. Qualis angina Erui hæc est: quæ cæteris quidẽ omnibus nocet, priuatim tamen & maxime Eruo notissimę frugi. Nocendi aũt caussa, infirmitas Erui est. Nocent & aliæ alijs, quas idem Theophrastus eodem loco numerauit, & nos suis locis dicemus. Hanc ipsam Erui anginã Plinius etiam lib. 22. capite ultimo, ait a similitudine canini genitalis Cynomorion ab aliquibus nominari: non mala, neq; inconcinna similitudine, si plantã contempletur aliquis: quæ a radice surgens nudo, glabro, singulariq; caule, in summo folia aliquot conferta, & inter ea emergentes habet flores simul & quasi in glomerem collecta omnia: qua forma caninum genitale in summo est crassius, & quasi galeritum. Vidimus nos Erui anginã, nec quicq̃ inter segetes & legumina per æstatem frequentius inuenitur.

D

## ¶ De Barbula hirci. CAP. CLX.

τραγοπώγον

BArbula hirci, quæ ab alijs Come uocatur, breui est caule, folijs Croci, radice longa, dulci, supina, magno super caulem calyce, e cuius summo semen nigrum dependet. Vnde nomen inditum est. Hærba esui apta est.

### BARBARI COROLL.

TRagopogon, hoc est, hirci Barba, quæ & Scandix a Plinio uocatur, nisi quod suspicor deprauata lectio est. Describitur a Theophrasto in hunc modum. Radix longa, dulcis, folium Croci longius, caule paruo, super quem calix latus, & Barbula, quæ summo uertice in cana & prolixa funditur. Nascitur in asperis, sine usu. Acetarium quidam olus hanc esse falso uolunt, quã uulgo Barbam petræ, & in Gallia Cispadana Barbulam hircinã uocent. Habetur & quæ Gerontopogon, id est, senis, siue præsbyteri Barba dicitur, Tragopogoni fere tota similis: nisi q; lacte manat, & radice amara est, non dulci. A Nicandro Geraospogon fortasse nuncupata. Sed & radice dulci carpitur Romæ. Tragopogona uocari & in Trago pisce, inuenio partẽ sub gula eius nigrantẽ, ut Athenæus auctor est. Tragos porro piscis, Exocõeto, qui & Adonis uocatur, similis describit: præter nigrũ id quod sub gula eum habere diximus.

Theophrast. lib. 7. cap. 7.

Hosted by Google

EX M. VERG. COMM. A

VNa eademq; causa est, cur Hirci barbam, & Comam Romani, Græciq; Tragopogona quondam appellauerint. Cuius si fuerit aliquis oculatus testis, nihil a ueteribus dicet aptiore imagine descriptū fuisse. Non tñ prętercp in integra ætate has notas in ea deprehendet. Quo tẽpore em̃ floret, paulocp ante descriptū calicẽ, & ex calice prodeuntẽ comosam lanuginẽ, & capillamenta ex se fundit: a qbus Coma, & Hirci barba dicta est. Eā lib. 8. de historia plantarum Theophra. aptiore pictura, et his uerbis effigiauit. Quidā uel alia innumerabilia nominãt. Inęq; & illa est quā Hirci barbam uocant. Cuius radix longa & dulcis: folia Croco similia, longiora tantum: caulis breuis, in sumo cuius ingens calix est & barba, de sumo uertice cana pendens, prolixa. Nascitur sponte sua in aruis. Sed crescit etiam altilis in hortis, aut pastinato altiusq; subacto solo. Suspensa enim terra, crassiores & altius radices agit. Non fuit hęc quondā in honore hortorū. Nos etiam meminimus in maiore precio cp nunc sit aliquando fuisse: tam nec in gustu & ganea nobis ipsis constamus. Ethruria, gensq; omnis nostra, cp in asperis & petrosis nascitur, Saxifragam, alieno illi assignato nomine, ubicq; uocat: nihilq; hyeme notius, & ad acetaria paratius, præsertim radice, quę una in hac planta ob dulcedinem suam non ingratū habet usum. Quod animaduertat aliquis in ea est, dicere Plinium in asperis nasci sine usu. Sed congruentibus alijs notis, non multifacienda est saporū per tempora gratiæ uarietas, & inconstantia.

## De Ornithogalo. CAP. CLXI.

ὀρνιθόγαλον

ORnithogalum cauliculus est tener, candicans, tenuis, sesquipedalis, tribus aut quatuor in cacumine mollibus agnatis, a quibus flores prodeunt, foris hærbacei, & cum hiantes se pandunt lactei uisuntur. Inter quos dissectum ut milio capitulum emicat. Coquitur cum pane ut Melanthium. Radix bulbosa, cruda & cocta manditur.

BARBARI COROLL.

B

ORnithogale, siue Ornithogalon, caulem habet semipedalem Plinio, Dioscoridi duū palmorum. Coquitur in pulte.

## De Tuberibus. CAP. CLXII.

ὕδνον

TVbera rotundæ radices sunt, sine caule, sine foliis, flauescentes. Vere fodiuntur. Cruda & cocta eduntur.

BARBARI COROLL.

Pli. li. 19. ca. 23.

TVber Græce Hydnon a Galeno dicitur. Quidā a tumore legunt Oednon. A Theophrasto describitur, carens medulla, neruis, uena, cortice. Hoc & Aschion ab eodem autore nominatur. Sunt & alia sine folio, aut herba, aut caule supra terram pluscula, cibo idonea, in Aegypto maxime, ut Aracidna, & quod Araco simile uocatur a Theophrasto. Plinius Aracos appellat fructum. Duo hęc pariunt sub terra, non minorem superno: cuius pars carnosa radicem mittit altam atcq; crassam, simplicem, cæteras uero quibus insidet fructus, graciles atcq; multas, & summo cespite cohærentes agit: nec folium, nec herba ulla, aut quicq; aliud supra terram cernitur. Loca modice arenosa diligunt. Quia porro geminum et utracq; parte fructū ferunt, Amphicarpa cognominantur. *

EX M. VERG. COMM.

NIhil quod medicinā augeat, aut instruat Tuberibus Dioscoridis tribuit. Terrestri tñ substātia cõcerni, & constare ueteres aliqui dixerunt, & extenuandi aliquam habere potestatem. Credidit antiquitas, cognationem illis aliquam cum cœlo esse, nec nisi tonante Ioue nasci. Quod in Satyra Aquinas poeta monuit dicens. Et facient optata tonitrua eœnas Maiores. &c.

## De Smilace. CAP. CLXIII.

σμίλαξ κόβια

HOrtensia Smilax frutex, cuius semen a nonnullis Lobia uocatur. Folia habet Hederę, molliora tamen, tenues caules, & capriolos uicinis fruticibus circumuolutos, qui tantum adolescunt, ut topiarum quoddam tabernaculum effingere uideantur. Fructum fœni-græci profert longiorem, & corpulentum, in quo semina renum simi-

Digitized by Google

Clia, sed inæquali colore recluduntur, quæ quadam ex parte fulueſcunt. Fructus cum ſemine in oleribus Aſparagi modo manditur. Vrinam ci et, & tumultuoſa ſomnia facit.

BARBARI COROLL.

SMilax cepea, ideſt, hortenſiana, non eadem uidetur eſſe cum ea, quæ læuis a Dioſcoride. 4. libro cognominata eſt. Recentiores cum Aetio Phaſeolum a Dioſcoride hoc loco intelligi ſcripſerunt, utiq; non candidum, ſed rubentem, qui & Lobos & Dolichos dicatur, & latine Siliqua. Etẽ duo eſſe Phaſeolorũ genera, Paulus Aegineta in compoſitione quadam ad Renum uitia, quę διαστιγων uocatur, indicat, Phaſeolos in eam quærendo candidos: quaſi ſint etiam non candidi. Quanq; eſt ubi Plinius Siliquam ſylueſtrem dicendo, ſatiuam quoq; fieri poſſe aſſi quam intelligat, de quo in Smilace tractet latius. Porro Theodorus cognomento Priſcianus, quanq; recentiuſculus, Phaſeolo inquit uirtutem eam tribuunt, ut & uentrem ſoluat, & urinã moueat. Dioſcorides Phaſeolos aluum, Lobia, ſiue Smilacem urinas ciere uoluit.

EX M. VERG. COMM.

CRedidit Barbarus, nominis ſimilitudine perſuaſus, quoniam Phaſeli alterum genus Lobon græci uocent, & hic Lobia, Smilacem hanc a quibuſdam uocari, ait legumen illud hoc loco indicari: quoniam & id capreolos, ſeu clauiculas aliquas, quibus nitatur & implicet ſe, habet: & in utroq; Phaſeolo, renibus ſimilia ſemina ſunt, & in rubente hoc amplius idem color. Nobis tamẽ parum ueriſimile uidetur, ad eam altitudinem & frondium copiam eſſe legumen aliquod augeri, ut ſcenas & tabernacula ueſtiens inumbret. Id enim σκηνοποιεῖσθαι græcis, et huic ſcriptori ſignificat. Sunt autem græcis σκηναί, id eſt, Scenæ quæcunq; in caſtris, aliiſue locis ex frondibus, culmis, pellibus, tabuliſq; temporaria domicilia fiunt: quales ad umbram in hortis aliquando etiam eriguntur. Antiquiores latini Attegias uno nomine cuncta hæc dixerunt. Sic Iuuenalis, Dirue maiorum attegias. &c. Quinetiam antiqui hębrearum literarum interpretes, eius gentis tabernacula Attegias interpretati ſunt. Barbarus opus topiarium hoc dixit, non ſatis, ut nobis uidetur, ad exprimendum uocis illius & uerbi captum.

## De Medica. CAP. CLXIIII.

μηδικὴ

MEDICA cum recenter prodijt, folijs & caule trifolio pateſi ſimilis eſt. Procedens uero folia contrahit, caules edens trifolij, in quibus ſemen lentis magnitudine dependet. Quod in corniculа incuruatur. Id ſiccatum iucundi ſaporis gratia, conditaneo ſali ammiſcetur. Viride ſemen quibus refrigeratione opus eſt, illitu ſuffragat. Hærba tota pro gramine utuntur, qui pecora alunt.

BARBARI COROLL.

MEdica nominationẽ unde inuenerit, teſtatur ipſo nomine: cęq; imperitia uulgi Melica uocari cęperit. Theophraſtus perire ſtercoratam putauit, aut minctu pecoris incumbentis reſperſam. Per bella Perſarum, quæ Darius intulit Græciæ, aduecta ſcribitur. Differt ab ea quæ Medion uocatur, ut ſuo loco indicabimus. Medica ſeritur iactato ſemine, ita ut pabulum, & frumentũ, tanta dote, ut uno ſatu plus triceñis annis durare credat. Similis eſt Trifolio, caule foliiſq; ſemper uirens, ut Dionyſius eſt autor. Item geniculata. Quicquid in caule aſſurgit, in folia cõtrahitur. Sexies refloreſcit: cum minimum, quater, modo non ſecetur. Areſcit ſurculoſa. Poſtremo in puluerem inutilem extenuatur. Pabularium omnium cõmendatiſſima. Hac quondam plena erat Venetia, ſed pridem perijt. Nunc in eandem prouinciam reuerti eam, quaſi poſliminio curauimus, ab annis multis fere non uiſam in Italia, ſed ne intellectam quidem magnopere qualis eſſet, allatam ex Africa in Campaniã. Semen eius, ſub dente Phaſeoli recentis ſaporem pręſentat. Propter altitudinem radicum eius reliquę herbę intereunt, ſine ipſius damno.

## De Aphaca. CAP. CLXV.

ἄφακα

APhaca in aruis naſcitur, altior lenticula, tenuioribus folijs. Siliquas maiores fert, in quibus terna quaternaue ſemina, lente minora, continentur. Quę adſtringendi uim habent. Quare torrefacta,

Hosted by Google

ſtomachi aluiq; fluctiones ſiſtunt, ſi freſa lentis more decoquantur. A

## BARBARI COROLL.

APhaca differt ab Aphia, quæ olus item eſt, ut Aphaca, florem edens cum germine. Differt & ab Apharca, quæ arbor eſt Vnedoni ſimilis, ut diximus. Aphacam Theophraſtus modo leguminum generi, modo inter olera connumerat. Et ut uerum fatear, idem, an diuerſum genus ſit, fere ambigo. Olus inquit eſt Aphaca, imbribus ab Aequinoctio primis germinans, per partes florendo, amaritudine inguſtabili, aculeata herba, uerum ex mitioribus properat flos eius. Sed breui marceſcit, & in lanuginem pappum uocatam ſoluitur: deinde alius ſubnaſcitur, atq; iterum alius hyeme tota, & uere uſq; in æſtatē: qui & luteus fit. Forma ſiliquis Aphacę latiuſcula ut Lenti: celeriter perit, ut Dolichos. Necatur a Securidaca. Semen præter alias differentias magnitudinis eſt, q̄ Lentis. Inuenio e recentioribus, qui uitiam eſſe Aphacem exiſtiment. Theophra. libro 7. cap. 7.

## EX. M. VERG. COMM.

DE Aphace Plinius lib. 27. cap. 5. nihil non ab hoc ſcriptore dictum, ijſdem, totidemq; reddidit uerbis. Aphace tenuia admodū folia habet: puſillo altior Lenticula eſt. Siliquas maiores fert, in quibus terna, aut quaterna ſemina ſunt, nigriora, & minora Lēticula. Naſcitur in aruis. Natura ei ad ſpiſſandum efficacior q̄ Lenti. Reliquo uſu eoſdem effectus habet. Stomachi, aluiq; fluctiones ſiſtit ſemen decoctum. Et hæc Plinius. Barbarus poſt eū in Corollario ſuo, quę cunq; in Theophraſto lib. 8. de plantarum hiſtoria de Aphace leguntur, totidem uerbis pariter reddidit. Sic nihil fere quod adjiciamus relictum nobis eſt, niſi quę diuerſis locis ab eodē Theophraſto dicta ſunt, breuiter collegerimus: haud ſane, quia collectis his digito legentibus Aphacē oſtēdere cogitemus, ſed q̄ coaceruatis in unum tot notis, facilior poterit alicui rei nobis incognitæ coniectura eſſe: & quod ſe nobis non obtulit, alij ſe offerre. Diximus non multo ante, cum de agreſti Lactuca ageremus, quale herbarū genus eſſet quod Theophraſtus ἀφρυραῖον nominauit. Ex eodem genere, eodem autore Aphace eſt: idq; hic ipſe etiam teſtatur in aruis naſci dicens. Nullam itaq; in ruris, hortorumue cura culturam Aphace habet: quærendaq; in aruis eſt quo tempore inculta ceſſant. Retulit idem, non admitti in cibos Aphacem, ob amaritudinē ſuam, ſimilia agreſti Cichorio folia habere. Primam appetente uere florere, citiſſimeq; ſeneſcere, florem in lanuginoſos pappos reſolui, pluraq; alia in ea fieri: quæ omnia a Barbaro colleēta, relinquenda a nobis ſunt. Ex quibus non facile ratiocinetur aliquis, uitiam notiſſimam omnibus frugem eſſe: & ſi congener, aut ſimilis illi ſit, ſylueſtrem omnino exiſtimandam eſſe. B

## ¶ De Porro capitato. CAP. CLXVI.

CApitatum Porrum inflationem facit. Noxium ſuccum creat. Tu multuoſum ſomnum parit. Vrinam ciet. Aluo accommodatur. Extenuat. Oculorum aciem hebetat. Menſes pellit. Sed lædit exulcerat am ueſicam, reneſq;. Cum ptiſana uero coctum, eſu pectoris uitia extrahit. Coma eius in aqua maris & aceto cocta, in deſeſſionibus, ad præcluſiones uuluæ & duricias, utilis habetur. Porrum bis aqua mutata coctū, aut frigida maceratum, dulceſcit, et multo minus inflat. Semen acrius eſt, & quandam adſtrictoriam uim habet. Quare ſuccus cum aceto, addito thure, aut manna, ſanguinis profluuia ſiſtit, maxime ſi naribus erumpat. Venerem ſtimulat. Contra omnia thoracis uitia, tabemq;, pro delinctu efficax eſt. Arteriam eſu purgat. Sed ſi aſſidue eſtur, uiſus obſcuritatem inducit. Stomacho aduerſatur. Succus ex melle potus, aut illitus, contra beſtiarum morſus auxilio eſt. Cum aceto & thuris polline, lacte, aut roſaceo, utiliter aurium doloribus & ſonitui inſtillatur. Varos tollunt folia, illita cum uua rhois, qua ad obſonia utuntur. Epinyctidi medentur. Cruſtas ex ſale illita rumpūt. Veteres ſanguinis reiectiones cohibent, ſi binis drachmis & æquali baccharum myrti pondere bibantur. πράσον κιφαλωτόν

C

BARBARI COROLL.

Pli.li.19.ca.6.

PORrum, siue Porrus, die a satu decimonono interim uigesimo prorumpit. Biennium perfert: ab eo tempore sementescit, emoriturq;. Vermiculi Porros, Brassicam, Lactucasq; infestantes, & alia quædam olerum, Prassocurides uocātur: quasi Porricidæ, aut etiam, ut Palladio uidetur, Herbicidæ: non ut Theodorus, Blattæ aluearíorum, apud Aristotelem, ꝙ κυράμβων, pro κραμβῶν legerat, etiamsi tineas alueorum in Columella dici legimus, ex stercore papilionum nascētes, et Lucifugas Blattas in Marone. Nascitur et in mari Porrū, extra Herculis columnas, ut Theophrastus inq̄t, sed inter Algarū gn̄a. Capitatum Porrum, Gręci Cephaloton appellant, & Gethyllida. Sunt q̄ Gethyllida, ꝓ Gethyo accęperint, q̄d & Epithyllida uocauerunt. Didymus uir doctissimus is, qui tria milia et quingenta scripsit uolumina, Gethyū simile facit Ampelopraso, mox dicendo. Gethyllides, ut Athenęus inq̄t. Latonę sacras esse Græci uolunt: qm̄ olus id in Malacia pregnans Latona concupisset. Delphis legem esse, ut qui maximam attulisset Gethyllida, sportulam e sacerdotis mensa caperet. Has magnitudine Rapi crescere nonnunq̄ tradunt. Gethyon inuenio, & Getion sine, y, & aspiratione scribi.

EX M. VERG. COMM.

ILliberalis cibus Porrum est: non tamen a natura tantope damnatū, ut non medicinam multiplici remedio etiam instruat: pręsertimq; ꝙ ueteres, qm̄ in caput creuisset, Capitatum dixerunt. Cui maiores q̄ sectiuo ad omnia effectus antiquitas tribuit. Quapropter & hic de Porro acturus, id genus elegit q̄d ad medicinā primū haberet bonitatis honorem: eaq; est causa, cur capitati tantum meminerit Dioscorides, ne quis forte adiectum Porro capitati discrimen miretur. Vtrunq; enim Porri genus, sectiuum. s. & capitatum, eadem omnia potest, sed capitati efficacior uis. Et quoniam ubiq; inuenitur utrumq;, ideo alterius tantum & efficacioris usum Dioscorides probauit. Nihil in disciplina ruris sectiuo & capitato Porro frequētius in antiquis est. Laudauit Martialis in Xenijs suis utrumq;, in altero fila, in altero niueum stipitem describens. Neq; ab re: quando discrepent inter se, satio, cultura, & forma.

## ¶ De Ampelopraso. CAP. CLXVII.

ἀμπελόπρασον

alleuz silbestre

AMpeloprasum stomacho magis aduersatur. Et plus Porro excalfacit. Vrinam & menses uehementius ciet. Id contra serpentium morsus esse conuenit.

BARBARI COROLL.

AMpeloprason dictum est, quoniam in uinetis folio Porri nascitur, ructu graue.

EX M. VERG. COMM.

NOn fuit Plinio, nec post eum tot alijs cura latinum nomen Ampelopraso dare: gręcorūq; appellatione usi omnes, cogitandū legentibus reliquerunt, inter uites nasci hoc Porrū. Id enim græcorum uox illa indicat. Nos præter id syluestre Porrū etiā Ampeloprason diximus: nec sine autore. Siquidē Paulus Aegineta lib. 6. sic illud nominauit. ἀμπελοπράσον ὁῖ ον πράσον ὂν ἄγριον. Rursusq; lib. 1. capite de his quæ esculentas habent radices, τὰ δὲ ἀμπελόπρασα τῶν πράσων ὡς ἄγρια ζηρότερα. Quod est, Sunt autem Porris sicciora Ampeloprasa ueluti syluestria. Credimus pręterea, nec negligendis coniecturis, perijsse in hoc capite aliqua. Siq̄dē q̄ omniū mihi est uetustissimus & ꝓbatissimus Diosc. codex, plura alia habet ad historiā, diuersasq; appellatiōes Ampeloprasi pertinentia. Quæ licet ex Galeno accępta uideant̄, consiliū tn̄, institutūq; Dios. in descriptionibus his habent. Numeratq;, esse illi caput Allio simile, folium Titimallo, florem purpureum, caulē Lychnidi herbæ æqualē, et semē Nasturcio simile. Plinius etiā p̄ter ea quę nūc in Diosco. legunt̄, ructu grauē ait esse: eruptionem sanguinis per genitale cōpescere, & ob eandē caussam a partu mulieribus dari: dari & contra canum morsus, nonnullaq; alia. Quę ignorasse, pręsertim tam multa, aut oblitum fuisse diligentem in scribendo hominem, parum uerisimile est. Quin etiam Paulus Aegineta exulcerare, & incidere addidit.

## ¶ De Cepa. CAP. CXLIX.

κρόμμιον

CRommion aliqui Polijdos uocant, Magi Calabotim, Romani Cepam. Cepa longa acrior est q̄ rotunda, item flaua q̄ candida, & sicca q̄ uiridis, & cruda q̄ cocta, aut condita. Omnes tamen mordent. Flatus gignunt. Appetentiam inuitant. Sitim mouent. Et extenuāt.

Hosted by Google

Faſtidium pariunt, & expurgant. Aluo utiles ſunt. Eæ detractis purgamentis in oleum coniectæ, hæmorrhoidas, reliquoſq; excretionum exitus laxant, ſubditæ pro balanis. Succus cum melle illitus, oculorum hebetudinibus, argemis, nubeculis, & incipientibus ſuffuſionibus auxiliatur. Anginæ eodem perunguntur. Suppreſſos menſes pellit. Caput purgat naribus infuſus. Canis morſibus cũ aceto, ruta, & melle illinitur. Cũ aceto autem perũctas in ſole uitiligines ſanat. Et cum pari ſpodio, ſcabras lippitudines ſedat. Varos cum ſale reprimit. Cõtra calceamentorum attritus, cum gallinaceo adipe utilis eſt. Citæ aluo prodeſt. In auribus ſonitũ ac grauitatem emendat. Ad purulentas aureis, & eliciendã earundẽ aquã ualet. Alopeciæ earum ſucco perfricantur, qui celerius q̃ Alcyoniũ, piloſ euocat. Largiore cibo Cepa capitis dolores ciet. Coctaq; uehementius urinam pellit. Eos lethargicos efficit, qui ualetudinibus aduerſis, ea etiam cocta, plus æquo ueſcantur. Cum paſſis uuis, & fico illita, tubercula concoquit, & celerrime rumpit. A

## BARBARI COROLL.

CEpæ, aut etiam Cepulæ caua ſunt folia: quod peculiare cum Gethyo habet, nec niſi oleribus hæc proprietas. Plura earum genera. Sardiæ, Gnidiæ, Samothraciæ, Seraniæ omnium minimę, ſed prędulces. Prętera Fiſſiles, & Aſcaloniæ. Fiſſiles appellant, quia hyeme cum ſua coma inertes relinquunt, & folia uere detrahunt: ijs denicq; diuiſuris, alia parte inferiore ſubnaſcuntur. Hoc exemplo reliquis etiam generibus uelluntur, ut in caput creſcant potius q̃ in ſemen, Aſcaloniarum propria natura. Etenim uelut ſteriles ſunt ab radice, nec parte illa craſſeſcunt. Maturæ celeriter putreſcũt. Seri ſemine præcipiunt: quia depoſitę caulem, ſemencq; tantũ reddant, deinde inaniant, & euaneſcant. Samo, & Sardibus candidiſſimæ proueniunt. Iulius Pollux e Samothracia cõmendat. De Creticis dubitat, an eædem ſint quę Aſcalonię: quia ſatis capitari ſoleant, ſed diſtant ſapore tantum dulci. Reliqua Ceparum genera, depoſitu proficiũt. Aſcalonium genus optimum Columella prędicat. In nomine eſt & Pompeia Cepa, & Marſica ſimplex, quam uocant Vnionem Ruſtici: ea eſt autem quæ nõ fructificauit, nec habuit ſoboles adhęrentes. Cepa in rectitudinem diſſecta, nõ germinat. Radix non ut Allio nucleis includitur, ſed tunicis, ut Bulbus et Scylla. Cepæ ſylueſtres non ſunt ullæ: ut q apud Ariſtophanẽ poetam Thymum pro Cepa ſylueſtri capiunt, erraſſe coarguamus obiter. Mentem lædi Cepa quidam ſcripſere. Hippocrates conſpectu potius, q̃ eſu cõmendaſſe dicitur. B Plí. li. 19. ca.

## EX M. VERG. COMM.

FVit q̃ndã Aegyptijs Porrũ & Cepe nefas trucidare, & frãgere morſu, damnateq; ab ea gente: alioquin in ſanitatis uſu, & medicina utiles Cepę fuerunt. Qd contra q̃ in reliqs naturę partibus fit, quę utrãq; Lunę fortunã plerũq; ſequuntur: & dũ toto orbe ea fulget, ſubinde augentur: pereũte autem illi luce, & ipſæ paulatim minuunt: una hęc in eius ſideris morte & tenebris, ſpecioſiore habitu lætiorq; fiat & germinet. Acceſſit ad eã ſuperſtitionẽ etiã, q̃ inutiles feriatis, in lætitiaq; agentibus, pariter & ieiunio caſtitatẽ cuſtodientibus eſſent: his, q̃ ſitim et cibi appetentiam excitarent: illis, q̃ lachrymoſo odore quẽ habent, optatam per ferias lętitiam turbarẽt: & quas in diuina re Dei munere lachrymas, triſtitiãq; animi mortales fugerent, inuiti lachrymoſo olere admittere cogerent. Erant & alię ſuperſtitiõis Aegyptiæ in hac ipſa re cauſæ, nõ minus ridiculę: quas Plutarchus cõmentariolo illo quod de Iſide & Oſiride ſcripſit, longius & diligentius indicauit, a nobis aliud modo agentibus, relinquendæ. Quę Ceparum ex nationibus diſcrimina antiquis fuerint, Theophraſtus lib. 8. de plantarum hiſtoria, & ab eo acceptа omnia uiceſimo uolumine Plinius, longius docuerunt.

## ¶ De Allio. CAP. CLXIX.

ALlium græci Scorodon, alij Geboſcon, alij Elaphoſcorodon uocant. Quoddã ſatiuũ atq; hortenſium habetur. Quod in Aegy- σκόροδον

Cpto, ſingulari ut Porrū capite cōſtat, dulce, ī purpureū uergēs, paruū. Reliqua uero magna & cādida, ex plurib. coaugmētāt nucleis, q̄s Aglithas greci nominānt. Aliud eſt ſylueſtre, q̄d Opioſcorodō. i. Anguinū uocant. Vis Allij acris ē. Excalfacit. Mordet. Excernit. Aluū turbat. Inflatiōes facit. Stomachū exiccat. Sitim gignit. Flatū permouet. Aciē oculorū eſu hebetat. Eoſdē effectus p̄bet Anguinū, q̄d et Elaphoſcorodō dicit. Latas uētris tineas in cibo ſumptum abigit. Vrinas detrahit. Contra uiperarum ictus, et priuatim hęmorrhoidum prodeſt, ita ut non aliud magis, ſi eū uino iugiter adſumatur, aut tritum in eodem ebibat. Cōtra rabioſorū morſus, et illitu, et cibo ualet. Magnę et Allio utilitates cōtra aquarū mutationes. Vocem clarificat. Veterem tuſſim crudū, coctumue lenit. Potum aūt cū origani decocto, pediculos et lendes enecat. Cremati cinis illitus, ſugillatiōibus cum melle, et alopecijs cum nardino unguine medet. Eruptiones papularum cū oleo et ſale ſanat. Vitiligines, lichenas, lētigines, ulcera capitis manantia, lepras, et furfures eximit. Cum thure et teda decoctum, dentium dolorem leuat, ſi in ore contineatur. Contra uenenatos muris aranei morſus, cum ficulneis frondibus, & cumino illinitur. Feruefactæ comæ ius, fœminarum deſeſſionibus additum, menſes & ſecundos partus extrahit. Allium eiuſdem gratia ſuffitur. Factum ex eo & nigra oD liua intritū, eſu cit urinā. Laxat uenarū ſpiracula. Hydropicis utile.

BARBARI COROLL.

The.li.7. ca.4 ALlium, ſiue caput Allij, habet plures uelut coherentes nucleos, ſiue ſpicas, quas Greci Gerges, & Aglithas. Dorice ipſum quoq; Alliū Aglidion appellant q̄nq;. Diſcrimen, q̄ aliud pręquox eſt, ſexageſimo die maioreſcens. Aliud ſerotinū. Eſt et in magnitudine diuerſitas. Vlpicū nominatur pręgrande. Greci Cyprium, & Antiſcorodon præcipue celebratum Africæ, obid & Aphroſcorodon, ſiue a ſpuma dicitur, a noſtris Allium Putricum uocari conſuetuit, ſed crudum, inter pulmentaria ruris, quę Myrtotos appellant, Allio trito in oleo & acero: ut mirari ſit, quantū ita increſcat ſpuma. Myrtotos ab odoris faſtidio eſt dictus. In hūc & caſeū q̄q; addebāt. Alij genus placentę faciūt ex oleribus, ut Photiō. Nos in Dioſcoride q̄d hac parte Myrton legitur, Myrtotō legendū monemus. Eſt & in nucleis diuortium: quo em̄ plures fuere, hoc aſperius ſentit. Genus eſſe Theophraſt. ait, ſine nucleis. Radix primo extumeſcit in nucleos: deinde curuatur: ubi accreuit, diducit iterū in nucleos, & ex uno plura fiūt, p̄ſertim Vlpicū, ut Cepę: niſi matura, p̄tinus uellant. Scordiō a Scorodo, ideſt, Allio, itē ab Ophioſcordo, ideſt, Allio ſylueſtri differt. Quanq; impitia medicorū fit, ut Alliū ſylueſtre pro Scordio in paſtillos theriacos addi ſoleat: cū tn̄ Scordiū folio Trixaginis, nō Allij deſcriptū legant: ſi mō autores bonos audire ſuſtinent. Sunt in Allio q̄dem capita, ſed nō ſolo: nam & in Cepa, & in Porro capitis et capituli nomen legas apud Columellā. Alliorum Manipulum Græci τροῖπιλλιν appellant, adhiberi ſolitū quibuſdam ſacris, ut Photion inquit: in quibus mos erat, Allium manſitare, ne unguenta redolerent. Comas eius cum capite ſolo Molyzam Hippocrates appellat. Caput ipſum etiam Dætis uocatur. Quanq; Dætis Lampadem quoq; puſillam ſignificat. Galenus autor.

EX M. VERC. COMM.

FVit q̄ndam, & adhuc eſt Alliū, ſicubi lōgius ab urbibus iñocētius uiuitur, honeſtū ſimul & gratū ruſticæ plębi obſoniū. Niſi em̄ id ſit, nō cōtudiſſet meſſoribus ſuis Allia Serpilliq; Maroniana illa Teſtilis, quos uerisimile iuſtiq; erat, lautiore epulo p̄ meſſem ſole & ope defatigatos, a muliere excipi: nec q̄ in comœdia inexpectatā fortunę ſeruus mutationē Theatro ſignificabat, ridicule dixiſſet, tā beate tunc agere omnes, ut q̄ antea calculis ab egeſto ſtatim ſimo ſedē exterere cōſueuiſſēt, tūc relatis ad eā partē integris Allijs idē facerēt: quaſi nihil ex antiqua paupertate numerare ſibi liceret, quo neglecto melioris fortunæ menſuram augere poſſet. Eāq; ob cauſam, in ruris honore, & hortorum diſciplina non contemnendum locum inuenit Allium.

Hosted by Google

Docuerũt ueteres longius, quot Alliorũ genera, & quo cultu in hortis colenda essent, nõ negli A
genda ab his, qs aut nunq̃ satis cognita naturæ maiestas delectat, aut ad iustas, piasq; & certas opes a fœnore & mercatura innocẽs augẽdæ rei studiũ cõuertit. Poterũt nouisse ea oĩa cupien tes Plinii, Columellã, Palladiũ, mille alios de tota hac re longius agẽtes cũ uoluerint audire.

## ¶ De Scordoprasо. CAP. CLXX.

SCordoprasum magnitudine Porrum æquat, qualitatum Porri & Allij particeps. Vnde promiscuas sibi uires ex utroq; uendicauit, effectus Allij & Porri præbens, inefficacius tamen. Coctum Porri modo dulcescit, & in olerum uicem transit. σκορδόπρασον

EX M. VERG. COMM.

QVale hoc simul Allium & Porrum ueteribus fuerit, incertũ nobis est. Plinius, quod hactenus legerim, nullibi eius meminit: nec rei rusticæ scriptores alij: solus Paulus Aegineta, breuissimeq; in sexto inter Allia id numerauit. Verba eius sunt. Porri & Allij mixtas habet qualitates & uires Scordoprasum. Monstrum aliquod naturæ credimus id fuisse, coactis humano opere coalescere simul, non dissimilibus penitus oleribus duobus; qualia in re rustica aliquando excogitata in maiore ocio ab aliquibus fuerunt.

## ¶ De Sinapi. CAP. CLXXI.

SInapi hortensium, aliqui Napi, Romani Sinapi uocant. Eligi debet maturum, ualde ruffum, non magnopere siccum, sed quod fractum interne uirescat, & quodam succo madeat, cæsium colore. Siquidem recens id genus, adultumq; habetur. Ad calfaciendum, extenuandum, extrahendum efficax est. Ad eliciendam capitis pituitam manditur. Contra præduros tonsillarum tumores, ac ueterem callosamq; arteriæ scabriciem, succus ex aqua & melle conuenienter gargarizatur. Sternutamenta ciet, tritum & naribus admotum. Comitialibus quoq; auxiliatur. Fœminas uuluæ strangulatu oppressas excitat. Lethargicis, deraso capite, illinitur cum ficis ammistum, donec rubescat locus. Ad coxendicũ cruciatus, lienes, & omne genus dolores confert, cum permutandæ ualetudinis caussa, ex alto uitia extrahenda sunt. Alopecijs illitum medetur. Faciem purgat. Sugillata cum melle, adipe, aut cærato rapit. Feræ impetigines, & lepræ, eo cum aceto perunguntur. Contra febrium circuitus aridum bibitur, aut potui polentæ modo inspargitur. Extrahentibus emplastris, scabiemq; extenuantibus utiliter ammisceri solet. Grauitati aurium & sonitui, cum fico impositum prodest. Succus ad hebetudines oculorum, & genarum scabricias magna utilitate illinitur. Expressus recenti semine succus in sole siccatur. σίναπι B

BARBARI COROLL.

SInapis, & Sinapi, & Sinape media producta legitur. Græcia & Napy uocat, quasi Naphy, ut Athenæus interpretatur, quoniam aeri, & proinde incommoda natura esse uideatur, addit & pusillo corpore. Sinapi uero dici putat, quia olfactum luminibus officiat, ut Allium. Athenienses etiam Thapsi, & Saurion appellant. Quinto die post satum comparet. eoq; semel sato, uix est liberare locum: quia semen cadens protinus uiret. Tria eius genera. Gracile. Secundum Rapi foliis, Tertium Erucæ. Optimum Aegyptium, præsertim ad Sinapismum: in quo usu & Syriaticum dabatur. Succus tribus modis exprimitur. In fictili, calescitq; in eo modice ad solem. Exit & cauliculo inciso lacteus, ad dentium dolores cum induruit. Fit & oleum ex semine, ut docuimus. Pro pulmentario quoq; in patellis decoquitur, citra intellectum acrimoniæ. Coquuntur & folia, sicut & reliquorum olerum. Pythagoras principatum ei dedit inter ea, Plin. li. 20. ca. 22.



Hosted by Google

C quorum uis in ſublime fertur: quia non aliud magis in nares & cerebrum penetret. Sinapiſmus à Dropace diſtinguitur, q̃ Dropax cum pice fit: eoq; Pittoroís, & Pittoſis quoq; dicitur, hoc eſt, Oppicatio. Sinapiſmus e Sinapi conficitur, multoq; uehementior eſt Dropace. Propterea Sinapiſmum Dropax uel præcedit, ut præparet, uel conſequitur, ut reliquias abſoluat. Maxime laudatur Dropax, Gallus cognomine.

EX M. VERG. COMM.

FVit Samio ſapienti quondã Sinapis in maximo hortenſium omniũ, quibus tantũ cum toto diſcipulorũ grege magiſter ueſcebatur, honore & precio. Neq; ex tam multis, quas habet in ſanitate & ualitudine uires & uſus Sinapis, aliquid magis priusq; admirabatur & amabat Pythagoras, q̃ in altũ ſublimeq; ferri uim eius, & quaſi in cœlũ niteretur, cũ per nares in cerebrũ penetraſſet, purgatoria & ad uſum mentis uegetiora illic omnia ab ea fieri. Laudata ab his magnopere etiã, qui medicinã homini in tam multis quotidie morbis facientes, nihil ad calefaciendum, ſiccandũq; aptius & præſentius datũ ſibi a natura inuenerũt. Recepta eadem in uitæ & ſanitatis uſu iampridem eſt: nec hyeme ad intinctus quicq; frequentius ubiq; cibis intermiſcetur, gratiſſimo obſoniorũ condimẽto, niſi acrimonia feruoreq; ſuo non ſternutamẽta tantũ, ſed lachrymas etiã cieret. Quod ſolũ in carmine ſuo Columella illi obiecit, dícens. Secq; laceſſenti fletum factura Sinapis: quaſi omniũ animantiũ ſenſu, modoq;, & ipſa nocẽtibus ſibi renoceret.

## ¶ De Naſturcio. CAP. CLXXII.

κάρδαμον

CArdamon, alijs Cynocardamon, alijs Iberis, alijs Cardaminaca, Aegyptijs Semeth, Romanis Naſturcium dicitur. Optimum conſtat eſſe Babylonicum. Omnium ſemen eſt acre. Excalfacit, Stomacho aduerſatur. Aluum turbat. Tineas excutit. Lienem imminuit. Partus exanimat. Vrinam cit. Venerem ſtimulat. Sinapis & Erucæ

D ſimile intellígitur. Lepras & impetigines abſtergit. Illitum cum melle, lienem extenuat. Fauos expurgat. Pulmonũ uitia extrahit, ſorbitionibus incoctum. Serpentium uenenis potum reſiſtit, atq; eas ſuffitu fugat. Capillorum defluuia cohíbet. Carbunculos ad ſuppurationem perducit & rumpit. Coxendicibus cum polenta commode ex aceto illínitur. Tumores collectionesq; diſcutit. Emittit furunculos, illitum cum muria. Hærbæ ad omnia eadem effectus, licet minor.

BARBARI COROLL.

Plí. li. 20. ca. 13. lib. 19. ca. 8.

NAſturtiũ die quinto enaſcitur: duorum generũ, mite, ac ſylueſtre. Prioris quoq; ratio duplex, albi, & nigri. Nomen ei a nariũ tormento, uigoremq;, uel prouerbio ſignificat, iubente Naſturtiũ mandendũ inertibus, quaſi torporem excitet, animũq; obacuat, contra uenerem inhibeat: q̃q; Dioſcorides accendi eam putet. Míræ amplitudinis in Arabia dicit gigni. Naſturtiũ herbis reliquis ſuccũ adimit iuxta ſatis, quod & apud Ariſtophanẽ poẽtam legit. Hanc Græci non modo Cardamũ, ſed etiã Cardamida uocant, ut Galenus inquit, & Hippocrates Saurídion, a Sinapis, quod & Saurion dicit, ſimilitudine. Mileſium Naſturtiũ ueteribus laudatiſſimum fuiſſe, Iulius Pollux auctor eſt. Perſas id cũ ſale menſis apponere ſolitos, celebre eſt, cum principio frugalitatẽ amplecterent, mox aucto imperio, in omne genus luxus prolapſi.

EX M. VERG. COMM.

ELius plures quondã, ut uideꝫ, appellationes fuerunt: ſed oẽs ex eodẽ principio, & ab eadem Cardami appellatione, excæpta Hiberide, q̃ agreſte Naſturciũ eſt, ut in. 1. uolumine diximus, in Dioſcoridis cõmentatiões has irrepſerũt. Cynocardamon em̃, et Cardamãtice ſolo noíe ſtatim Cardamon índicãt. Hiberis uero, ut hic paulo ante dixit, & ut nos auctore Paulo Aegineta nũc cõfirmauimus, agreſte Naſturciũ eſt. Has ipſas uoces oẽs Apuleius etiã in Cardamo numerauit: inuicẽ ſibi ideo rĩdentes, quoniã inter ſatiuũ & agreſte Naſturciũ maxia ſimilitudo partiũ & uiriũ oĩm ſit. Ob eamq; cãm uagis appellationíbus inter ſe utunt̃. Notũ nunc olus ubiq; Naſturciũ eſt. Contra uenenata p̃cipue uſus eo Nicãder: uſus & hic ipſe cõtra Cenchridis uenenũ, quẽadmodũ tunc copioſius docebimus: uſus & Paulus Aegineta, Græcorũq; medici oẽs tonens, & in tã multis, ut non contemnendã medicinæ partẽ ſolum Naſturciũ expleat.

Hosted by Google

## ¶ De Thlaspe. CAP. CLXXIII.

A

θλάσπι

THlaspi, aliqui Thlaspidion, alij Sinapi persicum, alij Myiten, alij sylueſtre Sinapi, alij Dasmophon, alij Myopteron, alij Bitron, Aegyptij Sintempsum, Romani Scandulatium, alij Capsellam, aut Pedem gallinaceum uocant. Hærbula anguſtis folijs, digitali longitudine, in terram uersis, subpinguibus, in cacumine diuisis, sesquipedali cauliculo, tenui, non sine adnascentibus ramis, fructu circa ipsum totum, ab extremo in latius se pandente, semine Nasturcij incluso, lenticulæ effigie, nisi quod infringitur. Vnde nomen accæpit. Flos albicat. Nascitur in seminis, & sepibus, fossisq;. Semen asperi gustus, excalfaciens. Bilem & pituitam utrinq; extrahit, potum acetabuli mensura. Prodest ischiadicis infusum. Sanguinem potu educit. Internas subpurationes rumpit. Menses ciet. Sed partus enecat. Alterum Thlaspi tradit Crateias, quod aliqui Persiconapi uocant, latis folijs, radicibus magnis, utile ischiadicorum infusioni.

Thlaspi quos bucca p
toris. Pedam
te mandado
antonio mu

### BARBARI COROLL.

THlaspe, loculos fert peltarum similitudine, in quibus sit semen. folia latitudine digitali, & longitudine. Galenus Thlaspen, Dioscorides Thlaspi neutro genere pronunciat. Thlaspion, & Thlasposin Hippocrates, Peltam amazonicam Iulius Pollux, hederæ frondibus assimilat. Plí. li. 27. ca. 13

### EX M. VERG. COMM.

GAlenus genere fœminino θλάσπην nominauit: & quod hic ait, potum sanguinem trahere, ille contra coxendicis dolorem clystere infusum ἀιματώδη κινοῦν, quod est, cruenta euacuare dixit. Adiecit præterea Dioscorides persicum & erraticum Sinape a quibusdam Thlaspi hoc dici, ex similitudine ut credimus uirium. Plinius non hoc, sed alterū illud genus quod auctore herbario Crateia hic ipse in extremo capite testatus est, persicum Sinape uocari: nec aliunde ut uidetur in primum illud genus, q̄ ex secundo hoc appellatio illa irrepsit. Cæteræ Thlaspis appellationes illæ causſam & originem suam nobis non ostendūt: eamq; ob causſam sine honore commentationis huius nostræ a nobis relinquuntur. B

## ¶ De Arabide. CAP. CLXXIIII.

DRabis hærba ad cubiti altitudinem assurgit, tenues spargens ramos, & ex utroq; latere folia, ceu Lepidij, sed molliora, & candidiora. In cacumine uero Sambuci umbellā gerit, candidos flores habentem. Hærba hæc cum ptisana coquitur, in Cappadocia maxime. Semen aridum pro pipere obsonijs ammiscetur. Δράβη

### BARBARI COROLL.

LEgebatur Draba, non Araba. Sed huius secundi calce, ubi caput hoc repetit, Arabis, siue Araba, non Draba scriptū est. Galenus, Paulusq; nullā mentionē huius herbæ faciunt.

## ¶ De Irione. CAP. CLXXV.

ERysimon, aliqui Chamæplion, Latini Irionem uocant, Magi Herculis Alphita, Aegyptij Erethmon. Iuxta urbes, domicilia, hortosq; nascitur, folijs Erucæ sylueſtris, cauliculis in lori modum lentis, floribus luteis, siliquis in cacumine gracilibus, ut fœnogræco corniculatis, semine Nasturcij, exiguo, urentis gustus. Contra thoracis fluctiones efficax est, & si purulenta extussiuntur. Regio morbo, & lumborum uitijs prodest. Contra uenena in delinctu cum melle datur. Illi ἐρύσιμον χαμαίπιτυν

Hosted by Google

Cnitur ex aqua, aut melle utiliter cæcis, carcinomatibus, parotidibus, duri cijs mammarum, & teſtium inflammationibus. In totum extenuat, & calfacit. Mitius multo ad clyſteres fiet, ſi aqua madeſcat, atq; torreatur: uel linteo illigatum, oblito adipe peraſſetur.

## BARBARI COROLL.

Plí.li.18.ca.19. ERyſimon Galli Velarũ, Irionem Romani appellant. Inter fruges annumerat, caule ferulaceo, ut Seſama, flore item ut Seſama foliaceo, amarũ, fruticoſum, folijs Erucæ anguſtioribus paulo, & ſanguineis, omninoq;, ut Theophraſtus inquit, Seſamæ proximũ: niſi eſſet pinguiuſculũ. Eryſimon noſtri herbarij ſignificant, quæ uulgo, nobilis Eruca dicitur, quam & Erucæ ueræ præferunt: ut mirũ ſit, quamobrem inter fruges a Plinio conſtituta uideatur.

## EX M. VERG. COMM.

SI eſſet frugibus, leguminibus, & oleribus idem qui homini ſenſus: liceretq; illis, ut in republica ſæpe aliqui fecerunt, mutata fortuna tranſfugæ, modo harum, modo illarũ partium eſſe: dicerem ego, græcis Eryſimon, latinis uero Irionem Bacchi illius modo, qui ab Ariſtophane in ranis ſuis, nunc Deus, nunc homo: iterumq; dominus, mox ſeruus, uariante fortuna deſcribitur: in alijs ſcriptoribus inter fruges, in alijs inter olera numerari uoluiſſe: tam incerta in antiquis ſcriptoribus hiſtoria eius eſt, tamq; aperte a Theophraſto & Plinio frugum, ab hoc ipſo, & Paulo Aegineta olerum generi adſcribitur. Nec perſuadebitur unq;, non eſſe frugem Eryſimon, ſeu Irionem aliquis, Theophraſtum de eo ſic docentem audiens, quo loco lib. 9. de plantarum hiſtoria, de frugum culmis in uniuerſum ſic agit. τῶν δὲ θερινῶν κίγχρου μὲν καὶ μελίνου καλαμώδης, σησάμου δὲ καὶ ἐρυσίμου ναρθηκώδης. Quod eſt. Aeſtiuarum autem, Milij ſcilicet & Panici harundinaceus caulis, ſiue culmus eſt, Seſami uero & Eryſimi ferulaceus. Rurſusq; eodem libro. σήσαμον δὲ ὁυδεὶς ἰσθίει χλωρόν, εἰδὲ μὴ ἐρύσιμον, &c. Ex quibus ratiocinari licet, in cenſu frugum numeratum Eryſimon frugem eſſe, & ex culmo inter olera cenſeri non poſſe. Plinius itidem, Theophraſtum ſecutus, frugibus Irionem ubiq; adnumerat, libro. 18. Primum capite. 7. Aeſtiua quæ æſtate ante Vergiliarum exortum ſeruntur, ut milium, panicum, Seſama, Irio.

D Mox iterum eodem capite. Seſamo & Irioni ſanguinea folia. Nec multo poſt eodem libro, ſed capite. 10. Seſama ab Indis uenit: ex ea & oleum faciunt. Color eius candidus. Huic ſimile eſt in Aſia, Græciaq; Eryſimum: idemq; erat, niſi pinguius eſſet, quod apud nos Irionem uocant, medicaminibus adnumerandum potius q̃ frugibus. Idem etiam libro. 22. capite ultimo ait. Irionem inter fruges Seſamæ ſimilem eſſe diximus, & a Græcis Eryſimon uocari. Contra hæc olus aperte Dioſcorides, non frugem deſcribit, a Naſturtio ſtatim & Thlaſpi, folio erucæ, coliculo, non culmo, cornutis in ſummo ſiliquis, non ſpicis aut paniculis, & ſi fœnograeco ſimilibus: quodq; frugi nunq; conueniat, inter rudera, & circa hortos naſci. Et præter Dioſcoridem Paulus Aegineta libro primo capite de Veneris utilitate & uſu: quo loco docens, quibus cibis ad uenerem uti oporteat, inter cętera monet comedenda, ἐκ τῶν λαχάνων τὸ ὄρμινον τὸ ἐρύσιμον καὶ τὸ ἴυσωμον, &c. manifeſte inter olera Eryſimum numerans, ut uidetur. Eſſeq; latinis Irionem, quod Græcis & huic ſcriptori Eryſimon eſt. Satis tam multis locis teſtatur Plinius, præcipueq; libro. 22. capite quo paulo ante diximus, quo loco integrum, & ijſdem uerbis totũ hoc caput latinis reddidit, quod cognouiſſe omnibus paratum, & in promptu eſt. In tot itaq;, tamq; diuerſis antiquorum ſcriptorum auctoritatibus, temere & impudenter fecerit, qui in hoc, aut illo genere Irionem numerabit: præſertim docentibus Theophraſto & Plinio, ſeri in agris, & inter fruges Irionem: Dioſcoride autem & Paulo Aegineta, per ſe naſci locis incultis: & ſi ſeratur, in hortis inter olera quod olus ſit ſerendum eſſe. Nobis, ut credamus frugem a multis exiſtimatum Eryſimon fuiſſe, in cauſſa ſiliquæ ſunt, quas fœnograeco ſimiles Eryſimon habere hic ait: q̃q; inter fruges pabulo deſtinatas numeratur: a multis uero olus, folio agreſti Erucę, & ſemen Naſturtio ſimile. Antiquiores omnes non ſecus q̃ de quotidiana & uulgari re de eo agunt. Alicubi nunc genus etiam parum cognitum eſt, ignotæ & appellationes illæ aliæ, ideoq; a nobis relictæ.

## De Pipere. CAP. CLXXVI.

πίπερι PIper in India naſci, breui arbore traditur. Quæ inter initia, prælongum fructum, ueluti ſiliquam promit. Quod longum Piper eſt. Habet intus aliquid tenui Milio ſimile, quod tandem in perfectum Pi-

Hosted by Google

per euadit. Id autem ſuis temporibus adultum, racemos emittit grana ferentes, quæ noſcimus. Ea acerba, candidum Piper faciunt, aptum ocularibus remedijs, antidotis, & medicaminibus quæ contra uenenata parantur, Theriaca uocant. Longum uero uehementius mordet. Et quoniam priuſq; ematureſcat decerptum eſt, ſubamarum relinquitur. Antidotis, & theriacis medicaminibus expetitū. Nigrum uero, utpote quod tempeſtiua maturitate collectum ſit, odoratū eſſe conſtat, candido ſuauius, acrius, & ori gratius, necnon ad condimenta utilius. Sed candidum adhuc in acerbum uergēs, prædictis infirmius eſt. Eligi oportet grauiſſimum, plenum, nigrum, ſine multis rugis, recens, minime furfuroſum. Inueniuntur etiamnum in genere nigri ſemina macie confecta, caſſa, & inania, quod uocant Braſma, Indorum lingua, ſic ſignificante abortum. Vis omnium excalfacit. Vrinam ciet. Concoquit. Extrahit. Diſcutit. Abſtergit caliginem quæ oculis obuerſatur. Piper febrium rigoribus, ſiue potu, ſiue illitu, ſubuenit. Serpentium morſibus auxiliatur. Partus extrahit. Conceptum adimere creditur, ſtatim ab initu ſuppoſitum. Tuſſi, omnibusq; pectoris uitijs, ſiue eclegmate, ſiue potu, ſuccurrit. Anginæ eo & melle conuenienter perunguntur. Potum cum recentibus lauri folijs, tormina diſcutit. Cum uua paſſa manducatum, pituitam a capite elicit. Valitudinem tuetur. Dolores finit. Appetentiam mouet. Concoctionem adiuuat, in embammata additum. Strumas cum pice diſcutit. Vitiligines ex nitro emaculat. Fictili nouo, ut aiunt, motum, torretur. Non eſt huius arboris radix Gingiber, ut aliqui exiſtimauere, ſicuti paulo poſt oſtendemus. Namq; Piperis radix Coſto ſimilis eſt, guſtum calfaciens, eiq; Hygræ cognomentum eſt. Hæc lienem reprimit, cum aceto illita aut pota. Caput etiam purgat, manducata cum uua taminia, quam Staphidem agriam uocant.

A

B

## P BARBARI COROLL.

Piperis genera duo Theophraſtus conſtituit. Rotundi ut Eruū, putamine carneq; ſubrutila ceu lauri baccæ. Oblongi, nigri ſemina continētis papaueracea, q̄d multo ualidius priore iudicatur. Paſſim in India ſunt, ut Plinius exiſtimat. Quæ Piper gignunt arbores, Iuniperis noſtris ſimiles, q̄q; in fronte Caucaſi, ſolibus oppoſita, naſci tantū eas aliqui putauere. Semina a Iunipero diſtant paruulis folliculis, quales in Phaſeolis uidemus. Piper quod intēperie cœli carbunculatur, lingua Indorum Bregma dicitur, ſignificans abortū. Hoc & pallidum eſt & aſperrimū. Tria cæteri fecere genera. Nigrū, quod & Cōmune dicitur a medicis, Dioſcoride, Paulo, Aetio. Lenius longo & nigro eſt, Candidum. Piper longū facillime adulteraſ Alexandrino Sinapi. Emitur hoc in libras. 25. album. 17. nigrū. 14. utiq; Plinij tēporibus. Nicāder Colophonius, uetuſtatis ſtudioſus, non peperi, ſed Peperion appellat. Hippocrates uero medicū Pharmacū. Aliud genus eſt apud eūdem Hippocratem Indicum Pharmacū, quo fœminæ, quibus anima fœtet, ora ſibi colluūt. Medicamentū id eſt, cuius compoſitionē reddit ipſe. Cæterū eſt ubi Piper ſemen Indicum dicatur ab Hippocrate: in quo rotundū, quod ineſt, Myrtidanū uocari prodit. Eſt etiā ubi rotundū Piper Strongylen Myrtidani ſcriptum reperias in eōdem auctore. Sylueſtre porro gentibus ſuis eſt Piper. Piperis arborem iam etiam habuit Italia, maiorem Myrto, nec abſimilem. Amaritudo eadem recenti, & cum lacteſcit, quę Piperi. Deſyderaſ toſta illa maturitas. Ideoq; & rugarū deeſt, & coloris ſimilitudo. Huiuſmodi eſt & quod Luſitani regis dilī gentiſſimi Liburnicæ, magna parte meridiani ſitus ambitu Mauritanię circūuecta, retulere hoc

Plī. li. 12. ca. 7. Theophra. libro. 9. cap. 22.

*

C anno. Sed abeſt illa, ut dixi, retorrida rugoſaq; maturitas. Nam ſolibus toſtum Piper, e candi-
do & leui mutatur in nigrũ rugoſumq;. Adulteratur Iuniperi baccis, mire uim trahentibus, in
pondere uerò multis modis. In Aegypto granũ Piperi ſimile paulo tantũ maius naſcit, Corſi-
Strabo. lib. 17 on uocatũ. ut Straboni placet. Eſt etiãnum in India Piperis granis ſimile, quod uocatur Garyo
phillon, grandius, fragiliusq;. Traditur in luco Indico id gigni. Aduehebat odoris gratia. Nunc
& cibi, ut Piper, Septentrionis maxime populis. Paulus Aegineta Caryophyllon, non Garyo
phillon uocandũ exiſtimauit, quaſi nucifoliũ: etiamſi hanc inquit non habet naturã, quæ no-
mine prætenditur. Sed flores arboris cuiuſdam Indicæ feſtucacei ſunt, & nigri, longitudine pol
licari, acres, odorati, ſubamari. Lignũ eius Xylocaryophyllon appellant. Ab huius odore uio
larum genus altilium Caryophyllon, uulgo dicitur, ubiq; modo naſcens.

EX M. VERG. COMM.

FRuticem, non arborem Piper ferre affirmãt, albæ uiti, quæ in ſepibus plærunq; inuenitur, ſi
milem, propinquas ſcandentẽ arbores: quæ racemoſum fructum ferat, magnitudine ea qua ui
detur, ſed uiridem, nec aliter q̃ in Liguſtro coaceruatum, anteq̃ maturitate nigreſcat: lectumq;
æſtate, ante integram maturitatem ſub ſole in palmeis tegetibus expandi, caloreq; ſolis & æſtu
corrugari, & nigrum fieri. Nec longum, aut album Piper aliquod uidiſſe illic ſe dicunt: eſſe qui
dem arbores alias, quæ ſapore Piperis aliquid ferant, & inter eas, cui conferre in noſtro orbe ali
quam poſſe ſe negant, quæ oblongum ueluti uillum inter folia ferat, ponticæ nucis floribus ſi-
milem, quod illic longum Piper incolæ appellent. Folium Piperis ipſi uidimus ab eis allatum,
colore pallido magis q̃ herbaceo, longitudine quantum diuaricati pollex & index humani di-
giti aperiuntur: latitudine qua parte maximè patet, quatuor digitorũ: Plantaginis figura, præ-
terq̃ in ſummo, cui habet numero pares & figura ſimiles a tergo fibras ſeptem per longitudi-
nem extenſas, mediam claudentibus utrinq; trinis: non tamen ut in Plantagine, utrinq; binæ a
media naſcunt, ſed inæqualibus interuallis utrinq; prodeunt. In ſummo faſtigiatũ, & acumina
tius q̃ Plantaginis extremũ folium eſt. Deſinitq; in mucronẽ eodem, quo in malo medica mo-
D do uidetur: non omni, ſed in qua folium acuminatum eſt: idq; in Piperis frutice breui pediculo
pendet, & qua parte a pediculo incipit folium, paulo minus q̃ rotundum eſt. Quæ omnia di-
cta longius a nobis ſunt, nõ ut antiquorum hiſtorias damnemus, ſed ut meminerint toro hoc
opere legẽtes, q̃ difficilis omnibus medicæ materiæ fuerit, & futura ſemper cõmentatio ſit, præ
ſertimq; ubi parum integra ueterum cõmentaria totam rem miſcent.

## ¶ De Gingiberi. CAP. CLXXVII.

γιγγίβερις

GIngiberis ſui gñis planta eſt, in Troglodytica Arabia magna ex parte naſcẽs. Qua uirẽte, ad multa, perinde ad q̃ nos Ruta, utun
tur. Et primis potibus, & eduliis ammiſcent. Huius radices Cyperi mo-
do paruæ ſunt, candicantes, & odoratæ, atq; Piper ſapore imitantur. Eli-
gi debent quæ teredines non nouerunt. A multis tamen ob id condiun
tur, q̃ celeriter cariem ſentiant. Fictilibus in Italiam aſportantur. Gingi-
beris cibo conueniens eſt. Et cum condimẽto aſſumitur. Excalfactoriam
uim, & excoquentem habet. Aluum leniter emollit. Stomacho utile eſt.
Efficax aduerſus ea quæ oculis caliginem offundunt. In Antidota addi
ſolet. In totum Piperi uiribus non diſſimile.

BARBARI COROLL.

Plí. li. 12. ca. 7. ZInziber, in Arabia & Troglodytica in uillis naſci dicitur. Parua herba. Precium radicis in
libras ſex. Quidam hanc & Sinſiberim, & Gingiberim appellant. Facile pertũditur Zinziber,
ob incoctã quandam & excrementitiã corporis uliginem, ut Galenus inquit.

EX M. VERG. COMM.

QVi de Pipere, ex India ad nos reuerſi, quæ ſuperiore capite dicta a nobis ſunt, retulerũt,
ijdem Zingiber gramini ſimile in India naſci dixerunt: geniculatũ, nouasq; ſubinde
radices agens, longius ſub terra augeri, inueniriq; ubiq; non aliter, q̃ & noſtrum gramen: bisq;
aut ter folia per annũ prõferre, quæ harundinacea ſint, ſed nõ tantæ longitudinis, latitudinisq;
nihil eo frequentius tota illa regione & copioſius naſci, ingensq; ſaporis diſcrimen ex tempore

Hosted by Google

quo lectū fuerit ſentiri. Quodq; Gal. & poſt eū Paul. Aegineta dixerūt, ideo teredinib. tentari, ſentiriq; cariem, & pforari, q; craſſioris cuiuſdā & ineuictæ humiditatis particeps ſit, fieri id illi dicunt, cum importune per uer ante maturitatem lectum fuerit: eſſeq; opportunū legendi tempus, cum folia illa aruerint: idq; in effodiendo Zingibere ab Indis obſeruari.

A

## ¶ De Hydropipere. CAP. CLXXVIII.

ὑδροπίπερι

HYdropiper apud aquas naſcitur, quæ ſtagnant, aut pigro lapſu repunt. Caulem ædit anguloſum, prædurum, multis alis concauum, folia menthæ, maiora, molliora, cādidioraq;, guſtu Piperis acri, citra tñ illam odoris gratiā. Fructum acrem in ſurculis paruis, prope folia racematim cohærentem. Folia cum ſemine illita, tumores, uetereſq; duricias diſcutiunt. Sugillata delent. Quæ poſtq; inaruerunt, tuſa pro Pipere in obſonijs ammiſcentur. Radix parua, nullius in medicina momenti.

### BARBARI COROLL.

HYdropiper, quale ſit in Plinio, nondum comperi. Nam Piperitis, quæ & Siliquaſtrum dicitur, nonnihil ab Hydropipere uidetur differre, non ſolum medicinæ uſu, uerumetiam deſcriptiōe. Monſtratur enim caule rubro, et longo, denſis geniculis, foliȝs Lauri, ſemine albo, tenui, guſtu Piperis, uulgo dicta Coſtum. Diſtat porro Siliquaſtrum a Salicaſtro, ut in mentione ſua docebimus, ſicut & a Seliquaſtro. Etem Seliquaſtrū herba non eſt, ſed antiq gñis ſedile, ut Pōpeius inqt. Georgius Tiphernas, Siliquā Cerauniam, in Strabone Siliquaſtrum interpretatus eſt peſſime. Non deſunt qui Perſicariam mō nominatam Hydropiper eſſe ſuſpicentur. quanq; foliū Perſici huic reddatur, unde nomē, Hydropipi uero Menthæ atq; Lauri. Eſt & in folio Perſicariæ litura, maculę modo inſcripta: quę ſi fuiſſet in Hydropeperi, fortaſſe nō omiſiſſent auctores. Eſt ergo Perſicaria folio Perſici, flore cādido, ſpicaceo, guſtu acri, ſemine minuto, caule nodoſo, rubenti, longo: quę ſunt oīa & Hydropeperi tributa. Liberū ſit æſtimantibus iudicium.

### EX. M. VERG. COMM.

NVlla Plinio, latiniſq; alijs ſcriptoribus ſub Hydropiperis titulo & uoce planta hęc eſt. Nec qualem hic deſcribit prope aquas naſcentem, inuenire adhuc licuit. Vidimus tamen in antiqſſimo latino Dioſcoride, & qui longobardis literis ſcriptus, ſexcentorum annorum uetuſtatem refert, Hydropiperis appoſitam imaginem, diligēti ut erant ea tempora pictura, effigiatam. In qua deſcriptioni huius ſcriptoris omnia conueniunt, caulis, geniculi, alarum concauitates, folia, foliorumq; color. Vnum in fructu diſcrimen tantum eſt. Quod enim hic ait, in ramulis ſecundum folia naſci, & acinoſum eſſe: in ea pictura in ſummis ramulis eſt uaſculi potius q; folliculi, aut ſiliquæ figura: indicatq; in eo claudi ſemen, quod hic cum fructu miſcet, fructum, uaſculum, & in eo ſemen ſimul appellans. Quod deficientibus coniecturis alijs, non penitus ab re audiſſe fuerit. Quemadmodum nec inutile etiam, ex aliquarum plantarum natura cognoſcere, quæ aliquando nobis in hoc opere Alarum concauitates in plantis ſunt. Græci tranſlata ab humano corpore appellatiōe μαχάλας dicunt caua, quę aliquando bina, aliquando ſingularia, & ex interuallo ſemper in plantis uidentur, humanis alis ſimilia, in quibus ueluti lacuna eſt. Sunt autem homini alæ qua parte brachium humero coniungit ex interiore parte, in quubus non aliter q; in pectore pubes aliqua naſcitur, uiroſi plærumq; odoris. Earū ſimilitudine, concauos geniculos, quales in harundinibus, & plęriſq; alijs ſunt, μαχάλας greci, Romani Alas dixerūt. Ab Adnatis eo differētes, q; ex alis noua ſemper germinatio prodit: Adnata uero nullam habent certam partem unde emergant.

## ¶ De Ptarmica. CAP. CLXXIX.

πταρμικὴ

PTarmica frutex eſt, ſurculos habens paruos, multos, & rotūdos, Abrotono non diſſimiles, & circa eos folia oleæ, longa, & in cacumine capitulum uti Anthemidis, paruum, rotūdum. Quod ſuo acri odore ſternutamentum excitat. Vnde nomen accæpit. Folia cum floribus illita, ſugillationes rapiunt. Flores ſternutamēta efficaciſſime mouent. Naſcitur in montibus & petroſis.

## CBARBARI COROLL.

PTarmice, ſubſalſo herba guſtu, Diptarmice a quibuſdam uocari ſolita, quoniam ſternutamentum iterari faciat.

## EX M. VERG. COMM.

EX re nomen habet Ptarmice: Ptarmon enim græci ſternutamentum uocant. In quo egregiam neceſſe eſt habere uim: exquo tam præſenti ſalutis augurio & honore, dignata eam Græcia eſt. In nullo, quod hactenus ſciam, herbarum cenſu ſub hoc nomine latinis Ptarmice eſt: & ſi Barbarus in Corollario ſuo teſtetur, a quibuſdam hanc ipſam Diptarmicem dici. Meminerunt eius tamen inter græcos Galenus, & Paulus Aegineta, eadem omnia quæ Dioſcorid. poſſe eam teſtari, adiicientes tm̃, uiridem fugillata, liuoreſq; aliis diſſicere.

## De Radicula, ſeu lanaria hærba. CAP. CLXXX.

στρούθιον
στρουθοκάμηλος

Struthion · herba ſaponaria ·

STRVTHIVM ab aliquibus Cerdon, ab aliis Catharſis, ab aliis Struthocamelus, a quibuſdam Chamærrhyton, a magis Calyrhyton, a Latinis Lanaria hærba, aut Radicula appellatur. Nota eſt hærba, qua purgandis lanis utuntur, qui eas eluunt. Huius radix eſt acris. Vrinam ciet. Prodeſt tuſſi, quam iecur excitauit, & orthopnœæ, ex melle ſumpta cochlearis menſura. Aluum ſoluit. Eadem cum Panace & Capparis radice, calculos frangit, & cum urina exturbat. Duriciem lienis abſumit. Menſes impoſita trahit. Partus enecat. Cum polenta autem & aceto illita, lepras tollit. Tubercula diſcutit, cum farina hordeacea & uino decocta. Miſcetur & malagmatis, & colyriis, claritatis cauſa. Sternutamenta mouet. Per os purgat, trita cum melle & naribus infuſa.

## BARBARI COROLL.

Plí. li. 24. ca. 11

STruthion, a noſtris Radicula uocatur, ſpinoſa herba, non tamẽ acanacea. Flos ſine odore, ſpectabilis æſtatibus, caule lanuginoſo, Semen nullum, Radix magna, quæ conciditur purgandis lanis. Mirum quantum conferens candore, molliciaq;. Naſcitur Satiua ubiq;, ſed ſponte in Aſia, Syriaq;, ſaxoſis & aſperis locis præcipua. Trans Euphratem tamen laudatiſſima, caule ſerulaceo, tenui, & cibis indigenarum expetita, & tingenti quicquid ſit, cum quo decoquatur. Folium Oleæ, a medicis aureum Poculum uocatur. Hippocrates cõmendat naſcentem in Andro inſula littoribus. Ab hac ſimilitudine potoriũ quoddam uaſculum fortaſſe Struthion appellatum ſit. Smyrnæa mulier Galena, florẽ hunc non Struthiõ, ſed Strythion uocauit. Porro Strutheum latine, ut eſt apud Feſtum, a ſalacitate paſſeris membrũ uirile ſignificat, præcipue in mimis: ut qui paſſerem, in Martialis & Catulli uerſibus, aliter accipiunt, nihil mihi dixiſſe uideantur. Ne quis in ea re Politianum, quia ſine autore loquitur, ſomniaſſe cauilletur.

## EX M. VERG. COMM.

PLinius. 19. uolumine cap. 3. ad candorem & molliciem lanarum Struthij ſucco uſos fuiſſe antiquos ait. Idẽ mox tm̃. 24. cap. 11. quod nos pauloante diximus, his uerbis teſtatur. Tingentibus & radicula ramos præparat, quam Struthion uocari diximus a græcis. &c. Diuiditq; in eodem uſu, quod in græcis alioquin unum eſt: & ramulis Struthij tribuit, q̃d radicibus illi tribuerũt, quę ſucco ſaporeq; aſpæ, ad imbibẽdos colores unguine ſordidas p̃parãt lanas. Poſſũt quidem q̃d Plinius ait, purgatas æſypo lanas cãdidiores reddere: ſed illud obiẽ eſt. Qd̃ aũt ab infectoribus primũ, & ut græci dicunt προύργου a Struthio quærebat, purgato ſordiũ & æſypi unguine erat. Neſcimuſq; nos, quoſnam Plinius ramulos in Struthio appellauerit. Radicibus em̃ in tingẽdo, ut diximus, utebant: oñditq; latinũ nomen, radicũ tm̃ fuiſſe uſum. Neq; em̃ aliã ob cauſã radicula, q̃ ex potiore uſu dicta a Romanis eſt. Quinetiã, nihil fere excepta radice Struthion eſt, quam per longitudinem, & in latera ſub terra, non in altum extendit, proferentibus ſe ex interuallo graminis modo & quaſi ex geniculis, quinq; in unum collectis plerunq; foliis, ex quibus coliculi cum floribus prodeunt. Vulgaris, & ubiq; locis incultis naſcens herba, folio ut diximus in ceſpitem conferto, & per interualla ex eadem radice erumpente. Lauri figura, uerum maiore. Latini ab uſu Lanariam radicem, & herbam, & ab eius præcipua & utiliore parte Radiculam dixerunt. Vnde autem græci Struthion nominauerint, nõ ſatis nunc patet.

Hosted by Google

nisi forte a foliorum positura, quæ auium alas quadamtenus imitantur, nomen illi fecerunt. A
στρουθὸν enim, & στρουθίον ea gens passerem, & minores alias appellat aues. Quod si in cibos radix hæc transiret, crederemus ob caliditatem, quam in quarto ordine habet, Venerem stimulare, & ob id Struthion dictam. Græci enim στρουθὸν passerẽ dicunt: & ab eius auis salacitate στρουθοὺς, quasi passeres ad Venerem procliuiores homines, & ex ea ratione id facientem herbam Struthion etiam dicere potuissent. Sed nihil horum pro comperto est.

## De Cyclamino. CAP. CLXXXI.

CYclaminus a quibusdam Cysanthemon, ab alijs Cyssophyllon, ab alijs Chelonion, alijs Ictyopheron, ab alijs Silene, a Zoroastre Triphalites, ab Osthane Aspho, a Magis Miaspho, Aegyptijs Thesce, a Romanis Rapum terræ, aut terræ Vmbilicus uocatur. Folia habet hæderæ, purpurea, uaria, in quibus susq; deq; albicant maculæ, caule nudo, quaternos digitos æquãte, floribus in eo purpureis, rosarum effigie, radice nigra & aliquantum lata, ut Rapum uideri possit. Quæ cum hydromelite pota, pituitam, aquamq; detrahit. Menses potu appositiue ciet. Tradunt, si prægnans radicem transgrediatur, abortum fieri. Partum appensa accelerat. Contra uenena, præsertim leporis marini, ex uino bibitur. Illita, contra serpentium ictus remedio est. Radix immista uino, inebriat. Regium morbum discutit, tribus drachmis pota, cum passo aut diluto mulso. Sed oportet eum qui ebibit, multis uestibus contectum, loco calido, & perfrictiõibus tuto recumbere, quo facilius exudet. Eiecti autem sudores fellei colore inueniuntur. Succus eius ad purgandũ caput, naribus infunditur. Ad deijcienda quoq; alui excrementa, in uellere sedi subijcit. Illito umbilico & imo uentre coxarũ tenus, aluũ emollit. Sed abortũ efficit. Suffusionibus, & retusæ oculorũ aciei, oblitus cũ melle succus, prodest. Medicamentis abortum inferentibus, amiscetur. Succus cum aceto illitus, prociduam sedem restituit. Exprimitur tusa radice succus, & ad mellis crassitudinem decoquitur. Radix cutem purgat. Eruptiones papularũ reprimit. Vulneribus ex aceto, aut melle medetur. Lienem absumit. Vitia cutis in facie, & alopecias emendat. Eius decocto, luxata, podagras, & capitis ulcuscula, pernionesq; foueri congruum est. Ipsaq; in oleo uetere feruefacta, illito oleo, ulcera ad cicatricem perducit. Cauata radix oleo expletur, & cinere feruenti imponitur, adiecto interdum thyrrhenicę cerę momento, ut stigmenti crassitudinẽ unguentũ contrahat, cum primis utile pernionibus. Radix Scyllæ modo concisa reponitur. Narrant ad amatoria assumi contusam, & in pastillos diuisam. Nascitur in umbrosis, maxime sub arboribus.

κυκλάμινος

ciclamen. p
nis porcing
vel tuber tet
vel arthanit

B

## BARBARI COROLL.

CYclaminos a nostris Rapum, & Tuber terræ dicitur, ut inquit Plinius, non malum terrę, ut Theodorus putauit. Nam Malum terræ, ut Dioscoridi uidetur, Aristolochia est. Erraticum uero malum a Plinio uocatum, & ad calculos radice commendatum, quale genus sit, nondũ comperi: præterq; si quis pro Anthemide accipiat, quando utilem uesicæ uitijs eam nouimus. Et Chamæmilon, hoc est, malum terrestre, dicitur a Græcis Cyclaminos. Folia habet minoraq; Hedera, nigriora, & tenuiora, sine angulis. Flos ei, ut Plinius scribit, colossinus, & in coro

Pli. li. 21. ca. 9.
lib. 25. cap. 9.
lib. 26. cap. 12.

Cnas admitti ſolitus. Eſt autem genus in eo nomine coloris, ut Straboni placet a Coloſſis urbe Troadis, ubi præcipua lanitij commendatio fuiſſet: quemadmodum Laodiceæ, Coracinum pecus, a colore item uelleris appellatum. Sed cum duo florum genera Cyclamino reddantur, purpureum, & candidum, uter eorum Coloſſinus dici poſſit, extimandum relinquimus. De Coracino Laodicenſium uellere, etiam Victruuius. Pernicialia Cyclamino cum olere ſunt odia. Siquidem aduerſam ei Braſſicam inareſcere affirmant. Sphæritis herba quæ ſit Aetio, nõ conſtat. Quid ſi Cyclaminon interpretere? cum & alopecias emendat, cum & Cyclaminos Orbicularia latine dicitur, hoc eſt, Sphæritis.

EXM. VERG. COMM.

ESt præter numeratas a Dioſcoride Cyclamini appellationes, ubi noſtra ætate porcorum, ubi terræ Panis Cyclaminus appelletur. Nulluſq; non audito alterutro nomine, ubiq; fere inter ſepes & uepres naſcentem plantam intelligit, quam ſubulci pecori ſuo gratam cognouerunt, et ab eo nomen illi fecerunt, porcinum Panem appellantes. Cæteri antiquum Cyclamini nomen ignorantes, a panis figura ſub terra latentem eius radicem, terræ Panem uocauerunt. Nihil in agro agentibus nunc etiam notius, nigro colore: radix in orbem circumacta, non tamen in globum ſurgens, ſed ueluti preſſa pondere, in latitudinem ſe explicans, eadem forma qua nunc in quotidiano uſu panes uidentur. Qui primi nomen illi fecerunt, circumactam in orbem eius circinationem contemplati, ἀπὸ τοῦ κύκλου, quaſi ab orbe Cyclaminon, ideſt, orbicularem dixerũt. Fuitq; hæc prior & antiquior plantæ huius appellatio. Secuta ætas, non radicem, ſed folia eius contemplata, & hederacea eſſent, Ciſſanthemon, et Ciſſophyllon eandem nominauerunt. κισσὸν enim græci Hederam dicunt: & ſi in prima hac Cyclamino longe maiora & Hederæ folia ſint, ſolamq; Hederæ figuram in folio referat. Non defuerunt quondam etiam, qui a teſtudinis forma, Cheloniam eandem dicerent: quemadmodum non deſunt itidem, qui ideo teſtudinis nomen retuliſſe dicant, quoniam ea id animal ueſcatur: quemadmodum contra piſces oderunt, qui non ſecus & ueneno aliquo in aquam coniecta Cyclamino enecantur: ideoq; piſcium Venatio dicta fuerit. Plinius tertiam Cyclaminum id facere dixit, cuius hic non meminit. Romani

D ſcriptoris huius hiſtoriam ſecuti, Rapum terræ, uel Vmbilicum, uel Tuber dixerunt: quoniam hic dixerat radicem eſſe nigram, Rapo ſimilem. Vmbilicum autem, quoniam ut in aliquibus circinata forma umbilicus eſt, ſic & Cyclaminus ſub terra uideatur. Dico autem umbilicum, non qualis in homine cęteriſq; animalibus media pars eſt, ſed quales in Epigrammate ſuo Martialis dixit. Iam peruenimus uſq; ad umbilicos, extremam uoluminis clauſuram, quæ aut nodus, aut fibula opus claudebat. Vidimus nos aliquando Cyclamini radicem, globo & latitudine ampliſſimi panis: ex qua folia erumpebant: & inter folia flos breui pediculo, potius & coliculo ſurgens, in quo color erat qualem hic deſcribit. Plinius Coloſſinum uocat. Nec ambigendum de eo colore erit, qui Cyclaminum florentem uiderit. Eundem lib. 25. idem purpureũ dicit. Nec uidetur tantus ſcriptor in his ſibi conſtare. Habet ut uidetur Cyclamiuus numeroſas, & egregias in medendo uires. quas paulo minus & omnes nouit & indicauit ante Dioſcoridem Theophraſtus lib. 9. de plantarum hiſtoria, oſtendens & ipſe, adalligatum Cyclaminum partus adiuuare: prodeſſe ad amores: ſubdi mulieribus: purgare caput: ulceribus ex melle mederi: & ne longiores ſimus, nihil non idem in utroq; eſt. Addidit Theophraſtus, tantum cremari radicem Cyclamini, tum uino reſtingui, cineremq; eodem quo fex modo in paſtillos conformatum ſeruari.

## ¶ De Altera Cyclamino. CAP. CLXXXII.

ESt & altera Cyclaminus, quam Ciſſanthemon, aut Ciſſophyllon uocãt, minoribus & Hedera foliis, geniculatis caulibus, craſſiſq;, circa uicinas arbores capriolorum modo ſe uoluẽtibus, flore candido, odorato, acinis Hederę mollibus, lenti guſtus, aliquantulũ acris, radice ſuperuacua. Naſcitur in aſperis. Huius acini drachmę unius põdere poti cum uini albi cyathis duobus triginta diebus, lienem per urinam & aluum abſumunt. Ad Ortopnœam bibitur. Reliquias a partu purgat.

BARBARI COROLL.

CYclaminos altera eſt, cui nomen ab Hederę floribus impoſitum Ciſſanthemos, de qua hic agitur. Plinius & tertiam Cyclaminon demonſtratam ſibi prodidit, cognomine Chamæciſ-

son, uno omnino folio. Radice ramosa, qua pisces necantur. Ideoq; hanc proprie Ichthyoterã uocari autumo, quanq̃ nomen hoc a Dioscoride Cyclamino primæ datur. A

EX. M. VERG. COMM.

ALteram Cyclaminum hanc a suprriore illa diuersam faciunt, minus in latitudinẽ exequata, & globosior radix: longiores coliculi, quibus in alias arbores uitium modo ascendit: folia longe q̃ illius minora, quantitate, incisuris, totoq; habitu hederacea. Ob quã causã Plinius ait, hanc tantũ Cissanthemon dictã fuisse. Flores candidi, odoratiq;: qui in illa purpurei sunt, & sine odore. Acinosus fructus, & qualis in Hedera corymbaceus: & q̃d ad medicinã pertineat, radix inutilis, quæ sola in altera illa expetitur & usum habet. Hæc aspis locis nascens, illa int̃ uepres & in sepibus. Hanc ipsi non uidimus, nec possumus oculati testes eius legentibus esse.

## ¶ De Dracunculo. CAP. CLXXXIII.

DRACVNTIVM magnum aliqui Aron, alij Isaron, alij Iaron, alij Geracicon, alij Biaron, alij Armiagrion, alij Cyperida uocant. In umbrosis sepibus gignit̃. Caulem habet rectũ, læuem, duum cubitorum, baculi crassitudine, uersicoloribus draconum maculis, purpureis tamen euincentibus. Folia Rumicis, inflexa. Fructũ summo caule facit racemosum, coloris primum cineracei, mox per maturitatem in crocum & purpuram uergentis, radicem prægrandem, rotundam, candidam, cortice tenui uestitam. Colligitur, & dum maturescit succus exprimitur, sicaturq; in umbra. Radix quoq; messibus effoditur. Elotaq; particulatim conciditur, & funiculo transfixa siccatur in umbra. Cum diluta potione crudam, coctamue, cum melle delingi prodest, contra orthopnœas, rupta, conuulsa, tussim, & destillationes. Pota cum uino uenerem stimulat. Vlcera quæ cacöethe uocantur, atque phagedænica expurgat, præsertim cum uite alba. Ex ea & melle collyria ad fistulas, & partus euocandos componuntur. Ad uitiligines cum melle efficaciter illinitur. Polipos, & carcinomata absumit. Succus ad oculorum medicamenta, item contra nubeculas, caliginem, albuginesque effectum præbet. Herbæ, radicisq; odor, teneros conceptos abortu uitiat. Item si triginta grana eius in posca bibantur. Sunt qui eius succum cum oleo, aurium doloribus infudere. Quinetiam folia, utpote quæ adstringant, uulneribus recentibus imposuere, & cocta in uino pernionibus. Qui folia manibus affricuerit, aut radicem exemerit, posse a uipera feriri, inficiantur. B

Δρακόντιον

serpentaria maior vel tubrina

BARBARI COROLL.

DRacunculus a caule uario draconis more dicitur: siue a cauda, quæ illi subrutila est, & draconis intorti modo conuoluta. Dissonãt aliquãtum in hoc genere scriptores. Alijs Dracunculum ab Aro separantibus. Alijs idem existimantibus. Glaucias Dracunculum syluestrem Arum uocabat. Phænias Aron, & Aroniam. Aliqui radicem Aron appellauere, caulem Dracuntion. Theophrastus Aron putauit genus esse, sub quo species quasi multæ continerentur. Dioscorides quatuor uidetur fecisse genera, Dracunculum maiorem, Dracunculum minorem, Aron, & Arisaron, quanq̃ in describendo Aro, discrepat a Plinio. De Dracunculo quoq; parum conuenit inter eos, ut sequenti capite liquebit. Dracunculus hordeo maturescente fodit̃, luna crescente, Serpentariam sunt qui uocent. Inuenio apud Hippocratem & Ophin herbam, semine muliebribus medicinis utilẽ probari. Nec an eadem sit cum Dracuntio satis constat, eti amsi a serpente nomen habeat. Idem Hippocrates candidam radicem cum nominat, Dracuntij radicem, ut Galenus uult, intelligit. The. li. 9. ca. 22

C ERit legentibus & nobis non leue laborís compendium, ſi antequã de maiore Dracunculo agatur, tota minoris medicina & hiſtoria pariter reddita fuerit. Sunt enim utriq; paulo minus q̃ cuncta communia, tamq; in minore incerta, mixtaq; cum maiore multa, ut continuato ſermõne de utroq; utilius dixiſſe fuerit. Aequo animo ob eam cauſam tãtiſper dum hoc agimus, differri ſibi ñoſtram Dracunculi commentationem legentes patientur.

## ¶ De Dracunculo paruo. CAP. CLXXXIIII.

Dracunculus paruus folio conſtat hederaceo, magno, candidis notis inſigni, caule recto, bicubitali, uerſicolore, maculis reſperſo purpureis, ita ut anguem plane referat, baculi craſſitudine. Fructus ſummo caule racematim cohæret, colore primum felleo, & cum ematuruit, croceo, guſtu feruens, mordaxque, radice rotunda, bulboſa, raphano non abſimili, tenui obducta cortice. Naſcitur in ſepibus umbroſis. Seminis ſuccus cum oleo inſtillatus, aurium dolorem mitigat. Naribus etiam ex lana impoſitus, polipum abſumit. Carcinomata illitu ſiſtit. Triginta eius grana, ſi in poſca bibantur, abortus inferunt. Odorem aiunt poſteaquam flaccidi flores emarcuerunt, conceptus adhuc teneros enecare. Radix excalfacit. Orthopnœis, ruptis, uulſis, tuſſi, deſtillationibus auxiliatur. Humores pectoris excreatu faciles reddit, ſiue eocta, toſtaque cum melle, aut per ſeſe edatur, ſiue farina eius ex melle delingatur. Vrinam pellit. Venerem excitat, cũ
D uino pota. Phagædenas ulcerum, & quæ cacõethe uocantur, trita cũ melle & Brionia alba, expurgat, & ad cicatricem perducit. Collyria ex ipſa ad fiſtulas, & eiiciendos partus fieri ſolent. Qui radice ſuas manus perfricuerunt, à uiperis feriri negantur. Illita ex aceto uitiligines emaculat. Folia recentibus uulneribus, concerptorum lintheolorum uice, conuenienter imponuntur. Decoctam in uino pernionibus appoſuiſſe prodeſt. Caſeus foliis inuolutus, a putredine defenditur. Succus radicis ad nubeculas, albugines, & oculorum caligines conuenit. Radix cruda coctaue, ad ſanorum uſus, pro olere recipitur. In Gymnetidibus inſulis, quæ Calarides uocãtur, cocta radicẽ cũ melle multo, in conuiuiis placentarũ loco offerunt. Radix meſſibus effoditur, lotaq; fruſtatim concidit, & lino traiecta ſiccat in umbra, & ita reconditur.

BARB. Pli. li. 24. ca. 16 DRacunculi duo ſunt Dioſcoridi, maior, & minor, ut prædiximus. Plinio tres. Vnus foliis Betę, nõ ſine thyrſo, flore purpureo, ſimilis Aro. Alter radice lõga, ueluti ſignata, articulo ſaq;, tribus omnino cauliculis. Tertius folio maiore q̃ cornus, radice arundinea, totidem (ut aiunt) geniculata nodis, quot habet annos, totidem etiam foliis. Aetius Dracunculi ſemen occultari terra, & piperi ſimile deſcribit. Olitores & Draconem uocatam ferunt, huic toto genere diſſimile, quam mirabili quodam modo naſci prædicant ex lini ſemine incluſo, raphanis, aut ſcillæ bulbis, atq; in terra obruto. Puſilla herba, nigro ac minuto ſemine, folio tenui & oblongo, acri, & utranq; originẽ prodente, linguam & folio & radice amburens, & aceti & ſalis guſtu. Pyretrum ſunt qui a ueteribus appellatam falſo putent hãc, inter olera acetaria gratiſſimã. Ita em̃ uocare inſtituí, quicquid crudũ manditur ex aceto, ſale, oleo. Quanq; hortos ſuos priſci Acetaria uocabant: non ab aceto, ut quidam rati ſunt, ſed ab accipiendo, quaſi acceptaria: quippe quos, ut inquit Cicero, quaſi alterã ſuccidiã ueteres habuerint. Ab eodẽ uerbo et Acetabulũ deducit, etiãſi Greci Oxybaphõ ab intinctu aceti nominãt, ita em̃ aceto uas dicatũ uocabãt.

ut Athenæus teſtatur. Qꝛ q̄ & menſuræ genus ſignificat, quod & Cochleare dicimus. A

EX M. VERG. COMM.

MIſcuerũt adeo ueteres cũ Aro Dracunculũ, totq; nũc ijſdem, nũc diuerſis notis deſcripta Dracunculi gña ab illis fuerũt, ut nihil in re alioqn ſatis nota, difficilius aut ipſi fecerint, aut per ſe legẽtibus oſtendaꝛ. Quodq; anxios diu nos habuit, & adhuc habet, nec aliter in partes trahit uarias, perq; oĩa uerſat, q̄ qui in amoribus Medeæ ab Apollonio primũ deſcriptus eſt, ſolis ex aqua fulgor, ſummi feriens laquearia tecti, nunq; ſtabilis, ſed continua uerſatione in oẽs diſcurrens partes, Dioſcorides eſt: & quæ in cunctis græcis duo maioris, minorisq; Dracũculi capita in eo legunt, nullibi q̃d egregiã diuerſitatẽ faciat, uariata eorũ hiſtoria, aut medicina, & ſi alterũ Rumicis, alterũ Hederę folia habere hic dixerit. Multiplex em̃ huic ſcriptori ſimilitudo eſt coloris, figuræ, quãtitatis, uirium, aliorũq; huiuſcemodi. Fitq; ob eam cauſſam ſæpenumero, ut q̃d totũ diuerſum eſt, in partibus ſimile dictũ, totam ſimilitudinẽ referre male credaꝛ: & q̃d undiq; ſimile eſt in partibus, differre dictum totum diſſimile falſo habeatur. Quod in utroq; ſcriptoris huius Dracunculo fieri facile potuit. In quorũ altero folia Rumici in quantitate & figura, in altero Hederæ in colore cõparari potuerũt. Nihil em̃ nobis, excuſſo diligẽter utroq; capite, inuẽtum eſt adeo diſſimile, diuerſumue, ut alterã oportuerit, p̃ſertim tam longã rei & medicinæ ijſdem uerbis hiſtoriã conficere. Auxitq; ſuſpitionẽ noſtrã, q; nec Galenus, nec poſt Galenũ Paulus Aegineta diligentiſſimus in græcis medicinæ auctor, & qui ſcriptoris huius dicta ubiq; bona fide retulit, alterũ hunc, & minorẽ Dracunculũ nouerũt: nec poſt grẽcos latini ſcriptores Apuleius, Ioannes Serapion, & q̃d multi apud nos eſt, uetuſtiſſimi latini codices, in q̃bus unius tantũ Dracunculi caput, alterius ueſtigiũ nullum oſtendit. Ex eo factũ eſt, ut crediderim, & adhuc credã, unum tantũ a Dioſcoride Dracũculũ hoc loco deſcribi. Neq; em̃ ueriſimile, ſi alter ille in natura Dracunculus eſſet, & ab hoc ſcriptore deſcriptus fuiſſet, relinquendũ ab illis penitus fuiſſe. Et nihilominus in cunctis & antiqſſimis grẽcorũ codicibus, utrũq; hoc caput adhuc legit. At non eſt eadẽ utriuſq; hiſtoria & medicina. Concedimus id quidẽ: monemus tñ uocũ magis q̃ rerũ diuerſitatẽ eſſe: nec ad conſtituendũ rei genus ſatis id eſſe. At minori Dracunculo aliquid tribuit, quod in maiori non legit: quale eſt, incorruptũ ſeruari, foliis eius inuolutũ caſeum. Neq; id etiã diuerſitatis neceſſitatẽ facit. Potuit em̃ in noua alterius eius capitis deſcriptione illud addi. Siquidem non Dracunculo Plinius, ſed Aro eam uim tribuit: poſſuntq; eandem habere rationem quæcunq; alia minori addita magis q̃ alia inueniuntur. B

## ¶ De Aro. CAP. CLXXXV.

ἄρον λαῦρα

ARon apud Syros Lupha uocitatum, aliqui Alymon, alij Thymon, alij Dracontiam, Cyprij Collocaſſion dicunt. Folia emittit Dracunculi, ſed longiora, & paucioribus diſtincta maculis, caulem ſubpurpureum, dodrantalem, piſtilli ſpecie, a quo croceum ſemen exit. Radice Dracunculi alba, quæ decocta eſtur, utpote cum minus acris ſit. Folia ad eſum condiũtur, & arida per ſe, decocta mandũtur. Radix, ſemen, & folia Dracunculi uires habent. Priuatim radix ex ſimo bubulo podagris illinitur, & Dracunculi more reponitur. In totum ob mitiorem eius acrimoniam, in cibum expetitur.

aron. pren
dracontij' b
go non ve
ba aaron

BARBARI COROLL.

ARorum Theophraſtus inquit radices, inhibita germinatione fiunt altiles, foliis uidelicet terra obrutis. Prægrandia hæc ſunt, Item caua, cucumeracea. Radix nuda cortice, quæ mandi poſſit. Nam & folia in aceto inquit decocta eduntur, nec inſuauis cibus eſt, caulem ei nullum reddendo. Differt a Dracunculo, ſi Plinium ſequamur: qui radicem habet nigram, in latitudine rotundã, multo maiorem, & qua manus impleatur, Dracunculus ſubrutilam, & intortam. Semẽ ei feruẽs ac mordax, Aro lenius. Quod & Galenus cõfirmat. In cibis Aros fœmina præfertur: quoniã mas ſit dulcior, & in coquẽdo lentior. Foliis Ari, caſeum ne cõputreſcat, ſeruari affirmant: quod q̃dem a Dioſcoride, maiori, aut minori Dracunculo tribuitur. Theophra. libro. 7. cap. 11. Pli. li. 24. ca. 16.

CONfundit Plinius cum Dracunculo Aron lib. 19. capi. 4. Numeratq; Aron inter Aegypti hortẽſia, his uerbis. Eſt inter gña Bulborũ, q̃d in Aegypto Aron uocant, Scyllæ proximũ amplitudine, foliis Lapathi, quæ Rumex eſt; caule recto, duum cubitorũ, baculi craſſitudine; VERG.

C radice mollioris naturæ, quæ edatur & cruda. &c. Folia enim Lapathi, caulis rectus, duũ cubitorum altitudo, & baculi crassitudo ex maioris Dracunculi historia cuncta sunt: nec Aro congruunt, cuius caulis semipedalis pistilli figura est. Quam formã in nostri orbis Aro quotidie licet uidere. Confundendiq; simul diuersa genera, nulla maior, ut credimus caussa fuit, q̃ similitudo primũ: mox antiquorũ historia, in qua totũ hoc genus Aron aliquando, nonnunq̃ priuatim illud Dracunculus, hoc Aron dictum est. Discreuit tamen alterum ab altero natura: & illud procerius, hoc breuius fecit. In illo figura est, qualẽ superiore capite tradidimus: in hoc ubiq; cognosci potest. Reliquit in hoc etiã Dioscorides inuolucrũ illud, & cucullum, quo inuolutum semen claudit, pallido magis q̃ herbaceo colore, non ut in Dracunculo purpureũ. Numerabatur quondã, serebaturq; inter olera Aron: quod uix credibile sit, tantã habet radix, quæ in ciborũ usu erat acrimoniã. Cogitandũq; alterum est, aut aliunde inuectũ mitius fuisse, aut culturæ genere aliquo & humano artificio meliorescere nunc etiam posse.

## ¶ De Arisaro. CAP. CLXXXVI.

ἄρισαρον

ARisarum exigua herbula est, cuius radix oleæ magnitudinem implet, longe maioris q̃ Aron acrimoniæ. Vnde illitu nomas sistit. Fiunt collyria ex ea ad fistulas. Illitu radicis, genitale animalis cuiuscũq; in perniciem agitur.

arisarum. con gener esse scribitur aro fr dracontio set ignota.

### BARBARI COROLL.

ARisaros, siue Arisaron, in Aegypto nascitur. Similis Aro herbæ, minor tamen multo, minoribusq; folijs, & utiq; radice: quæ tamen Oliuæ magnitudinem prægrandis impleat. Alba, geminum, altera unicum emittente caulem. Corrupere nomen huius herbæ medici, ut ab ipsis iam non Arisaros, sed detritis duabus literis, Asarus dicat: quod quidem & in Asari mentione testati sumus. Est & Aris herba Hippocrati, nec qualis sit, & an pro Arisaro capienda sit, nõ constat. Aris & instrumenti quoddam genus est.

### EX M. VERG. COMM.

D COngeneres, ut uidetur, plantæ tres hæ sunt, Dracũculus, Aron, & Arisaron Bulbosas em̃ radices oẽs habent: & in reliquis non adeo dissimiles, in medicina conueniũt. Plinius lib. 24. capite. 16. Erin, sed ut credimus, corrupta ex Arisaro uoce appellat. Additq; in historia eius, nasci in Aegypto. Et quod hic ait, emplastri modo impositã radicem, omniũ quadrupedũ genitalibus in perniciem ea agere, ab eo aliter, & his uerbis dicit. Sed unũ miraculum ingens, contacto genitali cuiuscunq; fœminini generis, animal in perniciem agi. Hic autẽ non magis fœminini, q̃ masculini sexus id malum fore ostendit. Signauimus hoc, ut suspicari & quærere legentes possint, huic ne capiti aliquid desit, an aliter Plinius rem intellexerit. Dubitauit in Plinianis castigationibus Barbarus, diminutiua ne forma nõ Arisaros, sed Aris, quasi paruũ Aron uocanda planta hæc sit: quoniã Arin Hippocrates, herbã sibi tamen ignotã appellauerit: & q̃ Arisaron oĩa minora q̃ Aron haberet. Sed uocandã Arisaron esse Paulus Aegineta lib. 6. testatur, dicens multo breuius Aro Arisaron esse, uocatq; Arisaron manifeste, non Arin.

## ¶ De Hastula regia. CAP. CLXXXVII.

ἀσφόδηλος

HAstulam regiam Græci Asphodelon, alij Narthecion, Romani Albucum uocant, uulgo notum. Folijs est maioris Porri, caule læui, ferente in cacumine florem, quẽ Anthericon appellãt. Radices subiacent oblongæ, rotundæ, glandibus similes, gustu acres. Quæ excalfaciunt. Vrinas, & menses epotæ cient. Lateris doloribus, ruptis, conuulsis, & tussibus, drachmæ pondere potæ ex uino medentur. Ea uero uomitiones adiuuat, ludicri tali magnitudine cõmanducata. A serpente demorsis datur aptissime. Verum trium drachmarum pondere, folijs, floribus, & radice ex uino morsus illinire oportet. Item ulcera sordida, & depascentia. Mammarum quoq; & testium inflammationes, tubercula, furunculosq;, decoctis in fæce uini bulbis. Recentibus oculorum inflam-

asphodelo.

Hosted by Google

nationibus ex polenta auxiliatur. Radicis ſuccus adiecto uetere uino dul A
ci, myrrha, & croco decoquitur, fitq; perq; utile oculis medicamentum.
Ad purulentas aureis per ſe, aut cum melle, uino, & myrrha tritus, pro-
deſt. In contrariam aurem infuſus, dentium dolorem mitigat. Cinis e ra-
dice illitus, alopecias ad pilum reducit. Oleum in excauatis radicibus i-
gni decoctum, illitu exulceratis pernionibus, & ambuſtis igni, conducit.
Surditati, inſtillatus in aurem, auxiliatur. Candidam uitiliginem lintheo
antea perfrictam in ſole, illita radix emendat. Semen, floresq; in uino po-
ti, ſcolopendræ, & ſcorpionum uenenis, mirum in modum reſiſtunt. Al-
uum purgant. Floret meſſibus Albucum. Quare æquinoctio uerno, an-
tequam ſemen adoleuerit, demetendum. Radicem aiunt potam, ueneris
cupiditatem inhibere. Quod hærbarius Cratæias aſſeuerat. Addiditq;,
ſanare podagræ dolores, ſi drachmæ pondere bibatur.

BARBARI CORÒLL.

ASphodelus, de clariſſimis herbarum Haſtula regia uocatur, radice cibis apta, folio Porri Pli. li. 21. ca. 17.
ſyluestris, anguſto, prælongo, ſublento, caule præcellenti, qui cubitalis eſt, & ſæpe duum cubi
torũ, Antheriſcos, ſiue Anthericos a Græcis, Albucus a noſtris proprie uocatus. Differt An- bulgo gamo
theriſcus ab Anthriſco, ut ex mentione Scandicis facile colligitur. Aſphodelus, & aqua, & ſic-
co uiuit. Lignoſum ei ſemen, copioſum, triquetrũ, colore atro. Naſcitur in orbiculo ſubiecto
flori, decidens æſtate folliculo dehiſcente. Particulatim floret Aſphodelos, incipiens ab imo.
Vermes in eo uolucres, ſpecie floſculorũ eroſo, floris incipientis operimento euolant. Propriũ
huic cauli, q; tametſi leuis & anguſtus, in ramulos tamen fundit ſuperne. Torretur hic in cine- B
re ad eſum. Itẽ bulbus cum ſemine, oleo, & ſale addito, cum ficis quoq; tundit, præcipua uolu
ptate, ut uidetur Heſiodo, in ſyluis eum naſci prædicante. Mentionem Aſphodeli & Homerus
fecit. Heroion, ſiue ut alij codices, Erineon appellatũ ab aliquibus uideo. Cochleæ terreſtres mi-
re in Campania caulem eius perſequuntur, & ſugendo arefaciunt. Bulbos eius Napis modicis
ſimiles octuaginta ſæpe ſimul aceruatos autumno colligunt, cum plurimũ ualent. His mures
necant, & cauerna præcluſa immoriũtur. Amuletũ eſſe putant, in domibus ante portas ſatum.
Hellanicus prodit, quoſdam eſſe Nomadas in Libya, qui nihil aliud poſſideant, q; ſitulam, gla
dium, & calicem, & ex Aſphodelo caſulam, umbræ tantũ gratia: quam & circumferant. Eius
tamen genera duo faciunt, Albucum intelligentes candidum: cui ſcapus cubito amplior, pu-
rus, leuisq;. Aſphodelum uero, ſiue Haſtulam regiam, cui acinoſus ſit caulis. Dionyſius diſcre
uit ſexu, marem, & fœminam, pronunciando in ea.

EX M. VERG. COMM.

VIx credat noſtra ætate aliquis, in cibos & ſanitatis uſum ueniſſe quondã Aſphodelũ: tam
alienus homini nunc cibus eſt, tamq; inter medicamenta magis q; olera merito cenſet: niſi He-
ſiodũ audierit canentem, neſcire homines iniuſte rem ſuam augentes, ὅσον ἐν μαλάχῃ, καὶ ἀσφοδέ-
λῳ μέγ' ὄνειαρ, grauẽ poëtam, ſapientemq;, & cuius carmina in priuata uita pro oraculo a pro-
feſſoribus ſapientiæ recepta ſemper fuerint. Et poſt Heſiodum Plinius, mandi Aſphodelum, ſe
mine toſto & bulbo dicentem: & ad temperandã eius acrimoniã ficis miſceri iubentem: Tanta
rudi, nouoq; adhuc ſæculo, aut indiſcreta ciborum frugalitas erat.

## ¶ De Bulbo uomitorio. CAP. CLXXXVIII.

BVLBVS QVEM uomitorium uocant, folia habet lentiora βολβός
multo & longiora Bulbo cibario, radicem ſimilem, cortice ma-
gno. Ea manſa, aut decoctum eius potum, ueſicæ malis medetur. Vo-
mitiones mouet.

BARBARI CORÒLL.

BVlbus Vomitorius, a Græcis Emeticos uocatur, foliis nigris.

Hosted by Google

## ¶ De Bulbo cibario. CAP. CLXXXIX.

C Βουλβὸς ἡδύσμος

CIBARIVS BVLbus uulgo cognitus, a nobis eſtur. Stomacho & aluo utilis ruffus, & ex Aphrica delatus. Amarus uero, & ſcylinus, ſtomacho aptior eſt, & concoctionem adiuuat. Bulbi omnes acrimoniam habent. Excalfaciũt. Venerem ſtimulant. Linguam, tonſillasq; exaſperant. Multum alimenti præbent. Carnes creant. Inflationem pariunt. Luxatis, fractis, articulorũ doloribus efficaciter illinuntur. Spicula extrahunt. Gangrænas, & podagras ex melle, aut per ſeſe, hydropicorum tumores, & canum morſus cum melle & piperis polline illiti cohibent. Stomachi dolores mitigant. Furfures & ulcera quæ in capite manant, cum toſto nitro abſtergunt. Sugillata, uaroſq; per ſe, aut ex oui luteo, & lentigines cum melle & aceto, emendant. Fractis auriculis, unguibuſq;, ex polenta medentur. Iidem calidis cineribus torrefacti, tollunt ficus. Item cum cinere e mænarum capitibus, impoſiti. Cremati uero, & cum alcyonio miſti, uitia cutis in facie, atraſq; cicatrices, in ſole illiti emaculant. Faciunt ad rupta, ſi cum aceto cocti edantur. Sed copioſiore eorum cibo abſtinendum. Quoniam neruos tentant. Cocti cum polenta, & ex ſuillo adipe impoſiti, tumores ac tubercula uelociſſime ad ſuppurationem perducunt, & rumpunt.

### BARBARI COROLL.

Plí. li. 19. ca. 5. BVlbi foliũ anguſtum, ut omnibus fere bulboſis. Radice ſeritur hortenſis. Nam ſemine partim primo, partim ſequenti anno prouenit: quod & in Auena, Loto, Betaq; conſpicĩ. In Taurica Cherſoneſo tam dulces ſunt, ut crudi mandaĩ. Laudanĩ ex Alcathoe, Pelaſga, ut Ouidius ait, urbe candidus, hoc eſt, ut puto Megaricus, auctore Pauſania, ſed ad uenerẽ. Idem auctor.

D Daunis, an Libycis Bulbus tibi miſſus ab oris,
An ueniat Megaris, noxius omnis erit.

Eſt & Bulbi genus circa ripas amniũ, cuius inter eſculentã partem, & ſummũ corticem lanea contineatur natura: ob id Eriophoros appellatũ, ex qua ueſtes quoq; fiant. In Indis Bulbi non lanigeri, ſed criniti naſcuntur. Bulbis amaritudo in uertice. Habetur & Bulbina, rubicundo radicis bulbo. Item candido, & ſquamis carente, foliis Paracæ, ut inquit Plinius. Codices antiqui non Paracæ, ſed paruis habent. Ego porraceis legendũ exiſtimo: quandoquidem ita modo cernitur Bulbina, quam Maurice Buberigi cognominant herbarij, foliis croci, flore uiolæ, purpureo, ſiue ferrugineo in ſpicis, nigro ſemine. Sylueſtrium Bulborum florem, coronis inſeruere ueteres, Anemonem uocãtes poſt Narciſſum, ut Theophraſtus inquit, exeuntem uere. Condon Bulbi eum florẽ Græci appellant: haud ſcio an hic ſit, qui per initia menſis Aprilis Narciſſo ſimilis erũpit, maioribus diuiſuris, ceu ſtella quaternis foliis cãdidus, cum caocis interioribus, & odoratus, fronde porracea, radice bulboſa, ceu Allium, ſine odore glutinoſa. Bulbum ruffum Græci Bolbon, & Hippocrates Bolbion pyrron uocant. Inuenio apud Hippocratem genus ſyluestris oleris Omoconitidem, ſiue Oloconitidem uocari, dulcem, Bulbo ſimili radice, uerum parua, & Oliuæ magnitudine, ad ſecundas trahendas utili.

### EX M. VERG. COMM.

PEregrinos Græciæ diu & Italiæ fuiſſe Bulbos, aut peregrinis quaſi ad omnes uſus meliori bus uſas fuiſſe has gentes, & plura eorũ fuiſſe genera Græcorũ antiqui, & probatioris fidei ſcriptores omnes teſtantur, Theophraſtus primum. 9. de plantis uolumine, cuius ea de Bulbis hiſtoria eſt. Bulborũ autem plura eſſe genera, manifeſtum. Magnitudine ſiquidem, colore, figura, & ſapore differũt. Alicubi enim adeo dulces naſcuntur, ut per ſe ſine condimento alio edantur: quales in Taurica Cherſoneſo ſunt. Poſt Theophraſtum deinde Athenæus ſecundo ſui dipnoſophiſtæ libro inter cætera, quæ de Bulborum huiuſcemodi natura multa dixerat, Regios uocari aliquos ait: quos cũctis aliis prætulit. Poſt Regios a colore Ruffos laudauit. Subijciens

Hosted by Google

statim Candidos, Lybicosq;, in genere Scyllarũ magis, q̃ Bulborum esse. Aegyptios omnium deterrimos: quemadmodũ contra, auctore Nicandro, cunctisq; alijs, Megarenses omniũ optimos. Quod genus conseri præcipue Cato iussit, & Columella in carmine suo his uerbis instituit. Iam Megaris ueniãt genitalia semina Bulbi: Et quæ Scylla uenit getulis obruta glebis. Primum illud Ruffum & optimũ, mox Candidum, Libycumq;: & Scyllæ magis q̃ Bulbo simile genus describens. Addidit eodem libro Theophrastus, quod & Athenæus pariter retulit, maximã & huic generi propriã Bulborum differentiã esse, quã ad maris littora aliquibus locis nascentes Bulbi ostendũt. Inueniũtur enim littorales, in quibus intra primas tunicas lanæ sint, inter id quod manditur, & extimam tunicam mediæ, tam uera & præsenti natura lanæ, ut uestes ex ea texant: uocariq; ob id Lanosum Bulbũ: non quemadmodũ in India nascentẽ Capillatum noĩant. Hoc genus, q; ad mare, & littora nascit, & cum eo reliquos Bulbos oẽs, quoniã congeneres inter se sunt, iuniores aliqui marinã Cepulam dixerũt. Cum tñ Lanosum illud genus ad mare nascens, priuatim cognoĩe illo discerni debuerit. Serebat in hortis diligenter antiq̃tas hoc olus, eratq; illis in quotidiano usu, irritamentũ Veneris potius, q̃ uitæ necessarius cibus. Nihil em̃ ab antiquis aliud in eo laudat: neq; ex alia naturæ ui Columella, quod paulo ante diximus, genitalia semina Bulbi, appellauit. Et Martialis in Xenijs suis. Cum sit anus coniux, & sint tibi mortua mẽbra, Nil aliud Bulbis q̃ satur esse potes. Idem tot alijs locis salaces eos uocans, nec aliã uim, nec aliũ usum cognouisse in Bulbis uidet. Indicant idẽ in antiquis Græcorũ Comœdijs sales & dicteria in Theatris iactata: quale illud est, βολβῶν χύτραν καταφαγῶν, q̃d est, Bulborũ pleno fictili satur: contra salaciores dictũ. Et contra Veneris impotentes οὐδένσ' ὀνήσει βολβὸς ἂν μὴ ἀλευρ' ἔχῃσ, id est, nihil ꝓderit Bulbus, nisi farinã habueris. Sesami enim farina, caseo, melle, & aceto ad cibum condiebantur Bulbi. Perse enim amari, nec in cibis grati sunt. Numerauitq; Tarentinus Heraclides Bulbum hunc inter ea quæ seminis abundantiã faciunt: hic inflare dixit, quæ ad Venerem non minor q̃ illa occasio est. Priuatim, ut à principio diximus, totũ hoc genus Bulbos antiquitas uocauit. Alioquin commune omnibus his Bulborum nomen est, quorum radices sub terra sic crescunt, ut ad nouam quotannis sobolem decerpi aliqua pars possit: ut in lilio, croco, & plærisq; alijs fit. Non sic tamen certa est nominis huius ratio, ut ad alia genera aliquando etiam non trahatur: a quibus licet non auellatur noua illa soboles sub terra, tamen augentur. Sed illa est totius bulbacei generis propria nota.

## ¶ De Scilla. CAP. CXC.

Scilla uim acrem atq; feruentem habet. Assatam multo utiliorem esse constat. Polline, aut luto oblita, in clybanum conijcitur, aut carbonibus obruitur, donec obducẽs farina sufficienter intosta fuerit. Qua exempta, si non emollescat, altera farina, aut luto circumlinitur, & eadem quæ prius fiunt. Nam quæ ita non assatur, interaneis maxime noxia est. Torretur item in olla, indito operculo, quæ in furnum demittatur. Sumi etiam solet medium, direptis uiuotenus tunicis: quod frustatim consectum coquitur, mutata sæpius aqua, donec ipsa nec amaritudinem, aut acrimoniam habeat: traiectaq; lino frusta siccantur in umbra, ita ut ne ulla quidem parte se contingant. His Scillæ segminibus ad oleum, uinum, aut acetum scillinum utimur. Ad rimas pedum, interna pars crudæ Scillæ in oleo feruefacta, aut cum resina liquefacta, imponitur. Decocta in aceto, demorsis a uipera, cataplasma est. Ad singulas assæ parteis, adiectis octonis tosti salis, cochlear unum, aut alterũ damus ieiunis, ad emolliendam aluum. In potu autem & odoratis medicaminibus, quibus urinã ciere uolumus, hydropicisq;, & stomachicis, quibus innatat cibus, Regio morbo, torminibus, in tussi uetere, suspiriosis & cruenta extussientibus, tres obolos in delinctu ex melle sumpsisse satis est. Coqui

σκίλλα

Ctur cum melle, & eſtur eorũdem gratia, maxime ut cõcoctionẽ adiuuet. Strigmenta per aluũ extrahit. Cocta, & ſimili ſumpta modo, eoſdem præbet effectus. Sed cauendus Scillæ uſus, his qui inteſtinum ſentiunt ulcus. Ad penſiles uerrucas, & perniones, toſta efficaciter illinitur. Tritum ſemen, & in carica, aut melle deuoratum, aluum emollit. Scilla in limine ianuæ ſuſpenſa, mali medicamenti noxam arcet.

BARBARI COROLL.

Plí.li.19.ca.5. lib.20.ca.9. Theophra.libro.7.cap.11.

SCilla, ſiue ut Varro appellat, Squilla, Hippocrates uero etiam Scella, & terra & mari alitur. Radix ſit Bulbus, an Cyma, ſiue fructus, a Theophraſto dubitatur. quoniam ſunt qui radicem in ea geminã demonſtrent. Vtcunq; tenera eſu eſt, non omnis, ſed eius quæ ab uſu Epimenidia Scilla dicitur, anguſtiore folio, ac leuiore q̃ reliqua eius genera, quibus omnino lata ea ſunt. Germinant celerius quædam intra Scillam conſita. Nam & fructus condendos, præſertim granata ſeruat, exempto pediculo prius. Folio caulis, ut in Croco & Narciſſo profilit. Florere ter dicitur, ſingulis floribus ſingulas ſementes, quæ ternæ, denunciat. Cum ſenuerit, folia demũ emicant. Scillarũ in medicina ſpecies duæ, Alba quæ maſculus, Nigra, quæ fœmina. Genus unum Scillæ, aut Bulbum eius omnẽ Hippocrates Schœnon uocat, ut Galenus inquit: q̃q̃ ſunt qui Schinon ſcribant, non Schœnon in Ariſtophane poëta.

## De Pancratio. CAP. CXCI.

παγκράτιον

epancratio plí. lib. 27. cap. 12

PAncratium, quod aliqui Scillam appellant, radice eſt magni bulbi, ruffo colore, aut ſubpurpureo, guſtu amaro ac feruente. Foliis lilij, ſed longioribus. Scillæ uires & præparatiõem habet. Eodemq; pondere in morbis efficaciter aſſumitur. Cui tamen mitior q̃ Scillæ facultas ineſt. Radicis ſuccus, cum Erui farina digeritur in paſtillos, qui hydropicis, ſplenicisq; cum hydromelite, commodiſſime dantur.

BARBARI COROLL.

PAncration, quam & Scillam puſillam uocamus, foliis Lilij albi craſſioribus aſpicitur.

EX M. VERG. COMM.

EAndem penitus, non ſimilem Scyllę Pancration hoc noſtra ætate Herbarij oſtendunt, confunduntq; ſimul, alioquin diuerſa genera: tanta nataliũ ſimilitudo & mixtura eſt. Nos utramq; ſimul uiſam, præterq; colore, & id quidẽ non ſatis manifeſte, diuerſam ſecernere nequimus.

## De Cappari. CAP. CXCII.

καππάρις

CApparin aliqui Cynoſbaton, alij Capriam, alij Corui malũ, alij Ophioſcorodon, alij Phylloſtaphylon, quidam Thalliam, aut Petræam, alij Olophyton, alij Ionitem, nonnulli Oligochloron, aut Acontion, aut Hippomanes, alij Trichomanes, Magi Potera, alij Pentheron, aut Cor lupi, alij Aloſchorodon, Romani Inturim, Aphri Hærbiethon. Capparis aculeatus frutex eſt, qui in terra ſtratus, magis in orbem euagat. Spinas ut rubus habet, in hami modũ aduncas. Folia mali Cotonei rotunda, fructũ oleæ ſimilẽ: qui cũ dehiſcens pandit, florem candidũ promit: quo excuſſo, nõnihil glandis oblongę figura inuenit: quod apertum, grana acinis punicorũ ſimilia oſtendit. Radices lignoſas ſpargit, grãdes, numeroſasq;. Tenui ſolo, aſperisq; locis, in inſulis iuxta domicilia naſcitur. Caulis, & fructus cibi gratia condiunt. Aluũ turbat. Stomacho aduerſatur. Sitim gignit. Cocta tamen, ſtomacho q̃ cruda utilior eſt. Fructus drachmis duabus in uino potus, qudraginta diebus, lienẽ abſumit.

Hosted by Google

Et urinam, cruentumq; excrementum emittit. Bibitur utilissime in coxarum doloribus, & neruorum resolutione, item ruptis & conuulsis. Menses ciet. Caput purgat. Dentium dolorem sedat, semen ex aceto decoctũ, colluto inde ore. Aridus radicis cortex ad eadẽ proficit. Vlcera omnia uetera, & sordida, & quæ occalluerunt, expurgat. Lienosis cum farina hordei illinitur. Dente demorsa dolori eius auxiliatur. Cum aceto trita, uitiligines albas absterget. Radix, foliaq; intrita strumas, ac duricias discutiũt. Auriũ uermiculos infusus succus enecat. Aphrica, & Marmarica Capparis, uehementer inflant. Apula uomitus facit. Libyca, & quæ Rubro mari defertur, mirum in modum acris est. Siquidem in ore pustulas excitat, gingiuasq; ossetenus exest: quare in cibis non ab re damnatur. A

BARBARI COROLL.

CApparin, siue ut Palladius Cappar, alij diligentia marcescere affirmant, alij negant. Frutex est firmioris ligni, seminisq; & cibi uulgaris, caule q̃q; una plerunq; decerpto, aculeatos rosæ modo ramos habet, folio quoq; horridulo ac spinoso, radice una, caule humili. Germen & flos æstate roseus, odoratusq;, folium ad uergilias usq; uiget, sabulosis macrisq; gaudet. Quatuor ei genera. Arabicum, quod & pestilens est, ut Plinius, & Galenus ait. Africum, Marmaricum, Apulũ, omnia quondam infesta, nunc mitia undecunq; illata. Quidam eum Phylbostaphylon, Opheostaphylen uocant. Innocentius Italicum cibũ. Capparis nisi area defossa, hoc est, circulari scrobe coerceatur, & ripis, undiq; circumstructis lapide, late serpit, euagaturq; per agros, & cogit solum sterilescere. Pli. li. 13. ca. 23.

EX M. VERG. COMM.

VVlgaris, quotidianiq; usus cum suo fructu herba Capparis est: & quo cõmunior cunctis ubiq; gentibus, & ubiq; nascens, eo plures appellationes inuenit, singulis eam suo nomine indicantibus. Quo fit, ut exceptis paucis, nullum habeant reliquæ intellectum. Cynosbatus tamẽ, idest, caninus rubus, ob hamatos quos habet rubo illi similes aculeos, dicta Capparis est. Quemadmodum Phyllostaphylon, q; inter folia fructum quasi uuam fert: & si hic paulopost Oliuæ comparauerit. Sic Petræa a natalibus suis, quos inter lapides & rudera inuenit. Cur autem Sinapi persicum a Romanis hic Capparim uocari dixerit, incertum nobis est: quemadmodum contra notum omnibus, Capparim a cunctis rei rusticæ scriptoribus appellari. Vsum eius ante alios cibos in sanitate cõmendauit Paulus Aegineta: iussitq; sumi ex aceto mulso, aut ex aceto & oleo. Monuit præterea, excitare Capparim cibi appetentiam: iecur, lienemq; laxare: & pituitam per aluum deijcere: idq; est quod hic ait, aluum turbare. B

## ¶ De Lepidio. CAP. CXCIII.

LEpidium aliqui Gingidium uocant. Herbula uulgo nota. Muria cum lacte seruatur. Vis foliorum acris, et exulcerans. Quapropter ischiadicis illita, præsentissimum est auxilium, si cum helenij radice quarta parte horę illinatur. Lienosis simili modo prodest. Lepras eximit. Radix appensa collo, dolore dentium liberare existimatur.

BARBARI COROLL.

LEpidium, Aegineta Paulus Hiberida, siue Hiberiada iam uocari cœptum scribit, a Galeni (ut arbitror) temporibus. Lepidium ab eo, q; lepidas & maculas in facie deijciat ac repurget: quas Columella Fucas uocauit, appellatum Græci putant. Idem autor Columella, duo genera Lepidij esse intelligit, syluestris, & satiui: ut syluestre quidam accipiant pro Hiberide, satiuũ pro Lepidio. Peregrinum inquit Plinius fuit & Lepidium, seritur a fauonio. Dein cum fruticauerit, iuxta terram præciditur. Tunc runcatur stercoraturq;. Per biennium hæc, postea ijsdẽ fruticibus utuntur, si non sæuitia hyemis impediat: quando impatientissimũ est algoris. Exit & in cubitalem altitudinem folijs: non ut Hiberis nasturtij, sed laurinis, utiq; per initia, uerũ mollibus. Post Gladioli retusi fere speciem accipiunt, ususq; eius propter acrimoniam non sine la- Pli. li. 19. ca. 8. lib. 20. cap. 17.

C cte. Herbarij modo hanc, non Lepidium, sed Raphanum appellant, in Pannonia frequentem: ubi serunt eam non aliter q̃ radicis scobe. Paulus Lepidium inquit, quod apud nos habetur, folio Lauri, sed maiore multo nascitur: quod ei tamen æstate nullum est.

## ¶ De Ranunculo. CAP. CXCIIII.

βατράχιον

bulgo centella

RAnunculum, aliqui syluestre Apium uocant. Complura eius genera. Vis tam omnibus una, acris, & uehementer exulcerans. Nam unum Coriandri folijs cõstat, latioribus, subalbidis, pinguibus, flore luteo, interdum purpureo, caule gracili, cubitum alto, radice alba, exigua, amaraq̃, multis capillamentis hellebori modo fibrata. Nascitur in limitibus humidis. Alterum lanuginosius, longiori caule, pluribus foliorum incisuris, plærumq̃ in Sardinia proueniens, q̃ acerrimum: quod syluestre Apium appellãt. Tertium minimum, odore graui, flore aureo. Quartum huic simile, flore lacteo. Folia, flores & cauliculi recentes, illitu exulcerant, & crustas nõ sine dolore gignunt. Quare ungues scabros extricant. Scabiem eximũt. Stigmata delẽt. Formicantibus uerrucis, & pensilibus, alopecijsq̃ paulisper illinuntur. Tepente decocto perniones fouentur. Sicca radix, tritaq̃, sternutamenta ciet, naribus admota. Dentium dolorem appensa leuat, ipsos tamen frangit.

bulgo agua cendra

### BARBARI COROLL.

Pli. li. 27. ca. 12. fr libro 25 D cap. 13.

BAtrachion, siue Ranunculus, siue Strumea: quoniam medetur strumis. nam Strumus Solani genus est. Dicitur & Apiastrum Ranunculus, hoc est, Apium syluestre, uenenatũ in Sardinia, manifesto Nigidij doctissimi uiri errato: qui Apiastrum pro Mellissophyllo appellat: quãq̃ hunc & Varro sequitur et Dioscorides. Opacis gaudet. Primum genus, cui et color liuidus, ad latitudinem Maluę accedentibus folijs. Secundo generi, caules ut Plinius inquit alti, ut Dioscorides, minores q̃ priori: nisi librariorum culpa fuerit, μικροκαυλώτερον pro μακροκαυλώτερον scribentium. Genus ab his diuersum in totum uidetur, Batrachion, cognomine Polyanthemos, caustica ui exulcerans cicatrices, & ad colorem eas reducens, & uitiligines concorporans. neq̃ aliter indicatur a Plinio quale sit: nisi quis & hoc in unam quatuor specierum contribuat, ac reponat: illam uidelicet, quam plurimis foliorum diuisuris & Plinius & Dioscorides deliniant, uulgo dictam Pes Coruinus, alteram omnino q̃ Coronopus, de qua superius habita mentio est. De uenenato Salustius, In Sardinia inquit quædã herba nascitur, quæ Sardoa dicitur, Apiastri similis. Hæc ora hominum & rictus dolore contrahit, & quasi ridentes interimit. In ea insula, ut Pausaniæ ac Solino placet, locis riguis prouenit iusto largior: nec tamen aquas inficit. Strabo ex hac ipsa herba Hispanos toxici genus conficere ait: quod urgente ui maiore haustũ, citra dolorem humanis rebus exigat. A qua σαρδώνιος uulgo γέλως, quod & Dioscorides in uenenis meminit. Homerus Sardanion risum uocauit illo uersu.

μείδησε δὲ θυμῷ σαρδάνιον μάλα τοῖον.

Vide Erasmi Chiliadas. e

Meminit & Plato in Repub. Timæus aliã originem prouerbio huic reddidit, aliam Clitarchus, aliam Sophocles & Simonides poetæ: nos id in annotationes Plinianas distulimus.

erasmi chiliadis. 3. centuria. 5. paremia prima.

## ¶ De Fremio. CAP. CXCV.

ἀνεμώνη

FREMIVM, græci Anemonem, alij Agriam, aut Nigram uocant, alij Anemonem phœnicam, alij Euemion, nonnulli Meconion, alij Tragoceros, alij terræ Parinem, aut Barbylam. Ostanes Berilion, item Ornios Cheranion, Pythagoras Attractilida, Magi Cnicum agriam, Romani Orci tunicam. Duo Fremij genera. Vnum syluestre. Alterũ in cultis nascens. Cuius multæ species. Vna phœ-

papaver Rubeus

niceum florem profert. Altera candicãtem, aut lacteum, aut purpureum. Harum folia Coriano ſimilia, tenuioribus prope terram diuiſuris: caules lanuginoſos, tenues, in quibus flores ut Papaueris, & in medio capitula nigra, aut cærulea. Radix oleæ magnitudine, aut amplius paulo grandeſcit, fermeq; geniculis quibuſdam cingitur. Sylueſtri amplitudo maior, latioraq; folia, & duriora. Oblongius caput, flore puniceo, multis radicum capillamentis. Acrior eſt quæ nigra habet folia. Vis omnium acris. Ea de cauſa ſuccus naribus infuſus, purgat caput. Commanducata radix, pituitam trahit. Decocta in paſſo, & illita, medetur oculorum inflammationibus. Cicatrices eorumdem, & hebetudines emendat. Sordida ulcera abſtergit. Folia & caules, ſi cum ptiſana decocti edantur, copiam lactis præbent. Menſtrua ciunt, uellere appoſiti. Illiti quoq; lepras eximunt. Sunt qui errore ducti, Argemonen nominari Eupatorium putent. Quoniam a ſylueſtri Fremio, Argemonen, & Papauer, quod Rhœam appellant, de quo inter Papaueris genera referemus, propter colorum cognationem in floribus, diſtinguere non poſſunt. Verum Papaueris & Argemonæ color, minus puniceus ſpectatur, & utraq; tardius floret. Quineti am Argemonę croceum ſuccum, guſtu admodum acrem reddit, Rhœas uero candidiorem & acrem. Inſuper Fremio & Rhœadi capitula ſylueſtris Papaueris ſimilia inſunt, ſed in Fremio ſupne craſſiuſculũ, in Rhœa de anguſtius. Fremij genera nec ſuccum remittunt, nec caput habent, ſed quaſi Aſparagi cacumen. In aruis illa ſæpius enaſcuntur. A B

## BARBARI COROLL.

ANemonem quidam Fremium uocari putant, ſed ſcribendum eſt Phenion, autore Plinio. Edit florem ſuum haud multo poſt germen. Erumpit autumno poſt Aphacen a primis imbribus. Inter aculeatas, ſed mitioris generis Anemonem collocant. Quatuor ſunt nominis huius faſtigia. Duo coronis dicata, hoc eſt, ſylueſtris bulbi florem uocatum Anemonem: et aliam Anemonem, quæ Timonia, ſiue Limonia potius cognominatur, poſt Heliochryſon florentem, & cum Viola nigra uere. Duo medicinis, ſylueſtrem, & ſatiuam, de quibus preſens mentio copioſiſſima omnium eſt, phœniceum florem habens, inter ſatiuas. Satiuis omnibus folia Apio ſimilia, nec fere ſeſipedalem excedunt altitudinem, cacumine Aſparagi. Flos nunq; ſe aperit, niſi uento ſpirante, ob id Anemone dicta. De Othonna ſyria herba, quam quidam Anemonẽ exiſtimauere, dicemus in loco. Nicander Anemonem, Anemonida ſolet appellare. eamq; ex Adonidis cruore natam prodit. Soſibius Anemonas a Spartanis Phænidas uocari tradidit. Horus Anemonæ flores inquit in Aegypto pingi, quoties morbos hominum intelligi uolũt. Plí. li. 21. ca. & 23.

## EX M. VERG. COMM.

VAgum, cõmuneq; plantis aliquot, & ſi congeneres omnino non ſint, earumq; floribus fuiſſe quondam Anemones, nomen, teſtes, & indicio ſunt Theophraſtus, Plinius, hic ipſe, & Bucolicorum inſignis poeta Theocritus: modo eius legitimum poema ſit, quod paſſim legitur Adonidis Epitaphium carmen. Nominiſq; inconſtantiam, & cõmunionem hanc, papauerацei præcipue, in cunctis his, floris figura feciſſe nobis uidetur. Neq; enim ſatis conſtat, tam multine diuerſis temporibus prodeuntes flores, Anemonæ omnes dicti quondam fuerint: q non niſi ſpirante uento dehiſcerent, & in folia ſe explicarent: quod manifeſte patitur, quæ priuatim primoq; Anemone dicta ab antiquioribus græcis eſt: quam uim naturamq; eius re factum illi nomen indicat, & Plinius lib. 21. cap. 23. his uerbis teſtatur. Flos nunq; ſe aperit, niſi uento ſpirante: unde & nomen accepit. Potuit quidem in proferendis floribus eadem omnium infirmitas eſſe: uerumtamen quod obſeruaſſe uolentibus difficile non erit, cur Anemone omnes dicerentur, cõmunis omnibus tota floris figura maxime fecit: pauciora tria. ſ. & adſumam, qnq; in

C floribus folia, grandia, eadem, infirma, & quauis iniuria decidua: quod cp non minus obseruã-
dum fuerit in cunctarum mediis floribus, inter folia surgens apex, cacumen, capitulumue, aut
papaueraceum uasculum: quæ notæ papaueracei floris omnes sunt. De coloribus nõ agimus:
quoniã nullibi magis lusisse uidetur natura, & in Anemonis his tam uarij & inconstantes sunt,
ut nihil quod certum & exactum sit doceri possit. Tamcp late quondam patuit Anemonarum
nomẽ, ut quod posteriores rubrum Papauer dicunt, in triticea & hordeacea segete, Maio men
se puniceo colore florens, de quo nunc agitur, Anemonem uetereres etiam dixerint: & si contra
credi posse multa indicio sint.

## De Argemone. CAP. CXVI.

ἀργεμώνη οἰνώνη ἀνθεμίς ὁμόνοια ἄνθος πίδυνον

ARGEMONEa Græcis Oenone uocatur, ab aliis Anthemis, aliis Homonoea, aliquibus Flos campestris, Romanis Concordialis, aut Pergalia. Aliis Lyburnia, Gallis Corona. Syluestri Papaueri similis est. Folia habet Fremij, diuisa, florem puniceũ, caput in cauliculo Papaueris rhœadis, oblongius, & summis partibus latum, radicem rotundã. Succum Croci colore acrem dimittit. Argema & nubeculas expurgat. Folia illitu inflammationes compescunt. Ea, ut hærbarius Crateias autor est, contusa cum axungia, strumas discutit. Cribrata eius farina cum nitro & sulphure ignem non experto, cõtra uitiligines efficax est. Eascp sicco linteo antea confrictas in baln eis sanat. Facit & ad scabiem.

### BARBARI COROLL.

Plin. lib. 25. ca. 9

ARgemonen, & Argemida puto dictam a Dioscoride, ubi de Anemone loquitur. Folia habet Anemones æqualia, et Apij modo secta. Nascitur in aruis apud nos, ut Plinio placet. Genera eius tria faciens, ut id demum probetur, quod radice Tus redoleat. Diuersum uidetur genus esse quod apud Plinium Argemon nocatur. Argemones radicem Eupatorium a recentoribus appellari quandocp uideo, autoritate (ut arbitror) Dioscoridis in Anemone hoc inuenta, ut aliud tamen intelligatur genus esse quod Eupatorium proprie uocari solet.

D

### EX M. VERG. COMM.

FVit, & adhuc est magnæ litis cum Eupatorio Argemone, duo simul diuersa genera miscentibus cunctis. Nec satis adhuc constat, nominis ne, an rei controuersia hæc sit. Si quam nostræ ætatis in Ethruria medici Argemonem circunferunt contempletur aliquis, nihil cum uera Eupatorio, descriptacp hoc loco Argemone cõmune uidebitur habere, si quam iuniores scriptores tradiderunt, & nos in antiquissimis eorum cõmentarijs pictam uidimus Eupatorium, mutato nomine Argemonem appellasse, merito credentur. Eupatorij em a Dioscoride traditas in quarto uolumine notas omnes, in historia & pictura illi assignant. Nec est cp demiretur aliquis, nos picturarum fide ad hanc rem utentes. Calami enim, & penicilli eadem pene ratio & usus est: nec alter altero minus, incertiusue nostri animi sensus aliis ostendit. Verisimilecp est, relictas ab illis medicæ materiæ picturas, ex his quæ tunc in communi æstimatione erant, relictas fuisse. Quod totum non sine causa a nobis dicitur. Vidimus enim, & nunc in manibus habemus sexcentorum annorum latinum Dioscoridem, regium, ut tunc tempora erant, opus, in quo diligentissima pictura omnes Eupatorij notæ Argemonæ huic adiectæ fuerunt: quæ exhistoria huius scriptoris tribuendæ Argemonæ non erant, quam agresti Papaueri similem dicit, folio Anemones incisuris diuiso, flore in caule puniceo, & in flore erratici Papaueris capitulo: quorum nihil in Eupatorio uidetur. Miscuit hęc, & ignorari fecit similitudo: quodcp hic superiore capite in Anemone ait, nescietes, syluestrem Anemonem ab Argemone hac, ob similitudinem discernere imperiti herbarij, syluestrem Anemonem, et Argemonem hanc unam eandemcp crediderunt, & esse tradiderunt: & ne ociosum in incognita re uacaret Argemones nomẽ, ad Eupatorium transtulerunt: Argemonemcp sui generis alioquin herbam Eupatorium, falso appellauerunt. De Eupatorio copiosius suo loco agetur. In Argemone hac autem satis illud nouisse sit, sui generis esse herbam, syluestri Anemonæ adeo similem, ut discerni nequeat: appellatamcp a ueteribus Argemonem, cp oculorum & lucis uitio, quod græci argema uocant, illita

Hosted by Google

medeatur. Plinius plures, maioresq; q̃ hic & alias illi uires assignat. Videturq; in ampliore, & honestiore medicinæ & remediorum censu eam constituisse: quo fit ut suspicemur, potuisse eũ scriptorem Argemones nomine etiam pro Eupatorio uti. Non tamen hoc constituimus. In Eupatorio enim certius tota hæc agetur res. A

## ¶ De altera Argemone. CAP. CXCVII.

ALtera est Argemone, quam Artemonen aliqui, alĩ Arselã, aut Sarcocollam uocant, Romani Argemoniam. Ea folĩs sylueſtri Papaueri similis est. Recens trita, intercisiones impositu sanat. Oculorũ inflammationes mitigat. Pota cum aqua, dysentericis auxiliatur. Vulnera conglutinat. Conuulsis, & uellicatibus, imposita medetur. Inflammationibus utilis. Contra serpentium morsus cum uino bibitur. σαρκοκόλλα ἀρτεμώνη

BARBARI COROLL.

SErpentibus & uenenis Argemonen aduersari nouimus, & obid forasse nomen habet. cũ sit Arges Hippocrati nomen anguis, ut Galeno placet.

EX M. VERG. COMM.

TRia Argemones genera Plinius sua ætate cognosci, & numerari a Romanis tradidit: probari tamen unum tantum, & id, cuius radix Tus olet. Antiquiores græci, Galenus. s. & Paulus Aegineta, unam tm̃ Argemonem nouerunt. Hic primam & alterã descripsit, & medicinæ utilem tradidit. Dicimus aũt in hoc duo eius gña legi, ut in impressis, & q̃ circumferunt̃ græcis codicibus inueniunt̃. Nã in uetustissimis nullũ est alterius Argemones hoc caput: nec quẽ nos habemus uetustissimũ latinũ Dioscoridem, alteram hanc Argemonem ostẽdit. Obseruauimusq; nos in multis, pares uetustate græcũ & latinũ Dioscoridẽ, quẽ tam sæpe citamus, fide pares etiã esse, nihilq; aut in altero inueniri, aut deesse, q̃d non in altero pariter inueniat̃ & desit. Quã legi timũ itaq; scriptoris huius caput hoc sit, uiderint pitiores. Nobis inclinat animus, ut credamus adulterinũ, suppositiumq; esse. Vtimurq; ad hãc suspitionẽ, nõ tam quas paulõate diximus B rõnibus, q̃ q̃ pleraq; sunt in eo alienę huic scriptori elocutionis indicia. Dubitamus præterea, de esse huic Capiti aliquid, quo loco. s. sanare præcisiones Argemone hæc legitur. Desyderatur enim cuius partis præcisiones. Nobis inclinat animus, neruorum intelligi oportere: quoniam hic, & alĩ græcorũ medici Διακοπὰς, quæ uox huic scriptori eo loco est, in neruis priuatim plærumq; appellãt. Plinius præsectiones eas dixit undecimo uolumine, capite. 37. Eius uerba sunt, Mirumq;, uulneratis neruis summus dolor, præsectis nullus.

## ¶ De Anagallide. CAP. CXCVIII.

ANagallis purpnrea, quibusdam Aëritis, aut Aegitis uocatur, alĩs Sauritis, a Magis Oculi sanguis, aut Chelidonion, Romanis Macia, Ethruscis Masytipos, Gallis Sapana, Dacis Cerceraphron. Anagallis communis, a quibusdam Corchoron, alĩs Halicacabõ, alĩs Zeliaurus, Magis Nycteritis, Aegyptĩs Mecĩ, Romanis Aneciaton, Aphris Asirriscæ. Duo eius genera, quæ tantum flore distant. Nam quę cæruleo flore est, fœmina dicitur: Mas, quæ phœnico. Frutices sunt. parui, in terra iacentes. Folĩs in quadrãgulo caule pusillis, subrotundis, ad Helxinæ folia accedentibus. Semine rotũdo. Vtraq; mitigandi uim habet. Inflammationem arcet. Adactos corpori aculeos extrahit. Nomas cohibet. Succus caput gargarizatu purgat. Et naribus infusus, dolorem dentium lenit, si in aduersam narem iniiciatur. Argema cum melle attico emendat. Retusæ oculorum aciei auxiliatur. Contra uiperarũ morsus, iocineris et renum uitia, ex uino bibere prodest. Tradunt eam quæ cæruleum ædit florem, prociduam sedem reprimere. Quæ uero ἀναγαλλὶσ ἀερῖτισ ἀιγῖτισ σαυρῖτισ

C phœniceum, illitu euocare.

## BARBARI COROLL.

Pli.li.26. ca.7. FRrutice tenero Anagallides, non altiores Palmo nascuntur in hortis & aquosis. Prior floret cerulea. Mirum q̃ fęminam pecora uitant: aut si decepta similitudine (flore enim tãtum distãt) degustauere, statim eam quoq; (asyla, siue, ut alij codices scripsere, casyla uocatur, a nostris ferus oculus) in remedio quærunt. Præcipitur effossuris, ante solis ortum, priusq̃ quicq̃ aliud loquantur ter salutare eam, tum sublatam exprimere, ita præcipuas esse uires. Anagallin Dioscorides Sauritin quoq; dici perhibet. Sunt exemplaria in quibus Gauritis, non Sauritis legatur. Hippocrates Anagalgalin dicendo, utilem mordendis & assiccandis ulceribus Anagallidem uidetur intellexisse. Aetius Nycterida herbam ad oculorum albugines comprobat, pro Anagallide ut puto accipiendam reliquit, quandoquidem et Nycteritis a Dioscoride uocatur. Errant qui Passerinam uulgo dictam, florem candidum ferentẽ, Anagallida existimant. Quemadmodum & qui Myosotin, idest, muris Auriculam pro Anagallide compictam præferunt. Anagallidem phœniciam, a colore Paulus Aegineta Corallium quoq; dici meminit. De quo & compositioni datum nomen, quod Diacorallin. Quanq̃ & pastillus est hoc cognomine, sed in eum lapis Coralius, non hæc herba sumitur.

ricterida. anagallis.

## EXM. VERG. COMM.

NOn demirabitur aliquis, in humili & neglecta nunc ab omnibus herba, tam multas appellationes. Plærumq; enim fit, ut ubi maior fortunæ & uirtutis gloria splendet, illic etiam numerosus nominum ambitus audiatur. Plinius ex tam multis quæ nunc in scriptore hoc numerantur, unum tantum retulit, Anagallida dicens aliquos Corchoron uocare: quæ uox antiquissimis græcis ad maledictum translata est, contra eos, qui in humili & indigna fortuna, maiores ea honores sibi quærerent. Frequensq; in græcis dicteriũ est, κόρχορος ἐν λαχάνοις, quod est, Corchorus inter olera. Quoniam hęc necessarium, gratum, & utilem usum habent: ille uero miscet se quidem in horto oleribus, sed ob humilitatem suã sine gratia, aut maioris utilitatis spe. Theophrastus tamen libro. 8. de plantarum historia, in prouerbium & maledictum transisse ob amaritudinem testatus est. Verba eius sunt. καὶ ἕτερα δὲ πλείω τούτων ἐν οἷς καὶ παροιμιαζόμενος ἐστὶ διὰ πικρότητα κόρχορος. τὸ φύλλον ἔχων ὠκιμώδες. &c. Quod est. Et præter hæc plura alia, inter quæ & Corchorus est, ob amaritudinem in prouerbium translatus, folio Ocimi figura. Quod si hac ratione intelligendum id erit prouerbium, contra eos dicetur, qui paratam homini uoluptatem, & suauiorem rei alicuius usum, tristi & amaro aliquo turbabunt. Fuerunt deinde, qui colorem floris Anagallidi adijcientes, Puniceam, & qui Aeritim, idest, ãeriam a ceruleo colore nominarent, genera eius potius distinguentes q̃ nouis appellationibus indicantes. Quemadmodum & Augitim a fulgore coloris & luce aeris, quam græci αὐγὴν uocant, alij pariter indicauerunt. A lacertis deinde notissimo insecto, quas græci σαύρας dicunt, Sauritis appellata Anagallis fuisse credi potest: quoniam succo eius uiperarum morsibus antiquitas mederetur, quæ lacertis quadamtenus similes sunt: uel quod frequens hoc insectum in aruis inter Anagallides inueniatur. Acceditq; sententię huic testis Nicander in Theriacis suis, σαύρην herbam appellans, contra uenenata utilem. Quam ob causam, mutata tãtum nominis forma, hic Sauritim ab aliquibus appellari dixit. Non tamen ex Nicandro colligi, & pro comperto haberi potest, σαύρην ne ille Anagallidem, an aliam in olerum genere herbam sic uocet. Nosq; ad hãc rem coniectura magis q̃ ratione, aut aliorum autoritate usi sumus. Fecit præterea similitudo, ut Hirundinaria, & Alicacabus, alterius generis herbæ, sola appellatione in Anagallidum censum & nomenclaturam uenerint. Et hæc pro tam multis Anagallidum nominibus dicta satis sint. Cætera enim incognita nobis, alijs docenda relinquuntur. Restituimus huic capiti etiam quod in eo perierat, mederi scilicet Anagallides præterquam iocinorosis, cutem subeuntibus aquis. Id enim in exscribendo relictum a librarijs fuerat, nec nisi in antiquissimis græcis & latinis seruabatur.

D

## ¶ De Hedera. CAP. CXCIX.

κισσός HEdera aliquibus Citharon, alijs Cissaron, alijs Chrysocarpos, alijs Poetica, alijs Corymbethra, alijs Cyssion, alijs Dionysia, alijs Ithytherion, alijs Persis, alijs Cemos, alijs Asplenos, Romanis Syl-

ua mater, aliȝs Hedera, Gallis Suibites. Hedera differentias multas in A
ſpecie ſortitur, generaliſſimas autem treis. Nam quædam candida eſt.
Altera nigra. Tertia Helix. Candida fructum fert candidum. Nigra
nigrum, aut Croci æmulum, quam uulgus Dionyſiam uocat. Helix
fructum non gignit, ſed tenues habet palmites, & folia parua, angu-
loſa, & rubra. Hedera omnis acris eſt, & adſtringens. Neruos ten-
tat. Flos trium digitorum carptu, facit ad dyſentericos, in uino bis die
potus. Ambuſtis cum cærato illinitur. Recentia folia ex aceto cocta,
aut cruda cum pane detrita, lienes ſanant. Foliorum & corymborum
ſuccus, cum irino unguento, melle aut nitro, naribus infunditur. Et
contra ueteres capitis dolores, caput eo cum aceto & roſaceo perfun-
di utile eſt. Purulentis auribus, aut dolentibus cum oleo medetur. Ni-
græ Hederæ ſuccus, aut epoti corymbi corpus infirmant. Mentemq;
turbant largius ſumpti. Acini quinque triti, calfactique in punico cor-
tice cum roſaceo, ſi inſtillentur a contraria aure, dolorem dentium mi-
tigant. Denigrant capillum illiti corymbi. Folia in uino decocta illi-
nuntur omnium ulcerum generi, etiamſi cacoethe ſint. Vitia cutis in
facie, & ambuſta ſanant, uti antea diximus decocta. Mouent menſes
triti, & ſubditi corymbi. Iidem poti poſt purgationes fœminarum, dra-
chmæ pondere, concipiendi ſpem adimunt. Pediculus foliorum melle
irrigatus, ac uuluæ inditus, menſtrua & partus extrahit. Inſtillatus ſuc- B
cus, putrida tædia narium, graueolentiamq; emendat, & ſanitati reſtitu-
it. Lachryma Hederæ Pſilothrum eſt. Illitu pediculos enecat. Succus in
aceto potus, contra phalangia prodeſt.

## BARBARI COROLL.

HEderã frutices qdem uendicãt, ſed arborũ magnitudinẽ creſcendo æquat. folia primo an- Theophra. li-
guloſa, proceſſu rotundant. Multa ei gña. Humi repit Chamæciſſos: de qua in loco. Celſarum bro. 6. cap. 2.
tria capita. Candidũ. Nigrum. Et Helix, id eſt, Clauicula, ſiue Pampinus uocata. Candidũ ali- Pli. li. 16. ca. 34.
ud fructu ſolo, aliud fructu & folio. Id q̃d fructu ſolo candet, aut craſſiuſculũ, denſum, globa- lib. 24. cap. 10.
tumq; habet eum, & Corymbias uocat. Athenis uero Acharnicon irriguũ, aut minorem aci-
num, ſparſioremq; Racemũ, & Silenition appellant. Simili modo in nigra, cui & ſuæ quædam
differentiæ ſunt, ſed minus perſpicuæ. Alicui em̃ ſemen nigrũ. Aliȝ crocaceum, cuius coronis
poëtæ utant. foliȝs minus nigris: quã & Nyſiam, & Bacchicã, & Dionyſiam uocabãt, maximis
inter nigras corymbis. Aliȝ duo genera fecerunt a colore acinorũ, Erythranon, & Chryſocar-
pon. Helix ab Hedera diſtat apertiſſimo diſcrimine. Primũ folia huic angulata, concinna, exi-
gua: Hederæ ſimplicia, rotundioraq;. Diſtat & longitudine internodiorũ, precipue tamẽ ſteri-
litate: quoniã fructum non gignit. Quidã hoc ætatis uitiũ intelligunt, primoq; eſſe Helicem, &
Hederã ſenectute fieri: q̃d quidẽ falſum eſſe Theophraſtus & Plinius contẽdunt: cũ quia foliũ
& germen Helicis ab Hederæ q̃libet annoſæ folio plurimũ differat: tum quia plures eius diffe
rentiæ noſcant. Herbacea, ſeu uirens, quæ numeroſiſſima eſt. Altera folio alto. Tertia uerſico-
lore, quæ Thracia uocat. Herbaceæ duplex genus. In uno tenuiora folia, digeſtaq; per ordinẽ,
longiora denſioraq;: in altero diuerſa oĩa in minus. In uerſicolori quoq; alia folio crebriore,
tenuiore, ordinato: in altera incondito, nũc maiore, nũc minore, maculoſoq;. In candido gñe,
alia plus, alia minus ſunt candida. Creſcit in longitudinẽ potiſſimũ Herbacea. Nunc reuertor
ad Hederã. Hedera ubi ſemẽtefcere occepit, germẽ ſublime, rectũq; agit. Radice numeroſa, con
torta, dẽnſa, craſſa, lignoſa: nec admodũ profunda, p̃ſertim nigra. Et candidarũ quæcũq; aſper
rima imitiſſimaq; eſt. Hæc & arbores amplexu & fuctu ſtrãgulat, tanta craſſitudine, ut ipſa per

C ſe arbor fiat. Signa eius, folia maxīa & latiſſima, māmas, hoc eſt, germina ſubrigētis, quæ ſunt cæteris inflexæ. Racemi ſtantes atq; recti. Radicoſa & robuſta. Huic maxime uni brachia. Poſt ipſam Nigræ: ſed propriū Albæ, q̄ inter media folia emittit brachia, q̄bus arbores cōplectit, & parietibus obrepit. Pluribus hæc locis ſucciſa durat, atq; uiuit. & totidē initia radicis habet, q̄t brachia, ob id flexipedę cognomēto apud poētas. In nigra & alba aliįs dulcedo Acini: aliįs tanta amaritudo, ut aues nō attingāt. Eſt & rigens Hedera, q̄ ſine adminiculo ſtat ſola oīm generū, ob id uocata Ciſſos a Theophraſto & Plinio, quaſi Columellā in eo uocabulo ſignificent. Sed ſumma diuiſio įſdē auctoribus, in marē, & fœminā, q̄ altera foliū durius, pinguius, maius habeat, & florem ad purpurā accedentē: altera non habeat. Vtriq; tū flos ſyluęſtri roſæ ſimilis, ſed minor & inidoneus. Quæ deſcriptio uidet recētioribus quibuſdā non Hederæ, ſed Ciſto cōuenies, cui & ſexus & flos punici tribuit. Sed Theophraſtū ſequutus eſt Plinius li. ſtirpiū ſexto, hæcipſa non de Ciſto, ſed de Hedera prodentē. Hedera Theophraſti ætate in Aſia naſci nō poterat: nec in India, niſi mōte Mero, unde ortus eſt Bacchus. Fruſtra & Harpalū laboraſſe oīmodo tradūt, ut ſereret eam in Medis. Inimica arbor ſatis oībus, ſepulchraq; ac muros rūpens. Serpentiū frigori gratiſſima. Vſos in funes, et armamēta nauiū Hedera ueteres, auctor eſt Athenæus, quā e Rhodano petebāt, ut Canabim. Catonis experimentū, uolenti ſcire, aqua in uinū addita ſit, nec ne: ut uaſculū e materia huius faciat, uinū quod erit dilutū, transfluet, aqua manebit. nec eā continet uinū inquit uas Hederaceum. Quod poculi genus græci Ciſſybion, ab Hedera uidelicet appellant, q̄q̄ pro quocūq; ligneo id accipitur. In quo ſignificatu & Cymbiū, & Cypellū quandoq; ſit. Aliį uetuſtos calices Ciſſybia intelligunt, propterea q̄ in Didymei Iouis dedicatione foliįs hederaceis libare moris fuiſſet. Cymbia uero, quæ anſis careant, oblonga & anguſta, nauigiį ſpēm præbentia. De Hedera Cilicia, quæ tamē Hedera non eſt, in Smilace trachea quarto uolumine monſtrabit. Ciſſon, hoc eſt, Hederā puſionē Liberi patris fuiſſe Græcia confinxit, in noīs ſui fruticē conuerſum, dū miniſter cū eo deo ſaliens, terræ alliſus periit. Athenienſes Citton ipſum Bacchū uocant, & apud ſe Acharnis uico natā Hederā primo uolunt, ut inqt Pauſanias. Syluęſtrē Hederā cerui phalangio pcuſſi mandūt, & liberant. Aelianus auctor.

EX M. VERG. COMM.

D NVmerantur a Plinio uiginti Hederarū genera, foliįs, corymbis, uiticulis, altitudine, humilitateq;, & uſu diuerſa, oīa a Theophraſto diuerſis locis accepta. Copioſiorq; ille generū numerus, quē in ore oīm fuiſſe quondā ueriſimile eſt, occaſionē ut nos credimus ſcriptorē hunc exſcribentibus attulit, ut a principio ſtatim Hederarū hiſtoriæ tā multis, tamq; diuerſis appellationibus, non una noīaretur planta, ſed unius plura numerarentur genera.

## De Chelidonia. CAP. CC.

χελιδόνιον παιωνία τραταία

CHelidoniam magnam, nonnulli Pæoniam uocāt, aliį Cratæam, aliį Aubion, aliį Glaucią, quidam Philomedion, aliį Othonon, Romani Fabium, Galli Thonan, Aegyptiį Nothoth, Daci Cruſtana. Chelidonia maior, caule eſt cubitali, aut altiore, ſurculoſo. Foliįs Ranunculi, multis, mollioribus tamē, & colore cæſiįs, flore uiolæ albæ, ſecundū ſingula folia prodeunte. In ea ſuccus croci, mordax, acris, & aliquātulum ſubamarus, grauiter olens. Radix ſuperne ſingularis in multa crocea capillamenta fibratur. Siliqua ceu corniculati Papaueris, tenuis, longa, in qua ſemen Papauere maius recluditur. Succus in æreo uaſe, cū melle prunis decoctus, oculis claritatem adfert. Foliįs, caule, radice, ſuccus exprimitur ineunte æſtate, & ſiccatus in umbra digeritur in paſtillos Radix cum aniſo, & uino albo pota, medetur regio morbo, & ulceribus quæ ſerpūt. Impoſita cum uino, aut manducata, dentium dolorem ſedat. Hoc nomen ſibi uidetur uendicaſſe, q̄ aduentu hirundinum exoriatur, & diſceſſu emarceſcat. Sunt qui narrant hirundines matres excæcatis pullis adferentes hærbam uiſum reſtituere.

Hosted by Google

EX M. VERG. COMM.

A

CHelidonium, siue Chelidonia, siue Chelidonea, hoc est, Harundinaria maior, fruticoso caule, folio Pastinacæ erraticæ ampliore. ipsa altitudine duum cubitorum. flore luteo. Collyria quoq;, quibus ex hac utuntur, Chelidonia appellantur. Theophra. libro. 7. cap. 14. Pli. li. 25. ca. 8.

EX M. VERG. COMM.

FEcit Hirundo, quã Græci Chelidona uocãt, notissima auis, notissimæ omnibus etiam nũc herbæ nomen. Vtq; id pro cõperto est, sic contra non satis certũ, quid sibi & aui tam cõmune sit: quidue inuicem agentes, patientesue cõmunicato nomine inter homines censeantur.

## ¶ De Chelidonia minore. CAP. CCI.

CHelidonia minor, quam Tyrinon sylueſtre aliqui nuncuparũt, hærbula est stolonibus constans, sine caule, folijs Hederæ, multo rotundioribus, & minoribus, teneris, & subpinguibus. Radices habet complures pusillas, in granorũ tritici modum aceruatim congestas. Quarum tres aut quatuor in longitudinem exeunt. Iuxta aquas nascitur. Vis ei acris & Fremij modo summã cutem exulcerat. Psoras, & scabros ungues eximit. Succus radicibus expressus, ad purgandum caput, naribus infunditur. Decoctũ eius cum melle gargarizatum ualide caput inanit: & omnia pectoris uitia extrahit. χελιδόνιον τὸ μικρὸν τύρινον ἄγριον

BARBARI COROLL.

CHelidonia minor, folia Hederæ habet, minus candida.

EX M. VERG. COMM.

EMendauimus ex antiquissimorũ græcorum latinorumq; codicum fide, in minore Hirundinaria quod male in impressis uulgatioribusq; πύρινον legebatur: diximusq; agreste triticum, id est, πυρὸν uocari minorem hanc Hirundinariam. Nec tantũ antiquitatis fide & testimonio id fecimus, q; ex historia scriptoris huius, qui habere eam ait inter cętera, radices tritici modo coaceruatas. Satisq; pro ea dicta hæc sint. B

## ¶ De Othonna. CAP. CCII.

OThonnã aliqui maioris Chelidoniæ succum esse aiunt. Alij succum floribus corniculati Papaueris expressum. Alij permistos cæruleæ Anagallidis, Hyoscyami, & Papaueris succos esse contendũt. Alij Troglodyticæ hærbæ succũ, quæ Othonna uocatur: nasciq; eam in eo Arabiæ tractu, qui ad Aegyptũ spectat. Othonna similis Erucæ, perforatis crebro folijs, & ueluti a tinea derosis, squallore obsitis, paucis. Flore Croci, latifolio. Quare quidã Fremij speciem esse putauerũt. Extractus succus oculorũ medicamẽtis adijcitur, ubi expurgare est opus. Mordet enim, & abstergit omnẽ caliginem, quæ oculis offunditur. Tradunt humorem quendã ex hærba emanare, qui elotus, semotis calculis, in pastillos ad eadem digeritur. Aliqui tamen affirmãt, lapidem esse Aegyptium, in Thebaide nascentem, exigua magnitudine, candido colore, gustu cum feruore quodam & adstrictione mordaci. ὀθόννα

BARBARI COROLL.

OThonna herba nascitur in Syria, Plinio secundo. Paulus Othonnam uocando in compositionibus plærisq;, maius Chelidonium interpretatus est. Sed aliud tamen genus est Othonna, quod hic describitur. Pli. li. 27. ca. 12.

EX M. VERG. COMM.

QVis audeat ætate hac nostra, cui præteritorũ seculorum negligentia & temporũ iniurijs notissima quæq; adeo perierũt, ut quæ in hortis etiã quotidie per se, aut humano o-

C pere naſcunt, ex antiquis appellationibus ſignari & oſtendi digito nequeant, qualis, & quæ ſit dam Othonna fuerit dicere? Scriptori huic, & poſt eũ cunctis alijs non ſatis cognita, & ex aliorum fama hiſtoriaq; tantũ tradita: ꝙdq; magis miremur, oẽs in diuerſis penitus gñibus numerata, alijs ſuccũ, & hunc multarũ ſimul & per ſe herbarũ, alijs herbã cuius longior ſit hiſtoria, alijs lapidẽ in Thebaide Aegypti naſcentẽ eam indicantibus. Quo fit, ut p̃ter ea quæ a poſteritibus tradita de ea fuerũt, nihil nos dicere, & in tanta tot ſcriptorũ unius rei uarietate cenſere ualeamus. Plinius lib. 27. cap. 12. herbam tantũ credidit. Verba eius ſunt. Othonne in Syria naſcitur, ſimilis Erucæ, perforatis crebro folijs, flore croci: quare quidã Anemonẽ uocauerũt. Succus eius oculorũ medicamentis cõuenit. Mordet em̃ leniter, & calefacit, adſtringitq; ſiccando. Purgat cicatrices, & nubeculas, & quicqd obſtat. Quidam tradũt lauari, atq; ita ſiccatã digeri in paſtillos. Quæ oĩa paulo minus, q̃ ijſdem uerbis ex hoc ſcriptore accepta ſunt. Videturq; Plinius, relictis de Othonna opinionibus alijs oĩbus, in herbarũ genere eã pro cõperto conſtituiſſe. Paulus Aegineta de ſimplicibus ſexto uolumine agens, non herbã hoc noie, ſed herbæ ſuccũ in Arabia ad Aegyptũ naſcentis appellauit. Idem eodẽ loco retulit, & eodẽ quo hic ſcriptor modo dicere aliq̃s lapidem Aegyptiũ eſſe Othonnã. Hic ipſe p̃terea in confectionibus medicamentorũ quorundam, Othonnã interpretatus eſt, maioris Hirundinariæ ſuccũ. Nos illud iampridẽ cogitauimus, & in eam partẽ inclinat animus, ut credamus ſui gñis herbam oĩno eſſe Othonnã: quæ uero alia de ea traduñ, a uiriũ & poteſtatis ſimilitudine ab aliq̃bus credita, dictaq; fuiſſe: & ex eorũ rõne, quæ græci ἀντιβαλλόμενα, i. ut noſtræ ætatis medici uocãt, quid pro quo, ad Othonnã tranſlata fuiſſe. Quod aũt dicimus, huiuſcemodi eſt. Poteſt Othonna oculis mederi: aitq; hic χυλίζεσθαι εἰσ τὰ ὀφθαλμικὰ ὅπου δεῖ ἀποκαθαίρειν, ꝙd eſt, exprimi ad oculorũ medicinã ex ea ſuccum, ubi purgandũ exterendũue aliquid ſit. Quod totũ pariter poteſt Hirundinariæ ſuccus, de qua hic ait, ἁρμόζειν πρὸσ ὀφθαλμίαν: quod eſt, conferre oculorũ claritati. Cauſſaq; hæc, ut nos credimus fuit, ut Othonna Hirũdinariæ ſuccus eſſe crederet: non quia idem illi eſſet, ſed q̃ idem poſſet, nec aliunde q̃ ex eadẽ hac ptãte Glauciũ eſſe Othonnã, pariter tradidiſſe aliq̃s. Siquidẽ & Glaucij (ut hic in eo dicet) χρῆσιν εἰσ πρὸσ τὰ ὀφθαλμικὰ, ꝙd eſt, uſum Glaucij ad oculorũ medicinã eſſe: quibus cornutũ Papauer etiam, Anagallis, Apollinarisq; herba pariter

D utiles (ut ex earũ hiſtoria medicinaq; legentibus patebit. nos enim breuitatis cauſſa ſuis locis dicenda iterum, nunc relinquimus) ſucco ſuo in Othonnæ appellationem uenerũt. Ex his facilis coniectura eſt eius, quod paulo ante diximus, quia pro Othonna, quã non facile omnibus locis inueniſſe erat, in Arabia & Troglodítis naſcentem, a medicis alia illa imperari ſolerẽt, ideo credidiſſe multos ſui generis herbam aliarũ multarum ſuccum fuiſſe: qui legitime deficiente ea, in oculorũ uitijs, ob æquales uires, in uſu eſſet. Nec alia ratione Aegyptius lapis Othonna etiã creditus eſt: quoniã ex eo, ſcilicet collyria ad eadem oculorũ uitia conficerentur. Eum lapidem Barbarus æris colore, quaſi χαλκοχροῦν, ſecutus quorundam codicum fidem dixit. Nos uetuſtiorum, meliorumq; lectionem λευκόχρουν, id eſt, candido colore.

## ¶ De Auricula muris. CAP. CCIII.

μυὸσ ὦτα

Myoſota, alij Myoton, alij Anthilion, alij Alſinen, nonnulli Myorthochon, alij Myrtoſplenon, Latini muris Auriculam uocant, Aphri Labatholabat. Nomen ideo accæpit, q̃ muſculorum aures folijs imitetur. Lucos, & ſabuloſa loca amat, ideo Alſine dicta eſt. Ea Helxinæ ſimilis, ſed humilior, ac folijs minor. Vim refrigeratoriam habet. Oculorum inflammationibus conuenienter ex polenta illinitur. Succus eius aurium doloribus inſtillatur. In totum eadem poteſt quæ Helxine.

herba in paricibꝰ abundans ꝙ dicitur paba rina q̃ ꝙ ad res ed delectan tur.

### BARBARI COROLL.

Plí. li. 27. ca. 12. Myoſotis Alſine cognominata, quaſi nemoralis. Naſcitur & in hortis, & maxime in parietibus. Incipit a media hyeme. Areſcit æſtate media, cum prorepit auribus muſculorum expreſſis. De hac ſub uocabulo Alſine repetuntur omnia hæc libro quarto. propterea nihil ibi diximus. Dicuntur Myoſotides, & Myoſotæ a Galeno.

### EX M. VERG. COMM.

SAtis cur Myoſota, & Alſine herba hæc quondam dicta fuerit, hic ſcriptor oſtendit: & qui

Hosted by Google

græcas nouerunt literas, auditis tantũ uocibus illis, idem intelligent. Plinius etiam libro. 27. capite quarto eam describens ait. Cum prorepit, musculorũ aures foliis imitatur. Cuius animalis uox aliis appellationibus coniuncta, eandem causſam habet. Siquidem Myoton, muris aurem pariter significat: & Myotosplenon, ex muris aure & aspleno herba composita uox est: quæ ab altera muris auricula ad priorem hanc trãslata fuit. Siquidem hic in ea quæ paulo post sequitur Scolopendrio, quę eadem Aspleno est, similem esse dicet. Est illud in appellationibus his etiam animaduertendum, de eadem herba doceri hoc loco sub titulo Myosota, iterumq; in quarto sub titulo Alsines: essecq; eandem utrobiq; historiam eius & medicinam: ideoq; cum semel hic de ea actum fuerit, non esse de ea iterum agendum. Cum eo peruenerimus, iterum legentes idem monebimus. Illud etiam significasse uolumus: quæ plærunq; inuenitur, & quam nos aliquando uidimus Muris auriculam, altera, & quæ statim sequitur est. A

## ¶ De altera Auricula muris. CAP. CCIIII.

MVris Auricula quã Myosotida uocant, hærba est caulibus pluribus ab una radice, aliquatenus rubẽtibus, concauis ab imo. Foliis angustis, oblongis, dorso acuto, nigricantibus, per interualla assidue geminatis, atq; in mucronem desinentibus, & tenuibus caulibus, ex alarum sinu prodeuntibus, flore cæruleo. Radix digitali crassitudine, multis capillamentis fibrata. In summa, Scolopendrio similis, sed breuior, minor. Radix illita ægilopia sanat. Sunt qui Helxinen, muris Auriculam uocitent.

hec est alia ꝺes et com nis.

### BARBARI COROLL.

MYosotis hæc quę posterior describitur, iustius Myosotis tantũ dici solet cũ proxima, quæ Alsine potius, cũ Myosotis appellata sit ueteribus.

### EX M. VERG. COMM.

VNum tantũ nos uidimus Muris auriculæ genus, alterum scilicet hoc, & secundo loco a Dioscoride traditum: respondentq; sensui omnes eius notæ: prioris nullum inuenimus oculatum testem. Antiquissimi etiam latini Dioscoridis codices, posteriorem hanc solam ostendunt. Quinetiam Plinij ætate, si quis uerba eius sagacius odoretur, non satis certa res erat. Ait enim post descriptam Alsinen, Sed aliam docebimus quæ iustius Myosotis uocetur. Paulus Aegineta postremo unum tantũ genus eius in sexto pariter agnoscit. In omnibus tñ græcis duo capita hæc leguñ, quo uertimus modo ubiq; scripta: eãq; ob causſam qualia erant latinis reddita. B

## ¶ De Glasto satiuo. CAP. CCV.

ISatis satiua, aliquibus Augion, Magis Arusion, Romanis Gluta, aut Glastum dicitur. Glastum quo infectores lanarum utũtur, foliũ habet Plantagini simile, uerum pinguius, nigriusq;. Cuius caulis duum cubitorum altitudinem excedit. Illita folia, tumores omneis discutiunt. Cruenta uulnera glutinant. Sanguinis profluuia sistunt. Ignem sacrum, phagedænas, putrescentia ulcera, & quæ serpunt, sanant.

ἰσάτις ἄυγιον

gualdas gl silbestre / p glastus sati

### BARBARI COROLL.

ISatim Lactucis syluestribus annumerant. Duo ei genera Plinio redduntur, itemq; Dioscoridi. Nascens in syluis. Alterũ infectoribus dicatum: quod & satiuum Dioscoridi, Galenoq; uidetur. Plinius syluaticum uocari tradit, simile Lapatho syluestri foliis, nisi plura essent & nigriora, quam uulgus modo Gualdum, ueteres Glasdum, siue Glastum lingua gallica dicebant. Eo Britanni mares & fœminæ oblinebant se. Mares, ut ceruleo colore metum hostibus afferrent. Fœminæ, ut in quibusdam sacris incederent nudæ, colorem Aethiopum imitantes: Isatim Dioscorides Egnen quoq; uocari prodit. Credo hanc ab Hippocrate Icnen, siue Ignen dici. Dioscorides Isatin latine dici Rutam, Apuleius Aluram scripsere. Falsum utrunq; suspicor; & Luram, siue Luteam uocari credo. De Lutea herba Plinius & Victruuius inter colores tantum loquuntur. Plinius, Chrysocolla inquit illa quoq; herba tingitur, quam Luteam appellant. Idem paulo post: Luteam Chrysocollam ab herba Lutea dictam putant, quam ipsam cæ- Plí. li. 18. ca.

Cruleo ſublitā pro Chryſocolla inducūt. Victruuius, qui non poſſunt inquit Chryſocolla propter raritatem uti herba, quæ Luteum appellatur, cæruleum inficiunt: & utunt uiridiſſimo colore, hæc autem inquit, Infectiua appellatur.

EX M. VERG. COMM.

NIhil nunc Iſatide notius. Maximūq; ſibi uectigal ex ea fecerunt, qui Tiphernates agros ad Tyberim, omnemq; regionis eius tractū, neglecta omni alia annona, hac tantū herba conſerūt. Tantus nūc tinctis colore eius lanis honor eſt. Guadū noſtra ætas appellat. Apuleius in commentariolo illo, quod de aliquot herbis reliquit, Alutam ab Italis uocari ait. Quæ uox q̄ integra in eo ſcriptore ſit, non ſatis cognitū nobis eſt: quoniā nihil herbæ huic cū corio. Quæcunq; autē ea futura ſit, eam credimus eſſe quā hic pariter uitioſa uoce Rutam a Romanis uocari ait, cōmune nihil, aut ſimile illi habentē. Non tamen ab re eſt, ex Ruta, & Aluta uitioſis uocibus, neq; Iſatidi conuenientibus tertiā aliquam ſuſpicari, Lutheam, ſcilicet quā Romani aliquot ſcriptores inter colores retulerūt, Victruuiusq; præſertim, ad extremū ſeptimū uolumen dicens, Qui non poſſint propter caritatē, Chryſocolla uti herba, quā Lutheam appellant, cæruleū inficere. Barbari quondā tingendis corporibus ſuis tam uiri q̄ fœminæ ea utentes, Glaſtum uocabant. Erarq; in tingendo præcipuus eius uſus. Antiquiores græci, latiniq;, inter ſylueſtres Lactucas eam numerauerūt. Plinius longiſſime de ea egit. 20. uolumine capite ſeptimo.

## De ſylueſtri Glaſto. CAP. CCVI.

ἀγρία ἰσάτις

SYlueſtre Glaſtum ſatiuo ſimile eſt. Folia fert maiora, lactucaceis proxima, caules prætenues, multifidos, rubicantes. In quorum cacumine folliculi dependent, quandam linguarum effigiem referentes, in quibus ſemen. Flore tenui, luteo. Eadem quæ & ſupradicta præſtat. Potu & illitu lienoſis auxiliatur. Sed ſciendum eſt, ne tradita errorem

D pariant, ſatiuum Glaſtum, luteum florem, tenuiores, multifidoſq; ramulos proferre: in cacumine autem folliculos linguæ ſpeciem repreſentantes, in quibus ſemen continetur, Melanthio ſimile, caulemque ſupra binum cubitorum altitudinem attolli. Sylueſtre uero nigriora ferre folia, caulem minorem, ſed craſſiorem. Florem purpureum, aut cæruleum, fructum cruciformem, aſperum, in quo ſemen, foliis exilibus quinquepertito diuiſum.

BARBARI COROLL.

DE hac Iſati dictum eſt in ſatiua proxima: qui & Radiculā, quæ ſit Struthion, Iſatin uocari putent, ducunt mendoſo loco: quē nos in Plinio correximus. 19. naturalis hiſtoriæ libro.

EX M. VERG. COMM.

ABundabāt in ſylueſtri Iſatide multa, quæ ab eo quo nos deſijmus loco in alijs legunt: eāq; ob cām curtū, minusq; omni ea parte nos fecimus hoc caput. Nec ſine rōne, ut credimus: quādo in antiquiſſimis græcis, q̄s licuit uidere, nulla ea eſt. Neq; is quē nos habemus, longiſſimę antiquitatis latinus Dioſcorides id habet. Quodq; pluris facere nos decet, q̄ abſurdū uidet, poſt utriuſq; Iſatidis decreta, hunc ipſum ſcriptorē, quæ a ſe facta fuerant dānare, legētesq; his uerbis monere, Cæterū ſcire oportet, falſas eſſe deſcriptiones has. &c. Cum liceret quæ male incepta a ſe fuiſſent, antecederent, in melius, & quod uerū eſſet mutare. Accreuit ea pars ſcriptori huic ab aliquo, qui aut certius de Iſatide omnia nouiſſet, aut nouiſſe ſe crederet. Multa huic ſcriptori hac rōne adſcripta a medicis, a librarijs deinde illi cōmixta, & inſerta mala inſitione, in unū corpus coaluerunt. Quæ niſi diligentius & cautius excutiantur, & purgent, multis locis, uſum eius & gratiā dehoneſtabunt. Eſt illud etiam hoc loco repetendū, quod non multo antea in Arabide dictum a nobis eſt, abundare, ſcilicet hoc loco, quod Iſatidem ſtatim ſequitur, Arabidis caput. De ea enim quæcūq; ea ſit, q̄d oportebat, dictū hoc ipſo uolumine fuit.

## De Telephio. CAP. CCVII.

τηλίφιον
ἄκιζωὸν ἄγριον
ἀνδράχνη ἀγρία

TElephium aliqui ſylueſtre Semperuiuum, alij Portulacam ſylueſtrem appellāt, Romani Illecebram, Aegyptij Anoth, Aphri

Tirtopurin. Hærba Portulacæ ſimilis & caule & foliȝs, habens geminas alas, ſingulis foliorum geniculis inhærentes: a quibus rami ſeni ſeptenique fruticant, a radice referti cæruleis foliȝs, craſſis, lentis, carnoſis. Flore luteo, aut candido. Naſcitur in cultis, & maxime inter uites. Tempore uerno folia ſenis horis illita, albam uitiliginem ſanant. Sed poſtea hordeacea farina illini debet. Perunctam etiam in ſole uitiliginem tollunt. Sed ubi inaruerunt, abſterguntur.

## BARBARI COROLL.

TElephion uagum et cõmune pluſculis herbis nomen. Dioſcorides ſenos ſeptenoſq; ab radice ramos ei tribuit, Plinius etiam octonos. Differre hanc merito exiſtimant ab alia quam diximus hoc libro Telephion, & Andrachnen agriam uocari: quandoquidem tam Dioſcorides q; Plinius medicinas earum, atq; notas ſeorſum utriuſq; reddunt, ceu duorum generum. Telephion hic deſcriptam, ſunt qui eam putent eſſe, quam Romanæ officinæ Pulmonariam uocãt. Vegetius in Mulomedicina Pulmonariam, ſiue Pulmonatiam appellat: quam & Conſiliginẽ dici tradit, bubulcis & mulomedicis, hoc eſt, ueterinariȝs præclare cognitam.

## EX M. VERG. COMM.

TElephion. 27. uolumine capite ultimo breuius certiuſq; ſcriptore hoc Plinius deſcripſit. Nihil tamen non acceptũ ab eo eſt. Quo fit, ut ſuſpicemur uitiũ aliquod in hiſtoria Dioſc. eſſe. Sunt em̃ pleraq; parum certa, nec ſequaci uerborũ ſerie tractata. Nos tñ nihil mutauimus: monemuſq; tm̃, p̃ter ſex horas, q̃ tẽporis ſpacio hic iubet leucem Telephij foliȝs illini, addere Plinius ternis menſibus id faciendum eſſe: quod in ſcriptore hoc deſyderari poſſe uidetur. Manifeſtam tamen cauſam id non habet, longiuſq; id tempus merito alicui pro rei neceſſitate uideatur.

¶ Finis LIB. Secundi.

# PEDACII B

## DIOSCORIDIS

### De Medicinali materia. LIB. Tertius.

### IO. RVELLIO interprete.

VPERIORIBVS chariſſime Ari cõmentariȝs, tradidimus de aromatibus, unguentis, oleis, arboribus, & prodeuntibus ex eis fructibus & lachrymis. Item de animalibus, frumentis, oleribus, & hærbis acrimonia prẽditis. In hoc autem Tertio de radicibus, ſuccis, ſeminibus, hærbis quæ & uernacula conſuetudine uſurpantur, quæq; pluribus ſcatent remediȝs, diſſeremus. ἀγαρικόν

### ¶ De Agarico. CAP. I.

AGaricum radix fertur Laſerpitio ſimilis, ſed facie ſumma ſoluti or & fungoſa tota. Duo eius genera. Fœmina rectis uenarum diſcurſibus conſtat. Mas rotundus eſt, & undiq; compactior. Vtrique guſtus in initio dulcis, mox in amaritudinẽ tranſit Sarmaticæ in Aqui

C folia prouenit. Sunt qui radicem esse Plantæ affirment. Alij ut fungos nasci in arborum caudicibus, quadam putredine. Gignitur in Galatia Asiæ contermina, & Cilicia in cedris. Sed friabile & infirmum. Adstringendi, calfaciendiq; naturam habet. Contra tormina, & cruditates, rupta, præcipitationesq; efficax. Datur duobus obolis in uino mulso, febrim non sentientibus. Febriculosis uero in aqua mulsa. Arquatis quoque, suspirijosis, iocineris, renumq; uitio laborantibus, dysentericis. Item si urina ægre reddatur, si uuluæ strangulatus urgeat, si pallor membra decoloret, drachma una dari solet. Si tabes infestat, ex passo. Si lien negocium exhibet, ex aceto mulso. Si dissolutio stomachi est, ita ut cibi tenax non sit, manditur, & sine ulla humoris sorbitione deuoratur. Simili modo acide ructantibus propinatur. Sanguinis reiectiones sistit, tribus obolis ex aqua sumptum. Facit ad coxendicum & articulorum dolores, & comitiales morbos, si cum aceto mulso, pari pondere assumatur. Menses ciet. Fœminis, quas inflatio uuluæ uexat, utiliter æquali modo datur. Rigores soluit, datum ante febrium significationes. Aluum purgat drachma una, aut altera, si cum aqua mulsa bibatur. Venenorum antidotum est, drachmæ instar, cum diluta potione sumptum. Si serpentes
D ictũ uibrarũt, morsumq; subfrixerũt, tribus obolis ex uino potum, mire auxiliatur. In summa, internis omnibus uitijs conuenit, ꝑ uiribus et ætate datũ nunc ex aqua, nunc ex uino, ijs ex aceto mulso, alijs ex aqua mulsa.

HERMOLAI BARBARI
Patricij Veneti, & Aquileien. Patriarchæ Corollariorum LIB. Tertius.

Plin. lib. 25. ca. 9

AGARICVM in arboribus nascitur, fungi similitudine circa Bosphorũ, colore candido. Masculus amarior. Galliarum quoq; glandiferæ maximæ arbores Agaricum ferunt. Est autem (ut dixi) fungus odoratus, in sumis arboribus nascens, noctibus relucens, & candidus. Ideoq; in tenebris decerpitur. Dioscorides Agaricum ueneni uim habere, sed id quod nigrum est affirmat: & regione Sarmatarum, quę ἀγρία, hoc est, syluestris dicitur nasci. Quidam codices non Agriam, sed Agariam habent. Vtrumq; tueri possumus. Primum ex Plinio, Regio inquit Sarmatiæ syluestris Hyleum mare, quo alluitur, cognominauit. Alterũ ex Ptolomæo, qui Agarum & urbem, & amnem in Sarmatia uocari tradit. Appianus Alexandrinus, Agaros scythicam gentem contra serpentium morsus adhiberi solitam refert, propter quod Mithridates eos apud se habuerit.

## ¶ De Rahpontico. CAP. II.

ῥᾶ ῥῆον

RHa aliqui Rheum, aliqui Rhiã, Latini Rhaponticum uocant. Prouenit in ijs quæ supra Bosphorũ sunt regionibus, ex quibus affertur. Radix nigra, Centaurio magno similis, sed minor & ruffior, fungosa, aliquantum leuis, sine odore. Optimum habetur quod tenedines non sensit, si gustatu cum remissa adstrictione lentescat, mandu catumq; colorem reddat pallidũ, aut ad crocũ inclinantẽ. Id epotũ facit ad inflatiões, stomachi imbecillitatẽ, & omne genus dolorũ, ad conulsa, lienosos, hepaticos, tormina, ad renũ, uesicæ, & pectoris uitia, aduersus intenta præcordia, & uuluæ mala, coxendicum dolores, sanguinis

Hosted by Google

excreationes, ſuſpiria, ſingultus, dyſenterias, & cœliacorum affectus, contra febrium circuitus, & uenenatorũ morſus. Datur in ſingulis ualetudinibus eodem quo Agaricũ pondere, & cũ eiſdem liquoribus: ſi febri careant, in mulſo: ſin aliter, ex aqua mulſa: ſi tabẽ experiuntur, ex paſſo: ſi lienis exercet, in aceto mulſo. Si diſſolutio eſt ſtomachi, id eſt; cum cibi tenax non eſt, manditur, & ſine ſorbitione ulla deuoratur. Liuentia, lichenaſq; tollit, cum aceto illitum. Inflammationes omneis ueteres ex aqua oblitũ diſſipat. Summa eius uis adſtringens, cum aliquanto calore. A

BARBARI COROLL.

RHaponticum, radicem Ponticã a Cornelio uocari cenſeo, a Galeno & Paulo Rheon, a Plinio Rhacoma, niſi deprauatus (quod fere ſuſpicor) locus ſit, uulgo Rheu. Aetius Rhaon. Plinius Coſto nigro ſimilẽ demonſtrat, in cætera cum Dioſcoride conueniens. Habetur & Rha Barbarum, multo præſtantius, efficaciuſq; Pontico, ſed ante Paulum Aeginetam fere medicis incognitum. Eius mentionem autor is, in compoſitione quadam ad podagras habuit.

EX M. VERG. COMM.

QVi ſupra Pontum & Cymerium Boſphorum ad Panticapeum regiõis eius metropolim uicinus Tanai, in Meotidem paludem influit, maioris illius fluuij luce & nomine, non ſatis in Geographia clarus quondam Rha dictus fluuius, Ponticæ radici huic nomen dedit, & in ripis ſuis naſcentem, ueluti adoptione quadam in ſui nominis honorem admiſit. Nec alia nominis eius, q̃ a natali ſolo cauſa & ratio eſt, ab Ammiano Marcellino hiſtoriæ ſuæ. 22. uolumine his uerbis tradita. Tanais, qui inter Caucaſeas oriens rupes, per ſinuoſos labitur circumflexus, Aſiamq; ab Europa diſterminans, in ſtagnis Meoticis deliteſcit. Huic Rha uicinus eſt amnis. In cuius ſupercilijs uegetabilis quædã eiuſdem nominis gignitur radix, ad multiplices medelarum uſus proficiens. Quod nouiſſe non parum hijs fuerit, qui ſollicitis animis diu fuerunt, & adhuc ſunt, Ponticæ ne huic radici eadem, an alia ſit quam noſtra ætas in quotidiano medicinæ uſu Barbaram appellat, facti enim dimidium, ut poeta cecinit, qui modo cæpit habet. Auditis ſiquidem Ponticæ huius radicis natalibus, non difficile erit, diligenti per mercatores qui ad nos Barbaram illam afferunt, a uenditoribus facta percontatione, nouiſſe, an quæ nunc Barbara dicitur, Ponticæ eadem ſit: et an his quibus locis naſci eam Marcellinus ait, an alibi naſcatur. Nobis pro comperto hactenus nihil eſt, & ſi diligentiores in quærenda tota hac re fuerimus. Si enim quæ nunc ad nos Barbara affertur, aliud q̃ Rha fluminis ſupra Pontũ & Cymerium Boſphorum ripas natale ſolum habebit, radices duas eodem nomine, ſed diuerſo patriæ & gentis cognomine tunc eſſe conſtituendum erit. Sin contra, ex quibus Ammianus Marcellinus locis tradidit ad nos afferri, unum tantum radicis huius faciendum erit genus, & in eo ex diuerſis notis, nõ eadem bonitas. In quam partem inclinat animus nobis. Quo autem maxime inter ſe differunt, odor eſt: qui in Barbara uehementiſſimus, in Pontica nullus, ſi huic ſcriptori credendum eſt, ſentitur. Nos certe ſcimus, ſine odore uiſam aliquando radicem quæ Barbara uideretur, & crederetur, non tamen eſſet, ideoq; a medicis in uſu damnatam. Quocunq; autem modo id fiat, non uidetur hic ſcriptor, ſiue alia penitus, ſiue bonitate a Pontica diuerſa ſit, Barbaram cognouiſſe. Nunq; enim ἄνοσμον, ideſt, ſine odore eam dixiſſet. Ceteræ in hoc & in alijs ſcriptoribus Ponticæ radicis appellationes, ex eodem principio, primaq; illa Rha fluminis appellatione fluxerunt, ideoq; a nobis & alijs relinquendæ. Relinquenda & quam Plinius dixit Rhecomam, ſine ratione aliqua, nunc in eo ſcriptore & incognitam penitus.

plinij. lib. 27 cap. 12.

autor is. V- ulg egineta it mentione Rhaebarbari compoſitionẽ quadaꝫ qua Bdes ſcribit. 7. capit. 11. à calce ſine ſ mundaꝫ pat antidotꝫ aga ti podagri huiuſg et Rhe barbari mẽ onꝫ fecit id paulg. lib. cap. 43.

## De Gentiana. CAP. III.

GEntianam aliqui Gentauriam radicem, alij Aloen Gallicam, alij Narcem, alij Chironion, Dardani Aloitin, Romani Gentianã, uel Cicendiam, alij Ciminalẽ uocãt. Huius inuentio prima aſſignat Gentidi Illyriorum regi, a quo cognomẽtum habuit. Folijs proxime radicem, Iuglãdi, Plantaginiue ſimilibus, ſubrubris, a medio caule, pſertim iuxta cacumẽ paulũ diſſectis, caule cauo, & inani, digiti craſſitudine, geni

γεντιανὴ κενταύρειος ῥίζα

Culato, & ex interuallis maioribus foliato, binū ſæpe cubitorū. Semine in calycibus lato, leui, paleaceo, ſatis ad Sphōdilij ſemē accedente. Radice longæ Ariſtolochiæ, craſſa, amara. Naſcitur in ſublimibus montium iugis, umbroſis locis, aquoſiſq. Vis radicis excalfactoria, & adſtringens. Contra morſus ſerpentium, duabus drachmis cum pipere, ruta, & uino pota, auxiliatur. Extracti ſucci drachma, laterum doloribus, & ex ſublimi deuolutis, ruptis, & conuulſis prodeſt. Hepaticis & ſtomachicis, pota cum aqua ſubuenit. Radix collyrij modo ſubdita, partus eijcit. Impoſita ut lycium, uulneraria eſt, & ulcerum cuniculatim depaſcentiū medela. Succus præcipue eodem effectu prodeſt. Oculis inflāmatione laborantibus illinitur. Pro meconio collyrijs acribus īmiſcetur. Radix uitiliginem abſterget. Succi extrahēdi ratio hæc eſt. Contuſa radix quinq; diebus aqua maceratur. Poſtea in eadem tantiſper decoquitur, dum extent radices. Et ubi refrixit aqua, lintheo excolatur. Mox diſcoquitur, dum mellis craſſitudo fiat. Fictiliq; reconditur.

## BARBARI COROLL.

Plí. li. 25. ca. 7.

GEntianam ubiq; naſci, ſed copioſiſſimam ſub Alpinis montibus in Illyrio, præſtantiſſimam affirmant, folio fraxini, magnitudine lactucæ, caule tenero, trium aliquando cubitorum, radice lenta, ſubnigra, ſine odore, aquoſa.

## EX M. VERG. COMM.

DNOta omnibus nunc etiam Gentiana eſt. Eam Centaurio ſimilem Centauriam radicem aliqui nominauerunt, & ex eo Narcem: quoniam Narce Centaurium etiam dicatur. Fuerunt qui Aloem Gallicam, nulla foliorum, ſed radicis ſimilitudine aliqua, quam utrūq; genus recta ſub terram agit. Chironia a centauro Chirone dicta itidem eſt, quoniam et Centaurium ab eodem Chironia pariter nominetur. Credimus præterea, quoniam Aloe diceretur Gentiana, a Dardanis Aloitim pariter nominatam fuiſſe. Suſpicamur tandem in extremo capite uitium eſſe, illic ſcilicet ubi de radicis coctura agitur, quam coqui hic iubet uſq; dum radix illa ſuperſtet & emergat. Qui ſenſus rei non ſatis reſpondet. Neq; enim ponderoſæ radices, quanta uoluerit aliquis coctura coctæ per ſe emergent. Potuit quidem ſic intellexiſſe, tamdiu coquendam Gentianæ radicem, donec decreſcente paulatim aqua deſinat radix ſub ea eſſe, eaq; ratione ſuperſtet. Verum hic nunq; cocturæ alicuius ſpacium ſic docuit. Præterea antiquiſſimi latini omnes pro eo habent, donec uirtutem ex ſe dimiſerit: manifeſto argumento, aliam fuiſſe quondam eius loci lectionem. Poteſt tamen ut diximus, defendi res: ideoq; nos cōmunem aliorum omnium lectionem ſecuti ſumus, & nihilominus quod obſeruatum etiam a nobis fuerat, alijs ſignificauimus. Non ſunt etiam de Gentianæ natalibus Barbaro, & nobis eadem omnia. Ille in altiſſimis montium crepidinibus naſci eam, nos in altiſſimis montium uerticibus diximus. Dioſcorides ἐν ὑψηλοτάτοις ἀκρωρείοις ait: quæ uoces nihil aliud q̄ altiſſimos uertices ſignificāt. Siquidē montes omnes a græcis trifariam diuiduntur: ὑπὸ πέρμαν, quod imas partes & radices ſignificat, ὑπ ἀκρώρειαν, ideſt, montium cacumina, & ὑπὸ ὑπώρειαν, qua uoce deſcendentia iam montium latera indicantur. Aitq; hic ἀκρωρείοις, & addidit ὑψηλοτάτοις, ideſt, uerticibus altiſſimis. Cur autē ille crepidines uerterit, quæ fundamenta maioris alicuius molis ſunt, non ſatis uideo.

## ¶ De Ariſtolochia rotunda. CAP. IIII.

ἀριστολοχία στρογγύλη

ARISTOLOCHIA rotunda nomen ex eo ſibi adoptauit, q̄ exiſtimetur optime puerperis opitulari. Tria eius gña tradūtur. Vna quæ fœmina uocatur, foliis hederaceis, præſtanti odore, cum acrimonia, mollibus, ſubrotundis, multis ab una radice germinibus, prælongiſq; palmitibus, flore cādido tanq; pileolo, rubro, grauiter olente.

Hosted by Google

BARBARI COROLL. Ā

ARistolochiæ color ater, folium Alsinæ, ut Theophrastus inquit, rotundius. Nascitur in montibus præcipua. Genus quadruplex in ea latini seruant. Vnū Rotundæ, quam & Pheuxiteron uocabant aliqui, foliis inter maluam & hederam nigrioribus, pinguioribusq; : qua cōtusa cum calce, in mari sparsa, pisces aduolant cupiditate mira, ut ait Plinius, uidisse id testatus; continuoq; exanimati fluitant: ob id piscatores, inquit, Campanię uocabant hanc Venenum terræ. Nunc & Cyclamini radice id contigit in eadem terra: ut putant. Alterum masculę, atq; Longæ. Tertiū radice longissima, quasi uitium nouellarum, efficacissima: quæ & Cretica nominatur, flore purpureo, colore buxeo, bacculas ferens ut Capparis: quę tamē tria in omnibus quo q; inueniuntur generibus. Est & quarta Pistolochiæ nomine, tenuior q; tertia, densis radicis capillamātis, iunci plenioris crassitudine. Hanc quidam Polyrrhizon cognominant, & Satyrion esse dicunt, ut in eius mentione docui. Odor omniū medicatus, sed Clematiti, hoc est, tertiæ iocundior. Nardinis quoq; unguentis conueniens. Effodere eas messibus tempestiuū est: Maxime tamen laudat Pontica, & in quocunq; genere ponderosissima, quæq; medicis aptissima. Nascuntur fere pinguibus locis & plano, ut quidam scripsere. Pli. li. 26. ca. 7. lib. 25. cap. 8.

¶ De Aristolochia longa. CAP. V.

ARistolochia longa, mascula appellatur, nonnullis Dactylitis, aliis Melocarpos, aliis Teuxinon, Latine Aristolochia, longiore q; rotunda folio, tenuibus ramulis, dodrantalibus, flore purpureo, grauiter olente, qui marcescens in Pyri similitudinem cōformatur. Tuberibus radicum rotundis, ut Rapum. Longæ uero radix digiti crassitudinem, & palmi longitudinem implet. Nōnunq; paulo grandius adolescit. Ambæ colore intus buxeo, gustu amaro, & graui. Est etiamnum tertia longa, quæ Clematitis uocatur, ramulos habens tenues, refertos foliis subrotundis, minori Semperuiuo similibus, flores Rutæ, pleniores, radices longiores, tenues, crasso cortice odoratoq; uestitas, unguentorum spissamentis conuenientes. Rotunda cæteris uenenis resistit. Longa uero aduersus angues & uenena, drachmæ pondere ex uino bibitur & illinitur. Pota cum pipere, & myrrha, menses, partus, et omnia uuluarum onera eiicit. Eadem efficit subdita in pesso. Rotunda ad eadem pollet. Insuper singultibus, suspiriis, rigoribus, lieni, conuulsis, laterum doloribus, pota cum aqua singulariter auxiliatur. Aculeos & spicula extrahit. Ossium squammas illitu adimit. Vlcera putrida exest, & sordida expurgat. Caua cum iri & melle explet. Gingiuas & dentes extergit. Clematitis ad eadem pollere creditur. Viribus tamen inferior est. Appellatur a quibusdam Arariſa, & Melecaprum, Ephesti os, Lestitis, Pyxionix, Dardanion, Iontitis, Gallis Theximō, Aegyptiis Sophōeph, Siculis, Chamæmelon, Italis Malū terræ, Dacis Absinthiū rusticum. Nascitur in montibus & calidis locis, aut campestribus et petrosis. Ad grauem febrim efficax est. Si nidore subditis carbonibus febricitans suffiatur, febris leuatur, Vulnera impositu sanat. Carcinomatis narium, cum cypiro & dracunculi semine, & melle prodest. Rigoribus medetur, cocta in oleo, aut adipe suillo, illitaq;. ἀριστολοχία μάκρα διακτυλίτις μηλόκαρπος

B

BARBARI COROLL.

DE hac qualis esset proxime indicatum nobis est. De Tertia, in primo Aristolochiæ genere

C

## ¶ De dulci Radice. CAP. VI.

γλυκύῤῥιζα

GLycyrrhisam aliqui Ponticam, alij Glyceraton, quidam Symphyton, alij Leonticam, alij Glycyphyton, aliqui Scythion, alij Adipson, alij Sylithrã, alij Lybiestason, alij Omœnomœon, alij Penthaomœon, Latini dulcem Radicem appellauere. Plurima gignitur in Cappadocia, & Ponto. Fruticosa est, ramis binum cubitorum altitudine assurgentibus, folijs Lentisci, densis, pinguibus, tactuq; gummosis, flore hyacinthi, fructu pilularum platani magnitudinis, asperiore, qui siliquas lentium modo habet, ruffas & paruas, radicibus longis, ut gentianæ, coloris buxei, subacerbis & dulcibus, quæ densantur in succum Lytij exemplo. Is in arteriæ scabricia efficax habetur. Verum oportet ut linguæ subditus eliquescat. Aestuanti stomacho, thoraci, ac iocineri conuenit. Sanat uesicæ scabiem & renum dolores cum passo potus. Idem eliquatus sitim sedat. Vulneribus illitus accõmodatur. Cõmanducatus, stomacho prodest. Recentis radicis decoctum ad eadem conuenit. Eiusdem farina pterygijs commodissime inspargitur.

### BARBARI COROLL.

Pli. li. 22. ca. 9.

GLycyrhiza, siue ut Palladius, Glycyridia. Sunt qui hanc & Eryngem eãdem esse falso putent, quoniam spinosa, & foliata uideretur. Fruticosa est, præstantissima in Cilicia, deinde Ponto. Adipson uocatur: quia sitim, famemq; sedet. Carpitur Vergiliarum occasu: quæ longa est ceu uitis, colore buxeo. Melior nigra, quæq; lenta, q̃ quæ fragilis.

### EX M. VERG. COMM.

D

SOlo nomine in fingendis componẽdisq; uocibus suis Romanis feliciores Græci, amabilem omnibus Glycyrhizam fecerũt. Nec aliter q̃ in comœdia Glycerium, & in Venusinis carminibus Glyceram grato dulcedinis sensu in amorum leporibus poetæ illi illustrarunt: sic Ponticã, siue ut Theophrastus appellauit Scythicam radicem hanc, grata naturæ eiusdem dulcedinis nota, sola appellatione gens illa cõmendauit. Nec tantum ut amarent eam omnes effecit, sed in Scythia & Ponto sub septemtrionibus nascentem, propriam sibi, noui, & a se facti nominis alicuius adoptione fecisse conarentur: laborarentq; libenter pro ea omnes, quæ in sanitate & ualitudine tam suaues posset homini rependere gratias. Quod nos modo agimus, præsenti quotidie ab ea fructu & spe in tussi, & exasperatis faucibus: quo malo, frigiditate, tenuitateq; nostri aeris sæpenumero tentamur. Eam Theophrastus nono de plantarum historia, uolumine nondum facto illi a græcis, aut saltem non recepto ab omnibus, Glycyrhize nomine Scythicam radicem uocauit. Estq; hoc quod Dioscorides ait, Scythicam ab aliquibus dici: & si passim in græcis non Scythicam, sed scythion corrupte legatur. Verba eius sunt. γλυκεῖα δὲ καὶ ἡ σκυθική. ἔνιοι δὲ εὐθυγλυκεῖαν αὐτὴν καλοῦσιν. γίνεται δὲ περὶ τὴν μαιώτιν. Quod est. Dulcis & Scythica radix, quã aliqui Euthyglyciam uocant. Nascitur circa Mẹotim paludem. Idem eodem loco caussam reddidit, cur Adipsos etiam diceretur, non tam quia sitim simpliciter arceat, q̃ quia Scythæ ea, & Hippace, de qua diximus superiore uolumine, decem, & aliquando duodecim diebus sine alio cibo purarent. Verba eius sunt. δύναται δὲ καὶ τὴν δίψαν παύειν ἐάντισ ἐν τῷ στόματι ἔχῃ. διὸ ταύτῃ τε καὶ τῇ ἱππάκῃ διάγειν φασὶ τοὺς σκύθας ἡμέρας καὶ δέκα καὶ δώδεκα. Quorum sit sensus qui pauloante dictus a nobis est. Eadem ratio fuit, cur Pontica itidem diceretur: cur aũt Symphytõ, uirium similitudo fecit. Est enim, ut in quarto nolumine certius patebit, Symphyti radix dulci & saliuam prouocante sapore. Pectoris & illud uitia emendat: faucium asperitati confert: postremoq; sitim cõmanducatum arcet: quæ omnia dulcis Radicis propria sunt. Credimusq; nos, ἐκ τῶν ἀντιβαλλομένων, idest, ex æqualibus, & eorum comparatione ad dulcem Radicem alterius plantæ translatum nomen fuisse. Dico autem æqualia, quę nostrę ætatis medici, quid pro quo, appellant. Numerantur & aliæ ab hoc scriptore appellationes. Glyceraton, & Glycyphyton: a dulcedine factæ omnes, sola nominum conformatione diuersæ: quarum altera dulcem plantam, altera quod dulcedine sua amabile sit, significat. Celsus quod hic ipse testatur libro quinto

Hosted by Google

capite 20. dulcem radicem ſimpliciter uocauit: quē nos imitari, dulcē Radicem, & ſi græca uoce Plinius uſus fuerit, Glycyrhizam diximus. In cæteris appellationibus non eſt quod legentes moneamus. barbaræ em̄ ſunt, aut adeo corruptæ, ut a barbaris nō differant. A

## De Centaurio magno. CAP. VII.

CEntaurium magnum aliqui Narcen uocant, alij Limneſion, alij Maronem, alij Plectroniam, alij Chironiam, alij Limneſtin. Magi Herculis ſanguinem, Romani Fel terræ. Folia habet iuglandis, oblonga, uiridi Braſſicarum colore, ſerrata in ambitu, caulem ceu rumicis, binum aut ternum cubitorum, multis ab radice adnatis, in quibus capita ceu Papauerum, in rotunditate oblonga, flos cæruleus, ſemen Cnico ſimile, floccis quibuſdam inuolutum. Radix craſſa, grauis, ſolida, tripedalis, ſucco prægnans, cum adſtrictione aliqua, & dulcedine acris, & rubeſcens. Amat ſolum pingue & apricum, ac ſyluas & colles. Copioſiſſima eſt in Lycia & Peloponneſo, in Arcadia, Helide & Meſſenia, pluribuſq; locis circa Pholoen, Lyciam & Smyrnam. Radix conuenit ruptis, conuulſis, pleuriticis, halitus difficultati, ueteri tuſſi. Sanguinem expuentibus, drachmis duabus trita datur: ſi febris ſit, in aqua, cæteris in uino. Item ad tormina & uuluæ dolores. Ramenta eius in collyrij formam uuluæ ſubdita, menſes atq; partus extrahunt. Succus eadem præſtat. Vulneribus prodeſt. Nam recens tuſa, aut arida ante madefacta, ea glutinat & coniungit. Carnes coaleſcunt, ſi tuſa ſimul decoquatur. In Lycia ſuccum exprimūt, quo pro Lycio utuntur. Panacia appellata eſt, quoniam omnia mitiget uitia, quæ inflammationem minantur, plurimiſq; ſcateat remedijs. Pulſationes uulnerum, urinæ ſtillicidia, calculoſorum cruciatus, clyſtere immiſſa ſedat. Legitur matutinis, ſole ad ortum ſpectante, hora diei pura, cum omnia complentur. κενταυρίον μέγα B

### BARBARI COROLL.

CEntaurion maius, caules habet geniculatos, folia lata & oblonga, & ab radice denſa, radix tenera, fragilisq;. Durat annis nec ultra duodecim. Cōmendatiſſima in ijs quarū Dioſcorides meminit regionibus, præterq; in Alpibus. Dicitur & Centaurea, & Chironion, quia curatus ea Chiron ſit, cum Herculis pertractanti arma ſagitta excidiſſet in pedem. Noſtri herbarij aliud Centauriū maioris cognomine demonſtrant, flore luteo, foliis per interualla binis, auerſa parte candicantibus, interna uirentibus, Salice maioribus, & cōnexis fere. Plí. li. 25. ca. 6.

### EX M. VERG. COMM.

QVæ Centauriū a biformi quam fabulati poëtæ ſunt natura eius dicta fuerit, Chironia a nomine, Pelethronia a Theſſaliæ monte, in quo Lapithæ quondam equitādi perita gens, frena & giros, ut poëta cecinit, alios docuerūt: inter quos & Chiron cenſebatur. Eandem hic Maroniam uocari ait, non amplius ex Theſſalia, ſed ex Thracia, in qua Maronius mons & Maronia ciuitas Homero notiſſima erat: quo loco copioſum forte, aut probatū naſcitur Centauriū. Limneſion itidē a natalibus ſuis Centauriū aliqui uocauerūt, q; ſecundū paludes, quas Græci limnas dicunt, & aquarū ſcatebras naſcit: quod & Plinius teſtatur, Libadion eadē aquarum ſignificatione uocari dicens. Quæ deinde Romanæ uoces Centaurio in Dioſcoride accreuerunt, Vnefera, & Phieri, nullam nobis ſignificationem habent. Et quod Fel terræ in maiore hoc Centaurio legitur, ex minore adiectum contrario ſenſu eſt. Siquidem ab hoc ipſo maioris, radix dulci ſapore deſcribitur, minoris amaro. Præter quæ id ſenſus & experientia etiam oſtendit. Alterius enim dulcior, alterius amarior in guſtu ſapor ſentitur. Quo fit, ut Fel,

C quod amaro ſapore eſt, minori, nõ maiori cõueniat. Aperte id Plinius etiã lib. 25. ca. 6. teſtatur, de minore agens his uerbis. Hoc Centaurion noſtri Fel terræ uocãt, propter amaritudinẽ ſummã. Ex eo facile fuit, ex maiore in minus appellationẽ eam tranſferre. Et hæc pro Centaurij appellationibus dicta hactenus ſint: in quo ueluti inutilia, nec huic ſcriptori legitima reliquimus, quæ in extremo capite in impreſſis, alijſq; quibuſdã græcis codicibus legũtur ab eo loco, ſcilicet qui in græcis eſt, ἑκλήθη δὲ πανάκεια. &c. In nouiſſimis aũt latinis, cognominata eſt & Panacia. &c. Fecimusq; id uetuſtiſſimorũ græcorum & latinorũ fidem ſecuti, in quibus tota ea pars nulla eſt. Et ſi in Plinianis caſtigationibus hac ſola auctoritate nixus, q̃d in Plinio legebaꝫ, medetur & ouiũ morbis decoctæ ſuccus, non ouiũ, ſed omniũ ſcribi oportere Barbarus decreuerit: propterea, q; Panaciã dici etiã Centauriũ in Dioſcoridis hac parte legiſſet, quæ uox omniũ morborũ remedia pollicetur. Verũ id nos non ꝓbamus, & nihilominus unicuiq; ſuũ ſeruatur iudiciũ. Perſuaſitq; id p̃cipue, q̃d ultimũ in ea parte ad ſuperſtitionẽ ſolam ptinet, legendũ eſſe, Centauriũ appetente ortu ſolis, caſto tẽpore, quo oĩa pleniora & pfectiora ſunt, quę ætate huius ſcriptoris inſueta, et naturã docente homine indigna erant. Scimus q̃dem Theophraſtũ lib. 9. de plantarũ hiſtoria, multas huiuſcemodi obſeruatiões pcurrere: & in fodienda Centaurij radice neſcio qd de Triorche accipitre dicere, quẽ tunc cauere oporteat. Sed nihil q̃d ad ſolem & tẽporis obſeruationẽ pertineat, in eo legitur: & nihilominus cuncta ab eo ex uulgi opinione referuntur: & quatenus tutũ ſapienti erat, contra plebis ſuperſtitiones conari, ab eo damnãtur. Cautius enim eo loco Theophraſtus, ne uideretur religioni obſtrepere, ait. τόδ' ἐπευχόμενον τέμνειν οὐδὲν ἄτοπον. quod eſt, præcedente autẽ precatione aliqua, radices fodere nihil abſurdum. &c. Verum nos latinorum omniũ, & meliorum græcorũ, in quibus nihil huiuſcemodi legitur, fidem ſecuti, omnẽ eam partem expunximus: & nihilominus poterunt uolentes ab alijs eam ſi placuerit repetere. Diximus deinde, naſci Centaurium, & amare ſtirpibus & arboribus confercta loca, δρυμούς ſic appellantes, non ſepes, ſed arboribus fruticibusq; denſos montes. Licet eñ a quercu, quæ δρῦς græce dicitur, δρυμὸς fieri uideatur, nihilominus in cõmuni ſignificationis æſtimatione, ſyluoſus ſtirpe omnis locus ea uoce indicatur.

D κεντάυριον μικρόν

## De Centaurio minore. CAP. VIII.

CEntaurium minus aliqui Limneſion, alij Elleboriten, alij Ammaranton, Magi Herculis ſanguinem, Latini Febrifugam, alij Auram, multi Radicem, Daci Tulbellam appellant. Limneſion aliqui uocauere, quoniam rigua amet loca. Hærba Origani, aut Hyperici ſimilis, caule anguloſo, palmum excedente, flore Lychnidis, e puniceo in purpuram uergente, foliis Rutæ prælongis & paruis, fructu tritico ſimili, radice puſilla, læui, & ſuperuacua, quæ guſtãti amaritudinem adfert. Hærba recens tuſa, ſuo illitu uulnera conglutinat. Vetera ulcera purgat, & cicatrice obducit. Bilem, craſſoſq; humores per aluum exigit, ſi decocta detur. Ius decocti iſchiadicis conuenientiſſime infunditur. Trahit eñ ſanguinem, & dolorem leuat. Succus oculorum medicamentis perq; utilis. Siquidem cum melle caliginem oculorum expurgat. In uellere appoſitus, menſes & partus extrahit. Epotus peculiariter neruorum uitijs ſuccurrit. Legitur ſemine prægnans, & diebus quinq; madefacta, decoquitur donec ſuperemineat aquæ. Mox ubi refrixit, lintheolo exprimitur. Et eiecta hærba, iterum decoquitur, uſquedum mellis craſſitudinem habeat. Nonnulli eam recentem, grauidamq; contundunt, atq; ſuccum fictili non picato exprimunt, & in ſole lignea rude aſſidue mouentes, inſpiſſant. Quod ſi quid concretum faucibus uaſis adhæreſcat, detrahunt, reliquoq; humori permiſcent. Noctu diligenter operiũt. Namq; ros nocturnus, liquores coaleſcere non ſinit. Quæ autem ſiccis ra

Ros nocturnus li quores coalescere non sinit.

Hosted by Google

dicibus, aut hærbis liquamenta exprimuntur, decocta ut in Gentianæ mentione retulimus, præparantur. Sed quæ ex corticibus humidis, aut contusis hærbis factitãtur, in sole, uti ante dictum est, coguntur. Sic e Tapsia, sic e Mãdragora, reliquisq; similibus succus, sic ex acerbis uuis Meligo elicitur. Lycium tamen, & Absinthium, Hypocistis & consimilia, decocta eo quo diximus modo coguntur. A

BARBARI COROLL.

CEntaurion minus, a foliorum tenuitate Lepton cognominatũ, sicut Libadion, quoniam secundum fontes nascitur. Ipsa herba legitur autumno. Succus e fronde, aut caulibus concisis madefactisq; 18. diebus capitur. Hoc Centaurium nostri Fel terræ uocant, propter amaritudinem summã, Galli Exacon, quoniam omnia mala medicamenta potum exigat per aluũ. Est & Centauris appellata, cognomine Triorches. Hãc qui eruũt, iubentur accipitrem cauere, dictum a numero testium Triorchem: quoniã ut Theophrastus inquit, raro non uulnerantur ab alite, qui colligũt. Tradunt & per se infestam esse carpentibus, raro unq; non ferientibus se, dum secãt. Hæc succum sanguineũ mittit. Imperiti miscent has notas, & uni generi assignãt. Nam quod Centaurion Panaces uocãt, alterius est naturæ, ut in Panace mõstrabimus. Huius radix minoris, penitus inutilis medicinæ est, ut Galenus quoq; scribit. Theophra. lib. 9. cap. 9.

EX M. VERG. COMM.

CVr Elleboritem ab aliquibus uocari Cẽtauriũ minus in hoc scriptore legatur, difficilem habet coniecturã. Nihil enim inter eas tam simile est, ut misceri & cõmunicari diuersarum plantarũ nomina potuerint. Incertum itidem, quæ Amaranthi nominis in eo caussa sit, & ob quas uires Romani Febrifugiam dixerint, & Multiradicem herbam. Cum Amaranthus spica potius q̃ flos sit purpurei coloris, quia nunq̃ marcescit, sic appellatus. Nisi forte ex colore floris tantũ captata similitudine sic uocari ab aliquibus cœperit: unaq; tantũ radice nitatur Centaurium, & nullis febribus mederi hic dixerit. Quales itaq; in scriptore hoc a nobis inuentæ sunt, tales etiam post nos alijs relinquuntur. B

## De Chamæleone albo. CAP. IX.

CHamæleo albus quibusdam Chrysisceptron, alijs Ixia, Romanis Carduus marinus, Aegyptijs Ephear dicit, alijs Ephthosechin. Ixiam ideo aliqui uocauere, q; quibusdam in locis uiscum circa radicem inueniatur: quo pro mastiche utuntur mulieres. Folia habet Sylibo, aut Carduo similia, asperiota, acutiora, nigroq; Chamæleone ualidiora. Caulem non promit. Verũ ex medio spinas Echini marini, aut Cinaræ modo erigit. Flores purpureos ueluti papporum lanugines emittit. Semen Cnici simile. Radicem in lætis collibus craſſam, in montosis uero graciliorem, in profundo albam, aliquatenus aromaticam, graui odore, dulcem. Quæ pota acetabuli mensura, latas interaneorũ tineas pellit. Bibitur autem in uino austero cum Origani feruefacti succo. Hydropicis commodissime drachma in uino datur. Etenim eos extenuat. Contra difficultatem urinę decoctum propinatur. Hausta in uino, serpentiũ uenenis resistit. Occidit canes & sues. Mures item necat subacta cum polenta aut aqua, & oleo madefacta. χαμαιλεών λευκός

BARBARI COROLL.

CHamæleontẽ album, a Theophrasto Ixinẽ uocari Theodorus existimauit, quia Carduũ pineam interpretari uoluit: quæ nihil aliud est, ut Dioscoridi placet, q̃ albus Chamæleon. Plini. Pli. li. 22. ca. 18. & 21. ca. 16.

Cus in Theophraſto non Ixinem, ſed Helxinem uidetur legiſſe. Fere ſuſpicor utrũq; falli, Theodorũ, & Plinium: Theodorũ, quia Chamæleontẽ album Ixiam quoq; dici nouerat. Sed aliud eſt Ixine, aliud Ixia Theophraſto noni uoluminis intio, ubi non omnibus locis. ſed in Creta lachrymã ab Ixia, hoc eſt (ut arbitror) Chamæleonte albo fundi ſcribit. Plinio quoq; decipi exiſtimo, affinitate uocis, Helxinẽ, pro Ixine capientẽ, librariis alterũ pro altero ſcribentibus: qui modo parũ diligentes, modo nimis ſcioli, peruertunt oĩa. Tres igit herbæ ſunt, Helxine, Ixine, Ixia. Ixia Chamæleon albus eſt Hippocrati, & Galeno. De Helxine ſuo loco ageť, ubi de Ixina quoq; diſſerendũ nobis erit. Chamæleontẽ album Ixion quoq; dici uideo, quia uiſcũ gignit albũ, nõ ubiq;, ſed ſub alis foliorũ, maxime circa Canis ortũ, cum Tura naſci dicũtur. Succus radicis decoctæ mures cõtrahit & necat, niſi protinus aquã ſorbeant. Volẽtibus ſcire, uicturus ſit æger, nec ne: præcipiũt radicis diluto pfundi triduo qui langueat: moriturũ negantes, qui tertias uices pferat. Theophraſtus auctor. Naſcit æque oĩbus locis, capite magno, & Acano herbæ ſimili: unde quidã inquit, eam uocauere Acanon, q̃d quidẽ & Ixine appellata cõtinet.

EX M. VERG. COMM.

IN Lacertarũ genere Aegyptus, Africa, & India Chamæleones paſſim, & quotidie uidet, mater herbarũ Italia, regionesq; aliæ oĩbus fere locis: tã undiq; ſpinis & aculeis fertiles agros, annonamq; ſuã natura omnibus miſcet & turbat. Deſcripſit animal Plinius longiſſime octaui uoluminis capite. 23. facileq; eſt legentibus nouiſſe, unde facto a leone ferociore, grandiq; beſtia nomine, paulominus q̃ integram Lacertã, & minori Crocodilo ſimile animal, humilem, & ueluti per terrã ſerpentem Leonẽ Græci uocauerint. Deſcripſit idem herbã eiuſdem operis uoluminе. 22. capite. 18. poſſuntq; legentes in eo itidẽ cognoſcere, unde ab animaliũ genere in herbarũ cenſum humi repens leo ille tranſierit. Quod non totius, aut partium, diuerſorũ in natura generũ figura & ſpẽs fecit, ſed idem mutationis euẽtus. Vt em animal mutabili coloris natura eſt, mutatq; eum ſubinde, & oculis, & cauda, & toto corpore: redditq; ſemper quẽcunq; proximе attingit, pr̃eter rubrum & candidũ (&ſi diſcrepent in hoc antiqui ſcriptores, excipiantq; aliqui candidũ tantũ) eodẽ modo & herba cũ terra colores mutat: hic nigra, illic uiridis: alibi cyanea, alibi crocea, atq; aliis coloribus. Nec alia noĩs huius in herba, q̃ a coloris mutatione, quã
D ſimilẽ cõmunemq; cũ eo animali habet ratio, in græca appellatione eſt. Alioquin in cenſu Carduorũ uterq; Chamæleon eſt, candidus, ſcilicet & niger. Dico aũt Carduos nunc, ſpinoſum omne illud genus, q̃d ſiue altius a terra erigať, ſiue humilius ſerpat: ſiue his, aut illis, hac uе parte, aut illa aculeatũ ſit, ſpinoſum florẽ aliquẽ profert, in quo lanis & pappis ſemina inuoluunt. Neq; erit difficile, diligenter pinguia, inculta loca, præſertimq; rudera menſibus Maio & Iunio obſeruãtibus, utrũq; hoc genus, & eorũ diſcrimina obſeruaſſe: præcipueq; ex floribus, qui ex latiore ueluti pyxide in altero purpurei prodeunt, in altero quo mox colore deſcribentur. Fuerunt qui hunc Pineuam Carduum huic ſcriptori additum legerent.

## De Chamæleone nigro. CAP. X.

χαμαιλέων μέλας

CHamæleo niger, quem Pancarpon aliqui, alij Vlophonon, alij Ixiam, alij Cynomazon, alij Ocimoides, alij Cnidion coccon, alij Cynoxyllon, Latini Carduum nigrum, aut Vernilaginem, Aegyptij Sobel uocant, foliis Scolymo ſimilis eſſet, niſi minora, tenuioraq;, ac rubro diſtincta uiderentur. Caulem emittit dodrantalem, craſſitudine digitali, ſubrubrum & in umbella flores ſpinoſos, tenues, hyacynthi æmulos, uerſicolores, radice craſſa, nigra, denſa, interdum exeſa, quæ diſſecta flaueſcit, & commanducata mordet. Prouenit in campeſtribus ſiccis, & cliuoſis tractibus, & maritimis. Radix trita, addito attramenti ſutorij exiguo, cedrino oleo, & axungia, ſcabiem abigit. Eadem cum ſibi ſulphur & bitumen aſciuit, & cocta in aceto illinitur, impetigines abſterget. Decoctum collutione dentium dolorem mitigat. Cum pari pipere & cæra oblita radix, dolenti denti auxiliatur. Radice conciſa & in aceto decocta dentes fouentur. Eos quoq; frangit, ſi ſcriptorio ſtylo feruens ad

Hosted by Google

A

moueatur. Vitia cutis in facie, uitiligines q̄ cum ſulphure emendat. Erodentibus medicamentis ammiſcetur. Phagedænas, tetraq̄ ulcera illitu ſanat. Quare Chamæleo uocetur, a uarietate foliorum euenit. Mutant enim cum terra colorem: hic uiridia, illic albicantia, aliubi cæruleа, nonnuſquam rubra inueniuntur.

BARBARI COROLL.

CHamæleon niger, ſpinoſi generis, uerū foliis aculeatis non conſtat. Gelidis & inertibus locis prouenit. Ex nigris, aliqui marē dixere, cui flos eſſet purpureus: fœminā, cui uiolaceus. Vno naſcītur caule, cubitali. Vlophyton uocatur, quoniā anginæ modo iuuēcas necet, & ab odoris grauitate Cynozolon. Ferunt & nigri uiſcū: ſed q̄d pro Maſtiche non ſit, ut ex albo. Plī. li. 22. ca. 19.

EX M. VERG. COMM.

COmmunis utriq̄ Chamæleoni Ixiæ uox & appellatio eſt, falſo tamē, & ſine cauſſa: quoniam albo tantū adnaſcitur uiſcum, unde ea facta eſt, illiusq̄ propria, cæteras nigro relinquit. Quarum Plinius duas numerauit: Vlophonon, q̄ rieinos canum necat: iuuencas quoq̄, Anginæ modo perimit. οὖλον enim, & φόνος græcis exitium ſignificat. Cynozolon item, propter grauitatem odoris: quoniam ὄζειν olere ijſdem græcis eſt. Nos illud addidimus, ideo Cynomazon dici, q̄ in pulte necādis canibus detur, quam Græci μάζαν dicunt. In cæteris non eſt quod legētes moneamus, præterquā, non uideri integrum, quod redditum eſt, Librario ſtilo eadem denti, in quo dolor eſt. &c. Nec enim rationem nobis aliquam, cur ſic fieri debeat, id oſtendit. Cogitq̄ id ſuſpicari antiquiſſimus latinus Dioſcorides, in quo nihil eſt, quod ad Librarium ſtilum pertineat: ſed in carbonibus combuſtam radicem Chamæleonis, dentibusq̄ admoram, eos frangere indicat. Communem tamen omnium Græcorum, & aliorum interpretum lectionem, ſecuti & nos ſumus.

## ¶ De Crocodilio. CAP. XI.

B

χροκοδίλιον

CRocodilion Chamæleontis nigri figuram habet. Naſcitur in ſyluoſis, radice longa, læui, aliquantum lata, odore ut Naſturcij acuto. Feruefacta in aqua, & pota radix, ſanguinem copioſum per nareis pellit. Datur lienoſis, eos euidenter adiuuans. Semen ei rotundum ineſt, duplex uti ſcutum. Quod ſuapte ui urinam ciet.

BARBARI COROLL.

CRocodilion radice longa, æqualiter craſſa, odoris aſperi. Aetius hanc fortaſſe intelligit, cum radicem Crocodiliadis eius quæ maxima eſt, commendat in eo capitum dolore, qui Cephalæa dicitur.

EX M. VERG. COMM.

DIffert ab utroq̄ Chamæleone Crocodilion: q̄ eorum alter albus ſcilicet, ſine caule in medio inter folia ſpinam marino Echino ſimilem profert: Niger non unam, uerum duas, tresue aliquando coliculis potius q̄ caulibus impoſitas oſtendit. Crocodilion autē ſingularem mittit caulem, & in caule ſpinoſum Echinū. Eſt & alia differentia: q̄ illi pinguibus, campeſtribus & maritimis locis naſcuntur: hic inter ſtirpes, & confertis arboribus locis. Differunt & radice: quæ in illis eſt, qualis ab hoc deſcribitur: in Crocodilio longa cum latitudine aliqua, aliiſq̄ notis illis, quæ deſcriptæ paulo ante ſunt. Naſci Crocodilion Barbarus a Plinio acceptum in ſabuletis dixit: quæ uox τόποις δρυμώδεσι, quibus hic naſci eam ait, nullatenus ut credimus reſpondet: modo ſabuleta illi ſignificent, quod in ruris diſciplina cunctis aliis ſignificant. In medicina hoc amplius Græcorum ueteres medici tradiderunt, prodeſſe Crocodilij radicem pectoris exſcreationibus.

## ¶ De Labro Veneris, ſeu Dipſaco. CAP. XII.

DIpſacum aliqui Crocodilion uocant, alij Chamæleonem, alij Onocandion, alij Veneris Lauacrū, Romani Labrum ueneris, alij Carduū ueneris, Aegyptij Seſeneor, alij Chir, alij Meleta, Daci Sciaram. Aculeatarū generis eſt. Caulē habet altū, ſpinis horridū, folia Lactu

δίψακος

vulgo dicitur

Hosted by Google

Cæ, aculeata, prælonga, bullas intus & extra ſpinoſas in dorſi medio, binis foliis geniculatim caulem amplectentibus, concauo alarum ſinu, in quo imber aut ros aſſeruetur: unde Dipſaci quaſi ſitientis nomen traxit. In cacumine caulis, ſingula ſurculis capitula inſunt, oblonga, echinata ſpinis, quę arefacta candida ſpectãtur, diſſectaq; medullatenus, uermiculos oſtendunt. Sanat rimas ſedis fiſtulasq; ; ſi tuſa & decocta in uino radix, uſq; dum ſit craſſitudo cæræ, immitatur. Medicamentum ærea pixide recondẽdum. Aiunt formicationibus, uerrucisq; penſilibus remedio eſſe. Vermiculi capitulorũ in folliculo alligati, collo aut brachio appenſi, produntur quartanis febribus remedio eſſe.

## DE BARBARI COROLLA.

Plin. li. 24. ca. 15. DIpſacos, folio cauo, in quo ſalſus ros. Naſcitur in aquoſis & flumine. Huius herbæ carduus is eſt, quo rudes panni, uelut echino quodã, ut inquit Plinius, ueſtes expoliuntur, & colluuntur. Floccis ſiue fimbriis, quas Græci Crocydas appellant, detractis, complanatisue. Hic frutex Labrum Veneris, aut Venereum latine dicitur.

## EX M. VERG. COMM.

TOta Romana & antiqua uox eſt, Labrum Veneris, nõ ab oris humani parte ſic dictã, ſed ab his Labris quæ Maro dixit, plena muſto in uindemia ſpumare. Indicatq; id, q; Græci Romanam uocẽ imitati, ἀφροδίτης λουτρὸν eam dixerũt: quod erat in latinis Labrum, græcæ λουτρὸν, ex uſu balneorũ tranſferentes. Sunt em̃ græcis λουτρὰ quæ lauandis corporibus parantur: quemadmodũ in balneis labra etiam Romanis. Nota res eſt, latet tñ cauſſa: nec nos hactenus inuenimus, cur Labrũ Veneris ſpina hæc ab illis quondã dicta fuerit. Videmus quidẽ quot annis, cauos in ea ſinus illos, in quibus etiã ardentiſſimo ſolis æſtu ex roribus, aut pluuiis aquis ad multos dies ſeruãtur humores. Sed quomodo his Venus lauaret, aut ſe aliquãdo lauiſſet ignoramus. Græci a ſiti δίψακον eam dixerũt: uel ut hic ait, quoniã humorem illũ contra eam paratũ ſemper habet: uel quæ nobis ex natura magis cauſſa uidetur, q; ſecus fontes, aquarũ ſcatebras, aquoſos limites & foſſas naſcit, nec aliis locis raro inuenit. Egregia eſt plantæ ſpẽs, quæ ſupra hominis altitudinẽ aliquãdo creſcit: quodq; in ea contemplari aliquis gaudeat, bullantes toto eius corpore ſpinæ ſunt, & ueluti peluem conſtituẽtia bina illa folia, intra quæ humor ſemper inuenit. Cum creuit, in ſummo ſingulorũ caulium ſingulos Echinos in oblongo rotũdos profert, flore qui purpuream lanuginem refert. Oẽm eius ſpẽm diu nos obſeruauimus: in Echinis aũt naſcentes uermiculos inuenire non licuit, & nihilominus græci latiniq;, quod merito credendũ ſit, oẽs teſtant. In medicina uſum radix tantũ habet. Nosq; quibus ea medet rimis, fiſtulis, formicis & uerrucis iampridem diximus, qualia mala illa omnia in homine ſunt.

## De Spina alba. CAP. XIII.

ἄκανθα λευκή

SPina alba, quam Agriocinnaram, alij Donacitin, alij Eryſiſceptrum uocant, Romani Spinam albam, aut Regiam, alij Cardum Ramparium. Naſcitur in montibus & ſyluoſis. Folia albi Chamæleonis, anguſtiora, & candidiora, aliquantum hiſpida, & aculeata, caulem ſupra bina cubita altum, digiti magni aut pollicis craſſitudine, albicantem, intus cauum. In cacumine capitulum ineſt ſpinoſum, echini marini æmulum, ſed minus, & oblongum. Flores purpurei, in quibus ſemẽ ceu Cnicum, ſed rotundius. Huius radix pota, cœliacis, ſtomachicis, & ijs qui cruenta extuſſiunt, efficax eſt. Vrinam cit. Tumoribus illinitur. Decocto eius dentes in dolore collui prodeſt. Epotum ſemen conuulſis infantibus, & a ſerpente demorſis auxiliatur. Geſtatum pro amuleto, ſerpentes abigere traditur.

Hosted by Google

## BARBARI COROLL.

ACantha leuce, hoc eſt, ſpina candida, ut ſuperius quoq; diximus, aliud genus eſt, & Leucacantha, ſiue Leucacanthos, etiamſi & hanc nonnulli Galeno teſte Leucacanthon uocare conſueuerunt. Habetur, ſed inter arbores uel promiſcua, quæ Spinus albus uulgo dicitur, cortice ligni candido, molli folio, aculeata tota, Pruni magnitudine. Quo nomine ueteribus cognita hæc ſit, haud poſſum reddere.

## EX. M. VERG. COMM.

SPina hæc alba alia eſt ab ea, quæ primo uolumine ab hoc ipſo ſcriptore, & a nobis longius deſcripta fuit. Illa inter ſpinoſas arbores genus ſuum habet: hæc inter aculeatos frutices, & cũ reliquis carduis, quorum multiplex genus eſt, numerat. Illa λευκάκανθα, compoſito & cõiuncto nomine, hæc diſcretis uocibus ἄκανθα λευκὴ appellat. Illa undiq; ſuis ſpinis, & quales in arboribus uidentur infeſta riget: hæc præter ſpinas in foliis aculeatum etiam echinum in ſummo caule habet. Illa in ſepibus, hæc montanis & ſiluoſis naſcitur locis. Illa tandem ſolidam habet materiam, hæc concauum & inanem caulem. Sunt præter hæc in utriuſq; hiſtoria & medicina diſcrimina alia etiam. Quę poterunt uolentes ex hoc ſcriptore, & ex re ipſa facillime cognoſcere. Nullibi em̃ non nota omnibus hæc ſpina eſt, cuius flore ad lactis coagulum multis locis in Etruria paſtores & uillicæ in caſei confectione utũtur. Eam hic ait ſylueſtrem Cinaram uocari, propterea q; ſatiuæ Cinaræ comparata, minora aliqua, aſperiora uero omnia habet. Eſt em̃ Cinera altilis Cardui omne id genus, q̃d ſiue in globũ ſquamatis corticib. intus nitẽtibus tumet: ſiue calathi figura longioribus & in exteriorem partem deſcendentibus, iiſdem ſquamatis corticibus aperitur: quæ ueluti naturæ monſtra in ganeam gulæ proceres uerterunt.

## ¶ De Spina arabica. CAP. XIIII.

ARABICAE ſpinæ, quæ Acanthis aliquibus dicitur, naturã, albæ Spinæ ſimilem eſſe conſtat. Ipſa ſiquidem ſtringit. Ad ſanguinis reiectiones, menſium abundantiam, cæteraſq; fluctiones radix etiamnum ualet. Prouenit in aſperis.

## BARBARI COROLL.

ACanthen, hoc eſt, Spinam arabicam nonnulli hanc eſſe putant, quam Plinius Lamam uocauit, etiam in India naſcentem, a qua gummi adulterio Myrrhæ prouenit. ut in Myrrha & Maſtiche notauimus. Eandem hanc cum ægyptia ſpina Acaciam fundente nonnulli faciunt: quoniam Galenus & Paulus hanc & ægyptiam & arabicam appellant.

## EX. M. VERG. COMM.

INter congeneres herbarum ſpinas, non inter aculeatas arbores Arabica, ſiue Aegyptia ſpina hęc numeranda eſt. Eam ueteres græci utriuſq; gentis nomine indicauerunt. Ideoq; nos inuentã in antiquiſſimis græcis, aliã illã uocẽ Aegyptiã. ſ. addidimus. Maximas etiam in adſtringendo ſiccandoq; uires illi tribuerũt. Peregrina quondam Italiæ ea fuit, nunc quod ſciamus, nulla eſt.

## ¶ De Carduo. CAP. XV.

CARDVVS græce Scolymos, alias Pheruſa, alias Pyracantha nominatur, in Aegypto Cnus. Folia Chamæleonis habet, aut albæ ſpinæ, nigriora, & craſſiora. Caulem longum ædit, foliоſum, capite ſpinoſo. Radice nigra & craſſa, quæ illita graueolentiam alarum, totiuſq; corporis emendat. Item ſi decocta in uino bibatur. Copioſam autem urinam fœtidamq; expellit. Hærba cum recens teneреſcit, in ole. a Aſparagi modo tranſit.

## BARBARI COROLL.

SColymos a Theodoro, Carduus, diu floret, ac ſero. Diſtat a cęteris ſpinoſis, q̃ radix eius uelcendo eſt, decocta & cruda, maxime dum floreſcit: quodq; lacteum ſuccum durata emittit. circa ſolſtitium flos incipit. Seneſcens in pappos amittitur, quod quidem eſt huic generi commune. Mirum q̃ ſine interuallo tota æſtate, aliud floret, aliud cõcipit, aliud paritur. Semen uliginoſum & armatum aculeo. Folium areſcens deſinit pungere. Caput ei Theophraſtus contra q̃ Dioſcorides, ſpinoſum negauit, ſed oblongum haberi dixit: q̃d in hoc uno tãtum ſpectetur

Cinter ea, quæ lanugines folio ſpinoſas obtinent. Naſcit ſimilis Scolymo Carduus cirea Tegeã, radice dulci: quam, cum Pandius ſtatuarũ magiſter eſitauiſſet, alienatus mente ferit. Hactenus Theophraſti de Scolymo ſententia. Nunc quæ cæteri ſcripſere uideamus. Scolymon oriens & Limoniã uocauit. Frutex eſt nunq; cubitali altior, utiq; in mõtibus, & q̃diu ſylueſtris, & nõdũ alitilis. Aliqn in Mauritania caulis ei duodecim cubitos altus. Palmos quaternos craſſus eſſe dicit, thyrſiſq; foliorũ ac radice dulci: laudata quondã in pauperis cœna. Florente Scolymo, ci cadas acerrimi cantus eſſe, mulieres libidinis auidiſſimas, uiros cõtra in coitũ pigerrimos, ſcripſerunt Heſiodus, & Alcæus poetæ. Diſtet ab hac, quæ a Plinio itẽ Lemonia uocat, cõtra ſerpentes, herba lacteo ſucco manans, cõcreſcente gũmi mõ in humidis locis, affirmare nõ auſim. Eſt & Lemonion pro ſylueſtri Beta ueteribus acceptum, graui lapſu Theodori, Limoniã, quæ Scolymus eſt, pro ſylueſtri Beta in Theophraſto capiẽtis, & aculeato folio eam prodẽtis. Habet & Anemone genus unũ, cognomine Limonia, ut dictum eſt ſuo loco. Sunt qui & Cynogloſſon herbam Limonion appellitent. Sane Scolymos Carduus intelligitur ſylueſter. Syluestrium aũt Carduorum genera duo. Alterũ fruticoſius, a terra ſtatim. Alterũ unicaule, & craſſius. Vtriq; folia pauca, ſpinoſa, muricatis cacuminibus, lanuginoſo caule. Sed alter florẽ purpureũ mittit, inter medios aculeos celeriter caneſcentem, & abeuntem cum aura, qui proprie Scolymos dicatur. Radicis horum ex aqua decoctæ natura, ſitim pororibus uini facere. Hinc illud Columellæ de Cynara.

Quæ dulcis Iacho
Potanti ueniat, nec Phœbo grata canenti.

Quid autem ſit in Columellę uerſu, mirtiolum in Cynara crinem ſpectari aliqñ, nihil habeo q̃d afferre poſſim: niſi quis non mirtiolum, ſed mirteolum, uel muriceũ certe legat. Sunt enim muricata Scolymo cacumina, ut inquit Plinius. Murtioli mentionem in Columella & alio loco uideas, ubi hæc uerba ſunt ultimo uolumine. Habeto inquit, uiridis feniculi ſemina, & lentiſci de ſtricta & purgata murtiola. Fateor neſcire quid ſit murtiolum. Scio Murcum montem Romæ dictum, qui ſit & Auentinus, autore Feſto: ut obiter corrigamus locum in Plinio iuniore, Auẽtinum & Martium montẽ, ab Anco Martio Vrbi adiectos prodente: non enim martium, ſed

D murtiũ legere oportet. Scio & intimũ circũ Romæ a murcis cognomẽ habuiſſe, quaſi ab urceis, q̃ ibi fingerentur, ut Porcilio placet: ſiue a propinquo Veneris murteæ ſacello, quã poſtea Murteam, & Murtiam uocare cœperint in Auentino colle, ut Varroni. Hinc & Myrtum arborem uulgo, & Murtum, & Murtellam uocamus hodieq;. Plinius certe duobus locis Scolymum, & medicinas eius ceu duarum rerum deſcripſit. Cynaram porro Carduũ intelligũt ſatiuam: ita enim Lucius Columella uocat. Palladius Carduum a cinere, ut quidam autumant, quo lætatur, uocatam. Sunt qui puellæ nomen in eam herbam uerſæ inrelligant, Paulus, & Aetius Scolymon a Cynara diſcriminãt: priorem ſtomacho prodeſſe, Cynaram officere monſtrantes. Proxima certe genera uidentur eſſe. Fuit hęc ueteribus maximi res quæſtus, ex Carthagine magna & Corduba p̃cipue, ſeſtertia ſena millia, carduetis etiamnũ paruis inferẽtibus ærario. Tantus eſt earum rerũ prouentus, quę Veneri obſonantur et ganeæ: ut nihil iuuerit portenta quædam naturæ uideri Carduos, & quæ refugiant quadrupedes, quo minus in luxum eos humana gula uerteret. Adhibentur Cynaræ conuiuijs, Aſparagi modo coctæ iuribus: nec ſine ijs magnifica, aut adijcialis ulla eſt cœna, utiq; ſi nec locus, nec tempus obſtet. Ligures Arcoc cum uocant, quaſi alcoccalon: ut prima eius uerbi ſyllaba pro articulo ſit, quem Mauritani omnibus fere uocibus pręponunt, ut in Hyoſcyamo ex Plinij quoq; uſu oſtendimus. Coccalus uero græce idem eſt quod Strobilus, hoc eſt, nux pinea, cui ſimilis eſt Scolymus. Dioſcorides, Romani Scolymum uocãt inquit, Strobilum. Nondum irrepſit hoc ferculum Venetijs, una tantum eius planta Mauriano uico cernitur in hortis barbaricis.

EX M. VERG. COMM.

VAgum per aculeatas omnes plantas Pyxacanthæ nomen eſt: quã primo uolumine Lyciũ uocari etiã diximus: ſuiſq; ſpinis tm, non ubiq; ſpinoſis omnibus adeſt. Impudent quidẽ, ſed multo impudentius a ſuo gñe in aliud ab his tranſlata, qui naturã ignorantes, temere cia miſcent. Strobilum a Romanis Carduum uocari Dioſco. ait, græca quidem uoce, ſed tunc forte quotidiana, & in uſu populi: quæ a Pineæ nucis figura cui ſimile in ſummo Carduus capitulum habet, facta eſt. Græci em στρόβιλον arborem Pinũ, & nucem eius pariter uocant. Quæ quoniam coni figura in Pinaſtris, & oblonga eſt, quam formam Cardui capitulum habet, cõmunicata appellatione Strobilos, Carduus hic a Romanis aliquando dici potuit. Siquidem Plinius. 16. uolumine cap. 11. de Pinaſtris agens ait. Eaſdem arbores alio nomine per orã Italię quas

Hosted by Google

strobilos uocãt, ut plęriq; arbitrãtur. Ex quo patet, scribẽte etiã Plinio historiã suã, fuisse eã uocẽ in Pinastris Italię populare. Similẽ Chameleoni Carduũ, Nicander, Theophrastus, oẽsq; alij fecerũt. Sed Theophrast. hoc amplius: nõ solũ habere Carduum radices, quę crudę pariẽt & coctæ in hominis cibos ueniant, q̃d priuatim solus hic in spinoso gñe habet, uerũ q; easdẽ cũ floret optimas habet: quodq; uix credibile uideat, cũ duratę p ætatẽ fuerint, & quasi in lignum transierint, candidum liquorẽ ex se mittere. Estq; hic Scolymus, siue Carduus is, quo per solstitium florẽte, Hesiodus ait, in arboribus maxime canere cicadas, acerrimeq; ad uenerem stimulari fœminas, uiros aũt ignauissimos tunc ad eam fieri. Descripsit, & remedia eius tradidit pluribus locis Plinius: a quo poterunt uolentes multa audire ad omnes Carduos pertinentia, priuatimq; ad Scolymum hunc, qui priuatim Carduus ab omnibus dicitur, & est. A

## ¶ De Poterio. CAP. XVI.

POterium aliqui Phrynion, Iones Neurada, aliqui Acidoton uocant. Large fruticat, cortice obductum tenui, spinis horridum, lanugine spissa, ramulis longis, mollibus, lentis, tenuibus, Tragacanthæ proximis, foliis paruis, rotundis, flore exiguo, candidi coloris. Seminis nulli usus, sed gustu acuto & odorato. Nascitur in aquosis & collibus. Radices demittit binum, ternumue cubitorum neruosas, & firmas. Quæ proxime terram recisæ, dant succum gummi similem. Tusæ, pręcisis neruis, & uulneribus glutinandis illinitur. Decoctum quo q; eius neruorum affectibus prodest. πoτήριoν

### BARBARI COROLL.

POterio circũfodit autumno, præciditurq; ad succum. Radices habet multas, bene olentes, sed duas, aut tres, cubitorum binũ. Galenus hanc Neuradis appellatione intelligit. In Plinio nõ Poterio, sed Pontirrim, nec Phrynion, ut in Dioscoride, sed Paroenio. 27. lib. legi uideo, corrupte utriq;. At. 25. non paroenion, sed Phrynon, nec Pontirrim, sed Polyrrizon mendose item scribitur. Phrynion porro a Rubetis ranis dicta est, quibus aduersat. eas Græci Phrynos uocãt. Plí. li. 25. ca. 10 lib. 27. cap. 12. eod. cap. 12. B

### EX M. VERG. COMM.

QVæ Potorio in Dioscoride adiectæ sunt Neurados, & Phrynij appellationes, in alijs græcorum & latinorum scriptoribus, Galeno, f. Paulo, Plinioq; pręcipuę & post se illam trahentes sunt. Siquidem priores duo illi Neurada tantum uocant, Plinius Phrynion, omnes tamen Poterion ab alijs appellari addunt. A neruorum medicina & ope alterum: a rubetis ranis, quibus ea medetur, alterum nomen illi factum est.

## ¶ De Acanthio. CAP. XVII.

ACanthium albæ Spinæ simile, foliis aculeatis per extremitates, et lanugine araneosa obductis, quæ collecta & in unũ aceruata Bõbicis effigiẽ p̃bẽt. Folia, uel radices ad remedia opistothoni bibunt. ἄκανθιον

### BARBARI COROLL.

ACanthion spinulam significat. Est enim spinæ albæ proxima, sed minoribus multo foliis.

### EX M. VERG. COMM.

PErnisse capiti huic aliquid, sermonis parum sequax ductus ostendit. Quid aũt desyderare, & amissum instaurare nos oporteat, Plinius. 24. uolumine, cap. 12. manifeste indicat: q̃ de aculeatis plantis quibusdã agens, Acanthiũ hoc his uerbis descripsit. Huic similis est spina illa quã græci Acanthion uocant, minoribus multo foliis, aculeatis per extremitates, & araneosa lanugine obductis: qua collecta, etiã uestes quędã Bõbicis similes in oriẽte fiũt. Ipsa folia uel radices ad remedia opistothõi bibunt. Et hactenus Plin. Quę siqs ab eo dicta cũ scriptore hoc cõtulerit, oia eadẽ utriq; esse inueniet. Prętera, quę Plinius ait, lanugine obductis, in nullis græcis hactenus inuenta, uerũ ad explendã Acanthij & scriptoris huius historiã tã necessaria esse, ut sine eis nõ possit integer sensus Dioscoridis esse: cõtraq; suo loco instauratis nihil aptius audiat. Erit ergo hic sermonis ductus. Spinę albę similia habet folia Acanthium, in summis extremitatibus aculeata, araneosa lanugine obducta: qua collecta, simulq; composita, bombicinis similes uestes fiũt.

## ¶ De Acantha. CAP. XVIII.

C ἄκανθα ἑρπάκανθα

ACANTHAM, aut Hærpacantham, quidam Melamphyllon, Romani Pęderotam, aliqui Topiariam, alij Mamolariam, quidam Crępulam uocant. Naſcitur in hortis, petroſis, & riguis. Folia habet multo lactucaceis latiora, & longiora, Erucæ diuiſura, nigricantia, pinguia, læuia. Caulem binum cubitorum, digitali craſſitudine, læuem prope uerticem, ex interuallis circumdatum, foliolis panicu las oblongas referentibus, Hyacinthi ſimilibus. E quibus flos prodit albus, ſemen oblongum, luteum, caput thyrſi ſpecie. Radicibus nititur longis, mucoſis, rubris, & glutinoſis. Quæ uſtis igni, & luxatis artubus illitæ ſubueniunt. Potę urinam ciunt, ſed aluum cohibent. Ruptis, conuulſis, tabem ſentientibus, mire proſunt.

### BARBARI COROLL.

Plí. li. 22. cap. 20. & 22.

ACantha, ſiue Acanthos, topiaria & urbana eſt herba, elato longoq; ſolio, crepidines marginum aſſurgentiumq; puluinorum toros in hortis, hiſtoriali facilitate ueſtiens. Duo genera eius ſunt. Sylueſtre, aculeatum, criſpum, quod & breuius eſt, Agriacanthos appellatū. Alterum lene ac ſatiuum, quod proprię Pæderota uocant, alij Melamphyllon, de qua hic agitur. Vnguenti quoq; genus eſt, quod Pæderota nominabant, quo & Demetrius Phalereus ſibi os linebat. Alexis poeta fœminas, quibus nimis candida cutis eſſet, Pæderote uti ſolitas in comœdia ſignificat: quod & Aegyptium unguentum dicitur: utrin Stacte diximus. Pauſanias auctor eſt, genus herbæ Sicyonis in uno tantum ueneris ſepto naſci Pęderota nomine, folio minore q̄ fagi, maiore q̄ ilicis, & omnino quernis ſimili, altera parte candido, altera ſubatro, ut albę Populi: hanc ibi tm̄ ſpectari, præterea nuſq; gentium. Sit autem Acanthus hæc uulgaris ſpina, cuius & in Aſpalatho meminimus, nec ne, dubito. Plinius certe duobus locis, altero Acanthon, altero Spinam uulgarem appellando, eaſdem utriq; medicinas tribuit. Spina eſt, & Appendix uocata: quoniam baccæ in ea puniceo colore nominentur Appendices, ſiue ut ueteres dicebāt, Ampendices. Ii & Lumam prateníis ſpinæ genus appellabant, & ab eo Lumecta, & Lumarias falces; autor Varro: dictam ita, q̄ a terra ſoluunt, ideſt, luunt eas agricolæ. Acanthos, Seruius inquit grammaticus, in Aegypto & Cyrenaica inſula naſci fertur. Sed homo literator, herbarumq; parum gnarus, cum Spina ægyptia confundit, quæ ab Acantho prorſus alia eſt, utfacile dignoſci poteſt.

D

### EX. M. VERG. COMM.

HAec eſt Acantha, ſiue Acanthus ille (utroq; enim genere a græcorum medicis, ſcriptoribuſq; & poetis alijs omnibus dicitur) quæ antiquis in tanto laudum & honoris ambitu fuit. Quæ Maronii paſtoralis poculi anſas amplectabatur: quę in hortis crepidines marginum, aſſurgentiumq; puluinorum thoros, longioribus & latioribus foliis ueſtiebat: et in architectura Corynthiæ columnæ, capitulum grato foliorum amplexu nunc etiam ornat. Quæ inter aculeatas non cenſeretur, niſi in oblongis foliolis nucamenti modo caulem eius per interualia ueſtientibus, & ex quibus flos prodit breues aculeos natura illi ſeruaſſet. Quod cęteri interpretes cōmuni & uulgari græcorum codicum lectione decepti, ad Hyacinthinum colorem retulerunt: cum ad ſpinas referendum eſſet: ὑακινθώδεσιν legentes, quod eſt Hyacinthinis, cum ἀκανθώδεσιν, id eſt, ſpinoſis & aculeatis legendum eſſet, nulla Acanthi cum Hyacintho foliorum coloris in flore, nucamenti, aut Spinæ cōmunione, ſimilitudineue. Deſcripſit Acanthum Plinius. 22. uolumine, & eiuſdē numeri capite, Melamphyllō q̄, & Pæderota uocari & ipſe ait: ſed nullā earū uocū cauſam docuit: p̄ſertimq; cur Pęderota eā aliq dicerēt: quę tota græca uox eſt, nec aliud q̄ puerorū amorē, aut q̄d a pueris ameť ſignificat. Quo magis demireť aliqs, q̄d in Dioſ. legiť, a Romanis Pęderota Acanthū dici: cū uocis eius, quēadmodū & aliarū illarū græci tm̄ autores fuerint.

## ¶ De Sylueſtri ſpina. CAP. XIX.

ἀγρία ἄκανθα

EST & ſylueſtris Spina Carduo ſimilis, aculeata, breuior q̄ quę in hortis ſatiſq; pueniat, Cuius radix ad eadē ad quę ſupior pollet.

Hosted by Google

BARBARI COROLL. A

DE Agriacantha, hoc eſt, ſylueſtri ſpina, proxime dictum eſt, ubi alterum ſpinę genus ſylueſtre nominauimus.

## ¶ De Anonide. CAP. XX.

ANonis, quam aliqui Onotida appellant, ramos habet frutico- ἀνωνίδα
ſos, dodrante maiores, frequentibus geniculis cinctos, cauis a-
larum multis, capitibus rotundis, foliis lenticulæ, puſillis ad Rutæ, aut
pratenſis Loti folia accedentibus, ſubhirſutis, odoratis, non iniucunde
olentibus. Muria conditur anteq; ſpinoſa fiat. Cibis gratiſſima. Rami
acutioribus ſpinis, & ueluti durioribus aculeis horrent. Radicem mit-
tit candidam. Quæ excalfacit, & extenuat. Huius cortex ex uino po-
tus, urinam ciet. Calculos comminuit. Margines ulcerum erodit. Ra-
dix cum decoquitur in poſca, dolorem dentiũ collutione mitigat. De-
coctum eius potu hæmorrhoidas ſanare creditur.

BARBARI COROLL.

ANonis, & Ononis quandoq; dicitur, ut Galeno Theophraſtoq;, ſpinoſa poſt uer, folio ru Plí. li. 29. ca. 4.
tæ, aculeata, ramis ut Tribulus. Naſcitur ſolo culto, præcipueq; in ſegetibus, aratro inimica, The. libro. 6.
uiuaxq; unice. Propagat ſe in annos, ideoq; runcanda & extirpanda tota eſt, cum terra made-
bit imbribus. Germinare incipit æſtate, a frugibus perficitur autumno. Durat anno folium to-
to caule per interualla collocatum, ut corona. Flos mutilus in ſiliqua, nec conſeptus. Eſt & a-
lia Ononis, cognomine Flomitis, quæ a Dioſcoride Onoſma dicitur. quanq; ſunt qui Onomi
da, non Ononida uocitent, hoc uolumine a nobis reddendam. Ononim porro dictam Photiõ
uult, q; aſinos ſe ad illam terentes & ſcabentes iuuet. Plinius Anonin ſimilem Fœno Græco, Di
oſcorides Loto fenariæ, aut Rutæ faciunt, ut æſtimare liceat, Lotum fenariam, cum Fœno Græ B
co eandem uideri, aut perſimilem.

EX M. VERG. COMM.

INter aculeatas plantas omnib. facile cognoſcenda quotañis renaſcit Ononis, unice uiuax, &
in annos ipſa ſeipſam propagans: niſi cũ terra imbribus maduerit totã runcauerit & extirpa-
uerit diligẽs agricola. Frondet ea uiuitq; in aruis, ſed lætior in proſciſſo iteraroq; agro ſurgit, la
bore hominũ ut cęterę fruges & ipſa, pficiens: nihilq; aliquibus locis hac peſte frequentius: quę
nõn ſolũ pedibus ingredientiũ aculeis ſuis nocet, ſed aratorẽ etiã remorat, aratro inimica, & il-
liſe implicans. Deſcripſerunt Ononin antiquiores oẽs qui de medica materia, aut de plantis ali
quando egerunt, ſed unus omniũ feliciſſime Theophraſtus. 6. de plantarũ hiſtoria uolumine.

## ¶ De Leucacantha. CAP. XXI.

LEVCACANTHAM quidam Polygonaton, alij Phyl- λευκάκανθα
lon, alij Iſchiada uocant, Romani Spinam albam. Radice Cy-
peri ualida & amara. Quæ manducata, dolorem dentium ſedat. Veteri
laterum dolori, atq; iſchiadicis prodeſt, decocto cyathis tribus ex uino
poto. Eadem ruptis & conuulſis medetur. Radicis epotus ſuccus eoſ-
dem præbet effectus.

BARBARI COROLL.

LEucacantha, ſiue Leucacanthos, ab Acantha Leuce differt, ut ſæpenumero cõmonui: prio
rem græce Plinius fere appellat: poſteriorem latine Spinã candidã, id eſt, Acanthã leuce.

EX M. VERG. COMM.

VNo, eodemq; breuiſſimo capite Plinius. 22. uolumine omnem Leucacanthæ huius hiſto-
riam & medicinam complexus eſt: dicendum ideo nihil nobis aliud ſupereſt, q; ex ſimilitudine
aliarum plantarum Polygonaton Phyllon, & Iſchiada dictam ab aliquibus fuiſſe: quemadmo
dum ex earum plantarum hiſtoria cognouiſſe licebit: in quarum ſingulis aliquid eſi q; h Leuca-

Canthæ huic æquale, aut commune sit. Sine caule, sine flore, sine Echino spina hęc est, foliis longis, aculeatis, Lactucæ similibus.

## De Tragacantha. CAP. XXII.

τραγάκανθα

TRagacanthæ radix lata & lignosa, summo cespite nititur, furculos humiles, robustos, latissime fundens, in quibus minuta folia, nonnunquam tenuia exoriuntur. Quæ sub se spinas albas, rectas, & firmas occulunt. Est etiamnū Tragacantha lachryma, quæ, uulnerata radice manans, concreuit. Præstat pellucens, gracilis, syncera, & subdulcis. Cutis spiracula ut gummi obstruit. Huius increbuit usus ad oculorum medicamenta, ad tussim, exasperatas fauces, retusas uoces, cæterasque destillationes, cum melle in delinctu. Subdita quoq; linguæ, liquescit. In passo madefacta drachmæ pondere bibitur, contra renum dolorem, & uesicæ rosiones, mixto cornu cerui usto & eloto, aut scissi aluminis momento.

### BARBARI COROLL.

Plí. li. 13. ca. 21.

TRagacantha, siue Tragacanthos, radicem spinæ albæ continet: in Creta nasci tantum credita. Sed & in Achaia, & apud Medos quoq; prouenit, in Arcadia largissime: nec Cretica deterior, aspectu tamen prælata: lachrymam non incisura, sed sponte manando spissescere Theophrastus existimat. Precium Creticæ in libras. 13. apud quam uidelicet & dignatio remansit.

### EX M. VERG. COMM.

D

INquotidiano medicinæ usu Tragacantha est: utq; omnes lachrymā passim nouerūt, sic peregrinam Italiæ stirpem. Si Theophrasto credimus, pauci nouisse nunc possunt in Creta, Arcadia, Peloponnesi Achaia, & Asiæ Media nascentem. Quo magis græcos demiretur aliqs, qui natam apud se plantam, & plantæ lachrymam corrumpi in hoc scriptore permiserint, perirecq; legitimam & necessariā eius in sole densationem. Quo em loco hic ait, Vocatur Tragacantha etiam sectæ radici inherens lachryma. &c. desunt necessarię uoces aliquot, quibus doceatur, sectam radicem spinæ huius lachrymam mittere quæ in sole densetur.

## De Eryngio. CAP. XXIII.

ὑρύγγιον

ERyngion aliqui Eryngen, alij Caryon, alij Gorginion, alij Herinion, alij Origanum, Chlounion, alij Myracanthon, alij Moly, Aegyptij Crobyson, Magi Siserton, Romani Capitulum Martis, Daci Sicupnoex, Hispani Centumcapita, Aphri Cherdam, alij Oriam Chloem, alij Chida appellant. Aculeatarum generis est. Cuius folia in principio sale condita, in cibos recipiuntur. Lata autem sunt & extremo ambitu aspera, gustu aromatica: quæ cum adolescunt. per multas caulium, pminentias spinose inhorrescūt. In quorū sumitatib. globosa capitula, durarū acutissimarūq; spinarū ambitu stellatim circūuallant: quorū colos alias uiridis, alias albus, interdū ceruleus inuenit. Radix oblōga, lata, foris nigra, interne cādida, pollicis crassitudine, odorata. Nascit in asperis, & cāpestribus. Vim habet calfactoriam. Pota menses & urinas pellit. Tormina, inflationesq; discutit. Cōtra iocinerū uitia, serpētiū morsus, & hausta uenena, cū uino prodest. Bibit aduersus plurima, cum seminis Pastinacæ drachma una. Appensa illitaue tubercula discutere proditur. Pota cum hydromelite radix, opisthotonicis, & comitialibus medetur.

Hosted by Google

## BARBARI COROLL.

ERyngion, clara in primis aculeatarum herba est. Genera eius duo, albicans, & nigricans. Priorem Græci Hecaton cephalon, nostri Centumcapita uocant, omnes caule & radice in cibos græcorum receptæ, utroq; modo, siue coquere libeat, siue cruda uesci. Radicem eius, alter utrius sexus similitudinem referre prædicant. Raram inuentu. Et si uiris contigerit mas, etiam amabiles fieri. Ob hoc Phaonem Lesbium dilectum a Sappho. Ipsa dura, fruticosa, caule geniculato, cubitali maiore aliquando, & satiua quidem est: sed & sponte nascitur in asperis, & saxosis, & in littoribus maris, durior nigriorq;, folio Apij. Sub solstitio colligi eam iussere quidam. Sunt qui & Acanon Eryngion ascribãt, sicut & Glycyrrhizam falso Asclepiades, ut meminit Aetius, Eryngion cui Orion, hoc est, montani cognomen est, foliis describit paruis & angustioribus, flore aureo, & oculi figura. Ex Eryngij radice Gallia Cisalpina confectionem cum saccaro, aut melle condit, Eryngiatum uocatam. A Plin. li. 21. ca. 16.

SI Eryngij caulem, ex grege ouis, capellaue aliqua morsu defectum ore substulerit, totus statim subsistit grex, relictoq; pascẽdi studio, nouo ueluti spectaculo attonitus, nõ prius admirari rem desinit, q̃ accedens pastor caulem illum abstulerit: abiectoq; longius, inutile gregis sibi ocium, ea ratione castigauerit. Auctores eius rei, Aristoteles primũ, qui in nouo grege, & si gregis dux id fecerit, euenire dixit. Post eum Plutarchus, pluresq; alij. Quo magis miretur aliquis in huiuscemodi re Plinij silentium, qui similia his plæraq; alia de candida Erynge tradiderit. Hic enim, ut herbarium decebat, necessarias medicinæ Eryngij uires tantum tradere debuit. Cuius numerantur plures ab hoc scriptore, modo eius sint, appellationes: sed tam incertæ, & ex alijs plantis tam obscure repetitæ, ut nulla hactenus earum coniectura uti potuerimus. Id tantum monemus: quæ a prima statim sequitur, solo genere in declinatione a priore differre: neutro enim, & fœminino declinatur. Neutro hic, & Græci alij usi sunt: Plinius fœminino. uicesimo secundo uolumine capite septimo his uerbis de ea agens. Et clara in primis aculeatarum Erynge est, siue Eryngion. &c. Idem etiam, quam hic Hispanis Centumcapita tribuit, Romanam suæ ætatis appellationem fuisse testatur, sed candidam tantũ ea uoce uocari solitã. Græci etiam eadem ratione ἑκατονκέφαλον a numero capitum dicunt. Quæ deinde Myracantha inter alias numeratur, a ui & radicis odore facta est. Nihil enim aliud q̃ odoratam spinam ea significat uox. Cæteræ quales illic leguntur, tales alijs relinquuntur. Notum nunc etiam Eryngium est, pluribusq; locis in Italia antiquum seruat nomen & usum: melleq; seruatur radix eius, nec habet ingratum in cibis saporem. VERG. uide B

## De Aloe. CAP. XXIIII.

ALOE ALIQVIBVS Amphibion, alijs Herminion, alijs Eryngion, alijs Tragoceros, Romanis Alöa, Barbaris Aloe dicitur. Cuius folium Scyllæ similitudinem habet, crassum, pingue, latum, rotundum, retrorsus pandum. Folia utrinq; gerit, ex obliquis spinosa, rariuscule striata, breuia. Caulis emittitur non dissimilis Anthe-rico. Flos albus. Fructus Hastulæ regiæ cognatus. Graui tota est odore, & gustu amarissima. Radice una, ceu palo in terram depacta. Plurima, præpinguisq; in India gignitur, ex qua cõactus succus adfertur. Nascitur etiam in Asia, & Arabia, in insulis quibusdam & maritimis, ut in Andro, minime succo extrahendo idonea, sed ad glutinanda uulnera sane q̃ utilis, si detrita illinatur. Duo succi genera. Quoddam harenosum, quod fidens crassamentum purissimæ esse uidetur. Alterum ad iocineris imaginem uergit. Eligi debet syncæra, quæ nihil dóli sensit, nitida, calculorum expers, ruffi coloris, friabilis ac iocineris modo coacta, facile liquescens, eximiæ amaritudinis. Improbatur nigra, & fractu contumax. Gummi eam adulterant, quod deprehenditur gustu, amaritudine, & ualido odore. Eoq; argumẽto, q̃ digitis friata non ad minima usq; fru-

ἀλόη

C sta resoluitur. Nec desunt qui Acaciam immisceant. Natura eius est spissare, exiccare, somnum allicere, & corpora densare, aluum resoluere. Stomachum repurgat binum cochlearium mensura, in aqua frigida, aut lacte pota. Sanguinis reiectiones sistit. Regium morbum purgat, tribus obolis ex aqua, aut drachmæ pondere in potu. Deuorata cum resina, aut cum aqua, uel melle cocto sumpta, aluum soluit. Purgationis perfectæ caussa tribus drachmis sumitur. Alijs purgatorijs medicaminibus ammista, præstat ut minus stomachum infestent. Sicca glutinandis uulneribus inspargitur. Vlcera ad cicatricem perducit, cohibetq; Eadem peculiariter exulceratis genitalibus medetur. Disrupta infantibus iungit. Condylomata, rimasq; sedis ex passo sanat. Hæmorrhoidum abundantiam, & sanguinis eruptiones sistit. Pterigia ad cicatricem ducit. Liuores & insignita, ex melle tollit. Priuatim scabras, lippitudines, pruriginesq; angulorum permulcet. Dolorem capitis sedat, temporibus & fronti illita, ex aceto & rosaceo. Capillum fluentem continet, cum uino. Tonsillis, gingiuis, & omnibus oris ulceribus, cum melle & uino proficit. Oculorum medicamentis torretur, in munda & candenti testa, pennaq; subinde uersatur, ut possit æqualiter torreri. Lauatur, ut quod sit harenosissimum, tanq; inutile subsidat, & leue ac
D pinguissimum assumatur.

## BARBARI COROLL.

Plin.li.27.ca.4: ALoe laudatissima ex India, post ex Syria Coele, ut Galeno placet, & Arabia. Improbatur e Syria, quasi multo dilutior & languida. Serit eam Asia, in turbinibus cadorũ, ut Sedum maius. Caulis eius tener rubet medius. Inuenitur & per se lachryma adhærens: ob id pauimentandum, ubi sata sit, præcipiunt: ne lachryma quæ manat, absorbeatur. In Iudæa super Hierosolyma, fossilem gigni, & metallicam, fuere qui traderent, omniũ deterrimã, humidissimã, nigerrimam. Negat id huius operis præfatione Dioscorides. Familiarẽ tonstrinis Aloen, nemo ignorat, Virentem semper, propter Semperuiuũ marinum, appellatã uulgo. Aloidarium uero, medicina dicitur ex Aloe, ad uentrem soluendũ, in Oribasio, Philagrio, Aetio.

## EX M. VERG. COMM.

ASpinis, quas cõmunes Aloe cum Eryngio habet, Eryngium & ipsa ab aliquibus dicta est, sed mala similitudine: quando in cæteris nihil dissimilius q; Eryngium & Aloe uidetur. Fuerũt etiam qui Amphibion hanc dicerent: quod nisi eadem illa ratione dicatur, qua in genere animantium Amphibia a græcis aliqua dicantur, incertam nobis caussam habet. Sunt autẽ græcis Amphibia, quæ communem & ambiguam in utroq; elemento, terra, scilicet & aquis uitam degunt: qualem hic Castora secundo uolumine descripsit, & quales multæ aues ubiq; sunt. Potueruntq; aliqui sic Aloem uocasse, q; procul a mari, & maritimis locis, ut hic ait, pariter nasci tur: & si ut Amphibios diceretur, non satis discrimen id fore uideri possit. Neq; enim diuersa elemento sunt maritima, & quæ procul a mari distant. Orminion ab aliquibus dicta Aloe pariter fuit, q; utraq; altiore caule est: & quemadmodum Aloe in foliis aculeatas eminentias magis q; spinas habet, sic & Orminium, ut in historia eius certius patebit. Tragocerota postremo eandem Aloem certiore similitudine aliqui appellarunt: ab hircorum cornibus facta appellatione, quibus folia eius quantitate, longitudine, figuraq; apposite respondent. Est & inter appellationes has illud animaduertendum ex antiquissimorum græcorum fide, non dixisse nos in foliorum Aloes historia, habere eam utrinq; folia ex obliquo spinosa, sed utrinq; spinulas. In melioribus enim legitur ἀκάνθια, id est, spinulas, non ἀκανθώδη, quod commune nobis cum Barbaro est, & si naturæ reiq; id non magnopere interfit.

Hosted by Google

## ¶ De Abſinthio. CAP. XXV.

A ἀψίνθιον

ABSINTHIVM aliqui Bathypicron, Aegyptij Somi, Romani Abſinthium. Hærba uulgo cognita. Præſtantius in Ponto & Cappadocia. In monte Tauro naſcitur. Vim habet calfaciendi & adſtringendi. Bilem expurgat, quæ & ſtomacho & uentri inhæſit. Vrinam cit. Crapulam præſumptum arcet. Ad inflationes uentris, & ſtomachi dolores prodeſt, cum ſeſeli & nardo gallico potum. Faſtidia diſcutit. Arquatos ſanat madefacti dilutum, aut decocti ius, cotidie tribus cyathis hauſtum. Menſes cit potum, aut cum melle appoſitum. Contra fungorum ſtrangulationes conuenienter ex aceto bibitur. Aduerſatur lxiæ uenenis cum uino. Item cicutæ, & muris aranei morſibus, & dracontimarino. Anginæ eo cum melle & nitro perungũtur, & epinyctides ex aqua. Ad ſugillata, & oculorum caligines ex melle illinitur. Item auribus, ſi manat ſanies. Dentium, auriumq; dolores decoctum, uaporis ſuffitu compeſcit. Decoctum in paſſo, dolentibus oculis oblinitur. Item præcordijs & iocineri, tritum cum cærato cyprino. Stomacho quoq; longa ualetudine laboranti cum roſaceo. Cum ficis autem, aceto & Erui farina, aquæ inter cutem lineoſiſq; ſubuenit. Vinum ex eo fit, quod Abſinthiten uocant, præſertim in Propontide & Thracia, quo ad antedicta utuntur, cum febri carent. Alioquin in æſtate propinant, & accæptam huic uino incolumitatem referunt. Inſparſum arcis Abſinthium, ueſtes ab erodentium iniuria uindicat. Culices eo, & oleo perunctis abigit, & a corpore arcet. Atramentum librarium diluto eius temperatum, literas a murium eroſione tuetur. Exiſtimatur liquamentum eoſdem præſtare effectus. Attamen potionibus improbatur: quoniam ſtomachum male habet, & capitis ciet dolorem. Sunt qui cocta Amurca liquamentum adulterant.

sugillata i de
q sanguis mor
tus. pdicitur
aboli morbq
fit a sanguis
compressio be
execute fe
cute pmanen
t dent q catarr
B

### BARBARI COROLL.

ABſinthiũ frigidis prouenit. Latinarũ ferijs certabant in Capitolio quadrigæ, uictorq; Abſinthiũ bibebat: ſanitatẽ interpretantibus in eo præmio maioribus. Poëtæ Græci ſunt, qui Apinthium quandoq; dixerint. Hippocrates, Abſinthium Cyprium cõmendat. Plí. li. 27. ca. 7. Theoph. li. 9.

## ¶ De Marino Abſinthio. CAP. XXVI.

ἀψίνθιον θαλάσσιον

RBſinthium Marinum, quod aliqui Seriphum, Latini Centonicum uocant, copioſiſsimum in Tauro monte, iuxta Cappadociam, & in Taphyſiri Aegypti gignitur. Quo Aſiatici pro Oliuę ramo utuntur. Hærba eſt tenuis, Abrotoni parui ſimilitudine, referta minutulis ſeminibus, ſubamara, ſtomacho inimica. Ea grauiter olet, & cum quadam calfactione adſtringit. Id per ſeſe, aut cum Oryza coctum, interaneorum animalia, teretesq; tineas, adiecto melle enecat. Aluum læuigat. Cum edulio autem, uel lenticula decoctum, eadem præſtare poteſt. Pecora maxime pingueſcunt hoc pabulo. ¶ Tertium genus Abſinthio aſſignatur, quo Galatia Alpibus finitima ſcatet. Id patrio nomi-

Hosted by Google

Cne Santonicum uocant, regionis in qua naſcitur cognomento, Abſinthio non diſſimile, uerum ſubamarum eſt, non adeo ſeminis fœcundũ. Eadem quæ Seriphium poteſt.

BARBARI COROLL.

ABſinthium Seriphion, ſiue Seriphon, anguſtius priore, minusq; amarũ. Abſinthij genera plura. Vulgare, ſiue Ponticũ, de quo diximus. Seriphiũ, id eſt, marinũ, de quo hic agitur. Ponticum a Ponto ueniens, ubi pecora pinguescunt illo, & propterea ſine felle reperiuntur, neq; aliud præſtantius, multumq; Italico amarius, ſed medulla dulci. Tertium Santonicum a Galliæ ciuitate appellatum. A Columella uero Santonica herba dicitur.

De Santonico, proxime dictum eſt. Illud notatu dignum arbitror, Santonicum Abſinthio ſimilius deſcribi, quam Seriphium, aut quod idem eſt, marinum: quoniã marinum Abrotoni potius, q; Abſinthij figura demonſtratur ab Dioſcoride ac Plinio, ut prædixi. Recentiores contrarium decernunt. Et ſane uidentur haud falſa dicere: Marinum, ſiue Seriphium docentes Abſinthio q; Abrotono ſimilius, Santonicum Abrotono, q; Abſintio. Marinum certe, id quod paſſim in littoribus, & ſecus mare naſcitur, ſapore ſalſo, & folio albicãte, notum omnibus, nihil fere commune cum Abrotono. Galenus quoq; Seriphium inquit, & conſpectu & guſtu Abſinthio ſimile eſt, præterq; q minus linguã adſtringit, q; Abſinthium, ſed plus excalfacit, & cum quodam ſalis guſtu, amarum ſentitur.

EX M. VERG. COMM.

TRia diuerſis locis a Plinio etiã Abſinthij genera numerantur, Ponticum, Santonicum, & quod Seriphion, ſiue Marinũ a cunctis uocatur, religioni in Aegypto conſecratũ, cõmune & ubiq; proueniens. Ponticum eſt, a regione, in qua optimũ naſcitur, bonitatis magis q; naturæ merito inuenta appellatione. Hoc in Dioſcoride legitur Ruſticum a Romanis uocari: ſed nullã habet ea appellatio rationẽ. De Santonico hic certiſſime egit, quondãq; in honore & nota Abſinthij gentis nomen id fuit. ut cum cecinit ille, Santonica medicata dedit mihi pocula uirga.

D. Qua parte autẽ Santones in Gallia ultra Alpes quondã fuerint, & adhuc ſint, omnibus patet. De Seriphio, quod & Marinũ dictum quondã eſt, duobus locis Plinius egit lib. 27. cap. 8. his uerbis. Eſt & Abſinthiũ marinum, ſd quidam Seriphiũ uocant, probatiſſimũ in Taphoſiri Aegypti. Huius ramũ Iſiaci præferre ſolẽne habent, anguſtius priore, minusq; amarum, ſtomachoq; inimicũ. Iterumq; lib. 33. capite. 5. quo loco de eo ſic ait. Naſcitur & in mari Abſinthium, quod aliqui Seriphium uocant, circa Taphoſirim Aegypti maxime, exilius terreſtri. Quæ ideo repetita a nobis hoc loco ſunt, ut quæ a principio capitis huius incerta, aliundeq; repetita, & mixta ſimul difficilem habent intellectum, legentibus certiora fierent: intelligerentq; omnes, ex Pontico Abſinthio ad Seriphium, ſiue marinũ hæc tranſlata eſſe, quæ in alijs leguntur. Largiſſime in Cappadocia, & monte Tauro prouenit. Quæ Pontica ſunt, & ſuperiore capite, uulgari Abſinthio in cenſu bonitatis ab hoc ipſo dicta. Cum probatiſſimum in Ponto & Cappadocia naſci ait. Miſcere enim diuerſa hoc eſt, intellectumq; rerum adeo confundere, ut nullus poſſit huius ſcriptoris uſus eſſe. Qui enim poteſt Seriphia herba, & ad mare naſcens in Cappadocia, & Tauro monte inueniri? Ideoq; nos omnem eam partem, ueluti inutilem, omnemq; illic ſenſum turbantem expunximus.

## De Abrotono. CAP. XXVII.

ἄβροτονον

ABrotonum alij Abutonon, alij Abſinthium, alij Heraclion, alij Cholopœon, alij Abſinthiomenon, alij Theliphthoricon, alij Procampylon, Magi Neura phœnicos, alij Cynanchiten, Romani Abſinthium ponticum, nonnulli Thelythamnum, alij Glycyn ancona uocant. Duorum eſt generum. Fœmina quadam arboris ſpecie fruticans candicat, circum ramulos foliis Seriphi modo minutim inciſis. Floribus referta eſt, comantibus in ſummo fulgore auri corymbis. Quod per æſtatem prodijt, ſuauiter olet, cum grauitate quadam & amaro guſtu. Id genus Siculum eſſe conſtat. Alterum mas uocatur, ſarmentoſum, tenui ſemine uti Abſinthium. Plurimũ in Cappadocia gignitur & Galatia Aſiæ

Hosted by Google

tica, atq; in Syriæ Hierapoli. Crudum ſemen, tritum & feruefactum ex aqua, in potu auxiliatur orthopnoicis, conuulſis, ruptis, coxendicibus, urinæ anguſtijs, menſibus ſuppreſſis, aut remorantibus. In uino potum exitialium uenenorũ antidotum eſt. Rigoribus ex oleo illinitur. Serpentes & ſubſtratu & nidore fugat. Contra ictus eorũ cum uino potum prodeſt. Priuatim efficax contra ſcorpionum & Phalangiorum uenena. Oculorum inflammationibus commode illinitur, cum cotoneo cocto, aut pane. Tritum cum farina hordeacea, decoctumq;, tubercula diſcutit. Iridi compoſitionibus ammiſcetur. A

BARBARI COROLL.

ABrotonũ campeſtre, ac montanũ. Hoc fœminã intelligunt, illud marem. Amaritudo Abſinthij in utroq;. Vacuum ſponte prouenit, cacumine ſuo ſe propagans. Seritur quoq;, ſed melius ſemine, q; ſurculo, aut radice. Numeroſum eius ſemen. Radix una, quæ alte deſcendit, cæteris in ſummo terræ leuiter hærentibus. Floret cum Fraxino. Siculũ laudatiſſimũ, dein Galaticũ. Pamphilus, Abrotonũ a Romanis Santonicũ appellari credidit, a Galeno reprehenſus. Græcũ uulgus, a contrario Melitinẽ uocat Abrotonũ, ſicut ſemen acrius, & ab interitu tinearum Helminthobotanom, Dioſcorides a quibuſdã Thelyphthoron, & Thelythãnon, & Glycyna Aconna dicit appellari. Saneq; uidẽtur ij ad hiſtoriã, & uetus prouerbiũ reſpicere. Ea eſt huiuſmodi. Lydi gens in libidinẽ effuſiſſima, fœminas ingenuas conſtuprare in hortis, ad hoc flagitiũ quæſitis, amœnitatibus excultis, aliquãdiu impune ſolita eſt. Demũ Omphale mulier, dominatione haud magno negocio, effœminatis & luxu diffluentibus excuſſa, imperitare cœpit ipſa: ubi eos cruciatibus uarijs affectos, ulta eſt, in uxores eorũ deſæuijt: incluſas enim eas, eiſdem ſeptis proſtituit ſeruitijs. Inde uiridario nomen, Glycys ancon, quod & Thelypthori, & Thelythamni uocabulo ſignificatur, ceu Abrotono conſitus fortaſſe locus eſſet is. Plí. li. 27. ca. 7. B

## De Hyſſopo. CAP. XXVIII.

HYſſopum aliqui Later uocãt, alij Caſſialam, Aegyptij Peſalem. Hærba nulli non cognita. Duum generum eſt, montanum, & hortenſe. Optimum eſt Cilicium. Vim habet extenuandi & calfaciendi. Decoctũ cum ficis, aqua, melle, & ruta, potumq;, peripneumonicis, diuturnæ tuſſi, ſuſpirioſis, deſtillationibus & orthopnoicis auxiliatur. Tineas enecat. Idem facit, ſi cum melle delingatur. Craſſum humorem per aluum extrahit, decoctum ex aceto mulſo epotum. Ad ſubducendam aluũ cum ficis uiridibus detritis manditur. Vehementius addita Iri, Cardamomo, aut Irione, deijcit. Colorem in corpore fouet. Lieni, & aquæ inter cutem, cum fico, nitroq;, inflammationibus quoq; ex uino illinitur. Cum feruente aqua impoſitũ, fugillata diſcutit. Cum decocto ficorum optime anginis gargarizatur. Decoctum cum aceto, dentium dolorem in colluſione ſedat. Inflationes auricularũ uaporis ſuffitu diſcutit.

BARBARI COROLL.

HYſſopum, ſiue Hyſſopus. Præfertur Hippocrati Cilicium, ſed e Tauro monte; Dein Pamphilum, & Smyrnæum. Plí. li. 25. ca. 11. lib. 26. ca. 11.

EX M. VERG. COMM.

NOn negligendi uſus in medicina Hyſſopus eſt: quã inter cætera hîc ait aluũ multo efficacius purgare, additis Iride, aut Irione: aut ut cæteri interpretes uerterunt, Cardamomo: ut autem nos ueterũ codicum fide admoniti, Naſturcio. Multa enim, quoniã facilis lubricusq; eſt lapſus a Cardamomo ad Cardamum, quod Naſturcium eſt, duarum huiuſcemodi uocum interſein ſcriptoris huius, nouis & antiquis codicibus commutatio & alternatio eſt. Nobis præ-

Cter meliorũ codicum fidem, aptius ad deijciendã aluum Nasturcium q̃ Cardamomũ etiam ui sum est. Siquidem in Cardamomi decretis nihil q̃d ad hunc usum ptineat, in Nasturcio aũt legitur, & inter cæteras eius uires numeratur aluũ turbare, q̃d a deiectione eius non longe abest.

## ¶ De Stichade. CAP. XXIX.

στιχάς

STichas, quã aliqui Syncliopa, alij Alcibiadem, alij Pancration, nonnulli Styphoniã, Aegyptij Suphlo, Magi Pythonis oculũ, Romani Sciolebinam uocitant, iuxta Galliam in insulis eiusdem nominis, e regione Massiliæ gignitur, unde cognomentũ accæpit. Herba tenui semine, coma Thymi, longiore folio, subamara gustu, & aliquãtum acris. Cuius decoctũ Hyssopi modo ad pectoris uitia efficax est. Antidotis miscetur. Viscera omnia, & uniuersum animantis habitum extenuat.

BARBARI COROLL.

Plí.li.17.ca.12. STœchas, odorata herba Hyssopi, aut Thymi coma. Confudere quidam recentiorum Stœchaden cum Stachye, Item cum Santonico Absinthium.

BARBARI COROLL.

MAssiliam incolentibus cunctis notissima Stœchas, eiusq̃ gentis mulieribus post puerperiũ in quotidiano usu est. Siquidem incensæ, Stœchadis suffitu a partu statim adhuc confirmãt præteriti puerperij laxamenta, omnemq̃ corporis infirmitatem. Quæ eius uires in græcis aliquot non legũtur. Verũtamen restituendæ huic capiti fuerũt, propterea q̃ in antiquioribus & melioribus adhuc legũtur. ἰκφράπει λεπύνει, ῥύπει καὶ ῥωννύει. Quinetiam Paulus Aegineta in. 6. has illi uires præcipue tribuit, στιχὰς ἰκφράπει, ῥύπει, ῥώννυσσι: τάτε σπλάγχνα καὶ ὅλην τοῦ ζώου τὴν ἕξιν. Quod est. Occludit Stœchas, abstergit, confirmat interanea, & totum animalis habitum. Quorum aliqua in impresso non leguntur: ideoq̃ cum plærisq̃ alijs a Barbaro relictæ, quoniã quo Dioscorides codice ille utebatur, nihil huiusce modi habebat: sed ex meliorum codicum fide, & Paulo Aegineta restituenda erant. Quod nos fecimus.

## ¶ De Origano. CAP. XXX.

ὀρίγανος ἡρακλεωτικὴ καχνίλη

ORiganum Heracleoticum, quod & Cornelion uocant, folium habet Hyssopo non dissimile, umbellamq̃ non in rotæ speciem orbiculatam, sed ueluti multifidam, semine in summis uirgis haudquaquam denso. Excalfacit. Vnde decoctum cum uino potum demorsis a serpente conuenit. Si cicutam, aut meconion hauserunt, ex passo: si gipsum, aut ephemeron, ex aceto mulso propinatur. Ruptis, conuulsis, hydropicis cum fico esui datur. Aridum acetabuli mensura potum in aqua mulsa, atros humores per aluũ extrahit. Menses ciet, & tussi cum melle linctum medetur. Ad pruriginem, psoras, regiumq̃ morbum decocti ius, in balneis prodest. Succus uirentis tonsillas, uuam, & oris ulcera sanat. Et per nares ex oleo irino infusum trahit. Aurium dolores cum lacte mulcet. Conficitur ex eo & cepis & rhois frutice quo ad obsonia utuntur, uomitorium medicamentum, his omnibus in cupreo uase per tricenos dies insolatis, dum caniculæ sydus flagrat. Hærbæ autẽ substratu serpentes fugantur.

BARBARI COROLL.

Plí.li.21.ca.10. lib.20.ca.14. ORiganum, nigrum, & candidum. Priori nullum semen, candido perq̃ minutum. Id autẽ cui odor est, Creticum uocatur. Negant in Arcadia erumpere, quo flatus a mari non accedit. A satu non ante trigesimũ diem emicat. Folia ei cadunt a cacuminibus. Aemulus Thymbræ, hoc est, Cunilæ uocatæ sapor. Nunq̃ utrumq̃ additur, quippe similis effectus. Origanũ ei tamen dumtaxat Aegyptiũ præfertur. De Cunilæ tribus generibus, in Thymbra disputabitur:

Hosted by Google

ſicut de Cunilaginis quatuor in Conyza. Origanum tam pertinaci cũ Braſſica diſſentit odio, A
ut arefaciat, fugatq; aduerſum. Origani multa ſunt nomina. Heracleoticum, quod a noſtris Cunilaca, ſiue quod magis probo, Cunila Gallinacea uocatur, ab Heraclea Ponti dictum, uel Plauto teſte in Trinumo.

In Ponto inquit, ubi Abſynthum fit, & Cunila Gallinacea.

Sub qua tam Creticũ, q̃ Aegyptium intelligunt, de qua preſens mentio. Deinde eſt Origanũ Onitis, de quo proxime diſſerendum eſt. Tertium Heracleoticũ ſylueſtre. Quartũ Tragoriganũ. Eius duę ſpecies a Dioſcoride redduntur, quæ a Plinio tributę ſunt Heraclio. Non eſt autem omnino idem, Heracleoticũ, & Heraclium. Prius inter Cunilas accipitur a noſtris, poſterius pro Tragorigano ſumptum uidetur a Dioſcoride. Origanum, & Origanus dicitur, producta quæ ante ultimam eſt ſyllaba. De ſylueſtri & Tragorigano ſtatim prodetur.

EX M. VERG. COMM.

PRima Origanus illa ab Heraclia Ponti ciuitate, bonitatis notam & laudem nominis eã inuenit: dictaq; Heracleotica eſt, ut gentis cognomine illo, a ſylueſtri, & ab Onitide diſtinguerẽtur, & prima probaretur. Quæ itidem cauſa fuit, ut Heraclios eadem diceretur: quod Plinius 20. uolumine, cap. 17. indicat: & ſi hic uideatur tertium illud & agreſte genus potius Heraclium uocare. Deerat in aliquibus græcis Heraclĩ illa uox: noſq; eam ex meliorum codicum fide huic ſcriptori reſtituimus. Fecimuſq; id autore Nicandro in Theriacis ſuis: qui non tantum πανάκτιον κονίλην eam uocari tradidit, uerũ ἡράκλειον ὀρίγανον. Verſiculi eius ſunt. πανάκτιόντε κονίλην, ἣν τε χθὼ ἡράκλειον ὀρίγανον ἀμφινέπουσι. Adiecitq; antiquiſſimus eius interpres ex autoritate Diodis, Cunilam ab aliquibus Heraclium uocari & Origanum, ab aliquibus aũt ſylueſtrem Origanum: & Panacem, ſiue Panactiam, q̃ omnibus morbis medeatur: nihilq; Onitidis eius, quę ſecundum genus huic ſcriptori facit, aut Nicander, aut interpres eius meminerunt. Vocauitq; Dioſc. Panacem agreſtem illam tantum, quæ ſibi tertium genus facit, cum tñ Nicander priorẽ illam ea laude ornauerit. Quæ omnia, quod paulo ante dictum a nobis eſt, indicant, non poſſe in tam diuerſa de Origano tradentibus antiquis ſcriptoribus, certum aliquid cõſtitui. Nihil etiam in Plinio, multis locis, minus certum Origanos et Cunilas plures q̃ hic, Theophraſtuſq;, et aliter tradente, græciſq; aliquando nominibus, aliquando latinis, nulla certa ratione utente, pſertim q̃ in Cunila. Quę greci uoci κονίλη, pene eadem multis locis legentes, merito ſuſpendit. Ob eam cauſam nos nihil cenſere auſi, nihil maluimus q̃ quod neſciremus dicere. Eam hic ſcriptor ait μίλανα κατὰ κοιλίαν ἄγειν. quæ ſi uerbũ de uerbo uertas, nihil ſignificabunt aliud, q̃ peraluum nigra ducere Origanum. Plinius de Origani uiribus & medicina libro. 20. cap. 17. agẽs, extenuare eam ait craſſiores pituitas & nigras: eumq; imitatus Barbarus, extenuare per aluũ, & ipſe pituitas nigras dixit. Nos alios omnes ſecuti, nigra illa ad atram bilem tantum contraximus, nullibi pituitam nigro colore tradi ſimpliciter inuenientes: in quo poſterioribus medicis ſubſcribentes, qui omnes melancholicos humores purgare Origanum dixerunt, certius rem docere arbitrati ſumus.

## ¶ De Onitide. CAP. XXXI.

QVuæ Onitis appellat, candidiore eſt folio, non diſſimilis Hyſſopo. Semen ueluti coniunctos corymbos habet. Vis ei Origani Heraclei, ſed multo inefficacior. ὀνῖτις

BARBARI COROLL.

ORiganum Onitis, ſiue Praſion. Quidam & Ornithis, quaſi Gallinaceũ dixere, ſed genus illud Heracleoticum uocari cerno: quemadmodum proxime indicatum eſt.

## ¶ De Sylueſtri Origano. CAP. XXXII.

SYlueſtre Origanum aliqui Panaces Heraclion, alĩ Cunilam uocant, ex quibus eſt Nicander Colophonius. Foliis eſt Origani, ramis tenuibus palmum altis, in quibus umbellæ Anethi inſunt. Flores cãdidi. Radix tenuis, ſuperuacua. Peculiariter percuſſis a ſerpente, folia & flores ex uino poti, auxiliantur. ἀγριορίγανον

BARBARI COROLL.

INprimo genere quod Heracleoticum uocatur, Galenus Origanũ ſylueſtrem, Panaces He-

C raclion, & Cunilam quoq; dici solitum affirmat.

## ¶ De Tragorigano. CAP. XXXIII.

τράγορίγανον

TRagoriganum tenuis frutex est, syluestri Serpyllo, aut Origano similis, folio & ramulis. Quibusdam in locis uirentius inuenitur, & latioribus folijs, satis glutinosum. Alterum exilibus surculis, ac tenuibus folijs, quod aliqui Prassium uocauere. Optimum est Cilicium, & Cretense, & Smyrneum, & in Chio, Cöoq; proueniens. Omnia excalfaciunt. Vrinam cient. Aluo accommodātur. Decocto poto bilem deijciunt. Lienosis ex aceto bibere prodest. Contra pota ixiæ uenena in uino bibuntur. Menses trahunt. Peripneumonicis, tussientibus, ex melle in eclegmate dantur. Grata ac mitis eorum potio est. Quare cibum fastidientibus, & stomacho acide ructanti, imbecilloque traditur. Item si a maritima iactatione nausea, & æstus præcordiorum excitetur. Tumores uero cum polenta discutiunt.

BARBARI COROLL.

DE Tragorigano dictum est in Origano Heracleotico.

EX M. VERG. COMM.

POssumus autore Paulo Aegineta, de tam multis Origanis dicere, quod de tam multis antiquorum Dijs sapientiores quondam dicebant: nominibus tantum distingui Deos, unam tñ omnium potentiam esse. Simul em̄ de omnibus lib. 6. is egit, complexusq; cunctas, incidere, extenuare, siccareq;, & calefacere in tertio ordine Origanos omnes dixit: quod parum ab eo abest, si qs dicat nominibus distingui Origanos, omniū tñ similes & easdē uires esse. Quo sensu intelligēda sunt quę ab hoc ipso scriptore hoc capite dicūtur, θερμαντικαὶ δὲ πᾶσαι καὶ οὐρητικαὶ καὶ εὐκοίλιοι. &c. Quod est, ut nos reddidimus, Omnes calefaciendi uim habent. &c. Plinius tamen Tragorigano priuatim uires quaspiam alias tribuit, quas poterunt uolentes in eo uidere quo diximus uolumine & capite.

D

## ¶ De Pulegio. CAP. XXXIIII.

γλίχων

GLichona Gręci, aut Blechron, alij Arsencanthō, Latini Pulegium uocant, Galli Aluolū, Aphri Apoleium, Quidam Galisopsim. Hærba uulgaris noticię. Extenuat, calfacit, decoquit. Menstrua, secundas, ac partus eijcit. Pulmonis uitia ex melle & aloe potum extrahit. Conuulsis auxiliatur. Nauseas, stomachiq; intercisones, ex posca pmulcet. Atram bilem per aluum exigit. Bibitur in uino utilissime contra serpentium morsus. Defectos animo recreat, cum aceto naribus obiectum. Gingiuas arefacti cinere eorroborat. Illitum cum polenta, inflammationes omneis sedat. Podagris per se subuenit, impositum usq; dum rubescat locus. Cum cærato uaros extinguit. Lienosis cum sale utiliter illinitur. Decoctum eius ablutas prurigines mitigat. Conuersas uuluas corrigit. Contra inflationes duriciasq; uuluę, in desessiones conuenienter adijcitur. Vocant aliqui Blechona: quoniam dum floret gustatum a pecoribus, balatum concitat.

BARBARI COROLL.

Pli. li. 20. ca. 24

PVlegium, ipso brumali die germinat in carnarijs, refloretq;, Ramulis etiam a parente abiunctis ut Scylla. Nascitur hoc etiam non satum. Semel uero satum, diutina ærate durat. Magna cum Nepeta & Mētha Pulegio societas. Fœmina in eo efficacior, florem habet purpure-

um, Mas candidum. Vtriusq; recens incensus pulices necat: unde nomen Pulegio. Habetur & A
Pulegium syluestre, Origano simile, foliis minoribus q̄ satiuum, & a quibusdam uocatur Dictamnus: occasiõe hinc orta, Dictamnũ Creticam Pulegium syluestre nominãtium. Pulegium græci Glecona, & attice Blechon, sed & Blechron quoq; uocant, ut inqt Dioscorides. Ego Blechron Hippocrati, pro legumine quodam accipi uideo apud Galenũ. Pulegium (ut dixi) brumalis herba dici potest, quemadmodum & solstitiales aliquæ dicuntur. Plinius, Condurdõ inquit, solstitialis herba, flore rubro, suspẽsa in collo cõprimit strumas. Plautus q̄q; in Pseudulo. Quasi solstitialis, inquit, herba paulisper fui,
Repente exortus sum, repentino occidi.

EX M. VERG. COMM.

QVas Plinius uigesimo uolumine, cap. 14. de hoc ipso Pulegio agens, intercisiones uocat, non satis certa nobis indicatione, priuatim ne labem aliquam eius partis sic appellet, an late patentes in hoc scriptore & aliis δηγμούς, ideſt, morsus & erosiones. Intulit contra concioni castigationis grauí amaritudine græcus sapiens idem Pulegium, quo tempore dissidentibus & lasciuientibus ciuibus suis, in pulpitum progressus, nihil locutus aliud, uerum sola prolata pulte, cum eam Pulegij ramulo identidem miscuisset, e concione abijt: humili quidem, & facilè contemnendo præcepto, nisi intellexerit aliquis, nullas comitari frugalitatem ciuium inflammationes, quod cum polenta Pulegium stomacho præstat: nec lasciue petulãterq; aliquid acturos homines, qui paucis contenti, ex horto & agro, non ex macello & foro uitam sibi quæsierint: et quas Pulegiũ cũ posca stomachi erosiones sanat, frugí id uitæ genus, nihil male cogitãtes ciues, cõcordiã et cõmunẽ dignitatẽ amare cõegerit. Erat, ut ex his cõijcere licet, q̄tidianus in sanitatis usu Pulegij cibus. Seruabãtq; idſale aliorũ Salgamorũ mõ, ut autor ultimo sui opis uolumine Columella est. Neq; imẽrito tã multos habet in medicina usus, q̄bus & in sanitate utile etiã est.

## ¶ De Dictamo. CAP. XXXV.

DIctamum, aliquibus syluestre Pulegium uocatur, aliis Embactron, aliis Belouacos, aliis Artemedeion, aliis Cretica, quibusdam Ephemeron, nonnullis Eldia, aliquibus Belotocos, aut Dorcidion, aut Helbunion, Romanis Vstilago rustica. Cretensis hærba est, acris, læuis, Pulegio similis, sed maioribus foliis, quæ tomento quodam, spissaq; lanugine pubescunt. Florem nullum, aut semen profert. Præstat omnia quæ satiuum Pulegium, sed efficacius multo. Non potum modo, sed appositum quoq;, aut suffitum, defunctos partus eijcit. Produnt in Creta capras sagittis percussas, huius hærbæ pastu, eas excutere. Purgandi uim habet succus illitus, aut cum polenta tritus. Hærba impactos pedibus, reliquoue corpori aculeos, illitu refigit. Ad lienis dolorem efficax habetur. Siquidem ipsum imminuit. Metunt semen æstate & autumno. Radix eius gustu calfacit. Partus accelerat. Succus cũ uino potus, contra serpentium morsus præsidio est. Tanta hærbæ facultas est, ut olfacta abigat bestias quæ uenenato ictu sæuiunt, appensaque exanimet. Vulneribus ferro illatis, & uenenatis morsibus, infusus succus præsentaneo est remedio, si etiam ab instillatione statim in potu assumatur. Δίκταμνος B

BARBARI COROLL.

DIctamnũ, nõ Dictamũ ex Theophrasto, & Virgilij quodã uersu lego. Ramis hoc p̄tenue, Pulegio etiã gustu simile. Caulis nullus, radix gracilis & superuacua, & in Creta quoq; nõ spacioſe nascit: nec nisi in asperis, q̄ uera Dictamnus sit, minimo põdere, accendẽs os: quo argumento a falsa protinus discernitur. Qui legere eam, manipulos in ferula, uel harundine condentes præligant, ne potentia euanescat. Mire a capris expetitur. Dictamnum legitimam in Felicis horto Patauij uidisse crederem, foliis interpũctis, quemadmodum & pingitur, nisi q̄ non

The. li. 9. ca. 16

Plinij. lib. 25. 8.

Calibi q̃ in Creta prouenire ſcribunt. proinde Pſeudodictamnum potius eam fuiſſe, q̃ Dictamnum arbitror.

## ¶ De Pſeudodictamo. CAP. XXXVI.

ψευδοδίκταμνος

QVOD Pſeudodictamum uocant, multis in terris naſcitur, an tedicto ſimile, ſed minus q̃ illud acre. Eoſdem effectus præbet, ſed inefficacius multo.

BARBARI COROLL.

PSeudodictamnum, folio ſimili, ramulis minoribus, a quibuſdam Chondris uocatum. In pinguibus agris naſcitur.

## ¶ De Cretenſi Dictamo. CAP. XXXVII.

DEfertur a Creta alterum Dictami genus, foliis Siſymbrij, ramis maioribus. In quibus flores ſylueſtris Origani, nigri, molles. Odor foliorum inter Siſymbrium & Saluiam iucundiſſimus. Efficax ad eadē, ſed uehemētius nares ferit. Miſcetur emplaſtris, & medicaminibus quę aduerſus ſerpentiū iniurias confingunt̃, Theriaca uocāt.

BARBARI COROLL.

DIctamnum hoc neq; facie, neq; effectu ſimile uero eſt.

EX M. VERG. COMM.

D QVæ deſyderari poſſe in hoc ſcriptore uidentur, quæq; nobis prima fuit cauſa, cur omnē Theophraſti de Dictamnis hiſtoriam commentationibus his noſtris adiceremus, quibus quod ad eius appellationes pertinet, addendum adhuc eſt. Artemidion. ſ. dici Dictamnum a uenatrice dea Diana, quam Græci Artemida uocant: qm̃ uulneratæ ab ea in uenatione capræ & ceruæ, eius herbæ paſtu ſanarentur. Quod erat numini inprimis gratum, ſine maleficio & naturæ iactura, ſtudium & uoluptatem ſuam amanti. Eademq; de cauſa Dorcidion, quaſi cerualem (dorcada enim græci Inulum, & in ceruorum genere minores) uocāt: quod animal Plinius ait Dictamnum hanc oſtendiſſe: uulneratis eo paſtu, ſtatim decidentibus telis. Fœminino genere hic Dictamnum ueluti herbā, Theophraſtus, pluresq; alij neutro tradiderunt. Quę generis mutatio multa in plantis eſt: non tam quia ſexu aliquę a ueteribus diſcretæ fuerunt, q̃ quia alterutro genere eas antiquiſſimis appellare placuit: interpoſitaq; n, litera Dictamnus, non Dictamus dicenda eſt. Indicant id græcorum codices omnes Theophraſti, huius, aliorūq; omnium qui forte Dictamni meminerunt. Indicat & poeta noſter in. 12. Aeneidos ſuæ canens. Tum Venus indigno nati concuſſa dolore, Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida, Puberibus caulem, foliis, & flore comantem Purpureo: non illa Seris incognita capris, Gramina cū tergo uolucres hęſere ſagittæ. Niſi enim producta ſit eius uocis penultima ſyllaba, ſtare uerſus non poſſit. Quod bene, & ex antiqua Dictamni appellatione feliciter dictum, eandem in homine totius naturæ alioq̃n peritiſſimo diligentiam deſyderari ſæpenumero nos cōegit: & in Dictamni pictura, quam ille æternam in ſuo carmine faciebat, tria eius nō miſcuiſſe gña. Quod em̃ in eo eſt, Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida Puberibus foliis, ex uera ueri Dictamni hiſtoria eſt. Siquidē in Creta priuatim naſcitur: & ut hic ait, γναφαλοειδῆ τὰ φύλλα ἔχει. καὶ ἐριώδη τινὰ ἐπίφυσιν. Quæ enim hic ait, tomentoſa folia, & lanoſam adnationem, ille ab hominis lanoſa pubertate, feliciſſime indicauit. Quod uero ſtatim ait, caulem & flore cōmantem purpureo, non ex ueri Dictamni, ſed ex eius hiſtoria eſt, quod Theophraſtus tradidit, ſolo nomine Dictamnū eſſe Siſymbrij folio maioribus ramulis, nec eiuſdem uſus, aut poteſtatis. Quodq; hic præterea ait, agreſtis Origani flore eſſe medio inter Siſymbrium & Eleliſphacō odore. Dictamnū em̃ creteníem herbam omnes ſine caule, ſine flore, & ob id ſine ſemine, excepto Theophraſto, deſcripſerunt: q quo diximus loco, ſemen Dictamno tribuere uidetur: & ſi ſemen, prius etiam florē. quando hic naturę ordo eſt, ut in cunctis ſemen ex flore aliquo fiat. Verba eius ſunt. χρῶνται δὲ τοῖς φύλλοις, οὐ τοῖς κλωσίν, οὐδὲ τῷ καρπῷ. quod eſt. Vtuntur autem foliis, non ramulis, nec ſemine. Negat Theophraſtus ſeminis uſum: qui negandus non fuerat, ſi natura illud negaſſet. Cęteri oēs caulem & florem, & ſemē in Dictamno negauerunt. Potuitq; Maro hunc ſequi, & ſi contra aliorum hiſtoriam dixiſſe uideatur. Non tñ ideo ignorantię omnino damnandus poeta tantus erit, qui aliorum exemplo, in fabuloſa re uoluptati magis q̃ utilitati legēdum cōſuleret.

Nec nos aliam ob causam locum indicauimus, & ut legẽtes moneremus, aliam ex professo ali quid scribentibus, & poëtis in tradendo rationem esse. His enim suæ artis priuilegio agentibus sibi concesso, licuit, semperq; licebt, non quæ optima & ex re, sed quę specioſissima sint dicere. Est & illud in Dictamno animaduertendum, quod hic ait, facere Dictamnum quæcunq; & sati uum Pulegium, non ad omnium malorum remedia referendum esse, sed ad menses, secundas & partus: quæ omnia hic Pulegium ducere dixerat. Indicatq; id quod sequitur statim. Non em potum tantum, sed subditum & suffitum enectos in utero fœtus pellit. Quod itidem ab hoc di citur, Habet & succus purgandi uim, a Theophrasto sic tantum traditur, Habet Dictamni suc cus aliquid Pulegij succo æquale: nihil aliud intelligens, & q̃d hic in Pulegio dixit. ἄγει δὲ χυμὸν κατὰ κοιλίαν μέλανα, quod uersum a nobis est, per aluum nigram trahere bilem. Et hæc satis pro Dictamnis omnibus dicta hactenus a nobis sint.

A

## ¶ De Saluia. CAP. XXXVIII.

ἐλελίσφακος ἐλαφόβοσκος σφάγνον

Elelisphacon, alij Elaphoboscon, aliqui Phacon, alij Cioſmin, a= lij Phagnon, Aegyptij Becion, Romani Saluiam uocant. Frutex est ramosus, longus, uirgas habens quadrangulas, & canas. Folia mali cotonei effigie, sed longiora, asperiora, crassiora, & quæ sensim attrita= rum quasi uestium scabriciem referant, hirsuta, subalbida, perq; iucun= do odore, sed graui. Semen summis in caulibus sylueſtri Orminio simi le gerit. In asperis nascitur. Menses cit, & urinas decoctum foliorum, ra morumq; potum. Partus extrahit. Pastinacæ marinę ictibus auxiliatur. Capillos denigrat. Vulnerũ sanguinem cohibet. Tetra ulcera purgat. Testium pruritus sedant rami, foliaq;, si decocto eorum foueantur.

B

### BARBARI COROLL.

Elelisphacos, ut Theophrastus inquit, differt a Sphacelo: q altera mitior est, altera sylueſtri or. Sphacelo folium breuius, & leuius: Elelisphaco squalidius & scabrius. Sed aliter fere Plinius. Sylueſtris inquit lens est Elelisphacos, a Græcis dicta, satiua lente leuior, & folio minore, at q; sicciore & odoratiore. Est & alterum genus eius sylueſtris, odore graui, hæc mitior: noſtri q nunc inquit sunt herbarij, Saluiã appellant, Menthæ similem, canam, odoratam. Elelisphacon sunt qui Hieram botanen, hoc est, sacram herbam cognominent, ut Agrippa, salutarẽ ad mul ta, præsertim ad fœcunditatem: ut inde Saluia fortasse a noſtris dicta esse uideri possit. In Aegy pti Copto, multis pestilentia sublatis, coactæ sunt mulieres huius herbæ succo ad cõceptũ uti.

The. li. 6. ca. 2. Pli. li. 22. ca. 25

### EX M. VERG. COMM.

Magnæ litis noſtra ætate Eleſisphacos, quam quondam Plinius Saluiam dici testatur, cũ simili & quasi congenere fruticosa herba est, cui a claritate oculorum, quibus prosit, nomen in gente noſtra factum fuit. Censentibus alijs, quam hic Saluiam uocari a Romanis inquit, alterã illam mutato in uicem nomine esse. Alijs cõtra nitentibus. In quorum numero non pudet nos etiam numerari. Neq; em turpe nobis fore aliquando credimus, autoribus Dioſc. Plinio, Apu leio, Serapione, torq; alijs, credidisse id, & constituisse. Siquidem non ueriſimile solum, sed pau lominus q necessarium est, testantibus idem tam multis, antiquã plantę eius eam appellationẽ per manus traditam, continua eiusdem rei significatione ad nos peruenisse. Quid enim, ut cete ros omittamus, aliquando Plinius apertius docuit dicens? Noſtri qui nunc sunt herbarij, Eleliſ phacon græce, latine Saluiam uocant. &c. Aut quis Apuleio non credat, Saluiam totidẽ quot Dioſco. nominibus indicanti, & in medicina iubenti, ad pruritus uerendorũ decocto eius infe riores partes fouere? Quod ultimum hic scriptor etiam iubet, dicens finire genitalium prurigi nes foliorum, ramorumq; Saluiæ cum uino decoctum, si eo abluantur. Accedunt his deinde caulis, foliorũq; tam p̃sentes notæ, ut suspicari nemo aliud facile possit. Fruticis nõ adeo ꝓcera altitudo, fruticosus, ramosusq; habitus: quadrangulæ uirgæ, in his & in folijs albicans color: foliorum tam multis additis exceptionibus similitudo: & quod precipue contempletur, & ad hanc rem amet aliquis, attritæ uestis modo aspera: quarum alteri illi aliquę congruunt, huic ue ro omnes. Egit Theophrastus libro. 6. de plantarum historia de Eleliſphaco hac: simulq; de congenere illi alia, quam Sphacelon nominauit.

## ¶ De Mentha. CAP. XXXIX.

ἡδύοσμον μίνθη

C HEdyosmon satiuũ alij Mintham, alij Calaminthan, Latini Mentham uocant, alij Nepetam, Aegyptij Tis, alij Perxo, alij Macetho. Cognita hærba est. Calfaciendi, adstringendi, atq; exiccãdi uim habet. Sistit sanguinem, poto ex aceto succo. Tineas in uentre teretes enecat. Venerem stimulat. Singultus, uomitiones, choleraſq; sedant, terni ramuli cum acidi granati succo poti. Suppurationes discutit, si cum polenta illinatur. Imposita fronti, capitis dolores mulcet. Mammas si tendantur, aut lacte turgeant, compescit. Cum sale, canum morsibus illinitur. Aurium doloribus cum aqua mulsa subuenit. Vuluæ ante coitũ admota, conceptioni resistit. Linguæ scabriciem confricta læuigat. Coire lac, densaricq; in caseũ non patit, si folia potionibus lactis imergant. In summa, stomacho utilis est. Et in condimẽtis peculiarem gratiã habet.

### BARBARI COROLL.

The. li. 7. ca. 7 Plí. li. 19. ca. 8. lib. 20. cap. 14. & de planta. caus. li. 2. &. 5.

MEntha æstate uiret, hyeme flauescit, humido minus gaudet, semel sata pluribus annis restibili fertilitate durat. Menthæ nomen suauitas odoris apud Græcos mutauit (hoc enim significat Hedyosmos) cum alioquin Mintha uocaretur: unde ueteres nostri Mẽtham appellauere, aut fortasse quoniam odore mẽtem excitat. Theodorus Hedyosmon in Theophrasto Menthastrum interpretatur, ut a Mintha in eodẽ autore separaret. De Menthastro statim prodetur. Galenus porro Mintham quę sit odorata, Hedyosmon, ideſt, Mentham uocari tradidit, Mintham uero quæ sine odore sit, Sylueſtrem esse Mintham, & pprie Calaminthã appellari uoluit. Strabo in Achaia montem esse iuxta Pylum scribit Mintham nomine, a Plutonis pellice in hãc herbam conuersa, Proserpinæ inuidia, quæ uocatur inquit a quibusdam Hedyosmos. Ouidius.

Femineos hortos in olentes uertere Menthas
Persephonæ licuit.

D Quærit Aristoteles in problematis, quamobrem dicatur, Mentham in bello nec edendam, nec serendam? Soluit. Qm̃ inquit refrigeret, absumendo genituram: sed cum alij oẽs excalfactoriam uim Menthæ ascribant, fieri potest, ut per se calfaciat, per accidens refrigeret: quod & in alijs plęriſq; conspicitur.

### EX. M. VERG. COMM.

SOlo nomine in græcis Mentha cõmendatur: nec quisq; est qui eo audito, suauitatem odoris in notissima omnibus herba non amet. Id enim Hedyosmus græcis est. Quod ambitiose nescio, an molliter ab eis factum fuit: qui antiqua Minthes appellatione, quæ hominis in eam conuersæ honorem haberet, parum contenti, nouo, & quod uitæ tantum delitias indicaret, uligino sis locis feliciter prouenientem herbam nomine ornauerunt. Quo secuta ætas, uoluptatis suæ magis q; alieni nominis ambitiosa, libentius & frequentius q; antiquiore illo usa est. Theophrastus enim nõ alio q; Minthes nomine, pluribus locis Mentham indicauit: & ante eum tota Græcia, præsertimq; Arcadia: in qua non procul a Pylo nobilis Minthes cognomine mons fuit: quã Plutonis pellicem poetarum fabulæ, & a Proserpina, ut solent pellices semper odisse uxores, in hortensem Mentham transformatam fuisse narrant, æterno in æterna planta hominis monumento. Quam uocem Romani magis amantes, q; in ea male habitæ ob amorem puellæ memoria seruaretur, una tantum & altera mutatis literis græcorum, Minthen, Mentham suam fecerunt. Quotidiani in sanitate usus, & præsentis in medicina contra tot mala remedij. Quam cum Calaminthe, quæ Nepeta est, miscere non decet. Sui enim generis Calaminthe herba est, a Menthastro statim a nobis dicenda: quæ ab imperitis alijs Menthæ appellationibus importune adiecta est.

## ¶ De Menthastro. CAP. XL.

ἄγριον ἡδύοσμον

SYLVESTREM Mentham Latini Menthastrũ uocant, hirsutiore folio, et prius maiore q; Sisymbrij, grauiore odore. Quare

minus ad ſanorum uſus expetitur. A

BARBARI COROLL.

MEnthaſtrũ, hoc ẽ, ſylueſtris Hedyoſmos, aliter a Plinio deſcribitur, foliorũ ſpecie a ſatiua differens, quaſi figura Ocimi, colore Pulegij: propter quod quidam ſylueſtre Pulegiũ uocant. Dioſcorides hoc non Menthaſtrũ, ſed Calaminthæ genus unũ (ut arbitror) exiſtimat. Plí. li. 20. ca. 4.

EX M. VERG. COMM.

SYlueſtris Mentha Menthaſtrũ eſt, in hortẽſi & ruſtica re cũctis notiſſimũ, ſatis a Dioſcoride deſcriptũ, & quale paſſim ab oĩbus & quotidie uidetur. Inter cætera maius & procerius Siſymbrio ab hoc ſcriptore dictũ fuit: q̃ multa inter Siſymbrium & Mentham ſimilitudo eſt: mutaturq̃ & degenerat in Menthã neglectum Siſymbriũ, quemadmodũ ſecundo & quinto uolumine de cauſis plantarũ teſtatus Theophraſtus eſt. Quæ fuit huic ſcriptori cauſa, ut procerius eo Menthaſtrũ eſſe diceret: ne multæ ſimilitudinis inter ſe plantæ uidentes fallerẽt, haberentq̃ herbarĩ certã ex proceritate notã, qua Menthaſtrum a Siſymbrio diſcernerent.

## De Calamintha. CAP. XLI.

EX Calaminthæ generibus, quædam montibus familiaris, folia Ocimi habens, incana, ſurculos aridos, & caules anguloſos, purpureum florem. Altera Pulegio ſimilis eſt, ſed maior. Quam ſylueſtre Pulegium ideo appellarunt, q̃ odore ipſum æmuletur. Nepetam Latini uocitant. Tertia Menthaſtro cognata eſt, foliis oblongioribus, caule & ramis maioribus q̃ ſuperioris, ſed uiribus inefficacior. Omnium folia guſtu feruentia & acria. Radix ſuperuacua. Naſcitur in campeſtribus, aſperis, & aquoſis. Potu, aut illitu demorſis a ſerpente opitulatur. Decoctum potũ menſes & urinas expellit. Ruptis, conuulſis, orthopnœæ, torminibus, choleræ, rigoribusq̃ auxiliatur. Regium morbum expurgat. Præſumpta in uino uenenis reſiſtit. Tineas, cæteraq̃ interaneorũ animalia, cum ſale & melle pota, enecat. Nec ſecus cocta crudaue ſi teratur. Elephanticos eſitata adiuuat, ſi poſtea ſerum lactis ebibatur. Folia detrita ſi in uellere ſubñciantur, menſes extrahunt, & partus enecant. Accenſa, aut ſubſtrata ſerpentes fugant. Nigris cicatricibus candorem reddunt, in uino cocta & illita. Sugillata tollunt. Calamintha iſchiadicis imponitur, ut concretum humorem euocet, ſummam cutem exurens. Vermes necat ſuccus auribus inſtillatus. καλαμίνθη B

BARBARI COROLL.

CAlaminthã, noſtri fere Nepitã appellant, etiãſi Dioſcorides ſpẽm eius unã priuatim Nepitam uocari tradat. Prorſus tãta inter Menthã, Mẽthaſtrũ, & Nepitã ſocietas eſt, ut mirũ non ſit miſceri q̃ñq̃ ab auctoribus earũ & ſpẽs & noĩa. Alioq̃n & q̃d modo Pulegiũ officinis & ruribus uocat, haud plane ſcias Calaminthæ genus ſit, an uerũ Pulegiũ. Nepita etiã non ſata naſcit. Calamithã græce Cæetã quoq̃ dictã fuiſſe, teſtis eſt Strabo; q̃ nõnullos ſcribit exiſtimare, Lacedæmoniẽ ab Homero nõ cetoeſſam a magnitudine, ſed cætoeſſam a Calaminthæ copia uocari.

EX M. VERG. COMM.

COngenerem aliqui, ſimilem tantũ aliqui Menthæ Calaminthem, quã nos Nepetam diximus, in græcis fecerunt. Subſcribitq̃ illorum ſententiæ, nomen quod coniunctam ſibi habet Mentham. Habent contra poſteriores illi figuram, qua Menthæ ſimilem faciunt: naturã uero & uires, qui ſui generis herbam eſſe dicũt. Triplicem hanc Dioſcorides ait: diuerſiſq̃ notis inuicem ſeparat, ſed nõ facile cognoſcendis: tanta trium generũ ſimilitudo eſt. Plinius unum tantũ conſtituit genus lib. 20. cap. 14. Nepetãq̃ id uocat. Nicander in theriacis ſuis duo tantũ, & aliter Calaminthes gña cognouiſſe uidetur, aquaticũ, paluſtreq̃ alterũ: montanũ uero alterum: haud ſane, quia montanã Calaminthẽ ille dicat, ſed cum aquaticã & riguis gaudentẽ dixit, pro

C prium signasse genus uidetur: cui diuersum montanum, & in siccis nascens sit. Versiculi eius sunt. τῆμος δὲ ποταμοῖο πολυῤῥαγέος καταδῖνας ὑδρηλὴν καλάμινθον ὀπάζει χαιτώσασαν. πολλὰ γὰρ ἀμφὶ νάσσι παῤα ἕλιται ἀμφίτε χεῖλη ἕρσεται. ἀγραύλοισιν ἀγαλλομένη ποταμοῖσιν. Quorum sensus est. Sumito tunc circa resonantis fluminis uortices comosam frondentem Calaminthem. Copiosa enim prope aquarũ scatebras, & circa labra earum nascitur, fluminibus gaudens. Ex quibus pro comperto habendum est, Nicandro duo hæc tantũ genera esse, locis in quibus nascuntur distincta. Hic tamen ex foliorũ, ramulorum, florum, & odoris diuersis notis sua genera separat. Non facile, ut diximus, inuenienda & cognoscenda: tanta est naturalium mixtura, & naturę cognatio. Apuleius, quicũq; ille fuit, in cõmentario, q̃d de aliquot herbis reliquit, Nepetã hanc ait montanã Mentham a græcis dici, a Magis sanguinem Hammonis, ab Italis Nepetam montanam.

## De Thymo. CAP. XLII.

θύμος

THymon quidam Cephaloton, alij Epithymum, alij Thyrsion, Latini Thymum, Aegyptij Stephanen, Daci Mosulam. Thymum ab omnibus cognoscitur, surculosus frutex, exilibus foliis & angustis circumdatus, capitulis in cacumine flore purpureo refertis, Gracili solo & petroso prouenit. Vim habet hanc, ut cum sale & aceto potum, pituitam per aluum detrahat. Decocti ius prodest orthopnoicis, & anhelatoribus. Tineas uentris exigit. Menses, partus, & secundas pellit. Vrinas ciet. Cum melle in eclegmate faciles facit excreationes. Recentes tumores discutit cum aceto illitum. Concretũ sanguinem dissoluit. Verrucas Thymi colorem reddentes, pensilesq; tollit. Ischiadicis cum uino & polenta impositum subuenit. Hebetibus oculis in cibo prodest. Percq; utile pro
D condimento, dumtaxat ad usus eorum, qui recte ualent.

## BARBARI COROLL.

Plin. lib. 21. capit. 10. & 21.

THymũ, siue Thyma pluratiuo numero, siue Thymus, in mari quoq; nasci traditur, extra Herculis columnas, quod eiectum in pumicẽ durescat. In Heroo sinu, color etiamnũ floris in eo est, ceu nondũ absoluti pars. Quæ aquis extat, duricia lapidis aspicitur, similis tamẽ uirenti. Sero floret Thymũ, per solstitia fere cum & apes decerpunt, & auguriũ mellis est. Seritur flore, in quo semen intelligitur: etiamsi oculis deprehendi non potest. Coalescere quidam Thymũ negant, nisi afflatu maris seratur. Ideoq; translatũ ex Attica non durasse in Arcadia. Nunc prouincia inquit Narbonensi Plinius, lapidei campi Thymo scatent. Flos Thymi perit imbribus. Duo autem sunt genera eius. Candidum radice lignosa, in collibus nascens, quod & præfertur. Alterum nigricans, floriscq; nigri. Colligunt in flore Thymum, & in umbra siccant. Epithymum quidem pluribus uidetur flos eius Thymi esse, q; & durius sit, & similitudinem Cunilæ nostratis habeat. Sed de Epithymo posterius. Thymum e Thyna laudatur ab Hippocrate. Est autem, ut inquit Galenus, Thyna in terra Thracię locus.

## EX M. VERG. COMM.

PRima Thymo laus in antiqua plantarũ historia græcis a Theophrasto est: qui a principio statim sexti de plantarum historia uoluminis longiore descriptione totã eius naturã fortunãq; complexus est. Post Theophrastum latinis a Plinio, & ante Plinium plærisq; aliis, qui Romanorum, Italiæq; hortos & mellationem instruxerunt. Omniũ uero maximã & æternam æterno carmine Maro illi fecit, cum in Georgicis suis cecinit. Redolentq; Thymo fragrantia mella, Romana breuitate, & poëtica dignitate, omnẽ plantæ huius honorem & usum in ruris & apiũ disciplina complexus. Quæ licet præcipui saporis, & egregij odoris homini mel dederit, in quo extremã suauitatis lineam natura clausit: nec secus q̃ in humana fortuna totum in regibus, auctore Pindaro, fastigiũ desinit, sic mellis extrema in saporibus dulcedo sentiatur: non tamẽ tanta illi gloria hactenus fuit, aut posthac erit, suauitate mellis suauiorẽ homini fecisse cœnam, q̃ multiplici remedio sanitatem eius, & uitã instruxisse, cuius nullũ obrepit homini quacunq; ætate fastidium, κόρον δ' ἔχει κοὐ μέλι, ut lyricorum maximus Thebanus poëta cecinit. Quæ ad Thymi historiã, factiq; ex eo mellis bonitatem pertinent, Theophrastus quo diximus loco, Plinius ab illo accepta omnia, 21. uolumine capite decimo, Columella quo loco de apium pabu-

Hosted by Google

to & cibarijs agit, in mellificio tandem, ne longiores simus, iampridem plærique alij prosecuti A
sunt: possuntq; uolentes ex tam multis auctoribus ea repetere. Nobis satis est, locos, & au-
ctores legentibus signare. In quibus monemus, quæcunq; a Theophrasto dicta fuerint, a Pli
nio totidem uerbis reddita ciuibus suis fuisse, nec desyderanda Plinium legentibus quæ Theo
phrastus tradiderit: qui Thymum in duo genera diuidens, candidum, & nigrum, monuit nos
quod in Dioscoride legitur, ab aliquibus candidum Thymum dici, non appellationem, sed al-
terum genus eius esse, a Theophrasto ad hunc scriptorem importune translatum, qui nulla
huiuscemodi diuisione usus est. Coloris autem discrimen id Theophrastus in folijs tradidit,
in altero genere albicantibus, in altero nigrescentibus. Florem enim hic πορφυρίζοντα, id est,
purpurascentem tradit, inter purpuram, & candorem medium: qualis etiam passim uidetur.
Sunt Thymi appellationes aliæ. Epithymis, & Thymon, solo declinationis genere diuersæ:
antiquæ & ipsæ. Siquidem Theophrastus genere neutro Thymon dixit: sic fœminino genere
Epithymida alij herbam, scilicet intelligentes. Potuerunt Aegyptij accæpta a græcis uoce, quo
niam forte eo coronarentur, Stephanem, id est, coronam appellasse. Quemadmodum & græ-
ci Thyrsion, quoniam Bacchicas hastas, quas in orgijs eius dei Thyrsos uocabant, pro Hede-
ris, ramulis Thymi forte inuoluerent. Suspitiones tamen, seu malis dicere, coniecturę hæ sunt.
Quod postremo est κεφαλωτόν, quod capitatum significat, certam ex figura floris capitulorūq;
eorū in quibus hic florem Thymi purpurascere dixit, rationē habere potest.

## De Satureia. CAP. XLIII.

θύμβρα

Satureia nota est. Gignitur in asperis locis, & tenui solo, Thy-
mo similis, minor tamen & tenerior. Defert spicam florum ple-
nam, diuq; permanentem. Eadem potest quæ Thymum, si modo con-
simili sumptitetur. Aptus sanis usus. Est etiamnum quædam satiua, syl-
uestri prorsus minor, quæ propter mitiorem acrimoniam commodius
in cibos recepta est.

B

## BARBARI COROLL.

Plí. li. 19. ca. 8.

THymbra post trigesimū diem nascitur in maris afflatu sata, nec ut quidam putant aliter.
Hæc apud nos & Cunila uocatur, & (ut arbitror) transmarina Cunila est. Apud Columellā
Thymbra est condimentarij generis. Satureia quoq; a nōnullis Thymbra dicitur. Columella
Thymbrā a Satureia diuisit, & Cunilā nostratem esse docuit: quā rustici Satureiam nomināt,
colore floris purpureo, ut Thymbrā herbaceo. Quintus Serenius spē Thymbræ Satureiam
intelligit, ut Satureia sit non Thymbra simpliciter, sed Thymbra cephalote, quā Plinius Cuni
lam capitatā semel tantū, quod meminerim, opere toto nuncupat, intra hæc quæ in Cunilagi-
ne dicentur. Cæterū Cunilæ præter satiuam plura sunt in medicina genera, fortasseq; hanc Hip
pocrates intelligi uoluerit, ubi Origanum Cephaloides appellat. Bubulam appellant, semine
Pulegij. Origanum ab Aristotele putatam, cuius pastu Testudines cum Serpentibus pugnatu
ræ, uires suas recreant: quamq; in hunc usum nonnulli Panaceam uocant. Quidam falso Ligu
sticum interpretati eam sunt. Corrupta est in L. Columella dictio, ubi cuniculabula, & interim
culabula, pro eo, quod est Cunila bubula, inter pecoris medicinas legitur. Plinius Origanum
multis locis, non aliter q; Cunilam bubulam conuertit. Est & Cunila gallinacea, de qua in O-
rigano Heracleotico dictum est. Non omittendum, aduersa dicere hoc loco Dioscoridem, &
Plinium. Omnia inquit syluestria fere sunt, & folijs minora, & caulibus succo acriora: sicut Cu
nila, Origanum, Ruta. Dioscorides contra hic prodidit de Thymbra. Sunt e græcis utiq; recen
tioribus, qui non Thymbram, sed Thymbra neutro genere, plurali numero pronuncient. Et
nos quandoq; seruamus in Satureia. Ouidius.

Sunt qui præcipiant herbas Satureia nocentes,
Sumere. In Thymbra Paulus Epithymbrum uocari tradit id, quod in Thymo Epithymū.
Ridentur merito grammatici fere omnes, in herbarum exponendis, iudicandisq; nominibus,
in quo & Seruius honoratus sępissime decipitur, & in hac ipsa Thymbra Placidus Lactātius
is, qui Papinij Thebaida interpretatus est, Thymbram, a qua Thymbræus Apollo cognomi-
natus sit, latine dici Polium affirmans.

## EX M. VERG. COMM.

HAbemus antiquissimū & probatissimæ fidei scriptoris huius codicē, in quo plures Thym

Cbræ a principio appellationes aliæ leguntur, Clinopodion, Probation, Ageratum, Origanus agreſtis: & poſt barbaras, nulliusq; intellectus plærasq; alias, a Romanis Cunilam ruſticã appellari Thymbrã. Id ueterum latinorũ decretis additũ facile confirmauit, quod conſtitutũ iam pridem a nobis fuerat, in Cunilarũ genere Thymbrã eſſe. Siquidem Columella decimo ſui operis uolumine de apium paſtionibus agens, inquit. Eademq; regio ſit fruticis exigui, fœcunda, & maxime Thymi, aut Origani, aut Thymbræ, uel noſtratis Cunilæ, quã Satureiam ruſtici uocant. Plinius itidem. 19. uolumine capite. 7. inter Cunilas Thymbrã his uerbis numerauit, Thymbrã uero quæ ſit Cunila, hoc apud nos habet uocabulũ, & aliud Satureia dicta in condimẽtario genere. Eſtq; quod Columella ait, ſic intelligendũ, ut ultima illa diſiunctio, uel noſtratis Cunilæ. &c. non herbas, fruticesq; duos, ſed unius duas appellatiões alterner: indicetq; auctor ille, non Thymbrã, & præter eam noſtratẽ Cunilam, ſed hac, aut illa appellatione unã tantum ſignificari: & quã antiquus Dioſcorides hic noſter a Romanis Cunilã ruſticam uocari dicit, Columella noſtratẽ peregrinitatis ratione in alio genere dixerit. Tranſmarina enim Cunila etiã quondã numerabatur. Sicq; bifariam a duobus ſcriptoribus idem dictũ: a Columella noſtras, ut eo pronomine a tranſmarina diſtingueret: a Dioſcoride ruſtica, ut a ſatiua ſepararet, inutili & minoris efficaciæ. Fuiſſe aũt ſatiuam Satureiã, & condimentariã idem, in carmine ſuo teſtat Columella, cum cecinit ſerendũ in hortis Naſturciũ, Et Satureia Thymi, referens Thymbræq; ſaporẽ. Quæ quoniã multo minore acrimonia q; ruſtica illa eſſet, ideoq; medicinæ inutilis, mutato nomine a græcorũ Thymbra, & latinorũ Cunila, Satureia dicta eſt. Eadẽ quidem, ſed diuerſis locis naſcens, & ex eo diuerſæ bonitatis, nõ ĩſdem ubiq; appellationibus indicata. Quod Plinius aperte oſtendit, dicens. Thymbrã uero quæ ſit Cunila, hoc apud nos habet uocabulũ, & aliud, Satureia dicta in condimẽtario gñe. Nihil certius ex his eſt, q; unam & eãdem Thymbrã Cunilam dici, haberecq; in Romana gente id uocabulũ: mox aliud Satureiã. ſ. in condimẽtario gñe: quod nihil aliud eſt, q; ſatiuã Satureiã dici. Cunila itaq; Thymbra ſit Columellæ noſtras, ut a peregrina & tranſmarina diſcernat: Dioſcoridæ uero ruſtica, ut a ſatiua ſeparetur: Plinio Cunila, incultis & aſperis locis: Satureia, in hortis naſcens & ſatiua. Hoc nos de

D Thymbra, Cunila, & Satureia ſentimus, q̃d auctoritatibus, ueterũq; indicijs alijs multis confirmari poterat. Sed breuitati conſulẽtes, cætera oĩa relinquimus, p̃ſertim uno Satureiæ nomine totũ hoc genus, ubicũq; naſcatur, indicãtibus ætate noſtra herbarijs oĩbus: q̃bus nullũ Cunilæ alicuius nomẽ eſt: utinãq; agreſtem Origanũ, Thymbrã, & Thymũ non ſimul miſceret. Noũerũt nunc rura oĩa, aſperis & incultis locis, montibusq; plærunq; naſcentem Satureiã, ĩſdem oĩbus notis, ab imperitis etiã cognoſcendã. Omnem hanc cognoſcendarũ ex antiquis appellationibus plantarũ difficultatẽ, non tam ſimilitudo, eædẽq; multarũ uires & notæ, q̃ in ſecernendis diuerſa appellatione ſimilibus herbariorũ negligentia fecerunt: eoq; res perducta eſt, ut tres toto genere diuerſas plantas, una appellatione monſtrari aliquãdo audierimus.

## ¶ De Serpillo. CAP. XLIIII.

ἕρπυλλον

SErpillum aliqui Zygin ſylueſtrem, alij Polion uocant, Aegyptij Meruopyum, Latini Serpillum. Duorum generum eſt. Hortenſium odore Sampſuchũ imitatur, atq; in coronas addi ſolet. Cui a ſerpendo nomen inditum eſt, quoniam ſi qua eius particula terram attingat, inibi radices demittet. Folia & ramulos Origani habet, ſed candidiores. In macerijs multo procerius aſſurgit. Sylueſtre Zygis appellatum non ſerpit, ſed in altitudinem increſcit, ramulos ædens tenues, ſurculoſos, foliis refertos longioribus q; Rutæ, & durioribus, anguſtis. Flores iucunde olent, guſtãti acres. Radicis nullus uſus. Naſcitur in petris ſatiuo efficacius, atq; magis excalfaciens, & ad medendi uſum aptius. Menſes trahit. Vrinam potu ciet. Torminibus, ruptis, uulſis & ioneris inflammationibus auxiliatur. Et aduerſus ſerpentes potu illitue. Capitis dolores mulcet coctum adiecto roſaceo, & madefactum in aceto. Maxime uero Phreniticis & Lethargicis conuenit. Cruentos uo-

fm aliquos ſer pillum zdomeſticũ eſt ſandalos q̃z ba. ſilueſtre inuenit in mon tibꝰ.

Hosted by Google

mitus ſedat, ſuccus drachmis quatuor ex aceto potus. A

BARBARI COROLL.

SErpillo radix multifida, ſublimis, retorrida. Creſcit in altitudinem quamcũq; adminiculo, aut ſepibus appoſitum. Aqua ei modica ſatiſfacit. Fimo, præcipue iumẽtorum gaudet. Sed & demiſſum in puteos, & circa piſcinas, & ſtagna lætiſſimũ prouenit, obnoxium ſqualori. Transtatum uehementer iuuatur, autumno fere ſeritur. In montibus plæriſq; copioſiſſimũ, ut Thraciæ. Seritur autem Sicyone. Athenis quoq;, ex Hymeto deferentibus auulſos ex ijs ramos aquis. In montibus natum, Satureiæ odorem habet, uehementiſſimum illum quidem, ſed gratum atq; mollem. Satiuum non ſerpit Plinio, ſed ad palmi altitudinem increſcit. Voluntariũ, id eſt, ſylueſtre, ſerpit in petris maxime: hoc & pinguius, & candidioribus foliȝs atq; ramis: Dioſcoridi contra ſerpit ſatiuum, non ſylueſtre. Pli. li. 19. ca. 8.

EX M. VERG. COMM.

SErpillum nouerunt, quæ urbes & agros incolunt gentes omnes. Pauci tamen ſylueſtre a ſatiuo diſcernere didicerunt: tam paratũ ubiq; ſatiuũ eſt, humana opera a ſylueſtri & horridiore illius aſpectu, ad mitiorem & ſpecioſiorem habitũ tranſlatum. Quo uno habitu, & ramulorũ infirmitate, a ſylueſtri differt. Fit enim in ſatiuo Serpillo, quod in urbanis & elegantioris uitæ hominibus, ut per ſe rigentibus ramis ſtare nequeat, ſed hortorum delitijs, & nimia humoris copia uireat quidem ſpecioſius, infirmius tamen per terram ſerpat. Qua fortuna in urbibus omnia fere ſunt, quæ comparata agro ſanitatis, uirium, patientiæ, aliorumq; uitæ laborum, & munerũ minus habere ubicunq; deprehenduntur. Neq; Herpillum a Græcis, & ex eo Serpillum a latinis dictum eſt, q; per terram ſimpliciter ſerpit, quæ ſatiui noſtra ætate fortuna eſt, ſed q; ut Theophraſtus ait lib. 6. de plantarum hiſtoria, proprium quoddam eſt ramulorũ Serpilli incremẽtum. Priuatim enim poſſunt in quantã uoluerit aliquis longitudinem trahi, adiecto illis pedamento aliquo: aut ſi prope ſepes plantetur: aut ex altiore loco aliquo deorſum demittatur. Sic enim in longũ protrahuntur: & ab hac plantæ in ramulis eius natura, q; in longũ Serpillum latini & græci olus hoc nominauerũt. Sylueſtris contra illius quod Zygida hic ait uocari, nulla eſt nominis eius inuenta nobis ratio. Niſi forte a trutina, quã græci Zygon uocant, rectitudineq; eius ad rectitudinem ramulorũ in ſylueſtri Serpillo tranſlata ea uox ſit. Aut quia ramulis his natiuo lentore ad uinciendum, & utiliũ uſum aptis, in re ruſtica forte uteretur antiquitas, Zygis hoc Serpillum dictum fuerit: & q; eo iugarentur uites, quod ζυγεῖν græci aliquando dicunt, in eadem ſignificatione, in qua ligare & uincire paſſim latini utuntur. Sylueſtris Serpilli huius, quod tacuit hic ſcriptor, duo genera numerauit Theophraſtus. Alterum Thymbræam, quod Thymbræ parem acrimoniam habet. Alterum quod odoratius & mollius ſit. Hic autem nullã forte in medicina eorũ diuerſitatem ſentiens, unius generis ſylueſtre Serpillum dixit, & ex præcipuo diſcrimine a ſatiuo diſcerni monuit. Multa alia Theophraſtus etiã de Serpillo dixit, qualia ſunt. Longiſſime & ſpecioſiſſime frondere Satiuũ, ſi in puteum deſcendere dimittatur, podio eius impoſitũ, nec aliud quodpiam genus eius eſt: plantariq; Serpillum autumno plærunq;, plantari etiã uere: amare domos & hortos: gauderecq; aquis & ſtercoratione: præſertimq; ex iumẽtorum fimo: & melioreſcere ſæpius tranſlatum. B

## ¶ De Sampſuco. CAP. XLV.

SAmpſuchum aliqui nominãt Amaracum, alij Triphyllon, alij Agathides, alij Cnecion, alij Acapnon, Pythagoras Thramben, Aegyptij Sopho, Armenij Myurõ, Magi Ichrei aſinũ, aut Hecigonon Iſidis, Romani Maioranam. In Cypro & Cyziceno laudatiſſimum. Secundum ſibi locum uendicauit Aegyptium. Amaracum gens Sicula & Cyzicena appellat. Hærba eſt ramoſa, per terram repens, foliȝs eius Calaminthæ, quæ tenui folio conſtat, Letophyllos appellatur, hirſutis & rotundis. Suauiſſimum odorem ſpirat, ideo coronis inſeritur. Vis eius excalfaciens. Succus decocti potus, conuenit incipientibus hydropicis, & ijs quos urinæ difficultas, aut tormina excruciant. Illita ex melle arida folia, ſugillata tollunt. Menſes ſubdita in peſſo tra- ἀμάρακον ἀμάρακον

C hunt. Contra ſcorpionis ictum ex aceto & ſale illinuntur. Luxatis tumoribuſq́, cærato excepta imponuntur. Aduerſus oculorum inflammationes, tumoresq́ cum polline polentæ illini prodeſt. Acopis malagmatiſq́ calfaciendi gratia commiſcetur.

## BARBARI COROLL.

Plín. lib. 21. capit. 11. 21.

SAmpſuchus in Syria & Aegypto dicitur, Amarantus uero & Amaracus a Siculis. Item a Theophraſto. Semen ei copioſum, odor molliter iucundus. Radix arida, tellure ſumma hærens, multifida. Floret æſtate, non omnis, ſed quam Phrygium cognominant. Semine & auulſione prouenit. Tranſferri & plantæ ſolent.

## EX M. VERG. COMM.

DIximus primo uolumine, cum de Sampſuchino & Amaracino unguentis ageretur, de Sampſucho & Amaraco ex Plinij hiſtoria, quæ ſatis ad eam rem tunc fore credidimus: diſtulimuſq́ in hunc locum, quæ alia tunc ex aliquot græcis ſcriptoribus omittenda alioquin non erant, niſi ea nunc repetenda fuiſſent. In quibus præfari illud inutile non fuerit: Magni in plantarũ hiſtoria referre, quos ſcriptores, & quibus temporibus ſcribentes aliquis ſequatur: & quæ diuerſis locis ῆſdem, aut alijs nominibus appellentur, obſeruaſſe. Niſi em̃ id fiat, geminari aliquando & augeri in numerũ continget, quæ unum ſunt: & quod idem natura, aut paulo diuerſum ubiq́ fecit, aliud uideri: eaq́ ratione confundi intellectũ, & miſceri rerum hiſtoriã. Quod in Sampſucho hac fit: in qua ſi Galenum, hunc ipſum ſcriptorẽ in unguẽtis, & Paulum Aeginetam aliquis ſequatur, aliud ab Amaraco uidebitur. Siquidem omnes ſeorſum de utraq́ egerunt, aliasq́ in medicina uires alterutri aſſignarunt: Amaracum calefacere in tertio, in ſecundo uero ordine ſiccare dicentes. Sampſuchum extenuãdi, diſcutiendiq́ uires habere: & in tertio ordine calefacere & ſiccare, & in unguentis a Dioſcoride diuerſa, multa in utroq́ numerari, quæ tractata ſuis locis iampridem a nobis fuerunt. Si Theophraſtum, Plinium, poẽtasq́ latinos, Lucretiũ, Maronemq́, & Columellã, eandem Sampſucho Amaracũ omnes intelligent.

D Nihilq́ certius Plinij decretis in hac re eſt. Primũ lib. 21. capite. 11. quo loco auctore Diocle ait, quod Aegyptus & Syria Sampſuchum uocat, Siculos Amaracum appellare. Mox eodem uolumine iterũ, ſed capite. 22. Sampſuchum, ſiue Amaracum in Cypro laudatiſſimũ & odoratiſſimum. Nec multo poſt. Fit ex eo oleũ, quod Sampſuchinũ, aut Amaracinum uocatur. Maro, quod pueri omnes nouerũt, ſuper alta Cythera per Venerem auiam Aſcanium tranſtulit, ubi mollis Amaracus illum. &c. Lucretius itidem. Aut Amaracini blandum Stacteq́ liquorem. Columella etiam in carmine ſuo Romanorum hortos excolens ait. Gratasq́ iam ueniant hilari Sampſucha Canopo, peregrina uoce Romanã Amaracum appellans. Et ne longiores ſimus, hicipſe etiã hoc capite, in Sicilia Amaracũ uocari Sampſuchum dicit: nec eſſe inter Sampſuchum & Amaracũ, niſi appellationis diſcrimen. Graues contra, græcorũ medici illi, quos paulo ante nominauimus auctores, ad hanc rem ſunt: nec noſtrũ eſt, ut in Buccolicis legitur, tantas componere lites. Non tacebimus tamen, uideri nobis aliam hiſtoriæ, q̃ medicinæ rationẽ in multis eſſe: fiericq́ poſſe, ut, quod idem & congener ſit, non tam quia diuerſis locis aliter atq́ aliter nominetur, q̃ q́ diuerſis locis natũ, diuerſas uires habet, diuerſum in medicina & hiſtoria cenſeat: duplexq́ Sampſuchũ, ſcilicet & Amaracũ fecerint græcorũ medici, quod unũ idemq́ genere eſt: quoniã non idem uiribus & natura diuerſis locis proueniens eſſet, diuerſiſq́ gentiũ appellationibus, ad conſtituendas diuerſas eorũ uires, uſi fuerint: non duas in natura plantas, ſed in una diuerſas nominibus illis uires intelligẽtes: duplexq́ Sampſuchinũ & Amaracinum unguentũ hac ratione a Dioſcoride in primo traditum fuiſſe: nunc autẽ in plantæ ſeorſum, ab unguẽtis hiſtoria & medicina, ſolum Sampſuchũ tradidiſſe, & de Amaraco id ſolum teſtatum fuiſſe, a Cyzicenis & Siculis Amaracum Sampſuchũ dici: quod & in Amaracino unguento etiã dixerat, in Cyzico probatiſſimũ fieri: quoniã in ea gente, quod alibi Sampſuchũ uocabatur, Amaracus nominat. Quod & Plinius fecit lib. 13. capite. 1. ſeorſum de Amaracino et Sampſuchino & ipſe agens. Eſſeq́ idem Dioſcorid. Sampſuchum & Amaracũ illud, in hoc capite preſertim indicat, q̃d hic ait, probatiſſimũ in Cyzico & Cypro. De Sampſucho agebat, & nihil ominus in Cyzico, in qua Amaracinũ probatiſſimũ unguentũ fiebat, naſci teſtat. Manifeſto argumẽto, eandẽ Sampſucho Amaracũ, & Amaraco Sampſuchũ eſſe: quodq́ Plinius tot locis ait, nihil aliud indicat, q̃ in Aegypto & Syria Sampſuchũ, in Aſia deinde, tota Græcia, Sicilia, & ut in uicino fit in Italia Amaracum uocari. Nec ſi quis ueterũ græcorum, latinorũq́ hiſtoriã

Hosted by Google

& medicinam diligenter eruſcabit, aliter iudicio noſtro, de his colligere, ratiocinariq; poterit, A
præſertim nullam ex profeſſo Amaracum docente Dioſcoride, quod relinquendum in quotidiani uſus planta, tamq; ob odoris ſuauitatem amabili, diligentiſſimo homini non fuerat. Cui a principio adiectæ in Sampſucho tam multæ appellationes, nullam habent nobis rationem, aut cauſam: nec nos ab eo commentarijs ſuis additas credimus, ſed per tempora illi accreuiſſe: quodq; hic propoſuerit, Sampſuchum tantum fuiſſe, tum in bonitatis cenſu Cyzicenũ & Cyprium cæteris omnibus antepoſuiſſe, mox ab eo Aegyptium laudaſſe, & a Cyzicenis & Siculis Amaracum uocari. Hæc enim in uetuſtiſſimo quem habemus latino Dioſcoride tm̃ legunt. Quo fit, ut miremur in hoc etiam Barbarum, qui a Cyzicenis & Siculis non Amaracum, ſed Amaranthum uocari Sampſuchum dixerit: præſertim docente id tam multis locis Plinio.

## ¶ De Sertula campana. CAP. XLVI.

SERTVLA CAMPANA laudatiſſima in Attica, & Cyzico, & Carthagine nata. Cuius color uicinus eſt Croco, boni odoris. Naſcitur & in Campania circa Nolam, colore in luteum langueſcente, odore infirmo. Vim habet adſtrictoriam. Inflammationem omnem emollit, præſertim quę in oculis, uulua, ſede, aut teſtibus erũpat, ſi ex paſſo cocta illinatur. Interdum autem addito oui luteo aſſato, aut fœnigręci farina, lini ſemine, aut polline, aut capitulis Papaueris, intybo ue. Recentes meliceridas per ſe cum aqua, & ulcera manãtia in capite, illita cum creta chia, uino, aut galla ſanat. Stomachi dolores, & cruda & cocta cum aliquo ex antedictis leuat. Doloribus auriũ mitigãdis cruda B
ex paſſo inſtillatur. In aceto, aut roſaceo madefacta, capitis dolorẽ lenit.

μελίλωτος.

### BARBARI COROLL.

MElilotos, alij Sertulam campanam, Cato Sertam campanicam, quia folium eius corona menus ſit dicatum, in Campania Italiæ cõmendatiſſima, ut noſtri uolunt, odoratiorq; & candida: deinde Attica in Sunio, mox Chalcidica, ubicurq; uero aſperis & ſylueſtribus nata, recens, nec candicans, & Croco q̃p ſimillima. Melilotos arida, diutius odorẽ continet: qui et Croco uicinus eſt, quemadmodum & flos. Ipſa cana, placet maxime, foliis breuiſſimis atq; pinguiſſimis. Inter aromata, quibus defrutum condiri ſoleat. L. Columella Cripam pampinacam nominat. Deprauatum eſſe locum arbitror, & Sertam campanicam, non cripam pampanicam legendum. Nec ignoro & Crepin, & Crepulam haberi herbas, ſed quibus ad unguentum & aromata nihil ſit opus.

Plí. li. 21. ca. 11. & 21.

### EX M. VERG. COMM.

CAmpanã Sertulã Plinius & Celſus Romani ſermonis candidi autores, Melilotum appellant. Cato nulla diminutione uſus, Sertam Campanicã dixit, ab uſu & natali ſolo tota appellatione hac illi facta. Noſq; his autoribus græco nomini, latinã uocẽ in titulo capitis addidimus. Nec ratiocinantes facile, quo referenda uox illa κροκίζων eſſet, quæ Croci aliquid habentem ſignificat, ad colorem contraximus, qui tm̃ nullibi q̃p in flore uideri poteſt. Vireſcũt em̃ folia. Fecimuſq; id autore Plinio, qui de ea lib. 21. ca. 9. agẽs ait. Odor eius Croco uicinus eſt, & flos. Neq; em̃ ad odorẽ referri & cõtrahi uox illa in hoc ſcriptore poterat. Sequebatur em̃ ſtatim ἐνώδικα quod odoratum ſignificat. Niſi forte κροκίζων καὶ ἐνώδικα eodem pertinẽt: dixeritq; hic bis quod ad odorem pertinebat: quod tamen parũ ueriſimile eſt. Quod erat etiam ἐν καρχηδόνι, quæ uox Carthaginem ſignificat, ad Calcedonem detorſimus: qm̃ in græcis aliquot & latinis omnibus ſic legitur. Niſi forte neutrum eorum legendum eo loco ſit, ſed in Chalcide. Siquidem Plinius ibidem ait. Eſt enim in Campania Italiæ laudatiſſima: græcis in Sunio: mox Chalcidica, & Cretica. Et hæc pro Sertula Campana notiſſima nunc etiam omnibus planta, ſatis hactenus dicta ſint.

## ¶ De Maro. CAP. XLVII.

MARVM aliqui Origanida, aut Hyſobrion uocant. Hærba cognita uulgo, ſurculoſa, flore Origani, foliis multo candi-

μάρον ὑσόβριον

F

C dioribus, flore odoratiore. Vim habet Sisymbrio consimilem. Substringit enim, & modice calfacit. Qua de causa illitu, serpentia ulcera sistit. Et in calidas illitiones additur. Iuxta Magnesiam & Traleis copiosissima gignitur.

BARBARI COROLL.

Plí. li. 12. ca. 24

DE Maro Plinius inter odoramenta sic loquitur. In Aegypto inquit nascitur Marum, peius q̃ Lydium, maioribus foliis, ac uarijs: illa breuia, minuta, odorata. Lydium Marum Plinio fortasse fuerit, quod Dioscoridi Magnesium: cum sit Magnesia Lydiæ ciuitas penes Sipylum, cui uicina Caria est, in qua Tralles, ubi Marum quoq; nascitur. Est & Magnesia penes Mæandrum, et Tralles in Caria: nõ tamen ut Lydium propterea decernam idem esse quod Carium, gentis suæ, ut Plinius ait, appellatum nomine, culiniscq; principale, ut in Cario demonstrabitur. Habent & Arabes suum Marum, siue Maru, sed penitus diuersum, & magnis ambagibus impeditum: inter quas illam sit satis indicasse, q̃ species eius sunt Mellissophyllon, Marrubiũ, & Buglossa: quo nihil dici poterat ineptius.

EX M. VERG. COMM.

SEmel tantum Mari (modo illud huic idem sit) Plinius meminit. 12. uoluminc cap. 24. tantaq; breuitate, ut quale id sibi fuerit, non facile intelligatur. Nihil enim ultra tradidit, q̃ nasci in Aegypto Maron peius q̃ Lydium, maioribus foliis, ac uarijs: illa breuia, minuta, ac odorata. Nihil enim de Maro in censu medicæ materiæ Paulus Aegineta docuit. Et qui nobis sunt græcus & latinus uetustissimi Dioscoridis codices, nullum hoc loco, neq; alibi Maron ostendunt. Ex eo nihil in peregrina planta, & ad Meandrum in Lydia nascente, præter pauciora illa ex Plinio accepta, dici a nobis potuerunt. Non tacebimus tamen, uideri nobis in eius historia non satis inter se conuenire, scriptorem hunc nostrum, & Plinium. Hic herbam omnibus notam, surculosam, flore Origani: ideoq; Origanida, quasi minorem Origanum dictam, cãdidioribus Origano foliis, & multo odoratiore flore describit: inter nostrates præterea, & si ad Magnesiam & Trallis nasci dicat, nostricq; orbis odoratas alias numerat herbas Melilotum, Acinon, & Baccharem. Ex quo credendum, similem, & natura congenerem illis esse. Plinius cõtra, suum Maron inter peregrinos odoratos frutices numerat Ligustrum, & Aspalathum: & ab historia Aspalathi statim in Aegypto nasci Maron dicit: non absurda penitus suspitione, si qs dubiter, nõ esse Plinij & Dioscoridis idem Maron. Nobis ob eas quas diximus causas, inclinat animus, diuersa esse. Accedit q; opinioni nostræ, q̃ Plinius in Aegypto nasci Maron tradit: licet q; peius Lydio, in quo poterit Magnesium hoc, & Trallianum forte intelligi: qm̃ ad Meandrũ in Lydia urbq; ciuitas illa fuit: hic tm̃ Aegypti non meminit, qudd relinquendum in censu bonitatis non erat, sed simpliciter ad Magnesiam & Trallis nasci dixit. Plinius præterea folia Lydij Mari, hic flores odoratos esse dixit. Sed quod ratiocinari in tota hac re & animaduertere aliquem oporteat, historia utriusq; scriptoris est: quorum alter inter herbas Maron numerat, & Origano comparat: alter fruticibus coniungit, nec aliter q̃ de frutice omnia tradit.

## ¶ De Ocimastro. CAP. XLVIII.

ἄκινδο ἄκονδο

ACINOS, aut Aconos a Græcis dicitur, ab alijs syluestre Basilicum. Latinis Ocimastrum, tenui siccoq; ramulo herba, Ocymo similis, odorata, sed hirsutior. Qua coronæ factitantur. A nonnullis olitoribus colitur. Menses & aluum pota sistit. Illita panos, ignemq; sacrum sanat.

siluestre ocimum

BARBARI COROLL.

Plí. li. 21. ca. 15.

DIffert Acinos ab Acono: q̃ Acinos Ocimastrũ est, siue Ocimi syluestris genus: Aconos spinosa, breuis & lata herba, Eryngio a quibusdam contributa, spinis latioribus. Acinos familiaris Aegypto herba, coronarum & ciborum gratia obseritur: sponte uero nascitur æquinoctio. Hanc et Acinoen, & Acinean Plinius appellat, & Epipetron, nunc q; florentem. Aequinoctio inquit nascuntur Aphace, Achine, quam Epipetron uocant. Vt nesciam tamen, legendũ ita sit, an illo modo potius, Aequinoctio nascuntur Aphace, Acinos, & quam Apipetron uocant, quæ nunc q; floret. Vt duo gña faciamus, Acinon, et Epipetron. Alioquin Theophrastus, unde Plin. ea mutatus est, Epimetrõ qdẽ (ita em̃ ipse nominat) nunc q; florere scribit. De Acino

mentionem nullam habet. Hippocrates Epipetron ad tumores & inflamationes cõmendat, illi tu foliis eius decoctis & impositis. Hanc ipsam proprietatem. Acino Dioscorides adscripsit: ut coniectari liceat, Plinij uerba quæ prætexui, legenda esse in hunc modum, Aequinoctio nascuntur Aphace & Acinos, quam Epipetron uocant. Mirum grauissimos autores Plinium, & Dioscoridem in huius herbæ medicinis cõtraria præcipere, alterum cieri ea posse menses & urinas, altero contineri. Nec illud mihi abierit indictum, primo & uigesimo libro, priore mentione (bis enim loquitur ibi Plinius de Acino) in uetustis aliquot codicibus, non Acinon, siue Acinoen, sed Chenopus legi, quo nomine anserino pedi similis herba significatur. Sed corruptum locum suspicor, etiam si Chenopus quoq; celebratur herba. A

plinij. lib. cap. 27.

EX M. VERG. COMM.

QVuod hactenus legerim, nulla Theophrasto in plantis suis Acinos est. Plinius pluribus locis Acini meminit: sed ut modo Acinon, modo mutatis aliqbus literis Acinoen, librarij magis scripserint q̃ ipse: nihilq; certius his quæ ab hoc scriptore accepta lib. 21. cap. 27. his uerbis tradidit. Acinon & coronarum causa, & ciborum Aegyptij setunt. Eademq; erat quæ Ocimum, nisi hirsutior ramis & foliis esset, & admodum odorata. Quod solũ non est illi cum hoc scriptore idem, menses & urinæ sunt: quos hic sistere, Plinius ciere Acinum testatur. Dioscoridi tamen subscribit Paulus Aegineta in .6. mediocres adstringendi uires habere Acinon, dicens, ideoq; potã menses & aluum sistere. Nunq̃ florere Acinon, idem Plinius eodem uolumine, sed cap. 15. ait. Qua floris priuatione & nota, non male forsitan suspicetur aliqs, quã Theophrastus .8. de plantarum historia uolumine Epimetron uocat, hisq; uerbis tradit, ἔνια δὲ καὶ ὅλως ἀνανθῆ, κατάπερ καὶ τὸ ἐπίμετρον, quod est, Quædam etiam omnino non florent, ut Epimetron, Acino huic eandem esse, & quam Plinius eodem loco Epipetron dicit: ut in alterutro unius literæ tantum uitium sit. Plinij uerba sunt. Et æquinoctio nascens Aphace, Acinos, quam Epipetron uocant, quæ nunq̃ floret. Seri in hortis Acinon a quibusdam hic ait, Aegyptios intelligens: qui ad coronas & cibos ea passim uterẽtur. Ocimo notissimo cunctis oleri similis Acinos est: ob eamq; similitudinem a posterioribus addita huic scriptori uox illa est. A quibusdam syluestre Basilicum dici Acinon: quoniam quod græcis & latinis Ocimum fuit, nobis ex multo tempore Basilicũ in quotidiano sermonis usu est. Non multi tamen facienda uox ea est. B

## ¶ De Bacchare. CAP. XLIX.

BACCHARIS hærba fruticosa, quæ in coronas addit̃. Cuius folia aspera sunt, media Violæ & Verbasci magnitudine. Caulis angulosus, cubiti altitudinem petens, adnatis appendicibus aliquantulum asperis, flore purpureo subalbicante, odorato. Radicibus Veratro nigro similibus, quibus odor inest Cinnamomo proximus. Asperum, squallidumq; solum amat. Radix in aqua decocta ruptis, uulsis, præcipitatis, spirandi difficultati salutaris. Item diuturnæ tussi, & urinæ difficili. Menses pellit. Contra serpentium morsus utilissime datur in uino. Recens radix apposita, partum extrahit. Puerperis eius decoctum in desessionibus prodest. In diapasmata utiliter inseritur, iucũdi odoris gratia. Folia, utpote quæ adstringant, capitis doloribus illitu prosunt. Oculorum inflammationibus, mammis tumentibus a partu, ægilopijs incipiẽtibus, ignibusq; sacris auxiliant̃. Odor somnũ gignit. βακχάρις

BARBARI COROLL.

BAccharis, quæ & Baccar dicitur, qua fascinum depellitur, radicis dumtaxat floriscq; odorati est: a quibusdam uocata Nardum Rusticum falso, cum Nardus Rustica sit Asarũ. Oleum, & unguenta ex ea radice fieri solita, Hippocrates, & Cephisiodorus, & Aristophanes poetæ testes sunt. Vnde quidam errore ducti, Barbaricam eam uocabant. Addit Cephisiodorus, & pedes eo lini consueuisse, ut Aegyptio manus, Sisymbino brachium, malas & papillas Palmeo, Amaracino comam & cilia, Serpillino ceruicem & genua: quod & in comœdia cecinit Antiphanes. Baccharis inquit Galenus, Hippocratũ unguentũ quoddam Lydium significat. Simili

C mum Bacchari Combretum, ſed pcerius, & foliorū exilitate uſq; in fila extenuatum. Baccharem Plinius Aſarū, Dioſcorides a noſtris appellari uolūt Perpenſam, Aretij, & in Illyrico naſcē tem, cōmendatiſſimam ad calculos: ſi modo eadem eſt cum Perpreſſa: utroq; em̄ mō legitur, & alterutram lectionē deprauatā eſſe duco. Sunt exemplaria, in quibus nec Perpenſa, nec Perpreſſa, ſed ſperſa, ſiue ſparſa ſcriptum ſit. Nō defuere, qui Baccharem genus eſſe floris exiſtimarēt: quem mō Caryophyllon uocamus, ſed ſylueſtris: nunc altiles ij ſpectantur, ab odore ita cognominati, tāta uarietate, amplitudine, pulchritudine, ut Roſę pares, non inferiores uideri poſſint, cū eaq; de principatu certent: quando nec colore ſuperantur purpureo, uermiculato, candido: nec odore, niſi q̄ a longinquo plus olet recens Roſa. Iam nihil Roſa fugacius. lōgiſſima namq; decerptis mora dies. Caryophyllo in triduū, & amplius uita, uigorq; durat. Aliqbus tanta magnitudō, Patauinarum pręcipue matronarum cura, ut orbem utraq; manu complecti fere nequeas. Folia quaterna, quinaq; nonnullis Roſę mō numeroſa, mirabili quorundā alabaſtro culturę ratione: q̄ dehiſcens, ipſo ſtaminum loco alabaſtrum oſtendit alium, pandentem ſe paulo poſt in florem, caliculo priore conſeneſcente. Scio putare aliquos Caryophyllon ueteribus fuiſſe Caltham. Sed cum Virgilius nobis eam luteolo cecinerit colore tinctam, nec Plinius a Virgilio diſſentiat, nondum uideo qui poſſit ita ſtatui. A Caltha porro Calthulæ ueſtis genus dicitur, ut a Croci ſimilitudine Crocotula. Quæ ſit autem Barbarica, cuius mentionem ſupra modo fecimus, non conſtat. Nam Sylua barbarica, ideſt, Conſeminea omnino aliud eſt: quippe quæ ager ſit glandibus, & quæ ſunt ijs ſimilia, manu conſitus. Nam & uineæ Conſeminales dicuntur, in quibus diuerſa uitium genera conſeuerint, autor Columella. Nam ſylua Ciminia, cuius omnes fere mētionē habēt, Strabo, Plinius, poeta Virgilius, & Sillius, in Ethruria monſtratur inter coloniam Tuſellanam, & Viterbium, & ubi nunc uici lacus dicitur. In ea ſylua lo
D ca ſunt, in quibus depacta in terram non extrahūtur. Fuiſſe quidem inter Romanum Sabinūq; agrum quæ Sylua diceretur, ſcio autore Stephano. De Sylua qnoq; populi Romani propria, ſeu hæc, ſeu alia Cicero in actionibus ſuis contra Rullum Tr. Pl. meminit.

EX M. VERG. COMM.

DIximus primo uolumine cum de Aſaro ageremus, multa quę ad Baccharem pertinerēt. Illudq; præcipue tunc legentes monuimus, non illic, ſed hoc loco priuatim de ea nobis agendum fore: quod reddere modo nos decet: & ſi non adeo multum ſit quod in notiſſima omnibus planta repeti ex antiquis poſſit, aut debeat. Satis eam deſcripſit Plinius libro. 21. capite. 6. ſatis & rura omnia uolentibus eam oſtendunt. Noſcq; utriuſq; Plinij ſcilicet, & ruris auxilio, q̄d erat in ſcriptore hoc, amare Baccharem aſpera loca, & ἔνικμα, ideſt, uliginoſa & humentia, in cōtrarium habitum detorſimus: diximuſq;, rati antiquam fuiſſe lectionem, ἄνικμα, nec humida: propter ea, q̄ Plinius ait, Gracili, nec humido ſolo prouenit: & in quibus ea naſcitur locis, aqs & humore omni plęrumq; carent.

## ¶ De Ruta. CAP. L.

πήγανον

RVta duplex, Montana, quam aliqui Rhyten montanā uocāt: & hortenſis, quā Aegyptij Epnubū, Syri Armala, alij Beſaſa. Aphri Churma. Mōtana ſylueſtriſq; acrior eſt, & in cibis damnata. Satiua uero quæ ſub arbore Ficus enaſcitur, magis in cibos admittit. Vtraq; urit, calfacit, exulcerat. Vrinā ciet. Mēſtrua pellit. Aluū ſiſtit potu, ciboue. Lętaliū medicamentorū antidotū eſt, ſi ſemen ex uino acetabuli menſura ebibatur. Folia per ſe pręſumpta, aut cū nuce iuglāde, aridiſq; ficis, inefficaces uenenoru uires reddūt. Cōtra ſerpētes ſimili mō ſumere cōuenit. Genituram cibo, potuue extinguit. Cū Anetho ſicco decocta, tormina ſedat. Facit ad pectoris laterūq; dolores, difficultatē ſpirādi, tuſſes, pulmonis inflāmationē, coxendicū articulorūq; cruciatus, & rigores febriū circuitu repetentes, pota ut antedictū eſt. Item ad inflationes coli, uuluæ, rectiq; inteſtini, decocta & impoſita. Fœminas uuluæ ſtrangulatu liberat, ſi a genitali ſedetenus cum melle ſubijciatur.

Hosted by Google

Feruefacta ex oleo & pota, uetris tineas excutit. Articularijs doloribus ex melle, aquæ inter cutem cum ficis illinitur. Eisdem in potu auxiliatur, decocta in uino ad dimidias parteis, & oblita. Cruda, conditaq; cibo, uisus aciem excitat. Dolores oculorum cum polenta lenit. Doloribus capitis cum rosaceo, & aceto illita auxiliatur. Profluentem naribus sanguinem sistit, trita et indita. Testium inflammationibus cum laureis foliis imposita, & eruptionibus papularum cum myrto & cærato prodest. Cum pipere autem & nitro affricta, albæ uitiligini medetur. Cũ eisdem illita formicationes tollit, & uerrucas quæ thymi florem representant. Contra impetigines cum alumine & melle utilissime imponitur. Succus in mali punici calyce calfactus, aurium dolori efficaciter infunditur. Hebetudinem oculi qui sensere, Ruta cum Fœniculi succo ac melle peruncti iuuantur. Ignem sacrũ, ulcera quæ serpunt, aut in capite manant, cum aceto rosaceo & ceruſa persanat. Mansa Alliorũ, Ceparumq; acrimoniã domat. Montana si copiosius estur, interficit. Dum florem promit, & ad murias colligitur, cutem inflat, et rubore quodam inficit, cum pruritu ac uehementi inflammatione. Oportet itaq; eam unctis antea manibus & facie colligere. Tradunt succum gallinaceis pulA lis insparsum feles arcere. Adijciũt eam quæ in Macedonia circa Olcimũ amnem prodeat, comedentes interimere. Montosus aũt is locus, uiperis scatet. Semen eius potũ cõtra intestina uitia efficax est. In antidota cõmode additur. Contra incontinentiam urinæ, tostũ semen septenis diebus potui datur. Radix huius montanum Moly uocatur. Sylue stris Ruta satiuæ similis est. Prodest comitialibus, & coxendicum doloribus. Menstrua mouet. Partus enecat. Acrior est uiribus q̃ hortensis & ualidior. Sylueſtris, utpote noxia, cibis abdicatur.

B

BARBARI CORODL.

RVtam, ut alia quoq; olera, quæ diu uiuunt, unitas caudicis, & p̃grandes rami, quos Acremonas, & Cremonas quandoq; Græci uocant, arborem uideri faciunt. Latiora satiuæ folia, Rami fruticosiores. Cicuta Rutæ aduersa, probabili argumento: quoniam colligentes Rutam, manus Cicutæ succo muniũt sculptores, pictoresq;. Ruta in cibo utuntur, ppter uisum. Mustella cum serpente dimicatura, in murium uenatu, Rutam prius edit. Pythagoras marem minoribus & latioribus foliis, & coloris herbacei, discreuit a fœmina & odore. Humorẽ, fimũ, hyemẽ Ruta odit: apricis gaudet & siccaneis, terra q̃ maxime lateritia, & cinere: qui & miscetur semenţi, ut careat erucis. Mustũ Rutarum populo Romano dari solitum, non ignotum est. Pli. li. 20. ca. 13.

## De Sylueſtri Ruta. CAP. LI.

RVtam sylueſtrem aliqui appellant Hypericõ, alij Androsẽmõ, alij Coron, alij Chamæpityn, Romani Hederalem, aut Centonalẽ, Aphri Churma semmaced. Odor seminis resinosus est. Ideo Chamæpitys aliquibus nominatur. Frutex est surculosus, rubescens. Folia Rutæ figura, flores lutei, qui digitis triti sanguineo succo manant. Vnde Androsæmon uocitarũt. Ramuli subhirsuti. Siliquæ teretes hordei effigie, in quibus semen nigrũ resinã olens. Gignitur in cultis & aspe- πήγανον ἄγριον

Cris. Vrinam ciet. Menſes appoſitu trahit. Pota cum uino, quartana libe rat. Folia cum ſemine ambuſtis illitu medentur. Et diebus quadraginta epota iſchiadicos ſanant. Vocant etiamnum hoc modo ſylueſtrem Rutam, quod in Cappadocia & Galatia Aſiæ finitima Moly dicitur. Frutex eſt, qui ab una radice multos emittit cauliculos. Foliis multo & alterius Rutæ longioribus, tenerioribuſq, odore graui, flore candido, capitulis in cacumine paulo maioribus & ſatiuæ Rutæ, quæ tribus maxime partibus conſtant. In quibus triangulum ſemen, ſubruffum, guſtu amarum recluditur. Cuius eſt uſus. Semen autumno matureſcit. Quod cum melle, uino, croco & fœniculi ſucco, ac gallinaceo felle, teritur contra retuſam oculorum aciem. Sunt qui eam Armalam uocẽt, Syri Beſaſſan. Qui Cappadociam incolunt, Moly, quoniam quandã cum Moly ſeruet ſimilitudinem. Radice nigra, flore candido. In collibus & læto ſolo prouenit.

BARBARI COROLL.

RVtæ ſylueſtris proprium genus eſt. Montana hæc, & uulgaris. Sed & Hipericon nõnulli ad Rutam ſylueſtrem referunt: de quo inferius.

Ruta Galatica hæc eſt, quam Plinius intelligit præcipuam in antidotis.

## ¶ De Moly. CAP. LII.

μῶλυ

DMOly aliqui ſylueſtre Leucoion appellant. Folia habet gramînis, latiora, humi ſparſa, florem albæ uiolæ ſimilem, ſed minorem, lactei coloris. Caulem candidum, quaternum cubitorum. In cuius cacumine ineſt aliquid quod Allij ſpeciem referat. Radix parua, bulboſa, quæ mirum in modũ ualet ad aperiendas uuluas, ſi trita cum irino unguento in peſſo ſubijciatur.

BARBARI COROLL.

Plin. li. 25. ca. 4. MOly Homericum, Phineo & Cyllene Arcadiæ uernaculum, radice nigra, Cepæ magnitudine, rotunda, folio Scyllæ. Negat Theophraſtus uerum eſſe quod Homerus cecinit, difficulter effodi: affirmat Plinius. Hanc uates ille a Dijs uocari putat Moly, Mercurium inuentorem fuiſſe, Vlixiq; contra Circes ueneficia monſtratam. Ouidius. 14. Metamorph.

Pacifer huic florem dederat Cyllenius album,
Moly uocant Superi, nigra radice retentum.

Aliqui florem eius nõ candidũ, ut Homerus, ſed luteũ pinxere. Plinius in Campania effoſſam, ægre inter difficultates ſaxeas & allatam ſibi meminit, radicis triginta pedes longæ, ac neſcq; dem ſolidæ, ſed abruptę. Tale uerũ eſt Moly. Dicitur & Moly Ruta Galatię, de qua diximus: q̃d ſolum ætate noſtra medici nouere, Harmelã uocantes: quemadmodũ & Dioſcorides & Galenus a Syris dici eam teſtantur. Differt ab hac Molon, quam & Syron dici tradit Plinius, etiamſi Oeſtron, non Syron in exemplaribus quibuſdã legit, ſcapo ſtriato, foliis paruis, mollibus, radice quatuor digitorũ, in qua extrema Allij caput eſt: anhelantibus, & ſtomacho ꝓdeſſe credita.

EX M. VERG. COMM.

QVOD in græcis & latinis poetis paſſim auditur, & celebratur Moly, Homericum, illud eſt, q̃ cõtra Circes ueneficia Vlyxẽ Mercurius armauit: & in quo deſcribẽdo poeta ille pluries decima Odiſſeę Rhapſodia cecinit uerſus. ὣς ἄρα φωνήσας πόρε φάρμακον ἀργειφόντης, ἐκ γαίης ἐρύσας, καὶ μοι φύσιν αὐτοῦ ἔδειξεν. ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δὲ ἴκελον ἄνθος. μῶλυ δέμιν καλέουσι θεοί, καλεπὸν δὲ τ' ὀρύσσειν. ἀνδράσι γε θνητοῖσι· θεοὶ δὲ τὰ πάντα δύνανται. Quodq; Naſo in Transformationibus ſuis dixit. Pacifer huic florem dederat Cyllenius album, Moly uocant Superi, nigra radice retentũ. Et q̃d in Priapeis carminibus audit. Hinc legit radix de qua flos lacteus exit, Quam cur Moly uocant: mentula Moly fuit. Omnia nullam habent, niſi ex Homerico illo

Hosted by Google

sigmẽto causam & rationẽ. Quam tamẽ graues græcorũ & latinorũ scriptores, honorem hunc principi omnium poëtarum, ut nos credimus, habentes, tanti fecerint, ut Theophrastus libro nono de plantarum historia Moly describens, Homero, præterquam in radice, subscripserit: testatus in Phæneo & Cyllene Arcadiæ nasci, quale Homerus cecinit, radice rotunda, ceposaque, folio Scyllæ: usumq; eius contra ueneficia & excantationes esse: non tamen difficulter, ut Homerus dixerat, ex terra effodi. Et post Theophrastum Plinius libro uigesimoquinto capite quarto, omnia a Theophrasto dicta Romanos docens, hæc amplius tradiderit, nigro colore radicem eius esse: nec candido flore, sed luteo ab aliquibus græcis describi: nasciq; in Italia, & ab herbarum peritis medicis sua ætate allatum sibi ex Campania, inter difficultates saxeas natum, radicis triginta pedum: quæ nec tota effossa esset, sed abrupta. Ex his tam multis, tantæq; auctoritatis ad hanc rem testibus, ratiocinari, colligereq; necesse est, proprium habere genus inter herbas Moly: nomineq; hoc non syluestrem Rutam, sed sui generis herbam communiter indicari: in Galatia tamen & Asia priuatim syluestrem Rutam eo appellari. Quod manifeste in sexto Paulus Aegineta indicat, de eo his uerbis agens. Moly, quod agrestem Rutam aliqui. &c. Et præter Paulum in græcis & latinis omnes fere alij in agresti Ruta hoc nomine utentes, non aliam ob causam, q̃ q̃ in Cappadociæ & Asiæ Galatia syluestris Ruta, ut hic paulo ante testatus est, eo indicabatur. Neq; ætate hac nostra Moly aliud, q̃ syluestrem Rutam significat: eam scilicet quã Plinius in Galatia nascentem, in antidotis præcipue laudauit, Galatiam appellans. Dioscorides tamen aliud a Ruta Moly esse intelligens, cum de agresti Ruta testatus esset Moly a quibusdam uocari: de eo quod priuatim Moly ab Homero & Theophrasto dicit, egit, ex proprijs notis eum legentibus ostendens. Vidimus nos undiq; scriptoris huius historiæ, præterq̃ in flore, respondentem plantam: quem luteo, non candido, & ut hic ait lacteo colore ostendebat: ex quo non penitus uanum opinati sumus quod a Plinio dicitur, tradidisse quosdam luteo flore Moly esse. Verumtamen contra Homerum & Theophrastum temere quispiam aliquid dixerit: neq; ego id ausim: cum similitudo naturæ in huiuscemodi late pateat, & ea multiplici uarietate solita sit suos diuersis locis flores effingere. Non relinquendum illud etiam, q̃ parum uerisimile est, proferre Moly hoc caulem altitudine cubitorum quatuor: suspicamurq; nos in cubitorum numero uitium esse: neq; enim herbæ, fruticisue, quale Moly nunc ostenditur, sed arboris legitima altitudo ea est.

## ¶ De Panace. CAP. LIII.

PAnax nonnullis Heracleum dicitur. Ex quo Opopanax colligi solet. Plurima ex parte in Beötia, & in Phocide Arcadiæ nascitur. Ibiq; compendij caussa studiose colitur. Folijs est asperis, in terra iacentibus, hærbacei coloris, ad ficulnea accedentibus, in ambitu quinquepartito diuisis. Caule, ut Ferulæ altissimo, qui lanugine quadam incanescit. Folijs etiam minutioribus obsitus. Muscarijs ceu Anethi in cacumine. Flore luteo, & semine odorato, feruenteq;. Radices habet multas ab origine una candidas, graue olentes, crassi corticis & amari. Nascitur in Cyrene Libyæ, & Macedonia. Excipitur succus incisa radice, recenti caulium pullulatu. Ea candidum succum emittit, qui siccatus, in summa cute croceum colorem contrahit. Effluentem autem succum excipiunt, folijs excauato solo stratis, quæ siccata tolluntur. Simili modo caule messibus inciso, profluentem succum eximunt. Meliores ex radicibus albæ, rigidæ, & siccæ, ingustabiles, aromaticæ, feruentes gustu. Fructus ex media Ferula cibo idoneus est. Sed ex agnatis stolonibus, ab usu cibario abhorret. Maxime in hoc succi genere probatur, q̃ amarissimus, interne albus, aut subfuluus, foris ad croci colorem inclinans, læuis, pinguis, friabilis, statim in aqua eliquescens, gra-

Cui odore. Niger improbatur ac mollis. Adulteratur Ammoniaco, aut Cæra. Sed ſynceri experimentum eſt, ſi digitis in aqua friatus reſoluatur, & lacteſcat. Excalfacit, mollit, extenuat. Febriũ rigoribus, uulſis, ruptis, laterum dolori, torminibus, ſtillicidio urinæ conuenit. Contra ueſicæ ſcabiem ex aqua mulſa, aut uino bibitur. Menſes trahit. Fœtum enecat. Inflationes quæ uuluam male habent, duriciasq; ex melle impoſitus diſcutit. Iſchiadicis illinitur. Acopis, & capitis medicaminibus ammiſcetur. Carbunculos rumpit. Podagricis cum uua paſſa illitus, ſubuenit. Dolore dentium liberat, cauis inditus. Oculorum aciem excitat. Ex eo & Pice optimum fit emplaſtrum contra beſtiarum morſus, quæ in rabiem efferantur. Ramenta radicis uuluæ admota, partus extrahunt. Aduetera ulcera efficax eſt. Nudata oſſa, corpore operit, ſi trita cum melle illinatur. Semen cum Abſinthio ſumptum, menſes pellit. Cum Ariſtolochia prodeſt aduerſus animalia, quæ uenenum eiaculantur. Contra uuluæ ſtrangulatus in uino bibitur.

## BARBARI COROLL.

Plin. lib. 25. capit. 4. & 12.

PAnaces generibus continetur pluribus. Syriũ naſcitur unguẽtis: quod & in Pſophide Arcadiæ, circaq; Erymanthi fontes gignitur. Ferula ſui generis quinq; cubitorum, foliis quaternis, mox ſenis, humi ſtratis, ampla magnitudine, rotundis in cacumen, oleagineis. Radix autumno, caulis meſſibus inciditur. Precium ſucco, in libras bini aſſes, erant candido. Laudatur enim in primis candor eius coacti: ſequens pallido ſtatera. Niger colos, & mollicia improbat: id quod ex Macedonia affertur, Bucolicon uocant: quoniã armentarij ſuccum excipiant eum pentẽ ſponte. Hoc celerrime euaneſcit. Secundũ genus Aſclepion. Tertium Heraclion. Quartum Chironion. Quintũ Centaurion, & Pharnaceon. Theophraſtus primũ genus Heradion uocauit, folio magno & lato, undiq; ſeſquipedem. Radice digitum craſſa, bifida, trifidaq;, ſub ſalſa, odore turis. Idem auctor & Panaceam noĩat, circa Clitorium naſcentem in Arcadia. Nec conſtat, an hæc idem ſit habenda, quod Panaces Arcadicũ, de quo per huius capitis initia diſſerui. Panaces ipſo nomine morborum omnium remedia promittit: ob id & medicamento ad uina quæ corrumpi nolunt, Panaceæ nomen dedere ſcriptores Græci. Radice huius euulſa, religio erat, impleri ſcrobem eius uario frugum placentarumq; genere: in mercedem uidelicet & piamentum terræ. Panaces, & Panax, Galeno teſte dici ſolita.

D

## EX M. VERG. COMM.

LIbẽter in Herculeo Panace hoc, & aliis quæ ſtatim ſequũtur, Aſclepio ſcilicet, & Chironio, ut in bonorũ uirorũ arbitrijs quotidie fit, tertium aliquẽ dari mihi uelim, qui diuerſa, contrariaq; de omni Panace ſentientibus duobus maximis auctoribus, ſcriptore hoc, & Theophraſto, alteri accedens, non leuẽ dirimeret litem, & certiore aliqua nota, ex tam multis unũ ſaltem Panaces nobis oſtenderet. Turpiter eñ, nec ſine graui iactura ignoratur, quod ſolo audito nomine, malorũ omnium medicinã, & remedia homini pollicetur. Liceret ad hãc rem Plinio uti: ſed alienæ potius hiſtoriæ interpres, q̃ ſuæ aſſertor ille eſt: miſcens q; duorũ ſæpenumero ſimul ſcriptorum dicta, difficiliora omnia, & minus certa legentibus facit: nunc peregrinã Italiæ plantam, & unguentis utilem in Syria naſcentem, nunc in hortis noſtris conſitam, & in uitæ quotidiano uſu receptã: nunc ex tam multis eius generibus unum tantũ docens, modo multa & plura q̃ hic & Theophraſtus numerãs. Quo fit, ut in tanti nominis apud ueteres planta, noſtra uero ætate non ſatis nota, difficiliora omnia futura ſint.

## ¶ De Panace Aſclepij. CAP. LIIII.

πάναξ

PAnax Aſclepij caulem a ſolo emittit tenuem, cubitalem, geniculatum, maioribus q̃ fœniculi foliis, hirſutioribus, odoratis, aureo flore, acri, odorato, ex muſcarijs dependente. Radix parua eſt & tenuis.

Hosted by Google

Auxiliarem uim habent flores & ſemina, contra ulcera, phagedænas & tubercula, ſi trita cum melle imponãtur. Aduerſus ſerpentes ex uino bibuntur, & cum oleo illinuntur. Aliqui Panaces ſylueſtre Origanum uocant, alij Cunilam: de qua in Origani mentione diximus. A

BARBARI COROLL.

PAnaces Aſclepion, dictum aiunt, quoniã is filiam Panaciã uocauerit. Huius radicẽ Theophraſtus multi & falſi corticis haberi dixit: quod quidẽ priori gñi a Dioſcoride tribuitur. Eſt & Heraclion appellatũ, Herculi aſcriptũ inuentori, quod ab alijs Origanũ Heracleoticum ſylueſtre accipitur. Quidã Heraclion intelligunt genus id, ꝗd mentione proxima deſcripſimus.

BARBARI COROLL.

QVæ hic Aſclepiũ Panaces, folia Feniculo ſimilia habere dixit Theophraſtus li. 9. de plantarũ hiſtoria, Thapſię nulla diuerſitate cõparauit. Siqdem Thapſia Feniculi folio eſt: ut hic in eius hiſtoria non multo poſt dicet. Idẽ radicem Panacis huius craſſam, & candidã eſſe dixit. Verba eius ſunt. τὸ δ' ἀσκλήπειον πλὴν ῥίζαν μῆκος μὴν ἴσον ὅσ' ἀσιθάμην, λευκὴν δὲ χρὴ παχείαν σφόδρα. Eiuſcꝫ nos accedẽte teſtimonio ꝓbauimus, ꝗd in uetuſtiſſimo & oĩm ꝓbatiſſimo mihi codice legebat, ῥίζα δὲ μικρὰ λευκὴ, ꝗd eſt, breuis & candida. Multus, & paulominus cꝫ ubicꝫ in impreſſo codice hic error eſt: ut λεπτὸν, & λευκὸν, quorũ alterũ tenue, alterũ candidũ ſignificat, inuicem cõmutent. Quãcꝫ alij tenuẽ uerterũt, nos Theophraſti et melioris codicis fide adiuti, candidã diximus. Non poſſe aũt tenuẽ legi, idẽ Theophraſtus indicat, dicens, σφόδρα παχείαν. i. ualde craſſam eſſe. Supereſt, ut de longitudine eius etiã aliqd dicamus. Theophraſtus ἀσιθαμιαῖαν. i. dodrantalẽ dicit: hic μικράν. i. paruã, & ſi in melioribus græcis μακράν. i. longã legatur.

## De Panace Chironio. CAP. LV.

PANACES Chironium, in Pelio monte maxime prouenit. Folium eius Amaraco ſimile. Flos aureus. Radix parua, quæ non alte demittitur, guſtu acris. Pota radix ſerpentium ueneno reſiſtit. Illita coma eadem præſtat. B

BARBARI COROLL.

PAnaces Chironion, & hoc ab inuẽtore. Foliũ Rumicis Theophraſtus & Plinius ei reddũt, maius tamẽ & hirſutius, radice parua. Naſcitur locis pinguibus: cuius flos efficaciſſimus, eocꝫ amplius cꝫ ſupradicta prodeſt. Eſt & genus aliud Panacis ab eodem Chirone inuentũ, & Centaurion cognominatũ. Sed & Pharnaceon in controueſia inuentionis a Rege Pharnace deductum. Seritur hoc longioribus cꝫ cætera foliis, & ſerratis. Radix odorata, in umbra ſiccatur, & gratiã uino adĵcit. Huius duo genera fecere, alterũ leuioris foliĵ, alterũ tenuioris. *

EX M. VERG. COMM.

DIſcrepant toto genere in hiſtoria foliorũ Chironĵ Panacis Theophraſtus, & hic ſcriptor. Ille eñ Lapatho, quæ latinis Rumex eſt, eã comparauit. ἔχει δὲ τὸ μὲν χειρώνειον φύλλον μὲν ὅμοιον λαπάθῳ, μεῖζον δὲ χρὴ θασύτερον. Quibus uerbis, niſi uitioſa ſint, certius aliquid audiri non poteſt. Hic, φύλλα δὲ ἔχει ἀμαράκῳ ὅμοια, quæ id indicant, quod nos paulo ante diximus, folio Amaraci eſt: quod in tam grauibus, antiquiſcꝫ ſcriptoribus merito aliquis demireť: multocꝫ magis, cꝫ utercꝫ habet antiquos alios ſcriptores idem in cõmentarijs ſuis teſtatos. Hic ſcriptor Nicandrũ in Theriacis ſuis, qui de Chironio Panace hoc agens, ait. πρώτην μὲν χείρωνος ἐπαλθέα ῥίζαν ἰλίδι, κενθαύρου κρονίδαο φερώνυμον ἣν ποτε χείρων, πηλείῳ ἐν νιφόεντι κιχὼν ἐφράσατο θειρῇ, τῆς μὲν ἀμαρακοίσας χυτὴ περιδίδρομαι χαίτη ἄνθεα. &c. Quorũ is eſt ſenſus, qui non multo ante in Herculeo Panace dictus a nobis fuit, idcꝫ amplius. Quod Amaraco ſimilis fuſa circũuoluitur coma. ἀμαρακοίσας enim ille Amaraco ſimilem dixit. Ille Plinium, qui lib. 25. capite. 4. de Chironio Panace ait, folium eius Lapatho ſimile, maius tamen, & hirſutius. Quæ licet ĩſdem uerbis ex Theophraſto reddita ab eo fuerint, nec maior ob id fides huic hiſtoriæ accedat, antiquam ſaltem Theophraſti eam fuiſſe lectionem teſtantur. Graues utrincꝫ ſcriptores ſtant, nec leui auctoritate utrincꝫ pugnatur: & in re non ſatis noſtra ætate certa, difficillimum eſt cenſere aliquid: inueniſſecꝫ, quomodo Rumicis & Amaraci foliis, quorũ grandius alterum, alterum breuius eſt, comparari eodem tẽpore folium aliquod poſſit. Niſi forte dixerit aliquis, in altero figurã, in altero quantitatem in comparatione æſtimari. Verũ in tanto diſcrimine parum ueriſimile id

C est. Solent em̃ cognomines plantæ, quales hæ sunt, maiore sui parte inuicē sibi similes esse. Idq; in Origanis, Vesticarijs, utroq; Elleboro, alijsq; huiusce modi manifeste deprehenditur. Neq; ego is sum, qui facile persuadear. Si Herculeum Panaces, q̃d hic ait folia habere πρὸς τὰ τῆς συκῆς, quod est, ad ficulnei folij figurā, multoq; magis magnitudinē: & Theophrastus φύλλον ἔχειν μέγα καὶ πλατὺ καὶ τριακίδαμον πανταχῆ, quod est, habere Herculeum Panaces folium grande, latum, & in omnes partes trinis dodrātibus, Chironium hoc ob similitudinem Panacis, itidem appellatum folio Amaraci esse. Inclinat ob eam caussam animus in Theophrastum, qui Rumicis folio Chironij huius Panacis folia comparauerit, quæ grandia Panacum omniū folijs magis congruent. Quodq; a Nicandro & scriptore hoc de Amaraco dicitur, odoris, coloris, aut figuræ tantū rationem habere. Legentibus tamen & herbarum peritioribus liberum & arbitrarium hoc, quemadmodum & multa alia, relinquitur.

## ¶ De Ligustico. CAP. LVI.

λιγυστικὸν

LIgusticum, quod alij Panaciam, alij Panaces uocāt, plurimum in Liguria nascitur, in monte Apennino, Alpibus contermino. Vnde nomen traxit. Panaces incolæ non ab re appellant. Quoniam & radice & caule Heracleotico Panaci simile sit, & uiribus eisdem præditum. Gignitur in altissimis asperisq; montibus, ac umbrosis, maxime iuxta riuos. Cauliculum fert Anethi, geniculatum, tenuem, & in circumitu folia Sertulæ campanæ molliora, odorata, prope uerticem graciliora, & longe magis diuisa. In cacumine muscarium, in quo semen dependet nigrum, durum, & oblongum, fœniculo proximum, gustanti acre & Aroma olens. Radix candida, Heracleotici Panacis similis, odorata. Radicis
D seminisq; uis excalfactoria, concoquens. Prodest ad intestinos dolores, tumores, concoctiones. Item ad inflationes, præsertim quibus stomachus turgeat. Et contra serpentiū ictus. Vrinas, & menses potu trahit. Eosdem præstat effectus appositā radix. Semen cum radice oxyporis, & medicamentis decoquentibus ammiscetur. Stomacho perq̃ utile. Quare propipere utuntur eo indigenæ ad obsonia. Adulteratur semine quodā simili. Quod facile gustu discernitur. Amarum enim est. Alij semen Fœniculi, aut Seselis ammiscentes, Ligusticum dolo uitiant.

### BARBARI COROLL.

Plin. li. 19. ca. 8.

LIgusticum syluestre est in Liguriæ suæ montibus: sed feritur ubiq;, quod & suauius est, q̃q; sine uiribus. Crateias apud Græcos, Cunilam Bubulam eo nomine intelligit falso. Cæteri fere Cunizaminem, Cunilaginemq;. Ligusticum Galenus unius inuersione literæ, Libysticon appellat.

### EX M. VERG. COMM.

PRo Pipere Ligustici semine utebatur ubiq; antiqua & rustica plebs, serebatq; in hortis suis: licet non adeo efficax, ut in montanis Liguriæ per se nascens: nō tam quia Piperis eam nondum copiā miserat India, quā nostra ætas, peragrato omni Indico mari, habet: quando, quia peregrinis mercibus libenter abstinentes, non minus sibi, q̃ alijs in obsoniorum condituris liberalem fuisse naturā indicare uoluerunt. Idcoq; quibus regio hæc nostra abundat, libenter utebantur. Sentiebant etiam, quas habet nimias Piper in calefaciendo & siccando uires, parcentesq; illi, ex montibus, hortisq; suis ad cœnam saporem, uiresq; eius alias quærebant. Præstabant id multa quondam in herbarum & seminum genere, sed Ligusticum præsertim: quo Columella ultimo ultimi libri capite ad Oxypora uti docuit. Frequens peculiarisq; Apennini montis ad Alpes planta hæc est: a gente inuento nomine, quod etiam a græcis omnibus receptum fuerit, idq; ex Galeno scriptore hoc, cunctisq; alijs patet, in Liguria nasci testantibus: & si ut paulo ante diximus, in hortis seri postea cœperit; ne ex India, longinquisq; locis repe-

Hosted by Google

tendum esset, quod sapore Piperis obsonia & pulmentaria eorū temporum cōmendaret. Credimusq; nos, esse hoc quod Columella lib. 12. Panacis nomine autumno, & uere seri iubet, leni & subacta terra, rarisinteruallis, quo maius incrementū capiat. Idem quo diximus paulo ante loco Oxyporis misceri Liguſticū iubet: & qualia antiquis Oxypora essent, & quo modo confi cerent, longissime etiā docuit: sic dicta, q; aceto condita ad intinctus seruarentur. A

## De Pastinaca. CAP. LVII.

σαφυλῖνον ἄγριον

PAstinacam sylvestrem, aliqui Cerasconiam uocant, Latini rusticam Pastinacam, aliqui Carotam, Aegyptij Babubyron, Aphri Sicham. Folia Gingidij habet, latiora, subamara, caulem rectum, scabrum. Vmbellam similem Anethi, in qua flores insunt candidi, & in medio purpurcum quiddam, ferme croceum. Radix digiti crassitudine, dodrantalis, odorata, quæ cocta manditur. Semen potum uel impositum menstrua mouet. Iis conuenit in potione, quos urinæ difficultas torquet, aut lateralis dolor excruciat, aut si aqua cutem subijt. Serpentium morsibus ictibusq; prodest. Præsumentes eam, nulla affici iniuria a serpentibus traduntur. Concæptus adiuuat. Radix urinam pellit. Venerem stimulat. Partus apposita eijcit. Folia trita, & cum melle imposita, phagedænas ulcerum purgant. Satiua ad eadem pollet, ineffacior tamen, & cibo aptior.

### BARBARI COROLL.

PAstinaca sylvestris, siue quod idem est Erratica & pratensis, ad differentiam satiuæ dicitur. Præfertur satiuæ sylvestris in medicina, magisq; in petrosis nata. Pastinacæ omni radicibus calens natura, sapor uehemens, ob id Venerem ciere creditur, & propterea Philtron uocari. Cartilaginei omnis generis. Satiua in cibum utilis esse incipit annicula. Bima utilior, gratior autumno, patinisq; maxime, & sic quoq; uirus intractabile illi est, ut inquit Plinius. De Hibisco & Dauco, quæ simillima existimantur Pastinacæ, dicemus suis locis. Diximus & de Sisere, cui cum Pastinaca uicinitas eadem est. Pastinacam Diocles medicus non Staphylinum, ut cæteri, sed Astaphylinum uocauit, duodecim cubitorum in Mauritania magnitudo caulis, crassitudo palmorum quaternum. Plí. li. 19. ca. 5. B

### EX M. VERG. COMM.

DVplex genus Pastinacę, satiuū, scilicet & agreste. Rursusq; agrestis multiplex. Potius diuisio q̄ genus suspitionē quorundā merito auxit, sit ne agresti Pastinacæ idē Daucus, an alterius generis herba: præsertim duobus capitibus, diuersisq; locis de utroq; tradente scriptore hoc. Verum ex his, quæ in græcis & latinis obseruata diu a nobis fuerunt, sciendum illud est, Staphylinum a græcis simpliciter Pastinacam dici olus, & oleris notissimam, & quotidiani usus radicem: nullaq; adiecta nota alia, satiuam semper intelligi. Sic Columella in carmine suo cecinit. Lætetur, mollemq; sinum Staphylinus inumbret. Serenda enim in hortis tunc numerabat. Idem libro decimo capite quarto. Tunc agrestis Pastinaca, & eiusdem nominis Edomita, quam Græci Staphylinum uocant: Edomitam satiuam intelligens. Sic rei rusticæ & hortensium scriptores alij. Plinius, quoniā utriusq; quotidianus esset usus, satiuæ, agrestis ue addito discrimine, alterutrā plærunq; indicat. Habet satiua hæc, ut fere in plantarum genere omnia, diuersam sibi sylvestrem nascentem ubiq;: multi usus & ipsam, & in medicina præsertim. Nam satiua illa præcipuum habet in sanitate inter olera usum. Sylvestris uenit & ipsa quidem in quotidianos cibos, sed ob multas, quas habet medicas uires, a medicis celebratur, & expetitur magis. Hanc Græci nunq;, nisi addito sylvestris discrimine, appellant, σαφυλῖνον ἄγριον uocantes, id est, Pastinacam sylvestrem. Intelliguntq; eam, quæ locis incultis nascens, Satiuæ pariter frondeat & floreat, sed minore radice, & magis fibrata sit. Sylvestrem hanc ijdem Græci, ut certiore uocis discrimine a satiua illa separaretur, Daucum dixerunt. Testis pluribus locis Galenus: qui de utroq; Staphylino agens, ait. ὁ μὲν ἥμερος ἀσθενέστερος ὁ δὲ ἄγριος ὃν καὶ δαῦκον καλοῦσι. Quod est, Satiua quidem Pastinaca ignauior: agrestis uero, quā Daucū uo-

C cant. &c. Agreſtem Staphylinũ, Daucum tanti nominis auctor uocari tradidit. Teſtis Paulus Aegineta lib. 6. de ſimplicibus agens. Δαῦκος ὁ καὶ σταφυλῖνος, quod eſt, Daucus, qui & Staphylinus. Sed manifeſtius primo uolumine capite de his quæ edendo radices habent: in quo cum plures alias numeraſſet radices, σταφυλίνου καὶ δαύκου ait: quod eſt: Staphylini autẽ & Dauci, ſatiuam, & ſylueſtrem Paſtinacã intelligens. Plinius præterea multis locis, & ipſe congenerũ duarum radicũ diſcrimina aperte indicauit. Nec dubitandũ cuipiam eſt, quin Staphylinus græcis, & Paſtinaca latinis ſimpliciter dicta, in hortis conſitã non ſignificet, longiorem, craſſiorem, nec fibris capillamẽtisue tot quot ſylueſtris in terra hærentem: Daucus uero illis, nobis agreſtis Paſtinaca, ſylueſtrem illam ſignificet in aruis, pratis, & incultis locis per ſe naſcẽtem. Cuius radix per hyemem ſatis grata in cibis etiã ſit. Eſtur enim cruda in acetarijs, ſed cocta ſuauius reſpondet & ſapit. Rura noſtra ſatiuã illam Paſtinacam, Sylueſtrem non multo diuerſa uoce, mutatisq; tantũ aliquot literis appellant: ut ex hoc etiã congeneres herbas eſſe conijcere liceat. Supereſt modo, ut dicamus, ſi ſatiua tantũ, & agreſtis Paſtinaca ſit: illaq; ſimpliciter Paſtinaca, hæc Daucus quondã, aut ſylueſtris Paſtinaca dicta fuerit: cur duobus capitibus, diuerſis locis, primũq; ſub titulo agreſtis Paſtinacæ, mox ſub Dauci uoce de eadẽ planta hic ſcripſor egerit. Quod ex Theophraſto, Plinioq; nouiſſe difficile non fuerit. Neq; em̃ hic, quia diuerſi oĩno generis ſunt, ſylueſtris Staphylinus, & Daucus duobus locis, & duplici hiſtoria de eis egit: ſed q uariãte in diuerſis gentibus earum herbarũ natales & uires natura, teſtari in medicina ſeorſum id oportebat. Plura em̃ Daucorum gña numerauit antiquitas, non gñe, ſed natali ſolo diuerſa. Indicatq; id Plinius lib. 19. cap. 4. qui cum agreſtem, ſatiuãq; Paſtinacã numeraſſet, moxq; tertiam, quã ille Hibiſcum noĩat, ſtatim ſubiecit. Eſt & quartũ genus in eadem ſimilitudine Paſtinacæ, quã noſtri Gallicã uocant, Græci uero Daucon. Ex quibus conijcere facile eſt, quondã in græcis non omnẽ ſylueſtrem Paſtinacã Daucon, ut poſtea factũ eſt, ſed propriũ, priuatimq; aliquod eius genus uocatũ fuiſſe: quale Theophraſtus lib. 9. de plantarũ hiſtoria his uerbis indicauit. Δαῦκον δὲ περὶ μὲν ἀσφοδελικὴν τὴν ἀχαΐαν διαφέρει θερματικὴν φύσει, ῥίζαν δὲ ἔχει μέλαιναν. quod eſt, Egregia bonitate autẽ Daucus in Achaiæ Spartenſi agro, calefacit natura, & nigrã habet radicem. Qui color in ſatiua & agreſti Paſtinaca neſcio an in Italia uiſus aliquãdo fuerit. Ex eo nõ

D fuerit in hoc ſcriptore abſurdũ, bis de eadem plãta diuerſiſq; nominibus actũ fuiſſe. Primũ, ut quas habet in medicina uires agreſtis oĩs Paſtinaca, ubiq; naſcens indicaret: mox Dauci appellatione Cretica, ut ille in Dauco ait, & certis locis naſcens doceretur: cuius propriæ uires propriã ſibi etiam hiſtoriã exigerent. Potuit & illud in cauſſa eſſe, q; quo tẽpore hic medicinã ſuam cõmentabatur, Dauci appellatio non oĩbus ſylueſtribus Paſtinacis reſpondebat, ſed Creticæ tantũ. Quos em̃ nos teſtes citauimus Galenũ, & Paulum Aeginetã, cum oſtenderemus paulo ante eundẽ illis eſſe Daucũ, & ſylueſtrem Staphylinũ, huic ſcriptori poſteriores fuerũt: & quod certæ rei ante eos æſtimationẽ habuerat, mutata ut in cæteris humanis rebus ſit uocũ fortuna, aliud ſignificare potuit. Quotidie em̃ fieri uidemus, q̃d Flaccus ait, perire multas, renaſci multas ſubinde uoces, ſi uelit uſus, Quẽ penes arbitriũ ius eſt & norma loquendi. Nobis, ut tã multa colligamus, pro cõperto eſt, agreſtem Staphylinũ, & Daucum græcis eandẽ radicem ex multo tẽpore eſſe, & a latinis Erraticam Paſtinacã uocari: & in hoc ſcriptore non damnandã eiuſdem plantę duplicem hiſtoriã. Factum em̃ id eſt, uel ob diuerſas uires & notas, quas Cretenſis & in Achaia naſcens Daucus haberet, ob quas hic a cõmuni Staphylino hac uoce ſeparauit: uel in quã partem nos propenſiores trahimur, quoniã Dauci uox, antiquiore illa ætate, priuatim inter ſylueſtres Staphylinos, aliquẽ indicans, a poſterioribus ob ſimilitudinẽ ad totum eorum genus tranſlata fuerit: pertinetq; eo quod Plinius ait. Eſt & quartũ genus in eadẽ ſimilitudine Paſtinacæ naſcens, quã noſtri Gallicã uocant: Græci uero Daucon. Ex his em̃ ratiocinari licet, Daucum ſimilẽ Paſtinacæ erraticæ eſſe, non eundẽ: & a Romanis nomine gentis diſtingui, quemadmodũ in græcis a Staphylino agreſti alio noĩe diſtinguebatur. Hunc, ſiue ſylueſtrem Staphylinũ, ſiue Daucon appellet aliquis, hic κέρας, id eſt, cornu uocari ait. Quod & græcorũ Lexica teſtantur, in quibus legitur σταφυλῖνος ἄγριος ὃν ἔνιοι κέρας καλοῦσι. Credimusq; nos, quod paulo ante dictũ eſt, a cornu forma & longitudine ſic dictum a Græcis fuiſſe. Potuit tamen & alia rõne ſic uocari, a fibrata & capillata radice, quã habet. κέρας em̃, ut teſtatur Plutarchus in libello, cui titulus eſt, Vtrobi, in terreſtribus. ſ. an aquatilibus maior prudẽtia ſit, antiquis græcis τρίχα. i. capillũ ſignificabat. Cuius ſignificationis indiciũ eſt κείρασθαι uerbũ, quod tondere eſt: & κουρὰ nomẽ. i. tonſura: & qui apud Archilochũ κειροπλάστης legebat ὁ περὶ κόμην καλλωπιστὴς. i. qui in ornãda coma occupat. Quæ ſnĩa melior & probanda magis uideẽ, ob id quod ſtatim ſequitur. Sunt qui & comã Staphylinũ agreſtem, ob eandem ſcilicet cauſſam uocent.

Hosted by Google

## ¶ De Seseli. CAP. LVIII.

SEseli Massilienſe, quod nonnulli Sphagnon uocant, folia Fœniculi habet, craſſiora, caulem uegetiorem. Vmbellã Anethi, in qua ſemen oblongum, anguloſum, deguſtanti acre. Radix longa eſt, iucundi odoris. Semen & radix excalfaciendi uim habent. Potu ſtranguriæ & orthopnœæ medentur. Suffocationibus mulierum, comitialibuſque proſunt. Menſes & partus trahunt. Ad omnia interna mala pollent. Tuſſim ueterem ſanant. Semen cum uino potum concoquit, & tormina diſcutit. Epialis febribus utile. Contra perfrictiones in itineribus, cũ pipere & uino bibitur. Capris, cæteriſq; pecudibus datur in potu, quo facilius ſuos fœtus enitantur. A

### BARBARI COROLL.

SEſeli Maſſilienſe optimum. Lato enim grano & fuluo eſt: quo & Vultures ueſcant, & Ceruæ parturæ. Seſeli & Sili dicitur, & Seli apud Hippocratem, unde orta confuſio Siler pro Seſeli uocantiũ Arboreſcit porro Siler, ut baculos ruſtici ex eo q̃q; faciant, in aquaticis naſcens. Molle Siler Plí. li. 20. ca. 5.

a Poeta dictum neutro genere, quod perq̃ rarum ſit in arboribus latina lingua. Refugiunt hoc ſerpentes. At Seſeli frutex non eſt aquaticus: quod quidem aliqui diſtinguere putantes, non Siler, ſed montanum Siler appellauerunt id, quod Maſſilienſe eſt Seſeli.

### EX M. VERG. COMM.

ASeminis figura latum Cyminum in græcis, Maſſilienſe Seſeli aliqui ut uidetur appellauerunt. Ea uox in antiquis eorum codicibus adhuc ſeruatur: nec nos eã negleximus, dicente Plinio optimum Maſſilienſe: lato enim grano, & fuluo eſt. B

## ¶ De Aethiopico Seſeli. CAP. LIX.

AEthiopicum Seſeli, quod Aegyptij Cyonum phricen uocant, folia habet Hederæ, minora, & ad Periclymeni modũ oblonga. Frutex nigricat, palmitibus in bina cubita extenſis, ramis ſeſquipedalibus, capitulo Anethi. Semine in Tritici morem denſo, nigro, amaro, Maſſilienſi odòratiore & acriore, multum ſuaui. ἀιθιοπικὸν σέσελι

### BARBARI COROLL.

SEſeli Aethyopico dignitas ſecunda. Hoc & nigrius eſt, & naſcitur hodieq̃ apud nos: ſed fruſtra, medicis officiniſq; incognitum.

## ¶ De Peloponnenſi Seſeli. CAP. LX.

PEloponnenſe folia habet Cicutæ, latiora, & craſſiora. Caulem ſupra Maſſilienſis magnitudinem, ferulaceum, & latum in cacumine capitulum, in quo ſemen latius, odoratum, & carnoſum pendet. Eiſdem uiribus præditum eſt. Naſcitur in aſperis, riguis & collibus. Inuenitur etiamnum in Ida monte.

## ¶ De Cretico Seſeli. CAP. LXI.

TOrdylium, quod aliqui Creticum Seſeli uocant, iuxta Ciliciam in Ameno monte naſcitur, hærbula ſurculoſa, ſemine duplici, rotundo, ſcutulorum effigie, odorato, ſubacri. Contra urinæ difficultatem bibitur. Potu cit menſes. Succo ſeminis cauliſq; uirentis, ternis obolis ex paſſo decem diebus hauſto, renes ſanantur. Efficax eſt ra- τορδύλιον

C dix ad ciendas pectoris excreationes in delinctu cum melle.

BARBARI COROLL.

TOrdylon, & Gordylon, & Tordilon & Tordyle dicitur, & Seseli cognomẽto. Creticum inter omnia genera odoratissimum. Tordylen porro, alij semen Seselis dixerunt, alij herbã per se, quam & Syreon uocauerunt. de qua nihil aliud proditum inuenisse Plinius fatetur, q̃ ꝙ in montibus nascitur. Paulus non Tordilon, sed Gordylon appellauit.

EX M. VERG. COMM.

NOn habet certum in antiqua medicina Tordylon hoc nomen, nec certam penitus historiam: aliter alijs id appellantibus, & de eo tradentibus. Plinius non satis cognouisse rem uidetur, diuersas ante se scriptorum sententias tantum referens. Paulus Aegineta in sexto, Gordylon, non Tordylõ uocat: facile tamen & lubrico in una tantum litera ad uitium lapsu, quo loco eadem huic scriptori uires illi adscribit. Alij fœminino genere Tordylem uocauerunt. Alij Seselis semen hoc nomine censeri uoluerunt. Alij sui generis herbam Græciæ & Italiæ peregrinã, ideoq̃ parum notam. Nec nos quod pro ea dicamus aliud habemus, q̃ Seselis genus esse credere nos: ex quo hic statim ab omni Seseli eã descripsit: propriumq̃ & priuatim ab illis aliud a gente in qua nasceretur nomen sibi inuenisse. Fecit rei incertitudo hęc etiam, ut in fine capitis ab aliquo qui deprehendisse Tordylon se crederet, accreuerint aliqua quæ in impresso & plærisq̃ a-lijs leguntur, ab alijs interpretibus continuata sermonis serie reddita. Nos ea reliquimus indigno huic scriptori uerborum ductu tractata, & in uetustissimis græcis latinisq̃ nusq̃ inuenta.

## ¶ De Sisone. CAP. LXII.

σίσων

SIson exiguum semen est in Syria natum, Apio simile, nigrum, ferUens, oblongum. Contra lienis uitia bibitur. Vrinæ difficultatem potu emendat. Remoratos menses citat. Quo in condimentis cum Cucurbita & aceto indigenæ utuntur. In cacumine granula multa gerit.

BARBARI COROLL.

DSison, siue Sinon, & Senon Hippocrati, & quandoq̃ Silion uocatur, quaternis constare ramis scriptum reperio.

EX M. VERG. COMM.

COgnouit Hippocrates Sinnon. sic enim eum appellat. Cognouit & Paulus Aegineta, qui calidũ, & subamarum esse testatus est: ideoq̃ concoctiones adiuuare, menses pellere, & interanea, quæ græci κολάχνα dicunt, laxare. Latini scriptores, quod hactenus legerim, aut meminerim, nihil de eo egerunt. Hic etiã exiguum semen in Syria nasci dicens, importune relicta herba historiam eius incepit. Fuisse rem & usum eius satis Hippocrates, Paulus, græciq̃ omnes & latini huius scriptoris codices testantur.

## ¶ De Anisо. CAP. LXIII.

ἄνισον

ANisum semen paruum est in Syria natum. Apio simile est, magnum, feruens, oblongum. Contra lienem et urinam quæ ægre redditur, bibere prodest. Retardatos menses pellit. Id incolæ ad condimenta usurpare solent, & cum Cucurbita in aceto decocta assumunt. Anisum in summa excalfacit, exiccat. Oris halitum iucundiorem facit. Doloris leuamentum præstat. Vrinam ciet. Aquam quæ subijt cutem dissipat. Potũ sitim cohibet. Animaliũ uenenis aduersat. Valet ad inflationes, aluumq̃. Alba fœminarũ profluuia sistit. Lac ad mammas elicit. Venerẽ stimulat. Dolores capitis leuat, suffitũ narib. Cũ rosaceo tritũ, instillatũq̃ fractis auris. medet. Melius semp recẽs, plenũ, non furfuroſũ, odore p̃stans. Inter prima laudatũ est Creticũ. Proximũ Aegyptiũ.

BARBARI COROLL

Plin. li. 20. ca. 17 lib. 19. cap. 3. ANisum culinis gignitur, crudum, decoctum, uirens, aridum, panis etiam crustis inferioribus subditum. Succis quoq̃ laudatur additum cum amaris nucibus cõmendãdo uino. Ani

cetum & hoc uocatur Anethi modo, quoniã appetentiam præstet ciborum. Aegyptium Liguſtici uicem præbet in condimentis. Efficacius ſemper recens & nigerrimum. Stomacho tamen inutile eſt, præterq; inflato. A

## ¶ De Caro. CAP. LXIIII.

CArum ſemen eſt uulgaris notitiæ. Excalfacit. Vrinam concitat. Stomacho utile. Os commendat. Concoctionem adiuuat. Miſtum antidotis & oxyporis Aniſi uicem præbet. Radix cocta Paſtinacæ modo manditur. κάρον

### BARBARI COROLL.

CAros arbitror hoc eſſe, quod Plinius Carium, ſiue Careum gẽtis ſuę nomine appellatum dixit: ab aliquibus Careoſemen, & Caroum: culinis principale, in quacũq; terra ſerendum ratione qua olus atrum. Laudatiſſimum in Caria, proximũ Phrygia. Caros Græci, ut Pathos neutro genere pronunciãt & inflectunt. Dicitur & Caro, ultima producta. Caron Athenæus Paſtinacam maiorem eſſe putat, & multo præſtantiorem ſapore, q; Paſtinacam uulgarem. Eſt & radix Cara, de qua in rebus geſtis a Cæſare mentionem facit Hirtius. Hac lacti admixta, multum leuaſſe dicitur inopiam, ſimilitudine repreſentata panis. Meminit & Plutarchus, ſed nomẽ herbæ non reddidit.

### EX. M. VERG. COMM.

MEdicinam pluribus ſubinde remediis inſtruens hic ſcriptor, Cari ſemen præcipue cõmendauit. Athenæus contra, ganeam ciboſq; Dipnoſophiſtas illos ſuos nono ſui operis cõmentario docens, radicem celebrauit, Maiorem Paſtinacam appellans, uulgari hac & quotidiana meliorem. Idem Paulus Aegineta libro primo capite de radicibus quæ edendo ſunt, tres has uelut congeneres his uerbis coniunxit. σαφυλίνου δὲ καὶ δαύκου καὶ κάρου, αἱ μὲν ῥίζαι ὀλιγοτροφώτεραι τὸ γογγυλίδων ἐσί, θερμαὶ δὲ καὶ ἀρωματίζουσαι σαφῶς καὶ ὀυρητικαὶ. &c. Quod eſt, Paſtinacæ uero, agreſtis Paſtinaçe itidem, & Cari radices minus q; Rapa nutriunt: calent tamen, odoratæq; ſunt, & manifeſte urinam cient. Ex quibus ratiocinari & colligere licet, aut Paſtinacis congener, aut illis non diſſimile Caron hoc eſſe. B

## ¶ De Anetho. CAP. LXV.

ANethum quod eſtur, aliqui Polygida uocant, alij Anicetum, Magi Cynocephali genituram, aut capillos, alij Mercurij ſemẽ, Latini Anethum, Aphri Siccitiam, Aegyptij Adracum. Daci Pulpum. Aridi Anethi comæ ſeminiſq; decoctum, potu lac euocat. Inflationes & tormina ſedat. Aluum uomitioneſq; ſiſtit. Vrinas ciet. Singultus lenit. Oculorum aciem hebetat. Genituram reſtinguit aſſidue potum. Fœminis uuluæ malo opportunis ad deſeſſiones utile. Condylomata illitus eius cinis tollit. ἄνηθον

### BARBARI COROLL.

ANethum, culinis Aniſi modo gratum. Coronabantur hoc & in conuiuio recenti, atq; roſcido, ad conciliandum, ut uidetur, Galeno, ſomnum. Plí. li. 19. ca. 8. lib. 20. cap. 13

## ¶ De Cumino ſatiuo. CAP. LXVI.

CVminum ſatiuum ori gratum eſt. Sed multo magis Aethiopicum, quod Hippocrates Regium appellauit. Secũdum locum tenet Aegyptium. Reliqua ſequuntur. Prouenit in Galatia, in Aſia, Cilicia, & Therentia, & plæriſq; aliis tractibus. Excalfacit, adſtringit, exiccat. Ad tormina inflationeſq; conuenit, coctum & cum oleo inditum, aut cum hordeacea farina illitum. Orthopnoicis datur in poſca. Demorſis a ſerpente in uino. Teſtium collectionibus auxiliatur, impoſi- κύμινον

C tum cum uua passa, aut loliȝ farina, cæratoue. Mensium abundantiam inhibet. Contritum autem in aceto, & naribus obiectum, sanguinis p̄fluuia sistit. Colorem bibentium, aut perunctorum mutat in pallorem.

BARBARI COROLL.

Plin. li. 20. cap. 14. & 15.

CVmino semen angustum, nudum, canaliculatumq̄, facile inarescens frumenti modo, ubi plane accreuit, defluũ atq̄ lubricum. Peculiares Cumino morbi, scabies, & salsilago. Nascit in summa tellure, uix hærens, & in sublime tendens: in putribus & calidis medio serendũ uere. In Carpentania maxime laudat: alioquin Aethiopico, Africoq̄ palma. Quidam huic Aegyptium prætulere. Hippocrates in segetibus inquit triticeis, præsertimq̄ in Aegypto nascitur semẽ Aethiopico simile Cumino, uehemẽtis ācrimoniæ, ad conceptus fœminarum utile, si uuluis ap ponatur. Hoc ego Cuminum Aegyptiũ interpretor. Basilicum & Aethiopicum apud Hippocratem, plericq̄ interpretantur Ammi.

EX M. VERG. COMM.

MElioresc ere feliciusq̄ prouenire Cyminum, lib. 8. de plantarũ historia testatus Theophrastus est, si in serendo maledicant, imprecenturq̄ illi mala qui id serunt: nec minus gaudere male dictis his & imprecationibus, q̄ laudibus & blanditijs in spem honoris erigantur homines.

## ¶ De Sylueſtri Cumino. CAP. LXVII.

Αγριον κύμινον

SYlueſtre Cuminum, siue syluaticum, plurimum efficaciusque in Lycia & Galatiæ Asia, atq̄ Carthagine Hispaniæ gignitur. Frutice paruo, dodrantali caule, ac tenui, quaternis aut quinis folijs tenuibus, ueluti serratis, & Gingidȝ diuisura. In cacumine capitula quina, aut sena habet, mollia, rotunda, in quibus est semen acerosum, gustu satiuo acriore. Nascitur in collibus. Bibitur semen ex aqua aduersus tor-
D mina, inflationesq̄. Item cõtra uenenatas bestias ex uino. Singultus ex aceto sedat. Somacho utile, quem humor uexat. Sugillata tollit, si manducatum cum melle et uua passa illinatur. Testium inflammationibus, adiectis eisdem medetur. Est & aliud syluestris Cumini genus, satiuo non dissimile, quod a singulis floribus pensilia promit cornicula, in q̄bus semen est Melãthio simile. Quod potum omniũ serpentium morsibus præsidio est. Calculosis, & ijs qui urinæ stillicidio uexantur, aut concretum sanguinem cum lotio reddunt, auxiliatur. Sed Apij semen feruefactum postea bibendum est.

BARBARI COROLL.

CVminum syluestre est, quod & Rusticum & Thebaicum appellãt. Aetius Cuminum inquit syluestre, hoc est quod modo Aethiopicum uocari cœpit.

## ¶ De Ammio. CAP. LXVIII.

Ἄμμι

AMMI, LATINI Ammium Alexandrinum, nonnulli Aethiopicum, quidam regium Cuminum appellant. Plærique diuersarum naturarum esse Athiopicum Cuminum, & Ammium existimant. Vulgo notum est, semen exile, multo minus Cumino, Origanũ resipiens. Eligendum est purũ, minime furfurosum. Vis ei excalfactoria, feruens & exiccãs. Facit ad tormina, urinæ difficultatẽ, serpentium ictus cũ uino potũ. Menstrua ciet. Miscetur derodentibus cantharidum medicamentis, quæ Ecdoria uocant, ut inde exortis urinæ difficultatibus resistat. Sugillata cum melle tollit. Colorem potu, aut illitu

Hosted by Google

mutat in pallorem. Suffitum cum uua passa, aut resina, uuluas purgat. A

BARBARI COROLL.

Est Cumino simillimum quod Græci uocant Ammi, tantum candidius & exilius Cumino. Similis autem & huic usus. nam & panibus alexandrinis subigitur, & alimentis interponitur. Herbam quoq; ipsam græci uocant Ammi.

EX M. VERG. COMM.

Peregrinum semper Græciæ & Italiæ fuit, siue sui generis herba & semen, siue Cymino cõgener Ammi sit, meliusq; & efficacius in Aegypto nascat. Eamq; ob causam usa eo antiqua medicina est, aliunde inuecto. Fuit in Aegypto quondam domesticus Ammeos huius, & quotidianus usus: panibus em̃ cõpinsebant, & alimẽtis miscebant. Calefacere, siccareq; in tertio ordine ueteres græci id dixerũt, maioreq; in extenuando ui q̃ Cyminũ esse. Quę aũt a principio statim leguntur, uocare quosdã hoc Aethiopicũ, & regium Cyminum, ex aliorũ opinione, nõ huius scriptoris decreto intelligenda sunt. Neq; em̃ ipse id probat, sed a quibusdã sic uocari tm̃ testat. Siqdẽ Aethiopici, et regij uoces, bonitatis a gẽte in Cymino notę sunt, nõ generũ diuersitates.

## ¶ De Coriano. CAP. LXIX.

Corium, aut Corianum Aegyptij Ochion uocant. Vulgaris est notitiæ. Vim refrigeratoriam habens. Quare illitum cum pane, aut polenta, ignibus sacris, & ulceribus quæ serpunt medetur. Epinyctidas cum melle, uel uua passa, testium inflam̃ationes, carbunculosq; sanat. Cum faba fresa, strumas & tubercula discutit. Tineas interane orũ expellit, semen cum passo potũ. Genitura̅ adauget. Largius tm̃ sumptum, mentem non sine periculo mouet. Quare continuo & copiosiore usu abstinendum. Succus cum ceruſa, spumaue argenti, necnon aceto & rosaceo illitus, ardentes summæ cutis inflam̃ationes emendat. B

κόριον

BARBARI COROLL.

Coriandrum, Corion, & a Theophrasto Corianison uidetur appellatum, siue ut magis probo Coriannon. Ita uocari solitum a ueteribus, testis est Galenus & Dioscorides. Seritur maio, & contumax prouentu scribitur. Radice breuiuscula, nec admodum fibrata: caulibus ramisq; multis, nudo semine, ac firmo & diutino. Sub canis ortum saleſcit. Inter sylueſtria Coriandrũ non est. Huic subtrito cum aceto, uis tanta, ut carnem incorruptam seruet æstate. Xenocrates tradit menstrua cõtineri uno die, si unum granum biberint fœminæ: biduo, si duo: & totidem diebus, quot grana sumpserint.

Plí. li. 20. ca. 20

EX M. VERG. COMM.

Crediderũt Coriandro aliqui in Græcis nomẽ feciſſe Cimices, q̃s folia eius & caules olent. Etq̃m insectũ id græci Corin uocẽt, ideo olentẽ eos plantã Corion nominauerint. Sunt contra, qui q̃ Corian nõ græci frequentius q̃ Coriõ Coriandrũ uocent, nõ a Cimicibus, sed quasi Coriambon. i. hebetantẽ oculorũ pupulas dictum fuiſſe uelint. κόρυν em̃ oculi pupulã, & ἀμβλύνειν hebetare ĩdem græci dicunt. Qđ q̃ uerũ sit, peritiores intelligent. Ab hoc em̃ nihil q̃d ad oculos pertineat priuatim in Coriandro decernitur. Omnium eius appellationũ prior illa in hoc, & alijs medicinæ scriptoribus frequentior est. Alterã illã in cõmuniore sermonis usu fuiſſe, indicat in equitibus suis Aristophanes. Quocũq; aũt nomine uocetur, nota omnibus planta est, se menq; p̃cipue: ideoq; nõ ultra a nobis tractãda. Numerat ab hoc ipso scriptore. 6. uolumine inter uenena; odoreq; p̃sertim deprehendi, q̃ similis uiuenti Coriandro toto corpore sentiat. Meminit & Nicãder in Alexipharmacis suis, q̃ loco interpres eius sylueſtri Coriãdro ueneni maleficiũ ineſſe ait: q̃d ab eo describit latioribus longioribusq; foliis, multis adnatis, & nũerosa radice, copiosoq; flore. Quod neſcio an uerum sit: testante Plinio. 20. uolumine eiusdem numeri capite, non inueniri inter sylueſtria Coriandrum. De eo iterum in. 6. agendum nobis erit.

## ¶ De Hieracia. CAP. LXX.

Hieracia magna, alijs Sonchites, Romanis Lampuca, Pœnis Sithileas, caulem emittit asperum, subrubrum, spinosum, cauum, ἱεράκιον ἡ μέγα

G iij

Hosted by Google

folia, ex interuallis rariuſcule diuiſa, ſimilia Soncho per ambitum, luteos flores in oblongis capitulis. Vim refrigerandi habet, & modice ſubſtringendi. Vnde illita, ſtomacho æſtuanti, inflammationibuſq; prodeſt. Succus eroſionem ſorbitione mitigat. Hærba cum radice illita, uibratis a ſcorpione ictibus auxiliatur.

BARBARI COROLL.

Plí. li. 24. ca. 11

DE Hieracio inter Lactucas ſylueſtres meminimus: quoniam Romani Lactucam folio rotundo & breui Hieracion intelligebant. Dicta eſt ex eo, q̃ accipitres ſcalpendo eam, & oculis ſucco tinctis obſcuritatem cum ſenſere, diſcutiunt.

## De Hieracia parua. CAP. LXXI.

ἱεράκιον τὸ μικρόν

HIeracia parua, quam aliqui Sonchiten, alij Entimõ agrion, Romani Intybum ſylueſtre uocant, folia ex interuallis habet diuiſa in ambitu. Cauliculos teneros, uirentes, in quibus lutei flores orbem circinantes emicant. Vim ſuam ad eadem quæ ſuperior impendit.

BARBARI COROLL.

HIeracium, & hoc ſuperius etiam Hieracia dicitur Actio atq; Horo, cuius ſucco palpebræ reglutinant. Idem autor eodem loco, Anacollia inquit appellantur, q̃rum lachryma incõmodãtes pilos corrigit. Quid aũt ſint Anacollia nõ cõpi: nec ſimplex, an cõpoſita ſit facultas ſcio.

EX M. VERG. COMM.

ACipitres, quos græci Hieracas dicunt, Hieracio quondam nomen fecerunt: ſcalpentes eã, ſi Plinio credimus, ſuccoq; oculos tingentes, ut eorum obſcuritatem cum ſibi obrepſiſſe eam ſenſerunt, diſcutiant. Apuleius, quod fabuloſum uideatur, his addidit, Aquilam in altum alis ſe tollentem, ut rerum naturam certius contempletur, Lactucæ ſilũaticę (Hieracium hanc intelligens) folia euellere: ſuccoq; ſibi oculos tingentem, optatam eorum claritatem acquirere. Sed quodcunq; id ſit, ab his auibus græci Hieracium dixerunt. Sæpe enim a brutis, naturæ neceſſitate impulſis, ignotum aliquid nobis fit. In quo eorum ſenſus ignari homines, quod uero ſimilius, non quod uerum ſit comminiſcuntur: quemadmodum longius in utroq; Echino dictum ſecundo uolumine a nobis eſt. In Lactucarum ſponte naſcẽtium cenſu ab omnibus propter ſimilitudinem Hieracion hoc nũmeratur. Plinius, 20. libro, capite. 7. ultimam hanc in eo genere deſcribit, foliis rotundis, & breuibus. Apuleius in agreſti Lactuca Hieraciſon uocari dicens, meminit eius. Hic Lactucam erraticam dici a quibuſdam tradit: quæ uox & appellatio quoniam in ſcriptore hoc perierat, ex melioribus græcis a nobis inſtaurata eſt. Non meminit eius in medicæ materiæ cenſu Paulus Aegineta: credimus, q̃ nullas hanc forte intelligeret, diuerſas ab agreſti Lactuca ures habere. Multa ſiquidem in Lactucarum cenſum & nomen uenerunt: Tithymallus, quæ ab aliquibus Caprina, ab aliquibus Marina Lactuca dicta eſt. Viraq; Iſatis, quam Glaſtum, ſiue Luteam uocari diximus. Hieracia poſtremo hæc. Omnium eadem ratio & cauſa fuit, q̃ latiore. ſ. & ampliore folio, quali Lactuca eſt, omnes ſunt, & omnes lactis liquorem aliquem ſectæ reddunt. Et nihilominus, quoniam priuatim aliquid ſingulæ habent quod Lactucæ & alijs non congruat, alijs appellationibus dictæ, & in alijs generibus conſtitutæ fuerunt. Sonchitem maius Hieracium uocari a quibuſdam hic ait, manifeſta ratione, quoniam & hæc & illa concauo, & lacteum ſuccum remittente caule eſt. Foliorum enim quantitate lõgo interuallo diſtat Sonchus ab agreſti Lactuca, & ex eo ab Hieracio hoc: eamq; ob cauſſam in uenientes in melioribus græcis, quo loco hic ait habere folia Hieracium per interualla inciſuris diuiſa, Soncho ἀμφερῆ, ideſt, æqualia, non Soncho, quæ noſtris Cicirbita eſt, ſed τευτλῳ, id eſt, Betæ naturam et rem ſecuti, Betæ folio, non Sonchi Hieracij folia comparauimus. Lactucę em Betæ uerius q̃ Sonchus in foliorum quantitate comparatur. Quemadmodum & minus Hieracium illud quod ſequitur, agreſti Intybo in foliorum quantitate exæquatum pariter eſt. Omnia enim eo pertinent, ut Lactucæ ſimile Hieracion ſit. Eius unum tantum caput, Maioris ſcilicet in melioribus græcis legitur. Nec Plinius niſi unius meminit. Quo fit, ut ſuſpicemur alterum hoc, & minus Hieracium priori illi accreuiſſe ab aliquo, qui inuentum forte breuius, & ut cœli terræque uis poteſt huiuſcemodi uariare, alterum crediderit a ſuperiore illo eſſe. Indicatque id, quod neque in hiſtoria, neque in medicina poſterius hoc a ſuperiore illo differ-

Hosted by Google

sum aliquid habet. In censu & genere syluestrium, & sponte nascentium Lactucarum, fine A
unum, siue duo sint, Hieracia hæc numeranda sunt. Ostenduntque id Paulus Aegineta, qui nihil de his in medica materia egit. Indicant & latini omnes, in quibus Hieracij nulla historia est. Et quem nos habemus antiquissimum Dioscoridis latinum codicem, nihil quod ad Hieracia hæc pertineat, ostendit: cui in huiuscemodi antiquitatis uestigijs, & ueræ lectionis coniectura, ob uetustatem suam, nos multum deferimus.

## De Apio. CAP. LXXII.

SAtiuum Apium ad eadem quæ Corianum conuenit. Inflammationibus oculorum cum pane, aut polenta illinitur. Aestuantem stomachum mulcet. Mammarū duriciam reprimit. Vrinam ciet, siue crudum, siue coctum edatur. Decoctum eius radicisq; potu, uenenorum noxæ resistit, quum uomitiones excitet. Aluum cohibet. Semen uehementius urinam pellit. Contra serpentium uenena, aut epotam argenti spumam auxiliatur. Inflationes discutit. Ammiscetur medicamentis quæ dolorum leuamenta præstant, Theriacis quoq;, ac tussis remedijs.

### BARBARI COROLL.

APium & Apius Græci Selenon uocant. Durat biennio. Prouenit crispius, pedibus, aut cylindro, pilaue pulsatum, quinquagesimo a satu die, quadragesimo cum ocyssime. Apium aliud folio spisso, hirsuto, crispo. Aliud raro, expanso, caule item maiore. Item aliud caule albo, aliud purpureo, aliud uersicolore. Syluestriora hæc, ut Theophrastus inquit. Propriū Apio, & colorem mutat. Rami eius per iura quoq; uulgo innatant: & in condimentis peculiarem uoluptatem præbent. Pisces quoq; si ægrotant in piscinis, Apio uiridi recreantur. Honos ei in Achaia, coronare uictores sacri certaminis Nemeæ. Apud eruditos, non aliud erutum terra in maiore sententiarum auctoritate est. Distinguitur sexu. Fœmina ut sit crispioribus foliis, atq; duris, crasso caule, sapore acri & feruido. Mas foliis nigrioribus, breuioris radicis, uermiculosq; gignens. Neutrum ad cibos admittebant, Nephastum existimantes, quoniam defunctorum sit epulis feralibus dicatum: & ut Plutarchus inquit, coronentur Apio sepulchra: unde uetus illud, indigere Apio, de his qui profligata ualitudine uruntur. Vermiculos & fœminæ caulibus innasci: propterea eos qui ederint, sterilescere utroq; sexu. In puerperis uero ab eo cibo comitiales fieri, qui ubera infantes hauserint. Innocentiorem tamen esse marem, eaq; causa est, ne inter Nephastos frutices damnetur.

Plí. li. 20. ca. 11. lib. 19. ca. 7. c.

### EX M. VERG. COMM.

QVæcunq; a Plinio de Apijs lib. 19. capite. 7. eorumq; foliis, caulibus, coloribusq; dicuntur, multo ante a Theophrasto de plantarum historia octauo uolumine dicta fuerant: Differre scilicet Apiorum inter se genera, foliis & caulibus: Essecq; hoc denso, crispoq; & hirsuto folio, illud raro & lato: hoc maiore caule, illud minore. Et in hoc genere rursus aliud candido, aliud purpureo, aliud uersicolore: totumq; hoc genus syluestri simillimū esse. Rursusq; eodem libro. Quod grande, palustre, montanumq; appellatur, inter se & a satiuo differre: quoniā palustre prope aquarū riuos, & in palustribus nascatur, raro folio, nec hirsuto: simile tamen Apio esse odore, succo, & figura. Quod grande, folio palustri simili, hirsutū, & altiore caule, radiceq; Rhaphani crassitudine, colore nigro, semine itidē nigro, maiore q; Erui: duoq; hæc cōtra urinæ angustias, calculosq; credi uim habere in albo dulci uino pota. Nasci hoc ubiq;, concrescereq; in eo lachrymam Myrrhæ odore, quam ueram esse Myrrham aliqui credi derunt. Montanum maiores adhuc, & certiores habere differentias. Cicutæ enim folio est, radice tenui, caule Anethi, uerum minore. Vsum huius esse ad muliebria, id est, menses in uino austero. Et hæc Theophrastus quo diximus loco. Quæ omnia a Plinio qua cætera breuitate consueuit, antedicto uolumine numerata, & descripta fuerunt. Columella libro. 12. in hortorū prosa foliorum discrimina hæc, quæ a Theophrasto natiua numerantur, cultura & artificio humano facere his uerbis docuit. Apium quoq; possis plantis serere, nec minus semine. Aqua præcipue lætatur, & ideo secundū fontes cōmodissime ponitur. Quod si quis id uelit lati folij facere, quantum possint tres digiti seminis comprehendere, raro linteolo illiget, & ita in areolas dispositum religet. Vel si crispæ frondis id fieri malueris, semen eius inditum pilæ, & faligneo palo pinsitum, expoliatumq; similiter in linteolis ligatum obruas,

C Poteſt etiã citra hanc operã fieri criſpum qualitercunq; ſatũ, ſi cum eſt natum incrementũ eius, ſuperuoluto Cylindro coërceas. Quæ omnia de ſatiuo intelligenda in eo ſcriptore ſunt: ideo longius a nobis repetita, ut ſciant, meminerintq; legentes: ſi natiua foliorum Apij Theophraſto diſcrimina illa ſint, licere, ſperandumq; homini labore, diligentiaq; ſua non imitari, quod multæ aliæ poſſunt artes, ſed in ruris diſciplina naturã etiam æquare.

## ¶ De Eleoſelino. CAP. LXXIII.

ἐλεοσέλινον

ELeoſelinum, quod a quibuſdam Pedinon, ab alijs Hydroſelinon agrion, Romanis Apium ruſticum appellatur. In humidis naſcitur. Satiuo grandius, & ad eadem efficax.

### BARBARI COROLL.

ELeoſelinon, Paludapium, ficto ut ſolet nomine Theodorus appellauit, quia in paludibus naſcatur, ſecundumq; aquæductus, folio raro, nec hirſuto, ſimile Apio ſapore, figura, odore. Homerus Apium Eleothrepton uocauit, hoc eſt, paluſtre.

### EX M. VERG. COMM.

SAtis ex Theophraſto ſuperiore capite dictũ eſt, quale hoc Apium ſit, & quæ a ſatiuo & ab alijs diſcrimina habet: caules ſcilicet & profluentes aquas prope quas naſcitur, rarius foliũ, ſed non hirſutum: ſatiuo Apio odore, ſucco, & figura ſimile. De eo Palladius in Aprili ſic ait. Eleoſelinon molli folio, & caule tenero, quod naſcitur in lacunis.

## ¶ De Oreoſelino. CAP. LXXIIII.

ὀρεοσέλινον

OReoſelinon, quod aliqui Petroſelinon ſylueſtre appellant, Aegyptij Anonim, caule eſt palmum alto, ab radice tenui exeunte. Ramis & capitulis Cicutæ, multo tamen tenuioribus, ſemine Cumini, oblongo, acri, & odorato, tenui. Naſcitur in petroſis & montibus. Vrinam ciet ſemine ac radice, in uino potis. Menſes trahit. Antidotis, necnon me
D dicamentis urinam cientibus, & excalfactorijs inſeritur. Nec hallucinari nos oportet, exiſtimantes Oreoſelinum eſſe quod in ſaxis prouenit. Aliud enim eſt Petroſelinum.

### BARBARI COROLL.

OReoſelinon, a quibuſdam Orthoſelinon: quia frutice recto naſcitur. Caule Anethi exiliore tantum, folio ut Theophraſtus inquit cicutæ, niſi quis deprauatum in eo locum putet. καὶ τὰ φύλλα ἔχει κώνειῳ ἐμφερῆ, pro eo quod eſt, κι φύλλα ἔχει μικωνίῳ ἐμφερῆ. hoc eſt, capitula Papaueris ſimilia, ut Dioſcoridis uerba ſunt.

### EX M. VERG. COMM.

DIximus in ſatiuo Apio, quæ Theophraſtus in montano diſcrimina ab omnibus alijs numeraſſet: ea ſuperuacaneum & inutile repetere nunc fuerit.

## ¶ De Petroſelino. CAP. LXXV.

σέλινον καὶ τὸ πετροσέλινον

PEtroſelinum in Macedonia prouenit, in præruptis locis. Semine Ammij, odoratiore, ſapore acri, aroma olente. Vrinam cit ac menſtrua. Contra ſtomachi & coli inflationes, & tormina prodeſt. Laterum, renum, & ueſicæ doloribus in potu ſubuenit. Ammiſcetur antidotis urinam cientibus.

### BARBARI COROLL.

PEtroſelinon, hoc eſt, Apium in ſaxis natum. Addidere quidam Buſelinon, differens breuitate caulis a ſatiuo, & radicis colore ruſſo. Galenus Petroſelinon in Ciliciæ Amano monte natum Smyrnion potius, q̃ Petroſelinon uideri ſibi tradidit.

### EX M. VERG. COMM.

INdicat uox ipſa, in petris & ſaxis natũ Apium, Petroſelinon a Græcis quondã dictum fuiſſe. Hic tantũ in Macedonia natale ſolũ illi aſſignat. Palladius in latinis nihil aliud de eo, q̃ locis aſperis maxime prouenire ait. Nec nos credimus, alia q̃ nataliũ ratione a ſatiuo differre. Mede-

Hosted by Google

ri inter cętera ſaxatile Apium craſſioris inteſtini, quod colon dicunt, inflationibus, hic ſcriptor ait, non torā, neq; ex quacunq; cauſſa factā colicam affectionē intelligens, ſed quæ priuatim ex craſſo & quaſi peditu efflatur, non tranſeunte illhac ſpiritu ſæpe fit.

## ¶ De Oluſatro. CAP. LXXVI.

HIppoſelinum aliqui Grielon, alij Agrioſelinum, Latini Oluſatrum appellant, aliqui Smyrnion, quāuis aliud ſit, quod proprie Smyrnion dicitur, ut paulo poſt referemus. Eſt autem maius, & ſatiuo Apio candidius. Caule alto, cauo, molli, habente ueluti lineas. Foliis latioribus, in puniceum uergentibus, coma Roriſmarini. Dependentibus in cacumine corymbis, anteq; defloreſcat. Ea ſemine turget nigro, oblongo, acri, ſolido, aromatico. Radix demittitur tenuis, odorata, candida, quæ os commendat. In umbroſis & paluſtribus enaſcitur. Olerum generis ut Apium. Radix cruda, coctaue eſtur. Folia cum caulibus decocta manduntur, & per ſe, aut cum piſcibus præparantur, crudaq; muria condiuntur. Vim hanc habet, ut poto ſemine ex mulſo uino menſes ciet. Rigentes calfacit potu, aut illitu. Vrinæ ſtillicidio auxiliatur. Radix eoſdem præſtat effectus.

### BARBARI COROLL.

HIppoſelinon Theodorus ab equis dictum, Equapiū uocare maluit, cum latine Oluſatrū, & Olus pullū dicat. Viret ei foliū cacumine perpetuū, paluſtri ſimile, ſed piloſum, caule grādi. Radice craſſa, mō Rhaphani, ſed nigra, fructu Erui maiore, atro. Naſcit ubiq; e lachryma ſuaquā nihil differre a Myrrha dicūt. Auctorq; eſt Theophraſt. Myrrha ſata natū. Serit & radice.

## ¶ De Smyrnio. CAP. LXXVII.

SMyrnion, quod in Cilicia Petroſelinum uocant, paſſim in Amano monte gignitur. Caulem habet Apij, & ſtolones multos, folia latiora, pinguia, ad terram infracta, robuſta, odore medicato, cum quadam acrimonia iucunda, colore in luteum langueſcente. Capitibus caulium orbiculatis, ut anethi. Semine Braſſicæ, rotundo, nigro, acri, myrrhæ ſapore: ita ut alterum alterius loco cedat. Radix quoq; odorata, guſtu acri. Fauces mordet, ſuccoſa, mollis. Cortex eius foris niger, intus uiridis, aut ſubalbidus. Naſcitur in ſaxoſis & collibus, atq; ſquallidis, & limitibus terrenis. Vis radicis, hærbæ & ſeminis, excalfacere. Foliis muria maceratis, ad obſonia utuntur. Aluum ſiſtunt. Radicem contra ſerpentium ictus bibere conuenit. Tuſſes & orthopnœas mitigat. Vrinæ difficultati medetur. Recentes tumores, collectiones, duriciasq; diſcutit. Illita uulnera ad cicatricem perducit. Partus abortu uitiat, ſi feruefacta ſubijciatur. Semen, lienis renum, & ueſicæ uitijs prodeſt. Menſes & ſecundas pellit. Commode datur iſchiadicis in uino. Inflationes ſtomachi lenit. Sudores ciet & ructus. Semen peculiariter datur hydropicis in potu, & contra febrium circūitus.

### BARBARI COROLL.

SMyrniū, caulē habet, q ætate incipiente areſcit. Cortex radicis intus, & pallet cortice arido. Ad obſonia utunt, cū Mulſo, & Oleo, & Garo, maxīe in elixis carnibus. Radix ſapore Pipi ſimillima. Odor herbę Myrrhę, unde nomē. Hoc & Petroſelinō ſylueſtre uocari ſcribit Galenus.

EX M. VERG. COMM.

C SEntiebat iam tum cum hæc scriberet Dioscorides a grauissimis plantarum & hortensium scriptoribus confundi cum Olusatro Smyrnium: miscericq; simul cõmunicata inuicẽ appellatione, similes quidem, & congeneres, non tamẽ easdem plantas: ideoq; in Olusatro, cuius superiore capite tractata historia & medicina est, aperte omnes monuerat, aliud esse Olusatrum ab eo quod proprie uerecq; Smyrniũ diceretur. Et in Smyrnio eas numerauit naturaliũ, uirium, seminis, foliorum, aliarumq; partiũ notas, ut his qui Olusatrũ nouerunt, nihil facilius posthac sit, q̃ alterum ab altero secernere, præsertimq; ex Myrrhæ gustu, ideoq; pari & promiscuo alterutrius usu. Quod in nostri orbis Olusatro sentiri, deprehendiq; nequit. Miscuisse autẽ ueteres inuicem similes & cõgeneres plantas, in latinis Columella testis est lib. 12. capite. 3. scribens. Atrum olus, quod quidam græcorum uocant Hipposelinon, nõnulli Smyrnion. Testis Theophrastus. 9. de plantarum historia uolumine, Hipposelinũ nominans quod hic Smyrnion, & quæ Smyrnẽ in hoc scriptore sunt Hipposelino tribuens. Locus est, ubi de excipiendis plantarum liquoribus ille agit, inter quas Hipposelinon numerat. Suntq; eius hæc uerba. ἐνίων δὲ ἐν ταῖς ῥίζαις ὥσπερ τοῦ ἱπποσελίνου, quod est, Aliquorũ etiam in radicibus quemadmodũ Hipposelini: Paulocq; post. τὸ μὲν οὖν τοῦ ἱπποσελίνου παρόμοιον τῇ σμύρνῃ, καίτινες ἀκούσαντες ὡς ἐν τεύθρᾳ ἡ σμύρνα, ἡγοῦνται βλαστάνειν ἐν αὐτοῖς ἱπποσέλινον. Quorum sensus est, Hipposelini autẽ lachryma Myrrhæ similis est. Audientesq; aliqui hinc esse Myrrham, nasci apud eos Hipposelinon existimãt. Ex quibus facile ratiocinari est, a Theophrasto Hipposelinon dici, quod ab aliis Smyrnion uocatur: peregrinamq; Græciæ fuisse plantam, & lachrymam odore & sapore Myrrhæ habere, quod hic semini tribuit. A Myrrha enim, quã Græci Smyrnem uocant, Smyrnio nomen Græcia fecit. Testis Nicander etiam in Theriacis suis: qui Smyrnion uocat. ἰσόν τε καὶ σμυρνίοιο ἀπορύσσῃ. &c. adiectiua forma σμυρνίτιον Hipposelinon uocans, hoc scilicet, ut ab illo separaret: addiditq; interpres eius, magno Apio, id est, Hipposelino simile esse Smyrnium: uocariq; Smyrnium, quoniã Myrrham odore refert: uocari & Coptium, auctore Anacreonte in cõmentario de radicum sectione. Similitudo hæc miscet, & in ueterũ historia confundi cogit, quæ alioquin diuersa sunt: ut hic, & alij græcorũ medici docent. Poterũtq; qui certius nouisse id cupient, collatis inuicẽ duobus capitibus, duarum plantarũ multa inuenisse discrimina: nec natali solo tantum differre, quod ad faciendã naturæ diuersitatẽ magnas habet uires, sed ex uniuersæ plantæ notis & partibus congeneres quidem, diuersas tamen penitus cognoscere.

D

## De Elaphoboſco. CAP. LXXVIII.

Græci Elaphoboscon, aliqui Elalphicon, alij Nephrion, alij Ophigenion, nonnulli Ophioctonõn, aliqui Herpyxen, alij Limen uocant, Romani Cerui ocellum, Aegyptij Chemin, Aphri Aschancam Fœniculaceus caulis est, aut Rorimarino similis, geniculatus, foliis duum digitorum latitudine, ut Terebinthi prælongis, aliquantum asperis, circumfractis. Adnata multa caulis habet, ferentia umbellas Anethi similes, & semina eiusdem, florem subluteum. Radice ternum digitorum longitudinis, & crassitudinis unius. Candida, dulcis, esui apta. Caulis tener pro olere manditur. Contra serpentium ictus, datur semen in uino. Fama autem est, hoc pabulo ceruas serpentium morsibus resistere.

BARBARI COROLL.

Elaphouoscon, ferulaceum est, geniculatum, digiti crassitudine. Semen in corymbis dependentibus similis effigie, sed non amaris. Folia oleris atri.

EX M. VERG. COMM.

QVę Elaphoboſci, id est, Ceruiocelli (modo id Romani sic appellauerint) a principio tam multæ numerãtur appellationes, unã eandemq; caussam & originem habent, & eam quã hic ipse non procul a fine capitis, & Plinius. 22. uolumine eiusdem numeri capite indicauerunt: quoniã scilicet fama sit, hoc pabulo ceruos resistere serpentibus. Eo siquidẽ pertinet, quæ prima illic auditur Elaphicon, id est, ceruina herba. Mox Nebrium, ex eodem euen-

Hosted by Google

tu: νεβρούς enim ceruorum inulos Græci uocant. Ophigenium itidem, & Ophioctonon: quarum altera ab enectis serpentibus manifestam habet significatiõem: altera, q̃ serpentes aliquo huiuscemodi malo uexet. Corrupta enim est: nec licuit eam instaurare, quemadmodũ & eam quæ sequitur Herpyxem. Suspicari tamen in ea licet, ἐκ τῶν ἑρπετῶν, quæ græcis reptilia & serpentes sunt, in ea aliquid fuisse. A

## ¶ De Fœniculo. CAP. LXXIX.

FOeniculum, si hęrba edatur, aut semen cum ptisana bibatur, mammas lacte replet. Comæ decoctum, in renum doloribus subditum proficit, quippe quod urinam excitet. Contra serpentium ictus in uino conuenienter bibitur. Menses ciet. In febribus nauseam & stomachi feruorem, ex aqua frigida potum sedat. Contritæ radices, & cum melle illitæ, morsibus canum medentur. Succus caule & folijs exprimitur, & in sole siccatus in medicamenta adijcitur, quæ ad excitandam oculorum aciem commode temperantur. Extrahitur etiam semine uiridi, ramulisq̃, & radicibus prima germinatione incisis. In Iberia succum reddit gummi similem. Caulem medium dum hærba floret rustici demetunt, igniq̃ admouent, quo facilius ui caloris exudans gummi remittat. Quod efficacius succo est ad medicamenta oculorum. μάραθρον

### BARBARI COROLL.

FEniculum in Hiberis Hispaniæ laudatissimũ, condimentis prope omnibus inseritur. Quin & crustis in panificio aptissime subijcitur. Pli. li. 20. ca. 23.

### EX M. VERG. COMM.

FEniculũ, si Nicandro in Theriacis suis, q̃ mox subijciemus, scribenti credimus, nobilitauere serpẽtes, gustatu eius senectã exuendo, oculorũq̃ aciem succo eius reficiendo. Versiculi poẽtę eius sunt. τῆμος ὅτ' αὐ αλέων φολίδων ἀπεδύσατο γῆρας. μῶλις ἐπισείχων ὅτε φωλεὸν ἔαρι φεύγων. ὄμμασιν ἀμβλώσει, μαράθρου δὲ ἐνήχυτος ὄρπηξ, βωσκηθεὶς ὠκήντε καὶ αὐγήεντα τιθήσιν. Quorũ sensus ille est. Quo tẽpore relicta arescentium squamarũ senectute, torpidus & segnis ingrediens, uernaq̃ tempestate cauũ suum fugiens, hebetibus oculis cecutit: uerũ depastus Feniculi comosus ramus, celerem, & claræ lucis eum effecit. Nobilitauere & homines, toto anno quondã uiridi, sicco, seruatoq̃ sale, totaq̃ mensa, non ut nostra ætate fit in secunda, et ad augendã sitim tantũ, nec semine solũ, sed coma & caulibus utentes. Neq̃ immerito tã multæ in sanitatis & medicinæ usu dotes illi sunt: quas hic scriptor prosecutus, labori huic parcere alios uoluit. B

## ¶ De Erratico Fœniculo. CAP. LXXX.

GRæci Hippomarathrũ, aliqui Marathin, alij Marathrũ agrion, Aegyptij Sampsoth, Magi Thymarnolion, Latini Fœniculũ erraticũ, aliqui Mion, Galli Sistrameor. Syluestre est Fœniculũ, magnũ. Fert aũt semen Canchry simile. Cuius radix iucũde olet, potaq̃ stranguriẹ medet̃. Menses ĩposita ciet. Ventrẽ sistit, radice, aut semine poto. Contra serpentiũ morsus auxiliat̃. Calculos cõminuit. Regiũ morbum expurgat. Lactis abundantiã facit. Decoctum foliorũ haustum, fœminas a partu purgat. Traditur aliud Hippomarathri genus, longo, exili & angusto folio, semine Coriandri, rotundo, acri, & odorato. Excalfaciendi naturã habet, & uiribus Fœniculo respondet. Ad omnia infirmius. ἱππομάραθρον

### BARBARI COROLL.

HIppomarathrũ, a magnitudine uidet̃ appellatum: q̃d aliqui Mysineũ uocant, folijs maioribus, gustu acriore, procerius, crassitudine brachiali, radice candida. Nascit̃ in calidis, sed saxosis, tãtæ amplitudinis in Mauritania, ut caulis. 12. cubitis assurgat, crassitudine palmorũ q̃tuor.

C Hippomarathrū aliud hoc eſt, quod tradidit Diocles: foliū habet anguloſum, atq; longū.

EX M. VERG. COMM.

GRande eſt erraticum Feniculum. In cuius appellationibus quæ fœminino genere Marathris dicta eſt, ſolā habet ex ſexu a ſuperiore illo diſcriminis cauſſam: qualia in hoc opere multa alia audiuntur, quemadmodum agreſte Marathrum eandem Hippomarathro ſignificationem. Ferre erraticum Feniculum hoc ſemen Cachryi ſimile Dioſcorides ait, Cachryi id intelligens, quod ab eo in Libanotide mox deſcribetur, & quod in umbella eius fruticis concipitur et maturatur: cui erraticum Feniculum hoc ſimilem ſuam habet.

## ¶ De Dauco. CAP. LXXXI.

λαῦκος λίρκαιον

DAucum aliqui Dircæum uocant. Creticum, foliis Fœniculo ſimile, minoribus & tenuioribus, caule dodrantali, umbella coriandri, flore albo, ſemine acri, candido, hirſuto, ſuauiſſimi odoris in mandendo. Radix digitali craſſitudine, & palmi longitudine adoleſcit. In ſaxoſis naſcitur, & locis ſole illuſtratis. Aliud eius genus ſylueſtri Apio ſimile, acre, odoratum, aroma olens, feruentis guſtus. Probatiſſimum Creticum. Tertium aſſignatur genus foliis Coriandri, floribus albis, capite & ſemine anethi, muſcario Paſtinacæ, ſemine oblongo ceu Cumini, acri. Omnium ſemen excalfacit potum. Vrinam, menſes & partus extrahit. Torminibus liberat. Veterem tuſſim mitigat. Phalangiorum morſibus potum in uino auxiliatur. Tumores illitu diſcutit. Seminis dumtaxat in aliis generibus inualuit uſus. In Cretico etiam radicis. Quæ maxime contra uenenatorum iniuriam in uino bibitur.

BARBARI COROLL.

D DAucus, quæ a noſtris Gallica Paſtinaca dicitur, ſpecie Lauri, colore Croci, radice nigra Theophraſto. Dauci quatuor nōnulli fecere genera. Dioſcorides & Plinius tria perſequuntur. Probatiſſima in Creta. Mox in Achaia, Patrenſi & Sparrano agro, & ubiq; in ſiccis. Priori generi folia etiam hirſuta, caulis rectus, radice ſuauiſſimi guſtus & odoris. Reliqua genera paſſim naſcuntur, terrenis collibus, limitibusq;, nec niſi pingui ſolo, foliis Coriandri, caule cubitali, capitulis orbiculatis, ſæpe plurimis q̄ ternis. Radice lignoſa, & cum inaruerit ſuperuacua. Semen Cumino ſimile: prioris Milio. Album, acre, odoratū omnibus, & feruēs. Secundū priore uehemētius eſt, eoq; parce ſumi debet. Tertium genus ſimile Staphylino, ſemine oblongo, radice dulci. Omnia hæc, & hyeme & æſtate, quadrupedi ſunt intacta, niſi poſt abortus. Quidā, ut Paulus, & Galenus prior eo meminit, Daucū nihil aliud eſſe uoluerunt, q̄ Staphylinū ſylueſtrem: q̄q̄ uidetur a Dauco aliud genus eſſe Daucos herba cognominata, apud Galenum duas Daucos ſeorſum indicantem. Niſi quis librarios accuſet, q̄ quæ Galeni non ſunt, adiecerint. Hippocrates Daucum Aethiopicam laudat.

Plī. li. 19. ca. 5. lib. 25. ca. 9.

EX M. VERG. COMM.

MAſculino genere, & neutro Daucum dici in antiquis obſeruauimus. Nos hunc ſcriptorem ſecuti, maſculino eum ſemper indicauimus. Quodq; inter appellationes eius male, Dircæon legebatur, ex Nicandro in Theriacis Daucion emendauimus. Sic enim ille appellauit. δαύκειον ῥίζας τερψωνίδος, quod eſt, Daucium, & Bryoniæ uitis radices. Fuerunt etiam in antiquis, qui Daucum ſcriberent, duoq; eius tantū genera facerent, Creticum, & Aſiaticum: hic tamen tria, Plutarchus uero plura Daucorum fecit genera. Illud etiam a principio ſtatim quod hic ait, habere Creticum Daucum Feniculo ſimilia folia μικρότερα δὲ καὶ λεπτότερα. Quorum niſi uitium ſit, ſenſus eſt, minora tamē & tenuiora: Plinius & Plinium ſecutus Barbarus, candidiora dixerunt, quaſi λευκότερα, non λεπτότερα legendum ſit.

## ¶ De Delphinio. CAP. LXXXII.

δελφίνιον

DElphinium Græcis Diachyſis, aliis Diachytos, aliis Paralyſis, aliis Camarus, aliis Hyacinthus, aliis Delphinias, aliis Neria-

Hosted by Google

dion, aut Soſandrõ, aut Cronion, Romanis Bucinus minor uocitatur. A
Surculos emittit a radice una ſeſquipedales, aut maiores, a quibus folia exeunt parua, tenuia, diuiſa, prælonga, quæ Delphinorum effigiem repreſentant. Vnde tractum nomen eſt. Flos uiolæ albæ non diſſimilis, purpureus, & ſemen in ſiliquis, milio proximum. Quo non aliud utilius bibi poteſt ab ſcorpione percuſſis. Aiunt enim, obiecta hærba, ſcorpiones reſolui, atq; ignauos torpeſcere. Semota uero ea, ſeſe recolligere. Prouenit in aſperis & apricis.

## ¶ De altero Delphinio. CAP. LXXXIII.

ALterum eſt Delphinium, quod Romani Bucinum uocant, ſuperiori ſimile, ſed foliis & ramis longe gracilius. Viribus eiſdẽ pollet, ſed non ita efficacibus.

EX M. VERG. COMM.

QVam noſtra ætas Senam officinis omnibus & uulgo notã uocat, antiquitas, ut opinati aliqui ſunt, Delphinion appellauit. Poſterioris & quo nunc medicina utitur nominis incerta ratio nobis & cauſa: antiquoris notiſſimi nautis in mari piſces autores ſunt: repando dorſo, repandas Delphinij huius ſiliquas, non folia a ſe uocari & indicari gaudentes: ut non tantũ maris honor Delphinus eſſet, ſed haberet nutrix & parens omniũ terra quod ex eo piſce in ſuis opibus etiam numeraret. Vtq; in mari beneficus homini ſemper Delphinus fuit, multiſq; ſalutem humanitatis noſtræ ſenſu quodam attulit, ſic etiam in plantis aliqua eſſet quæ Delphino B
rum figura, repandoq; ſiliquarum ſuarum inflexu ſalutem homini faceret. Eiuſq; beneficij merito Soſandros etiã diceretur. Id enim ea uox ſignificat. Dictumq; Delphinium hoc Soſandros eſt, ὅτι τὴν ἀνδρείαν σώζει, id eſt, uirium & roboris firmitatem ſeruat. Fuerunt qui mutata tantum declinatiõis forma, Delphiniada, ſ. herbam uocarent, & qui a floris figura Hyacinthum. ὑακινθώδης enim a græcis, id eſt, Hyacinthinus flos eius deſcribitur. Legitur poſtremo inter appellationes has a Romanis Delphinium hoc Bucinum minorem dici, quod nullibi hactenus compertum nobis eſt. Facilis tamen nominis coniectura. ut enim græci a Delphinis & ex mari nomen illi fecerunt, ſic poſteriores etiam latini potuerunt ex eodem elemento, ſed ab aliis piſcibus eam indicaſſe. Sunt enim Bucini in purpurarũ gñe, ſed non repando dorſo ut Delphini. Quod mireꝫ is in Delphinio hoc illud eſt, nihil agere de eo Plinij: nec Delphinij aut Soſandri, quod hactenus legerim in tota eius hiſtoria, ſub his nominibus unq; meminiſſe. Nihil etiam Paulũ Aeginetam: qui cum medicam omnem materiã lib. 6. per capita numeraret, quotidiani in medicina uſus herbam, remediumq; relinquere non debuerat. Dubitamus ob eã cauſam, latere in antiqua etiam medicina Delphinium hoc ſub appellatione aliqua alia.

## ¶ De Pyrethro. CAP. LXXXIIII.

PYrethrum aliqui Dorycnion, alij Pyrinon, alij Pyroton, aut Pyrothron, alij Arnon pyriten, Magi Pyriten, Romani Saliuarem uocant. Folia caulemq; emittit ut Daucum ſylueſtre, & Fœniculum, umbellãq; Anethi circinatæ rotunditatis. Radix longa eſt, pollicis craſſitudine, guſtu feruidiſſimo. Pituitam elicit. Ideo in dolore dentium decocta in aceto, colluto inde ore, auxiliatur. Manſa pituitam extrahit. Sudores ciet, peruncto ex oleo corpore. Diuturnis rigoribus efficax. Cõtra perfrictiones membrorum, reſolutioneſq; eximie conducit. πύρεθρον

BARBARI COROLL.

PYrethro depictum coloribus umbraculum, purpureo, cãdido, luteo, porraceo, ut ſcripſere quidam. Sunt qui hanc interpretẽtur quam uulgo ruſtici & olitores, Draconem Acetarium uocant, ut aliubi notauimus, omnino diſſimilem eius quam Dioſcorides hoc capite demonſtrat. Sed æſtimanda res tota diligentius. Plin. li. 28. ca. 9



Hosted by Google

EX M. VERG COMM.

C NOn dedit ut forte opinabitur aliquis in græcis Pyrethro nomen ignis, sed qui in ea similis igni feruidus sapor est. Qui tantus adeoq; uehemens in ea sentitur, ut plures in gentibus ab eadem ui appellationes inuenerit. Quæ enim in hoc scriptore numerantur ἀπὸ τοῦ πυρὸς incipientes uoces, eandem omnes habent causam: & quæ Romanorum appellatio fertur Saliuaris herba, a feruidi saporis eius euentu causam & originem duxit. Commãducatum enim copiosam oris saliuam proritat: qua potestate plærunq; sunt feruida omnia: ideoq; ueteres grecorum medici, ad purgandas capitis pituitas eo utebantur. Præcepitq; id inter cæteros Paulus Aegineta lib. 1. capite quo de purgantibus caput apophlegmatismis agit: qui græcis sunt medicamenta omnia quibus per os capitis pituita purgat. Hanc ipsam nõ Pyrethron, sed Pyretida Nicander in Theriacis suis uocauit. Versiculus eius est, δήποτε δ' ἠβλωθροῖς πυρετίδος ἔκχλοα πόλλα. Cur autem Dorycnion uocari etiam feratur, incertum nobis est. Inter uenena enim Dorcynion numeratur, ut sexto uolumine priuatim dicetur.

## ¶ De Rosmarino. CAP. LXXXV.

λιβανωτὶς DVo Rosmarini genera. Alterum fructiferum, aliquibus Zea, aut Campsanema appellatum. Cuius semen Canchrys uocatur. Folia Fœniculi habet, crassiora & latiora, in Rotæ speciem humi sparsa, iucunde olentia, caulem cubiti altitudine, aut maiorẽ, multis cõcauum alis. In cacumine umbellam, in qua semen copiosum, candidũ, sphondylo simile, rotundum, angulosum, resinaceum. Quod in mandendo linguam exurit. Radix Tus redolet, candida, prægrandis. Est & alterum omnino consimile, semen ferens latum, nigrum uti sphondylion odoratum, minime exurens, radice foris nigra, intus alba. Verum id quod sterile dicitur, illorum plane similitudinem refert. Sed neq; caulem, neq; florem, neq; semen promit. Nascitur in saxosis & asperis. Trita omnium hærba cõmuniter hæmorrhoidum profluuia sistit. Sedis inflammatiões, & condylomata mitigat. Concoquit strumas & abscessus, qui ad maturationem ægre perducuntur. Siccę radices cũ melle ulcera purgant. Torminibus medentur cum uino potæ. Et contra serpentium morsus conueniunt. Menses & urinas cient. Veteres tumores illitu discutiunt. Tam radicis q̃ hærbæ succus, adiecto melle illitus, oculorum aciem exacuit. Potum semen ad eadem pollet. Si comitiale malum sentiatur, aut uetus pectoris uitium, auxilio est. Regio morbo laborantibus, cum uino & pipere datur. Sudores mouet cum oleo perunctum. Ruptis & conuulsis prodest. Podagris cum lolilacea farina, & aceto tritũ illinitur. Purgat uitiligines, addito aceto q̃ acerrimo. Semine in potionibus utendũ, eius quidem q̃d Canchryn non ferat. Quippe illud sua acrimonia arteriam exasperat. Rosmarinum cũ Erica nasci, folijs Lactucæ syluestris, asperioribus, candidioribusq;, radice breui, Theophra. autor est. Potũq; idipsum alterutra parte purgare.

## ¶ De Canchry. CAP. LXXXVI.

κάγχρυ CAnchrys uim habet excalfaciendi & uehementer exiccandi. Quare abstergentibus medicamentis inseritur. Contra oculorum fluctiones capiti illinitur, ita ut tertio die soluatur.

BARBARI COROLL.

Libanotidis uocabulo, multa genera feruntur. Vnum inter Cunilagines a nobis dicendũ. Alterum, de quo hic, in species ternas diuisum. Tertium coronariæ: quam Rosmarinum proprie uocari Dioscorides existimat. Libanotis porro, de quo præsens caput loquitur, radicem habet Olusatri: locis putridis, macris, saxosis, & roscidis prouenit: seritur semine, quod quidem fertili Rosmarino, scabrum & oblongum a Theophrasto redditur, folio palustris Apij, minore multo, sterili, folium Lactucæ syluestris & amaræ, candidius & asperius, radice breui. Vestibus interposita Libanotis, abigit tineas. Carpitur per messem fertilis. Caulis quoq; non mõ semen, resinaceus. Folijs & radici odor Turis, unde nomen. Libanotiden cum Erice lætissimã nasci Theophrastus inquit. Theodorus locum, non ubi Erice, sed ubi dictum est, conuertit, ꝓ eo quod est ὅπου ἱρεικὴ, legens ὅπου εἴρηται, librariorum græcorum sane culpa. A Pli. li. 19. ca. 12

EX M. VERG. COMM.

Plures quondam non Dioscoridi tantum, sed cæteris græcorum herbarijs & medicis omnibus Libanotides fuerunt: ut eodem Turis cognomine omnes, sic non eodem eius odore insignes. Vna enim, & quæ Canchry fert, primo & per se, ꝙ radix eius Tus olet, ab eo indicari merita est. Cæteræ aut congeneres, aut aliqua parte illi similes, in censum et nomen eius uenerunt. Satisq; certa earum diuisione hic usus, posteriores græcorum medicos & herbarios alios subscribentes sibi habuit. Siquidem omnes, excepta Coronaria, quæ statim ab ijs describetur, tria eius genera fecerunt. Fœcundam, fructumq; ferentem. Et hanc duplicem. Tum sterilem numerantes: peregrinas, ut nos credimus, Italiæ plantas, & quarum omnis misceatur historia, si Theophrastus audiatur, pręsertimq; in foliorum figura. Quæ palustri Apio in primo genere, in sterili uero amaræ Lactucæ similia ille facit. Cum hic Fœniculo comparet, & crassiora tantum, latioraq; esse dicat: quæ una foliorum forma, uulgarem nostratem & coronariam Rosmarinum cognomen ille fecit. Alioquin nulla erat ex similitudine causa, cur quondam Libanotis, & nũc tota græcia Dendrolibanon coronaria Rosmarinus diceretur: nihil enim simile, cõmuneue illi aliud habet. Quodq; facile ex historia earum intelligat aliquis tota, & undiq; diuersa. Siquidem coronaria Rosmarinus frutex magis, q̃ herba, ramos habet: illæ caulem, & quæ fructum inter eas ferunt, umbellam etiam. Hæc a terra erigitur, illæ per terram folia spargunt: & ne longiores simus, plures habent illæ notas quibus a Coronaria separantur: quinetiam in folijs prius illud genus suas habet itidem differentias. Quo autem maxime differũt Canchry, est: quod in fęcundo utroq; illo genere in sum̃o caule simile arborum Canchryi surgit, in quo concipitur & maturatur semen. Quid autem Canchrys sit, & quomodo in arboribus nascitur, dictũ iampridem a nobis est. Quæ una nota a coronaria Libanotide, reliquum omne hoc genus præcipue separat. Nec Nicander aliter eam signat in Theriacis suis, ἠσυ γεκαχρυόεσσαν ἐλὼν περιθαλπέα ῥίζην, quod est. Sumito & calidam radicem καχρυόεσσαν .i. cachry hoc ferentẽ Libanotidis (fęcundum illud genus significans) Rursus ἄμμιγα καχρυφώρω λιβανώτιδι, quod est. Simul cum Libanotide cachry ferente. Vna aũt hac nota Libanotis præcipue discernebatur, ꝙ in medicina cachryos huius .i. seminis tm̃ usus esset. Eãq; ob causam seorsum a reliqua plãta Paulus Aegineta de eo egit, fructũ, seu semẽ Libanotidis uocans: uiresq; illi exterendi, discutiẽdi, & calefaciẽdi tribuens. Vsus illo etiã est ex oleo cõtra febriũ ꝑfrictiões, & cũ tremore algores. Duplexq; illud Libanotidis genus fęcundũ ex cachry hoc dictũ est. Tertiũ em̃ quia eo caret, ideo ἄκαρπον sterile & sine fructu a græcis nominatur: prioribus præterq̃ in hoc simile. B

## ¶ De Rosmarino coronario. CAP. LXXXVII.

Rosmarinum quo coronarij utuntur, ramos mittit tenues, et circa eos folia minuta, densa, longa, exilia, subter incana, superne uirentia, graui odore. Excalfactoria ui pręditum est. Regium sanat morbum, si decoctum in aqua ante exercitationes bibatur, & ubi laborans exercitationi se crediderit, in balnea descendat, & merum potet. Acopis, gleucinoq; unguento ammisceri solet.

BARBARI COROLL.

Libanotis Coronaria, differt quidem folio a prioribus, sed comprehensa forte a Plinio est inter fertiles. Nisi quis hanc pro Cunilagine accipiat. Ea quæ Libanotis uocatur, & in coronas admittitur. Paulus, & Galenus, Dioscoridem secuti, quatuor Libanotidis genera connume-

Grat. Vnam ſterilem. Fœcundas duas, Quartam generis coronamentarij: quam a Romanis priuatim Roſmarinum dici uolunt, etiam ſi priora quoq; genera Plinius ita uocari prodat.

EX. M. VERG. COMM.

CORonaria quondã uulgaris hæc noſtras Libanotis fuit: nec certiorẽ habuit hic ſcriptor notã qua legentibus eam indicaret. Quotidianus enim hic uſus eius erat: nectebanturq; in coronis ramuli eius non aliter q; Serpillum, & quæ alia Theophraſtus φρυγανικὰ uocat, toto corpore odorata. Nunc alius eius uſus eſt. Deſcripſit eam ſatis Dioſc. nihilq; in tota foliorum figura deſyderari poteſt. Vnaq; hæc foliorũ ſimilitudo, quę omnibus inſe par æqualiſq; eſt, et qualẽ paulo ante in coronaria hic deſcripſit, in Libanotidum nomen et cenſum eam aſciuit. Quę licet in priore illo gñe fœniculacea ſint, ut hic ait, eamq; ob cauſam τριχοειδῆ. i. comoſa & capillata: nihilominus qm̃ in comoſo illo habitu latiora & craſſiora Fœniculo ſunt, ad formã foliorũ Libanotidis huius. i. coronariæ noſtratiſq; Roſmarini accedunt. Fitq; hæc illis eatenus tantum ſimilis. Quatenus enim Tus Libanotides aliæ olent, nihil huic ſimile habent.

## ¶ De Sphondylio. CAP. LXXXVIII.

σφονδύλιον

SPhondylium aliqui Arangen uocant, alij Phalangion, alij Aſtereion, nonnulli Neſyrin aut Sphondylin, quidam Chorodanon, aut Oenanthen, Romani herbam Rutinalem. Aegyptij Apſaphẽar, Magi Oſirin. Folia Platani & Panacis habet. Caules fœniculaceos, cubitali altitudine, aut amplius aſſurgentes, in quorum cacumine ſemen duplex Seſeli ſimile, ſed latius, candidius & magis paleaceum, grauis odoris. D Flores eius albi, aut pallẽtes. Radice Rhaphani candida. Naſcitur in paluſtribus & aquoſis. Potum ſemen pituitam per aluum extrahit. Medetur iocineris uitijs, regio morbo, comitialibus, orthopnoicis, uuluarum ſtrangulationi. Veternoſos ſuffitu reuocat. Cum oleo cõmode infunditur capitibus phreniticorũ, & lethargicorum, item capitis doloribus. Cum Ruta illitum, ſerpentia ulcera cohibet. Datur radix cõtra regium morbum, & iocineris uitia. Circumraſa eadem, callos fiſtularum derodit. Recentis floris ſuccus exulceratis auribus, purulẽtiſq; accõmodatur. Qui cæterorum ſuccorum more exprimi, dein recondi ſolet.

BARBARI COROLL.

SPhondilij ſuccus qui exprimitur, mire appetitur a muſcis, & quæ ſunt ijs ſimilia. Sphondylion ferula eſt, differens a Panace foliis, quia ſunt minora & Platani diuiſura. Non niſi in opacis gignitur, in paluſtribus Patauini agri ſæpe uiſum. Huic ſemen eodem nomine medicinæ tantum utile.

## ¶ De Ferula. CAP. LXXXIX.

νάρθηξ

EViri di Ferula medulla pota, utilis eſt ad cruentas excreationes, cœliacoſq;. Contra uiperarum morſus in uino datur. Erumpentem naribus ſanguinem indita ſiſtit. Semen potum torminoſis auxiliatur. Sudores ciet, uncto ex oleo corpore. Caules ſi edantur, capitis dolores faciunt. Muria condiuntur. Ferula itaq; caulem profert ternum ſæpe cubitorum, folia Fœniculi, longe aſperiora, & latiora. Qua ab imo caule uulnerata, Sagapenum efficitur.

BARBARI COROLL.

Plí. li. 13. ca. 22 lib. 20. cap. 23. lib. 24. cap. 11.

ADſcribitur arborum generi Ferula: quoniam teneritudo eius proceſſu tranſit in lignum. Propterea Clearchus inter quæſtiones luſorias, quas noſtri Scirpos, Græci Gryphos, & Aenigmata uocant, Ferulam dicit eſſe, lignum non lignum: ſicut Pumicem, lapidem non lapidem: & Noctuã, uolucrem non uolucrẽ. Calidis Ferula naſcitur locis, atq; trans maria, geniculatis p

Hosted by Google

uices nodata ſcapis. Duo ei genera. Narthecem Græci uocant, aſſurgentem alte. Narthecian uero ſemper humilem: quæ ab aliquibus Ferulago dicitur. Quanꝯ et Thapſia Ferulago appellari ſolet. Eſt & inſtrumentum medicinale Ferula, ſiue Narthex. A genibus folia exeunt grandia, mollia, multifida, maxima, ut quæcꝯ terræ ſunt proxima: caulẽ amplectantia ut Harundines: ſed magis ſcinditur in coliculos, quibus flores lutei & ſemen Anethi paulo maius inſider, ſed quæ ab uno caule diuiditur in cacumine, fœmina putatur. Germinat uere primum folio, tũ caule: qui annuus ei eſt. Radice ſingulari, profunda. Ferulę lignum omne corticis loco habent, hoc eſt, forinſecus: ligni autem uice fungoſam intus medullam, ut Sambuci. Nonnullæ inanitatem, ut Harundines. Nulli fruticum leuitas maior. Ob id ſenectuti Baculus. Semen Ferulæ Thapſiam uocauere aliqui falſo. Hoc in Italia cibus eſt. Conditur quippe, duratcꝯ anni ſpacio in urceis. Caules quocꝯ decocti eduntur. Commendanturcꝯ muſto & melle. Corymbiam nominant: ſicut racemos eius quos item condiunt Corymbos: quibus & in coronas utebantur. ignem Ferulis optime ſeruari certum eſt, eaſcꝯ in Aegypto præcellere. Natura Ferularum Murenis infeſtiſſima. Moriunt ea tactæ. Aſinis gratiſſimæ ſunt in pabulo. Cęteris iumentis præſentaneo ueneno: qua de cauſa id animal Libero patri aſſignatur: cui & Ferula. Ferulã nõ minus a ferendo dictam uideri facit Hippocrates: qui eam Pleſtinga uocauit. Inter fortunatas inſulas, Norion uocatur. In qua Ferulæ tanta creſcunt amplitudine, ut arbores fiant. Earum nigræ ſucco amariſſimo damnantur: candidæ probantur, adeo, ut poculentus quocꝯ ſit.

EX M. VERG. COMM.

COndiebatur quondã, ſeruabaturcꝯ ſale ad cibos Ferulæ coliculus toto anno: ſi huic ſcripto ri primũ, mox Columellę credimus. 12. operis ſui uolumine, cap. 7. iubenti cum pleriſcꝯ aliis oleribus & hunc condi. Nec fuit hic uſus parum in ea laudandus: & ſi copioſior eius cibus capitis dolores faciat. Primas enim menſas in acetariis, ſecundas uero cũ obſoniis cocta multa frugalitate inſtruebat. Eadem ſenectuti, & a longa ualitudine ſe recolligentibus auxilio fuit, et adhuc eſt: quoniam nulli frutici leuitas maior, et cum leuitate ligni firmior duricies, & rigor. Quã etiam ob cauſſam Libero patri, Sileno, aliiſcꝯ numinis eius comitibus dedicata & conceſſa eſt, ut infirmos in ebrietate pedes leui hoc pedamento regerent.

## De Peucedano. CAP. XC.

PEucedanum aliqui Agrion uocant, alii Agriophyllon, Magi bonum dęmonem, Romani Satariam. Caulem emittit tenuem, gracilentum, Fœniculo ſimilem. Comam habet ſtatim ab terra folioſam, ſpiſſamcꝯ. Flore luteo, radice nigra, craſſa, firma, graui odore, ſuccoſa. Gignitur in montibus opacis. Tenera radix cultello conciditur, profluenſcꝯ e plaga ſuccus, umbræ mandatur. In ſole ſiquidem confeſtim euaneſcit. Colligit tẽ capite prius & naribus roſaceo perfuſis, ne capitis dolor premat, & uertigo ſentiatnr. Aſſata radix utilior fit. Tam lac, cꝯ ſuccus radice & caulibus extrahi ſolet, ſicuti e Mandragora. Verum inefficacior lacte ſuccus habetur, & uelocius expirat. Interdum etiam concreta inuenitur lachryma Turis ſimilitudine, caulibus, radicibuſcꝯ adhęrens. Prefertur ſuccus e Sardonia, & Samothrace, colore ruſſo, odore graui, feruens guſtu. Ex oleo & roſaceo illitũ, pdeſt lethargicis, phreniticis, uertiginoſis, comitialibus, & longis capitis doloribus, reſolutis, iſchiadicis, conuulſis. Omnibus in uniuerſum uitiis neruorum, ex oleo & aceto illitum prodeſt. Eius olfactu reſpirant uuluæ ſtrangulatus, & ueternoſi reuocantur. Incenſum ſerpentes abigit. Auriũ doloribus cõuenienter ex roſaceo inſtillatur. Cauernis dentiũ inditum, mitigat dolorem. Contra tuſſim efficaciſſime ex ouo aſſumit. Suſpiriis, torminibus, & inflamatiõibus ſubuenit. Ventrẽ leniter emollit. Lienẽ abſumit. Dif

C ficiles partus mire adiuuat. Facit ad ueſicæ cruciatus, & renum diſtentiones potum. Vuluam aperit. Radix ad eadem utilis eſt. Sed ineffacior. Eius decoctum bibitur. Farina eius ſordida ulcera purgat, & uetera cicatrice obducit. Squamas oſſium extrahit. In cærata & calfacientia malagmata additur. Eligi debet recens, eſu difficile, firmũ, odoris plenum. Succus ad potiones amaris nucibus, aut Ruta, aut pane calido, aut Anetho reſoluitur.

## BARBARI COROLL.

Plí. li. 25. ca. 9 lib. 26. cap. 5.

PEucedanum, ſiue Peucedanus nomen a Pinu inuenit, ut Myrtidanum a Myrto, quanq; & amaritudinem uocabulum id ſignificat apud poetas, celebrata inter primas herba. Laudatiſſimum in Arcadia Plinius exiſtimat. Foditur exitu autumni. Placent tenerrimæ, & altiſſimę radices. Hæ conciduntur in digitos quaternos oſſeis cultellis, funduntq; ſuccum. Probatur hic & craſſitudine mellea, & odore ſuauiter graui. Peucedanum officinæ oſtendũt quale Dioſcorides in cætera tantum, radice non ſuccoſa, ſed lignoſa, nec graui odore, ſed iucundo. Quod nos admonitionis cauſa dictum uolumus.

## EX M. VERG COMM.

FEcit Pinus, quæ græcis Peuce dicitur Peucedano nomen: non congener congeneri, aut ſimilis ſimili planta, ſed ſpecioſa & procera arbor, parem folio tantum ſibi humiliorem fruticem, ut inter homines quotidie fit, ſola eius partis ſimilitudine in genus & nomen ſuum ſibi adoptarit: quod poſteriores intelligentes latini, Pinaſtellum eam uocauerũt. Cuius uocis autor Apuleius eſt. Sic enim emendanda eſt quæ corrupte in impreſſo codice Pinaſgelum legitur. Idem quod in Dioſc. ſimpliciter agrion nominatur, ab eo Siſon agrion dicitur, quaſi ex ſimilitudine Peucedanus hæc Siſon etiam diceretur, de quo non multo ante actum eſt, ſed ſylueſtre. Nobis uero ab re non fore, ſiquis ſuſpicetur, deeſſe uoci illi agrion, quę ſylueſtre ſignificat Marathrũ: ut quoniam ſimiles illi caules, & capillata folia habet, ſylueſtre Marathrum diceretur. Quemadmodum quod ſequitur Agriophyllon, agreſte Fęniculũ potuiſſe quondam legi. Suſpitiões tñ hæ ſunt: nec nos aliquid mutare auſi ſumus, præterq; ex Apuleio agrion .i. agreſtẽ Siſonẽ uocari Peucedanum inter alia dicentes. Quę nõ tm a Peuce arbore dici in græcis potuit, q; ab amaritudine, quæ in eadem gente eadẽ illa uoce indicatur. In Arcadia naſci Peucedanũ Theophraſtus ait .9. de plantarum hiſtoria uolumine. Verba eius ſunt γίνεται δὲ ἐν ἀρκαδίᾳ. Quem autorem ſecutus Plinius lib. 25. cap. 9. laudatiſſimam in Arcadia naſci tradidit: tam aperte, tam q; uetuſto autore, ut non dubitandum fuerit, in Arcadia ne, an in Sardinia legendus locus ſit. Theophraſtum enim ſecutus Plinius eſt. Necq; obſtat q hic dixerit, expreſſum in Sardinia et Samothrace liquorem, probatiſſimum eſſe. Hic enim ſuccum in his gentibus expreſſum laudauit, illi plantam in Arcadia naſci laudatiſſimam dixerunt. Eius in antiqua medicina multus fuit uſus. Tradiditq; hic inter cætera, mederi Peucedani liquorem conuulſis: Græci σπασμοὺς καὶ σπάσματα uocant, Romani græcæ uocis imitatione, conuulſa appellauerunt.

D

## De Gith, ſeu Melanthio. CAP. XCII.

μελάνθιον

GIth ex Græcis aliqui Melanthium, alij Mecona agrion melana, Romani Papauer nigrum appellant. Exiguus frutex eſt, ſæpe binos palmos excedens. Foliis ut Senetionis minutis, ſed multo tenuioribus. Capitulo in cacumine tenui, ceu Papaueris oblongo, intercurſantibus intus membranis. Quibus ſemen includitur nigrum, acre, odoratum, quod panibus inſpargitur. Capitis doloribus illitum fronti, ſubuenit. Diſcutit recentes oculorum ſuffuſiones, tritum ex Irino, & infuſum naribus. Tollit lepras, lentigines, duricias, tumoreſque uetuſtos cum aceto illitum. Circumſcarificatos clauos excutit cũ uetere uino impoſitum. Dentium doloribus decoctum cum aceto & teda

Hosted by Google

prodeſt. Teretes uentris tineas expellit, peruncto ex aqua umbilico. De- A
ſtillatione laborãtes adiuuat, tritũ in linteo & olfactũ. Vrinã & menſtrua
ciet, multis diebus ſumptũ. Et lac extrahit. Difficultatẽ ſpirandi cũ uino
potũ leuat. Phalangiorũ morſibus ex aqua drachmæ pondere hauſtũ au
xiliat. Incenſo ſerpentes fugant. Tradunt largius epotum enecare.

## BARBARI COROLL.

MElanthion, q̃d & Melanſpermon, & Melanthe interim ab Hippocrate uocat: & a Theophraſto, ut Theodorus exiſtimat, Anthemon, ſiue Anthemion, Nigellam interpretatus. Q̃z q̃ Anthemon oĩno alia ſpecies eſt, q̃ Melanthion, ſiue Git, ſiue ut Palladius, Giddi. Nam & Melanthemon Chamęmilon eſt, Melanion uero nigra Viola. Optimum Git, q̃ excitatiſſimi odoris, & q̃ nigerrimũ. Culices ſuffitu necat, & muſcas. Succum eius largius ſumẽti, uenenũ eſſe, mirari licet: cũ ſemen ipſum, inferiorẽ cruſtam panis, cereali ſapore condiat gratiſſime. Aliud oĩno genus uidetur eſſe Git, q̃d in ſegetibus paſſim naſci cernit: & Pſeudomelanthion uocari poteſt, & Gitago, foliis fere Porri oblongis, flore purpureo, ſemine ac toto frutice maius q̃ Melanthium, nec odoratũ. At uerum Git, de quo præſens Dioſcoridi mẽtio eſt, folium habet Fœniculi, Senetionisue, florem ceruleum. Odor ſemini iocundus, nec ubiq̃ prouenit. Hippocrates Cyprium cõmendat. Alia eſt herba Melandryum, in ſegete pratisq̃ naſcens, albo flore, odorata, cuius cauliculum iocineri tritum, ex uino uetere probant. Plí. li. 20. ca. 17. & 22. ca. 21.

## EX M. VERG. COMM.

VIdent Maio & Iunio menſibus in pratis, ſepibus, limitibusq̃ oĩbus naſcentẽ rura oĩa Nigellã: nihilq̃ eo frutice frequẽtius, ſimul & uilius. Quondã grato ſapore panẽ Nigellæ ſemen cõmendabat. Inſpergebatur em̃ ante coctura illi tritum, quemadmodũ & Papaueris: non aliter q̃ & nos modo dulciariis potius q̃ pani Aniſum miſcemus. Quod in Nigella merito miretur aliquis, ſagacis naturæ artificiũ eſt, in conformãdis eius uaſculis: quibus concipit, maturatur, & ſeruat ſemen, colore nigrũ, Panici ſeminis magnitudine. Sunt ea uaſcula longe papaueraceis minora, nec in menſura ſua, ut illa longa. Nullã præterea habent qualẽ Papauera in ſummo ſtellã, ſed latiorem umbilicũ: neq̃ intus eodẽ modo diſcurrentes membranas ſeminũ locos diſſepientes. In Papauere em̃ ſulcorũ modo intercedente, quaſi aggere quodam canales ſunt: in Nigella per mediũ tranſeuntes, quaſi parietes, quibus loculamenta illa ſeminũ diuiduntur. Eſt illud diſcrimen etiã, quod ſingula in ſingulis Papauerũ caulibus uaſcula ſunt, in Nigella numeroſiora: ut quod numero ſeminũ in ſingulis uaſculis deeſt, uaſculorũ numero expleat. Solaq̃ hæc uaſculi forma fecit, ut ſylueſtre & nigrũ Papauer a quibuſdam Nigella diceretur. Græci a colore ſeminis Melanthion, & eorum exemplo latini Nigellam nominauerunt. B

## ¶ De Laſerpicio, & Laſere. CAP. XCIII.

LAſerpicium in Syria, Armenia, Media, & Libya naſcitur, caule ſerulaceo, quem Maſpetum uocant. Foliis Apio ſimilibus, lato ſemine. Radix excalfacit. In cibis ægre concoquitur. Veſicæ noxia. Sugillatis illita cum oleo, & ſtrumis, ac tuberculis cum cærato, medetur. Iſchiadicis conuenit cum Irino, aut Cyprino cærato. Excreſcentibus circa ſedem tollendis, illinitur cum putamine mali punici & aceto decocta. Venenis pota reſiſtit. Os commendat, cibis aut ſali permiſta. Laſer e radice, atq̃ caule ſcarificatis colligitur. Præfertur autem ruffum translucens, Myrrhæ æmulum, non porraceum, odore ualens, ſuaui guſtu. Quod dilutũ facile albeſcit. Syrenaicũ ſi quis deguſtarit, humorem toto corpore ciet, blandiſſimo odore, adeo, ut ne os quidem guſtanti, niſi paululũ ſpiret. Medicum & Syriacũ minus uiribus ualent, & grauiorem reddunt odorem. Laſer omne antequã ſicceſcat adulteratur ſagapeno, aut fabæ lomento. Quod maleficiũ deprehenditur guſtu, odore, uiſu,

C & madefactione. Caulem aliqui Silphion, radicem Magudarin, & folia Maſpeton uocauere. Efficaciſſimum Laſer, mox folia, poſtremo caulis. Acrem uim habet. Inflationes facit. Peruncta cum aceto, pipere, & uino, alopecias ſanat. Oculorum aciem exacuit. Incipientes ſuffuſiones, illitum cum melle diſſipat. Cauernis dentium in dolore inditur, aut cum Ture in linteo circumligatur, aut cum Hyſſopo, Ficis coctis in poſca, os colluitur. Iis prodeſt, quos beſtia in rabiem efferata momorderit, uulneribus immiſſum. Valet aduerſus uenena telorum, & animalia omnia quæ uirus eiaculantur, potum, aut illitum. Scorpionum plagis oleo diſſutum circumlinitur. Gangrænis præcoërcitis immittitur. Et cum ruta, nitro, & melle, uel per ſe carbunculis. Clauos, callosq; prius circumraſos uellit. Cærato, aut aridorum ficuum carne præmollitum, recentes Lychenas ex aceto ſanat. Et excreſcentia in carne, polyposq;, ſi aliquot diebus cum atramento ſutorio, aut erugine illinatur. Extuberantia cum forfice extrahit. Veteribus faucium ſcabriciis opitulatur. Grauem, ſubitoq; irrauceſcentem uocem, dilutum aqua ſorbitione confeſtim expedit. Vuam illitum cum melle reprimit. Anginis ex aqua mulſa utiliſſime gargarizatur. Veſcentes eo, lætiore colore mangonizat. Tuſſi commode in ſorbili ouo datur, & pleuriticis in ſorbitionibus. In
D fellis ſuffuſione, & aqua inter cutem cum aridis Ficis. Rigores diſcutit cum uino, pipere, & Ture potum. Neruorum contractionibus, opiſthotonicisq; datur oboli pondere deuorandum. Hærentes gulæ hirudines, gargarizatum cum aceto decutit. Ad lac intus coagulatum bibitur. Comitialibus ex aceto mulſo proficit. Menſes ciet cum pipere & myrrha potum. Cœliacos adiuuat in acino uuæ ſumptum. Cum lixiuio autem potui datum, repente conuulſis ruptisq; prodeſt. Ad potiones reſoluitur, nucibus amaris, aut ruta & calido pane. Foliorum ſucco ad eadem proficitur, ſed multo inefficacius. Cum aceto mulſo manditur, ad expediendam arteriam, maxime cum uox retunditur. Eo cum lactucis utuntur, exitq; in uicem Erucæ. Fertur & altera Magudaris in Libya naſci. Radix Laſerpicio ſimilis, ſed minus craſſa, acris & fungoſa. Ex qua non profluit ſuccus. Eiuſdem cum Laſere facultatis.

## BARBARI COROLL.

Plí. li. 19. ca. 3. lib. 22. cap. 23. Silphio, id eſt, Laſerpicio, radix craſſa, multaq;. Caulis annuus, altitudine & craſſitudine q̃ſi Ferulæ. Foliũ ſimile Apio: q̃d ineunte uere proſilit, deciduũq; eſt, eximiũ purgando & ſaginando pecori. Carne mirabilem in modũ iocunda. Folio amiſſo, caulis emicat: qui omnibus modis paratus igni manditur, hominẽq; diebus quadraginta purgat omni uitio. Semen ei latum, foliaceum. Succus duplex e ſcapo, Caulias uocatus. E radice Rizias, uilior ac putreſcens. Radici cortex niger, qui & detrahitur ad mercis adulteria. Præparatur uero ſuccus admixto furfure, aut farina. Subinde concutiendo uas, quatenus ad maturitatem perducant, id eſt, quatenus ſudare deſinat, & colorem ſuũ capiat. Ita inueteratum a ſitu uendicant & carie, Laſer uocãtes. Perlucidior hic & purior a radice, dulcior a caule: ob id farina inditur, ut coëat. Natum ferunt Silphiũ hymbre craſſo & piceo, repente madefacta tellure circa Heſperidum hortos, Syrtinq; maiorem, ſeptem annis ante oppidum Cyrenarũ conditum. Vim autẽ illam, quatuor ſtadio-

Hosted by Google

rum ſpacio in Aphrica ualuiſſe, rem ueram & contumacẽ, atq; ſi coleretur, in deſerta fugientẽ. A
Quidã radicem Laſerpicio maiorẽ fuiſſe cubitali perhibent, e cuius medio caput ſublime con
ſpiciẽdumq; tuberet, unde primũ ſuccus ceu lacteus erumpat. Supernaſci caulem Magydarin
uocatum. Qq̃ & ſemen eius quoq; Magydaris ab aliquibus dicitur, ut Galenus ſcribit, folio
aurei coloris: quo ſeminis uice, auſtrinis flatibus decuſſo, a canis ortu Laſerpiciũ naſcatur: eo-
demq; anno & ſcapum, & radicem aboleri, ſolũ circumfodi ſubactum, glutumq; fieri. Radices
eius recens præſectas ex aceto mandi. Pecora non purgari eo, ſed ſi ægrotant, aut ſanari proti-
nus, quod fere conſequitur, aut emori. Prior opinio uidetur perſico Silphio congruere, mul-
to infra Cyrenaïcum naſcenti. E Syria quoq; importari maxime ſolebat, Parthico, ſiue Perſi-
co deterius, Medico præſtantius. Aetius Laſer a Cyrenaico lacte ſeparauit, ſiue quia Laſer ſuc
cus ipſe Silphij, non lac eſſet: ſiue quia Laſeris appellatione Perſicum, aut Medicum, ut cogno
biliora, non Cyrenaicum ueniret: quippe quod ad pondus argenti denarij pendebatur, mul-
tiſq; iam annis, ut Plinius ait, non inuenitur. Cum comedit ouis caulem, protinus dormit, ca-
pra ſternutat. Tauros inflammat naribus illitis. Serpentes auidiſſimas uini admixtum rumpit.
Præcipitauit ſe quidam ex alto, cum in dentium dolore cauis addidiſſet incluſum cæra. Laſer
Græci Opon uocant. Et quanq̃ Opos manantem hærbæ cuiusq; ſuccum, ex uulnere ſignifi-
cet, Cyrenaicum tamẽ abſolute pronunciatus indicat, ut Varroni placet: qui coagulari lac eo
tradit. Poſt Cyrenaicum auctoritas deinde Medicõ, & Syriaco, ut Galenus inquit. Hippocra-
tes, Phyllon Libycon, & Aethiopicim uocando ipſum Silphij ſemen ſignificat Galeno: ut q̃d
pr̃e ſua latitudine foliaceum ſit. Interim Phyllon uocat hoc, nec adijcit Libycum. Radicem hu-
ius proprie Silphion appellat. Caulon uero, & eccaulema, ſcapum, id eſt, colem, ut Herodo-
tus. Solini quoq; uerba de Silphio ſubijciam. Apud Cyrenenſes inquit Syrpe gignitur, odora
tis radicibus, uirgulto herbido magis quã arbuſto: cuius e culmo exudat æſtatis tempore pin-
gue roſcidum, idq; paſcentium hircorum inhæret barbulis: ubi cum arefactum inoleuit, gut-
tis ſteriacis legitur ad uſum menſarum, uel medelæ potius. Dictum eſt primum inquit Syrpi-
cum, quia manat in modum lactis. Deinde uſu deriuante, Laſer nominatum. Paulo poſt Asbi
tæ inquit, uiuunt Laſere, hoc aluntur, hoc illis dulce eſt. Ex his uerbis Solinus ſatis indicat, ſe
de Silphio loqui uoluiſſe quidem, ſed parum nouiſſe quid diceret, ita ſalebroſus & deſuetus in B
eo genere ſermo eius eſt. Plautus in Rudente.

Speras inquit tibi multum hoc anno futurum Syrpe & Laſerpicium?

Sed cur Varro Draconon appellari dicit ipſum lac Cyrenaicum? An non Draconon, ſed Dia
tonon legi poteſt? quia odorem intentum & uehementem habeat: & an Draconon a colore ru
bro. Talis enim præfertur. nam & herba Rubia, quandoq; apud Græcos Cinnabaris, & Dra herba Rubia
canon uocata eſt. auctore Dioſcoride. et a cinnabari

Magydaris ſiue, Magudaris, a Laſerpicio differt teneritudine. In Syria & Parnaſſo monte
plurima. Theophraſtus & Plinius in Libya eam naſci pernegãt. Sunt qui & hanc Laſerpicium
appellent. Periti uero facile diſcernunt uel aſpectu.

## EX M. VERG. COMM.

LOngiſſime omniũ Theophraſtus de Silphio in ſexto de plantarũ hiſtoria egit. Licetq; Pli-
nius, & præter Pliniũ plures alij plantam, partesq; eius omnes longiore hiſtoria illuſtrauerint.
nihilominus quoniã cuncta alij ab eo accæperunt, ſinguliq; aliquid, quod dixiſſe oportebat,
reliquerunt, operæprecium erit, ex eo ſcriptore ijſdem uerbis omnia ſemel reddidiſſe. Quę hu-
uſcemodi ſunt. Habet Silphium numeroſas radices, & craſſas: caulem qualis in Ferula eſt, &
craſſitudine illi æqualem. Folium, quod Maſpeton uocant, Apio ſimile. Semen latum, foliace-
umq;. Caulem non ultra annũ prorogat, quemadmodũ & Ferula. Vereq; primũ folia & Maſ-
petum hoc profert: quo oues mirifice purgantur, & pingueſcunt, egregia odoris ſuauitate car
nes cõmendans. Poſt hæc caulẽ profert cibis quocunq; modo aptum. Toſtus ſiquidem, & eli-
xus eſtur. Feruntq;, quadraginta diebus corpora purgare. Deſtillat duplicem liquorem Silphi
um: a caule alterum, ab radice alterum. Vocantq; hunc a caulibus Cauliam, illum a radici-
bus Rhiziam. Habet radix nigrum corticem: auferuntq; in uſu eum. Sunt & radicum, ſectio-
nisq; menſuræ quædam, quibus quantum oportet, cedunt, reliquum ad ſectiones ſeruantes.
Neq; enim in ſecando errare, neq; ultra q̃ conſtitutum ſit ſecare oportet. Corrumpitur enim,
putreſcitq;, ſi aliter fiat. Curant autẽ in Pyræeo, Athenas ferentes Silphium hoc modo. Cum
in uaſa coniecerint, farinam illi miſcent, multoq; tempore cõmouent: eaq; tractatione colorem
contrahit, rationeq; hac curatum incorruptum permanet. Quæ igitur in ſecando, curandoq;
Silphio ſeuanda ſunt, ſic ſe habent. Libyæ latos occupat campos; ſiquidem ſpacio ultra ſta-

Hosted by Google

Cdiorum quatuor milia naſcitur: copioſumq; prouenire ab Heſperidum hortis ad Syrtim. Proprium illi eſt, cultos odiſſe locos: & ſi colatur, in deſerta fugere, uelut id quod ferum ſit, & cultura non indigeat. Narrant Cyrenæi, ſeptem ante conditas Cyrenas annis apparuiſſe. Ex quo autem ædificata urbs eſt, trecenti interceſſerunt anni, magiſtratum gerente Athenis Simonide. Et hæc quidem ſic ferunt aliqui. Alij radicem Silphij ferunt cubitalem, pauloue ampliorem naſci: tumereq; in medio ueluti caput, q̃d ſurſum in ſublime fertur, pauloq; minus q̃ ſupra terram emergit. Ex qua erumpit quod Lac uocatur. Tum caulis. Et poſt hunc quod Magydaris, & folium dicitur, quod ſemen eſt. Cumq; ualidus ſpirauerit Auſter poſt caniculares dies, uento id ſpargi: ex eoq; naſci Silphium. Eodemq; anno radicem fieri, & caulem. Verum non eſt hoc Silphij proprium. Habent enim & alia. Niſi hoc forte dicunt a ſparſo ſemine ſtatim naſci. Quod uero priuatim, & ab alijs diuerſum Silphium habet, illud narrant. Oportere annuum fodi. Si enim relinquatur, ſemen totum, caulemq; proferre, deteriusq; ea ratione fieri & hoc, & radicem eius. Narrant præterea, fieri meliores circumfoſſas radices: quoniam renouetur terra. Sed hoc contrarium illi eſt, quod dicitur odiſſe culturam Silphium. Narrant & comedi radices recentes in acetum conciſas, & folium colore auri eſſe. Contrarium his etiam, purgari oues folium comedentes. Ferunt enim, hyeme & uere in montem exire oues, ueſciq; eo, & alio quod Abrotono ſimile ſit: & quod utrunq; calefaciendo eſt, non purgare, uerum ſiccare, & concoctionem adiuuare: ideoq; fieri, ſi morboſa, maleq; affecta ouis aliqua accedat, conualeſcere ſtatim, aut mori: uerumtamen ſæpius conualeſcere. Hæc autem utro modo ſe habeant, conſyderandum eſt. Quæ uero Magydaris dicitur, aliud a Silphio eſt, rarius, & minore acrimonia, ſuccoq; carens: diſcernitur a peritis ſolo aſpectu. Naſcitur in Syria & Cyrene. Narrant & in Parnaſo naſci copioſam: & hanc Silphium eſſe. Si uero culta fugit loca, uelut Silphium, conſyderandum erit. Similiterq; an ſimile, æqualeue aliquid in folio & caule habet. In uniuerſumq;, ſi lachrymam deſtillat. Et hæc Theophraſtus longius forte q̃ legentium aliquis æquo animo ferre potuerit ab eo & a nobis dicta: ſed non inutilia, ut quæ a Dioſcoride dicuntur, certius intelligi poſſint. Siquidem & ille de foliaceo ſemine, de Maſpeto, Magydari, alijsq; omnibus pariter egit: & ut tunc ferebat fama, totam Laſerpicij hiſtoriam tra-
Ddidit, quod Cyrenaico agro probatiſſimum naſcebatur. Tantumq; illi ex eo laudis & honoris accreuerat, ut Catullus una hac nota Cyrenem illuſtrauerit, Laſerpiciferas in epigrammate ſuo Cyrenas uocans. Nouerant enim tunc omnes, quod ubiq; nunc ignoratur. Eratq; in quotidiano ciborum uſu Laſerpicium, quos grato ſapore & odore commendabat. Miſcebatur id, ut indicat Columella, oxyporis: & ut plures alij teſtantur, Laſerpiciatum acetum in multo uſu erat. Longior erit commentatio hæc noſtra, ſi quot uſus Laſer habuerit (ſic enim Plinius etiam uocat) numerare uoluerimus. Illud dixiſſe ſatis ſit, quod Martialis de ſimila ait. Nec Laſeris dotes poteris numerare, nec uſus. Cum medico totiens, cum ſit & coquo totiens aptum. Vtebatur eo paſſim antiquitas, ob egregiam calefaciendi uim quam habet. Nunc autem tantum abeſt, ut noſtrorum temporum Laſerpicio uti, ganea, aut medicina poſſit: ut rem ipſam utraq; ignoret, nec coniectura ſaltem oſtendere poſſit. Nouerunt quidem noſtræ ætatis medici Opon Cyrenaicum, ſed nomen tantum, & in eo nomine, quod longiſſime ab antiquo Opo Cyrenaico differat. Idem em̃ Opos Cyrenaicus, & Laſerpiciũ hoc quondam fuit: nunc autem in fetida Aſa ea uoce utuntur: quæ tetri & ingrati odoris ſenſu, tantum a Laſerpicio differt, quantum uerſimile eſt quondam diſcrepaſſe eorum uſus. In medicina ſane infinitus pene fuit eius uſus: indicantq; græcorum medici omnes, qui adhuc ſuperſunt. Indicat Plinius uigeſimoſecundo uolumine capite uigeſimotertio, longiſſimeq; omnium hic ſcriptor. Ex cuius remedijs nos tantũ ſignabimus, quæ nobis non ſunt cum Barbaro eadem, duoq; præſertim. Quorum id primũ eſt, quod ille ait, mederi Laſerpicium neruorum contractionibus: contractiones neruorum uertens, quod Dioſcorides tetanicos dixit, longe abillis diuerſos. Qui quales ſint in Sampſucino unguento dictum longius a nobis eſt. Alterum uero, quo loco uertit, dari Laſerpicium his qui lactis coagulum biberint. Quod γάλακτι θρομβωμένων hic ſcriptor uocat, in uenenorum cenſu ab eo libro ſexto numeratum.

## ☾ De Sagapenio. CAP. XCIIII.

SAgapenium ferulaceæ hærbæ ſuccus eſt, quæ in Media naſcitur. Optimum eſt tranſlucens, fuluo forinſecus colore, & intus albo, neſcio quid inter Laſer & Galbanum redolens, guſtu acri. Prodeſt la-

terum & pectoris doloribus, tussibus uetustis, conuulsis & ruptis. Crassam pulmonis pituitam expurgat. Datur comitialibus, opisthotonicis, lienosis. Item contra neruorum resolutionem, perfrictiones, & febrium circumitus in potu. In unguenta probe admittitur. Menses pellit. Sed fœtum exanimat, cum hydromelite potum. Prodest ex uino haustum serpentium ictibus. Olfactum ex aceto uuluarum strangulatus excitat. Oculorum cicatrices, offusam caliginem, hebetudines, suffusionesq; detergit Resoluitur succi modo, ruta, aqua, & amaris nucibus, aut melle, aut calido pane. A

BARBARI COROLL.

SAgapenum medicinæ tantū seritur in hortis. Dicitur & Sacopenium. Qꝛq̄ Sacopenium, quod apud nos gnignitur, in totū transmarino alienatur. Illud enim Hammoniaci lachrymæ simile Sagapenon uocant, fruticis sui nomine, ut Galenus inquit, per abusionem. Plí. li. 19. ca. 8. lib. 20. cap. 18.

EX M. VERG. COMM.

TEstati sunt ueteres Græci, Ferulam Sagapenum ferentem, nullos habere in medicina usus: quodq; in ea expetitur, liquorem solum esse: nec ultra id historiæ eius aliquid addiderūt. Hic etiam Græciæ peregrinam fecit, in Media nasci dicens: & exquo ferulaceam herbam dixit, genus, formam, partesq; eius ignorasse uidetur. Plinius in Italia nasci Sagapenum testatur, dicens. 20. uolumine capite. 18. Sagapenum quod apud nos gignitur, in totum transmarino alienatur. Necq; ipse etiam ferentis id fruticis, aut herbæ naturam tradidit. Ob eam causam, nec nos longius de eo agemus. Et si Plinius, ut paulo ante diximus, Sagapenum Italiæ plantam dixerit, & præter ea quæ paulo ante ex eo citauimus libro. 19. capite septimo, in hortis, sed medicinæ tantum seri dicat. In qua separarunt alij interpretes, perfrictiones a circularibus febribus: cum tamen ab hoc scriptore dicatur, dari Sagapenum contra perfrictiones quas circularium febrium accessiones faciunt. B

¶ De Euphorbio. CAP. XCV.

EVphorbia Libyca arbor est, Ferulæ speciem habens, quæ in monte Atlante iuxta Mauritaniam inuenitur. Ea acerrimo succo turget. Cuius eximiū feruorem expauescentes incolæ, ouillos uentres elutos, arbori circūligant, & eminus caulem contis incidunt. Confestimq; e plaga perinde atq; uase quodam, in uentriculos copiosus lactis humor effluit, præter id quod sparsi in humū, uulnus eiaculatur. Duo succi genera. Vnum Orobi magnitudine, Sarcocolæ modo emicat. Alterū in uentriculis concrescit, atq; uitreum spectatur. Eligendū est transluces, & acre. Euphorbiū adulteratur Sarcocollæ, & glutini mistione. Sed difficile quidem experimentū. Quippe cum leui gustu, os accensum diu detineat, adeo ut quicquid ori obijciatur plane Euphorbium resipiat. Eius inuentio tempore Iubæ regis Libyæ cognita extitit. Succus illitu suffusiones discutit. Potus tota die exurit. Quare melli, collyrijsq; pro acrimoniæ ratione ammisceri debet. Coxarum doloribus prodest in odorifera potione haustus. Squammas ossium eadem die eximit. Verum eo utentes necesse est linamentis, aut cæratis communire corpus, quo ossa conuestiuntur. Aliqui memoriæ prodiderunt, percussos a serpente nihil molesti passuros, si incisa ossetenus capitis cute, intritus succus infundatur, uulnusq; postea consuatur. Εὐφόρβιον

C BARBARI COROLL.

Plí.li.26.ca.11. lib.25.cap.13. EVphorbium, & Euphorbiam, Iuba Ptolomei pater, in Atlante gigni herbã ſcribit, dicato priuatim uolumine, foliis acanthinis, appellatam nomine inuentoris eius medici ſui, & fratris Muſæ. Suſcipitur lac non omni uentriculo, ſed hædino. Qui colligunt clarius uident. Siccatur Conto, ut effigiem Turis habeat. Adulteratur hædino lacte. Sed diſcernitur igni. Quod enim ſyncerũ non eſt, faſtidiendum odorem habet. Multũ infra hunc ſuccum eſt, qui in Gallia fit ex herba Chamælea, granum Cocci, ut Plinius inquit, ferente. Fractus, Hammoniaco ſimilis eſt. Accendit os ſemel guſtatũ, & magis ex interuallo, donec fauces quoq; afficcet. Galenus & Paulus Phorbion, ſiue Phormion herbam quandã nominant, longe ab Euphorbio diuerſam: cuius folio & ſemine, ad albugines utantur cum melle: ſpicula quoq; corporibus extrahi perſuaſum eſt. Græci codices Eupholbion, pro Euphorbio fere ſcribunt.

¶ De Galbano. CAP. XCVI.

χαλβάνη GAlbanũ ſuccus eſt naſcentis in Syria Ferulæ, quod nõnulli Metopiũ uocant. Maxime laudatur cartilaginoſum, merũ, Thuris effigiem præbens, minime lignoſum, retinens, nonnihil adiecti ſeminis aut Ferulæ, graui odore, neq; humidũ, neq; aridũ. Adulteratur faba freſa, & Hammoniaco. Galbanũ excalfacit, urit, extrahit, diſcutit. Mẽſes ac partus trahit, appoſitu, uel ſuffitu. Lentigines aceto & nitro peruncta tollit. Deuoratur ad tuſſim ueterem, difficultatẽ ſpirandi, ſuſpiria, rupta, conuulſa. Aduerſat toxicis potũ cum aceto & myrrha. Simili modo ſumptum, mortuos partus extrahit. Imponitur lateris doloribus, & furunculis. Comitiales, & uuluæ ſtrangulatus, & uertiginoſos olfactu ſuſcitat. Si uratur, fugat nidore ſerpentes, & perunctos feriri non patitur. Serpentes
D cum oleo & ſphondylo circumpoſitũ necat. Dentiũ dolorem oblitũ, aut cauernis inditum, mitigat. Vrinæ difficili prodeſſe exiſtimatur. Reſoluitur ad potiones amaris nucibus, aqua, aut ruta, aut calido pane, mulſaue. Alias meconio, ære uſto, aut felle liquido. Si purgare Galbanum uoles, in feruentem aquam demittito. Namq; cum liquefactum fuerit, eius ſordes fluitabũt. Quas hoc modo facile ſeparabis. Mundo linteo alligatum in fictili, aut ærea pixide ita pendeat, ut imum uaſis ne tangat. Opertoq; uaſe in feruidam aquam demittito. Sic enim ſyncærum, ueluti per colum eliqueſcet, & lignoſum in linteo remanebit.

B BARBARI COROLL.

Plí.li.12.ca.25. lib.24.cap.5. GAlbanum, Chalbanen Græci uocant, & ferulam, & lachrymam. Item Stagonitin, & Metopion. Laudatur ſimile Hammoniaco. Adulteratur Sagopeno. Permutatur in libras quinq;. Medicinæ hoc tantum Galbanon a colore dictum candido exiſtimant: a quo & ueſtris nomen Galbanum Iuuenali. Vulgo quoq; nautica operimenta ſic uocamus. Nam Galbeum, ut Tranquillus ait, remedia ſunt lanis inuoluta.

EX M. VERG. COMM.

SAtis fore legentibus credimus, quod in Galbano natura oſtendit: q; in Syria naſcens, odoramentorum omniũ fœcunda genitrice, ut auctor Theophraſtus eſt, ingrato odore terrum, regionis eius hanc felicitatem turbauit. Niſi forte quæ in agendo ſagax natura eſt, Galbanum Balſamo, Caſiæ, Cinamomo, odoratiſq; Calamo & Iunco ideo miſcuit, ijſdemq; locis naſci uoluit: ut quãtum ingrati odoris ex terra Galbanũ in ſe traxiſſet, tantũ purioris odoris illis relinqueretur: damnareturq; una Galbani ferula, ut felicius cætera agerent. Quod illi, & hortos conſerentibus conſilium aliquando eſt, male & grauiter odoratis plantis, eodem loco conſitis, aliarum odores augere. Nihil tamen ſic etiam a natura damnatum, inutile homini penitus genitum eſt. Habet enim, ut cætera relinquamus, ſuas uires & laudes Galbanum. Solum auctо-

Hosted by Google

re Theophrasto, grauiter odoratum in Syria nascens. Potestq; preter alia quæ illi in morbis ab hoc scriptore, & ab alijs tribuuntur, ingrato agitare graues nidore chelidros: ut Maro cecinit. Et Nicander. ναίμην καὶ βαρύοδμος ἐπὶ φλογὶ μνιρηθεῖσα χαλβάνη, καπηλὸν ἄγει καὶ φύζιμον ὀδμὴν. Potuit quondam etiam, ne bellorum & fortunæ gloria, & honoribus careret, oppida expugnare: illitisq; liquore suo facibus, Hispaniæ oppidum frustra diu oppugnatum, succendere: eaq; uictoria Romanis ciuibus gentile nomen ex se dare: quod non multo post a Domitij Neronis turpi & funesto principatu, inter Cæsares coleretur: essentq; a Galbano, quo usi in incendio oppidi in Hispania fuerant, Galbæ Romana gens, per Cæsarem suũ toto orbe clari. Ex eo non paruum Galbano honoris accessit incremẽtum. Nosq; hactenus a fortunæ gloria laudatum, ad naturam transferimus. Primumq; illud legentes monemus, non Turi tantum, sed Hamoniaco liquori simile Galbanũ cæteros dicere, Pliniumq; presertim. Quo fit, ut deesse huic scriptori id suspicemur. Quod præterea in impresso Diosco. legebatur, toxicis mederi σὺν ὄξει, quod est, cum aceto, ex ueterum meliorumq; codicum fide, cum uino uertimus. Persuasitq; id Plinius lib. 24. cap. 5. aduersari uenenis, maximeq; toxicis, cum Myrrha & uino dicens. Fecit eiusdẽ scriptoris autoritas etiam, accedente ueterum codicum eadem fide, ut quod erat δοκεῖ δὲ καὶ δυσουροῦσι ποιεῖν, significareq; uidebatur, facere ad urinæ angustias, ad contrarium sensum deflecteretur: indicaretq; urinæ nocere, & eius angustias facere. Plinius enim eodem loco ait, Nocere urinæ existimatur.

## ¶ De Ammoniaco. CAP. XCVII.

AMmoniacum hærba est, ex qua Amoniacum fit suffimen q̃d Tymiama uocant, aliqui Agazyllon, alij Criotheum, alij Heliustrum, Romani Guttam appellant. Ferulæ succus est, quam iuxta Cyrenem Aphrica gignit. Cuius fruticem cum radice Agasyllim uocant. Probatur bene coloratum, ligni & calculorum expers, Turis similitudine, minutis glebis, densum, syncerum, nulla sorde spurcatum, castoreum odore imitans, gustu amarum. Hoc genus Trausma, id est, friaturam appellant. Quod uero terram & calculos collegit, Phyrama, quod significat misturam. Gignitur in Aphrica iuxta Ammonis oraculum, succum stillante ferulacea arbore. Mollit, extrahit, calfacit. Tubercula duriciasq; discutit. Potum aluum soluit. Partus extrahit. Lienem consumit, drachmæ pondere haustum. Articulorum coxendicumq; doloribus liberat. Auxilio est anhelatoribus, orthopnoicis, comitialibus. Itẽ quibus humor in pectore coit, si cum melle delingatur, aut cum ptisanæ succo sorbeatur. Cruentam urinam pellit. Albugines oculorum abstergit. Genarum scabriciam absumit. Tritum autem cum aceto & impositum, iocineris lienisq; duricias sedat. Discutit tofos, qui in artubus concalluerunt, cum melle, aut cum pice illitum. Lassitudines & coxendicum dolores eo perũgi utile est, cũ nitro et cyprino oleo uice acopi.

ἀμμωνιακόν

B

### BARBARI COROLL.

HAmmoniacum dicitur, quoniam stillat in harenis, iuxta Iouis Hammonis oraculum resinæ modo, aut gummi ipsum Thrausma, siue Thrastum. Turis habet masculi similitudinem. Phyrama uero pingue, resinosumq;. Adulteratur harenis uelut nascendo apprehensis. igitur q̃minimis glebis probatur, & q̃purissimis. Precium optimi in libras asses quadraginta. Metopion arbor ipsa dicitur, ut Galbani a Solino Metops.

Pli. li. 12. ca. 23. lib. 24. cap. 6.

### EX M. VERG. COMM.

HAbet salem, habet liquorem medicina Hamoniacum. Vtrũq; ab harenis, sed diuersa ratione dictum. Illũ, q; sub harenis concrescat, et inueniatur. Hunc, q; in harenosa Libya ad Hammonis Iouis templum ex Ferula in harenas destillet, & ut in Ture fit, concretis grumis inter eas

C inueniatur. Græci ab harenis, quas ἄμμους dicunt, utrumq; indicauerunt, ſed illum ſalem, hūc liquorem Hamoniacum, quaſi harenoſum uocantes: graui periculo miſcendi ſimul diuerſa, niſi eorum exemplo diſcrimen aliquod ex rei ſubſtantia addatur. Quod nos timentes, ut illū ſalē ſuo loco uocabimus, ſic hunc autore Dioſc. guttam uocauimus: quaſi & hic quemadmodum Tus Stagonias aliquando dictus fuerit: quæ uox in græcis ſtillicidium & guttam ſignificat. Plinius Hamoniaci lachrymā eiuſdem rei ſignificatione appellat. Græci Hamoniacon ſimpliciter, ut tunc erat eius uocis æſtimatio, uocant. Fugienteſq; nos æquiuocę appellationis periculum, guttā Hamoniacam diximus, lachrymam liquorēq; ſignificantes Ferulæ, quæ priuatim in Libya ad Hamonis Iouis tēplū tūc naſci ferebat. Quę ſiue ab harenis, ſiue ab Hāmonis Iouis templo uocari dicat, eandē rationē habet: qm̄ & Deus q in eā harenas colebat, mortalibuſq; reſpōdebat, ab ijſdē harenis nomē a græcis inuenerat. Ideoq; Criotheos a forma eius, q arietino capite pingebat, eadē hęc Ferula, liquorq; eius parit dictus eſt. Satiſq; hic natale ſolū illi aſſignauit, dicens primum naſci in Lybia ad Cyrenem: mox in Libya ad Hamonem, Iouem illum intelligns qui in templo inter Libyæ harenas coleretur. Cęteræ eius appellationes barbaræ ſunt, ideoq; nunc omnibus incognitæ.

## ¶ De Sarcocolla. CAP. XCVIII.

σαρκοκόλλα

SArcocolla lachryma eſt arboris in Perſide naſcentis, pollini Turis ſimilis, ruffa, guſtu amara. Vulnera glutinat. Oculorum fluctiones inhibet. Emplaſtris inſeritur. Adulteratur ammiſto gummi.

### BARBARI COROLL.

Plī.li.24.ca.14 SArcocolla uetuſtate nigreſcit maxime. Melior, quo candidior. E ſpina reddi putant, cum quadam acrimonia dulcem.

### EX M. VERG. COMM.

D INter gummi genera numeratur a Plinio Sarcocolla: eodemq; nomine arbor, & ex ea deſtillans gummi appellatur: quod ex ui, poteſtateq; ſua nomen inuenit. Carnes enim, quas græci σάρκα dicunt, in uulneribus glutinat: quod eiuſdem gentis uerbum κολλᾶν ſignificat. Pictoribus idem Plinius utiliſſimum etiam dixit.

## ¶ De Glaucio. CAP. XCIX.

γλαύκιον

GLaucium ſuccus eſt hærbæ quæ in Hierapoli Syriæ naſcitur, foliȝs fere corniculati Papaueris, pinguioribus tamen, in terram ſparſis, odoris tetri, guſtus amari. Tota croceo ſucco madet. Folia in olla fictili ſemifrigidis clibanis calfaciunt indigenæ, uſq;dum flacceſcant. Deinde contuſis ſuccum exprimunt. Cuius eſt uſus ad oculorū medicamenta. Vtpote cum inter initia refrigeret.

### BARBARI COROLL.

Plī.li.20.ca.19 ib.27.cap.10. GLaucion & in Parthia naſcitur, foliȝs denſis, minoribus q; Papaueris ſordidioribuſq;, guſtu amaro, cum quadam aſtrictione. Granum habet crocei coloris. Hinc temperatur collyriū: quod medici Diaglaucion uocant, in quod recentiores Papauere cornuto utuntur, aut etiam Ghelidonio maiore: ut nihil profecerit Dioſcoridis atteſtatio in mentione Papaueris illius, cū alioquin magno periculo hac parte hallucinentur, q; Chelidonij & Papaueris eius natura erodendo ſit, Glaucij multo mitior, & refrigerando fere. Propterea collyrium ex illo iumentorum oculis adhiberi ſolet, ex Glaucio humanis.

### EX M. VERG. COMM.

SVnt Plinio, & Dioſcoridi in Glaucij medicina & hiſtoria eadem fere omnia. Hic ad Hierapolim Syriæ, ille in Syria & Parthia naſci tradit. Ambo humilem herbam, ſed ille ſimpliciter foliȝs Papaueris, hic cornuti Papauerls priuatim deſcribit. Hic pinguioribus q; Papaueris, Plinius ſordidioribus dixit: magno diſcrimine inter ſordidum, & pingue. Diuerſitatis ea potuit eſſe cauſſa, ut quod nunc legitur λιπαρώτερα, certa pinguedinis ſignificatione, tunc ῥυπαρώτερα. i. ſordidiora legeretur, facillimo & lubrico, ut in Galbeano paulo ante diximus, in unius literæ figura, & ſenſu ad contrariā & alterutram ſignificationem lapſu. Locus in Plinio eſt. 27. uolumine cap. 10. Nobis aptius uiſum eſt, Dioſcoridem, q; Plinium ſequi.

## ¶ De Glutino. CAP. C.

A

GLutinum quod Xylocollan, alij Taurocollan uocant, præstantissimum Rhodiacum, quod ex bubulis corijs conficitur. Id candidum est & transluces. Nigrum uero minus probatur. Resolutū in aceto, impetigines, lepraſq; cutis delet. Ambustis igni ex aqua calida impositum, pustulas erumpere nō patitur. Vulneribus prodest melle, aut aceto madefactum. κόλλα

### BARBARI COROLL.

GLutinum, siue Gluten, Græce Colla. Præstantissimum fit ex auribus taurorum, & genitalibus. Sed adulteratur nihil æque, quibusuis pellibus inueteratis, calciamentisq; etiam decoctis. Rhodiacum uero fidelissimum, eoq; & pictorés, & medici utuntur. Lignosum improbatur. Contexi par est et reliqua Glutinū genera. Auro Glutinum est Santerna, ferro Argilla, æris massis Cadmia, laminis Alumen, Stagnum æramentis, stagno Argentum, marmori, & plūbo Resina, Plumbum nigrum albo, album ipsum sibi oleo. Est & Glutinū auri cum inducit ligno, Leucoporon, siue Leucophæon uocatum, ex pluribus compositū, Sinopidis ponticę selibra, Silis lucidi, pix, & melini græcienſis duobus mixtis, tritisq; una per duodecim dies. Est & Lithocolla Glutinum ex lapidibus, sicut Ichthyocolla ex piscibus. Habetur et Gluten librarium ex similia & polline. Nam Gluten Atticū pro gumi ex amygdala quādoq; accipitur a Chymicis. Plí.li.11.ca.39

## ¶ De Glutino piscium. CAP. CI.

GLuten piscium, uenter est piscis cetacei. Præstat candicans, natione Ponticum, subasperum, carens squamis, & quod celerrime liquescit. Vtile emplastris, capitis & leprarum medicaminibus, & tetanothris, quæ cutem faciei erugant & extendunt. ἰχθυόκολλα

### BARBARI COROLL.

ICHthyocolla appellatur piscis, cui glutinosum est corium. Idemq; nomen Glutino eius: q̄d alij ex corio, alij ex uentre putant fieri. Ichthyocolla inuentum Dædali. Laudatur carens uenis, squamisq;. Madescere debet concisa in aqua, uel aceto nocte & die: mox tundi marinis lapidibus, ut facilius liquescat. Plí.li.32.cap.7 B

### EX M. VERG. COMM.

NOtum cunctis piscium Gluten est. Indiget enim eo uita quotidie & utitur: nec possunt sine ope eius feliciter in artibus tractari multa. Ob eam causſam nihil ultra de eo agetur.

## ¶ De Viſco. CAP. CII.

VIscū optimum est recens, intus porraceum, extra fuluum, q̄d asperi nihil, aut furfurosi concæperit. Fit acinis in robore nascentibus, buxeo fruticis folio. Contusum acinum lauant, & postea in aqua decoquunt. Sunt qui commanducando ipsum efficiant. Gignitur quoq; in malo, pyro, & plærisq; alijs arboribus. Quinetiam inueniſ tur in quorundam fruticum radicibus. Emollit, discutit, extrahit. Parotidas, tubercula, cæteraſq; collectiones, ad maturationem perducit. Cū resina autem & cæra pari, epinyctidas in splenio sanat. Vetera ulcera, suppurationesq;, quas cacōethe uocant, ex Ture mollit. Lienem cum calce, Gagate, aut Asio lapide, impositum absumit. Cum sandaraca, aut auripigmento illitum, ungues extrahit. Mistum cum calce & uini fæce, suam uim intendit. ἰξός

### BARBARI COROLL.

VIscum Græce Ixos; & Ixias frutex ipse, ut Athenæus ait. Porro Viscum illud, quod inter Plí.li.16.ca.44

Cuenena ponitur a Dioſcoride, Galeno, Plinio, Ixiam Græci uocant, & Vlochon, ſiue Vlophonon: quibus nominibus Chamæleontem quoq; dici conſtat: radicemq; affirmant eſſe hoc genus Viſci, quod interficit: unde orta dubitatio eſt, Viſcum hoc pro Chamæleontis, an pro ſui generis, aut pro fruticis ipſius radice capiamus, ex quo Viſcum conficit: Paulus, & Aetius in uenenis Ixiã a Chamæleonte ſeparant, alias & notas & medicinas reddendo. In Quercu, Illice, Pruno ſylueſtri, Terebintho, nec alijs arboribus adnaſcit. Dioſcorides addit Malo, & Piro. Copioſiſſimũ in Quercu. Plerique putant, quod Dryos, Hyphear uocãt, Ion poeta ſudorẽ quercus: namq; quod in Abiete & Larice fit, Stelim Euboea dicit. Hyphear Arcadia nõ Viſcũ. Viſci porro gña bina, uel terna faciunt, & in omni arbore, excepta Illice, & Quercu. Differentiã cõſtituit odor uiruſq;, & folium, non iocundi odoris. Viſcũ coloris, ut poeta inquit aures, amarũ & lentũ, e Robore præcipuũ. Hyphear uero, ad ſaginanda pecora utilius, qa & alimenti plus & pinguetudinis in Larice et Abiete ſit. Vitia purgat primũ: dein pinguefacit, quę ſuffecere purgationi ut Silphium. Quibus ſit aliqua tabes intus, negant durare. Edendi ratio ætatis quadragenis diebus. Adijciunt aliqui diſcrimen in hijs, qbus folia decidant & Viſco decidere. Cõtra inhærere nato in æterno fronde. Omnino aũt fatũ nullo mõ prouenit; unde Maroni dictum, Quod non ſua ſeminat arbor.

nec niſi per aluum fimo redditum, maxime palumbis & turdis. Siue ut quidam ex Theophraſto, picis, κίτταν pro κίχλαν legentes: cum alioquin Plautus, autore Seruio grammatico, de turdelis intellexerit: cum inquit, ipſa ſibi auis mortem creat. Eſt autem Turdela, Turdi genus alterum, quod in Venetia prouincia, Drexanos uulgo nominant. In Liguria priſcũ nomẽ retinent maiores. Turdo ſunt penna ſubtus uaria. Græci Coſſyphos modo appellant, ut qbuſdã uideꝛ. Drexanos porro, quaſi Dryxanos, hoc eſt, quercus arrodẽtes uocatos exiſtimãt. Coſſy
D phos certe Ariſtoteles merulas intelliglt, item Cottyphos. Palũbos Græci Phattas, ſiue Phaſias uocant. Sed genus eorum unum, cuius ſimo Viſcum naſcatur. Athenæus Oenadem appellari tradit: quam Theodorus noſter, in Ariſtotele Vinaginem interpretatus eſt. Altitudo eius nõ excedit cubitalem, ſemper fruticoſi ac uirentis. Mas fertilis, fęmina ſterilis. Aliquando nõ fert. Viſcum fit ex acinis imaturis, hoc eſt, uiridibus, nondum candidis, quod eis p maturitatẽ contingit. Hi p meſſes collecti, ſiccati, atq; tuſi, deinde putrefacti aqua, duodenis fere diebus, mox in profluente rurſus malleo tunduntur, amiſſis corticibus, interiore carne lenteſcentes. Quidã decoquunt in aqua tuſum, donec innatet. Nonnulli cõmanducantes acinos, expuunt cortices. Optimum eſt quod ſine cortice eſt, quodq; leuiſſimũ. Quidam efficacius futurum promittũt, detractum prima luna e robore ſine ferro. Viſco nihil eſt glutinoſius, pennis maxime uolucrũ ligandis, Iuglãdium oleo ſubactum, cum libeat inſidias molliri. Druydes in Gallia nihil habẽt Viſco & arbore in qua gignatur, ſi modo ſit Robur, ſacratius, nec ulla ſacra ſine ea fronde faciunt. Quicquid ijs adnaſcitur, e cœlo miſſum putant. Inuentu rarum, magna religione petitur, & ante omnia ſexta luna. Poſt ſacrificium & epulas, ſub arbore ſacerdos ueſte candida, falce aurea id demetit, candido excipiente ſago: tauroſq; duos coloris candi, tum primũ cornibus uinctos imolant, precantes ut ſuum donum deus proſperum faciat. Fœcunditatem eo poto dari, cuicunq; animalium ſterili arbitrantur, contraq; uenena omnia eſſe remedio. Fit & ex alijs quo q; rebus Viſcum in Syria. Ex acinis, quos ab Auguſti honore, ut conijcio, Sebaſtos appellauerunt. Hęc Myxa ueteribus fuiſſe interpretor: quę per diminutionem quoq; Myxaria dicuntur. Arbuſti eius ligno, cortex albus, ramis uirens, folio rotundo, amplo, fructus in racemo dulcis, candido lentore plenus, cum interiore nucleo quaſi oliuæ ſiccatur. Hic in medicina uentrẽ ſoluit, deſtillationeſq; comprimit, & roſiones Veſicæ, & inteſtinorum animalia. Damaſcenum inde Viſcum paratur, commendatiſſimum aucupijs, præterq; aquatilium uolucrum. Fingitur & ex radice quadam Viſcum Lãtanæ dicti fruticis, æque ueteribus incogniti, folio hirſuto, molli: flore candido, odorato: quem ſuſtinet umbella. Viminibus lentis ad nexũ acinis utrua, primo rubentibus, poſt nigrantibus.

## EX. M. VERG. COMM.

QVale ſolet ſiluis brumali frigore Viſcum, Fronde uirere noua, q̃d nõ ſua ſeminat arbos, tale & ſuum Dioſcoridi deſcribitur, nulla appellationũ eius addita diuerſitate. Quales in ſecundo de cauſis plantarum numerauit Theophraſtus, Hyphear, Stelida, & Ixon, ſiue Ixiam, eandem rem aliter alijs in Græcia uocantibus. Et ſi nõ deeſſent tunc etiam, qui in diuerſis arboribus naſcens Viſcum diuerſa appellatioe oſtenderent, naſciq; Hyphear & Stelida in abiete & picea dicerent: Viſcum uero in quercu, terebintho, alijſq; multis. Fuerunt etiam, qui in diuerſa parte eiuſdem arboris naſcens, diuerſo nomine indicarent: hincq; Hyphear, illinc

Viscum, & Stelida natum appellarent. Quæ nos, nouisse ea uolentibus legenda in Theophrasto relinquimus, & præter Theophrastum in Plinio. 16. uolumine, capite. 45. quo loco reddita ijsdem uerbis ex eo scriptore a Plinio omnia fuerunt. A

## ¶ De Aparine. CAP. CIII.

AParinen aliqui Ampelocarpon, alij Omphalocarpon, nonnulli Philanthropon uocant, ramosam hærbam & quadrangulam, ex interuallis orbiculato foliorum ambitu, ut in Rubia. Flos albus, semen durum, rotundum, concauum, album, umbilici figura, asperitate uestium tenaci. Ea pastores coli uice utuntur, ad eximendos e lacte pilos. Seminis caulium ac foliorum succus, potu cõtra uiperarum, phalangiorumq; morsus auxiliatur. Infusa auriũ dolori medetur. Hærba cum axungia trita strumas discutit. ἀπαρίνη

### BARBARI COROLL.

AParine, quam nostri & Lappam uocant, Hippocrates Philistion, & Phileterion quoq;, ut Galenus putat. Non euidens, sed occultus in ea flos maturescit, & intra se germinat semen: uelut animalia quę in se pariunt, ut uiperę. Nascitur in frumentario agro, inter Lentem præcipue, item pratis, hortisq;. Ramosa hæc & hirsuta, quinis senisq; in orbem circa ramos, folijs per interualla, Semen subdulce, Omphacocarpon a Plinio, Galeno, & Paulo Aegineta dicitur. Nisi quis Omphalocarpon ex Dioscoride legi malit, ab umbilici similitudine, quam semen pręfert. Philanthropos uero dicta est hæc a nonnulis herba, quia uelut amici solent, cõmeantium lacinijs obhæreat. Aliud floris genus est, quod in Parthis nasci scribit Apollodorus, Philadelphũ appellatum, ex argumento, ꝙ rami eius ex interuallo sponte cõeant, ceu amantes: post digrediantur, concipiant, atq; pariant. Huius tenuissimis uirgis reticulatim compositis, atq; ita consitis, hortorum septa impenetrabili compage fieri. Pli. li. 27. ca. 5. lappa herba philantropos

### EX M. VERG COMM. B

COgnitu & inuentu facilem, inter legumina & in frumentaria segete Aparinem sua descriptione Theophrastus & Diosc. fecerunt: ipsa etiam tenaci nexu prætereuntiũ uestibus hęrens, & quale hic descripsit semen ostendens in medio umbilicatum, ad cognoscendã se, suiq; cõtemplationem nolentes etiam couuertit. Persequuntur eam quotañis Maio & Iunio mensibus manu, messoriaq; falce agricolæ, pestem satis suis eam sentientes, nihilq; apricis & pinguibus agris frequentius nascitur. Copiosior tñ inter legumina q̃ inter frumenta inuenitur. Nouerunt calamitatem suam rustici. Nomen tñ, & maleficij eius caussam ignorant. Et ut in similibus fit, quorum ignoratur nomen, Lappam uocant. Qua uoce non in Aparine tm̃, sed in cunctis quorum matura semina uestibus prætereuntium inhęrent, ignari utuntur. Quæ sane multa sunt: & inter alia Eupatorium etiam, de quo suo loco dicemus. Ex quo factum est, ut non ætate nostra tm̃, sed antiqs etiã temporibus parum certa in huiuscemodi fuerit nominum ratio. Arcionq; Lappam tm̃ aliq dixerint, alij Aparinem hanc, alij plures alias quarum semen aut qa asperũ, amatũ ue, aut cuspidatũ est uestibus hæret: quasi ad faciendũ genus & nomẽ una hæc nota satis esset.

## ¶ De Alysso. CAP. CIIII.

ALysson, aliq Aspidion, alij Aplophyllõ, alij Accysitõ, alij Adeseton nuncupãt. Fruticosa hærbula est, unicaulis, rotũdis folijs fructu duplicium scutorũ effigie, in quo est semẽ quadãtenus latũ. In montibus & aspis locis emicat. Eius decoctũ singultus sine febri potu discutit. Idẽ efficit, si qs eã aut teneat, aut odoret̃. Cũ melle trita, uitia cutis in facie, et lẽtigines emẽdat. Cõtusa ĩ edulio, rabiei canis mederi putat̃. Domib. appẽsa, salutaris esse credit̃. Et hominibus, atq; animalib. fascini, amuletum. Pupureo linteo circumligata pecorum morbos abigit. ἄλυσσον

### BARBARI COROLL.

ALysson, distat a Rubia, folijs tantum ramisq; minoribus, ita dictum, ꝙ rabiem canum de- Pli. li. 24. ca. 11

C fendat. Saniem conſpecto eo ſiccari tradunt. Autor eſt Aetius, quoſdam exiſtimare hanc herbam nihil differre ab Sideriti Heraclea: quæ tertia eſt inter Siderites, a Dioſcoride monſtratas. Sed & Photion grammaticus, folio eam ſubpurpureo deſcribit: quod & Siderites habet tenua: ut Dioſcorides eſt autor. Ego Alyſſon ab hac Sideriti plurimū differre nihil dubito. Aliſon & poculi genus eſt, uerū ſcriptura ſeparat, ϙ & per ſimplex, ſ, & per, υ. ſcribitur: at, ϱ herba captum per, y, & per duplex, ſſ, Sunt qui Crucialē herbam uulgo dictā, pro Alyſſo demonſtrent. Sed intereſt, ϙ Alyſſon quinis per interualla foliis oſtēdimus, Crucialē quaternis, unde nomē, & minus hirſutis. Exilius & huic ſemē ϙ Alyſſo eſt, minus etiamnū, anguloſo caule. Flos Alyſſo candidus, Cruciali uero luteus. Cæterum impudentius falluntur, qui Alyſſon ϱ ea capiūt, quę Liliago, ſiue Liliarca, et Martegonia ruſtice uocaī, folio quadātenus et flore Lilij purpureo.

EX M. VERG. COMM.

FEcit ſibi ex re nomen Alyſſon, & ex pluribus quas habet in medendo uires, eam unde uocaretur elegit, quæ grauiori hominis malo ſuccurreret. Et qm̄ rabidi canis morſus ſentire non patitur, ideo Alyſſon paſſim dicta eſt. Celebrauit eā ſympoſij ſui tertio uolumine Plutarchus: numerauitq; inter eas quæ ſolo contactu, halituue, aut aſpectu prodeſſe homini poſſunt: non tamē contra rabidi canis maleficiū, ſed contra ſingultum. Verba eius ſunt. τὴν δὲ ἄλυσσον καλουμένην βοτανήν, καὶ λαβόντες εἰς τὴν χεῖρα μόνον, οἱ δὲ καὶ προσβλέψαντες ἀπαλλάττονται λήγμοῦ. λέγεται δὲ καὶ ποιμνίοις ἀγαθὴ καὶ ἀιπόλοις παραφυτευομένη ταῖς μάνδραις. Quæ uerbū de uerbo ſic uertat aliqs. Quin etiam herbam quam Alyſſon uocant, alij in manus accipientes, alij conſpicientes ſolum a ſingultu liberantur. Fertur eadem ouillo & caprino pecori ſalutaris eſſe, prope caulas et ſepta eorum conſita. Quod ab hoc ipſo primum & ultimum inter uires & remedia eius numeratur. Quemadmodum quod ad rabidi canis morſus pertinet, a Paulo Aegineta in quinto traditur, quo loco Cataplaſma contra rabiem canis quoddam inſtituit, iubetq; decocto eius uti, his uerbis. μετὰ ἀφεψήματος ἐλελισφάκου, ἢ τῆς σιδηρίτιδος τῆς ἡρακλείας ἣν καὶ ἄλυσσον καλοῦσί τινες. Quorum ſenſus eſt. Cum decocto Saluiæ, aut Hieraciæ Sideritidis, quā aliqui Alyſſon uocant. Ex quo dubitari cōtigit, ſit ne hæc ſui generis herba, an Sideritidi re ipſa eadē, nomine uero tm̄ diuerſa.

D Hic propriū genus habere Alyſſon, ſeparata ab illa eius hiſtoria et medicina oſtēdit. Plinius hoc ipſum lib. 24. cap. 11. confirmat, Rubiæ ſimilem his uerbis deſcribens. Diſtat Erithrodanus ab eo quę Alyſſon uocaī, foliis tm̄ & ramis minoribus. Verūtn̄ huic nō cōuenit, q folio rotūdo, cōtra ϙ in Rubia eſt, Alyſſon deſcribit: & præter folia ſingularē caulē Alyſſo tribuit. Fruticoſa aūt Rubia eſt. Alyſſo ſemē eſt in latitudinē ſe explicās, Rubia rotundū habet. Et ne lōgiores ſimus, nihil q̄d certā ſimilitudinē faciat nobis in Rubia inuenitur. Credimus ob eā cauſam, poſteriores his ſcriptoribus nō ſatis certas fuiſſe Alyſſi huius hiſtoriā & notas: exquo alij Sideritim eā crediderūt: & alij Rubię, p̄terq̄ iu foliis & ramis ſimilē fecerunnt. Nos Dioſco. deſcriptione, & Plutarchi teſtimonio contenti, ſui generis herbam antiquis fuiſſe dicemus.

## De Aſclepiade. CAP. CV.

ἀσκλαπιάς

ASclepiadem aliqui Ciſſion, alij Ciſſophyllon nominant. Ramos emittit longos, folia Hederæ, radices numeroſas, tenues, odoratas. Floris uirus graue. Semen Securidacæ. Naſcitur in montibus. Radices ex uino potæ torminibus auxiliantur, & contra ſerpentium ictus. Folia aduerſus uuluæ mammarumque ulcera, quæ cacoēthe uocant, illinuntur.

EX M. VERG. COMM.

HAbēt Ciſſios, & Ciſſophyllos, aliæ Aſclepiadis appellationes, manifeſtam ex foliorū forma, quemadmodum & nos diximus, cauſſam. Omnes enim qualis et ea eſt Hederę folio deſcribunt. Cur aūt Aſclepias primum dicta ſit, conieciſſe etiam difficile non fuerit. Vt enim ab inuentoribus ſuis plures aliæ nomen inuenerunt, ſic & ab Aſclepio faciendę homini medicinę antiquo autore Aſclepias nominata hęc eſt. Non parū hoc uno argumento laudanda, et in honore habēda, cui p̄ter ea quæ a Dioſco. dicta hoc capite ſunt, plures in hiſtoria notas, & in medicina uires græcorū herbarij alij tribuerunt, Nepetæ ſimilem caule, & toto frutice eſſe dicētes: & Hederæ quidē folia habere, uerū lōgiora & lanuginoſa. Habere itidē, ut hic ait, florē graueolentem, ſed Roſæ figura, naſciq; nō ſimpliciter in mōtibus, uerū in aquoſis mōtib. In medicina aūt

Hosted by Google

A

traditerunt posse radicem eius tantũ derasam, ut nihil asperitatis habeat, in fistulas demissam callos earum absumere & implere: Nec folia tantũ, uerumetiam flores maleficis mãmarum, & muliebrium locorum uitijs prodesse. Quinetiã eandem radicem siccatam, moxq; in puluerem tusam, & cum axungia coactam, malagmatis modo impositam, inflammationes discutere, & neruos mollire. Flores præterea, foliaq; siccata, mox trita, in summa cute uulneribus utiliter in spergi. Sordida purgare ulcera, & ad cicatricem perducere, genitaliumq; uitijs egregie mederi. Quæ omnia ex antiquis græcis collecta, a nobis historiæ & medicinæ huius scriptoris liberaddita sunt, ne quid relinqueretur, quod legentibus prodesse aliqua ratione posset: Quam deinde nos Securidacam diximus, cuius semini simile Asclepiadis semen hic ait, ea est quam Theophrastus, plurescq; alij Pelecinum, a securis forma dixerunt.

## ¶ De Atractylide. CAP. CVI.

ἀτρακτυλὶς

ATractylis, quam aliqui Amyron uocant, alij Cnicon syluestrem, alij Aspidion, Magi Aphedron, Aegyptij Chenon, Romani Præsepium, aliqui Fusum agrestem, alij Colum rusticam, spina est Cnico similis, folia multo longiora ferens, in summis uirgis, magna parte nuda, asperaq;. Qua fœminæ pro fusis utuntur. Capitula in cacumine spinis horrent. Flos luteus. Quibusdam in locis purpureus inuenitur. Radix tenuis, superuacua. Coma, semen, & folia cum pipere & uino teruntur utilissime contra scorpionum ictus. Percussos tradunt, quamdiu ea teneatur hærba, nullum experiri dolorem, ipsumq; depositа statim recrudescere.

## BARBARI COROLL.

ATractylis aculeata est, sed & acanacea, hoc est, & conceptu & floris sede, aut etiam semine, fructuq; spinoso: laborantibus Græcis uno uerbo, tres affectus & qualitates includere: idem erat, quod Acorna, siue Acarna, nisi candidior esset, & nisi decerpta, cureq; adhibita sanguineum succum funderet. Qua de caussa Theophrasto Phonos, & Androsemon quoq; uocatur ab Aetio, odore grauis, pestemq; denuncians. Sero matureſcente semine, nec ante autumnum. Quanquam hoc de omnibus spinosis dici potest. Acornæ spina, pro folio, ut Theophrastus inquit. Cneco Vrbano similis, colore tantum ruffo, pingui succo. Atractylis Cnecum est syluestre. De satiuo dicetur in mentione sua. Syluestre iterum secatur, una mitior & satiuo similior: caule rectiore, ac rigido exilis. Itaq; & pro colu antiquæ mulieres utebantur: ex eoq; hanc proprie Atractylida nominabant, semine candido, grandi, amaro. Altera hirsutior, torosiore caule, quasi Sonchi, & qui pene humi serpat, semine minuto, amaro, frequenti, piloso.

Plí. li. 21. ca. 15.

B

## EX M. VERG. COMM.

COgimur ex Theophrasto, pluribus locis de plantarum historia, certius eam nouisse: qui primum inter genera agrestis Cnici Atractylidem numerat. Dico autem Cnicum, quem nunc medicina Carthamum, & rura nostra Crocum saracenum uocant. Suntq; posit multa de Atractylide libro sexto uerba eius hæc. ἀτρακτυλὶς δὲ τις καλεῖται καὶ λευκοτέρα τούτων. ἴδιον δὲ ἔχει τὸ φύλλον, ὅτι ἀφαιρουμένου καὶ τῆ σαρκὶ προσφερόμενον αἱματώδη ποιεῖ τὸν χυλόν. διὸ καὶ φόνον ἔνιοι καλοῦσι τὴν ἄκανθαν ταύτην. ἔχει δὲ τὴν ὀσμὴν δεινὴν καὶ φονώδη· ὀψὲ δὲ καὶ τελειοῖ τὸ καρπὸν πρὸς τὸ μετόπωρον. Quod est. Vocatur & quædã Atractylis, candidior his: cuius foliũ priuatim id habet, ut auul sum, carnicq; confricatũ, sanguineum reddat succũ. Eamq; ob caussam phonon. i. cædem aliqui spinã hanc uocant. Habet præterea grauẽ & sanguinis in cæde odorẽ. Sero, nec nisi per autumnum fructũ absoluit. Idem libro. 9. de plantarũ historia a principio statim, de liquore succoq; plantarum & eius diuersitate agens, sanguineũ succum Atractylidi tribuit. Quæ caussa fuit, ut a quibusdã Androsemos uocaretur: quoniã & illa sanguineo succo est, ut certius in ea docebitur. Quemadmodũ & Cnicos agrestis: quod a Theophrasto dictum libro sexto paulo ante te stati sumus. Cur aũt præsepium (modo integra ea uox sit) Romani eã uocarent, incertũ nobis est. Cur aũt Colum rusticã, & agrestem Fusum, ex herbæ figura factũ est: quæ glabro, nudoq; penitus caule surgens, & cum aruit in flexili duricie rigente, aliquando cubitali altitudine,

C plærunq; autē minor, nec niſi in ſummo folioſa & aculeata, in maiore illa altitudine colum, in minore fuſos ruſticis fœminis ad lanificium dedit. Vidimus nos, licetq; omnibus per æſtatem uidere, locis incultis & nemoribus naſcentem ſpinis ſuis, in ſummo ſic diſpoſitis, ut impoſitos lanarum peniculos, ſine uinculo, nexuue alio quopiam ſuſtinere facillime poſſint. Numerauit eam Paulus Aegineta libro primo inter olera, carduisq; his uerbis coniunxit, τὰ δὲ ἀκανθώδη πάντα οἷον σκώλυμος καὶ ἀτρακτυλὶς καὶ τὰ τοιαῦτα. Quod eſt. Aculeata uero omnia, quales Carduus, & Atractylis eſt. Credimusq; nos, Atractylidis nomine hoc ſatiuum Cnicum intellexiſſe: in cuius genere Theophraſtus eam numerauit: & natura præſenti ſimilitudine conſtituiſſe uidetur. Ob quam, ut paulo ante diximus, agreſtem Cnicum hanc aliqui uocauerunt: & inter eos Theophraſtus quo diximus loco.

## ¶ De Polycnemo. CAP. CVII.

πολύκνημον

POlycnemon quidam Clinopedion, alij Polygonaton, alij Iouis colum, alij Echeonymon uocant. Frutex eſt ſurculoſus, foliis Origani, caule Pulegij, geniculis multis intercepto, ſine umbella, tenui in cacumine corymbo, boni odoris & acris. Vulneribus adglutinandis recens, aut aridum cum aqua, efficaciter illinitur. Sed quinto die ſolui debet. Ad urinæ ſtillicidia, ruptaq;, cum uino bibitur. Edocuit experientia contritos in uino albo ramulos, iis qui affectibus laborant, quæ Violentiæ uocantur, magno eſſe præſidio.

BARBARI COROLL.

POlycnemon, & Cunilæ bubulæ ſimilis appingitur, odoratis corymbis, acri & dulci odore.

## ¶ De Clinopodio. CAP. CVIII.

κλινοπόδιον

D CLinopodion aliqui Cleonicon, alij Ocimoides, alij Zopyron uocant, fruticem foliis Serpyllo ſimilem, ſurculoſum, duum palmorum altitudine. Naſcitur in petroſis. Flores Marrubij, ex interuallis ſpeciem lectipedum præbent. Bibitur hærba & ſucci eius decoctum, ad conuulſa, rupta, ſtrangurias, ſerpentium ictus. Menſes & partus pellit. Et penſiles uerrucas, quas Acrochordonas uocant, eiicit aliquot diebus potum. Aluum ſiſtit, decoctum ad tertias, potumq; ſi febrim ſentiunt ex aqua. Alioquin ex uino.

BARBARI COROLL.

Plin. li. 24. ca. 15. CLinopodion, non deſunt, quibus herba Orbiculata uulgo dicta, Serpyllo ſimilis etiam ſi non ſerpit, aut eadem, aut propinqua eſſe uideatur: quoniam orbiculato florum ambitu a Plinio tradatur. Dubitationem facit Dioſcoridis adiectio, dicentis, ex interuallo Marrubij ſimilitudine flores in ea cerni: quod quidem in ea, quæ Orbiculata dicitur, non eſt: ſed continua florum ſeries ſubalbentium, acinis in ſummo ternis, quaternisue, radice fibris multiplici.

EX M. VERG. COMM.

EX triclinijs ſuis quondam in agrum exeuntes græcorum herbarij, pedumq; lectorum ſuorum imaginem animo ſeruantes, facile inter alias quærētium oculos fallentem, Clinopodion herbam inueniebant. Quodq; illis quotidianum, fabrica ſpectaculum fecerat: diligentius & ſpecioſius elaboratum, natura locis incultis oſtendebat. Nunc mutata artium & fabricæ ratione, ſi quis nouiſſe id cupiat, herbam inueniſſe prius oportebit: tum ex floribus eius in antiquorum lectis, pedum quibus fulcirentur formam didiciſſe. Verumtamen, ut illud ratione carebat (natura enim artibus exempla in cunctis ex ſe propoſuit, neq; ab artibus ad naturā motus eſt) ſic noſtra ætate difficillimum, in tam multa florum naturæ uarietate, tam multisq; eorum formis, hoc uno argumento herbam deprehendere. Et ſi Plinius. 24. uolumine capite. 15. non parum ad hanc rem contulerit, orbiculato florum ambitu eam deſcribens. Cuius formæ

Hosted by Google

adiectione satis descripsisse rem uidetur. Omnes em̃ nouimus, quid orbiculato, quid florum, & quid ambitu significetur: plures scilicet simul surgere flores, circulum per ambitum facere, & ex eo orbiculum describi: in quo relictis inter eos flores mediis spacijs, inane aliquid & uacuum relinquatur: quam Pedum in antiquis lectis fuisse formã, facile conijcere est. Siquidem his exemplis pictores, statuarij, architectiq; sua opera adhuc exornant. Nihilq; non una hac ratione inuentum ab illis, & tractatum semper est. A

## ¶ De Leontopedalo. CAP. CIX.

LEontopedalon aliquibus Leontopodion, alijs Leuceoron, alijs Leontion, alijs Doris, aut Dorideris, alijs Lychnis agria, alijs Pardale, alijs Horybethron, alijs Rhapeion, Romanis Patabelclon, aut Semen leoninũ dicitur. Caulem emittit dodrãtalem, aut altiorem, plurimis alis concauũ, & in cacumine semina duo aut tria, in siliquis ciceris modo. Flores Fremio similes, punicei coloris. Folia Brassicæ, sed Papaueris diui sura. Radicibus nigris Rapæ similibus, torosis. Nascitur in aruis & segetibus. Radix auxiliatur serpentium ictibus ex uino pota. Nec alia res celerius dolorem finit. Miscetur ischiadicorum clysteribus. λεοντοπέταλον

### BARBARI COROLL.

LEontopetalon radice grandi. Vocatur & Dorypetron a Plinio.

### EX M. VERG. COMM.

DEscripsit Leontopetalon libro. 27. capite. 11. Plinius ijsdem uerbis, Rapeion alijs uocari dicens, folio Brassicę, caule semipedali, alis multis, semine in cacumine in siliquis Ciceris modo. Radice Rapo simili, grandi & nigra. Nasci eam in aruis, & omnium generum serpentibus in uino potam radicem aduersari, nec quicq; celerius proficere. Quæ omnia ab hoc ipso scriptore multo antea dicta fuerant. Nomen a ferocissimo & generosissimo omniũ animali in antiquis Græcis inuenit. Quid autẽ illi cum leone conueniat, non satis certum nobis est. Si nominis origo expendatur, nihil Leontopetalon erit q̃ leonis folium. Sed quã leonis partem, uerbi caussa pedem, aurem, linguam, aliamue huiusce modi folium referat, non satis pro comperto nobis est: præsertim uariantibus alijs appellationibus Leontio, scilicet Leontopodio, & Leonino semine. Quæ omnes a Leone caussam nominis, sed non eodem modo habent. Siquidem Leontion leunculus est, Leontopodion leonis pedem significat: & leoninum semen caussam nominis in semine, nõ in folio esse ostendit. Cur aũt agrestis lychnis diceretur floris figura in caussa, est: quæ Anemonem & syluestre papauer dici etiã Leontopetalon fecit. Omnes enim hĩ flores magnitudine, colore, totaq; figura similes, aut non dissimiles saltem inter se sunt. Plí. li. 26, ca. 9. B

## ¶ De Teucrio. CAP. CX.

TEucrion, siue ut alijs placet, Teucris, hærba est uirgæ referens effigiem, Trisaginis similitudine, tenui folio, non multũ a Cicere alieno. Hæc in Cilicia iuxta Gentiadem Scissademq; uberrim prouenit. Recens cum posca, aut aridæ feruefactæ ius, potu lienem potenter absumit. Lienosis cum aceto & ficis illinitur. Item serpentium morsibus ex aceto solo, siue ficis. τεύκριον

### BARBARI COROLL.

TEucrion hoc (ut puto) & ramis Hysopi describitur a Plinio: furculosa, folio fabæ. Colligi florentem adhuc iubent, adeo florere non dubitant, maximeq; ex Cilicijs & Pisidijs montibus commendant. Dicitur eadem Teucria. Quidam & aliam Teucrion uocarunt, de qua in Hemionitide scribendum nobis est. Plí. li. 25. ca. 5. lib. 26. cap. 6.

### EX M. VERG. COMM.

MIscent, cõfundũtq; aliqui Teucriũ hanc cũ Aspleno, & Hemionitide. Non ob aliã, ut credimus cãm, q̃ qa eadẽ potestate sunt, Oẽs em̃ lieni medent: sed nullas habẽt cões alias notas, ut ex earũ historia cognoscere oĩbus facile est. Diuersa sunt noĩa, discrepant partes, seorsumq; ueteres Græci de singulis tradiderũt. Plinius, q̃d paulo ante diximus, uirgas Teucrij Iuncos uo

Hosted by Google

Cauit, lentorē & tenacē flexurā uirgarum in Teucrio contēplatus: & ex pluribus Iuncorū notis eā elegit, q̄ multis alijs in plantarū hiſtoria cōgrueret: nec priuatim, ꝓprieq̄ iunceū genus faceret. Quod em̄ Iuncū indicat, nomēq̄ & genus illi facit. Nudus glaberq̄ ſurculus eſt. Cętera em̄ cōmunia illi cū plærisq̄ alijs ſunt, ſed hoc primū illi mox per eū alijs natura dedit. Dico aūt ſoliorū totis caulibus, & uirgis eius priuationē, quæ in Teucrio ſunt in uirgis eius pendētia, natiuo lentore uitiliū modo flexilibus. Ob quā naturam & formā, non defuerūt qui Teucriū hanc agreſti Sedo & Portulacæ ſimilē dicerent, & eorū nominibus etiā indicarēt. Volumus & illud legentibus ſignificare, ꝙ ab hoc remedium lienoſis inſtituitur, cum ficis ex aceto illini Teucrion. &c. credere nos non ſimpliciter ficos, ſed caricas intelligendas eſſe.

## De Triſagine. CAP. CXI.

χαμαίδρυος
χαμαίδρυϊ

Chamædrys Græcis, alijs Chamædrops, Latinis Triſago dicitur. Sunt qui eam Teucrion appellauere, propter eam quā cum Teucrio ſeruat ſimilitudinem. Naſcitur in petroſis & aſperis. Frutex dodrantalis, folia habens exigua, amara, effigie & diuiſura quercus. Flore pene purpureo. Carpitur ſemine prægnans. Recens in aqua decocta, potu tuſſibus, indurato lieni, urinæ difficultati, incipientibus hydropicis auxiliatur. Cit menſes. Partus extrahit. Lienem ex aceto pota cōſumit. Aduerſus ſerpentiū uenena ex uino, potu, illituq̄ efficaciſſima. Trita digeritur in paſtillos ad ſupradicta. Purgat uetera ulcera cum melle. Cum oleo illita, caliginem oculorū diſcutit. Natura eius eſt calfacere.

BARBARI COROLL.

lib. 24. cap. 15. Chamædrys, quæ & Serrata dicitur, ꝙ ab ea ſerram inuentam putent, folia habet magnitudine Menthæ. Fit & uinum ex ea medicis.

EX M. VERG. COMM.

Coactæ bræuitatis Quercus quædā Trixago eſt: & inde illi in græcis nomē. Neq̄ em̄ Chamædrys aliud, q̄ humilē & terreſtrem Quercū ſignificat. Ab eadem breuitate aliud Chamæropis nomē illi ab aliq̄bus factū eſt. Sic em̄ ex ueterū græcorū & latinorū fide legendū eſſe exiſtimamus. Etſi hic Chamędropa uocari tradat. Plinij em̄ codices oēs ante Barbari caſtigationē Chamæropem, non Chamędropē uocari Trixaginē dicebāt. Eam uocē ſcriptoris huius lectiōe ille emēdauit. Is etiā quē nos habemus longobardis literis ſcriptū latinū ueterē Dioſcoridē, Chamæropa, non Chamædropa Trixaginē dici teſtat. Nec nos rationē, aut cām habemus, cur hoc magis, q̄ illud dici oporteat. Et ſi excogitāda aliqua ſit, nulla uero ſimilior erit, q̄ quoniā humi ſerpat ſic dicta quondā fuerit. Et ſi id recipiat, tunc Chamęrops dicenda potius erit. Nos in ambiguo plures ueluti teſtes ſecuti, Chamæropē potius diximus. Cur aūt Teucrion hæc etiā dicere, cām hic ipſe oñdit: ideoq̄ a nobis relinquēda eſt: qui multo labore quæſitā Romanæ appellationis originē nondū inuenimus. Nihil em̄ Plinius aliud inquit, q̄ Trixaginē latine dici Chamædryn herbā. Deſcripſit tñ eam, & q̄ hic folia parua dixit, ille Menthæ magnitudine: & quæ hic figura & inciſuris quernis ſimilibus, ille colore & diuiſura Quercus. Adiecit p̄terea Serratā ab alijs hāc herbā dici: & ab ea. i. ab inciſuris illis, q̄s per ambitū habet, eodē quo nūc modo in ſerra uident dentes, inuentā fuiſſe Serrā. Theophraſtus cum lib. 9. de plantarū hiſtoria eius meminiſſet, de notis partibusq̄ eius breuiter egit. Sed quas habet in medicina uires multas, numerauit alias ab hoc ſcriptore: ideoq̄ repetēdas hoc loco a nobis: quę huiuſcemodi ſunt. Trixaginis aūt folia ruptis, uulneribusq̄ ꝓſunt: in quē uſum ex oleo trita imponunt. Proſūt & depaſcentibus ulceribus. Purgat ſemē bilem, cōfert idē oculis, oportetq̄ tritum foliū ex oleo illis admouere. Habet Trixago quernis ſimilia folia, totūq̄ eius incrementū dodrantale eſt: q̄d a nobis in Dioſcor. expanſæ manus menſura ſignificatū eſt. Adiecit p̄terea Theophraſtus odoratā, ſuaueq̄ Trixaginē hanc eſſe, facilē inuętu, & ubiq̄ ex his notis cognoſcendā herbam.

λεύκας

## De Leucade. CAP. CXII.

Leucas montana, latioribus q̄ urbana foliȷs, ſemine acriore, amariore, ori ingrato. Efficacior tamen q̄ ſatiua habetur. Vtraq̄ ex ui

no contra animaliũ uenena, præcipue marinorũ, opitulatur. A

BARBARI COROLL.

LEucas, eadem fortasse fuerit cum Leuce, ut Plinij uerba usurpem. Verum Leucadis inquit speciem, auctores non tradunt. De Leuce uero Mercuriali herbæ similem dicunt, nomenq; ex caussa accæpisse, per medium folium candida transcurrente linea, quare Mesoleucon quidam uocant. Leuce dicitur & ipsa radix, Armoracia: Itemq; Androsaces. Est & arboris nomen Leucæ, hoc est, albæ Populi. Pli. li. 19. ca. 5. lib. 27. cap. 11.

EX M. VERG. COMM.

SVspecta omnia. Siquidem Plinius nihil certũ de Leucade hac tradidit: nec dubitasse tantũ, sed sub hac appellatione ignorasse eã uidetur. Hic ipse etiã parum certe historiã ex his, quæ modo leguntur eius tradit. Fuisseq; quondam certiorẽ eius descriptionem, indicio est latinus Dioscorides, & eius præcipue qui apud nos uetustissimus codex est. In quo a necessaria diuisione caput hoc, & his uerbis incipit. Leucæ duo sunt genera. Vna est montana, & altera hortiua. Mox sequitur quod nunc in Dioscoride legitur, Montana latiore, q̃ satiua folio est. Videturq; hic ordo necessitatem habere, ut facta prius diuisione, Alterius generis historia, & uires tractentur. Sunt præterea in medio capite, quæ manifeste in impresso Dioscoride, & alijs græcis desint: quæ poterunt uolentes facile inuenire. Nobis paulo minus q̃ pro comperto est, nullibi incolume esse hoc caput: & quod restitui in integrum non potest, quasi desperatum ulcus relinquitur.

## ¶ De Lychnide. CAP. CXIII.

LYchnis coronaria, quam aliqui Athanaton uocant, alij Acylonion, alij Ballarion, alij Geranopodion, quidam Corymbion, aliqui Taurion, alij Sceptrum, aut Maloion, Aegyptij Semeon, Magi Sanguinem Apocathemenes, Romani Genicularem, aut Balariam, Flore est albæ Violæ simili, quo corollæ factitantur. Contra scorpionum ictus semen in uino potum auxiliatur. λυχνίς B

BARBARI COROLL.

LYchnis æstate floret. Lucernulam Theodorus conuertit. Plinius quodam loco Flammeam cognominat, alibi Rosam Græcam. Non nisi in humidis locis prouenit, nunquã excedens quinq; folia, Violæ magnitudine, odore nullo. Et hæc ab altera Grecula uocata differt, de qua diximus inter Rosas. Differt & a Lychnitide: de qua in Phlomidibus. Amerias Rhizotomus Lychnin e Veneris labro natam putauit, cum a Vulcano compressa lauit se: præstantissimãq; haberi in insulis Cypro, Lemno, Strongyle, Herice, Cytheris. Lychnin hanc & Taurion dici scribunt. Alia tamen est quæ Taura uulgo nominatur, siue Tora, flore ceruleo, folio rotundo. radice Polypodij hirsuta, & uermis nigri effigie. Venenosa herba: cui per antipathiam naturæ alia occurrit herba Antitaura, & Antitora cognomine, folio rotundo.

EX M. VERG. COMM.

QVo argumento nautis in mari sæpe uisum piscem Lucernã ueteres Romani appellauerunt, ignea per os exerta lingua, trãquillis noctibus relucentẽ: eodem in humidis nascentẽ magnitudine Violæ, sed figura Rosæ, florem Lychnida, ut fertur, ueteres Græci dixerũt. Noctibus enim hic etiã fulgere creditur, & ut nomẽ ex re illi factũ indicat, ignis fulgore quodã uidentiũ oculos in se cõuertere. Non aliter q̃ & Felium oculi flãmarum modo in tenebris fulgent, & putres in humidis caudices eodẽ tempore igniũ speciem quandã uidentibus afferunt. Quorũ & si diuersa materia sit, cõmunis tamẽ omnibus caussa humoris copia est. Nisi forte in Felibus, quod ab Aegyptijs obseruatũ fuerat, non in humore, sed in lunæ luminibus lucis eius caussa sit: ad quorũ quotidiana incremẽta augeantur, dilatenturq; in eius animalis oculo pupulæ: & cum toto orbe mortalibus fulget id sidus, tunc etiã copioso lucis fulgore intra domesticos parietes animalis eius nobis oculus splendeat. Quemadmodũ secundo uolumine in Mustela longius testati sumus. Verumtamẽ alterius quæstionis est, & huius, & eorum quæ paulo ante dicta a nobis sunt caussas & rõnes inuenisse. Nunc quod herbarium & scriptoris huius

C interpretem deceat, floris omnē naturam dixisse satis sit. Nascitur locis humentibus hic flos, a Theophrasto ad extremū sexti de plantarū historia uoluminis primus inter æstiuos flores numeratus. Habet enim hæc naturæ pars sua discrimina. Nec difficile est in ea, eiusq; scriptoribus uernos, æstiuos, autumnales & hyemales obseruasse flores: & in æstiuis Lychnidem hanc, quā Plinius flāmeam aliquando ex eo quod diximus argumēto, aliquādo a gente græcam Rosam nominauit, colore purpureo, quinq; foliis tantū: & si in satiua obseruauerint quidam senis flo rere aliquādo foliis, agrestem quinis semper. Magnitudo illi est Violæ, quā hic nō multo post matronalē uocat: eam scilicet quæ prima uer nunciat, omnesq; alios præuenit flores, & quod propriū eius est, multa uno pediculo pendet. Figura Rosæ est, foliis Rosarū modo dispositis & pendentibus. Nullū habet odorē: quod demiret aliquis: exquo coronarius flos est, & coronarij nominis honore ab agresti distinguit: deficienteq; eo, uerisimile est solam floris spēm in coronis amatā fuisse. Ob quā caussam in magno nominū & appellationū ambitu in gentibus fuit: aliis Athanatū. i. immortalē appellantibus, q̄ longissime a prima æstate ad extremū autumnū floret: aliis Bellaryon, quæ uox licet incertā modo habeat in græcis significationē, antiquam tamen fuisse in lexico suo Isichius indicat: Ballarin trifoliam herbam esse dicens, nec ultra quicq; de ea testatus est. Plinius lib. 21. capite. 26. radicem Lychnidis non coronariæ & satiuæ, sed agrestis Asianos Bolitē appellasse tradidit. Potuerūtq; hęc simul misceri, & in duabus uocibus quæ principij similitudinē aliquā haberēt, in diuersam penitus librariorū incuria finē euasisse. Verū ut sæpe alias testati sumus, nō multifaciēda hęc sunt: eāq; ob cām cętera a nobis relinquunt.

## ¶ De sylueſtri Lychnide. CAP. CXIIII.

λυχνὶς ἀγρία

LYchnis sylueſtris, Tragonoton, alias Atocion, alias Hieracopodion, aut Lampas uocatur. Aegyptijs Semura, Magis Apocathemenes Taurus, Romanis Agreſte Intubum. Omnia urbanæ similis. Bilem per aluum detrahit, semine duabus drachmis poto. Ictis a Scorpione subuenit. Aiunt huius hærbæ appositu, scorpiones torpescere &

D inertes prorsus reddi

### BARBARI COROLL.

LYchnidis sylueſtris radicē Asiani Boblitem uocāt. Hanc a nostris Accipitrinū pedem appellari scribit Dioscorides, q̄q̄ Accipitrinus pes apud nostrū uulgus est, quæ Corneola quoq; dicitur, folio Salicis fere pusillo, flore subluteo, cum siliquis Ciceri similibus, & in ijs semen in ficere capillos dicitur, colore rubro. Qualis autē sit Pes miluj, siue Pes miluinus, dicta Columellæ inter herbas, quæ in usum colligi & reponi oportet, ipse non explicauit.

### EX M. VERG. COMM.

COmmunes satiuæ, Coronariæq; Lychnidis agresti & rusticæ appellationes similitudo fecit. Et quā hic agrestem Hieracopodion, id est, accipitrinū pedem uocari ait, illic satiuā Gruinū noīari dixerat, nulla, aut exigua diuersitate. Credimusq; nos, foliorū herbæ, non floris notam hanc esse. Quemadmodū certa floris est, quā hic Lampada dixit, manifesta significatione a luce, fulgoreq; illo, de quo in Satiua dictū longius est. Foliorū itidem, nō floris notā habent agreste Intybū, & Seris. Cæteræ a peritioribus docendæ relinquūtur. Agrestis Lychnidis tantū in medicina usus est. Nec refert, q̄ hic satiuę semen scorpionibus aduersari dixerit. Id enim primū & efficacissime agrestis potest. Nec Plinius aliter decreuisse creditur, & ante eum Nicander in Theriacis suis. ὅσσά τε λυχνὶς ἐνερθεν. &c. Quo loco interpres eius de agresti hac intelligi tantum iubet, unamq; hanc ὀφιοδλήκτοις καὶ σκορπιοδλήκτοις mederi.

## ¶ De Lilio. CAP. CXV.

κρίνον

GRæci Crinon Basilicon uocant, alij Crinanthemon, alij Calirion, Magi Martis sanguinem. Osthanes auram Crocodili, Aegyptij Simphæphon, quidam Tialon, Latini Lilium, aliqui Rosam Iconis, Syri Sasa, Aphri Abiblabon. Lilia coronamentis se dedūt, Lyria a quibusdam uocata. E quibus unguentum temperatur, quod aliqui Lirinum, alij Susinum appellant. Neruos, & priuatim uuluæ

Hosted by Google

duricias emolliens. Folia hærbæ illita, contra ſerpentium ictus auxiliantur. Feruefacta, ambuſtis proficiunt. Aceto condita, uulneribus opitulantur. Succus adiecto melle, aut aceto, in æreo uaſe coquitur, conuenienti medicamento uetuſtati ulcerum, & ad recentia uulnera. Inaſſata radix, & ex roſaceo trita igni, ambuſta ſanat. Vuluam emollit. Menſes ciet. Vlcera cicatrice obducit. Cum melle detrita, neruis præciſis, luxatiſq; medetur. Vitiligines, furfures, & lepras emendat. Vlceraq; in capite manantia expurgat. Abſtergit faciem, & erugat. Teritur in aceto, cũ Hyoſcyami foliis, et farina tritici, mulcendis teſtium inflammationibus. Semen potum, morſibus ſerpentium aduerſatur. Ignibus ſacris ſemen, & folia cum uino illinuntur. Tradunt & rubra eſſe Lilia. In Syria autem & Piſidia Pamphiliæ, efficaciſſima unguentis naſcuntur. A

## BARBARI COROLL.

LIlium Græci Crinon, ſed fruticem eius Crinoniam, quaſi Liliarium, ut uiolarium, & roſarium appellant. nam Lilieta, roſeta, uioletaq; aliud ſunt, ut conſtat. Lilium e Iunonis lacte natum, Græci perhibent, reſperſa terra, dum Hercule dormienti uberibus admoto, mox poſt ſuctum digreſſo, late fluxit. Ob id Lilium a noſtris Iunonia roſa dictum uideri poteſt. Philinus a quibuſdam Ion uocari quod ſit Lilium exiſtimat. Ambroſiam Corinthi Nicander, & Aphrodites Charma, hoc eſt, quaſi Veneris uolupiam cognominari a quibuſdam cecinit. In Co inſula, ex Alexandri ſtatua enatam in capite Ambroſiã, Caryſtius, quæ nihil aliud ſit q̃ Liliũ, memoriæ proditum reliquit. Naſcitur e lachryma ſua Liliũ, inareſcente cum defluxit, uelut Oluſatrum. Lilij quadruplex genus in Theophraſto. Primi, flos Vere cũ Viola ſæpe alba, pauloue poſtea erumpit. Hoc ab eo proprie Crinon, hoc eſt, Lilium uocatur. Alterũ genus Liriũ appellat, uere quidem omnino florens, uerũ ſerius cum Narciſſo. Forteq; hoc ſit quod a Plinio Liliũ trans maria nuncupatum eſt. Tertium æſtate floret, & Cerinthum priuatim uocari puto, q̃q̃ et alias res Cerinthus ſignificat: ut inferius liquebit. Quar. genus, q̃d itẽ Liriũ Græci nominãt, Autumno floret: emicatq; primis hymbribus. Eſt & rubens Lilium, differẽs (ut arbitror) a purpureo, uiſum a nobis Patauij in Felicis horto. Probatiſſimum in Antiochia, & Laodicea Syriæ: mox Phaſelide: quartum locum obtinente: q̃d in Italia naſcitur. Hoc genus proprie Crinon a Græcis uocari, & florem eius Cynorhodon, autor eſt Plinius. Hoc & Hippocrates acceperit, cum rubentia Cynorhoda fœminarum purgationibus cõmendat in uino. Lilia purpurea & arte fiunt, maceratis in fece uini ſcapis antequam ſerantur menſe Martio, & in ſcrobe circumfuſis eadem fece: in quem uſum ſcapos areſcentes colligunt Iulio menſe, Lilia in fumo ſuſpendẽtes. Caule gemino Purpurea uiſuntur aliquando, carnioſiore tantum radice, maioriſq; bulbi, calix herbaceus. Poſt arcturum & æquinoctium autumni florent Purpurea: quorum genus unum uocant Narciſſum: cui uidelicet in radice ſunt folia. Calices, ut diximus herbacei, cętera eadem quæ candidis. Albo nihil eſt fœcundius, una radice quinquagenos ſæpe nutriente bulbos. Lilium Roſæ nobilitate proximum. Ideoq; Iunonis roſa dicitur. Nulli florũ proceritas maior, interim cubitorum trium: languido ſemper collo, & oneri ſuo impar: candor eximius, foliis eius foris ſtriatis, & ab anguſtijs in latitudinem paulatim ſe laxantibus, calathi effigie, reſupinis per ambitum labris, tenuiq; filo & ſemine ſtantibus in medio croceis. Ita odor, colorq; duplexq;: alius calicis, alius ſtaminis. Differentia anguſta. Raro duplex caulis in Lilio. Singulis caulibus Lilia modo ſingula, modo plura ſuſtinentur: quod & rarius eſt. Pandit ſe, uel detractum parenti, etiamſi triſtius & exilius. Lilio ſimile in Aegypti paluſtribus gignitur, ſed foliis copioſis, colore admodũ uirẽtibus diſpoſitis, et quaſi uno uerſu cõditis, ad mulierũ profluuia, & fracturas medicis quęſitũ. Cęrinthus, de qua ſcribere diſtulimus, & Rhitacẽ, ſiue ut Ariſtoteles, Crithacẽ ſignificat: quę & Sãdaraca appellat, & a Dioſcoride Cerãthemos, libro qnto, ex arborũ ſucco, gumi mõ genita & uerno rore. Vnde Vernigini quoq; uulgo nomen. De hac & in Propole nõ nihil diximus, africi flatu minor, auſtri, nigrior, aquilonibus melior, et rubẽs. Plurimũ in Græcis nucibus, apũ cibo aptiſſima dũ operãtur: q ſæpe inuenitur in fauorum inanitatibus ſepoſitus, amari ſaporis, & humore plenus. Menecrates, ſed nemo præter eum, ut inqt Plinius, autor

Plin. li. 21. ca. The. li.

B

reſt vulgo aqui cera

C eſt, Erithacem, aut Cerinthum florem eſſe futuræ mellationis indicium. Eſt & Cerinthe quę uocatur herba propter apes ſerenda, folio candido, incuruo, cubitalis, capite concauo, mellis ſuccum habente: cuius gramen Virgilius eſſe dixit ignobile. Quę nominum uicinitas, fortaſſe Menecratem fefellit. Nam & Ariſtoteles Cerinthi florem ad hunc uſum citat in libro de animalibus: quanq; in eo non Cerinthus, ſed mendoſe ſcribitur, calynthrus.

EX M. VERG COMM.

EXigebat floris maieſtas, ut lõgius de eo ageremus: ſed tã certa in Plinio, Theophraſtoq;, et in his q eos ſcriptores cõmentationibus ſuis miſcuerunt, hiſtoria eſt, ut nihil dicendũ nobis relictũ fuerit. Nõ tacebimus tñ q̃d hic ait Liriũ a q̃buſdã Lilium dici a Theophraſto uolumine. 6. de plantarum hiſtoria, non magis Lilio q̃ Narciſſo tribui. Verba eius ſunt, ὁ δὲ νάρκισσος ἢ τὸ λείριον, οἱ μὲν γὰρ τοῦτο οἱ δὲ κεῖνο καλοῦσιν. Quod eſt. Narciſſus uero, aut Lirium. Hi enim ſic, illi eo nomine uocant. Verum certius ſuo loco Narciſſi tractabitur hiſtoria.

## ¶ De Ballote, ſeu Marrubio nigro. CAP. CXVI.

βαλλωτή

BAlloten, nomine alio nigrum Marrubium, aut magnum uocant, aliqui Nophthan, alĳ Notianoſcemin, alĳ Noſpraſſon, alĳ Nothera, alĳ Nochelin, aut Noſtelim, alĳ Nophrim, alĳ Gnoturim, Romani Vlcerariam, aut Marrubium nigrum, alĳ Canthurinum, Aegyptĳ Aſphon, Magi Iſionis ſanguinem. Caules edit quadrangulos, nigros, ſubhirſutos, complures ex una radice. Foliis maioribus q̃ Marrubĳ, hiſpidis, intercedente ſpacio, ſubrotundis, graue olentibus, Apiaſtro proximis. Vnde aliqui Apiaſtrum eam uocauerunt. Caulibus albis, orbiculato florum ambitu, qui Rotę ſpeciem præbeat. Vis eius efficax aduerſus canis morſus, foliis ex ſale illitis. Feruenti cinere flaccefcunt folia, ut cõdylomata reprimãt. Purgãt & ſordida ulcera cũ melle.

BARBARI COROLL.

Plĳ. li. 27. ca. 8. lib. 24. cap. 15.

BAllote, fruticoſa eſt herba. Nec uideo qui poſſim tueri Plinĳũ, qui ait, Græci Porrum nigrũ uocant. Et infra. Ballote inquit foliis eſt Porri maioribus, nigrioribuſq;. At Græci non Porrum nigrum, ſed Marrubium nigrum Ballotem, ſine ulla controuerſia cognominant. Nec folia ei ſunt porracea, ſed Marrubĳ & Citraginis. Deceptum affinitate nominum conſtat Praſon, melan, pro praſion legentem. Eſt autem Praſon Porrum, Praſion Marrubium. Idem error a Plinio committitur in herba Stachye.

EX M. VERG. COMM.

DEprehenderunt iampridem & alĳ turpem Plinĳ in Ballote lapſum lib. 27. cap. 8. Porrum nigrum eam appellantis. Diuq; iactatus contra eum ſcriptorem hic error eſt: q nulla ratione excuſari in homine poteſt, tam apertam culpam, & ex culpa facilem criminationem habet. Id nos relinquimus, quod ſemel in iudicium delatum fuerit, ad nouam reuocare cenſuram aſperius exiſtimantes. Nec aliud bonarum artium, præſertimq; græcarum literarum cupidos monemus, q̃ nullam fore unq; ſatis in earum profeſſione illis diligentiam, ex quo in unius tantũ literæ mutatione, adiectione, detractioneue tantum uerſatur periculum: ut pro Marrubio, Porrum aliquis alios doceat. Nota omnibus modo etiam Ballote eſt, a foliorum ſimilitudine Marrubium, a coloris diuerſitate Nigrum dicta. Siquidem candidus Marrubio, Ballote uero niger caulis eſt, reliqua omnia ſimilia & æqualia habentibus: ut ex utriuſq; hiſtoria cognouiſſe facile eſt. Hanc Marrubium, alterum Marrubium, id eſt, ſecundum aliqui manifeſta indicatione dixerunt: quoniam illud prius, hoc poſterius ſit: non naturæ ordine, ſed hominum honore & appellatione. Habet & ulceraria appellatio alia certam ex uſu & uiribus cauſſam: quemadmodum & Marrubium Cantherinum a Romanis dici potuit, q̃ eo paſcerentur cantherĳ.

## ¶ De Apiaſtro. CAP. CXVII.

μελισσόφυλλον

MEliſſophyllon Græci, alĳ Melithæum, alĳ Melithænam, alĳ Meliphyllon, alĳ Erythran, Latini Apiaſtrũ, aut Citraginem, Galli Meriſimorion uocant. Id ſibi nomen uſurpauit, quoniã apes ipſa

hærba delectantur. Cauliculi & folia Ballotæ, de qua paulo ante dixi- A
mus, similia essent, nisi minora, tenuioraq́, nec ita hirsuta spectarentur. Citreum malum olent. Folia cum uino pota, aut illita, prosunt contra ictus phalangiorum, scorpionumq́. Item aduersus canis morsum. Decocto eorundem gratia, foueri prodest. Desessionibus fœminarum ad ciundos menses conuenit. Dentes eodem in dolore colluuntur. Dysentericis infunditur. Fungorum strangulationibus folia, addito nitro, potu auxiliant. Torminibus, & orthopnoicis delinctu. Illita cum sale strumas discutiunt. Vlcera purgant. Articularios dolores illita sedant.

## BARBARI COROLL.

MElissophyllon, siue Melinon, Apiastrum ab Igino uocari cepit, eruditissimo alioquin uiro, sed quē omnes hac in parte damnent. Et quod magis mirere, sequantur tamē. Nam & Dioscorides, & Varro ita eam uocant. In coronamenta folio & hæc uenit. Adeo autem nullo magis flore apes gaudent, ut si perungantur aluearia eo, non fugiant, & in copia eius examina facillime contineantur. Citraginem a nostris uocari & hanc Dioscorides affirmat, ab odoris similitudine. Palladius uero q̄ recte, nescio, Melissophyllon aliud a Citragine, siue quod idem est, Citreagine uidetur intellexisse, in mentione apum. Plin. li. 11, ca. 20 lib. 20, cap. 11.

## EX M. VERG. COMM.

OMnes Apiastri in græcis appellationes, exceptis barbaris, latinisq́, a melle & ab apibus sunt. Satisq́ indicādis his, ne tot alios numeremus, Nicāder in grecis, Maro in latinis est. Quorum alter fame pressis, aut morbo laborantibus apibus apponi iussit trita Melissophylla. &c. Alter in theriacis suis longius descripta re cecinit. τὴν ἤτοι μελίφυλλον ἐπικλείουσι βοτρύες οἱ δὲ μελισσαίαν, τῆς γὰρ περὶ φύλλα μέλισσαι. ὁδὶ μᾶ θελγόμεναι μέλιτος ἡδίονος ἵενται. Quin etiā Plinius. 21. uolumine & capite uicesimo Melitænā uocari Apiastrū dixit. Omnibus, ut testati paulo ante sumus, mellis, aut apium ratio & significatio coniuncta est. B

## ¶ De Marrubio. CAP. CXVIII.

PRASSIONe Græcis aliqui uocant, alij Eupatorium, alij πράσιον
Phyllophares, alij Tripedilon, alij Camelopodion, Aegyptij Asteropen, Magi Tauri sanguinem, aliqui Aphedron, Latini Marrubium, aliqui Labeoniam, Aphri Atierberziam. Frutex est ab radice ramosus, candicans, subhirsutus, quadrangularibus ramis. Folium pollicem æquat, subrotundum, hispidum, rugosum, gustu amaro. Semen in caulibus, & ex interuallis flores uerticillato ambitu asperi. Nascitur propter ædificia, & ruderata loca. Huius folia sicca, cum semine decocta in aqua, aut uiridium succus, datur cum melle suspiriosis, tussientibus, & ad tabitudinem redactis. Crassam e pectore pituitam. cum sicca Iri eijcit. Mulieribus a partu non purgatis datur, ut menstrua & secundas extrahat. Item in difficili partu, & his qui uenena hauserunt, aut a serpentibus demorsi sunt. Vesicam, renesq́ lædit. Folia cum melle illinuntur sordidis ulceribus purgandis. Pterygia, nomasq́ sistunt. Laterum dolores mitigant. Succus foliis contusis expressus, & sole cōactus, ad eadem pollet. Cum uino & melle illitus, oculorum claritatem adiuuat. Naribus regium morbum expurgat. Aurium doloribus conuenienter instillatur, per se, aut cum rosaceo.

BARBARI COROLL.

C Marrubium duplex, folio herbaceo, & inciſuris altioribus ſerrato, unguentarijs, ut Theophraſtus ait, quæſito ad quædam. Hoc & candidum appellauerim. Alterum folio rotundiore, uehementer ſqualido, ut Saluia, & obſcurius ſerrato: quod quidē ego, aut Balloten ipſam, de qua diximus, aut ei ualde ſimilem interpretor. nam & medicinæ congruunt in Plinio.

Plí. li. 20. ca. 22

EX M. VERG. COMM.

FEcit Theophraſtus libro ſexto de plantarum hiſtoria Marrubij duo genera. Alterum quod magis herbaceum, magiſque inciſuris diuiſum folium haberet: quo qui pharmaca & morborum remedia tractant, in aliquibus uterentur. Alterū quod rotundiore & ſqualidiore folio eſſet: quale in altero Saluiæ genere, quod Sphacelum nominant, uideſ & in eo tenuioribus inciſuris. Videturq; diuiſo hæc in hoc tantum Marrubij genere facta ab eo fuiſſe. Quam uero Plinius, autore Caſtore, in nigrum & candidum tradidit Ballotem, paulo ante deſcriptam, & hoc manifeſte complectitur. Niſi forte quod hic colore tantum diſcreuit, Theophraſtus inciſuris foliorum indicauit, & præter inciſuras herbaceo colore & ſqualore: ut ex his niger color, & candidus intelligeretur. Siquidem nigredo in plantarum folijs, plenior & obſcurior uiredo intelligenda eſt: & in ſqualore cinereus et albicans color in plantis plærumq; uideſ. In quam partem inclinat animus nobis: nec aliud, ſed aliter a Theophraſto & Plinio dictū fuiſſe de utroq; Marrubio exiſtimamus. Fuit hoc olus in multo nominum honore apud ueteres, quemadmodum multus in medicina etiam uſus, preſertimq; in laxandis liene & iecore, curandiſq; tot alijs morbis & uitijs, quæ hoc capite a Dioſcoride numerantur.

## ¶ De Stachye. CAP. I. CXIX.

στάχυς

STachys frutex eſt, Marrubio ſimilis, ſed longior. Folia ferens numeroſa, hirſuta, rara, prædura, cana, odoris iucundi, & complures

D uirgas ab radice exeuntes, Marrubio candidiores. Naſcitur in montibus & aſperis. Vim habet excalfactoriam & acrem. Foliorum decoctum potu pellit menſtrua & ſecundas.

BARBARI COROLL.

Plí. li. 24. ca. 15

STachys, folijs colore in luteum inclinante, nec Porri, ut Plinio placet, ſed ut Dioſcoridi, q̄d & nos uidimus, Marrubij ſimilibus: quod & in Ballote idem autor peccauit. Vidimus eam Romæ, ubi & Nauiculam, & alij Coronatam herbam uocant.

EX M. VERG. COMM.

SI nominis in Stachy hac ratio expendaſ, ſpicatus credetur frutex: quales plęriq; alij, & herbę quotidie uidenſ. In frugibus em̄ primo Stachyn græci adhuc Spicā uocāt. Sed nullū Spicę ueſtigium in eo deprehendiſ. Hic nihil q̄d eo pertineat dixit. Nec Plinius lib. 24. cap. 15. de eo agens Spicæ aliq̄d ſimile in eo oſtendit. Græcorū medici nihil addiderunt, p̄terq; amaro ſapore eſſe Stachyn, tertiū in calefaciendo ordinem habere: nec ſolū menſes et ſecundas pellere, ſed abortiuum etiā eſſe. Quod uero omnibus cōmune ſit, Marrubio ſimilē oēs fecerunt. Qua una ſimilitudinis ratiōe, nullam in eo Spicam conijcere licet. Habet q̄dem græcorum Stachys pręter primam illam Spicæ ſignificationē plęraſq; alias. Nam & in medicina nexus, uinculiq; modus & ratio quædam Stachys dictus eſt. Et in nauium fabrica, alijſq; aliquot artibus nomen hoc inuenitur: ſed ubiq; a Spicis tranſlatum. Fecit rem minus certam Plinius etiam, qui contra hunc ſcriptorem colore in luteum inclinato folia deſcribit, quæ hic candida tradit.

## ¶ De Phyllitide. CAP. CXX.

φυλλίτις

PHyllitis, quam aliqui Phyllin, alij Acaulon, alij ſylueſtre Lapathum uocitant, folia promit Rumici ſimilia, longiora, & uiridiora, ſena, aut ſeptena, quæ parte anteriore læuia cernunt, a tergo autem penſiles quaſi uermiculos oſtendunt. In umbroſis, & opacis hortorū ambulationibus emicat, guſtu acerbo. Neq; caulē, neq; ſemē, pfert. Folia in uino pota ſerpētiū morſibus aduerſant. Quadrupedibus p os infuſa auxilio ſūt. Et ſi dyſēteria, aut reſoluta aluus exercet, potui dant.

Hosted by Google

BARBARI COROLL. A

ALiud uidetur genus Phyllitis esse, q̃ Phyllanthion. Est aũt Phyllanthion cognomento Dyticon apud Democritum, ad purpuram tingendam satis celebre, nec præterea quale id sit monstratur. In Theophrasto ac Plinio legitur & Phyllanthes herba, inter spinosas, sed mitior aculeis, & ab radice tantum foliata. Plin. li. 22. ca. 26.

EX. M. VERG. COMM.

FOliosus cespes potius q̃ planta Phyllitis est, ubiq; ad parietũ radices nascens. Ob quam causam ex antiquis græcis & posterioribus latinis aliqui, non Phyllitida tantum a foliis, sed Pyrgitim a turribus etiam, q̃ ad radices earum nascitur eam dixerunt. Viret diu herba, contra gelicidia hyemis contumax, nullo unq̃ prolato caule: ex quo Acaulos etiam dicta fuit. Id enim ea uox græcis significat. Felicq; similitudinis comparatione usi sunt, qui Rumici eam, ut est, simile uidentes, syluestrem Rumicem appellauerunt. Rigent recta in altum surgentia eius folia. Ex quo hic interiorem eius partem appellauit, eam scilicet, qua se inuicem folia spectant multo sæuore nitentia, extrinseca autem qua parietes & terram. Negauit hic ultra caulem, flores & semen ferre Phyllitim: nec nos aliter obseruauimus. Dubitandum tamen, & quærendum de semine est, cum copiosa, & quibus locis antea non fuerat nascatur. Paulus Aegineta nihil de ea aliud tradit, q̃ acerbo sapore esse, ideoq; potam fluores alui compescere.

## De Phalangio. CAP. CXXI.

PHalangium a quibusdam Phalangition uocatur, ab aliis Leucacantha. Ramuli sunt ei duo, pluresue, in diuersa tendẽtes. Flos candidus, Lilio similis, multas incisuras habens. Semine nigro, lato ad Lenticulę dimidiatæ figuram, multo tenuiore. Radice parua, tenui, hærbacei coloris, dum a terra eruitur. Prouenit in collibus. Huius folio, semine, flore cum uino poto, auxiliatur contra scorpionum, phalangiorumq; ictus. Tormina q̃noq; discutit. φαλάγγιον φαλαγγίτιον B

BARBARI COROLL.

PHalangion, & Leucanthemon, & Leucacantham uocant. Flos Lilio rubro similis.

EX M. VERG. COMM.

OMittimus quæ Paulus Aegineta libro. 6. de ea dixerit, φαλαγγίτης ὠνόμασαι μὲν ἀπὸ τοῦ τοὺς φαλαγγιοδήκτους βοηθεῖν. Plinius enim satis unus est idem testatus lib. 27. Huius folio, uel flore, uel semine contra scorpionum, phalangiorumq; & serpentium ictus auxiliantur. &c. Tantaq; illi, & tam præsens contra Phalangiorum morsus uis est, ut uno hoc salutis humanæ auxilio clara inter alias plantas semper fuerit. Nec tantum illi ad gloriam nominis profuit Lilio similis & candidissimus flos, ob quem Leucacantha dicta etiam est. Candorem enim floris utraq; ea uox indicat, quãtum a ueneno infecti illius per eam seruata homini salus. Habet Phalangites notas ubiq;, & adhuc omnes illas quę a Dioſco. & ab aliis in historia eius illi tribuuntur. Nec difficile est locis incultis eam inuenire. Noscq; ex obseruatione eius, non sine ratione persuademur q̃d nunc in Dioſc. legitur, flores multas habere incisuras, non de floribus, uerum de foliis rectius intelligi posse. Plures enim quales in quercu folium eius incisuras habet, idq; mediocris Betæ quantitate est: nihil tamen in communi græcorum omnium lectione mutatum a nobis est. Eodem modo quod παχύ, ideſt, crassum in cunctis legitur, πλατὺ latum legi debere. Plinius enim lato semine eam describit: & hic dimidiæ Lentis quantitate dicit esse: paulocq; post Lente gracilius, quod crassitudini non respondet.

## De Trifolio. CAP. CXXI.

GRæci Triphyllon, alij Oxyphyllon, alij Menyanthes, alij Asphaltion, alij Cnicion uocant, Romani Trifoliũ, aut acutum, aut odoratum. Frutex supra cubiti altitudinem attollitur, uirgas habẽs tenues, iunceas & nigras, e quibus ramulares enascuntur appẽdiculæ, quæ in terna singulis germinationibus exeunt folia, Loto arbori similia. Iis recenter enatis Rutæ odor inest. Vbi autem adoleuerunt, bitu- τρίφυλλον

C men olent. Florem ædit purpureum, semen quadamtenus latum, subhirsutum, ex altera extremitate exertum, ueluti corniculum gerens. Radix tenuis, longa, ualida. Semen & folia in aqua pota pleuriticis, urinæ difficultati, comitialibus, & ijs qui aquæ inter cutem principia sentiũt, fœminis quoq; uuluæ uitio oportunis, auxiliantur. Menses cit, ternæ drachmæ e semine dari debent, e folijs uero quaternæ. Contra serpentium ictus trita folia, & ex aceto mulso pota, præsidio sunt. Tradunt aliqui totius fruticis, radicis, foliorumq; decoctum fotu dolores eorum finire, quos serpentes percusserint. Qua autem aqua huiuscemodi sanatus quis fuerit, si ea quispiam alius foueatur, qui ulcus habuerit, perinde afficitur ut a serpente demorsus. Quidam terna folia, aut semina in tertianis, cum uino potui dedere, & in quartanis quaterna, ut quæ febrium circũitus discuterent. Radix antidotis inseritur.

## BARBARI COROLL.

Pli. li. 28. ca. 6. lib. 21. cap. 9.

TRifolium tribus generibus. Minyanthes, siue Asphaltiõ, siue Asphaltitis, ut Archigenes, maiore folio: quo utuntur coronarij. Alterum acuto, Oxytriphyllon cognomine. Tertium ex omnibus minutissimum. Herba optima in prato Trifolij est. Præsagia tempestatum habet. inhorrescit enim, & subrigitur contra eas. Sophocles pöeta uenenatũ id existimat. Serpentes in Trifolio nunq̃ spectantur. Columella Trifolium Simoniamum, & acutum quoq; dici hoc tradit, fragosis locis inueniri, longis, hirsutisq; folijs uirere, caulemq; robustiorem facere, q̃ Trifolium pratense.

## EXM. VERG. COMM.

D QVæ in scriptore hoc a principio capitis huius statim numerantur Trifolij tres appellationes, Oxytriphyllon, Memanthes, & Asphaltion, non satis certam in antiquis scriptoribus rationem habent: nec constituisse ex illis facile est, sint ne diuersorum Trifolij generum diuersæ notę, an eiusdem plantæ diuersarum gentiũ diuersæ tm̃ appellationes. Nicander in Theriacis suis unum esse Trifolium quod pluribus nominibus censeatur, his indicat uerbis. ναὶ μὴν καὶ τριόφυλλον ὀπάζεο. &c. τὴν ἤτοι μηνιανθὲς ὁ δὲ τριπέτηλον ἐνίσσει, χαίτην μὲν λωτῷ ῥυτῆγε μὲν ἵκελον ὀδμήν. Quod est. Sumito & Trifolium, quod Menianthes aliquis, aliquis uero Tripetalon uocat. Pro quibus interpres eius a Dionysio herbario Trifolium Menianthes uocari ait: habcreq; Loto simile folium, odorem uero Rutæ cum nondum creuit: postquã uero exoleuit, defluentibus iam folijs, odore bituminis sentiri. Quæ omnia huic scriptori eadem sunt. Qui, modo integra in eo pars illa sit, non aliter de Trifolio sentire uidetur, q̃ unũ, idemq; omne esse, diuersisq; his nominibus ob diuersas censeri causas. Nec aliud Paulus Aegineta etiam libro sexto de Trifolio tradidit, τρίφυλλον dicens ἱο δὲ ἀσφάλτιον, οἱ δὲ ὀξυτρίφυλλον, οἱ δὲ μηνιανθὲς. Quod est. Trifolium, quod alij Asphaltion, alij Oxytriphyllon, alij Menianthes uocant. Plinius contra uicesimoprimo uolumine, capite nono diuersa genera his uocibus indicari tradidit. Folio coronat & Trifolium. Tria eius genera, Menianthes uocant græci. Alij Asphaltion maiore folio, quo utuntur coronarij. Alterum acuto, Oxytriphyllon. Tertium ex omnibus minutissimum. Manifesteq; Menianthes, & Asphaltion illi idem est: Oxytriphyllon autem diuersum. Columella grauis & ipse autor, lib. 7. ca. 15. de Trifolio hęc ait. Vel simonianũ Trifoliũ, q̃d inuenitur fragosis locis efficacissimũ tradit, odoris grauis, neq; absimilis bitumini, et iccirco gręci Asphaltion appellant. Nostri aũt propter figurã uocant acutum Trifoliũ: nam longis, & hirsutis folijs uiret, caulemq; robustiorẽ facit q̃ pratense. Quæ Plinio contraria sunt. Ille em̃ Menianthes, & Asphaltion idem facit: hic Asphaltion & Oxytriphyllon. Theophrastus semp fere Menianthes Trifoliũ omne uocat. Ex his non facile censere in Trifolio est, quę nã eius gña, & generũ appellationes q̃ndam fuerint. Nobis ex his quę diu obseruauimus, in eam partem inclinat animus, ut duo sint Trifolij genera. Cõmune et pratẽse hoc, omnibus notũ. Et acutioris folij alterũ, q̃d gręci Oxytriphyllon dixerunt: & hoc Menianthes & Asphaltiõ uocari. Factãq; illi primã apellationẽ, q̃ flore suo se indicet: id em̃ ea uox significat. Secũdã uero, cũ iam ab integra ætate dilabi cœpit, & bituminis odorẽ cõtraxerit, inuenisse. Suum tm̃ unicuiq; iudiciũ & arbitrium erit.

Hosted by Google

## ¶ De Polio. CAP. CXXII. A

POlium montanum, aliqui Theuthrion, alij Feuxaspidion, alij Achamenin, alij Ebenitin, alij Melosmon, nõnulli Belion, quidam Leontocharon uocant. Duo genera eius. Montanum, cui Teuthrio nomen est, & cuius est usus. Tenuis frutex est, candidus, neq; palmo altior, semine refertus. Capitulo in cacumine quandam corymborum speciem præ se ferente paruo, canis hominis simili, grauiter olente, non sine quadam suauitate. Alterum fruticosius, non usqueadeo ualens odore, & uiribus infirmius. Potum feruefacti ius auxiliatur serpentiũ ictibus. Hydropicis, morbo regio, & lienosis ex aceto. Stomachum male habet. Caput doloribus afficit. Aluum & menses ciet. Substratum, suffitumue serpentes abigit. Illitum uulnera conglutinat. πόλιον

### BARBARI COROLL.

POlium carnoso, ut alia multa, folio, uestibus interpositum, arcet animaliũ nocentia. Culices ab eo, caprifici modo generari, Theophrastus scribit. Herba inclyta Hesiodi, & Musæi, laudibus ad oĩa utilem prædicantiũ, & ad famã quoq; dignitatis perungi, tractari, coliq; iubentiũ. Folia eius mane candida, meridie purpurea, sole occidente cerulea spectari: quod quidẽ a Dioscoride Tripolij floribus ascribitur. Theophrastus certe modo Poliũ, modo Tripoliũ eandem uocauit herbam. Ideoq; a Tripolio differre quidam negarunt. Folia Polij, canis hominis similia, a radice protinus nunq̃ palmo altiora Plinius existimat. Quidam folia Thymi reddunt, nisi q; molliora sunt, & lanatiore canicie. Nulla magis herba conuenit medicamẽto, quod Alexipharmacon uocant: in quod minore, ut Galenus inquit, utimur. Pli. li. 21. ca. 7. 26. cap. 7. Theoph. li. 1. de hist. plant.

### EX M. VERG. COMM. B

NOn potest, Polium cum Tripolio diuersi generis plantas, tam multis locis miscens, defendi Plinius: nec eius scriptores auctoritate excusari, qui cõmentationibus suis, dissimulato hominis errore, eadẽ illa ut erant, adiecerũt. Contra Pliniũ enim scriptor hic, Theophrastusq;, & quod pluris merito faciendũ est, res ipsa stant. Polium siquidẽ uidere passim licet, nullas Tripolij notas habens. Obseruauit multo ante hæc tẽpora in Plinio, q̃d dicimus, & cõmentario quodam suo declarauit Leoniceus, uir nostra ætate huiuscemodi doctrinarũ peritissimus. Eãq; ob caussam, nõ erimus nos in his ultra longiores. Satisq; græcarũ literarũ imperitis nouisse fuerit, caniciem Polio nomẽ fecisse, quæ in sumo plantæ cacumine pendens, canos hoĩs capillos præsenti quadã imagine ostendit: consueuisseq; Græcos scriptores, cũ maioris amaritudinis indicatione aliqua uti uellent, a Polio hoc rationem & exemplum sumere: semperq; βαρύοσμον, quod est graue olens, appellare. Theophrastus primo de plantarum historia uolumine, quod ad seruãdam rem domesticam pertineat, Polio tribuit, ut uestibus interpositum ab insectis, quæ eas erodendo dehonestant, incolumes seruet. Verba eius sunt. τοῦτο δὲ καὶ πρὸς σῆπας τοὺς ἐν τοῖς ἱματίοις ἀγαθόν. Meminit eius & Nicander in Theriacis suis. ἠπεόλιον βαρυόδμον ὅδη ῥύγιστον ὄωδεν. Laudauitq; præcipue contra uenenata.

## ¶ De Scordio. CAP. CXXIII.

SCORDIVM aliqui Scorbion, alij Pleuritin, alij Dysosmon, alij syluestrem Calaminthen, quidam Chamædryn, alij Mithridanion, Magi Podotis sanguinem, Aegyptij Apho, Romani Trisaginem palustrem appellant. In montibus & palustribus nascitur, folijs Trisaginis, maioribus, non sic in ambitu diuisis, aliquantum Allia redolentibus, gustu amaris & adstringentibus. Quadrangulis caulibus, subrubro flore. Hærba uim excalfactoriam habet. Vrinam cit. Cocta recens aridaue cum uino, aduersus uenenatos serpentium morsus bibitur. Ad stomachi quoq; rosiones, dysenteriam, & urinæ difficultatem, bi- σκόρδιον

Cnis drachmis cum hydromelite. Crassamen purulentum pectore expellit. Facit aridæ farina ad ueterem tussim, rupta, conuulsa, si cum nasturcio, melle, & resina misceatur in eclegmate. Inflammata modice præcordia cærato excepta, recreat. Cum aceto acri, aut aqua, podagris conuenienter illinitur. Menses imposita mouet. Vulnera conglutinat. Vetera ulcera purgat, & ex melle ad cicatricem perducit. Sicca excrescentias in carne cohibet. Succus ad eadem uitia bibitur. Inter prima efficax Ponticum natione, Creticumq;

## BARBARI COROLL.

Plí. li. 25. ca. 6. 26. cap. 8.

SCordion, item Scordotis Mithridati ascripta est: cuius depictã manu Crateias medicus uidit, magnitudine cubitali, ramosam, foliis lanuginosis. Reperitur in Ponto, campis humidis, pinguibus. Est & alterius generis latioribus foliis, Mẽthastro simílis. Alia est a Mithridate similiter inuenta, quam Mithridation uocant. Huic folia inquit Plinius, duo a radice Acantho similia, caulis inter utraq; sustinens roseum florem. Hanc ipsam puto est, quã idem Plinius Chamæropa uocauit libro sexto & uigesimo, ijs uerbis. Eosdem inquit effectus habet, lateris doloribus Chamærops, myrteis circa caulem geminis foliis, capitibus græculæ Rosæ.

VERG.

HAbet certas, & cum scriptore hoc cunctis alijs easdem, quibus inueniri & inuenta cognosci possit palustris Trixago notas: odorẽ, qui illiberalis, nec Allio absimilis illi est: & post odorem serratam foliorum formam: quibus primo & per se dictam totam Trixaginem refert. Habet & quę numeratæ a Dioscoride non sunt, in summis caulibus roseos flores, & in quibus uarient antiquis scriptores proprios & natales eius locos: censente hoc in mõtanis, Plinio autem in campestribus nasci herbam. Cuius ob diuersas, multasq; has notas plura fuerunt quondam nomina. Scordion, quæ uox ab Allijs facta illi est: cuius odore sentitur. Scorodon enim Græci Allium uocant. Quo etiam Scordotis pertinet a Plinio dicta, & ab hoc Dysosmon mali & ingrati odoris sensum indicans. Quemadmodum agrestis Nepeta, a Plinio autem Menthastrum dicta, generis nota magis q; appellatio alia est. Siquidem Plinius. 25. uolumine capite. 6. ait. Est & alterius generis latioribus foliis Menthastro simílis. Ex quo factũ est, ut quæ diuersi generis nota quondam fuit, inter appellationes ab imperitis numerata fuerit. Vt autem Trixago appellaretur, similitudo fecit, & Mithridanes Ponti rex, medicinæ tantopere fauens: ut inuentionẽ eius Crateias herbarius illi adscripserit. Habet post omnes palustris Trixago Romana uox, certam ex superioribus caussam. Trixagini em̃ similis eodem nomine dicta est. Palustris uero, quoniã ut Plinius, & hic dixerunt, humentibus locis nascitur. Cõueniunt q; in hoc omnes, discrepant autẽ in reliquis. Hic enim ὀρεινοῖο, id est, montanis, Plinius campis humidis, pinguibusq; nasci dixerunt: nõ leui discrimine, inter campestre, & montanũ terreni genus. Nobis in Plinij sententiã magis inclinat animus. Vidimus em̃ in incilis margine campestri agro natam rubẽte rosaceo flore, certissimo Alliorũ odoris sensu. Multi in medicina usus palustris Trixago hæc quondã fuit. Nosq; inter cætera diximus, purgare quæ in pectore hæserunt, crassa purulenta. Non purulentas exscreationes illas intelligentes, quas Græci empyemata noiant, sed pituitã, crassosq; humores qui frigore, gelicidioq; aliquo in pectore puris modo albescentes concreuerint. Id enim significare nobis uidetur πάχος πυώδες.

## ¶ De Tussilagine. CAP. CXXIIII.

BEchion Græci, quidam Richion, alij Petrinam uocant, alij Pegnon, alij Pithion, alij Pagonaton, alij Chamæleucen, alij Prochaeton, alij Arcophyton, alij Chamægiron, Aegyptij Saarthan, Latini Tussilaginem, quidam Pharphariam, aut Pustulaginem, Bessi Asa. Folia ei sunt maiuscula q; Hederę, sex, aut septem a radice, subalbida a terra, superne uirentia, in plures angulos exeuntia. Caulis palmum altus, flos luteus. In uere flore & caule confestim exuitur. Inde nonnulli his uacare existimauerunt. Radix tenuis est & superuacua. Nascitur in a-

Hosted by Google

mœnis & riguis. Folia ex melle trita igni sacro, & omnibus inflammationibus illitu medetur. Aridæ fumus per infundibulum hianti ore raptus, hos sanat qui sicca tussi, atq; orthopnœa infestantur. Pectoris uomicas rumpit. Eundem effectū præbet suffita radix. Decocta in hydromelite, & pota, emortuos partus ejicit. A

## BARBARI COROLL.

BEchion, siue Bechicon, duo habet genera. Sylvestris ubi nascitur, subesse aquas credunt: Et hoc habent signum aquilegi. Describitq; hanc Plinius aliter, q̄ Dioscorides, folia eius tradendo superne pallida, subalbida a terra, sine caule, sine flore, fine semine. Altera a quibusdam Saluia dicitur, similis Verbasco. Hanc a Dioscoride Verbascum sylvestre dici puto, ita scribente. Habetur inquit & Verbascum sylvestre altum, uirgis arboreis, folio Saluiæ, orbibus uirgas cingentibus, ut Marrubium, floris lutei, fulgore auri. Quidam priorem Arcion, & alio nomine Chamæleucen putant. Est autem Chamæleuce, quam nostri Farfugium uocant, folio Populi, sed ampliore, nascens iuxta fluuios: unde Populago dicta sit a nostris. Hanc & Farfariam uocari Dioscorides testis est, a fluuio fortasse Farfaro, quem Virgilius Fabarim appellat. In Sabinis Plautus, Plin.li.26.ca.6.

Dissipabo inquit te ut folia Farfari.
Itemq; in Penulo.
Prosternebam inquit eos, ut folia Farfari.

## EX M. VERG. COMM.

HAec est Tussilago illa, quam hic in totius operis proœmio dixerat, falso credidisse quosdam, nec caulem, nec florem, nec semen ferre: & quam ignorantiæ eorum caussam tunc reliquerat, legendam uolentibus hoc loco tradidit: ferre quidem illa aliarum plantarum modo te status: sed tam breuis uitæ cuncta esse, ut obseruari facile non potuerint: quodq; obseruatum non fuerat, negatum naturæ imprudenter fuisse. Quæ si ad Hypanim fluuium, qui ab Europæ parte in Pontum influit, in animalium censu bestiolas genuit, quæ unum diem uiuunt: in plantis multo facilius eandem potuit ostendere fortunam: herbasq; aliquas esse, quæ prolato caule statim decaulescerent, & pandente se flore defloresceret. Qualis Tussilago hæc est, a Græcis Bechion ideo dicta, q̄ tussi & tussientibus medetur: non omnibus, sed his qui tantū tussiant, nihil autem pituitosi excrementi simul extussiant. Quod genus hic, siccam tussim dixit: Plinius ueterē nominauit. Ex quo factum est, ut Plinij uerba exscribens in Dioscoride Barbarus, quod ξηρὰν βῆχα, id est, siccam, siue aridam tussim hic dixit, ueterem ille dixerit. Sit autē sicca & uetus tussis eadem, an inter se discrepent, medici censebunt. B

## ¶ De Artemisia. CAP. CXXV.

ARTEMISIA RAMOSA, Græcis quibusdā Monoclonos, alijs Toxitesia, alijs Ephesia, alijs Anactorios, alijs Sozusa, alijs Lycophryx, Magis hominis Sanguis, alijs Crysanthemon, Romanis Hærba regia, aut Artemisia, alijs Rapium, aut Tertana, Gallis Pona, Dacis Zuoste dicitur. Magna ex parte in maritimis nascitur. Absinthij modo fruticosa, maioribus & pinguioribus foljs, ramisq;. Tenuior autem flore est paruo, tenui, candido, graue olente. Aestate floret. Sunt qui in mediterrancis Vnicaulis nomine appellent, tenuem hærbulam, simplici caule & minuto, floribus scatente, flauo colore. Hæc iucundiorem q̄ præcedens efflat odorem. Vtraq; excalfacit, extenuat. Feruefactæ conuenienter in muliebres desessus adjciuntur, ad detrahendos menses, partus, secundasq;. Item ad præclusiones uuluæ, & eiusdem inflammationes. Calculos comminuunt. Remoratam urinam cient. Menses pellunt pubi illitæ. Succus uuluæ in- ἀρτεμισία

Cditus ex Myrrha eadem quæ inceſſio trahit. Coma tribus drachmis eorundem educendorum gratia bibitur.

BARBARI COROLL.

Pli.li.25.ca.7. & decimo. ARtemiſiam, & Lachanon Baſilicon, hoc eſt, olus Regium nonnulli uocant. Dictam putant ab Artemiſia uxore Mauſoli: quæ ſibi hanc herbam adoptauerit, cum antea Parthenis uocaretur. Sunt qui ab Artemide cognominatã putent: quoniam priuatim medicatur fœminarum malis: quibus Artemis, hoc eſt, Diana præſit. Secundo generi teneritudinẽ tribuunt, non niſi in maritimis naſcenti. Tertio minima folia florenti, cum uua matureſcit: quod quidam Botryn, alij Ambroſiam uocari tradunt: qualis in Cappadocia proueniat.

EX M. VERG. COMM.

IN multo nominum ambitu & honore quondam Artemiſia fuit. Parthenis, id eſt, uirginalis primo dicta, & uirgo Dea ſcilicet nomen illi dederit. Mox βασιλικὸν λιχάνον, id eſt, regium olus. Tum ex eadem cauſſa, Anactorium. Anactas enim Græci uocant. Epheſia a regione dicta eadem eſt. Quemadmodum a præſenti remedio & ope, Sozuſa, id eſt, ſalutaris. Romani Regiam herbam Græcorum exemplo: & ſi recipiendum id ſit a ſimilitudine, Serpyllum maius dixerunt. Et hæc antiquioribus Artemiſiæ nomẽclatura fuit. Ex poſterioribus alij in Cannabis genere Artemiſiam numerauerunt: congenerem illi facientes, & eodem illi nomine eam indicantes. Alij Matricariam, notum omnibus olus eſſe Artemiſiam teſtati ſunt. Quod non aliunde, ut credimus, & ex duplici eius genere factum eſt. Quæ enim ab hoc ſcriptore Monoclonos, a Plinio aũt ſimplicis caulis nominatur, nõ diſſimili penitus figura, præſertimq; ob ſingularem, quẽ profert caulẽ, a Cannabe deſcribitur. Quæ cõtra Abſinthij modo fruticoſa ab hoc, & ab alijs traditur, facile ob quas habet uires ad noſtri orbis, & noſtræ ætatis Matricariã tranſferri potuit. Quod & ſi græcorũ de Artemiſia hiſtoriæ oĩno non reſpondeat, nec certo aliquo auctore cõfirmari poſſit, non reijciendum tamẽ penitus eſt. Egregia em̃ in mulieribus. Dico aũt nũc muliebria, quę Græci γυναικεῖα uocãt. Longius in Acoro a nobis tractata Artemiſię uis eſt. Credendũq;, non aliunde & a matricibus poſteriori Matricariæ nomẽ feciſſe poſteriores.

## De Artemiſia tenuiore. CAP. CXXVI.

Δ Ἀρτεμισία

ALTERA TENuioribus foliis, in ſepibus & cultis, iuxta aquarum ductus naſcitur. Cuius flores & folia contrita, Sampſuci odorem reddunt. Si quis ſtomacho laboret, hærbam cum amygdalino oleo bene contundat, in malagmatis lentorem, & ſtomacho imponat, ſanitati reſtituetur. Qui neruorum dolore cruciantur, ſi ſuccum ex roſaceo illinant, ſanantur.

BARBARI COROLL.

IN quibuſdam exemplaribus Artemiſiam hanc multis nominibus inuenias. Toxiteſiam, Epheſiam. Parthenicon. Hypolyſſon, Anactorion, Sozuſan, Lian, Leucophryca. Propheræ Sanguinem hominis, Romani Valentiam, nonnulli Perſepollentem, alij Herbam regiam, Galli Ponem, Daci Zonuſten.

EX M. VERG. COMM.

DEſyderatur, ſed ſine iactura aliqua, in uetuſtiſſimis græcorũ, latinorũq; codicibus hoc caput. Accreuiſſecq; huic ſcriptori inutiliter multa indicãt. Phraſis primũ, ſermonisq; forma: quæ in græcis a ſcriptoris huius indole longe abſunt. Mox nulla eorũ quę in eo iubent, neceſſitate.

## De Ambroſia. CAP. CXXVII.

ἀμβροσία

AMbroſia, quam Romani Caprum ſyluaticum uocant, quidam Botryn, alij Apium ruſticum, Aegyptij Merſeon. Tenuis fruex eſt, ramoſus, trium fere palmorum, foliis Rutæ, circa imum caulem exiguis. Cauliculi ſeminibus, perinde quaſi racemulis grauidi, nunc̃q; florem pariunt. Odore uinoſo, ſuaui. Radice tenui, ſeſquipedali. Coronantur ea Cappadoces. Vis eius, reprimere ac reppellere, et illitu adſtringere humores, qui in aliquam partem incumbunt.

Hosted by Google

BARBARI COROLL. A

AMbrosia, uagi herba nominis, & circa alias quoq; fluctuans. Athenienses in dedicatione Iouis Cresti, Ambrosiam in cado ferendam iubebant. Non herbam intelligentes eo nomine, sed ut Athenæus inquit, fruges omnijugas, et oleum, & latices. Plí. li. 27. ca. 4. & 25. ca. 13.

EX M. VERG. COMM.

NOn inter herbas aliquas fluctuans & uagum nomen tantū quondam Ambrosiæ fuit, sed quodcunq; odoris, aut cibi suauitate placeret in poëtis scriptoribusq; alijs, eodem hoc nomine ab antiquis dicebatur, & quasi immortalitatem utentibus faceret, sic appellata illis fuit. Frequens & notum ubiq; nomen, ignota tamen res, & inter herbas non facilis inuentu: alijs aliter eam ostendentibus, & cum Artemisia miscentibus fere cunctis. Audent tamē nostræ ætatis herbarij eam ostendere, trium dodrantum altitudine, & altiorem aliquando herbam, ut hic ait, ramosam, semine per totum caulem racemoso, sed longe maioribus q̄ Rutæ foliis: & quod hic ait, nunq̄ florentibus racemis, lanuginosis, papposisq;, nullo nec uini, nec alterius rei odore. Quo fit, ut in peregrina Italiæ, ut nos credimus, herba nihil pro comperto constituere audeamus. Plinius. 27. uolumine capite. 4. integrum scriptoris huius caput commentationibus suis inseruit: cum tamen non multo antea libro. 25. capite septimo de Artemisia agens, dixisset. Sunt qui in mediterraneis eodem Artemisiæ nomine uocant simplici caule, minimis foliis, odore non iniocundo, quam quidam Botryn, alij Ambrosiam uocant. Ex quo manifeste deprehenditur, quod paulo ante diximus, uagum per multa Ambrosiæ nomen esse plantas, cibos, & pocula: eo usq;, ut Athenienses hoc nomine omnigenas fruges, oleum, uinum, latices q; alios, quos Dijs in ara offerrent, Ambrosiam nominarent. Nobis inclinat animus, ut peregrinā nostro orbi, peculiarēq; Cappadociæ herbam existimemus: nam quæ a nostris herbarijs hoc nomine ostenditur, uulgaris, & ubiq; nascens, inuentu facillima est, præsertimq; ex capitulorum racemis, quos habet pappis plenos, nunq̄ a nobis florere uisos.

## ¶ De Botrye. CAP. CXXVIII.

BOtrys fruticosa hærba est, lutea tota, & in multas alas sparsa. Semen circa ramulos prouenit. Folia Cicorio similia. Tota suauem odorem spirat. Quare uestimentis interponitur. Inuenitur in torrentium ripis. Pota Orthopnœas mulcet. Hanc Cappadoces Ambrosiam uocant, alij Artemisiam.

βότρυς. botris est B species artemisie vel ambrosie

BARBARI COROLL.

BOtryn Cappadoces & Ambrosiam uocant. Alij Artemisiam.

EX M. VERG. COMM.

TOtidem, ijsdemq; uerbis genti suæ quondā Plinius cognoscendā Botryn tradidit, quot, quibusq; antea græcis Dioscoreā. eam descripserat. Verba eius sunt. Botrys fruticosa herba est, luteis ramulis. Semen circa totā nascitur. Folia Cicorio similia. Inuenitur in torrentiū ripis. Medetur Orthopnoicis. Hoc Cappadoces Ambrosiā uocant: alij Artemisiam. Quæ collata Dioscori. eandem in utroq; medicinā & historiam faciunt. Posteriores etiā Græcorū medici, qualis Paulus Aegineta est, nihil ab hoc scriptore traditis addiderunt. Eius uerba sunt lib. 6. βότρυς ὁι δὲ ἀμβροσίαν ὁι δὲ ἀρτεμισίαν φυτόν ἐστιν ἐυώδες ἱκανῶς. σὺν οἴνῳ γοῦν πινόμενον ὀρθοπνοικοὺς ὠφελεῖ. Quod est. Botrys, quam aliqui Ambrosiam, aliqui Artemisiā dicunt, planta est ualde odorata. Hæc cum uino pota, orthopnoicis medetur. Sunt de Botry hac totidem, & eadē a cunctis dicta: nec nos habemus, quod eorum decretis & historiæ addamus.

## ¶ De Geranio. CAP. CXXIX.

GEranion aliqui Peloniten, alij Trica, alij Geranogeronta, Romani Vchinastrū, Aphri Lescen appellant. Foliis Fremij, diuisuris longioribus, radice rotunda, dulci. Quæ drachmæ pondere in uino pota, uuluæ inflationes discutit.

γεράνιον. Geranion. di herbagen na. officine di Rostrum comie.

BARBARI COROLL.

GEranion, & Myrtidō uocatur Genus primū. Geranion uera creditur a quibusdam, sed & secundum utiq;, si descriptionem græcorum sequare, non latinorū: ut mox docemus.

Hosted by Google

C

## De altero Geranio. CAP. CXXX.

GEranium alterum, aliqui Myrrhin, alij Oxyphyllon, alij Cardamomum, alij Origanum uocant, Magi Hierobryncas, Latini Gruinam, aut Pulmoniam, aut Cicotriam. Caulibus minutis & pilosis, sesquipedalibus, folijs maluæ. In summis alijs sursum spectantia gruum capitula insunt, cum suis rostris, aut canini dentes. Nullius in medicina usus.

BARBARI COROLL.

Plí.li.26.ca.12. GEranion secundum medicis inutile, aliter a Græcis, aliter a latinis describitur. Dioscorides & omnino Græci, folijs paulo candidioribus q̃ Maluæ, ramosum ex interuallis. Hanc ego aut eandem, aut omnino similem esse uideo cum ea, quam Galliæ transalpinæ uulneribus & fistulis in potum commendant, & herbam Robertianam cognominant, coliculis rubentibus, flore paruo, subpurpureoq;, ac cæteris notis omnibus: quæ hoc loco a Dioscoride Geranio redduntur, etiamsi ab eo medicinæ aliena existimerur. Quid em̃ prohibet, ignoratas eius uires fuisse olim? Nostri, ut inquit Plinius, Geranion ostendunt Cicutæ folijs minutioribus, & caule breuius, rotundo, saporis & odoris iocundi. Verum hæc proprie Geranion nõ est, sed Myrrhis: de qua post agemus: confusione orta, q̃ Geranion a quibusdam Myrrhis etiam dicatur: unde natum & illud sit, ut Geranion in latino Cicutaria nomen habeat: cum alioqui Cicutaria proprie Myrrhis esse uideatur.

EX M. VERG. COMM.

GEranion hæc est, in qua Gruini capitis imaginem in summo eius plantæ capitulo contemplati Græci, nulla similitudine aptius rem indicare potuerunt. Vidimus nos alterã Geranion, paucis statim a radice prodeuntibus Maluæ folijs, ut hic describit. Tum nudo surgente caule, dimidij cubiti altitudine: crassoq; in caulis illius cacumine, folioso inuolucro tumentẽ, ex quo per longitudinẽ ex altero latere dimidiati digiti longitudine acutus procedebat apex. Eratq; in folliculo illo cum uiridi colores alij plures, præsertimq; cinereus: tam præsenti totius colli, capitisq;, & rostri Gruini imagine, ut aptiore pictura ostẽdi a peritissimo pictore animalis eius tota ea pars non potuisset. Alteram, quæ Cicutæ folijs est, ipsi non uidimus. Obseruauimus tamen in antiquis scriptoribus, Plinioq; præsertim, utriusq; huius herbæ miscerí historiã. Nec satis cognosci in eo posse, Gruino ne collo et capite utraq; sit, an altera tantũ. Id certe ex Dioscoride collegisse facile est, Cicutæ folijs alterã earum esse: ideoq; Cicutariam dici, & Myrrhida: quoniã & Myrrhis Cicutæ folio sit: quemadmodũ hic quarto uolumine docebit. Cur aũt priorem Romani Echinastrum dixerint, non satis pro comperto nobis est. Quemadmodũ in altera per se patent Cicutaria & Gruina ex foliorum & Gruini capituli forma factæ appellationes. Longissime de utraq; Plinius uolumine. 26. capite. 12. agit. Poteruntq; in eo uolentes uidere, quam nos paulo ante diximus, utriusq; Geranij historia uarietatem.

D

## De Gnaphalio. CAP. CXXXI.

γναφάλιον

GNAPHALION, alij Hires, alij Ampetocon, alij Anaxiton, alij Anaphalin, Aegyptij Semeon, Galli Gelasonen, Latini Centunculum uocant, quidam Tucularem, alij Albinum. Cuius folijs mollibus minutisq; pro tomento utuntur. Bibuntur efficaciter folia in uino austero ad dysenteriam.

BARBARI COROLL.

Plí.li.27.ca.10. GNaphalion, alij Chamæzelon uocant. Gnaphalion porro dicitur, quasi herba fullonia, siue Tomenticia. Quemadmodũ & piscis quidam Gnapheus, hoc est, fullo dictus est, quoniã oẽs maculas decoctũ eius eluat. Hanc puto esse, quæ ab Alcẽo poẽta Gnaphos appellatur: aut eam quę Hippophanes nomẽ habet. Nam & illa fullonibus est propria. Est apud Aristotelẽ & auis dicta Gnaphalus, quã miror a Theodoro prætermissam, imo uero cum altera, quæ uocatur Helea cõfusam ab ipso. Tomentũ a nostris dici quidã putant Gnaphalion. Lomentũ certe in Plinij codicibus impressis legitur, Tomentũ in scriptis manu: qui tamen non Lomentũ dici,

sed pro lomento esse scribit: quod & Dioscorides quoq; affirmat. Etenim Creta, qua fullones in albandis & poliendis uestibus utuntur, Lomentum a nostris, Gnaphalion & Gnaphalis græce dicitur: ut in Ceruleo notauimus ex Plinij sententia. Sed & fabacea farina Lomentum est: qđ Aetius Fabam nominat quandoq;. Ego Tomentum potius q̃ lomentum dixerim hoc loco, ut tamen sciamus, Gnaphalion utrumq; uideri significare, tam Lomentum, q̃ Tomẽtum. Addu coreo, q̃ Dioscorides Centunculum uocari hanc Romæ, prodat. Est autem Centonibus cum Tomento maxima cognatio. Nam & folia Dictamni, q̃ mollia esse uideantur, tomentitia, & lanea dicuntur a Dioscoride, hoc est, Gnaphalide. Sed & pars Cucurbitæ interior, quæ semen complectitur, ab Aetio Gnaphalides esse dicitur, ob candorem cum mollicia. A

EX M. VERG. COMM.

VEri simile est, rusticã plebem diu hac usam fuisse: quemadmodũ & adhuc in Alpibus, ubi frondium copia est, fieri passim uidemus. Græci enim γνάφαλον inter cætera Tomentum uocãt. Est autem latinis Tomentum omne id, quo culcitræ ad molliorem & calidiorem quietem infarciunt: siue id lana sit, siue pluma, siue qđ uoluerit aliqs excipiẽdis mollit & foueẽdis calore corporibus nostris aptum. Sic Suetonius, sic in re latina plures alij indicauerunt. Græci etiã, ut hic ipse in Dictamno dixit, γναφαλώδη quasi Tomentitia huiusce modi omnia appellant. Quam ob caussam nos Tomentum herbam diximus: & præter Tomentum, autore hoc ipso, Centunculum. Etsi diuersum quadamtenus usum Centones, & Tomenta habent. Vulgaris herba hæc est, candicans semper, presertimq; in maturitate. Folia eius non adeo magna sunt. Flores minimi, & ipsi albescentes. Cum creuit, sternitur per terrã. Nascitur pingui solo, presertimq; in marginibus itinerum, in hortis, & inter uites. Nullus nostra ætate usus eius est: nec quicq; in herbarum censu uilius modo, & neglectius uiret, & cum aruit minus cognoscitur.

## De Typha. CAP. CXXXII. B

τύφη

TYpha folium ædit Cyperidi simile, caulem album, lęuem, æquabilem, florem in cacumine ambientem, densum, qui in pappos oluitur, quod lanuginẽ aliqui nominant. Huius hærbę flos, fuillo adipe eloto exceptus, ambustis medetur. Gignitur in palustribus & aquis stagnantibus.

BARBARI COROLL.

DIfferre Typham a Tipha, quæ frumenti genus est, & per literam iota scribitur, existimo: sine geniculis, scirpi modo nascens, radicibus multis, ut triticum ordeumq;, folliculo multiplici, culmo simplici, leuissima frumentorum, solo etiam gracili facile proueniens, tritico persimilis ut Zea. Pistam serunt, qui mutari uolunt in triticum, idq; anno demum tertio procedit. Theophrastus sine folio gigni Tiphen uocatam prodidit, Orchomenium circa lacum, parte radici proxima, esu præcipue pueris tenera. Idem, an diuersum genus faciat cum prædictis, æstimandum relinquo. Plí. li. 18. ca. 8.

EX M. VERG COMM.

PAlustrem esse plantam Typham, satis unus testari posse uidebatur Plutarchus cap. 2. de naturalibus causis, inter plęraq; alias palustres his uerbis eam numerans. ἀλλὰ ἔλαθε τὸν λεῖτον ὅ τε κὼ τὰ λιμναῖα φυτὰ τύφη κὼ φλέως κὼ θρύον ἀναυξῆ κὼ ἀδλασῆ μένει. Quærebat enim, cur cœlestibus aquis magis quàm profluentibus proficerent ad generationem & incrementum semina? Disputanſq; contra laitum quendam, qui diceret, cadentibus pluuijs aperiri terram: pulsuq; illo apertam citius ad radices per se aquam transmittere. Cõtraria ratione a palustribus his plantis ratiocinabatur, ad quarum radices non transit aperta terra hymber. Numerabatq; eas quas pauloante diximus. Esse autem palustrem, & præter id caulem habere enodem Theophrastus indicat: qui primo uolumine de plantarum historia, de fruticoso & sarmentoso genere docens, & quales in caulibus ramulisq; suis differentias hoc genus habet, totam his uerbis rem docuit. περὶ δὲ τὰ φρυγανικὰ καὶ θαμνώδη καὶ ὅλως τὰ κλήματα κὼ ἄλλας τὶς ἂν λαβοι διαφορὰς. ὁ μὲν γὰρ κάλαμος γονατώδης ὁ δὲ βάτος καὶ ὁ παλίουρος ἀκανθώδης. ἡ δὲ τύφη καὶ ἴνια τῶν ἑλείων ἡ λιμναίων ὁμοίως ἀδιάφορα, καὶ ὁμαλῆ καθάπερ χεῖνος. Quorum sensus hic sit. In surculosis autem & fruticosis, in uniuersumq; Viticulis alias constituere differentias aliquis poterit. Harundo enim geniculata, rubus, & paliurus aculeati. Typha autem, & aquaticorum palustriumq; aliqua nullo intercedente nodo qui partes dissepiat, per totum æqualia sunt: qualis Iuncus est. Folia postremo an-

L

Culoso, odorato Iunco similia hic fecit, qualia ea etiã sunt. Intelligitq; in Iũcorũ gñe Cyperũ, de quo primo uolumine lõgius actum est. Quem gñe fœminino Cyperida hoc loco uocauit, qm eo nomine radix eius appellatur: ut in cõmentationibus nostris tũc longius dictũ fuit. Non aliam ob causſam, nisi quia radicis eius tm usus est. Et quemadmodum latini Iunci radicem plantam uocant, sic greci Cyperida ex radice genere fœminino Iuncum ipsum aliqñ nominauerũt.

## De Circæa. CAP. CXXXIII.

κιρκαία

CIrcæa, quam & Dircæam aliqui uocant, foliis est hortensis Solani. Agnatis crebris, flore nigro, pusillo, copioso. Semine Milij nascente in quibusdam corniculis. Dodrantali radice, triplici ferme, aut quadruplici, candida, odorata, excalfaciente. Nascitur in apricis, saxis & uento perflatis. Radicis tusę triens, in sextarijs tribus uini dulcis, per diem & noctem maceratur, potuq; triduo uuluas expurgat. Semẽ sorbitionibus datum, lacte mammas nutricum explet.

### BARBARI COROLL.

CIrceam a Circe dictam, nonnulli uerisimile putant. Quęsitum est autem a nobis, quid esset apud Columellam Cirrea. Nunquid pro Circea deprauatus esset locus? Respõdi, non Cirreã, sed Cymam legendum.

### EX. M. VERG. COMM.

DSVnt in græcis qui neutro genere Circęon hanc uocent, notam, ut ex commentarijs eorum ratiocinari licet, tunc omnibus herbam. Nunc quod uiderim, aut audierim, nulli nisi in ueterũ Plinijq; præsertim commentarijs auditam: qui uolumine. 27. capite. 8. non ijsdem omnibus cũ scriptore hoc in historia notis, neq; in medicina obseruationibus eam descripsit.

## De Oenanthe. CAP. CXXXIIII.

οἰνάνθη

OEnanthe, quam aliq; Cerascomiõ, alij Leucanthon uocitant. Folia habet Pastinacæ, florem candidum, caulem crassum, palmi altitudine. Semen Atriplicis. Radicem magnam, in multa rotunda capitula extuberantem. Nascitur in petris. Caulis eius & folia, cũ melle & uino pota, secundas eijciunt. Radix e uino urinæ stillicidio conuenit.

oenanthe. filipendula. aut illi similis

### BARBARI COROLL.

Plí. li. 12. ca. 28 lib. 21. cap. 24.

OEnanthe a Theodoro Vitiflora dicitur, post Narcissum uere floret. Plurimum durat, si diuulsa crebro prohibeatur sementescere. Flos ei candidus in racemis, ut Labrusca: odore germinantis uuæ, unde nomen. Nascitur locis tepidis, obseritur semine. Habetur & altera Oenãthe, inter uites dicenda.

### EX M. VERG. COMM.

ALia hæc Oenanthe est ab ea de qua quinto uolumine agetur. Illa in uitium genere Labruscæ flos est: hæc in herbarum censu a Theophrasto inter coronarias plantas & flores, qui secundi per uer florent numeratur. Illa primo & per se Oenanthe est, uinum & florem ipso nomine indicans. Hæc, ut fit, deficientibus proprijs, indicationem & nomen floris & odoris sui similitudine ab illa facile impetrauit. Nec ideo Oenanthe dicta est, quia Labruscæ flos sit, sed q candidus illi flos, racemi ut in Labrusca specie sit: & præter racemosum florem illum, odor qualis in pubescente uite floreq; eius sentitur. Amat hæc tepidiora loca. Quondamq; ad coronas in hortis etiam serebarur: in quibus non tantum odore, sed longiore florum suorum uita placebat. Hanc Dioscorides ait Cerascomen uocari: qua uoce Staphylinum, idest, Pastinacam aq; busdam nominari dixerat: cui quoniam hæc folio similis est, ideo & nomine illius etiam indicabatur. Quid autem Cerascome significet, in Staphylino & Pastinaca quærendum est. Eandem Leucanthum uocari hic ait, manifesta a florum candore significatione. Neque enim alia eius uocis uis est. Quæ deinde hic dixit, habere Oenanthem hanc in radicibus numerosa & rotunda capita, tubera sunt, & ueluti tumores qbus ea inequaliter tumet. Plinius ad radicũ copiã id retulit: radice magna, numerosa dicẽs: cũ tñ grãdi radice hic Oenanthẽ dicat, et in radice illa multis rotundis capitibus, quę ad radicũ copiosiorem numerũ, referri posse non uidentur.

Hosted by Google

## ¶ De Conyza magna. CAP. CXXXV.

A

Conyza magna ab aliquibus Cynozematitis, alijs Danais, alijs Tanachion, aliquibus Phycos, alijs Ichis, alijs Dinosmos, Magis Brephoctonos, quibusdam Anubias, nonnullis Hedemias, Aegyptijs Creti, Romanis Militaris, aut Deliarium, aut Febrifuga, alijs Fraginosa nuncupatur.

κόνυζα μέγα

herba pulicaris q pulices necat vulgo sazejo.

### BARBARI COROLL.

Conyza, quę a nostris Cunilago dicit, et Plinio Cunila quandoq; libro decimo, & a Theodoro Pulicaris, quia pulices necat. Folio coronat, & maior & minor appellata. Maior dicitur esse mascula, folio aspero, pinguiore q̃ minoris, et imbricato, torosiore caule, magisq; ramoso, radice lignosa: quæ a quibusdam ut herba quoq; ipsa, Libanotis dicitur, autore Plinio. Manipulo eius abiecto, omnes etiam a tota domo blattæ conueniunt ad eã. Vtrũq; genus serotinũ, ut quod post arcturũ germen, floremq; mittat. In sum̃a Cunilaginis appellatione, quatuor herbæ ueniunt: mascula, et fœmina. Et quę tertio loco ponit fœdissimi inter omnes odoris. Quartã reddit Plinius: quã appellat satiuã Serpyllo similẽ, e Cunilagine mõtana factã. Est & q̃nta eius species Hippoc. ut dicet paulopost. Cunilago dicit et ipsum Ligusticũ ab aliq̃bus, sed falso. At Cunilę tria sunt gña siue nomina. Capitatã et nostratẽ, quę Satureia sit, uocamus Gallinaceam quę Origanũ, Heracleoticũ: Bubulã, quę quẽadmodũ a Gręcis dicat, aliud nõ cõpi, q̃ q̃ eã Plinius, p Origano accipe multis locis uidet, ĩ qua significatiõe uocabulo eo et nos usi sumus.

Pli. li. 21. ca. 10 lib. 26. cap. 15.

## ¶ De Conyza parua. CAP. CXXXVI.

Conyzę duo genera. Quæ parua uocatur, odore præstantior est. Maior uero frutice altior, & folijs latioribus, graui odore. Vtriusque folia Oliuę similia, hirsuta, pinguia. In maiore caulis binum cubitorum altitudine attollitur. In minore pedem æquat. Flos squalidus, lutei, aut fului coloris. Quin in pappum abit. Radices superuacuę. Suffitu, substratuq; frutex animalia fugat. Culices abigit, & pulices necat. Folia conuenienter illinuntur serpentium plagis, & tuberculis, ac uulneribus. Flos cum uino ad menses partusq; eijciendos bibitur. Item contra urinæ stillicidia, arquatum morbum, & tormina. Comitiales potus ex aceto adiuuat. Decoctum in desessionibus medetur uuluæ malis. Impositus succus abortum facit. Ex oleo efficaciter rigoribus oblinitur. Capitis dolores tenuis illita sanat.

κόνυζα μερκά

B

p ficaria fm aliquos

### BARBARI COROLL.

Conyza minor eadem fœmina, Hippocrati Cunilago semper mollis uocatur. Folia huius trita, mellis odorem habent, digitis tactu cohærentibus. Hanc Dioscorides Libanotidem appellat, cum Plinius masculam ita nominet. Pilosiora minori folia & rami: qui & aculeati sunt. Flos squalidior, odore acriore, qui tamen grauior sit masculæ.

Pli. li. 21. ca. 10 lib. 26. cap. 15.

## ¶ De Altera Conyza. CAP. CXXXVII.

Est & tertium Conyzæ genus, quod aliqui Paruam, alij Panion, alij Libanotidem. Magi Cronon uocant. Caule crassiore, ac molliore. Folijs q̃ Paruæ maiusculis, minime pinguis, & maiore minor, multo grauioris odoris & iniucundioris, sed inefficacior. Prouenit locis non riguis.

### BARBARI COROLL.

Hippocrates Cunilaginem, siue Conyzam, pręter supradictas, aliam describit. Apio crispo similem: in maritimis, sabulosisq; nascentem, odoris teterrimi, & maxime fastidiendi: quam cũ

Cum melle atq; uino fœminarum locis, quæ fœtum non recipiant, admoueri præcipit, libro de muliebribus cauſis ſecundo.

EX M. VERG. COMM.

CONfundit, miſcetq; Plinius pluribus locis cum Origano Conyzam. Nec facile eſt eodem nomine duas diuerſaſq; plãtas ab eo ſæpius appellatas, in hiſtorię medicinęue gratiam & uſum ſecernere. Longior fuerim, ſi omnia quæ tam multis locis de Conyza, Cunilagine, & Cunila ab eo dicta ſunt, coaceruare hoc loco cogitem. Superuacaneum id etiam fuerit, qm̃ ſignanda non multo poſt & repetenda a nobis omnia, aut plura ſaltẽ ex illis erunt. Aliud itaq; prius agemus, & ut nouerint omnes, non eſſe Conyzam Origano eandem, neq; ediuerſo utriuſq; proprias numerabimus notas: ut propoſitis his, quæ a Plinio miſcentur certius pateant. Incipiemus autem ab Origano, quam hic ait folium Hyſſopo ſimile habere, umbellã non comoſam, uerũ diuiſam, & in ſummis uirgis ſemen. Et quod ad alia Origani genera pertineat Onetida candidioribus foliis, ſed magis Hyſſopo ſimilibus eſſe: ſemine uero corymborum mõ: & quã agreſtem Origanum dicunt, folia priori Origano ſimilia habere: uirgas dodrantales, in quibus Anethi modo umbellæ ſint, & candidi flores. Et hæ omnium Origanorum in hoc ſcriptore notæ ſunt. Conyzæ uero, quas pauloante diximus ſolium oleaginum, non Hyſſopi, hirſutum, pingueq; caules bicubitales: flores lutei, fragiles, ſubamari, & qui in pappos euolent. Quorũ nihil habet Origanus aliqua. Plinius autem lib. 19. cap. 7. autore herbario Crateia, Liguſticum primo ſeu Panaces Cunilam bubulam uocari tradit: cęteros hanc Conyzam græce appellare, & ab eodem Cunilaginem dici. Idem non multo poſt uolumine. 20. cap. 15. Cunilæ præter ſatiuam plura ſunt in medicina genera. Que Bubula appellatur, ſemen Pulegij habet: utile ad uulnera cõmanducatum, impoſitumq;, ut quinto poſt die ſoluatur. Contra ſerpentes quoq; in uino bibitur, ac tritum plagis imponitur. Vulnera ab his facta confricãtur. Item teſtudines cum ſerpentibus pugnaturæ, hac ſe muniunt. Hic ipſe Plinius ſequenti capite etiam ait. Eſt alia Cunila appellata a noſtris, a græcis Origanum Heracleoticum. Totoq; hoc capite nihil, niſi multiplex Cunila ab eo tractatur: manifeſteq; Conyza hæc Cunilę nomine cenſetur, cũ ait. Pulices etiam contritæ cum aqua ſparſæ necant. Quod priuatim Conyza habet. Poterant & alia reperiri, ſed ad eam quam cogitauimus rem ſatis hæc ſunt. Nec nobis aliud modo propoſitum eſt, q̃ monere ex his quę pauloante dicta ſunt, toto genere differre inter ſe Origanum omnem, & Conyzam omnem, Pliniumq; Cunilæ nomine in utraq; paſſim uti. Omittimus quod primum ille ait, Liguſticum, ſeu Panaces Cunilam a quibuſdam dici. Falſum enim non multo poſt eſſe id ipſe teſtatur. Quod autem lib. 20. cap. 15. ab eo dicitur, Cunilæ præter ſatiuam plura ſunt genera. &c. ad Origanum manifeſte pertinet: præſertimq;, quod de teſtudinibus cum ſerpentibus pugnaturis eo loco tradit: ſi Plutarcho credimus in naturalibus cauſis dicenti. ἡ δὲ χελώνη φαγοῦσα τὴν σάρκα τῆσ ἔχεως ὀρίγανον ἐπιστθίει, quod & ſi idem penitus non ſit, eandem tamen rationẽ habet. Quæ deinde ſtatim ab hoc loco deſcripta ab eodem ſunt. Eſt & alia Cunila a noſtris appellata, a græcis Origanum Heracleoticum, ad Origanũ ſimiliter pertinent. Cumq; plura Cunilæ genera feciſſet, uni ex his omnia Conyzæ huius tribuit. Tamq; uagus in hoc Cunilæ nomine, incertuſq; eſt, ut nihil nos ex decretis eius certum afferre audeamus. Quod autem conijcimus, huiuſcemodi eſt. Origanum græci uocant notam omnibus herbã: & ut fit in gentibus, quibus ſemper & ubique non fuerunt eadem rerum nomina, eandem Conilam uocauerunt. Teſtiſq; hic ipſe in Origanis, ſed multo certius in Theriacis ſuis Nicander dicens. κόρχορόν ἠ μυόεντα πανάγκτείον τεκονίλην, ἤν τε χαὶ ἡράκλειον ὀρίγανον ἀμφιέπουσι. Quorum ſenſus eſt. Et corchorũ clauſo folio, & omnia ſanantem Conilam, quam Herculeam Origanum appellant. Nihil anti quorum duorum ſcriptorum, ut uidetur, certiore fide cõfirmari poterat. Pro compertoq; eſt, Conilam antiquis græcis Origanum fuiſſe. Potuitq; Plinius eotum autoritate Origanum Conilam uocare. Neſcimus tamen, an Cunilam, quæ ſi latinis eſt quæ græcis Conyza, miſceri totiens ab eo non debuerat. Suſpicamurq; nos, quod eſt minimum inter duas has uoces diſcrimen (una ſiquidem litera uariant) cauſſam Plinio dediſſe, ut diuerſas plantas eiuſdem Cunilæ nomine totiens miſceret: cum tamẽ Origani greca uox, Conila per, o, latina uero Conyzæ, modo hæc illi reſpondeat, per, u, ſcribenda ſit. In græca illa uoce certa omnia ſunt: in latina facile eſt ratiocinari, Cunilam, ſiue malis Cunilaginem appellare Conyzam hanc, aut illi ſimilem fuiſſe. Eſt enim non Plinio tantum, uerum Columellæ, aliſq; ſcriptoribus frequens hęc uox. Pliniuſq; priuatim græcorum Conizam Cunilã manifeſte appellauit libro decimo, capite. vocum ait. Non poteſt petris auelli polypus. Idem Cunila admota, ab odore protinus reſilit. Acceptum id ab Ariſtotele eſt libro quinto de hiſtoria animalium his uerbis idem docente.

D

καὶ ὅτι πολύποδιος ὂν τῶν μὴ ἀποπασσᾶσθαι, ἀλλ' ὑπομένειν ἀποτεμνόμενοι. ἐὰν δὲ τὸ κεφάλαιον προσενέγκῃ ὥσ φασιν ἐνθὺς ὀσφραινόμενοι ἀφιᾶσιν. Quod ab hoc ſcriptore relictum, alterius au- A
toritate & teſtimonio addere placuit. Et ut meminiſſent legentes, non poſſe Conyzam teterri-
mi & grauiſſimi odoris herbam, cum Origanis miſceri: neq; ſi diuerſarum gentium uoces for-
tuito concurſu eundem ſonum reddant, ideo eandem in illis rerum eſſe ſignificationem. Fiunt
enim in græcis & latinis multa huiuſcemodi: ſuum tamen in ſua gente intellectum omnes ha-
bent. Dicimus id, quoniã ſi latinis Cunila eſt quæ græcis Conyza, non debuerat uicinitate no-
minis ad Origanum, quæ Conila græcis eſt, transferri, & cum illa miſceri. Nec dicimus, p cõ-
perto habere, latinam Cunilam græcam Conyzam eſſe. Verũ illud teſtamur, exquo tam mul
tis ea uox in uſu eſt, in eam partem propenſiores eſſe, & per, u, in principio ſcribendam: quem
admodum cum Originũ oſtendere uolemus, per, o, illam Cunilã, hanc Conilã dicentes. Puli-
cariam ſimpliciter in Ariſtotele quo diximus loco Conyzam uertit Theodorus gaza: facto ex
euentu illi hoc nomine, quia. ſ. pulices enecet: alioquin in nomine nulla eſt pulicum ratio. No-
bis Conyzam hanc magis placuit uocare: ut quarto uolumine deſcriptam, & Pſyllion appella
tam herbam, certius ex græco nomine Pulicariam appellemus. ψύλλα enim græcis pulex eſt: &
ψύλλιον herba a pulicibus uocat: q inſectis his ſimilis ſemina habet parua, nigra, & tota pulicũ
figura. Erit ob eam cauſam duplex in hoc opere nobis Pulicaria, altera præcedente Conyzę no
mine ſignata, altera ſimpliciter a pulicibus nominata. Quemadmodum tunc etiam iterum a
nobis dicetur. Habet Conyza hæc pulicaris, quo in græcis modo leguntur, numeroſas appel-
lationes, fereq; omnes incertas: ideoq; non tractandas a nobis, præterq; Dinoſmon: quæ uox
a grauitate odoris illi facta eſt: & Piſſam, quæ pix græcis eſt, a glutinoſo lentore dictam: q̃d Pli-
nius ſignificauit dicẽs. Trita mellis odorem habet digitis tactu eius coherẽtibus. Tria eius gña
Dioſc. numerat, maiorem, minoremq;, & tertiam inter utranq; mediam: craſſiore molliореq;
caule: foliis maioribus minore, minoribus uero maiore. Theophraſtus aliis nominibus duo B
genera tantum Conyzæ facit. 6. de plantarum hiſtoria uolumine, his uerbis. Conyzæ duo ge-
nera, mas altera, fœmina altera. Differentias inter ſe habent, quemadmodum & alia quæ ſic di-
uiduntur. Fœmina tenuiore folio, & conſtrictiore eſt, in uniuerſumq; minor. Mas maior eſt,
craſſiore caule, ramoſior, & folium maius, pinguiuſq; habet, & præter hoc florem magis ſplen
dentẽ. Semen fert utraq;. In uniuerſumq; ſero germinat & floret. Nec niſi circa, aut poſt arctu-
rum. Grauis maſculæ odor, fœminæ acrior. Quam ob cauſam contra uenenata utilis. Et hæc
a Theophraſto dicta ſic ſe habent. Quæ cõmentationibus his noſtris placuit addere, ut duorũ
ſcriptorum concors eademq; hiſtoria Conyzæ cognoſceretur: & ſi non iiſdem uerbis, neq; eo-
dem modo ab utroq; omnia dicta fuerint. In Dioſcoride autem quod ad floris colorem perti-
net, qui duplex in cõmuni græcorum lectione legitur, μήλινον ἢ ὑπόκιρρον luteus & ſubruffus, mu
tatum a nobis eſt: ſecundamq; illam uocem ὑπόπικρον, quod eſt, ſubamarum fecimus, luteum
& ſubruffum diuerſos colores male coniungi & miſceri ſentientes: mox monentibus uetuſtiſſi
mis græcis & latinis codicibus, in quibus amarum adhuc manifeſte legitur.

## ¶ De Lilio ſylueſtri. CAP. CXXXVIII.

GRæci Hemerocallen, alij Hemerocatalacton, alij Crinon agri-
on, alij Crinanthemon, alij Porphyranthes, alij Bulbum hæ-
maticon, alij Anticantharõ, Romani Bulbum, aut Lilium ſylueſtre, aut
marinum, Aphri Abiblabon uocant. Foliũ & caulem habet Lilij, por
raceo colore. Flores in caule per ſingulos exortus, terni aut quaterni e-
rumpunt, Lilij diuiſura, quoties dehiſcere cœperunt. Colore perq; pal
lido. Radix magna eſt atq; bulboſa. Quæ pota, aut cum melle & lana
in peſſo appoſita, aquam educit et ſanguinem. Folia trita, mammarum
inflammationes a partu contractas, oculorumq; collectiones mitigant.
Radix & folia igni ambuſtis utiliſſime illinuntur.

ἡμεροκαλλὶς

## BARBARI COROLL.

HEmerocalles, Elium a Theodoro dicitur, q in Dioſcoridis exemplaribus deprauatis Eli-
um marinum dici, a noſtris eum florem legiſſet. Ego Lilium marinum, non Elium in Dioſcori



UNIVERSIDAD CENTRAL BIBLIOTECA DERECHO

Hosted by Google

Cde legendum arbitror: nam & græce Crinon a quibusdam, & a nostris Lilium idem autor uocari tradit. Coronamẽtis folio tantum dicata hæc est. Pallidum hoc e uiridi, & molle habet, radicem odoratam. Seritur semine. Antiquus grammaticus Theodorus, cognomine Panages, Hemerocalles Athenis dici prodidit, non florem, sed uellus, aut lenniscum puniceum, & uersi colorem, quo in sacris utebantur. Dioscorides & hanc & Lilium a ueteribus Crinanthemon uocari tradit. Hippocrates quoq; Crinanthemon duplex haberi significat: cum alterum inqt esse in ædibus nostris proueniens.

EX M. VERG. COMM.

SErebatur quondam in hortis ad coronas Hemerocallis, æmulus cum tota planta Lilio flos, & quasi rudimentum naturæ Lilia facere condiscentis: nunc totis agris, & inter segetes præsertim pallore suo se indicat: longe Lilio minor, figura pene illi idem. Differt tãtum, q̃ in Lilio floris folia cum tota se in calathum aperuerunt, resima a superiore parte se inuertunt: in hoc dum defloreſcat, recta diu rigent. Vnaq; hac nota maxime legentes fallere non potest. Color enim non tam diuersus: licet in Lilio candoris superbia, in Hemerocallide palloris tristitia sit: ut non similis, et paulo minus q̃ idem facile uideatur. Eamq; ob causam, a Lilio, Lilioq; similibus alijs floribus plærasq; appellationes inuenit. Agreste Lilium. Crinanthemon, quæ Lilio uox etiam adiecta est. Porphyrantes, & Bulbus uomitorius: quæ Narcissi nomina sequenti uolumine erunt. Lilium marinum, & Anticantharon: quę uox aduersari scarabeis hunc florem significat, quemadmodum & Rosæ: quibus obrutum id animal perire naturales aliqui dixerunt. Breuissime Plinius libro uicesimoprimo, capite eiusdem numeri de Hemerocalli hac egit: quodque hic dixerat, folia caulemque Porri modo uiridia habere, ille pallidum e uiridi dixit, medium Porri inter uiredinem palloremq; colorem ea ratione indicans. Nobis ex uerbis scriptoris huius rem demonstrare placuit.

## De Viola alba. CAP. CXXXIX.

λευκοΐον

Leucoion B

LEucoion ex Græcis aliqui Basilion uocant, Latini Violam albam, aliqui Augustiam, nonnulli Violam autumnalẽ, aut Passerinam. Vulgaris est notitiæ, sed in floribus differentia quædam. Namq; aut cærulei, aut albi, aut purpurei, aut lutei inueniuntur. Luteę uero præcipui in medicina usus. Huius aridi flores feruefacti in desessionibus, ualent contra uuluæ inflammationes. Et menstrua expellunt. Sanant oris ulcera cum melle. Cum cerato rimas sedis. Semen duum drachmarũ pondere ex uino potum, aut cum melle inditũ, menses, secundas, & partus extrahit. Radices cum aceto illitæ lienem reprimunt, & podagricos iuuant.

LIBARBARI COROLL.

Plin. li. 21. ca. 11 lib. 6. cap. 19. The. li. 6. ca. 7

LEucoion, & si candidam Violam ipso nomine significat, tamen & pro lutea, & cerulea, & purpurea sæpe capitur. Hinc apud Columellam candida Leucoia, quasi & nigra quędam sint. Hippocrates certe, nigra inquit, Leucoia quærantur. Paulus, Ioton inquit oleum, hoc est, Violaceum, modo ex purpureis, modo ex candidis, modo ex croceis confici solere Violis. Sciendum & illud est, Dioscoridem hoc loco scribere Violam, quæ græce Leucoion dicatur, a Romanis Ligustriam quandoq; nominari: etiamsi codices sunt, in quibus non Ligustria, sed Augustia legatur: ut fortasse Colnmella in horto suo intelligat de Viola cum cecinit,

Nigro cõmista Ligustro.

Nam Ligustrum candidum, pro Cypri flore capitur. Cæterũ de purpurea, siue nigra, seorsum post dicetur. Cerulea quæ sit, non constat, nisi quis Cyanũ hãc intelligat. Est aũt Cyanus flos, rosam excipiens: cuius color honorem, nomenq; dederit ceruleo. Cyanũ Amarãthus excipit. Triuialis, ut qdã existimauere, flos est Cyanus, in frumẽtario nascẽs agro, & hortis q̃q, rustico rũ & puellarũ corollis, calice Rosarum, sed squarroso, atq; tristi, sine odore. uerũ suma coloris gratia, q & Baptisecula ruribus dicatur: qm̃ secantibus & metentibus officiat, retusa in occursu eius falce. nam & Seculã ueteres dixere falcẽ. Florũ porro prima se ostendit alba Viola, nec dũ exacta hyeme. Sub idẽ fere tempus, exit & Viola cognomẽto flam̃ea, quæ Phlogion uocatur: Syluestris tantum ab aliquibus Phlox: ut errare putem, qui Phlogiõ eandẽ esse cũ lutea Viola

Hosted by Google

A

ſcripſere, quod quidem ex ſequentibus apertiſſime liquebit. Theodorus flammam uocauit, colore commendabili, odore nullo, ſemine proueniens coronis. Non eſt hæc autem Iouis flos, aut quod idem eſt, Iouis flamma, hoc eſt, Dioſanthos. Idq; neu dubitem, facit, q; Iouis flos, licet ſine odore ſit, & coronarius, & obſeruatur ſemine, tamen æſtate floret, non per hyemem, ut Flammea. Plinius quoq; Iouis inquit flos, colore tantum commendatur, odor abeſt, ſicut & illi, qui a Græcis inquit Phlox uocatur. Diximus & Lychnin uocari quandoq; Flammeam, ſed inter Roſas potius q; Violas. Aliud eſt apud Græcos Phlogis. Nam & ueſtis genus ſignificat, quod nos flammeam, et flammearios opifices in Plauto uocamus, & carnem toſtam, ut eſt apud Stratidem. Violarum ergo Alba & Flammea plurimum durant. Sed ſatiuis maxima auctoritas Luteolis: qui colos in nuptialibus Flammeis quæſitus, ritu antiquiſſimo & fœminis totus conceſſus traditur: ideoq; fortaſſe nõ numeratur inter principales, hoc eſt, communes maribus & fœminis: quoniam coloribus ſocietas principatum dabat. Genera Lutearum Tuſculana, & quæ appellatur Marina, folio aliquanto latiore, ſed minus odorato: in totum uero ſine odore, ac minuto folio. Calathiana, munus autumni. Cæterę ueris. Proxima ei Caltha eſt, concolori amplitudine, uincit numero foliorum Marinã, quinq; folia non excedentem. Eadem odore ſuperatur. Eſt enim grauis Caltha, non leuior ei, quam Scopam regiam appellant. Quanq; folia eius oleant, non flores, ut inquit Plinius. Quod autem genus ei ſit inter Violas Scopa regia, parum liquet. Dioſcorides Scopam regiam Naporum generi connumerat. Plinius alio loco Sideritin, quæ latiſſimo folio ſit, Scopam regiam a noſtris dici uult. Violæ odor e longinquo ſuauior, propinquus hebetatur. Vita longiſſima Candidæ, triennium. Ab eo tempore degenerat & minuitur: floresq; aſſidue candidiores affert. Minor uis eſt recentibus. Ideoq; aridis utuntur poſt annum. Honor Violis apud antiquos poſt Roſam & Lilium. Violam iccirco dictam Ion Græci putant, q; cum Io in uaccam a Ioue conuerſa eſſet, terra florem illum pabulo bouis eius fuderit. Noſtri quoq; Violam, quaſi uitulam, imitatione græca uideri poſſunt, appellaſſe.

## EX M. VERG. COMM.

B

DEtulit candori multum in hoc flore antiquitas, nec leuem ſplendoris ſui gratiam illi habuit, una ab eo facta appellatione tres alios colores indicans: qui in toto hoc Violarum genere a ſcriptore hoc numerantur, & uno excæpto a cunctis paſſim quotannis uidentur. Leucoiorum enim nomine in græcis omnes indicantur Violæ hæ, quæ primæ flores ſuos proferunt, ubi mitior & tepidior aër fuerit ab hyeme ſtatim: ubi aſperior & frigidior, poſtea: ubiq; autem per uer primæ nouí anni aduentum nunciantes, pluresq; non uno ramulo tantum, ſed uno pediculo florentes: quæ cauſſa fuit, ut a quibuſdam Polypheræ inter alias appellationes dicerentur. Id enim ea uox ſignificat. Florent hæ paſſim triplici colore, candido, luteo, & purpureo. Qui quartus deinde ab hoc numeratur, ceruleus in Violarum genere hoc, quod ſciam, in Italia nullibi uidetur. Ex eo oborta nobis ſuſpitio eſt, poſſe in græcis abundare eam uocem, & ſi in cunctis pariter legatur: is etiam quem nos habemus egregiæ antiquitatis, & fidei latinum Dioſcoridem, longobardis literis ſcriptum, tres tantum colores illos notos omnibus numerat: quartus hic ceruleus nullus in eo eſt. Nec nos tantum illi deferimus, ut unum uelimus pro cunctis alijs nobis eſſe, ſed accedente rei naturæq; & ſuſpitioni huic noſtræ hoc ueluti teſte, qualiſcunq; ille eſt, non fore credidimus inutile hoc etiam legentes monere. Præſertim nullibi, ut paulo ante diximus, oſtendente in hoc flore eum colorem natura. Alioquin oportebit, quæ primo uolumine in Iaſme dicta a nobis fuerunt, meminiſſe: & quæ longius illic de Violis docentur, in hunc locum referre: opinariq; in ceruleo colore hoc, aut alijs locis naſci hunc florem. Late enim patet naturæ uis, & admirabilis eius maieſtas: qua poteſt multa ubiq; uariare, & quæ nobis, & noſtro orbi negauit, alijs dediſſe: aut Violarum appellatione alia etiam cenſeri florum genera. Quales Ieſiminos omnes tunc eſſe diximus, modo magnitudine & forma pares & ſimiles illis ſint: & intellexiſſe in Dioſcoride neceſſe erit, florem quempiam alium cerulei coloris: qualis uerbi cauſſa Cyanus eſt, ſic a Græcis a colore dictus, uulgaris flos, omnibus notus inter ſegetes, Maio & Iunio menſe naſcens. Quem rura noſtra florem Alyſum uocant, triplici & ipſum colore, candido, purpureo, plærunq; autem ceruleo. Nobis tamen in priorem illam ſententiam inclinat animus. Credimusq; quartum illum colorem huic ſcriptori temere accreuiſſe. Vtimurq; ea ratione præcipue, q; non ueriſimile eſt, miſcuiſſe diuerſa ſimul genera. Dioſcoridem: & cum de Leucoijs certo ſcilicet genere priuatim ageret, de cunctis Violis, quæ Græci ἴα, non λευκόϊα uocãt,

Cagere cogitasse. Obseruauimus enim τῶν ἰῶν, id est, Violarum latius patere appellationem, pluresq; complecti flores: Nigram, seu malis ferrugineam Violam, Ieiminos omnes, Calathianam, & quam Græci Phloga, Plinius Flammeam uocat, pluresq; alios qui figura, quantitate, foliorum positura, aliaq; huiusce modi ratione aliqua proprie dictis Violis similes æqualesue sint. λευκοίων autem triplex tantum hoc genus, quod solo colore differt, quodq; nos paulo ante ex Theophrasto descripsimus. Solæ enim hæ Violæ Leucoia dicuntur. Accedit & illud, q; si Cyanus in hoc genere intelligēdus erit, ex qua uoce nos credimus irrepsisse eum colorem in has Violas, uidebitur temere miscuisse Dioscorides, quæ non eodem tempore florent. Illæ enim ab hyeme statim aliquibus locis, ubiq; autem & semper uere florent, Cyanus autem prima æstate tantum. Illę sponte sua in parietibus, & murorum pinnis aliquando, illi inter segetes passim nascuntur. Possunt quidem ambo in hortis conseri, sed nos simplices naturæ natales & notas, non coacta artis opera tractamus hoc loco.

## ¶ De Cratæogono. CAP. CXL.

κραταιόγονον

CRatæogonum, siue ut alijs placet, Cratæonon, foliis tritico simile est, multis calamis ex una radice emicantibus, multorumq; geniculorū. Semine Milij. Nascitur in opacis & frutetosis, summopere acre. Traditum est a quibusdam, quod si bibat ieiuno ore, ter in die post menses purgatos, tribus obolis in cyathis aquæ duobus mulier, ante conceptū quadraginta diebus, & uir modo consimili, totidem diebus ante cōitum hauriat, uirilis sexus partum futurum.

### BARBARI COROLL.

Plí.li.26.ca.10. ESt & alia Cratægon, siue Cratægonos, siue Crateogonos, quæ Theligonos uocatur. Differentia intelligitur lenitate gustus. Hippocrates Polycriton appellat: quam Cratægonon cæteri. Plinius Cratægonon, spicæ tritici similem demonstrat. Dioscorides Melampyro. Theophrastus lino triticeo, id est, λίνῳ πυρινῷ. fortasse hoc intelligens, quod Plinius culmum, siue spicam tritici. Theodorus nescio q; diligenter lini modo ruffum uertit: quia πυρρόν, non πυρινόν in Theophrasto legerit. In Theophrasto arboris etiam genus est Cratægos, siue Cratægona: quam Italia uocat Aquifolium: neq; magna ualde, neq; crassa, ligno robusto, uersicolore, flauo, cortice læui, ut Mespilo, foliis item Mespili, hoc est, promissis, uerum latitudine ac longitudine maioribus, nec ad eundem modum serratis, fructu plurimum rotundo: qui maturescens siccatur, nigrescitq; gustu & succo Mespili: fereq; Mespilus syluestris fuerit, ut Theophrasti uerbis utar. Aquifoliam porro, siue Aquifolium, ipse nihil aliud ueteribus fuisse uideo, q; Ilicem. Ilex porro duo habet genera, minus, & prolixius.

D

### EX M. VERG. COMM.

TOta stat gentium uulgiq; fama & fide Cratæogoni in scriptore hoc & Plinio medicina: neq; in historia, quod sciam, ex antiquo illo tempore a quoquā additum illi aliquid est. Nos etiā quod præter dicta a duobus his Cratæogono adijciamus, non habemus. Monuisse tamē obiter legentes inutile non erit, ideo Cratæogonon a græcis dictam fuisse, q; ui, potestateq; sua κρατεῖ τοῦ γόνου, euincit scilicet, superatq;, & genituræ dominatur. Potestq; humani seminis naturam ad mares concæptus cogere.

## ¶ De Phyllo. CAP. CXLI.

φύλλον

PHyllon aliqui Elæophyllon uocant. Nascitur in saxis, sed quod Thelygnon uocant, est ueluti muscus, folio Oliuæ, magis herbacei coloris. Caule tenui ac breui. Radice minuta. Flore candido. Semine Papaueris simili, maiore. Sed Arrhenogogon cætera huic simile, solo fructu distat. Habet enim uuas deflorentibus oleis non dissimiles. Arrhenogonon potu, masculi sexus facere partus, ut Thelygonon fœminei proditur. Horum Crateuas author est. Sed huiusmodi historiatenus, mihi produxisse uidetur.

Hosted by Google

## BARBARI COROLL.

A

PHyllon radice parua. Differt ab hac Phyllitis: de qua diximus. Differt & Phyllandrion, siue ut alij scribunt, Phellandrion: de quo nihil aliud proditum inuenio, q̃ ꝙ in paluſtribus nascitur, folio Apij: ꝙq̃ ſemen eius propter calculos, & incõmoda ueſicæ bibitur. Ab hoc ſunt qui Phellandrion, eandem eſſe cum Helioſelino, id eſt, Apio paluſtri cenſeant. Herbam quoq̃ illam, quæ a Plinio Silaus appellari traditur in glareoſis, ac perennibus riuis, Apij folio nata, quam ad ueſicæ incommoda coquendam præcipit. Sunt qui pro Phellandrio Heleoſelinoq̃ accipi putẽt. De hoc in Sio plura diximus & Lauere. Non Silaum ſcribi poſſe, cum inibi, tum in Apologia quoq̃ noſtra oſtendimus. Plí.lí.22.ca.16. 27.cap.12. Theoph. lí.9.

### EX M. VERG. COMM.

DEſcripſit Folium hanc. 9. de plantarũ hiſtoria uolumine Theophraſtus his uerbis. ἔνια δὲ εἶναι ἐσ τὸ ἀρρενογονεῖν ἢ θηλυγονεῖν. διὸ καὶ καλοῦσι φύλλον τὸ μὲν ἀρρενόγονον τὸ δὲ θηλύγονον, ὅμοια δὲ ἄμφω καὶ μορφὴν ἔχοντα ὠκίμου. ὁ δὲ καρπὸς τοῦ μὲν θηλυγόνου καθάπερ ἐλαίας βρῦον ὠχρότερος δὲ τοῦ ἀρρενογόνου, ὁράνπερ ἐλαία ὅταν ἄρτι φύκκαι ἐκ τοῦ βρύου. δίχρουν δὲ ὥσπερ ὄρχεις ἀνθρώπων. Quorũ ſenſus ſit. Quædam præterea eſſe maribus, aut alterius ſexus concipiendis fœtibus apta, eamq̃ ob cauſſam Folium aliam mares, aliam fœmineos conceptus facientem dixerunt: ſibi inuicem ſimiles, & Ocimi figuram habentes ambas. Eſt tamen alterius quæ fœminarum conceptus facit, ſemen muſcoſo flori Oleæ ſimile, pallidiusq̃ q̃ alterius, figura nuper ex muſcoſo flore incipientis Oliuæ, cohærens ſibi, geminumq̃ Teſticulorum hominis modo. Et hæc quidem Theophraſtus eadem huic ſcriptori, ſi diligentius omnia expendantur.

## ¶ De Teſticulo Canis. CAP. CXLII.

TESTICVLVS Canis, quem Græci Orchin, aut Cynoſorchin uocant, foliis circa caulem mollis, Oleæ ſimilibus, in terra ſtratis longioribus, anguſtis, læuibus. Caule dodrantali, floribus purpureis, radice bulboſa, oblonga, Oliuæ modo anguſta, duplici ordine: ſuperiore, quæ plenior eſt: inferiore, quæ mollior ac rugoſior. Eduntur radices coctæ, ut bulbi. Ex quibus ſi maiorem edant uiri, mares generari dicũtur. Si minorem, fœminæ, alterum ſexum. Addunt, in Theſſalia mollem mulieres in lacte caprino bibere, ad ſtimulandos cõitus. Aridam uero, ad inhibendos. Et alterum alterius potu reſolui. Naſcitur in petroſis & ſabuletis. ὄρχις κυνὸς ὄρχις B

## BARBARI COROLL.

ORchis, qui priuatim Cynoſorchis, ideſt, Teſticulus canis dicitur, inueniri ſolet fere in uineis, foliis ternis, paruis, ſemipedalibus, radice ad formã teſtium hominis, alternis annis intumeſcente ac reſidente. Atq̃ hic mas eſt & fœmina eiuſdẽ nominis: quę diſtinguitur internodijs, & ramoſiore frutice, radice faſcini. Naſcitur fere iuxta mare Cynoſorchis, & Satyrion uocat, minus proprie. Aliud em̃ genus eſt, quod proprie Satyrion appellant, ut paulo poſt monſtrabitur. Eſt & Orchis cognomine Serapias, de qua modo prodendum. Plí.lí.26.ca.10.

### EX M. VERG. COMM.

ALiter potius q̃ aliud de utraq̃ Orchis, id eſt, Teſticuli huius radice docuit Theophraſtus nono de plantarum hiſtoria uolumine. Quo loco cum de nouis, & uix credendis plantarum quarundam uiribus ageret, numeraſſetq̃ fabuloſa etiam aliqua de ſterilitate, fœcunditateq̃ ad conceptus & partus agere incipiens, ſubiecit. καθάπερ ἐπὶ τοῦ ὄρχεως καλουμένου. δυοῖν γὰρ ὄντοιν, τοῦ μὲν μεγάλου, τοῦ δὲ μικροῦ, τὸ μὲν μέγα ἐνεργότερον ποιεῖ πρὸς τὰς ὁμιλίας, σὺν γάλακτι δὲ λιβάνου ἀγόν ὀρεινοῦ τὸν δὲ ἐλάττω σίνεσται καὶ κωλύει. ἔχει δὲ τὸ μὲν φύλλον σκυλλώδες, λειότερον δὲ καὶ ἔλαττον, τὸν δὲ καυλὸν, ὁμοιότατον ἀπίῳ. Quorum ſumma & ſenſus eſt. Quemadmodum in ea quæ Orchis, id eſt, Teſticulus uocatur. Qui cum duo ſint, maior aliter, minor uero alter, Maior ad Venerem efficaciorem hominem facit, in lacte capræ, in montibus paſtæ ſumptum. Minor autem nocet illi & impedit. Habet planta Scyllaceum folium, minus tamen, & minore læuore nitens. Caulem poſtremo agreſti Raphano, quam Græci Apion dicunt, ſimillimũ. Et hæc Theophraſtus de Teſticulo herba: quam hic petroſis & ſabuloſis locis naſci tradidit, contra q̃ græcorum & latinorum aliqui teſtati fuerunt, ad mare naſci affirmantes.

Hosted by Google

C

## ¶ De altero Testículo. CAP. CXLIII.

TEsticulus, qui alio nomine Serapias, Andrea authore, uocatur, quoniam radix inter pauca utilis sit. Foliis est Porri, latioribus, oblongis, pinguibus, ex alarum sinu inflexis. Caule palmeo, floribus pene purpureis. Radice Testiculis simili. Quæ illita tumores discutit. Vlcera purgat, & serpere eadem non patitur. Abolet fistulas. Et illitu inflammationes lenit. Aridæ radices nomas inhibent. Sanātq; oris putredines, & ulcera cacoëthe. Aluum sistunt e uino potæ. De hac, eadem quæ de Testiculo canis produntur.

### BARBARI COROLL.

ORchis Serapias, quā Triorchin cognominat Aetius, folium habet Scillæ, ut Theophrastus & Plinius testātur: nō Silphij, siue Laseris, ut Theodorus cōuertit, Silphiodes, pro Scillodes in eo legens. Etem Silphio foliū est Apij, non Scillaceū, aut Porraceū, ut Serapiadi. Spinosus huic herbæ caulis, & Apio. i. Raphano syluestri, nō ut Theodorus inquit, Piro similis.

### EX M. VERG. COMM.

PRiori Testiculo cōgener posterior hic est, radicum numero diuersus, & alter ab illo dictus. Duabus em̄, & quales descriptæ sunt, ille nitit. Hic a Dioscoride minimis Testiculis, nullo eorū decreto numero similes radices habere traditur. Ab alijs tn̄ Triorchis noīatur: manifesto ex ea appellatione argumēto, non duabus, sed tribus testiculatis radicibus niti in terra. Sic em̄ posteriores medici appellauerūt, præsertimq; Paulus Aegineta ultimo suæ medicinæ libro, capite de sordidis ulceribus, σαραπιάδιον τῆς καὶ τριόρχεως, id est, Sarapiadis herbæ, quæ & Triorchis dicit. Mox lib. 6. de simplicibus ὄρχις ἡ σαραπίας διὰ τριόρχιν. Quod est. Orchis, aut Sarapias, quā quidam Triorchin uocant. Sic etiā Aetius, sic posteriores alij. Ex quibus uidere licet, non uiri-
D bus in medicina tantū, sed historia etiam a priore illo hunc differre. Cur aūt Sarapiada hic uocari dixerit, quoniā multos habet radix eius usus, non satis certum nobis est.

## ¶ De Satyrio. CAP. CXLIIII.

σατύριον

SAtyrium aliqui Trifolium uocant, quoniam tria fert folia, ad terram infracta, Rumici, aut Lilio similia, minora tamen, ac rubra. Caulem cubitalem, nudum. Florem Lilij effigie, candidum. Radicem bulbosam, mali magnitudine, fuluam, intus ut ouū candidam, gustanti dulcem, & ori non ingratam. Quam in uino nigro austero bibere conuenit, contra opisthotonum. Vtendū ea dum concumbendi incessit cupiditas. Siquidem ea proniores ad uenerem fieri affirmant.

### BARBARI COROLL.

SAtyrij primū genus, caule leui, radice gemina, hoc est, duplici ordine, a Plinio describit,

## ¶ De Satyrio Erythronio. CAP. CXLV.

σατύριον τὸ ἐρυθρόνιον

SAtyriū Erythronion, aliqui Erythrāicon, alij Melion aqueum, alij Entaticon, alij Priapicon, aut Satyriscon, aliqui Satyri Testiculū appellant, Latini Molorticulum Veneris. Semine lini, maiore, duro, læui, splendente. Quod fertur, non secus atq; Scincus libidinē excitare. Cortice radicis gracili, ruffo. Intus aūt album includitur, sapore dulci, non ingrato ori. In montosis & apricis enascitur. Venerem, ut produnt, si oīno manu teneatur radix, stimulat, Eoq; magis si bibatur in uino.

### BARBARI COROLL.

SAtyrion hoc notum pastoribus, quoniam arietibus & hircis segnioribus in potu datur, &

Hosted by Google

in Sarmatia equis ob assiduū laborem pigrioribus in coitu: quod uitium Prosedamū uocant. In totū quidem Græci concitationē hanc uolentes significari, Satyrion, & Satyrismon, & Satyriasin appellant, ideo & Aristocholiæ genus unum, quod Polyrizon cognominat. Satyrion ex facto uocari censeo. Herbam quoq; illā Satyrion Indam appellauerim, Theophrasto allatā ex India: cuius contactu libidinē durare septuagesimo coitu meminerit, nec speciem eius, aut nomen aliud reddiderit. Habēt hodieq; Syri herbam simili effectu, Bucheidenq; nominat, & Indicam Satyrion: fortasse cum ea, cuius mentionē Theophrastum fecisse diximus, eandem radice candida & dura, cōmendatiore quo crassior & rugosior, & albior, podagris utili. Est & alia Satyrismi significatio Hippocrati, pro tuberculis prælongis, qualia Satyrorū pingūtur, sub ipsas aures, quę a quibusdam & Theres, & Pheres appellantur, ut inquit Galenus. A

E X M. V E R G. C O M M.

OMnes Satyrij huius appellationes, aut ex colore radicis, aut ex uiribus, impetuq; eius ad Venerem factæ sunt. Necq; enim Erythron, & Erythrococcum aliud significant, q̄ rubens simpliciter, & ueluti cocco infectum. Quæ deinde uox Entaticos sequitur, non aliunde q̄ ἀπὸ τοῦ ἐντείνεσθαι est. Græcis enim intendi, & arrigere ea uox significat. Quemadmodum Priapiscus, Satyriscus, & Satyrij Testiculus. Omnes enim a salacitate Veneris ad hanc herbam translatę sunt. Priapum quotidie in hortis suis uidebat antiquitas ad Venerem semper paratum, & qualem in Priapēis carminibus audire adhuc licet.

## ¶ De Hormino. CAP. CXLVI.

HORMINVM satiuum a Latinis Geminalis, a Dacis Hormia dicitur. Foliis est Marrubio similis, caule semicubitali, quadrangulo, circa quem eminentiæ siliquis similes prodeunt, quæ ad radicem spectant, in quibus diuersum semen recluditur. Siquidem in syluestri rotundum, fuscumq; inuenitur. In altero nigrum, & oblongum: cuius est usus. Ad Venerem stimulandam, cum uino bibi uolunt. Purgat cum melle argema, albuginesq;. Illitum ex aqua tumores discutit. Eo etiam extrahuntur aculei ex corpore. Idem effectus est illitæ hærbæ. Syluestre magis uiribus pollet. Quare unguentis præsertim gleucino permiscentur. ὅρμινον B

H B A R B A R I C O R O L L.

HOrminon amarum, nigrumq;, nec Cumino penitus absimile, dodrantali Plinio altitudine: medicamentis annumerandum potius, q̄ inter fruges. Dictum ita, quia Venerem extimulet. Seritur cum Sesama & Irione, omninoq; cum æstiuis, hoc est, cum ijs quæ æstate ante Vergiliarum exortum seruntur. Est & Horminiū, siue Hormienon, & Hormenion, sed illud Corruda intelligitur. Plinius huic folium Porri tradidit. Cęteri Marrubio simile fecerunt: qui error fatalis fere Plinio est, ut in Ballote & Stachye. Pli. li. 18. ca. 17. lib. 22. ca. ulti.

F E X M. V E R G. C O M M.

FRugum generi adnumerauit aliquot locis de plantarū historia Horminon hoc Theophrastus. Idem Theophrastum secutus decimooctauo uolumine Plinius tradidit capitibus. 10. & 7. Quinetiam post hæc. 22. uolumine, capite ultimo duorum generum, & ipse Horminum fecit: alterum nigro, ut hic semine: alterum candido, contra q̄ Dioscorides, qui φαιὸν dixit: qua uoce Græci indicant, quæ nigrescunt magis, q̄ quæ nigra sunt. Alij inter medicamenta, & frutices potius, q̄ inter fruges numerare Horminum maluerunt. In quam partem & nos propensiores sumus. Necq; enim antiquis in usu ciborum fuit, & ætate hac nostra uix ab agricolis cognoscitur. Descripserunt satis id antedicti scriptores, Ciminoq; simile, præsertim semine fecerunt. Ob quam caussam nihil ultra de eo nos agemus.

## ¶ De Securidaca. CAP. CXLVII.

HEdysaron unguentarij Pelecinum, id est, Securidacam uocant. Fruticosa est, foliis Ciceris. Semen ruffum in siliquis fert, corniculorum modo aduncis, quod ancipitem securim æmulatur. Vnde no- ἑδύσαρον

Cmen accæpit. Amarum guſtu. Stomacho utile in potu. Additur in antidotis. Cum melle ante coitus ſubditum, concipiendi ſpem adimit. Naſcitur in ſegetibus & hordeis.

BARBARI COROLL.

Theoph. li. 8. Plin. li. 27. ca. 12. HEdyſaron, quoniã Pelecinon a Græcis dicatur, a noſtris Securidaca nomen habuit, fruticoſa cauliculis, ſemen ſiliquis ternis, quaternisq; quale Git nouimus amarum. Naſcitur in ſegetibus. Hac Lentem necari, Plinius, & e Græcis aliqui recentioribus exiſtimant. Theophraſtus Aphacen. Lentem uero ab Aparina, quæ Lappa ſit, ſtrangulari complexu ſcribit. Ita ſæpe fallit uocabuli ſimilitudo. nam Græci Lentem Phacon uocant, non Aphacen. Sciebant & hoc diſcrimẽ illi qs dubitat: ſed liberariorũ culpã, ut ſæpenũero cõtingit, hallucinãdo ſuã fecere: q̃d quidẽ & nobis accidiſſe aliquibus locis hoc opere nõ dubitamus. hoc em̃ eſt hominẽ eſſe.

EX M. VERG. COMM.

NAſci Securidacã in hordeacea & triticea ſegete hic ait. Secutuſq; eum Plinius, in ſegetibus inueniri lib. 27. cap. 12. tantũ teſtatus eſt. Theophraſtus tamẽ octauo de plantarũ hiſtoria uolumine, Lentibus noxiã & peſtilentem dicens, non aliter q̃ tritico lolium, & auenã ueriſimile fecit, illic potius inueniendam ubi magis graſſetur. Hæc enim malorũ, noxarumq; omniũ natura plærunq; eſt, ut ubi maleficiũ ſuum exercere poſſint, illic libentius agant, & frequentiora inueniant. Pelecinus ab antiquioribus dicta in græcis diu planta hæc fuit: nec nos, prꝫterq; in nouiſſimis ſcriptoris huius codicibus alio noĩe deſcriptã in Dioſcor. hactenus inuenimus. Is etiã quẽ nos egregiæ antiquitatis habemus latinum Dioſcoridem, Pelecinũ, non Hedyſarum legentibus proponit. Quo fit, ut ſuſpicemur poſteriorem hanc eſſe plantæ huius appellationẽ, & a ſuauitate odoris, uſuq; unguentariorũ factam huic ſcriptori a poſterioribus græcorũ medicis accreuiſſe. Dico autẽ poſteriores, qui Theophraſtum, & ſcriptoris huius tempora ſecuti ſunt. Paulus Aegineta utroq; nomine eam in. 6. his uerbis indicauit. Hedyſaron, quæ & Pelecinus. Eius ſemen ante coitum ex melle appoſitum hic ait ἀτόκιον eſſe, id eſt, ſterilitatem facere. Barbarus autẽ aliter penitus uertit, dicens cũ melle appoſitũ ante conſuetudinẽ prohibere partus.

D Nos unam eandemq; uocis ſignificationem ſemper ſecuti ſumus: ille quod alijs locis abortiuũ dixerat, hoc loco contrario penitus ſenſu partus prohibere dixit.

## ¶ De Onoſmate. CAP. CXLVIII.

ὄνοσμα ONoſma aliqui Oſmaden, alij Ononin, alij Phlonytin appellant. Oblonga folia habet, ad ſimilitudinem Anchuſæ, longitudine quattuor digitorum, & duũ latitudine, mollia, in terra iacentia. Sine caule, ſine ſemine, ſine flore. Radice nititur longa, tenui, infirma, rubeſcente. Gignitur in aſperis. Folia in uino pota partus extrahunt. Prægnãs ſi eam ſupergrediatur, abortum facere dicitur.

BARBARI COROLL.

Plin. li. 27. ca. 12. ONoſma, & Oenoma, & Onoma, & Onomis, & Ononis, & Phlõitis, & Phlomitis potius, & Hyperbaton nocatur. Folia eius non ad quatuor, ſed ad tres digitos longa Plinius ſcribit, ſtrata in tetram, tria, inciſaq;. Quid ſit Hippocrati Oxoſma, quo Lichenes tollũtur, haud comperi: niſi quis acetariam compoſitionem in eo uocabulo contineri cenſeat. Acetum ſane contra Lichenas pollere nemo dubitat.

EX M. VERG. COMM.

BReuis, & p̃ter a Dioſcoride dicta nulla eſt Onoſmatis huius in alijs ſcriptoribus hiſtoria. Plinius. 27. uolumine cap. 12. eadẽ huic ſcriptori oĩa reddidit. Quã ſolũ foliorũ longitudinẽ hic quatuor digitorũ, ille triũ fecit. Paulus Aegineta etiã nihil addidit aliud, q̃ acrem amarãq; eſſe: eamq; ob cãm folia eius in uino pota enecare ſimul, & pellere ex utero humanos fœtus.

## ¶ De Nymphæa. CAP. CXLIX.

νυμφαία NYmphæa naſcitur in paludibus, & ſtagnantibus aquis, foliis ciborio minoribus, & longioribus. Alijs in ſumma aqua, alijs demerſis, pluribus ex radice prodeũtibus. Flore Lilio ſimili, albo, & in me-

nimphea. nenu fur. reſtinde q̃ vulgo vngella caballina ut vult omes a venare. ſet ſalva ẽgy Reverentia fallitur qr nimphea diſtincta eſt ab vngꝫ caballina

Hosted by Google

dio crocos habente. Cum defloruerit, ut rotundum malum, aut papaueris caput, extuberat. Nigro semine, denso & lato, lenti gustus. Caulis est læuis, niger, minime crassus, ciborio cognatus. Radix nigra, scabra, clauæ similis. Quæ autumno secatur. Sicca cum uino pota cœliacis, dysentericisq; auxiliatur. Lienem absumit. Radix stomachi ac uesicæ doloribus illinitur. Vitiligines ex aqua emendat. Imposita cum pice, alopecijs medetur. Eadem contra ueneris insomnia bibitur. Siquidem ea prorsus adimit. Pota assidue aliquot diebus, genitale infirmat. Idem semen potum efficit. Nymphææ nomen sibi uendicasse uidetur, quoniam aquosa amet. Plurima inuenitur in Helide, in Anygro amne, & in Beötiæ Haliarto. A

BARBARI COROLL.

NYmphææ radix dulcis: quam & in sole siccant. Nata fertur a nympha erga Herculem zelotypa, propterea q; mortua: quare Heracleon uocant aliqui. Alij Rhopalon, a radice clauæ simili, laudatissima in Orchomeno & Marathone. Sed & in Creta quoq;, ut Theophrastus putat. Böetij Manodion, siue Madon, ut idem Theophrastus indicat, appellant, edentes semen. Theo. lib. 9.

EX M. VERG. COMM.

NOn comparauit Theophrastus nono de plantarũ historia uolumine Nymphæam describens, folia eius Aegyptiæ Fabæ folijs, uerum simpliciter grande folium sub aqua habere dixit. Addidit pręterea, sistendo sanguini utilia esse folia eius, ideoq; trita uulneribus imponi. Quod q; hic non testatur uesci radice eius gentes in Orchomeno Böetię, Marathone, & Creta, quibus locis copiosam nasci Nymphæam tradidit. Numeraturq; ab eo inter radices dulces, qualis Scythica est, pluresq; aliæ. Satis hic nominis caussam declarasse uidetur: & si ex ueteribus fabulati aliqui fuerint, a Nympha priuatim nomen herbæ factum fuisse, quæ claua ab Hercule interfecta sit, uel ipsa zelotypia eius intabuerit, in palustrem hanc plantam mutata. Vulgaris & nota omnibus herba, qua nihil in palustribus speciosius nascatur & uiuat. Facileq; est ex folio eius, quale Aegyptiæ Fabæ folium sit ratiocinari. Hoc enim illi comparat Dioscorides. Nec præterq; figura simile illi facit. Grandius enim illud est, & quale secundo uolumine in Aegyptia Faba ex ueterum monumentis & historijs descriptum a nobis est. B

## ¶ De altera Nymphæa. CAP. CL.

EST & altera Nymphæa, cuius flos Blephara dicitur, folijs antedictæ. Radice alba, scabra, flore luteo, nitente, Rosæ simili. Huius semen & radix, contra fœminarum profluuia efficaciter ex uino nigro bibuntur. Nascitur in Thessalia amne Peneo.

BARBARI COROLL.

NYmphæa alia caput habet Rosæ magnitudine.

EX. M. VERG. COMM.

QVam habet nominis causam Nymphæa, eandem & Nymphon. Folia hęc superiori similia habet. Quod discrepat, radicis color, & floris, & pręter colorem floris figura est: qnæ in illa Lilij, in hac Rosæ describitur. Non facile inuicem discernuntur, nisi quis a primo ex aqua earum emersu, dum deflorescant, utranq; obseruauerit.

## ¶ De Androsace. CAP. CLI.

ANdrosaces, sunt qui Picrada appellent, alij Leucen, alij Thalassiam. Hærba est amara, tenues spargens iuncos, sine folijs. Folliculos in capitulis habens, in quibus semen cõtinetur. Gignitur in Syriæ maritimis. Ea drachmis duabus in uino pota, copiosam hydropicis urinam ciet. Idem effectus est semini poto, & hærbæ decocto. Po- ἀνδρόσακες ab aliquibus cu cura

C dagris utiliter illinitur.

EX M. VERG COMM.

SApor Picrida, color Leucem, ortus Thalassiam Androsaces uocari fecit. Prima enim uox illa amaritudinem, altera candorem, tertia mare & maritimum significat: quæ tota fere eius historia est. Amarescit enim, albescit, & maritimis locis in Syria nascitur: unde repetenda alia essent. Sed nimis a nostro orbe distat regio illa: ob eam causam Dioscoridis & Plinij in Androsace historia contenti, Asplenon nostro orbi cognitam, neque inuentu difficilem tractabimus.

## ¶ De Asplenio. CAP. CLII.

ἀσπλήνιον

ASPLENIVM aliqui Scolopendrion uocant, alij Splenion, alij Hemionium, alij Pteryx, alij Lonchitim, alij Aturion, alij Phrygiam, aut Phrygitim, aliqui Philtrodoten, Magi mustellæ sanguinem. Foliis est multis, Scolopendræ animali similibus, ab radice una prodeuntibus. Nascitur in parietibus, saxisq; siliceis, & opacis. Nec caulem, nec florem, nec semen habet. Folia Filiculæ modo diuiduntur. Subter flauescentia hirsutaq;, superne uiridia. Vim hanc habent folia in aceto feruefacta, ut per dies quadraginta pota, lienem absumãt. Quibus etiam contritis, lienem ex uino illini oportet. Stranguriæ, & regio morbo prodest. Singultum sedat. Calculos in uesica comminuit. Conceptum adimere creditur, per sese, aut cum muli liene appensa. Tradũt noctu, silente luna, huius rei gratia effodiendam.

BARBARI COROLL.

Plí.li.27. ca.9. ASplenon, foliis trientalibus, radice limosa, cauernosa sicut Filicis, candida, hirsuta. Gaudet humidis. Laudatissima in Creta, ubi & repertam Victruuius affirmat, circa Potereum amnem: qui duas urbes Gnoson & Cortynam interlabitur, parte quæ ad Cortynam spectat, pecoribus sine liene inuentis: quia herbam eam roderent, ex altera parte quę ad Gnosum est, lienem habentibus: quia ibi herba illa non appareret. Theophrastus Hemionion hanc appellat. Theodorus Mulam uertit, folio Scolopendrij, radice multiplici, mõtuosas petrosasq; planicies amãtem, delectari cibo eius Mulas, & ob id datum ei nomen. Fœminas sterilescere quæ hanc herbã in cibo sumpserint, admixta Mulæ ungula, & corio, aut semine: prout aliq; non derma, sed semine in Theophrasto legunt. Quod autem Scolopendrij folio describit eam, uidetur aliud genus q; Scolopendrion, siue quod idem est Asplenon haberi uoluisse Theophrastus: nisi qs ab eo Scolopendrium, & Scolopendra sumptum intelligat.

D

EX M. VERG. COMM.

HEmionion Athenis Theophrastus, q; muli libenter ea uescuntur, uocari Asplenon tradidit. Cretes Asplenon, q; primi in ea insula Gortynæi obseruauerint, ad Potherieũ fluuiũ pascẽtia hanc herbã pecora sua, lienes iminuere. Vulgus ubiq; Splenion, q; lõgitudine latitudineq; sua fasciolę, & ut sic loquamur, emplastelli formã habet. Posteriores usq; ad ætatẽ hanc nostrã, Scolopendriã, a Scolopẽdrarũ similitudine & figura, quã habet, foliosum magis cespitẽ q; plantam uocauerunt. Indicata aliis etiam appellationibus est, sed non adeo certa rei indicatione.

## ¶ De Hemionitide. CAP. CLIII.

ἡμιονῖτις

HEmionitis, quam aliqui Splenion uocant, folium emittit Draunculi, lunatum. Radicibus cohæret multis, tenuibus. Nunq; flores, neq; semen, neq; caulem gignit. In petrosis nascens, austero sapore. Ea ex aceto pota lienem absumit.

BARBARI COROLL.

Plí.li.27. ca.5. lib.26. cap.7. HEmionitis, uidetur esse quã Plinius Hermion, & Teucrion, ab inuentore Teucro uocatã perhibet, uigesimo quinto historiæ naturalis uolumine, natam in asperis, austero gustu, nec florẽ ferẽtẽ, neq; semẽ, lienibus medentẽ: quę oĩa et Hemionitidi a Dioscoride tributa sunt. Nam q;

Plinius iuncos tenues ſpargentē deſcribit, Dioſc. radice multiplici, & exili demonſtrauit: q̄ ille foliis paruis, hic foliis Dracuntij, lunæ modo incuruis deliniat, ideſt, μηνοειδῶ, proindeq̄ non foliis paruis, ſed foliis curuis, in Plinio ſcribendum cenſeo locum eum. Inuentam ſic affirmāt, cum extra ſuper eam proiecta eſſent, adhæſiſſetq̄ lieni, eumq̄ exinaniſſet, propterea & Splenion uocatam. Sues quoq̄ qui radicem eius ederint, ſine illo uiſcere compertos.

EX M. VERG. COMM.

NOn temere penitus ſuſpicati ſunt ex antiquis & poſterioribus medicis aliqui, eandem Aſpleno Hemionitin hanc eſſe: nec duplicem, ſed unam utriuſq̄ hiſtoriam & medicinam in ſcriptore hoc legi. Vtraq̄ enim a mulis facto nomine indicatur. Vtraq̄ nec caulē, nec florem, nec ſemen fert. Vtraq̄ in petris naſcitur. Vtraq̄ lienes minuit: & quod in foliis alterius differre uideatur, idē facile eſſe poteſt. Longitudine enim & figura non adeo differt a Scolopendria Dracunculus, ut non potuerit alterutro aliquid comparari: diuq̄ nos in ſuſpitione hac ancipites, autoribus antiquiſſimis, & optimis græcorum medicis, preſertimq̄ Paulo Aegineta, ſeorſum de utraq̄ agentibus, ſeorſum tandem de utraq̄ egimus: illam Aſplenon, hanc priuatim Hemionitim uocari tradentes: congenerem illi quidem, foliorum tamen aliqua diuerſitate diſſimilē. Nec uiribus æqualem. Siquidem extenuat Aſplenos, non tamen calet. Hemionitis adſtringendi uires cum amaritudine habet: ut teſtati de utraq̄ meliores græcorum medici fuerūt. Magna inter eas foliorum ſimilitudo: quæ non ſatis fuiſſet, ſimpliciter lunata dixiſſe a ſcriptore hoc μηνοειδῶ appellata. Habet enim id ſidus plura luminum incrementa: eademq̄ luna, non eadem luce ſemper fulget, ſed eſt cum toto orbe fulgens, totam illuſtrat noctem. Eſt cum utrinq̄ gibboſa, quam ueteres græci ἀμφίκυρτον, ut illam παντέλλινον uocant, maiorem noctis partē copioſa impleat luce. Eſt cum dimidiato globo ſplendens, διχόμηνιν a græcis dicitur. Eſt tandem cum a ſole digrediens uſq̄ ad quartam diem, non multa luce adhuc fulget: eoq̄ tempore græci plerumq̄ μήνην uocant. Et in hoc lunæ interuallo Hemionitidis folia fideri illi comparauit hic ſcriptor. Alioquin ſi lunatum ſimpliciter eius folium dixerit aliquis, incertam ex incerta eius ſideris quantitate & ſpecie figuram ſignificabit. Veriticq̄ nos, ne quod in lunæ amoribus fabulati aliqui ſunt, nobis accideret, pluribus græcam uocem μηνοειδῆ uertimus: diximuſq̄ lunę nō dum tumentis in globum, ex Hemionitidis folio lunæ lumina deſcribentes.

## De Anthyllide. CAP. CLIIII.

ἀνθυλλὶς

ANthyllis, quam quidam Anthemida uocant, alij Eranthemin, alij Leucanthemon, alij Soranthin, alij Campeſtrem florem, Romani Solaſtrum, duplex eſt. Quædam enim Lenti ſimillima, foliis mollibus, rectis ramulis, palmi altitudine, radice parua, tenui. Naſcitnr in ſalſis terris, & a ſole illuſtratis, non inſulſo guſtu. Altera eſt foliis ramuliſque Triſagini ſimilis, hirſutioribus tamen, breuioribus & aſperioribus. Flore purpureo, odoris admodum grauis. Radice Cichorij. Pota drachmis quatuor, urinæ difficultati, renibuſq̄ plurimum prodeſt. Tritæ, uuluæ pituitas emolliunt, cum roſaceo & lacte impoſitæ. Vulneribus medentur: quæ autem Triſaginis ſimilitudinem refert, pota cum aceto mulſo comitiales ſanat.

BARBARI COROLL.

ANthyllis, & Anthyllion, & Anthycellion uocatur. Genus eius primum in ſabuloſis. Alterum naſcitur in ſaxoſis. Eſt & in Aegypto fructus non quidem Anthyllion, ſed Anthaliō uocatus, a Theophraſto Malum Anthali, magnitudine & rotunditate Meſpili, ſine nucleo, ſine cortice, foliis Cyperi: haud procul a Nilo, etiamſi Plinius ſcribat longius a flumine. Decoquūtibi hæc in Bryto hordeaceo, uehementer iocunda & dulcia, & quę bellariorum uicem in ſecundis menſis impleant. Plí. li. 21. ca. 29 lib. 26. cap. 8.

## De Anthemide. CAP. CLV.

ἀνθεμὶς

ANthemida aliqui Leucanthemon, alij Heranthemon, quoniam uere floreat, alij Chamæmelon, quoniam mali odorem ha-

Cbeat, nonnulli Melanthemon, alij Chrysocomam, alij Calliam, Romani Mallium, Aphri Astertiphen appellant. Genera eius tria, tantum flore distantia. Rami palmum nõ excedunt, fruticosi, alis multis, concaui. Tenuibus ramulis, rotundis capitulis, floribus in medio aureis, forinsecus orbiculato ambitu, candidis, melinis aut purpureis, magnitudine foliorum Rutæ. Nascitur in asperis, & iuxta semitas. Colligitur uere. Vim habent radices, flores, & hærba excalfaciendi, extenuandiq;. Potu & insessione pellunt menstrua, partus, urinam, calculosq;. Aduersus inflationes, & ilei tormenta bibuntur. Bilem suffusam expurgant. Iocinerum uitia sanant. Decocto earum uesicæ fouentur. Ex omnibus his generibus ad calculos efficacissima est, quæ florem purpureum habet, cuius amplitudo maiuscula est. Hanc proprie Heranthemon uocant. Ea cui Leucanthemo nomen est, item quæ Crysanthemon dicitur, uehementius urinam ciunt. Aegylopijs illitæ medentur. Comanducatæ, ulcerum eruptiones in ore sanant. Nõnulli in clysteribus ex oleo utunt. Teruntur in farinam ad abigendos febrium circumitus. Flores & folia recondi debẽt, & priuatim tusa, in pastillos digeri. Radix quoq; siccari, dũq; ingruit necessitas, binæ partes hærbę dari, modo floris aut radicis pars una, modo contra, floris partes duæ & hærbæ una, permutatim duplicato pondere alternis diebus. Bibere autem oportet in uino mulso diluto.

quz dicit dioscoridẽs habere aggregatum foliorum Rutæ id intuto flore intelligit non in paruis foliolis circa lutez quz partez sitiz. ita ut sensus sit Flos totus cyami mali magnitudinez foliorz Rutæ habet. pro flore dixit bezgit. // D

## BARBARI COROLL.

Pli. li. 22. ca. 21
The. li. 7. ca. 13

ANthemis, quę & Leucanthemis uocatur, ꝑ ea quę Chamęmilon uulgo dicitur, magnis est ab Asclepiade celebrata laudibus. Theophrastus Anthemon, & Anthemion appellat, quã Dioscorides Anthemida, & Hippocrates (ut arbitror) Euanthemon. Duo genera constituẽs. Vnũ eius, quæ ab radice dũtaxat foliata sit. Alterum quę caule tm̃. Deflorere incipit utrũq; cacuminibus, cũ cęterę ab imo incipiant. Flore candido, in orbem medijs herbaceo. Semini colos q̃ flori. Decidere hoc sicut & spinosis, cõceptaculo inani relicto. Theodorus Anthemõ ꝑ Melãthio uidetur intellexisse, ut qui Nigellam interpretatus sit. Reponuntur Anthemidis flores in coronamenta, sed collecti uere. Est & saltationis apud Athenæum cuiusdam popularis nomen Anthema, cum illo ioculari numero. Vbi rosa, ubi Viola, ubi florens Apium? Vbi hæc rosa? ubi hæc Viola? ubi hoc florens Apium?

## EX M. VERG. COMM.

IN Anthemide hac nulla est ex tam multis appellationibus, quæ non certam & rei coniunctã significationẽ habeat. Omittimus quas hic ipse declarauit Eranthemon, ꝙ uere floreat: & Chamæmalum, ꝙ pomi odorem habet dici. Cętere etiam ex floris colore, odoreue cõsensu aliquarum gentium factæ sunt: quæ ut interiorem, exterioremue floris colorem magis amauerant, sic Leucanthemon a colore albo, aut Chrysanthemon, Chrysocomenue a flauo auri colore eam indicauerunt. Vtroq; enim modo in scriptore hoc legitur. Quemadmodum ab odore Mali quẽ habet, Malanthemon. Mali enim florem ea uox significat. Libet his addere a Theophrasto libro de plantarum historia octauo, sæpius genere neutro Anthemon dictam fuisse. Et qui passim in grecis modo legũtur, dodrantales ramuli, in uetustissimis utriusq; gentis codicibus, duorum dodrantum altitudine herbam describunt. Nec multo post, ubi passim legitur, κλωνάρια μικρὰ λεπτὰ φυλλάρια, legi oportere, non ramulos, sed foliola. Prius enim de ramis actum fuerat, tunc autem de folijs herbæ agendum erat. Indicant id uetustissimi græcorum codices, & antiqua Dioscoridis interpretatio: quorum ope nos quæ miscuerant alij interpretes, redire in sua loca cõegimus: diximusq;, foliolis paruis, tenuibus, numerosisq;. &c. Cætera in Chamæmalo satis nota per se sunt, ideoq; a nobis longius non tractanda.

Hosted by Google

## ¶ De Parthenio. CAP. CLVI.

PArthenium aliqui Amaracon uocant, alij Anthemida, alij Leucanthemon, alij Camęmelon, alij Chryſocalin, alij Melabathron, nonnulli campeſtrem florem. Romani Solis ſeculum, aliqui Millefolium, Ethruſci Cautam, Aphri Thamath. Foliis eſt Coriandri, tenuibus, flore per ambitum albo, intus melino, odore graui, ſapore amaro. Siccatum cum aceto mulſo, aut ſale potum, non ſecus atq; Epithymum, & bilem & pituitam detrahit. Suſpirioſis prodeſt, & melancholicis. Hærba ſine flore a calculoſis, et anhelatoribus magna utilitate bibitur. Valet decoctum ad inſedendum in duricia uluarum & inflammationibus. Illinitur ſacro igni & collectionibus cum flore.

### BARBARI COROLL.

PArthenij flos odorem habet Mali. Naſcitur in ſepibus: Matricariā dici eā multi putāt. Sunt qui Cotulam appellēt. Nam & ipſe Dioſcorides teſtatur ab Ethruſcis uocari Cautā, unde Cautula deducitur, ac deinde Cotula. Sed & Leucanthen, & Tamnacū Plinius hanc appellat. Niſi librariorum menda ſit, Tamnacū p Amaraco ſcribentium. Nam & Amaracus a Dioſc. uocat: nec aliter a Galeno, atq; Paulo. Celſus apud nos Palleciū, & Muralium appellat. ut Plinius intelligit. Ego Celſum de alia Parthenio Muraliū dixiſſe autumo: quę non in ſepibus, ſed in muris, parietibuſq; naſcitur: ob id & Parietaria uulgo nominata, ut in Helxine docuimus. Eſt & Parthenis pro Artemiſia: quanq; ſunt qui Artemin legant, nō Parthenin, caſtigando protinus errore medicorum: q Parthenion, de qua modo loquimur, Artemiſiam eſſe uoluerunt. Apud Hippocratem quæ ſit herba Parthenion cognomento Microphyllon, hoc eſt, Paruifolia, dubitatur a Galeno: qui Dioſcoridem pro Helxine, aut etiam Mercuriali capiēdum exiſtimaſſe ſcribit. Sed quid ſi eam pro Artemiſiæ ſecundo genere Hippocrates intelligit, cuius minuta folia traduntur: aut etiam pro Matricaria, de qua hic agitur, quæ foliis Coriandri deſcribitur?

Plí. li. 22. ca. 17 lib. 21. cap. 30.

### EX M. VERG. COMM.

ALia hæc Parthenion eſt ab ea quam Celſus lib. 3. Perdicīō uocari etiam tradit, reprimereq; ſimul, & refrigerare. Illa Elxine muralis, & Perdicion dicta: hæc pluribus ab Anthemide inuentis appellationibus, ſimilis congenerq; illi credenda eſt. Illa a Nicandro in Theriacis uenenatis mederi prodita: hæc ſanandis ſuſpiriis, atræ bili, calculoſiſq;, inflamatis, duratiſq; muliebribus locis apta. Hæc Chamęmalo ſimilis, flore per ambitum candido, in medio luteo, illa Mercurialis herbæ foliis deſcripta: & ne longiores ſimus, notis omnibus inter ſe diuerſæ, ſolo eodē nomine legentes fallunt. Fallit autem non nomine, ſed re Parthenion, tam ſimilis Chamęmalo, ut pro ea ſępius ab impitis carpatur. Habet enim illi ſimilem paulominus q; in cunctis florem. Differt magnitudine, quę in Parthenio amplior undiq; eſt. Differt et figura, q; coloribus in utri uſq; flore paribus Chamæmali flos in medio tumet, & in altum erigitur: folia uero ad terrā inflexa deſcendunt: in Parthenio folia medio exequata per ambitum ſtant. Nobis ex his quæ diu obſeruauimus, inclinat animus, Chamæmalo cōgenerem eſſe: & ut in pleriſq; aliis fit, nota aliqua priuatim ab aliis diſpeſci, quæ in Parthenio hac uirоſus odor eſt. Quemadmodum in Bomis oculo, quæ uox dicenda erit, ſola magnitudo, qua a Parthenio hac illa diſtinguitur.

## ¶ De Buphthalmo. CAP. CLVII.

BVphthalmon quidam Cachlam uocant, alij Balſamenam, Magi Hæmoran, alij Mercurij genituram, alij Aphthitis ſemen, aut Mneſitheum, Romani Cappacoraniā, Aphri Narat. Tenues emittit cauliculos, molleſq;, folia Fœniculi, luteum florem Anthemide maiorem, oculi ſimilitudine. Vnde nomen traxit. Circa oppida naſcitur, et in campeſtribus. Flores cum cærato triti, tumores duriciaſq; diſcutiūt. Aiunt epotam poſt exitum a balneis, regio morbo correptis, colorem

C tractu temporis reddere.

BARBARI COROLL.

Pli.li.25. ca.8. BVphthalmos, siue Buphthalmon, siue ut Hippocrates Buanthemon, fruticosa caulibus, qui & manduntur decocti. Flores huius maiores multo, acrioresq; sentiuntur, q̃ Anthemidis. Differt a Butomo frutice palustri, Orchomenio lacu plurimo, caule inoffensissimo, peculiari quodã lęuore, folio harũdinis angulari, fructu nigro, Mali amplitudine, sexu duplici. Mas fœcundus, fœmina uitilium ad nexus utili. Pars ab radice tenera manditur, puerorum cibo grata. Buphthalmon uero eandem esse cum Chrysanthemo uocata, puto, de qua sequenti libro Dioscorid. hæc ipsa repetit. Facitq; quod Alcman poeta, Calchan, siue Cachlan, hoc est, Buphthalmon, ita nominat, ut aureum torquem ex huius constare floribus ostendat, χρύσειον ὁρμόν ἑκὼν ῥᾴδινὰν πετάλοισι κάχλαν. Nicolaus Damescenus, lacum sub Alpes esse scribit. Multorum stadiorum circũitu, ubi toto fere año flores suauissimi odoris & coloris prestantissimi per ambitum uisantur, similes Buphthalmo. Nõ uidetur hæc Buphthalmos esse, quam rustici Bouis oculũ, & Cottulam cognomento, fœtidam ab odore appellant, pratensam herbam, q; eius candidi flores sunt, Buphthalmi uero lutei, ut Dioscorides & alij testantur: etiamsi cætera satis cum ea congruãt. Est & alia Buphthalmos, de qua in Cucumere syluestri diximus. Buphthalmon Dioscorides & Hæluron dici meminit. Ego & Hælurion uocari quandam stirpem lego apud Photionem: diuersa, nec ne sit, haud constat. Porro Hæluros animal est, quod nos Felem appellamus, uulgo, ut q̃dã interpretantur, Cattus: quod & Aegiluros quoq; dicitur a poetis. Inuenio & Chalcan uocari purpurã, & herbę genus, quo purpura tingit, apud Photionẽ gramaticum.

EX. M. VERG. COMM.

QVæ Solis oculũ Parthenion uocari causa fecerat, per ambitũ floris radiata folia, & in medio discus colore luteo, eadẽ similẽ illi Buphthalmon nominari fecit. Figura floris em̃ in utraq; paulo minus q̃ eadẽ: sola magnitudo discrimen facit. Eamq; ob causam, nomen hæc sibi a maiore maioris quadrupedis oculo inuenit, Bouisq; oculus dici uoluit: & si a magnitudine oculi simpliciter potius dictã forte aliquis non male credat, præsertim dicente hoc ipso simpliciter esse ὀφθαλμοειδῆ, quod tantum figura & specie oculi significat. Plinius tamen. 25. uolumine, capite. 8. his uerbis eam descripsit. Est & Buphthalmos similis boum oculis. Quem nos secuti, Bouis oculum interpretati simus.

D

## ¶ De Pæonia. CAP. CLVIII.

γλυκυσίδης παιονία

PAeonia mas, siue Glycyside, Græcis aliquibus Pentoboron dicitur, alijs Orobelion, quibusdam Orobax, alijs Hæmagogon, alijs Pęsęden, alijs Monogeniõ, alijs Meniõ, alijs Pęoniõ, alijs Panthiceratos, alijs Idei Dactyli, alijs Aglaöphotis, alijs Theodoniõ, alijs Selenion, Magis Selenogonõ, alijs Phthisis, Romanis Casta. Caulis altitudine sesquipedis adolescit, comitãtibus multis stolonibus. Huius duo gña, Mas folia Iuglandis habet. In fœmina uero Smyrnij more diuidũtur. Summo caule siliquas emittit ueluti gręcas nuces. In quibus quum dehiscunt, multa granula rubra, acinis punicorum similia, inueniuntur, & in medio nigra, quinq;, aut sex, purpurea. Radix maris tenuis, digitali crassitudine, & palmi longitudlne, gustu adstringens, alba. Fœminæ radicibus ceu glandes circiter septem aut octo inhęrent, ut in Hastula regia. Fœminis a partu non purgatis, sicca radix datur. Ciet menses nucis græcæ magnitudine pota. Sic uentris doloribus cum uino auxiliatur. Valet contra regium morbum, & renum ac uesicę dolores. Decocta in uino, aluum sistit. Rubra grana rubenteis menses sistunt, decem, uel duodecim pota in uino austero & nigro. Stomacho & erosionibus eius esse prodest. A pueris pota, initia calculorum eximunt.

Hosted by Google

Grana nigra auxiliantur ſuppreſſionibus nocturnis, ululuæ ſtrangulatio A
nibus, & matricis doloribus, qndecim numero pota, in aqua mulſa, aut
uino. Naſcitur in altiſſimis montibus, & promontorijs.

BARBARI COROLL.

VEtuſtiſſima inuenta Pæonia eſt, auctorisq; nomen retinet. Theodorus apud nos Dulciſi- Pli.li.27.ca.10
dam uocauit: quia Glycyſiden Græci quoq; dicerent. Naſcitur opacis, ſyluoſisq; montibus.
Caule palmorum duum. Inuenio & digitorum quatuor, ab eodem Plinio deſcriptā, cute Lan
ri ſubrutila, agnaſcentibus duobus, aut tribus, ferente in cacumine, uelut amygdalis quatuor
aut quinq;. folio nucis pinguiore, rotundioreq; ac minore. Inhærent & radicibus maris glan
dulæ, ſed plures q; octo: quoniā non una radice nituntur. Fœminæ folia myrrham redolent, &
denſiora ſunt. Radices, fructūq; legi noctibus præcipiūt: quia Picus Martius interdiu facere di
catur impetū in oculos: alioquin effodientibus radicem Pæoniæ, ſedes procidit, ſi Theophra
ſto credimus. Confictū id ad uenditationē rei Plinius exiſtimat. Hanc & Ephialtion uocabant
antiqui, utpote cōtra ſuppreſſiones incuborū, faunorūq; nocturnas ualentē. Seleucus Glycy-
ſiden, pomi genus, ſpecie fici tradit, quod mulieres maxime deuitent, infatuationis metu. Ira
enim μιταϊσμὸν interpretor. Glycyſida porro dicta eſt Pæonia, q; acinos Mali punici ſimiles ha-
bere uideatur. Nam Sidan, Malum punicū a Boētis uocari, ſupra docuimus.

EX M. VERG. COMM.

VNum Pæoniæ genus tantū tradidit Theophraſtus libro. 9. de plantarum hiſtoria, quo lo
co, niſi a Plinio ijſdem uerbis redditum eſſet, quod ab eo traditur, non diceremus. Id huiuſce-
modi eſt. ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα ὥσπερ ἐπίθετα καὶ πόῤῥωθεν. οἷον νῦν παιωνίαν οἱ δὲ γλυκυσίδιον καλοῦσι νύκτωρ
κελεύουσιν ὀρύττειν, ἐὰν γὰρ ἡμέρας, καὶ ὀφθῇ τισὶ ὑπὸ δρυοκολάπτου τὸ μὲν καρπὸν ἀπολίγων, κινδυνεύει τοῖς ὀφ
θαλμοῖς. Quorum ſenſus ſit, ut Plinius etiam reddidit (uerum adijciuntur hæc, & ex longin-
quo) Quemadmodum Pæoniam, quam Glycyſidem uocant, noctu effodi iubent: quoni-
am ſi per diem fodiatur, uideatq; Picus auis, qui ſemen legit oculis periclitatur. Vidimus nos,
renaſcentemq; aliquot annis utramq; Pæoniam obſeruauimus: & ex ijs, quas habebant am-
bæ præcipuas & certiores notas, folia ſcilicet, caules, folliculos, & in folliculis ſemina, nihil ſcri
ptoris huius hiſtoriæ aptius reſpondere uiſum eſt. B

## De Lithoſpermo. CAP. CLIX.

LITHOSPERMON alij Aegonychon uocant, alij Leonti- λιθόσπερμον
on, alij Leoninum lapidem, alij Gorgonion, alij Tantalitin, alij lithospermon
Dioſporon, Romani Columbam, Daci Gonoletam, alij Heracliam. militus ſolis
A ſeminis duricia nomen accæpit. Folijs eſt Oliuæ longioribus, & la-
tioribus. Iacent humi, quæ ab radice exiliunt. Ramulis ſurculoſis, re-
ctis, tenuibus, firmis, craſſitudine iunci. In quorum cacumine bifidi
exortus, caulículorū ſpeciem exhibent. Folijs longis, inter quæ paruum
ſemen, rotundum, Eruí magnitudine, duricia lapidea. Naſcitur in aſper-
is & æditis locis. Vim hanc habet, ut ſemine cum uino albo poto, calcu-
los frangat, pellatq; urinam.

BARBARI COROLL.

LIthoſpermon, herba quincuncialis, fere folijs duplo maioribus q; Rutæ. Gerit iuxta folia Pli.li.27.ca.11.
ſingulas ueluti barbulas, & in earū cacuminibus, lapillos uelut aurificum arte, inter folia eius
alternos, candore & rotunditate margaritarum: ipſi qua pediculis adhæreant, cauernulas ha-
bent, & intus ſemen. Naſcitur & in Italia, ſed laudatiſſimum in Creta. Iacere, atq; humi ſerpere
auctores tradunt. Plinius uulſam, non hærentem uidiſſe meminit. Hanc a Theophraſto Dio-
ſpyron, quaſi Iouis triticum appellatam arbitror, ut in Ceraſo commonui. Lithoſpermon, &
Aetonychon, nonnulli dixerunt. Eſt & alia Lithoſpermon, nihil a ſupradicta differens: niſi
magnitudine: ut quæ non ſerpat, ſed arbuſti modo fruticet.

EX M. VERG. COMM.

THeophraſtus Dioſpyron inter ſegetes naſcētem herbam, aut hanc, aut huic ſimilem indi-
cat. Fecit eadem ſoliditatis ratio, ut Herculea etiam diceretur; facilis inuētu herba: tamq; certis

C notis, ut nullibi legentes possit fallere. Nos sæpe uidimus, sed multo minore semine, q̃ Plinius tradiderit: qui libro. 27. capite. 10. magnitudine Ciceris semina eius describit. Quæ aũt nos uidimus, magnitudine grandioris Milij erant. Cætera eadem illi & naturæ sunt. Nec quicq̃ felicius in descriptione eius a Plinio dictum est, q̃ cum dixit: tantus est decor, ueluti artificum arte inter folia indicantibus margaritis. Illis enim duricia, læuore, rotunditateq̃ optime comparata fuerunt. Color tamen liuescens in his seminibus est: qui in margaritis candidus passim uidetur. Sed hæc terræ, cœliq̃ bonitas uariare facile potest.

## ¶ De Phalaride. CAP. CLX.

φάλαρις

PHalaris cauliculos emittit, quales Zea, e minutis, ac nullius usus radicibus, multos, duum palmorum, geniculis cinctos. Semen candidum, oblongum, Milij magnitudine. Tunditur, & in aqua, aut uino succus ad ueficæ cruciatus utilissime bibitur. Semen cochleari mensura potum, ad eadem efficax est.

### BARBARI COROLL.

Pli. li. 27. ca. 12. PHalaris, caulem habet longum in summo flore, qui spicaceus a nobis uisus est, inclinatum, semen simile Sesamæ.

### EX M. VERG. COMM.

OStenderunt nobis herbarij aliquãdo uno tantũ culmo magis q̃ caule, aut calamo, ex terra surgentẽ Phalarim. Verioremq̃ Plinij q̃ scriptoris huius historiã fecerunt: qui rhyrsum habere tenuem, longũ ceu calamũ eam ait. Hic tamẽ numero multitudinis καυλία πολλά, quod est, coliculos multos illi tribuit. Cætera omnibus eadem erant. Erant & in ea quam uidimus folia alternis hinc & hinc per interualla toto caule disposita: & in summo ceruleus spicatus flos, sed raris in spica illa floribus.

D

## ¶ De Rubia. CAP. CLXI.

ἐρυθρόδανον

ERythrodanũ aliqui Teuthrion, alij Dracanon, alij Cinnabarim, Latini Rubiam, Ethrusci Lappam minorem, Aegyptij Sophobi uocant. Radix rubra est, qua tinguntur lanæ. Vna sponte prouenit. Altera seritur, ut in Thebana Galileæ, & Rauenna Italiæ. In Caria inter oleas, ut in aruis solo creditur. Hanc non sine quæstu serunt. Namq̃ maximum ex ea sentiunt prouentum. Asperi caules, & quadranguli, longi, Aparinæ non dissimiles, robustiores, & multo maiores. Foliis per interualla certa circum articulos stellatim decussatis. Semen eius rotundum, inter initia uiride, mox rubrum, postea cum ematuruit nigrum. Radix tenuis, longa, rubra. Vrinam ciet. Qua de causa regio morbo opitulatur, pota cum aqua mulsa. Item Ischiadicis, & resolutis. Crassam, copiosamq̃ urinam pellit, nonnunq̃ & sanguinem. Bibentes tamen quotidie lauari oportet, & excrementorum quæ redduntur differentiam spectare. Aduersus serpentium morsus, succum ex uino bibere prodest. Semen ex aceto potum, lienem absumit. Impositа radix trahit partus, menses, secundasq̃. Albæ uitiligini, illita ex aceto medetur.

### BARBARI COROLL.

Pli. li. 24. ca. 11. ERythrodanum, & Ereuthodanum dicitur, folium Hederæ, sed rotundius, serpit humi, ut gramen, locis umbrosis conspicienda, quinis per genicula caulium foliis. Laudatissima Italica, & maxime suburbana, & omnes pene prouinciæ scatent ea. Radice amara, & Anchusæ modo rubicunda, uellеribus tingendis, & pellibus perficiendis utili, præsertim Italica, ut Democrito placuisse dicunt: obid a quibusdam appellata Byssos. Cæterum Byssos proprie Lini genus est, de quo Plinius. Honor inquit proximus Byssino, mulierum maxime deli-

Hosted by Google

cijs, circa Elin in Achaia genito, quaternis denarijs stipula eius permutata quondam, ut auri. A
Pausanias, Byssus inquit, non alia Græciæ parte nascitur, q̃ in Elide, tanta tenuitate, ut ne Iudaicæ quidem Byssо cedat: etiamsi colore minus ruffet, q̃ Iudaica. De Byssо Iudaica pleni sunt sacrarum literarum codices.

EX M. VERG. COMM.

VEctigal rusticæ plębi non contẽnendum, tota Ethruria, Florentinoq; præsertim agro ex non multo tempore Rubia est: noueruntq; eam pueri oẽs per hyemẽ, quo tempore a rustico omni alio opere cessant, radices eius paruo ligone in sepibus erusćantes, inuentasq;, & effossas tingendis lanis utiles uendentes. Radices eam lanariæ officinæ simpliciter in gente nostra uocant. Reliquũ uero uulgus, q̃ asperitate sua tractata manibus picis modo hæreat, manus Picantẽ noĩant: nihilq; modo notius est, in sepibus, & ut passim uidere licet, umbrosis locis ubiq; nascentem. A rubore radicis, quo lanæ & coria tinguntur, factum illi nomen est. Quemadmodum & a latinis ob eandem caussam Rubiam dici ratiocinari facile est.

## ¶ De Lonchitide. CAP. CLXII.

λογχῖτις

LOnchitis, quæ Cestron, aut Medusa alio nomine dicitur, latine Venerea, aut Lanceola, folia habet latioris Porri, rubentia, plurima, ad radicem circumfracta, ueluti in terrã procumbentia, pauca in caule. In quo flores ceu galericuli hiantibus comicis personis similes, nigri, & uelut e rictu albam exerentes linguam, quæ ad labrum inferius semen promat, lanceæ simile, triangulum. Vnde sibi cognomentum arrogauit. Radix Dauci. Nascitur in sitientibus & asperis. Radix ex uino pota urinam ciet.

BARBARI COROLL.

LOnchitis, non ut plærique existimauerunt, eadem est quæ Xiphion, & Phasganion. Qq̃ se mine cuspidaceo, radicibus prælongis. Plí. li. 26. ca. 2 lib. 25. cap. 11.

EX M. VERG. COMM. B

EGregius & speciosus Lonchitidis huius flos est, & qualem hic describit inuerso pileolo similis, colore in purpura nigro: qui theatralis laruæ, & histrionicæ personæ rotunditate sua formam referat: ex cuius medio, quasi ex aperto & hiante ore, candido colore se profert, ueluti lingua. Ob quam caussam aliqui Medusam, & florem, & ex eo plantã dixerunt, Gorgonis defecto capiti similem. Qua specie in antiquis monumentis, monstri eius caput adhuc uidetur, q̃ maxime potest aperto ore linguam exerens. Cur autẽ Romani Veneream dixerint, non satis certum nobis est: nisi forte folijs Acoro, quæ Venerea dicitur, quadamtenus similis hæc sit. Quemadmodum quod nam lati seminis, aut fructus Porrum hic dicat: cui Lonchitidis folia a principio statim comparat. Nullum enim huiuscemodi Porri genus in plantarum historia, aut medica materia auditur. Nisi forte capitatum ea uoce intellexisse oporteat.

## ¶ De altera Lonchitide. CAP. CLXIII.

τραχῦτερα λογχῖτις

ALtera est Lonchitis, quam aliqui asperam Lonchitin, Latini Longinam, aut Calabrinam dicunt. Folia Scolopendrij emittit, sed asperiora, maioraq;, ac multo magis diuisa. Vulneribus mirum in modum prodest. In eisq; inflammationes excitari non patitur. Pota ex aceto lienem absumit.

## ¶ De Althæa. CAP. CLXIIII.

ἀλθαία

ALthæa, quã alij Althiocon, alij Ibiscũ uocant, in syuestriũ Malua rũ gñe est, cui folia ut Cyclamino rotũda, lanugine canescũt. Flore rosaceo, bicubitali caule. Radice lenta, intus alba. Althæa appellat, q̃ inter primas sit utilis, et plurib. polleat remedijs. Decocta em̃ in uino, aut aqua mulsa, in potu efficax ẽ cõtra uulnera, parotidas, absessus, mãmarũ

C inflãmationes, attritus sedis, inflatiões, neruorũ rigores. Siquidẽ discutit, & excoquit, rumpit, et ad cicatricẽ perducit. Cocta, ut dictum est, adiecto suillo adipe, aut anserino, terebinthinaue, ut malagmatis lentor fiat, facit ad uuluæ inflãmationes, pręclusionesq; in pessis subdita. Decoctum eodem fungitur munere. Onera uuluæ, reliquiasq; a partu extrahit. Decoctæ succus ex uino potus, succurrit urinæ difficultati, calculosorum cruditatibus, dysentericis, ischiadicis, tremulis, ruptis. Dentium mulcet dolorem, cum aceto decocta, colluto inde ore. Viride semen, siccũq; tritum, uitiligines in sole perunctas emendat. Eodem cum oleo perunctí, a uenenatis non feriunt̃. Valet contra dysenteriam, & sanguinis reiectiones, aluiq; profluuium. In posca, aut uino decoctum bibitur, contra omnes uesparum, apum, similiumq; aculeatos ictus. Folia cum olei momento, morsibus & igni ambustis illinũtur. Constat, aquam trita radice addita, sub diuo addensari.

BARBARI COROLL.

MEdici Althæam uocãdo, ut Theophrastus inquit, Maluam syluestrem intelligunt, ab excellentia effectus. A quibusdam Aristalthæa dicitur, Anadendromalache a Galeno. Item Ebiscus, siue Ibiscus. Qz q̃ Plinius Althæam ab Ibisco separauit, in medicinæ usu. Ibiscus inquit, a Pastinaca gracilitate tantũ distat: damnatus in cibis, & medicinæ dumtaxat utilis: quã Græci μαλάχην inquit ἀγρίαν uocant, & aliqui Pistolochiam. Althææ folium Maluæ a Theophrasto redditur, sed grandius & pilosius, cauliculi molles, flos luteus, radix alba, neruosaq;, semen Maluæ, gustus quoq; caulium, ut Maluæ.

EX M. VERG. COMM.

D NIhil Althæa græcis aliud est, q̃ si a medendo Medicam simpliciter dicas: quibus ἀλθὸς in medicina pharmacum, remediumq;, & ἀλθαίνειν uerbũ mederi est. Nec aliter in Theriacis suis Nicander ἀλθηέντα aliquid sæpe appellat. Hanc Palladius in Octobri mense Hibiscum dici, his uerbis testat̃. Althæę, hoc est, Hibisci folia. &c. Vtiturq; ea, ut uerbis eius utamur, ut ex molli forte uinum fiat. Theophrastus syluestrem esse Maluam libro. 9. de plantarum historia confirmat his uerbis. καὶ ἣν οἱ μὲν ἀλθαίαν ἐκεῖνοι δὲ μαλάχην ἀγρίαν καλοῦσι. Quod est. Et eam quam hi Althæam, illi uero syluestrem Maluam appellãt. Galenus Anadendromalachen uocauit, quasi arboream, siue arborescentem Maluam. Plinius diuersis locis. 19. 20. & 21. uoluminibus, plura Maluarum genera describens, non satis certam earum historiã tradit. Nos Græcos, & hunc præsertim scriptorẽ secuti, præcipua duo Maluarũ genera fecimus, alterũ secundo, alterum tertio hoc uolumine tractatũ. Non ignorantes, hæc ipsa a quibusdam iterum diuidi, & in utroq; genere satiuam, & sponte sua nascentẽ numerari. In priore illa hortensem, qua in cibis pro olere uterentur, & locis incultis nascentẽ: ut tunc in Maluæ cõmentationibus nostris longius diximus. In posteriore hac syluestrem esse, quæ duabus illis undiq; procerior sit, altiusq; a terra erigatur, & in hortis consita arborescit, multoq; maiores flores, nec minore ambitu Rosarũ profert. Verũtamen quæ artificio & opere humano meliorescunt, diuersi generis ob id censenda non sunt. Descripsit Althæan hanc Theophrastus eodem libro. Quodq; in nullo Maluæ flore, quod hactenus ipse uiderim, aut ab alijs audierim, luteum illi florem dedit. Nec nos scimus, quomodo naturæ, & alijs scriptoribus in Malua color ille respondere possit. Ostendit quotannis in omni Malua natura inter ruborem & purpuram splendentẽ florem. Hic etiã Rhodoides, quod est, Rosæ simile dicit esse, neq; ad formã magis, q̃ ad colorẽ referri id oportet. Quo fit, ut peritioribus dirimendã inter Theophrastũ, scriptoresq; alios tam grauẽ litem relinquamus.

## ¶ De Alcea. CAP. CLXV.

ALcea syluestrium Maluarum generi assignatur. Folia habet diuisa, Verbenacæ proxima, caules treis aut quatuor, cortice cannabino uestitos. Florem Rosæ, paruum, radices albas, latas, quinq;

alcea vel herba simeonis. ut hibis cg.

aut ſex, cumplurimum cubitales. Quæ cum uino, aut aqua potæ, dyſ- A
ſentericis, ruptiſq; medentur.

BARBARI COROLL.

ALcea caulibus folioſis. Naſcitur in pingui ſolo, nec ſicco: quam & Periſtereon cognomi- Plí.li.19.ca.5.
nant, a ſimilitudine foliorū, ut conīcio. Ipſam quoq; Leonis caudam, qua multum pollet a- lib.20. cap.15.
nimal id Homero, Catullo, & Plinio teſtibus, appellant Græci Alcæam. Differentia in eo, ut
quibuſdam placet, q; herba diphthongum non habet in penultima. Dicitur, & Cercis cauda
eius. Q; & herba quædam Cercis eſt, e qua radī fiant textoribus, unde & nomen.

EX M. VERG. COMM.

BReuis in antiquis græcorū medicis Alceæ huius hiſtoria & medicina eſt. Nec Plinius ali-
ter a Dioſcoride lib.27. capite.4. de ea agit. Nos etiā, quod illi adīciamus, non habemus. Illud
tantū tacuiſſe nolumus, in antiquiſſimis latinis codicibus coniunctā ſuperiori hanc eſſe, unoq;
capite de utraq; agi. Quod feciſſe congener earum natura uidetur.

## ¶ De ſylueſtri Cannabe. CAP. CLXVI.

SYlueſtris Cannabis, quam aliqui Hydraſtinam, Romani Termi- κάννάβις ἀγρία
nalem uocant, uirgas fert Althææ ſimiles, minores, nigriores, &
aſperiores, cubiti altitudinem æquantes. Folio ſatiuæ, nigriore & aſperi-
ore, flore Lychnidis, ſubrubro ſemine, & radice Althęæ. Decocta radix,
illitu inflammationes mulcet. Tumores diſcutit. Tofos articulorū diſſi-
pat. Huius cortex, torquendis funibus accommodatus.

## ¶ De ſatiua Cannabe. CAP. CLXVII.

SAtiuā Cannabim aliqui Cānabion, alī Schinoſtrophon, alī Aſte- B
rion appellarunt, plantam magni in uita uſus, ad robuſtiſſimos fu-
nes factitandos. Folīs mali, graui odore, caulibus procæris, inanibus, ſe
mine rotundo. Quod largiore cibo genituram extinguit. Succus ex ea re
cente, conuenienter aurium doloribus inſtillatur.

BARBARI COROLL.

FVnes Cannabini præferuntur in ſicco, ferulacei generis. Hæc herba optima Alabandi- Plí.li.19. ca.9.
ca, plagarum uſibus præcipue. Tria ibi eius diſcrimina. Improbatur cortici proximum, aut lib.20. cap.25.
medullæ. Laudatiſſimum eſt e medio, quod & Meſa uocant. Secunda commendatio Mi-
laſeę: nam quod ad proceritatem attinet Roſea, agri Sabini arborum altitudinem æquat. Se-
ritur a fauonio ubiq;. Quo denſior, eo ſemen eius, cum eſt maturum, ab æquinoctio autu-
mni defringitur, & ſole, aut uento, aut fumo ſiccatur. Ipſa Cannabis, poſt uindemiam carpi-
tur, & lucubrationibus decorticata purgatur. Varro, Gellius, & Palladius, Cannabum, non
Cannabim appellant. Sane Cannabus, græce lignum illud gracile ſignificat, in quod pileum
uitilibus, aut centonibus intexitur; ob id Samyrionē poētam ſtratis Cannabum uocabat, pro- *
pter macilentiam, ut inquit Pollux.

## ¶ De Anagyri. CAP. CLXVIII.

ANAGYRIS, quam aliqui Acopon, alī Anagyron, alī A- ἀνάγυρις
gnacopon uocant, frutex eſt arboris inſtar, grauis odore, folīs ἀνάγυρος
Agni, uirgisq;, flore oleris. Semen in corniculis non breuibus gignit,
ſubrotundum, firmū, uerſicolori facie, ſimile renibus, quod dureſcit per
meſſes. Tenera folia tumores illitu reprimunt. Si partus hæreat, & ſecun
dæ, menſesq; morentur, drachmæ pondere bibuntur in paſſo. Sic & ſu-
ſpirioſis dantur, & cōtra capitis dolores in uino. Difficulter parientibus
adalligantur, ita ut a partu ſtatim auferantur. Radicis cortex con-

Hosted by Google

C coquendis, diſcutiendisq; adhibetur. Semen commanducatum, uomitiones uehementer ciet.

BARBARI COROLL.

Plí.li.27.ca.4. ANagyris, odore terro prouerbium peperit, contra eos, qui offutura ſibi cõmouent. Dicitur & Anagyros. Hanc ſunt, qui a Plauto Nauteam uocari putent in Aſinaria, ſed auctorem non habent. Nauteam porro herbam grauem eſſe ſcribit Feſtus, qua eoriarij utantur: a nauidi ctam, quaſi nauſeam.

EX M. VERG. COMM.

FForet Maio & Iunio menſibus grato inter alios frutices per ſyluas ſpectaculo Anagyris: multoq; flore, quem flauum ex longinquo oſtendit, prætereuntium oculos facile in ſe conuertit: & ſi abeſſet ingratus odor, quo merito ſpretus, damnatusq; eſt, antiquorum coronas primus nobilitaſſet. Fruticoſa ſtirps magis q̃ arbor eſt. Nos tamen uidimus tonſura, putationeq; coactam ad legitimam arboris altitudinem creſcere: nullumq; florente ea lætius ſpectaculum, aut ſyluæ, aut agri, ſi forte conſita in eis fuerit, oſtendunt. Reſpondent naturæ omnia, quæ in hiſtoria a Dioſcoride illi tribuuntur.

## ¶ De Cepæa. CAP. CLXIX.

οὐρητικὸν CEpæa Portulacæ ſimilis eſt, ſed nigriora habet folia, & radicem tenuem. Folia in uino pota, urinæ ſtillicidio, & ueſicæ ſcabie laborantibus, opitulantur. Maxime id præſtat, ſi cum decocto radicum Aſparagi bibatur.

BARBARI COROLL.

CEpæa, quaſi hortenſianam uoces, radice nigriore q̃ Portulacæ inutili. Naſcitur in littoribus arenoſis, guſtu amara, ut inquit Plinius, etiamſi deprauata in eo habetur lectio.

EX M. VERG. COMM.

D HOrtenſe olus Cepæam eſſe, uox ipſa, & Portulacæ ſimilitudo indicauit: & ſi Plinius libro 26. capite. 7. in harenoſis littoribus naſci tradat. Nullibi in græcis, præter q̃ in ſcriptore hoc de ea legiſſe memini. Non poteſt incognita aliter a nobis deſcribi: eapropter qualem in græcis inuenimus, eam legentibus tradimus: illud tantum monentes, ſcribere Plinium quæ ab hoc non dicuntur, nigriore radice q̃ Portulaca eſſe, eaq; inutili: & præter id guſtu amaram, ſimpliciterq; cum Aſparagi radice ueſſicis plurimum prodeſſe: & præter Plinium, Paulum Aeginetam ſtillicidijs ueſſicæ utilem dicere: uerum non omnibus, ſed his tantum quæ ſiunt, ut ille ait, ἐπ' ἐμφράξιν, id eſt, opplente urinæ iter obice aliquo.

## ¶ De Aliſmate. CAP. CLXX.

ἄλισμα ἀλισμαγώνιον ALiſma, alij Alceam, alij Damaſſonion, alij Acyron, alij Lyron appellant. Folia ei Plantaginis, niſi anguſtiora eſſent, laciniosa, connexaq; in terram, caule ſimpliciter tenui, cubito altiore, capitibus Thyrſi. Flore tenui, candido, palleſcente, radicibus tenuibus, ut Veratri nigri, acribus, odoratis, pinguibus. Aquoſos amat tractus. Radix ſi drachma una, aut altera bibatur, his conuenit, qui leporem marinum deuorarunt, aut a rubetis ranis demorſi ſunt, aut opium hauſerunt. Torminibus, atq; dyſenteriæ, per ſe, aut cum pari modo Dauci, potui datur. Conuulſis & contra uitia uuluæ prodeſt. Hærba ſiſtit aluum. Menſtrua pellit. Tumores illita mitigat.

BARBARI COROLL.

Plí.li.25.ca.10 ALiſmatis, ſiue Damaſcenij huius folia magis laciniosa, q̃ Plantaginis uidentur. Alioqui ſimiliter uenoſa, radicibus denſis. Alterum genus euiſdem in ſyluis nigrius, & maioribus foliis. Plinius hanc herbam uidetur quodam loco appellaſſe Caucalin: ſed mendoſam in eo lectionem monſtrauimus.

Hosted by Google

EX M. VERG. COMM. A

DAmasoniũ Plinius.26.uolumine, capite qnto Alisma appellat: & si corrupta illic ea uox sit. Idem.25.capite.9.eandem Alisma uocat: additq; Damasonion & Lyron uocari, eandem appellationem cęteris modo pręponens, modo subijciens, nec alijs notis q̃ Diosc. eam descripsit. Quod tm̃ hic θυρσοειδὴς, quę uox thyrsi figurã tm̃ significat, ille capite thyrsi ait, duo breuius forte complexus q̃ exigeret sibi rei non satis nunc certę intellectus: & thyrsi formã in caule eius, & in sum̃o caule capitulũ. Thyrsum aũt hic intelligit uirgam potius q̃ hastã frõdibus uestitã: quæ in orgijs & cœtu Bacchi a comitibus eius gestaretur. Nos etiã quod a Diosc. torminibus & intestinorũ torminibus cum pari Dauco prodesse Alisma dictum est, cum pari semine eius diximus ex eodem hoc scriptore, qui in Dauco semine tantũ eius utitur contra tormina.

## ¶ De Onobrychide. CAP. CLXXI.

ONobrychis, quam e Græcis aliqui Onobrochilon, alij Eschasmenem, alij Corion, alij Chamæpityn, Romani Opacam, alij Brichilatã, alij Loptã, alij Iocinalẽ, Daci Aniassexe appellãt. Folia habet lentis, lõgiora paulo, caulẽ dodrantalẽ. Florẽ purpureũ, Radicẽ paruã. Nascitur in uliginosis. Hærba suapte ui, si trita illinat̃, tubercula dissipat. Cum uino pota, strangurias sanat. Illita ex oleo, sudores mouet. ὀνοβρυχὶς

BARBARI COROLL.

ONobrychis, radice gracili nascitur circa fontes.

EX M. VERG COMM. B

NIhil in Onobrychidis historia Dioscoridi Plinius addidit, ijsdem notis & uerbis.24.uolumine, cap.16.eam describens. Nihil etiã in medicina Paulus Aegineta, amboq; ex hoc scriptore tm̃ eam tradiderunt. Neq; ex tam multis eius appellationibus, unam saltem cõmentarijs suis adiecerunt. Ex eo conijcere licet, nouas esse omnes, & ex similitudine adiectas illi pro tempore fuisse. Nec nos quod pro cõperto cõstituere de ea ualeamus, qcq̃ habemus. Herbarij q aliqñ nobiscũ egerunt, uicinitate nominis decepti, cũ Onochile, quæ ab asinorũ labris dicta est, miscent: quemadmodum in Anchusis quarto uolumine non multo post patebit. Si uocis rationẽ nouisse aliquis amet, nihil q̃ asini ruditum Onobrychis significabit. Verum ut paulo ante diximus, nihil neq; ex hac, neq; ex alijs causis de re & nomine pro comperto nobis est.

## ¶ De Hyperico. CAP. CLXXII.

HYpericum alij Androsæmon, alij Corion, alij Chamæpityn appellant, quoniam semen odore resinam imitatur. Surculaceo frutice, dodrantali, rubente. Folio Rutæ, flore albæ violæ simili, qui digitis tritus, sanguineũ succũ remittit. Qua ex causa Androsæmon cognominat̃. Subhirsuta siliqua, et tereti, hordei magnitudine, semine intus nigro, resinosi odoris. Gignit̃ in cultis & asperis. Vrinam cit. Menstrua pellit appositũ. Tertianis, quartanisq; cũ uino potũ liberat. Semen xxx. dieb. haustũ, ischiadicis medet̃. Folia cũ semine illita ãbusta sanãt. ὑπερικὸν ἀνδρύσαιμον

hipericon rut silvestris fr he ba sancti Joan

BARBARI COROLL.

HYpericon, frutex est oleaceus et tenuis, acri odore, cubitali, nigro semine, cũ hordeo maturescente, ut Plinius demõstrat. Caput hoc ad uerbũ in syluestri Ruta supius a Diosc. repetitur. Pli.li.26.ca.8.

BReuitati consulentes, monemus solum duo Hyperici genera facere Pliniũ lib.26.ca.8. Primũ hoc q̃d Corion uocari ait: & quartum in hoc ordine, quod mox a nobis tradet̃ Corindici, ab eo traditum: contra ea quæ a scriptore hoc docentur: dicente palam Ascyron Hyperici genus esse, & Androsæmon ab Hyperico & Ascyro differre tantum. &c. VERG.

## ¶ De Ascyro. CAP. CLXXIII.

AScyrum, quod a quibusdam Ascyroides nominatur, Hyperici genus est, magnitudine distans, fruticosius, maiores habens ἀσκυροειδὲς

Cramos, rubẽtia folia, tenuia. Flores luteos, & fructum reſinoſum, Hyperico non abſimilem. Cuius attritu digiti fere cruentantur. Qua de cauſa Androſæmum uocauere. Vſus ſeminis ad iſchiadicos. Potum in hydromelitis ſextario, bilioſa recrementa ampliſſime detrahit. Sed aſſidue dare oportet, donec ſanitati reſtituantur. Illinitur et ambuſtis efficaciter.

BARBARI COROLL.

Plí.li.27. ca.5. ASCyron, & Aſcyroides ſimilia inter ſe ſunt, ut inquit Plinius, ſed Aſcyron maiores habet ramos, Aſcyroides uero ferulaceos, omninoq; rubentes. Semen utriq; in caliculis nigrum, puſillum. Comæ Aſcyri tritæ, uelut cruentatæ apparent.

BARBARI COROLL.

SEparat Plinius Aſcyron ab Aſcyroide, duo eiuſdem plantæ genera faciens. 27. uolumine, capite quinto. Deſcribitq; priuatim & ex proprijs utranq; notis. Hic tamen unum, quod bifariã uocetur Aſcyron. ſ. & Aſcyroides eſſe tradit. Nec alibi, quod hactenus inuenerim, Aſcyroides aliquod Dioſcoridi eſt. Plinij tamen hiſtoria diuerſitatis huius cauſam indicat. Ait enim ille, Aſcyron & Aſcyroides ſimilia ſunt inter ſe, ſed Aſcyros maiores habet ramos, qui Aſcyroides uocãtur, ferulaceos. &c. Similia inter ſe Plinius duo hæc ait eſſe, & ſola magnitudine differre: quæ quoniam poteſt bonitate cœli terręq; fieri, a Dioſcoride neglecta eſt. Vnumq; genus fecit, quod forte ante ſe herbarij alij duo fecerant: quos ſecutus Plinius, diuerſam ab hoc uidetur Aſcyri hiſtoriam tradidiſſe, quæ tamen una in utroq; eſt.

## De Androſæmo. CAP. CLXXIIII.

ἀνδρόσαιμον διονυσιάς

ANdroſæmon, ſiue ut alij appellauere Aſcyron, aut Dionyſias, idem, ab Hyperico, Aſcyroq; differt: quod ſurculoſum ac tenue ſit. Rubentes rami, & folia Rutæ duplicia, aut triplicia. Quæ trita, uinoſo ſucco manant. Complureis alas habet in cacumine, in uerſus utrinq; digeſtas. In quibus flores puſilli, lutei, & in calyculis ſemen Papaueris nigri, inſigne lineis. Huius comæ tritæ, reſinoſum odorem reddunt. Semen drachmis duabus potum, bilioſa excrementa pellit. Iſchiadicis medetur, ſed a purgatione aquam exſorbere oportet. Hærba ambuſtis illita medetur. Vulneribus ſanguinem cohibet.

D

BARBARI COROLL.

Plí.li.27. ca.5. ANdroſæmon, non abſimile Hyperico eſt, cauliculis maioribus, denſioribuſq;, ac magis rubentibus. Folia alba. Gignitur in uineis, fere medio autumno effoditur, ſuſpenditurq;. Galenus Androſæmon duplex inquit eſt: Aſcyron, ſiue Aſcyroides, de quo ſupra uidelicet locuti ſumus. Alterum Dionyſias priuatim appellatum ab aliquibus. Vtriq; par effectus.

## De Cori. CAP. CLXXV.

κῶρις

COris, quod aliqui Hypericon uocant, frutex eſt folio Ericæ, rubro, pinguiore, ac minore, non altior palmo, ſuauis, odoratus, acris. Potum ſemẽ menſes trahit & urinas. Cõtra Phalangiorum morſus ex uino potum auxilio eſt. Rigoribus ex pipere, opiſtotonicis ex oleo aptiſſime illinitur. Radix uino decocta, potaq; defectis, opem ferre creditur. Sed laborantem inter potandũ q̃p optime coöperiri licet. Si quidẽ corpus totũ deſudabit, ex qua re priſtinã agilitatẽ recuperabit.

BARBARI COROLL.

COris ſub Tamarice naſci dicitur, foliis minus rubentibus, leniter aculeatum. Hippocrates Coren hanc uocauit, ut Galenus inquit, argumento ſeminis, q̃ Pupulæ ſimilitudinem præſentat: quanq̃ ſunt recentiores, qui Pupulam, ſiue Pupillam dicendo, herbam a Dioſcoride Sium appellatam ſignificent.

Hosted by Google

EX M. VERG. COMM. A

VNdicq, totocq corpore rubentẽ Corin hanc nobis aliquot herbarij oſtenderunt. Dico autem undicq, & toto corpore, foliis, ramulis, & florum doliolis. Hic tamen rubere tantum folia ait. Natura Corim rubentem totam fere oſtendit, uerum inæqualiter, aliquacq parte magis: aliquacq uero minus. Ob quam cauſam credimus & hunc, & Plinium ex ruboris abdantia, rubere tantum eius folia dixiſſe.

## ¶ De Aiuga. CAP. CLXXVI.

GRæcis Chamæpitys, aliis Pityſoryſis, aliis Orizelon, iis qui Pontum incolunt Olocyron, aliis Bryonia ſylueſtris, Athenis Ionia, Euboicis Sideritis, Magis Mineruæ ſanguis, Latinis Aiuga, aut Cypripum, Dacis Dochela appellatur. Herba in terra repens, incurua, foliis ſemperuiui minoris, multo tenuioribus, hirſutis & pinguioribus, circum ramos denſis. Odore Pinus, flore tenui, luteo, uel candido, radicibus Cichorij. Folia ſeptem diebus in uino pota, regio morbo medentur. Et quadraginta diebus ex hydromelite, iſchiadicos ſanant. Dantur peculiariter urinæ difficultatibus, iocineris & renum uitiis. Torminoſis proſunt. Ea apud Heracleam ponticam, perinde atcq antidoto contra aconitum utuntur, bibentes decoctum. Ad antedicta illinitur, cum polenta iure decocti ſubacta. Trita in farinam, & cum fico in pilulis ſumpta, aluum emollit. Excæpta melle cum æris ſquamma & reſina purgat. Appoſita ex melle, uuluæ uitia extrahit. Mammarum duricias diſcutit. Vulnera glutinat. Vlcera quæ ſerpunt, cum melle illita cohibet.

## BARBARI COROLL.

CHamæpitys, & Aiuga, ſiue Abiga dicitur a latinis propter abortus. Inuenio et Ibigam uocari: quod nomen fere ſeruant hodieque Illyrici, noſtrum uulgus Iuam. Eſt ubi appellatur, ut inquit Plinius, etiam Tus terræ, tria eius diſcrimina reddẽdo. Vnum ſeſquipedalibus furculis, flore Pinus, & odore. Alterum breuius & incuruũ. De tertio dicemus paulo poſt, ſua mentione. Recentiores aliam Chamæpityn nouerunt, eiuſdem (ut ipſi arbitrantur) effectus, folio Saluiæ rimoſo, anguſtiore tm̃, & ad radicẽ maiore, flore ſubcãdido, ac luteo, e folliculis ſchareq. i. criſtę gallinaceę ſimilibus, ſapore Pinus, in maritimis mõtibuſq naſcentem, nigro ſemine: quæ non ſerpit. Chamępityn Athenis, alij Dionyſiam, alij Didoniam, alij (q̃d uerius exiſtimo) Ioniam uocari ſcribunt, ut Apollodorus, & Athenæus. Item alij Holocyron, ut Dioſcorides, & q̃s mõ nominauimus. Alij Holocleron, ut Paulus. Credo librariorum culpa uariatũ fuiſſe in uocabulo: ſed res conſtat, ſatis eſt. Nicander Ionida quandam herbam nominat, fortaſſe Chamępityn ſignificare uoluit, pumilam & humilem eam dicendo.

## EX M. VERG. COMM.

PLinium imitati ante nos interpretes alij, quocũq loco nos Piceam in hoc capite diximus, ubicq Pinum dixerunt. Ille enim. 24. uolumine, capite. 6. Chamæpityn deſcribens, flore Pinus, et odore eſſe dixit. Idem non multo poſt Pityuſam pariter deſcribens, Frutex eſt ſimilis Piceæ ait, eandem in duobus nominibus græcorum Pityn diuerſa interpretatione oſtendens. Per cuius ueſtigia ingreſſus Barbarus, eadem uarietate quam Pityn primo uolumine Piceam dixerat, hoc loco Pinum dixit. Nobis quod ſemel primo uolumine dictum probatumcq fuit, ſeruare hoc loco etiam placuit: poterunticq cupientes ex noſtra Piceæ commentatione cauſas, rationeſcq nominum huiuſcemodi cognoſcere. Quia Piceam olent folia eius, Chamępitys dicta herba hæc eſt. Quę etiam cauſa fuit, ut Tus terrę uocaretur: qm̃ totius Pinorum generis reſina Tus olet: hęc autem Piceam. Tripiex Chamæpityos huius genus eſt, diuerſis inter ſe partibus aliis, ſed eodem Piceæ odore: ob quam cauſam creuerunt per tempora tam multæ eius appellationes, aliis plantis, aliis eas comparantibus herbariis, & ex his, illisue notis eas deſcribentibus.

C ¶ De altera Aiuga. CAP. CLXXVII.

ALterũ eſt genus Aiugæ, cubitalibus ramis, in anchoræ ſpeciem incuruatis, prætenuibus, coma præcedentis, flore candido, ſemine nigro. Hæc Pinum redolet. Tertia mas nominatur, paruula, foliis exilibus, albis, ſcabris, caule aſpo, cãdido, luteis florib. ſemine iuxta alas. Reſipit hæc Pinũ. Vim eandẽ obtinet, ſed nõ uſq; adeo efficacem.

BARBARI COROLL.

DE Chamæpitye ſecunda dictum eſt in prima.

¶ Chamæpitys tertia foliis ſcabris, caule digitalis craſſitudine aſpicitur.

¶ Finis LIB. Tertij.

# PEDACII DIOSCORIDIS

De Medicinali materia. LIB. Quartus,

IO. RVELLIO interprete.

D IN ſuperioribus libris, amãtiſſime Ari, tradidimus de odoramentis, oleis, arboribus, unguẽtis, animalibus, frumentis, oleribus, radicibus, ſuccis, hęrbis, ſeminibuſq;. In hoc autem Quarto diſſeremus de radicibus, & eis quæ reſtant hærbis.

¶ De Betonica. CAP. I.

χίστρον ψυχότροφον

CEſtron Pſychotrophon uocitatur, quoniam frigidis locis inueniatur. Latini Betonicam appellant. Hærba eſt, caulem ferens tenuem, cubiti altitudine, aut maiorẽ, quadratũ, folia Quercus, mollia, longa, in ambitu diuiſa, odorata, prope radicẽ maiora. In ſumis caulibus, ſemẽ ueluti Satureiæ ſpicatũ ineſt. Decerpta huius folia ſiccantur, plurimos ad uſus. Radicibus nitit ut Veratri tenuibus. Quę ex hydromelite in potu, pituitoſam uomitionem euocant. Folia dari debent ruptis, conuulſis, mulieribus uuluę malo oportunis, & ad laxandos uteri ſtrangulatus, drachmæ unius põdere cũ hydromelite. Tres in uini ſextatio drachmæ, contra ſerpentiũ morſus ebibunt. Hærba magna utilitate illatis a ſerpente uulneribus illinit. Aduerſus etiam uenena, drachma ex uino pota conuenit. Præſumpta ea, ſi uenenũ hauriatur, nihil nocebit. Vrinam ciet. Aluum ſubducit. Medetur comitialibus, & inſanis, pota ex aqua, & iocineris lieniſq; uitijs, drachmę pondere in aceto mulſo. Concoctionẽ adiuuat, ſi qs ea fabæ magnitudine ſecundũ cœnã cum melle cocto deuorarit. Modo conſimili acide ructantibus ꝓpinat.

Hosted by Google

Stomachicis eam manducare, & succũ deuorare proderit, si postea di= A
lutum uino sorbeatur. Datur sanguinem exscreantibus tribus obolis, cum diluti uini, aut lactis cyatho. Ischiadicis, renum & ueſicæ dolori= bus ex aqua. Aquæ intercutem binis drachmis ex hydromelite. Regio morbo laborantes recreat. Menses pellit, drachmæ pondere cum uino pota. Aluum purgant drachmæ quatuor potæ, in hydromelitis decem cyathis. Facit cum melle ad tabem & purulentam exscreationem. Folia sicca, tritaq́, fictili uase reconduntur.

## HERMOLAI BARBARI
Patricij Veneti, & Aquileien. Patriarchæ Co-
rollariorum LIB. Quartus.

Estron a Vetonibus inuentam in Hispania, Betonicam in Gallia nominari cœ- Pli.li.25. ca.5.
ptam putant. Alij Chironem, alij Comistem, prophetæ Hieraca, Thuscia Indi-
cem, alij Pendouiam, Syri Periponion, alij Sideritin, alij Theriopauon, alij θείαν ῥίζαν, hoc est,
radicem diuinam, in Italia Serratulam uocauere. Caulem habet interim cubitorũ duum, a ra-
dice spargens folia fere Lapathi, ut Plinius inquit, serrata, semine purpureo, ut idem autor est,
seu stamine purpureo, ut Dioscorides, qui hoc dicet in altera mentione Betonicę. Fit uinum ex
ea, & acetum medicis. Multum differt specie, non effectu alia Betonica, ut Paulo Aeginetæ pla
cet, unicaulis, ramulos habens Pulegij, tenuiores, & gustu fatuos, in petrosis fere proueniens.

## MARCELLI VERGILII
in Dioscoridem ANN Orationes abbreuiatæ.

Vod forte desyderauerit aliquis, non relinquemus. A uarietate & copia remedio- B
rum Cestron a græcis dictam fuisse, qui multa alia una hac appellatione indicaue-
runt. Telum primo, quod persico bello inuentum fuerit. Opus interpunctum, acuue pictum.
Veneris & fœminarum ornatum, & si priuatim Cestos hic dicatur. Libri præterea a uarietate
subiecti, ab aliquot græcis hoc titulo inscripti sunt. Sic etiam Plinius aliquando Ebur Cestrũ,
id est, picturatum dixit. Latini ab inuentoribus cognominatã Vetonicam semper uocauerũt.

## ¶ De Bretanica. CAP. II.

Bretanica, aut Vetonica, folia habet syluestris Lapathi, sed ni=
griora, & densiora, gustu adstringentia. Radicem tenuem et bre
uem. Caulem paruũ emittit. Foliis exprimitur succus, qui igni aut sole
cogit. Vim habet adstringentẽ. Priuatim depascentibus oris, et tonsilla
rũ ulcerib. ccõmodatã. Valet etiã ad reliqua, qbus adstrictiõe est opus.

## BARBARI COROLL.

Britanica, in insulis Oceani, aut in confini Britaniæ Oceano reperta est, folia habens oblon Pli.li.25.ca.3.
ga, nigra, & radicem nigram, succusq́ eius exprimitur & ex radice. Florem Vibones uocant:
qui collectus, anteq́ tonitrua audiantur, & deuoratus, securos in totum reddebat milites Cæ-
saris germanici a morbis, quos medici Stomacaccẽ & Scelotyrben dicebant. Siquidẽ in Ger-
mania trãs Rhenum, castris ab eo promotis, maritimo tractu, fons erat aquę dulcis solus, qua
pota, dentes intra biennium deciderent, compagesq́ in genibus soluerentur: quibus incõmo-
dis in Arabia quoq́ Romanas legiones tentatas fuisse Augusti Cæsaris principatu, Helij Galli
ductu, Strabo refert. Sed quærunt nonnulli, quamobrem Vibones dicant huius herbæ flores. Strabo lib.6.
Diuinare non ausim. Cęterũ Strabo autor est, apud Vibonem in Brutijs repertũ, coronis flo- geographię.
res nectere, in eum quoq́ locum propter flores e Sicilia migrasse Proserpinã. Propinqua est &
Viboni Petilia: quæ nomen Petilio flori dedit in Lucanis autumnali, et circa uepres nascẽti: tm
colore cõmendatur, q est Rosæ syluestris: mirumq́ in eo flore inflecti cacumẽ, nec nisi intorto
folia nasci, paruo calice, ac uersicolore, luteum semen indudente. Hunc dixi ab oppido Luca-
niæ uideri appellatum. Nisi qs a Petilio Romæ luco, itemq́ Petilino altero exiftimet. Aliqn
Petilus, pro exili capitur Lucillio. De hac itaq́ Britanica Dioscorides in præsenti loquitur. Est
& Cantabrica in Hispania, per eiusdem Augusti tempora a Cantabris inuenta, nascens ubiq́,

Caule iunceo, pedali: in quo sunt flosculi oblongi, uelut calathi, & in ijs semen per q̃p minutum.

EX. M. VERG. COMM.

SCelotyrbe malum, quo Plinius ait compages in genibus solui, Galenus in diffinitionibus suis his uerbis descripsit. Resolutionis genus Scelotyrbe est, qua recta totus ingredi homo nequit, sed aliquando sinistrum latus in dextrum, aliquando dextrum in sinistrum circumfert, aliquando crus post se trahit, non aliter q̃p ualde accliues locos ascendentes. ¶ Sequitur Britannicam in cunctis fere grecorum codicibus alterum Vettonicę caput, superstitiose & imprudenter huic scriptori adiectum. Id in antiquissimis, quos habemus Dioscoridis græcos latinosq̃ codices, nullibi legitur. Nec uerisimile est, post tractatã semel totam Vettonicam, intercedente alio capite, de eadem iterum agendum huic scriptori fuisse. Accedit his quod in plerisq̃ alijs etiam diximus, nihil in hoc scriptore maiestate eius indignius, nec cui minus credere oporteat, q̃p ubi superstitiosum aliquod, & ad religionem nostram pertinens ab eo docetur. Poterunt legentes quod dicimus, ex his quæ alij interpretes reddiderunt, censere. Nobis non placuit religionem naturæ miscere, & quæ tam longo interuallo distant in scriptore hoc eadem facere. Vana hominum mortalitas hæc primum infert: mox imprudentia & salutis studium excipit: exceptaq̃ per manus diu feruntur. Nisi prudentior aliquis, quod sapientes præcipiunt, de genere in genus non transeundum esse alios monuerit.

## ¶ De Vettonica. CAP. III.

βεττονικὴ

VEttonica nascitur in pratis, & montibus, locis mundis, & opacis, circa frutices. Animas hominum & corpora custodit, nocturnas ambulationes, & loca sancta. Grauibus somnis resistit. Ad omnem medendi usum commendata. Radicem habet rubram, odoratã, porracea folia, medio eorum puniceo, in recto calamo triangula, floribus in cacumine purpureis. Farina recentis uulneribus capitis indita, D dolorem finit. Vulnera glutinat. Fracta ossa extrahit. Sed quotidie imponi debet, dum persanescant. Dolori capitis medetur, si iure decocti perfundatur, aut temporibus cum bitumine illinatur, aut radix suffiatur.

BARBARI COROLL.

CAput hoc, non in omnibus codicibus inuenias. Illud mirum q̃busdã, q̃ Plinius Betonicę folia Rumici scribit similia: hoc Britanicæ Dioscorides assignat, cum Betonicæ querna potius uisantur. Nec illud minus licet mirari, quamobrem mentiões duas Betonica meruerit. Nisi q̃s duo quoq̃ gña Betonicæ demonstrata nobis a Dioscoride contenderit. Duas & Paulus Aegineta Betonicæ facies intelligit, effectu parili, ut prædiximus.

plinius. lib. 25. cap. 8.

## ¶ De Lysimachia. CAP. IIII.

λυσιμάχιον λύτρον

LYsimachia, quam aliqui Lytron appellant, caules emittit cubitales, altioresue, fruticosos, tenues, prodeuntibus geniculatim foliis, tenuibus, salicis figura, gustu adstringentibus, flore ruffo, aut aureo. Gignitur in aquosis & palustribus. Foliorum succus adstringente sua ui, sanguinis reiectionem supprimit. Dysentericis potui datur, aut infunditur. Mensium abundantiam sistit, in pesso. Sanguinis profluuio subuenit, si nares ea hærba obturentur. Vulnerum cruorem cohibet. Acerrimum nidorem suffita reddit. Qua de causa serpentes fugat, & muscas interficit.

nota q̃ lysimachia est herba a cornuda dicta pea uirtutem offerre ad instar endos colore pi pedi panos. de dag sit

BARBARI COROLL.

Plil. li. 25. ca. 7.

LYsimachiõ, & Lysimachios, & Lysimachia uocat. Inuenit hãc Lysimachus. Folia eius uiridia, ramuli erecti, odore graui, flos purpureus, fruticosusq̃, ut Pli. uerbis utar. Vis huius herbę

tāta, ut iumētis discordātibus iugo imposita, asperitatē cohibeat. Patauij demōstrata nobis est. A

## ¶ De Sanguinaria, seu Polygono. CAP. V.

Polygonum Arrhen, aliqui Polygonatum appellant, alij Cynochalam, alij Heracliam, alij Asphalton, alij Chiliophyllon, alij Clema, alij Polycarpon, alij Carcinethron, alij Teuthalida, alij Myrtopetalon, alij Cnopodion, alij Zaritheam, alij Pedalion, Aegyptij Telphin, aliqui Stemphin, Magi Genituram herois, aliqui Vnguem muris, Latini Sanguinariam, aut Seminalem, Aphri Chulum. Ramos habet teneros & molles, frequentibus geniculis cinctos, qui per terram, ut gramen repunt. Folia Rutæ, sed molliora, planioraq;. Semine sub omnibus folijs turgescente. Vnde marem appellari uolunt. Flos ei candidus, aut puniceus. Vis epoti succi est spissare, ac refrigerare. Prodest cruentæ exscreationi, choleræ, alui fluctionibus, & urinæ stillicidio. Vrinam aperte ciet. Cum uino potus, contra serpentium morsus auxiliatur. Datur in febribus per horam ante significationes. Fœminarum profluuia impositu sistit. Idem succus purulentis auribus instillatur. Facit eximie ad genitaliū ulcera, cum uino adiecto melle decoctus. Stomachi feruori, sanguinis reiectionibus, ulceribus quæ serpūt, ignibus sacris, collectionibus, tumoribus, & recentibus uulneribus folia illinuntur.

πολύγονον

### BARBARI COROLL.

Polygonon, & Caligonon appellatū uidetur a multitudine seminis, ꝓpterea Seminalis in latino dicit: q̄q̄ & Sanguinalis, & Sanguinaria uocat. Alij a densitate fruticis, alij a frequētia geniculorū arbitrant. Quidā & Halmada noīant. Inueniunt, qui fœminā esse hanc contēdant, marē aūt maiorē, minusq; nigrū, & geniculis densiorē. Herbarij nullā magis aridā, q̄ Polygonon seruāt. Dioscorides Polygonon quibusdā locis uocari tradit Pedaliū. Plautus quidē ita in Gurgulione appellat odoratæ genus herbæ. Pli. li. 27. ca. 12. B

Tu Rosa, tu Crocus, & Casia es, tu Pedalium:

Aut certe unguēti nomē est in ea fabula Pedalion. Forasse uero nō Pedaliū, sed Bdelliū in poēta eo legeris. Polygonon Aetius & κελιοβοτάνην, hoc est, solis herbā dici meminit, uulgo Centinodia, & Corrigiola. Proserpinacā in Plinio, sunt qui Polygonon accipiāt, dicēte uulgarē herbam esse Proserpinacā, eximij aduersus scorpiones remedij: & lassitudinē, si linguæ subijciat: si deuoret, uomitionē sequi salutarē. ut corrupte legat in Diosc. hoc loco, stopinaca pro Scorpinaca, siue Proserpinaca: quādo utrūq; nomē Polygono tributū uideas in eo libro, qui. L. Apuleij fuisse credit a multis. Illud mirari subit, ꝙ Plinius eodē capi. Proserpinacā, & Polygonon, quasi diuersas herbas demonstrat, & utrāq; ad anginas cōmendat. 27. uolumine. cap. 12.

### EX M. VERG. COMM.

Sanguinariam Plinius Sanguinalem, Columella græcam Polygonon uocant: ille. 27. uolumine capite. 12. hic libro. 7. capite. 10. Nec fuit Romanis scriptoribus alia nominis ratio, q̄ ex ui & usu eius, qui sentientes sanguinē exspuentibus, cruentisq; intestinorum torminibus eam mederi, ex meliore hac potestate nomen illi fecerunt. Græci contra, a seminis copia, uel geniculorum, quos habet frequentia, cognosci eam uoluerunt. Vtrunq; enim Polygoni uox significare potest. Siquidem genti illi gonos, genitura, & semen: gony uero genu, & diminutiua forma geniculus est.

## ¶ De Sanguinaria Fœmina. CAP. VI.

Sanguinaria Fœmina fruticat uno caule, arūdini teneræ simili, densis geniculis, & in se tubarum modo farctis, tuberibus articulorum eminulis, torulisq; cingentibus. Folijs Piceæ. Radicis nullus usus. Na-

Cscitur in riguis. Huic quoq; spissandi, refrigerandiq; natura, ad eadem ualens, sed inefficacior.

BARBARI COROLL.

POlygoni quatuor genera Plinius existimat, Marem, & Fœminam, Tertium Oreum, hoc est, montanum, quod & describit eadem forma, qua Dioscorides hic Fœminã. Quartũ genus Polygonaton priuatim appellatur: de quo protinus indicandum nobis est.

EX M. VERG. COMM.

QVotquot hactenus uidere Dioscoridis græcos codices licuit, in extrema capitis huius parte eodem intellectu, & ijsdem uerbis ostendunt, fœminam Sanguinalem herbam in cunctis mascula minus efficacem, & ignauiorem esse. Plinius etiã eodem libro & capite, historiam, & medicinã eius tractãs, inefficacius q̃ superiora (plura em̃ Polygoni genera ille fecerat) hoc genus esse ait. Solus Paulus Aegineta in .6. Polygoni uires numerãs, contra & his uerbis decreuit. τὸ δὲ θῆλυ τοῦ ἄῤῥενος ἰσχυρότερον, quod est, Fœmina aũt Mascula ualidior, & efficacior est. Quo fit, ut oporteat, quemadmodũ & Plinius indicat, credere diuersas ex sexu Polygoni notas omnibus locis, & gentibus non fuisse easdem, sed uariatis appellationibus, quæ græcis uerbi caussa Mascula Sanguinalis erat, latinis Fœmina esset: ficq; e diuerso, Plinij, cuius ætate uaga hæc nomina, etiã erant uerba, hac in primo genere sunt. Qui plura genera Polygoni faciunt, hanc Marem intelligi uolunt. Idq; Dioscoridi cõuenit. Mox paulo post. Necnon inueniuntur, qui hanc Fœminã esse dicãt: quod Paulo Aeginetæ cõuenit, qui Fœminã potentiorem Mascula dicens, sexus notam hanc, ex aliorum indicatione tradidisse uideri debet. Eamq; ob caussam, nihil in huiuscemodi, nisi facto prius periculo, certũ constitui modo potest: tam multis locis & gentibus res aliquando, nomina autem semper uariant.

## ¶ De Polygonato. CAP. VII.

POlygonatum nascitur in montibus, frutice cubito altiore, foliis Lauri, latioribus, & læuioribus, sapore mali Cotonei, aut Punici, cum quadam adstrictione. Flores per singulos foliorũ exortus promit, candidos, foliis numerosiores, incæpta a radice supputatione. Radicem habet albam, mollem, longam, crebro geniculatam, densam, graueolentem, digitum crassitudine æquantem. Quæ uulneribus efficaciter illinitur. Quinetiam maculas in facie delet.

BARBARI COROLL.

POlygonaton Dioscoridis montanũ Polygonon, syluestre Plinius intelligit, etiãsi descriptio forasse dissonat in plærisq;. Arbores inq; pene mõ fruticat radice lignosa, stirpe Cedri rubicũdo, ramis Sparti, binũ palmorũ, nigris, geniculorũ ternis, quaternisq; articulis, odore quodã, siue gustu fastidiẽdo: q ne explicari quidẽ recte possit, ut Paulus Aegineta scribit, & eo prior Gale.

EX M. VERG. COMM.

INter Polygoni genera, quæ a Plinio plura ex aliquorũ historia numerantur, Polygonatos hæc referr̃. Nobis tamẽ toto genere differre hæc ab illa uidet̃. Iacet em̃ (quod præcipuũ inter eas discrimẽ sit) & graminis modo per terrã spargitur Polygonus: Polygonatos autẽ cubitali, & fere semper proceriore caule erigit̃. Vidimus nos, quinto, & sexto deinceps foliorũ ordine ad eam altitudinẽ surgentẽ: quæ a radice statim exiguis interuallis, per caulẽ usq; ad summũ uirebant laurinis, ut hic ait, similia. Flores ipsi non uidimus. Iampridem em̃ Augusto mense defloruerat herba, quæ nobis prolata est. Nulloq; magis indicio, q̃ radice Polygonatum se ostendebat: quæ longitudine pedali, colore albescente, frequentioribusq;, q̃ in gramine geniculis turgebat. Vtq; conijcere licuit, nihil Polygono congenerẽ multis hanc fecit, q̃ geniculorum par similisq; in utraq; frequentia. Verumtamen, ut paulo ante dictum a nobis est, exceptis his, diuersa in Polygonato, & alia a Polygono cætera nobis uisa sunt.

## ¶ De Clematide. CAP. VIII.

CLematis Græcis, aliis Phyleterion, ab aliis Daphnoides, ab aliis Smyrnoides, aut Polygonoides appellatur. Læto, pinguiq; solo

prouenit, iuncos ſpargens exiguos. Folia Lauri figura & colore, multo minora. Folia cum caulibus in uino pota, alui profluuia, & dyſenterias ſedant. Subdita in peſſo, cum lacte & roſaceo, aut cyprino, cruciatibus uuluæ medentur. Dolores dentium commanducata finit. Impoſita ſerpentium morſibus, iuuamentum præſtat. Fertur etiam contra aſpidum ictus ex aceto pota opitulari. Gignitur ſolo inculto.

BARBARI COROLL.

CLematis hæc, ſiue Clematitis Aegyptia cognominatur, quoniam Aegyptus hanc maxime gignat, prælonga, tenuiſq; : in prouerbiũ uſq; ceſſit, κλήματὶς ἀιγυπτία. ita nominãdo eos, qui procero & nigro ſunt corpore: ut eſt apud Phalereum Demetrium.

## De altera Clematide. CAP. IX.

EST & altera Clematis, quam aliqui Epigetin, Aegyptij Philaſcrion, Romani Ambuxum uocitant. Viticulos emittit rubeſcentes, lentos. Folium guſtu admodum acre, ac exulcerans. Repit per arbores, ut Smilax. Semen tritum, pituitam bilemq; detrahit, in aqua, aut hydromelite potum. Folia eius illita, lepras purgant. Cum Lepidio conditur ad cibos.

BARBARI COROLL.

CLematis ſecũda, ſiue Clematidis, Smilaci, hoc eſt, Hederæ Ciliciæ ſimilis effingit, genicu lata & ipſa, repensq; per arbores. Hanc, aut non diſſimilẽ (ut puto) Plinius eſt ubi Echiten, & Laginen uocarit, & tenuem Scamoneam: quia pedales, folioſos, non diſſimiles Scamoneæ ramos habeat, niſi q; minora, nigrioraq; ſunt folia. Inuenit in uineis, aruiſq; : paratᷣ cibis, ut olus cũ oleo & ſale. Sit hic frutex, qui Cõuoluolus a noſtris dicit, cuius flos Lilij rudioris figurã prę bet, ob id & Liliaſtri quoq; nomẽ habens: & uulgo etiã Liguſtri (q̃q̃ Liguſtrũ proprie cyprius eſt) æſtimaturi iudicent. Nam & foliũ ei pinnatũ eſt, ut Scamoneæ, nec Smilaci diſſimile, Volubilis maioris noĩe. Semẽ nigrũ, triangulũ, in folliculis acinorũ ſpecie, qui nũero tres habent, in uinetis, aruiſq; De hoc Plinij uerba ſubijcimus. Eſt inq̃t flos, nõ diſſimilis Lilio, in herba quã Cõuoluolũ uocãt, naſcens per frutęta, nullo odore, nec crocis intus, candorẽ tantũ referẽs, & ueluti rudimentũ naturæ Lilia facere condiſcentis. Inuenio qui Periclymenon uocent Cõuoluolũ, atq; ita pictam in Græcis codicibus uidi. Sed uera Periclymenos alia eſt, ut poſt liquebit. Habetur & Clematis tertia, Centunculus a noſtris appellata, roſtratis folijs, ad ſimilitudinẽ capitis penularũ, iacens in aruis. Dioſcorides & Gnaphalion herbam, Centunculũ a latinis dici meminit: q̃q̃ non habeo compertũ, eadẽ ſit, an diuerſa Gnaphalion, a tertia Clematide. quãdoquidẽ & medicinæ congruunt: & apud nos utraq; Centũculi nomẽ habet. Sciendũ Galeno teſte, Dioſcoridẽ hoc loco de prima tantũ Clematide locutũ: quæ non ſimpliciter Clematitis, ſed Clematitis Daphnoides, aut Myrſinoides, aut Polygomoides appellãda eſſe uideatur. De ſecunda uero Clematitide, quã & abſolute Clematitin uocari tradit, in quarti huius libri fine ſcriptũ eſſe, non hic exiſtimat. Addidere tamẽ librarij utroq; loco eam, quod & in alijs herbis fecere. Pamphilus duas Clematides in unũ confudit. A Galenoq; ob id inceſſitur iure. Idem uidetur & Plinius feciſſe, medicinas aliquot prioris, ſecundæ tribuendo.

FVIſſe quondam plures Clematidas, Plinius manifeſte. 24. uolumine capite. 15. indicat. Sed exceptis duabus his, nõ ueras fuiſſe Clematidas alias, ſed ſola uiticularũ rõne hoc nomen ueniſſe, teſtes in græcis, hic ſcriptor primũ, qui nullam aliam in medica materia ſtirpem hoc nomine deſcribit: mox Paulus Aegineta lib. 6. his uerbis utrãq; deſcribens. Clematis, quã alij Daphnoides, alij Myſinoides uocant, uiticulã habet longam craſſitudine iunci, quem Oloſchænum dicunt: folium uero Lauri. &c. Altera autẽ quæ arboribus Smilacis Hederæ modo aduoluitur. &c. Fuerunt qui poſteriorem hanc Conuoluulum crederent. Cuius flores Lilia candore, & amplitudine æmulantes, certare cum nobiliſſimo flore uoluiſſe uidentur: quos etiam Plinius aliquando dixit Rudimentum naturæ eſſe, Lilia facere condiſcentis, ubiq; & omnibus notiſſimos. Verum ex huius hiſtoria, in qua rubentes uiticulæ illi aſſignantur, Conuoluulo conuenire non uidetur. Tacuiſſe præterea de floribus, qui tam egregia ſpecie in Conuoluulo

A

B

*

Pli. li. 27. ca. 12. 24. cap. 10.

VERG.

florent, aliam ab illo Clematida esse arguit. Nobis inclinat animus Smilaci congenerem Clematidem hanc esse. Non tamen pro comperto hoc decernimus. Quod autē hic ait, uocari Epigetida, humilem terreſtremq; ſignificat, facto a terra, quam Græci γῆν uocant, nomine: quaſi terraneam dicas, quoniam ſcilicet niſi alias ſcandat ſtirpes, per terram ſpargitur.

## ¶ De Polemonia. CAP. X.

πολεμώνιον φιλεταίριον

Polemoniam alij Phyletęriam, Cappadoces Chiliodynamin appellant. Ramis exilibus, in uerſus utrinq; digeſtis. Foliis paulo q̄ Rutæ maioribus, ac longioribus, Calaminthæ, aut Sanguinariæ proximis. Quibus in ſummis corymbi dependent, nigro ſemine. Radice cubitali, albicante, radiculæ ſimili. Naſcitur in montoſis & aſperis. Bibitur in uino radix contra ſerpentes & dyſenteriam. Et ex aqua aduerſus urinæ difficultatem & coxendicum cruciatus. Datur ex aceto drachmę pondere lienoſis. Eadem ſcorpionis plagę alligatur. Tradunt, eum qui radicem geſtauerit, a ſcorpione non teriri, eumq; ſi ictus ſit, nihil moleſti paſſurum. Dentium dolorem manſa mitigat.

### BARBARI COROLL.

Plí. li. 25. ca. 6. Polemonium, ſiue Polemoniā, alij Phileteriam, a certamine regum inuentionis appellauerunt. Radice craſſa, nigro ſemine. In Plinio & Melemoniū uocari herbam quandam inuenias, uomituris utilem: tamen haud certus ſum, ecquid corrupta ſit in ea uoce lectio.

### EX M. VERG. COMM.

Officioſa certe uoluntas nō deeſt, urgetq; in Polemonia hac, ut moneamus legētes. Quā hic, & Plinius dixerūt in Cappadocia a multitudine uirium χιλιοδύναμιν, quod eſt, mille uires habentem uocari, in antiquiſſimis Græcorum & Latinorū ſcriptoris huius codicum, qui mihi D ſunt, non Chiliodynamin, ſed Chelidoniam manifeſte legi. Non cōuellenda tamen ob id duorum ſcriptorum tam certa auctoritas & fides. Ob eam cauſſam & nos ex cōmuni lectione uocem uertimus. Illud contra in dubio eſt, diſſidentq; Dioſcorides & Plinius in radicis hiſtoria. Hic ait πηχαίαν eſſe, quod eſt, cubitalem: Plinius. 25. uolumine capite. 6. Polemoniā deſcribens ait, Cappadoces Chiliodynamin uocant, radice craſſa: quaſi non πηχαίαν, ſed πηχεῖαν legerit. Nos neq; in græcis, neq; in latinis aliter q̄ cubitalem legimus. Plinius tamē uel ſic forte perſuaſus, uel uocis uicinitate decæptus, pro cubitali, craſſam reddidit. Niſi forte, q̄d hic ait, Lanariæ herbæ radici ſimilem ad craſſitudinē ille rettulit. Diximus id, quoniā non parui refert, in deprehendenda Polemonia, cubitalem, aut craſſam radicem obſeruaſſe.

## ¶ De Alo. CAP. XI.

σύμφυτον

Symphyton petræon, id eſt Alus, naſcitur in petris, ramis tenuibus, paruis, Origano ſimilibus, capitulis Thymi, ſurculoſum totum, odoratū, guſtu dulce, ſaliuam ciens. Longa radice, ſubruffa, digitali craſſitudine. Decoctum in aqua mulſa, & potum, pulmonis uitia purgat. Sanguinem reijcientibus, & renum malis ex aqua datur. Ad dyſenteriam, rubraq; fœminarum profluuia in uino decoctum. Ad conuulſa uero & rupta, ex aceto mulſo bibitur. Quin & commanducatum ſitim ſedat. Fauci cibus aſperis ſubuenit. Vulnera recentia, enterocelasq; conglutinat, & illitu cohibet. Carnes autem cum Symphyto decoctæ cōaleſcunt.

### BARBARI COROLL.

Plí. li. 27. ca. 6. Symphyton Petræum, nos Alum gallice uocamus, foliis paruis, ramis tribus, aut quatuor a radice. Naſcitur in petris, ideoq; Petræum cognominant. Symphyto autem Græci nomen impoſuere, quoniam conſolidet. Hanc Veneti Coroneam appellant, ut inquit Plinius, Roſæ radicis, alibi albæ, alibi nigræ.

Hosted by Google

EX M. VERG. COMM. A

QVæ est constipandi, consolidandiq; egregia utriq; Symphyto uis, nomen illi in græcis id fecit. In posterioribus autē latinis inconcinne quidem, sed aperta significatione Consolidam uocari eandem persuasit. Et quoniam duo saltem genera eius sunt. Alterum, de quo nunc agimus, quoniā in petris nascitur, Petræum antiquitas nominauit. Alterum uero simpliciter Symphyton. Iactant tamē præter hæc nostræ ætatis herbarij plura alia Consolidæ genera se inuenisse, quę medicis, & illis censenda relinquimus. Dioscoridem enim latinū facimus, non omniū aliorū dicta & decreta cōaceruamus: p̄sertim duo, & hæc tantū gn̄a Symphyti tractante etiā Paulo Aegineta, qui habere hoc Symphyton ait aliquid, q̄d incidat, ideoq; purget, quæ in pectore & pulmonibus purulēta concreuerūt: habere etiā aliquid q̄d adstringat, qua ui sanguinis exscreationibus medeatur: habere humiditatē, qua sitim arceat: discutere præterea, constipareq; corpora: & ne longiores simus, ex contrarijs aliquibus uiribus constare.

## ¶ De altero Symphyto. CAP. XII.

ESt & aliud Symphyton, quod aliqui Pecton, Romani Soldaginem uocant. Id caulem emittit bicubitalem, aut maiorem, crassum, leuem, angulosum, inanem, quasi fungosum: circa quem breui interuacante spacio, folia exeunt angusta, linguæ Bubulæ proxima, oblonga, hirsuta, caule secūdum angulos quosdam striato. Folijs tenuibus, ex alarum sinu prodeuntibus. In quibus flores lutei, rutaceis similes, & uerbasci semina emicant. Tam caulis q̄ folia, aspera lanugine horrent, tactuq; pruritum concitant. Radices demittuntur foris nigræ, intus candidæ, uiscosæ. Quarum est usus. Tritæ et potæ, cruentis exscreationibus, ruptisq; proficiunt. Recentia uulnera illitæ conglutinant. Carnes quoq; si concoquantur, cogunt additæ. Inflammationibus, præsertim sedis, cum Senetionis folijs, utiliter illinuntur. πηκτόν consolida maio B

BARBARI COROLL.

HOc Galenus Symphyton mega, id est, magnum cognominat, nec gustu dulce, nec odoratum, ut superius. Herbarij recentiores tria Symphyti, seu Consolidæ genera constituunt, præter Petræum: quod ne cognoscunt quidem. Magnum, de quo hic agitur. Minus, sed radice intus & foris alba, fere bulbi effigie rotunda. Minimum, flore in spicam purpureo, ac folio quidem Origani, ut Petræum, sed in humidis genitum, radice lignosa, superuacua, nec odorata, nec dulci, nec saliuam ciente: quæ sunt in Petræo omnia.

## ¶ De Holosteo. CAP. XIII.

HOlosteon quadrantalis hærbula est, humi repens, folijs uiticulisq; Coronopo, aut Gramini proximis, gustu adstringentibus. Radice alba, prætenui usq; in capillamēti speciem, longitudine quatuor digitorum. Nascitur in collibus terrenis. Vsus eius ad rupta in uino pota. Nam & carnes coguntur, decoctionibus addita. ὀλόσεον holosteon sm a quos est herb dicta grame molle

BARBARI COROLL.

HOlosteū sine duricia est herba, etiāsi ab osse nomē habuit, per antistrophen uidelicet, hoc est, ex aduerso a Grecis appellata, sicut Fel dulce, folijs angustis. Nascit̄ in collibus terrenis.

EX M. VERG. COMM.

EX aduerso græcis Holosteon herba hæc dicta est. Toto corpore em̄ & undiq; osseam uox illa significat: cum tamē tenerior, & fragilior ea sit, longeq; ab ossium duricie discesserit. Quærendum in ea, quo nam modo trium, aut quatuor digitorum altitudine eam hic dicat a terra extolli? & an digitos per longitudinem continuatos, an ut in antiquorum palmo erant, per crassitudinē coniunctos, & sibi suppositos indicet? Nobis in posteriorē hanc partē inclinat animus. Nā quatuor digitorū per longitudinē mēsura, alijs poterat, et debuerat uocibus indicari.

Hosted by Google

C

## ¶ De Stœbe. CAP. XIIII.

Stœbe, quam alij Tobion, Romani Stipam uocant. Vulgaris est noticiæ. Cuius semen & folia stringunt. Quapropter decoctum dysentericis infunditur. Auribus quoq; purulentis instillatur. Illita folia, oculis ab ictu cruentis prosunt. Erupentis sanguinis impetus cohibent.

### BARBARI COROLL.

Pli.li.21.ca.15. lib.22.cap.11. Theoph.li.1. &.6.plant. Strabo.li.16.

Stœben Theophrastus & Plinius Phleon quoq; dici tradidere. Pollux Phlun, cuius lanugine mulieres ad lixiuiū utantur. Molle inquit Theophrastus, & pla centaceum est Phleon, colore subrubido. Meminit & Aristoteles, sed a Theodoro Flaus uertitur. Fœminā in eo accipi, quæ sit sterilis, & ad nexus utilis. Vnde Phöinas uestes in Herodoto qs legat & Pausania, quibus aues in Arabia Stymphalides, ut uisco ceteræ capiant: cum alia materia nō resistat earū rostris. Nam et in Aethiopia Arabię aduersa nasci Phleon testis est Strabo, flumine prę sertim, q̄d Cinnamo semina disterminat. Orchomenio lacu numerosum id haberi: a quo & nomen Phleos: etenim Græci φλεῶν, pro eo q̄d est fœcundū esse capiunt. Hinc & Bacchū ueteres Phleona cognominabant, auctor Helianus. Partem huius herbæ teneram ab radice, pueris in cibo gratam esse. Radicem ipsam pecudum pabulo uelli copiosam, nec in profundum actam, folio & caule aculeatis. Stipam a latinis dici auctor est Dioscorides. Illud notauerim, si Stœba idem sit q̄d Phleos, errare qui Stœbam pro ea herba capiunt, quæ uulgo Scabiosa dicitur, folio Erucæ hirsuto: non tamen aculeis horrente, cerulei floris, ex qua & scopæ fiunt. Sit autem Scabiosa, quæ ab Aetio Psora dicitur, cuius ustæ fumo arborum Erucæ moriantur, non habeo compertum. Photion lini genus tradit, Stypion uocatum. Alioquin Stypos inquit Piceæ caudex est, itemq; prædurum & solidum lignū quodcunq;. Interdum & humilis stipes ita dicitur poëtis. Est & Stybion & Stybe, de qua diximus in Hyppophāe. Nam Stion calculus est marinus Hippocrati. Festus linum impolitum, Dorice stuppam dici meminit.

### EX M. VERG. COMM.

D

Phleon duobus locis uocari a quibusdam Stœben hanc Plinius testatus est: primum. 21. uolumine capite. 15. his uerbis. Quædam in folio habent, & in caule, ut Phleos, quam aliqui Stœbem appellauere. Mox iterum uigesimo secūdo uolumine capite undecimo. Stœbe, quam aliqui Phleon uocant. Videturq; nobis Theophrastum ubiq; appellare. Is enim inter aculeata s Phleon. 6. de plantarum historia numerat, & inter eas quæ folia secundum spinas proferūt: quales in paluſtribus Tribulus, & in arida Ononis est. Et Stæben libro primo de plantarū historia inter fruticosa, & quæ carnosum folium habent.

## ¶ De Volucro. CAP. XV.

κνίδιον

Græci Clymenon uocant, alij Calycanthemon, alij Peryclymenon, alij Helyophyes, nonnulli Hepatitin, alij Milacem, alij Anatolicon, alij Dyticon, alij Merginem, Latini Volucrum, aliqui Volucrum maius. Aegyptij Oxioni. Clymenion, quod & Agonon, id est, sterile nuncupant, caulem fert fabæ, quadratum, folia Plantaginis, foliculis supra caulem in sese inflexis, Iridi, & poliporum Cirris non absimilibus. Probatissimum est e montibus. E frutice toto cum radice succus exprimitur, qui ad sanguinis reiectiones in potu efficax est. Cœliacos, rubraq; fœminarum profluuia, refrigerando infrenat. Sanguinem naribus erumpentem supprimit. Trita folia, aut siliquæ recentibus uulneribus impositæ, ea ad cicatricem perducunt.

### BARBARI COROLL.

Pli.li.27.ca.12. Theoph. li.9.

Clymenos appellata a rege dicitur, describi aliter a nostris, q̄ a Græcis Plinius affirmat, hoc est, Hederę folijs ramosam, caule inani, articulis præcinctam, odore graui & semine Hederæ, syluestribus montosisq; nascentem. Sterilescere pota ea etiam uiros, sextario eius in triginta dies diuiso, Theophrastus auctor est. Quod quidem Dioscorides Periclymeno uocatæ tri-

Hosted by Google

buit. Nam & descriptio nostrorum de Clymeno quã prætexui: Periclymeno fere conuenit. A

EX M. VERG. COMM.

REgiæ dignitatis herba Clymenos est, & ab inuentore rege sic appellata: non aliter q̃ & plę ræq; aliæ a Dioscoride hactenus, & a Plinio diuersis locis ex antiquorum historia descriptæ fuerũt. Eam pluribus indicauerunt ueteres appellationibus: inter quas ex plantæ ipsius natura, notis, & antiquorum in ea obseruationibus factæ aliquæ sunt. Qualis Calycanthemos est. signifi cat enim, quę in Calyce floreat. Dixerunt autem in floribus antiqui Calyces, inuolucra illa qua lia in Rosis sunt, quibus dehiscentibus in sua folia se flores pandunt. In Clymeno autem hac ca lyces folliculos eos intelligebãt, de quibus hic paulopost egit: Periclymenos uero, confuso mixtoq; ob similitudinem cum ea quæ sequitur nomine.

## ¶ De Periclymeno. CAP. XVI.

PEriclymenon aliqui Aeginam, alij Cylmenon, alij Carpathon, περικλύμενον alij Splenion, alij Epetitin, alij Axinam maiorem, nonnulli Clematitin, alij Myrcinen, alij Calycanthemõ, Magi Polion Veneris, Aegyptij Turcon, Romani Volucrum maius, Aphri Lanath appellant. Simplex fruticat, ex interuallis parua folia habens, ipsum amplectentia, subcandida, hederacea. Inter folia surculi exeunt, in quibus baccæ, Hederæ similes. Flos fabæ, candidus, aliquantum rotundus, et quasi in folium procumbens, semen durum, & quod difficile euellatur. Radice rotunda, crassa. Nascitur in aruis ac sepibus, conuoluens se adminiculis propter assidentibus. Semen eius postq̃ ematuruit collectum, & in umbra siccatũ, drachmæ pondere dat̃ in uino quadragenis diebus, B ut lienem absumat, ac molestiã discutiat. Sed urinã ciet, statim a sexto die cruentam. Orthopnœę, & singultui prodest. Partũ accelerat. Folia sunt eisdem uiribus prædita. Quæ tricenis septenis diebus epota, sterilitatem facere produntur. Peruncti̇s ex oleo febrium rigores abigunt.

BARBARI COROLL.

DE Periclymeno dictum est in Clymeno. Nũc Caprifolium, & Matersylua dicitur uulgo: quanq̃ Dioscorides Matremsyluam pro Hedera capit, cui Periclymenon simile est.

## ¶ De Tribulo. CAP. XVII.

TRibulus aliqbus Bucephalus, alijs Tauroceros, Romanis Tribulus aquaticus dicitur. Tribuli genus unũ terrestre, foliis ad τρίβολος effigiem Portulacæ, tenuioribus uiticulis, in terra stratis, spinis secundum folia rigidis, præduris. Iuxta amnes & domicilia nascitur. Est & alterũ genus aquis familiare, q̃d in fluminibus natũ comã exerit, aculeos cõdẽs. Foliis latis & pediculo lõgo. Caule parte sumã q̃ ima crassiori. Capillamẽta quędã indidem exorta spicant̃. Semen durũ, ab altero non abhorrens. Vterq; refrigerantis & inspissantis est naturæ. Ideo inflamationes omneis cataplasmate adiuuat. Vlcera in ore erumpentia, putredines, gingiuas, tonsillasq; persanat. Succus ex his colligit̃ ad oculorũ medicinas. Semen dum recens bibit̃, calculosis iuuamentũ affert. Drachma terrestris Tribuli pota, illitaue, ictos a uipera recreat. Contra uenena cum uino aptissime bibitur. Decoctũ eius sparsum, pulices necat. Thraces, qui ad Strymona amnem habitant, uirenti Tribulo eqs

C saginant, & e dulci semine & esculento panem quo uescuntur faciũt.

BARBARI COROLL.

Plí.li.18. ca.17 lib.21. cap.16. TRibulus, siue Tribulum, in segetibus madidis & paluſtribus nascitur, non excedente quina fere cubita, gurgitum altitudine, ut in Strymone amne. Capillamenta in eo quædam inter se contraria, eo breuiora, quo propius ad radicem sunt, adeo, ut in ea quasi desinant, ac procumbat, a lateribus terna & quaterna germinæ: ut amplissimum sit quod minus ab radice distat, et reliqua pro suo cuiusq; numero. Exit a parente soboles, omnino similis folio, fructuq;, sed gracilior. Semẽ nigrum, prædurum: quo cadente, ipsum se propagat. Folium habet secũdũ spinã. In semine quoq; gerit aculeus. Radicẽ eius alij annuã, alij diuturniorẽ esse putãt. Duo gña eius. Vni Cicerculæ folium: alteri aculeatũ. Vere germinant, serius tñ: cui in folio aculei: magisq; hoc septa uillarum obsidet. Semen habẽs rotundius, et nigrũ in siliqua: q̃d alteri, hoc est, præcoci arenaceum & Sesamæ figura cernitur. Nihil Cicere infestius Tribulo est. Nascit & in hortis Tribulus. Dira res alibi, sed iuxta Nilum & Strymonẽ amnes, in cibos recipit. Panis ex eo fit prædulcis, & comprimens uentrem. Hippocrates genus Tribuli Parathalassion, hoc est, maritimum appellat, idem cum terrestri: quod & minus est aquatico. Ex aquatico sane panes fiunt; ob id & Ferrariensem Castaneam, Gallia padana Tribulum uocat.

## De Sarxiphago. CAP. XVIII.

σαξίφαγον

SArxiphagon, aliqui Sarxiphrangon, alij Empetron, Romani Saxifragiam uocãt. Frutex est surculosus, in petris & asperis locis nascens. Coctus in uino, mox potus, febricitantibus opitulatur. Stranguriæ prodest. Singultum sedat. Calculos uesicæ frangit, & urinam ciet.

BARBARI COROLL.

Plí.li.27. ca.9. SAxifragum, et Saxifraga latine dicitur, item Calcifraga (si modo hęc est) quam et Plinius et Dioscorides alio loco Empetron appellant. Paulus Sarxiphages. Empetrũ inquit Plinius, fere in saxo nascitur. Recenti uires sunt. Vetustate perdit eas. Lapillos qui sufferuefiant, una rumpi affirmant. Habetur & Saxifragi genus alterum, in Adianto nobis explicandum. Corrosi & ambusti sunt hac parte Græci codices, nec quale sit huius herbæ folium animaduerti ullo mõ potest: et in ipso uerborum textu, spaciolum inane uacat. Porro ueterem in Dioscoride picturã huius herbæ uidi, non plus foliis, q̃ Cirris minutis, per ramos ex interuallo conditis, nec frequentibus: in cacumine surculorum flocci ceu arentes potius q̃ flosculi, subrubida radice, nõ sine fibris. Romæ talis ostendit in maritimis, ac montosis tantum, non rubida radice, sed candida: flosculis quoq; candidis. Recentioribus de hac herba parum conuenit. Alij Tritici foliorũ figurã, alij marinæ Bati similem dixere, alij Tormentillæ uulgo dictæ. Est aũt (ut uolunt) Tormẽtilla, Quinquefolio herbæ similis, nisi q̃ septem fere habet folia, nõ q̃nq;. Quarti herbã, quę florem Caryophyllon uocatum ferat, de quo aliubi dictum est. Quinti Saxifragã eãdem esse, aut proximam ei quæ Pampinula, Pimpinella, & Bipẽnula, & Sanguisorba ruri dicitur: q̃m uulneribus iniecta ferrũ & spicula facile ac citra sensum doloris exigat. Folio paruo, orbiculato, & extremitatibus serrato: q̃d et mandi soleat, paratũ oleo, sale, aceto, surculis ab eadẽ radice pluribus atq; densis, rubentibus cũ radice, ut ferunt. Quibusdam locis uermiculus eruit, q̃ curatus, sericis præcipue tingendis, Purpuram facit incomparabilem, cæteros colores splendore quodã & hilaritate superans. Inuentus, ut alia quoq; multa casu, excrementis gallinaceorũ, ita colora tis. Nam & usus Purpuræ, ut est apud Iuliũ Pollucem, ab Hercule uidet institutus, cõspecto canis rostro, qui purpuram deuorasset, infecto. Igit Purpurissum, ex hoc uermiculo Carbasinũ a præstanti amphitheatralium uelorum (ut arbitror) colore dicitur. Quidã Carmasinũ appellãt colorem, q̃m uermiculus is, punica lingua Carmes appelletur, quemadmodũ & Coccus. Potest & ab urbe Charmi, quæ Sardibus est, nomen accepisse color is, quod lanas inficere Sardibus cœptũ sit, ut inqt Plinius. Nã Carbatinis in Aristotelis secũdo de animalibus uoluminis gendum, non carbasinis est. Sunt aũt Carbatinæ, quas Catullus Carpatinas crepidas uocauit, calciamenti genus e Caria translatum, quod hodieq; uulgo sic uocatur, detractis utiq; posterioribus syllabis, &, s, litera principio adiecta, ut assolet. Nam et Carpisculus calciamẽti genus est, ut Flauius Vopiscus ait, in Aureliani Cæsaris uita. Quidam tamen Carbasa etiamnum uocãt boum coria: quæ Cæsar Alutas appellauit. nam, ut Suidas scribit, ubi defecissent calcei, Carbatinis utebantur, ex crudis boum tergoribus recens detractis, ut illud Virgilianum.

Vestigia nuda sinistri,

Hosted by Google

Instituere pedis, crudus tegit altera pero.

De hoc uermiculo, nihil apud ueteres inuenias. Nam Sandix indica, de qua in Aureliani Cęsaris uita legit, preciosas Purpuras fecisse, aliud tinctureę genus puto. Hieronymus i sacris literis, uermiculũ, & uermiculatas uestes nominat: granũ (ut opinor) Aquifoliae significans: qd autore Plinio quibusdã locis uermiculi similitudine conspicitur. Hinc deriuatum arbitror, ut Coccinea uestis, Scoletidata, hoc est, uermiculata uulgo diceret, siue quasi qsquiliata (etenim granũ Cocci, etiam Quisquiliũ uocatur Plinio) a Quisqlis opinor. Sunt em Quisquilię, ut Festus ait, quicqd ex arboribus minutũ cadit. De uermiculo purpureo, Democritus qq meminit tinctu-ris utili, sed e purpuris, ac murice, ut conijcio. Nam et de uermiculo Galatię, hoc est, iligno*me minit. Pampinulę similis est, folio tantũ minore, ac magis serrato & lentiusculo; quã nostri herbarij Eufragiã appellãt, minus fruticosa, flore luteolo, precipuę claritatis ad oia uitia oculorũ: ueteribus incompertam existimant: quemadmodum & illam, quæ Cartofilago dicitur a uulnerarijs. Nos Ceratophylacen uocandam putamus: quia partem oculorum Ceratoiden, hoc est, corneam defendat, saluticq percussam restituat, folijs Seriphij, uel potius Roris marini, aut Lini quoq, capitulis arentibus, cirris subluteis.

## ¶ De Limonio. CAP. XIX.

LImonion aliquibus Potamogiton appellatur, alijs Neuroides, alijs Lonchitis. alijs Rapionion, Mysijs Mendruta, Syris Meuda, alijs Lycosemphyllon, alijs Heleborosemata, alijs Scyllion, Magis gis lupi Cor, Romanis Viartum nigrum, quibusdam Titinabulum terræ, Gallis Iumbarum, Dacis Dacioa. Folia habet Betæ, tenuiora & lõgiora, decem, sæpe plura, caulem tenuem, rectum, ut in Lilio æqualem, seminibus scatentem, quæ gustata adstringunt. Semen tritum, & ex uino acetabuli mensura potũ, dysentericis cœliacisq prodest. Rubra fœminarum profluuia sistit. Nascitur in pratis & palustribus.

### BARBARI COROLL.

LImonium Beta est sylueſtris, densioribus folijs. Aqua e radice cocta, maculas uestium, & membranarum eluit. Aliud genus est a Limonio Limania, ut in Scolymo notauimus. Limonium Aetius etiam Cynoglosson, hoc est, linguam canis uocari scribit. Plí. li. 20. cã. 8

### EX M. VERG. COMM.

SYlueſtrem Betam Plinius, cp eius folio sit, uolumine. 20. capite. 8. Limoniam uocat. Numeratq eam in Betarum censu non male, si palustrem potius, cp sylueſtrem a natalibus eius appellasset. Creditur idem a multis eandem hanc, quoniam in riguis & aquosis pratis nascitur, & ab eis nomen in græcis inuenit. 18. uolumine, cap. 6. pratensem herbam nominasse. Theophrastus in sexto de plantarum historia ad finem Limoniam gñe fœminino, inter Anemones genera descripsit sylueſtrem, & inter ea quę tertium ordinem inter uernos flores antiqua ætate habuerũt. Nobis pro comperto non est, diuersum ne, an idem utriusq genus sit. Hic enim floris Limonij huius non meminit. Neurodes Plinius uocari etiam Limonium ait: sed nulla ab alterutro dicta nominis eius causa est. Cur autem Potamogetona aliqui eam dicerent, in promptu causa est. Palustris enim planta, fluminibus uicina, qd Potamogeton significat, merito dici potuit. Priuatim tñ eo nomine alia quondã indicata est, hoc ipso uolumine declaranda. Ab Elleboro nomẽ illi etiam factũ in græcis est, & a latinis Veratrum nigrum: qm folio simile illi est Limonium: qd in Elleboro describitur Plantaginis, aut sylueſtris Betæ. Quibus & hoc simillimũ est, & eousq æquale, ut palustris Beta Limonium dictum fuerit. Differunt in historia Limonij non leuiter scriptor hic, Pliniusq. Hic decem, et pluribus aliquando folijs in caule uirere dicit: ille undecim sæpe caulium herbam esse testatur. Quod peritiores uideant.

## ¶ De Lagopo. CAp. XX.

LAgopus hærba, quam aliqui Leporis cuminum appellant, sistit aluum in uino pota, aut in febri ex aqua. Eadem inguini adligatur, in inflammatione. Nascitur in segetibus.



Hosted by Google

BARBARI COROLL.

LAgopus, quasi pes leporis dicat. Sane & similis est ei aspectu. Proinde haud probarim eorum sententiam, qui Caryophyllatam uulgo dictam rentur, in opacis mõtanis gigni solitam, non in segetibus, ut Lagopus. Hippocrates nominat & Lagopyron, quasi leporis triticum intelligas, furfuribus cum inaruit simillimam: folio paruo, quasi oleagineo, longiore tantũ, cruentis uulneribus imponens. Hanc Galenus Leporariam inquit herbam esse.

EX M. VERG. COMM.

DIscrepant grauissime in leporini Pedis herbæ natalibus hic scriptor, & Plinius. Alter em̃ in segetibus, quæ in re latina manifestam ex Varrone significationem habent: alter ἐν ταῖς πρασιαῖς nasci tradiderunt. Quæ græcis sunt quadratæ hortorum ad consitionem olerum dispositæ areæ. Nos græcorum lectionem secuti, qualem inuenimus uocem uertimus. Barbarus ex Plinio in segetibus nasci tradidit, magno inter segetes & hortorũ areas discrimine. Qualis autem hæc nascatur, non erit difficile leporino Pedi similem Paniculam in ea obseruasse.

## ¶ De Medio. CAP. XXI.

μήδιον

MEdion aliqui Medicam appellant, alij Triphyllon, alij Clemathion, nonnulli Osmon, quidam Trigonon, alij Cybellion, alij Polyphyllon, Romani Trifolium odoratum, Aegyptij Epaphon. Medion in saxis & opacis nascitur. Folia habet Iridis, caulẽ tricubitalem, & in eo florem grandẽ, purpureũ, rotundũ, semine Cnici minuto, radicẽ dodrantalem, crassitudine baculi, gustu acerbo. Quæ trita, in farinam, & ex melle decocta, rubros menses fœminarum sistit, eclegmate per aliquot dies sumpto. Semen in uino potum menstrua pellit.

BARBARI COROLL.

MEdion. Exemplaria sunt in quibus folia ei non Seridis, sed Iridis reddantur: Plinius quoq; Iridis satiuæ scripsit. Sed cum satiuæ adiecerit, non de Iride, quam nemo legit satiuam esse, quando, ut inquit Theophrastus, Iris cultum nullum desyderat, sed de Seride uidetur intellexisse: cuius constat duo esse genera, satiuum, & syluestre.

EX M. VERG. COMM.

DIscrepant in similitudine foliorum eius ueteres græci. Alij enim Iridi, alij Seridi, quæ Cichorij genus est, secundo libro a nobis tractati, similia dicunt. Pliniusq; Iridis satiuæ dicens, scripsisse Seridis credi potest: quando satiuæ discrimen Seridi proprium sit: Iridis autem nescio an hactenus aliquando hic dixerit. Scimus quidem, syluestrem Iridem dici in plantarum censu, sed ea proprium habet Xyridis nomen, de qua mox dicetur. Nobis inclinat animus, ut Seridis potius q̃ Iridis folio Medium esse opinemur.

## ¶ De Epimedio. CAP. XXII.

ἐπιμήδιον

EPimedium, ab alijs Erineos, ab alijs Tryas, a nõnullis Polyrrhizon, a Romanis Vindicta nominatur. Caulis est non magnus, Hederæ folijs, denis atq; duodenis, neq; florem, neq; fructum ferens. Radice tenui, nigra, graui odore, gustu fatuo. Nascitur in humidis. Folia cum oleo trita, impositio cataplasmate, mamas increscere non sinũt. Radix conceptũ adimit. Folia quinis drachmis, post menstruas purgationes quinq; diebus in uino pota, præstant mulieribus ne concipiãt.

EX. M. VERG. COMM.

AVget quæ Medio in plãta hac addita græcorũ prepositio ἐπὶ est. Significat em̃ Epimediõ, q̃d Medio accesserit. Id aũt est foliorũ magnitudo, quę in Medio satiuę Seridis sunt, in hoc Fici. Ideoq; Caprificũ a qbusdã hic uocari eã tradit: & eadẽ significatiõe Thriada. θρίον em̃ græci ficulneũ foliũ uocãt. Sunt tñ in qbus non θριὰς per ,i, sed θρυὰς per ,v, legit. Quod si recipiatur, tunc dictam intellexisse oportebit, a palustri planta, quam Thryon ĩdem græci dicunt.

Hosted by Google

## De Gladiola. CAP. XXIII.

A

Xiphion, aliqui Anactorion, alij Phasganon, alij Macharonion, alij Arion uocant, Romani Gladiolam, quidam Genitalem. Nomen inde accepit, ꝙ folium gladij præbeat speciem. Iridi simile erat, nisi minus & angustius uideretur, & gladij modo mucronatū, neruosumq;. In caulem exit cubitalem, in quo purpurei flores, in ordinem digesti, inter se distant. Rotundo semine, radicibus geminis, una bulborum modo super alteram insidēte. Quarum inferior gracilis est, superna uberior. Nascitur in aruis. Pars superior radicis cum thure illita, admisto uino, spicula & aculeos e corpore extrahit. Panos cum loli farina & hydromelite discutit. Qua de re huiusmodi emplastris inseri solet. Menses impositа trahit. Superiori radice ex uino pota, Venerem stimulari, & inferiore sumpta sterilescere tradunt. Superiorē quoq; utiliter infantium enterocelis, cum aqua potui dari præcipiunt.

ξιφίον

### BARBARI COROLL.

Xiphion, a Theodoro dicitur Pugio. Floret uere, cum Viola nigra. Falso plerique arbitrant Xiphion eandem esse, quæ & Lonchitis. Sed illa in siccaneis, hæc in humidis nascitur. Sunt & alia discrimina, quæ notari possint uolentibus. Habet hæc & radicem ad nucis auellanæ similitudinem fimbriatam, quā effodi ante messes oportet, & in umbra siccari. Videtur hæc & Phasganon, & Macheronion, hoc est, Ensis uocari: radice, ut Theophrastus inqt, dulci, decocta, & cōmendata panificijs, si trita farinæ admisceatur. Vnde Machæronij pastilli fortasse ortū habuere, quos tertio Kalendas octobres uulgus esitat. Item rotūda, & sine cortice capillata fibris, ut Gethyum. Scolopendrę in herbā eam frequentes conueniunt. Est & compositionis cuiusdā in medicina uiridis nomen Machærion, ad morbos articulares, & Ischiada. Habet & Xiphias piscis, quem Gladiolū interpretantur, duo, ut inquit Aristoteles habēs rostra, sed dentibus carēs.

Plinij. 25. ca.

B

### EX M. VERG COMM.

Haec est Gladiolus illa, cultellato folio herba, cui a principio statim Iridis folia hic comparauit: princeps in hoc foliorum genere, & quæ prima huiuscemodi similitudinis notam ceteris dederit: ideoq; tot gladiorum appellationibus diuersis locis indicata. Florere hanc uere cum Oenāthe, nigra Viola, Helychryso, Limonia, Anemone, & Hyacintho Theoph. ait. Vocatq; & ipse Xiphion, Plinius multis locis Gladiolum: quo tm̄ loco ex pfesso de ea agit. 25. uolum. capite. 11. Xiphion, & Phasganon græcis nominibus eam appellat. Nec de folio eius aliud tradit, ꝙ cum primum ex terra prodit gladij ostendere speciem. Hic ultra addidit, Iridi simile esse, breuius tm̄ & angustius χῳ ἄποξυ ὡσ μαχαίριον. In quo uidendum est, an in mucronem desinens dicendum sit, an decurtati mucronis: quales cultelli aliquando in incidendi tm̄ usum fabricant. Vtrūq; enim ἄποξυ significare ex diuersa propositionis eius ui potest: & quod ἀποξύσθη. i. in acutum derasum est, & cui ex acumine suo ablatum aliqd fuerit: ut ἀποξῦν Thucidides ait, & in græcis multa alia inueniuntur. Pro duabus deinde radicibus eius reuocanda legentibus in hunc locum erunt, quæ in Testiculis duabus plantis superiore uolumine dicta a nobis fuerunt. Nec aliter in Gladiolo hac duas inueniri radices, ꝙ in bulbosis plerisq; alijs, in quibus prēteriti annī bulbus & radix inferior semper est: genitaq; ex se alia cedit ipsa, donec tertio, aut quarto anno tota pereat. Auellanis Plinius eas comparauit: hic naturæ notas magis secutus, bulbulos paruos uocauit. Discrepant in natalibus eius Dioscorides & Plinius magnopere. Hic in aruis, ille in Pumidis: alter in genere ἀρουραίων, quæ qualia sunt superiore libro dictum a nobis est, posuit: alter in aquosis & palustribus. Potest tamen uterq; quod uerū sit dixisse: nam possunt arua humida esse. Dioscor. prēterea in aruis maxime nasci dicēs, nō negauit penitus posse etiā in aquosis nasci.

## De Sparganio. CAP. XXIIII.

σπαργάνιον

Sparganion aliqui Xiphidion, alij Bolon uocant. Folia Gladiolæ, sed arctiora & in terram magis procumbentia. In sumo caule pi-



Hosted by Google

Culæ prominent, in quibus ſemen. Contra ſerpentis uenena radix cum uino datur.

EX M. VERG. COMM.

IN decurſu, & ueluti ad alia feſtinans Plinius, de Sparganio hac. 25. uolumine, capite. 9. egit: nihil ultra de ea teſtatus, q̄ aduerſus ſerpentes bibi radicem eius quam Sparganion uocant, ex uino albo. Nec nos quod illi adiiciamus aliud habemus, q̄ eſſe in græcis qui ἀπὸ τῶν σπαργανῶν dictam putent: q̄. ſ. foliis eius ſatis, & uitilium modo lentis, pro faſciis his uterentur: quibus nutrices infantes ſuos uinciunt, quas græci σπάργανα dicunt: & σπαργανᾶν uerbum, in infantium uinculis & faſciis his notiſſimum.

## De ſylueſtri Iride. CAP. XXV.

ξυρὶς

XYris ab aliquibus Iris agria, ab aliis Cacos, a Romanis Gladiolus, aut Iris agreſtis, a Dacis Caprus dicitur. Folia habet Iridis, latiora, & in turbinem mucronata, quorū medio caulis erumpit, craſſus, cubitalis, ex quo ſiliquæ triangulares depēdent. In quibus purpureus flos, in medio puniceus. Semen in folliculis ſimile fabis, rotundum, rubrum, acre. Radix longa, geniculata, ruſſa. Contra capitis uulnera, fractaq̄ efficax eſt. Aculeos & ſpicula omnia citra moleſtiam extrahit, adiecta floris æris tertia parte, & radicis Centaurij, ac mellis q̄nta. Tumoribus & collectionibus illita cum aceto medetur. Radix ex paſſo bibitur, ad conuulſa, rupta, coxendicū dolores, ſtrangurias & alui profluuia. Semen tribus obolis potum, urinam uehementius impellit, & cum aceto lienem abſumit.

BARBARI COROLL.

Pli. li. 21. ca. 20

XYris, & Xeris, aut Xyrida, Galeno teſte, dicitur. Scelus herbariorum quorundam aperit hoc loco Plinius, partem eius ſeruantium, & quarundam aliarum herbarum, & Plataginis, & Iridis ſubſtituentiū, ſi parū mercedis tuliſſe arbitrātur: rurſuſq̄, ut plus operis acquirant, partem eā quā ſeruauere, eodē loco infodiūt. Credo inq̄t, ut uitia, quæ ſanauerint, faciāt rebellare.

EX M. VERG. COMM.

POſteriores de ſylueſtri hac Iride docuerunt, quod nos nunc̄q̄ non in agrū æſtate diſcedentes, in ſepibus uidimus: cultellato ut hic ait, folio inter uepres & ſaxa naſcentem herbā, multo foliorū ceſpite, acuminato mucrone, multo breuioribus q̄ Iridis, & ut hic ait latioribus: duob. tribuſue, & aliq̄n quatuor caulibus, in q̄bus tument oblōga ueluti capitula: quę ſuo tpe puniceo magis q̄ purpureo colore florēt: et cū defloruerūt, folliculos relinquēt ia lōgitudine digitali triquetros, in q̄bus tria, quatuorue ſemina ex oſcillis ſuis pendent priuatim, nec aliter q̄ in Faba locis diſtincta: colore rubro cū maturuerūt: quę nō ſunt ipſa uere ſemina, ſed latentium intra ſe ſeminum pericarpia & inuolucra: qualia licebit uolentibus quotannis obſeruare. Saxoſas ſepes, & quaſi macerias agrorū amat: luctaturq̄ inter ſaxa exiēs. Hos eius natales, & has plantæ notas nos obſeruauimus: poteruntq̄ alij ex his facillime cætera deprehendere.

## De Anchuſa. CAP. XXVI.

ἄγχουσα

ANCHVSAM aliqui Cantanchuſam uocant, alij Libycam, alij Archibelion, alij Alcibiadion, alij Onophyllon, alij Porphyrida, alij Myduſam, alij Calyca, alij Noneā, Aphri Buneſath. Anchuſa, quæ alio nomine Calyx, aut Onoclia appellatur, folia habet Lactucæ acuti folij ſimilia, hirſuta, aſpera, nigra, multa, quoquouerſum humi ſparſa, ſpinis horrida. Radici craſſitudo digitalis. Quæ æſtate prouenit, manus inficit ſanguineo colore. Læto ſolo naſcitur. Radix adſtringit. Ad ambuſta & uetera ulcera, ex oleo & cęra efficax eſt.

Hosted by Google

Igni ſacro cum polenta medetur. Lepris & uitiliginibus illinitur ex aceto. Partus extrahit, uuluæ indita. Eius decoctum renum uitijs, lieni & bile ſuffuſis datur, & ſi febris ſit, ex aqua mulſa. Siſtunt aluum folia in uino pota. Radice pigmentarij utuntur ad ſpiſſamenta.

## BARBARI COROLL.

ANchuſæ caulis, non ut aculeatarū multiſerpens, ſed ſtans. Fundítur Papyri modo. Radix inficiendo ligno, cæriſq; apta, præparans & lanas precioſis coloribus, Laodicena maxime. Vt Democrito placet, liquari non poteſt in aqua ad medicinas: oleo reſoluitur: idq; ſyncerae experimentum eſt. Habetur & alia ſimilis, Pſeudanchuſa, ob id appellata a quibuſdam Enchuſa, aut Doris, & multis alijs nominibus, lanuginoſior, & minus pinguis, tenuioribus folijs, & languidioribus, radice oleum non fundente, ſed rubentem ſuccum: & hoc ab Anchuſa diſcernitur. Anchuſae primum genus, Onoclea cognomen habet, & Chœroſpelethos in Paulo. Secundum Onochelos, ſiue Alcibiadios. Tertium puſilla, fereq; innominata. Quartum Lycopſos. Anchuſam poëtae ſunt, qui & Enchuſam uocarint: q̄q̄ Enchuſa pro Pſeudamchuſa potius, q̄q̄ pro Anchuſa capitur a nonnullis, ut prædixi. Hippocrates Anchuſam uidetur intellexiſſe, cum Schelida nominauit, ut Galeno placet.

Plí. li. 21. ca. 6. Theoph. li. 6. plant.

## EX M. VERG. COMM.

NVmerauit, coniunxitq; Anchuſam Theophraſtus libro octauo de plantarum hiſtoria Coronopodi, quam cornicis Pedem uocauimus: Chamæmalo: & plærisq; alijs, quae ἐπιγειόφυλλα ille uocat, id eſt, folia per terram ſpargentia: quod hic ait προσπεπλασμένα τῇ γῇ, quod eſt, per terram ſparſa. Nicander, quod & ab hoc dicitur, Lactucae ſimilia oſtendit. Verſiculus eius eſt. διὰ γὰρ ὅτ' ἀγχούσῃσι θριδακινίδια λάζεο χαίτην. quod eſt, Lactucae ſimilia. Plinius inter aculeatas numerat, a cæteris in foliorum poſitura diſcrepans. Locus eſt. 21. uolumine capite. 16. Aculeatarum caules aliquarum per terram ſerpunt, ut eius quam Coronopon dicunt: & ex diuerſo ſtans Anchuſa. Stantem Anchuſam dicit, quam Theophraſtus ἐπιγειόφυλλον uocauit. Nec refert, q̄ Plinius caules dixerit, in caulibus enim folia. Omnes poſtremo ſanguinei coloris habere radicem teſtantur, non toto quidem anno, ſed æſtate tantū, quo tempore colorem illum natura in ea decernit. Ex qua tēporis nota, quod paſſim in cunctis græcis legebatur, ἐν τῷ θέρει γεννωμένην, id eſt, æſtate naſcentem, ex antiquiſſimi codicis noſtri fide γινωσκομένην inſtauraui-mus, & uertimus. Quod enim hic ait, eo pertinet, ut per æſtatem tantū eo colore ſit, tuncq; cognoſci, & deprehendi tuto poſſit. Fuiſſe autem colorem ex Anchuſae huius radice in precio & honore quondā, nihilq; non eo colorare ueteres conſueuiſſe, græci latiniq; paſſim omnes teſtantur. Pliniusq; quo diximus loco, Inficiendo ligno, cerisq; radice apta. Nec multo poſt. 22. uolumine, capi. 20. Manus inficit ſanguineo colore, lanasq; præparat precioſis coloribus. Hic ipſe in roſaceo monuit unguentarios, ad bonitatē coloris Anchuſam illi addere. Et ne longiores ſimus, nihil nō Anchuſae radicis ſanguineo ſucco colorabatur. Eamq; ob cauſſam iniectus mihi ſcrupulus eſt, quod in extremo capite legitur, ad unguentorū ſpiſſationem, non ad hoc, ſed ad colorem potuiſſe quondam pertinere. Rara hæc in alijs plantis coloris nota: eamq; ob cauſſam diligentius in hac eruſcanda. Nobis hactenus uidere eam non licuit, & præter ab antiquis dicta, nihil oculati teſtes addere illi poſſumus: eadem in tribus alijs eius generibus fortuna etiam utentes. Audiuimus tamen, in paſcuis quae ad Populoniam ampliſſima ſint, naſci herbam, quam gregibus ſuis noxiam paſtores uitent, omnibus ijs notis ab eis deſcriptā, præſertimq; ſanguineo radicum ſucco: ſed nihil pro comperto nobis aliud de ea eſt.

## ¶ De alia Anchuſa. CAP. XXVII.

EST & alia quam aliqui Alchibiadion, aut Onochiles appellarunt. Hęc a priore diſtat, q̄ minora habeat folia, ſed ſimili modo aſpera, ramulos exiles, florem purpureum, radices rubras, oblongas. Quae meſſibus ſanguineum ſuccum fundunt. In ſabuloſis naſcitur. Vis ei folijſq; ineſt, quae contra uirus cum reliquorum ſerpentium, tum maxime Viperarū auxilietur, ſiue cibo, ſiue potu, ſiue alligatu. Nam ſi quiſquā mandens in ſerpentis os inſpuat, eum necabit.

BARBARI COROLL.

CAnchusa Onochelos, alij Thexiam, & Archeuion, multi Enchryson: paruo frutice, radice præterea messibus nigra: tunc em sanguinea est, uiresq; habet. Foliis tritis, odor Cucumeris.

## De alia Anchusa. CAP. XXVIII.

EST & alia huic haud dissimilis, semine puniceo, minore. Cuius semen manducatum, si in serpentis fauces inspuatur, eam interficiet. Radix acetabuli mensura cum Hyssopo & Cardamomo pota, latas uentris tineas excutit.

EX M. VERG. COMM.

QVatuor fuere antiquis Anchusæ. Tres dictæ hactenus: & quæ statim sequit cognomento Lycopsis: etsi postremā hanc priuatim aliqui, & per se docuerint. Omnes cōmune aliquid, & in quo cōueniant habent, ideoq; cognomines: id autē maxime, rubēs radicis succus est: alioquin in medicina uires diuersæ & inæquales illis sunt. Siquidem quæ Onoclea dicitur, prima in earū censu, adstringentē, & subamarā habet radicē: ideoq; lienosis, & cū urinę malo aliquo doloribus mederi dicta est. Eadem cū polenta, emplastri modo imposita, sacris ignibus accōmodata credebat. Eiusdem folia, q̄ minus q̄ radix refrigerāt & siccant, cōtra fluores alui, q̄s diarrhiā uocant, quondā bibebant. Quæ uero Lycopsis dicta est, de qua mox agē, maiore adstringendi ui q̄ illa, sacris ignibus magis accōmodata erat. Quæ Onocheles, siue Alcibiadios dicit, maiore reliquis oībus in medendo uí uiperarū morsibus in cibo, potuq;, & alligata in usu erat. Quarta omniū aliarū breuior, sine nomine, maiore q̄ Alcibiadios illa amaritudine pellendis uentris animalibus in usu fuit. Et hæc in antiquis græcorū medicis Anchusarum omniū decreta fuerunt, omnia ut uidetur ab hoc scriptore accepta.

## De Lycopsi. CAP. XXIX.

LYCOPSIS, quæ a nonnullis Anchusa uocatur, longioribus q̄ Lactuca constat foliis, asperioribus, latioribusq;, crassis, ad radicis caput recidentibus. Caule longo, recto, scabro, hirsutis adnatis multis, cubitalibus, flore paruo, purpureo. Radice rubra & adstringente. Nascitur in campestribus. Cum oleo radix illita uulneribus medetur, & cum farina hordeacea ignibus sacris. Sudores perūcta mouet, adiecto oleo.

EX M. VERG. COMM.

PRiuatim, seorsumq; a reliquis Anchusis Plinius de Lycopside hac uigesimoseptimo uolumine, capite decimo egit. Nihil tamen illi tribuit, quod ab hoc scriptore accæptum non fuerit. Idem & Nicander in Theriacis suis fecit, post Anchusam Lycopsidem cum plærisq; aliis numerans. Antiquiores autē Græci Anchusæ congenerem fecerunt, secundamq; in eo censu numerabant, hic ultimā docuit: licetq; Anchusam esse non dicat, sed ab aliquibus uocari, historiæ tamen ordo, & quæ illi tribuuntur notæ, Anchusis aliis congenerē merito faciunt.

## De Echio. CAP. XXX.

ECHion aliqui Aridam, alij Alcibiadion, Romani Alcibiacum nominant. Folia habet prælonga, hirsura, subalbida, Anchusæ proxima, minora tamen, subrubra, & pinguia, spinulis tenuibus horridula. Cauliculos exiles, numerosos, minutaq; utroq; latere folia, in uersus digesta, nigra, in summo caule minuscula. Flores secundum folia purpureos, in quibus semina capiti Viperarum similia insunt. Radix nigricat, digito tenuior. Quæ non percussis modo a serpentibus ex uino prodest, sed eos qui antea biberint feriri non patitur. Folia &

Hosted by Google

semen idem præstant mnnus. Lumborum dolores sedat. In uino aut sorbitione sumpta, lac extrahit. A

BARBARI COROLL.

Echios, etiam Dorias a Paulo uocatur. Plinius, Echios inquit, utriusq; generis Pulegio similis est, coronata folijs: altera lanugine distinguitur spinosa, cui & capitula sunt Viperæ. Quidam Echion pro Personatia inquit cœpere. Dioscorides hoc loco unum facit genus Echij, non geminum. Sed Nicandrum uidetur sequutus esse Plinius, in theriacis dicentem, Echios duas esse, contra bestiarum ictus utiles. Alteram humilem, folio Anchusæ spinis horrido, sed exili. Alteram altiorē, maiore folio, flore pauco, per ambitū purpureo, capitulis Viperæ, cacumine aspero, astrictoq; lanugine. Idem poëta paulo supra, quasi tertiam eiusdē nominis reddendo, Echios inquit, cognomine Alcibios, herba est spinosa, coma sustinente flores, radice alta & exili: quā ad serpentes, & inijci uulneribus, & cōmanducari quoq; præcipit. Folia quoq; ipsa non multo post, eiusdē Alcibij cōmendat, quantū manu cōprehendi possit. Plinius. 27. uolumine. Alcibios inquit herba, qualis esset, apud auctores non cōperi: sed radicē eius, & folia trita, ad serpentis morsus bibi & imponi iubent, folia quantū manus capiat, trita cum uini meri cyathis tribus, radicem drachmarū trium pondere cum uini eadem mensura. Ideo autē qualis esset Alcibios apud auctores comperisse negat, quoniā præter Nicandri uerba illa, & pauca, & alijs cōmunia quæ prætexui, non legitur qui descripserit. Alteram uero esse Alcibion Nicandro q̄ duas illas priores Echios, scilicet, ostenditur: & q̄ Echis hęc, non Echios ab ipso dicitur. Et q̄ eandem herbam uno loco bis depingi opus non erat. Pli. li. 29. ca. 6.

EX M. VERG. COMM.

DVo Echij, siue Alcibij huius genera antiquiores fecerunt, præsertimq; Nicander utrunq; his uerbis describens. ἔνθα δύω ἔχεια πεφάσκεο, τῆσ δὲ τὸ μέντου ἀγχούσῃ προσέοικεν ἀκανθήεν πετάλειον παῖρον ἐπεὶ τυτθόντε καὶ ἐν χθονὶ πυθμένα τείνει, ἡδ' ἑτέρῃ πετάλοισι, καὶ ἐν καλύκεσσι θάλεια ὑψηλή. ὀλίγω δὲ πέριξ πορφυέρεται ἄνθει βλάστη δ' ὡσ ἔχιος σφεδανὸν δ' ἐφύπερθε κάρηνον. Quorum sensus sit. Esse duo Echia, habereq; alterum spinosa Anchusæ modo folia, uerum parua, et per terram sparsa. Alterum maioribus folijs, & purpureo flore esse, aspero, lanuginosoq; caule, capitulis Viperarum figura, quod Plinius ait. Item altera, quæ lanugine distinguitur spinosa: cui & capitula sunt Viperæ similia. Nicandri interpres ex Numenij antiquissimi scriptoris Theriacis, duo Echij genera itidem facit: uocariq; alterum, quod breuius est, Ocimoides: quoniā Ocimo similia habet folia: Alterū uero spinoso folio, priuatim Echion. Quod primū a Dioscoride descriptum est: mox autē describetur alterū, non sub Echij, sed Ocimoidis nomine. B

## ¶ De Ocimastro. CAP. XXXI.

OCymöides aliqui & hanc Echion uocant, alij Scorpiuron, alij Sparganon, alij Althæam, alij Amaranthida, alij Probathæam, alij Elaphion, alij Antiminon, alij Porphyriada, alij Agion, alij Nemesion, alij Philetęrion, alij Hyænopsolon, alij Thyrsitin, alij Themutin, alij Misopathos, Latini Ocimastrum. Folia fert Ocimi, & ramos dodrantales, hirsutos, siliquas Hyoscyamo similes, semine ut Gith nigro prægnantes. Vim habet semen in uino potum, qua uiperarum, cæterarumq; serpentium morsibus medeatur. Datur ischiadicis cū melle, uino, myrrha, & pipere. Radice nititur tenui & superuacua. ὀκυμοειδὲς ocimastrum si[illegible] vestre ocimum

BARBARI COROLL.

DE Ocimoide, nonnihil in Ocimo dictum est.

EX M. VERG. COMM.

QVo syluestris ad satiuum discrimine Menthastrum, Apiastrumq; latini ueteres dixerunt, eadem naturæ, & nataliū analogia Ocimastrum ab ijsdem dictum fuisse, uerisimile est. Plinius tamē syluestre Ocimū contētus dixisse, paucis medicinā & historiam eius absoluit. Hic in maiore honore ueteribus fuisse Ocimastrū, ex tam multis eius appellationibus indicat: quarū plures ex alicuius partis ad alias herbas similitudine illi a gentibus per tempora accreuē

Hosted by Google

Crunt. Nec difficilius hoc tẽpore quicq̃ est, q̃ earũ multiplices huiuscemodi rationes inuenisse: præsertim non bene semper similia inter se cõparantibus imperitis herbarijs, aut ex una, altera uè simili parte neglectis maioribus, & quæ magis ex re sint differentijs, medicã materiam alijs, atq; alijs appellantibus. Cur autẽ Echion Ocimoides diceretur, satis superiore capite dictũ est. Cur autẽ Scorpiuron, Sparganion, Althæa, Amaranthis, & Philetærion, quæ omnes in scriptore hoc plantæ sunt, ex earũ similitudine uidendũ est. Probatæa deinde, & Elaphios, ut conijcere licet, ouilla & ceruina herba dicta est: uel ꝙ quadrupedes hæ libenter ea uescantur: uel ꝙ natura docuerit, uel homines inuenerint, uenenatorũ maleficia hoc remedio ab illis arcere. Porphyris mox a colore floris, quemadmodum & Augion ab eius splẽdore, Thyrsitis postremo ab hirsutis ramulis, quos thyrsorum figura profert.

## ¶ De Erino. CAP. XXXII.

ἔρινος

ERinon aliqui Hydreron, aliqui Ocymöides uocant. Nascitur apud fontes & fluuios, folijs Ocymi, sed minoribus, parte superna diuisis, quinis, senisue, dodrantalibus surculis, flore candido, semine nigro, & acerbo. Folia & caules lacteo succo turgent. Semen drachmis duabus, in quatuor mellis cyathis oblitum, oculorũ fluctiones cohibet. Succus cum sulphure & nitro instillatus, aurium dolores sedat.

### BARBARI COROLL.

FRinos herba cognominis arbori Caprifico est, ob id a Plinio inter Ficos, Caprificosq; reddita, non naturæ, sed gentilitatis respectu. Lac eius dulce. Galenus hanc non Erinon, sed Echinon uocare maluit. Vetusti quoq; Dioscoridis sunt codices, in quibus non Erinos, sed Echinos scriptum sit. Est & apud Hippocratem Echini herbæ mentio.

### EX M. VERG. COMM.

DSecutus græcorum nomen Plinius, aquatici Ocimi huius historiam & medicinam inter Ficos libro. 23. capite octauo tractauit. Longeq; a congeneribus suis herbam inter arbores descripsit: contra scriptoris huius præcepta & leges, qui in totius operis prooemio grauiter damnauit, qui literarum ordinem sequentes, cognata a congeneribus suis diuellerent: manifesto argumento, in tractanda medica materia, indicibus librorum magis, q̃ totis commentarijs usum fuisse eum scriptorem. Posteriores rem magis, q̃ nomen secuti, inter Ocima de eo tractauerunt: neglectaq; lactei, & qualis in Fico est, liquoris una nota, ex qua Plinius Ficis id adnumerauit, ex alijs quæ multæ inter herbas describi herbam cogebant, aquaticum Ocimum, aut Ocimoides, quod Ocimo simile significat, appellauerunt. In quo habent grauissimum testem hunc scriptorem, qui inter congeneres herbas, & statim a uero Ocimoide eam tractauit. Nec si Græci a ficulnei lactis liquore eam appellauerant, ideo separanda a congeneribus suis erat. Illi enim non, quia Ficus, arborue sit, Erinon, id est, Caprificum eam uocauerunt, sed quoniam Caprificorum modo lac sectus eius caulis, & expressa folia stillant. Laudauit aquaticum Ocimum hoc contra uenenata in Theriacis suis Nicander, quod in scriptore hoc non legi, demiretur aliquis, præsertim testante id Plinio. Versiculus Nicandri est, καὶ κλώθοντος ἐν ἀρπέζαισιν ἐρίνου. Quod est. Et uirentis ad radices montium Erini. Tradidit Diocles, a quo Plinius multa accæpit, Ocimo simile esse: nasci prope flumina & fontes, & præter id apricis locis, & ad radices montium. Est illud etiam animaduertẽdum, credere nos quod in extremo capite est, finire aurium dolores instillatum succum, de lacteo liquore illo intelligendum esse. Is enim eius herbæ succus est. Nos tamen χυλὸν inuenientes, ex instituta a principio in his nominibus a nobis lege, nihil detorsimus, incorruptam in hoc scriptore uocum, & eandem semper significationem seruantes.

## ¶ De Gramine. CAP. XXXIII.

ἄγρωστις

AGrostin aliqui Aegicon, alij Amaxitin, Aegyptij Anuphi uocant, Latini Gramen, aliqui Asyphylion, alij Sanguinalem, alij Vniolam, Hispani Apariam, Daci Cotiatam. Aphri Iebal. Gramen geniculatis serpit ramulis, a quibus crebro radices spargit dulces, articulis

præcinctas. Folia dura, & ut harundinis paruæ lata, in exilitatem fastigiantur. Eaq; iumenta & boues pascunt. Trita radix illitu, uulnera conglutinat. Decoctum eius in potu, torminibus medetur, & urinæ difficultatibus. Calculosa etiam uesicæ excrementa comminuit. A

BARBARI COROLL.

GRamini ab internodijs ramorum, & cacuminibus radices nouæ pullulant. Sunt qui & aculeatum Gramen inuehant, trium generum, Dactyli cognomine. Vnum, cuius in cacumine aculei sunt plurimum quini. Alterum Aizoo simile, Dactylon priuatim uocatum, quoniam digitis medeatur. Tertium genus tenue. Nascitur in parietinis, aut regulis. Nulla herba gratior iumentis Gramine, siue uiridis, siue in fœno siccata. Tunditur aspersa aqua. Radix adhuc tenera mandendo est. Gramen Marti consecrauit antiquitas, q; ex humano cruore procreatũ crediderit. Qz̃q; & omnis herba Gramen abusione dicitur. Quidam Saturno dicant, q; ab eo satum primo perhibent. Glaucum uero immortalitatem, huius herbæ cibo consecutũ, Athenæus ex Aeschionis poëtæ uersibus existimat. Plin. li. 24. ca. 19.

EX M. VERG. COMM.

VVlgatissimũ inter herbas Gramen est. A capris Aegicon, a iumentis Amaxitim antiquitas nõauit: q; capræ scilicet, & iugo, carpẽtisq; seruientia iumẽta eo passim uescant. Sanguinalem uero, q; humano cruore procreari ueteres falso crediderint. Angustijs urinæ opitulari hic ait: cõuenitq; in eo antiquis medicinæ auctoribus, qui inter diuretica simpliciter id numerãt: ultra quod hic lapidosa etiam uesicæ excrementa frangere ait. Extrema tamen hæc pars in aliquibus græcis aliter legitur, ἄλλα, scilicet καὶ λίθους θρύπτει. quod est, facere Gramen ad urinæ angustias, uesicæq; ulcera, & calculos frangere. Quæ omnia a Plinio. 24. uolumine capite decimonono, totidem, & ijsdem uerbis reddita fuerunt.

## ¶ De harundinaceo Gramine. CAP. XXXIIII.

ESt & harundinaceũ Gramen, priore multo maius, q̃d iumenta necare tradit, præsertim in Babylone. Idq; iuxta uias nascitur. καλαμάγρωσις B

BARBARI COROLL.

CAlamagrostis, a Plinio Gramen simpliciter uocatur. infestum camelis. Quidam Babylonium Gramen cognominant.

EX M. VERG. COMM.

COntraxit Plinius ad Camelos, quæ hic iumenta dixit, enecare Gramen in Babylonis regione iuxta uias nascens. Nec facile est nobis modo ratiocinari, camelos ne ille dixerit, quia multo hoc, & quasi solo ad uecturam iumento semper usa ea regio fuerit: an quia Gramini illi, & animali huic ex naturę antipathia discordia sit. Huic idem, aut simile uidetur esse, quod a Parnasio Gramine statim hic ait: natum in Cilicia Gramen, in cibo sumptum boues exurere: faceretq; id alter ex interpretibus ait impositum, alter uero in Sicilia: cum tamen antiqua & uera lectio sit, ἐν κιλικίᾳ, & βρωθεῖσα, id est, in Cilicia, & in cibo sumptum. Plinius longissime de omni Gramine, quo diximus loco paulo ante longius egit: neq; ab hoc scriptore adeo diuersus, ut de his ultra agere nos oporteat.

## ¶ De Gramine Parnasi. CAP. XXXV.

QVod in Parnaso monte gignitur, densius fruticat, folijs hederaceis, flore odorato, candido, semine paruo, nõ inutili. Radicibus quinis aut senis, digitali crassitudine, candidis, mollibus, & mirũ in modũ dulcibus. Succus si in uino cum melle pari, & myrrhæ dimidio decoquat, adijciãturq; piperis & turis tertiæ portiones, probatissimum erit oculorũ medicamentũ. Id in ærea pixide recondit. Decoctũ radicis, idem quod hærba præstat. Semen uehemẽtius urinã impellit. Aluum, uomitionesq; sistit. Natũ in Sicilia Gramen, quod incolæ Cinnã appellant, boues inflammat, si eo uirenti sæpe pascantur.

Hosted by Google

C BARBARI COROLL.

GRamen Parnaſo monte, folium habet Hederæ, denſius q̃ uſquam fruticans, cum in reli-quo orbe folia in exilitatẽ faſtigent. Succũ huius excipiunt propter ubertatẽ, qui & dulcis eſt.

Gramen Ciliciũ, hoc eſt, Cinna. Sunt qui & Medon uocent: nec amburi eius recentis paſtu boues, ſed pingueſcere contẽdant. Nato alterutris errore, q̃ alij πίμπρησι τοὺς βόας legebãt, alij πίμπλασιν.

## De Siderite. CAP. XXXVI.

SIderitin aliqui Heracleam uocant, Magi Genituram, aut ſanguinem Titani, alij Scorpionis urinã, Pythagoras Parmiron, Andreas Xanthophanea, Oſthanes Bœphthalmon, Aegyptij Sendionor, Romani Vertemnium, alij Soleaſtrum, Aphri Vdedonin. Folia habet Marrubij, ſed longiora, ſatis ad frondem quærcus, aut ſaluiæ accedentia, minora tamen, & hirſuta. Caules ædit quadratos, palmum ſæpe excedentes, non iniucundi guſtus, aliquãtumq̃ ſubſtringentis. In quibus per interſtitia, orbiculatæ uertebræ, ut in Marrubio ſpectantur. Et ſemen in eis nigrum. Naſcitur in petroſis. Illita folia, ſuapte ui, uulnera ſine inflammationis periculo iungunt.

BARBARI COROLL.

SIderitin primam, aliqui ueram Achilleum cognominant, alij Sideriten. Odoris fœdi cum teritur, tradunt. Noſtri Sideritin eam, quæ eſt latiſſimo folio, Scopam regiam appellant, medentem anginis ſuum peculiariter.

## De alia Siderite. CAP. XXXVII.

D ALia Sideritis binum cubitorum, ramulis exilibus, folio Filicis, in ambitu utraq̃ parte diuiſo, pediculo longo, pdeuntibus e ſummo alarum ſinu ſurculis, longis, tenuibus, capitulo in cacumine orbiculato, aſpero, in quo ſemen continetur, q̃ Betæ rotundius aliquanto, ac durius. Huius uis foliorum q̃ ad uulnera præcipua.

BARBARI COROLL.

SIderitis ſecunda, ramulos habet triangulos.

EX M. VERG. COMM.

INgenue fatemur, in tanta ueterum & iuniorũ diuerſitate, nihil habere nos de Siderite, quod pro comperto tradere ualeamus. Quæ Plinius multis locis nunc de toto Sideritidum genere, nunc priuatim in hac, aut illa tradiderit, facile eſt omnibus uidiſſe, & cum uiderint cenſere. Nolumus nos labori eorũ parcere: neq; ingenij, iudicijq; ſui gloriam illis auferre. Quod autẽ nos in melioribus græcis obſeruauimus, tacendũ non eſt. Duo eſſe illis præcipua Sideritidis genera: Heracleam, id eſt, priorẽ illam: & Achilleam, quæ mox dicenda erit. Nec aliter Paulus Aegineta in. 6. tradidit. Eam Græci a ferro Sideritim dixerunt, quoniã glutinãdis uulneribus apta, percipuũ in bello haberet uſum: q̃d ſæpe ab eo metallo in græcis ſcriptoribus indicat, ex eadem ſcilicet cauſſa, ex qua quę ſequit Achillea militaris etiã dicta fuit. Dubitamus nos in priore Sideritide, quo loco hic ait, habere Marrubij folia, longiora tñ, ad Saluiæ, aut Quercus. &c. abidare earũ notarum alterã: fuiſſeq; ex alio Sideritidis gñe ab imperitiore aliquo additã. Non enim poſſunt Querna Saluiæ foliis in cõparatione alterius coniũgi: tam diſſimilia inter ſe ſunt.

## De alia Siderite. CAP. XXXVIII.

SIderitin aliam eſſe tradunt, quam Crateuas Heracleam uocat, in maceriis & uineis naſcentẽ, foliis Coriandri, a radice numeroſis, dodrantalibus cauliculis, læuibus, teneris, in rubore candicantibus. Flore purpureo, paruo, guſtanti amaro & uiſcido. Huius ea uis eſt, ut quamuis recenti uulneri impoſita, ſanguinem ſupprimat.

Hosted by Google

BARBARI COROLL. A

Sideritis tertia, similis Achilleo est, mox prodendæ, sed candidioribus foliis, & pinguioribus, tenuioribus cauliculis.

## De Achillea. CAP. XXXIX.

ACHILLEAM aliqui Myriomorphõ nominant, ἀχίλλειον
alij Chiliophyllon, alij Stratioticon, alij Heracleon, Latini su- achilea · millefo
percilium Veneris, alij Acron syluaticum, alij Militarem, alij Millefoli- lium /
um, Aphri Asterchillos, & aliqui Achilleam Sideritin. Dodrãtales, aut maiores gerit scapos, fusorum effigie, quasi minutulis foliis circundatos, crebris in latere foliorum sectionibus, Coriandri similitudine, subfuluo colore, odore multo, non insuaui, medicato, & uiscido. Vmbella in cacumine rotunda, floribus candidis, purpureis, & aurum æmulantibus. Prouenit læto solo. Trita coma sanguinolenta glutinat, & ab inflammationum periculo tuetur. Erumpentem sanguinem inhibet, & cruenta uuluæ profluuia in uellere. Decocto quoq; insident fœminæ fluctione uuluæ laborantes. Ad dysenteriam bibitur.

BARBARI COROLL.

Sideritis Achilleos dicitur, quoniam inuenerit eam Achilles, discipulus Chironis, qua uulneribus mederetur, & Telephum sanauerit. Alij primum Aeruginẽ inuenisse tradunt utilissimam emplastris: ideoq; pingitur, ex cuspide decutiens eã gladio in uulnus Telepho. Alij utro q; usum medicamento uolunt. Hanc nonnulli Panaces Heracleon appellauere. Nostri proprie Millefoliam, cubitali scapo ramosam: minutioribus q; Fœniculi foliis, uestitam ab imo. Alij uerã Achilleon esse dicunt, scapo ceruleo, pedali, sine ramis, ex omni parte singulis foliis rotũdis eleganter circũdatã. Alij primũ genus Sideritis Achilleõ uerã, ut diximus, acceperũt. Ethruria Millefoliã uocat, herbã in pratis tenuem, a lateribus capillamenti mõ folioſam, eximij usus ad uulnera. Boũ neruos abscissos uomere, solidari ea, rursusq; iungi, addita axungia, affirmant. Achillios, et Achillion uocatur quarra Sideritis, ut dictum est: et a latinis q̃busdã Lumbus Veneris. Dioscorides Supercilium Veneris, non Lumbum dici uoluit, alterutro errore orto, q̃ Græci ὀσφὺν lumbum, ὀφρὺν supercilium appellant. Plí.li.25. ca.5. B

## De Rubo. CAP. XL.

BATOS a Græcis, ab alijs Cynosbatos, ab alijs, Selinorition, ab alijs Syntrophos, a Magis Titani sanguis, ab alijs Ibidis sanguis, a Romanis Rubus, ab alijs Sentes, a quibusdam Mora baticana, a Dacis Manthia, Aegyptijs Hæmõos, alijs Ametros appellatur. Rubus notitiæ uulgaris. Vim habet siccandi & adstringendi. Capillum tingit. Ramorum decoctum, potu aluum sistit, & fœminarum profluuia. Præsteris morsui accommodatissimum. Gingiuas firmat. Oris uitijs folia commanducata medentur. Cohibent ulcera quæ serpunt. Vlceribus in capite manantibus, oculisq; procidentibus remedio sunt. Condylomatis, & hæmorrhoidibus folia illinuntur. Cardiacis, & stomachi doloribus, trita conuenienter imponuntur. Caules cum foliis tunduntur, exprimiturq; succus, mox sole cogitur, singulari remedio contra omnia quæ modo dicta sunt. Mori in Rubo nascentis, q̃ optime maturi succus, ad oris medicamenta conuenit. Sistit aluus præmaturi cibo, necnon flore in uino poto. βάτος



Hosted by Google

BARBARI COROLL.

C RVbi multa genera, sed quae magno separantur discrimine. Chamæbaton uocant humilem Rubum, qui protinus ꝙ paulo accreuit, retro uergit in terram, atꝙ ita radicatur, & Humirubus a Theodoro dicitur. At Rubus inter arbores aquaticas statuitur. Rubi unum genus fert mora, quae & manduntur. Huius radicis spongiolae, duricia lapidis uisuntur. Alterum rosas: de quo in Cynosbato dictum est. Flos mori candidus, per messes colligitur. Locus Rubis consitus, quem nos Senticetum & Dumetum uocamus, Graeci Batiam, & Apobaton appellant.

Plí. li. 24. ca. 13

EX M. VERG COMM.

COmmune graecis Batos Ruborum omnium nomen est: quo in toto hoc genere utentes, addita notis aliquibus, species eius distinguunt. Chamæbatū uerbi causa, Cynosbatōue, aut Idæū batum uocantes: quae tria sunt uniuersi generis huius discrimina. Latini mō Rubum, ut Plinius, modo Sentem, ut Columella appellant, Idæum rubum, uel Sentem, Canisꝙ sentem, & simpliciter sentem seu Rubum: quem autore Theophrasto libro. 3. de plantarum historia Chamæbaton, id est, humilem & terrestrem uocauimus. Verba eius quo diximus loco haec sunt. ἔτι δὲ καὶ τοῦ βάτου πλείω γένη. μεγίστην δὲ ἔχουσιν διαφορὰν, ὅτι ὁ μὲν ὀρθοφυὴς καὶ ὑψος ἔχων. ὁ δὲ ἐπὶ τῆς γῆς καὶ ἐυθὺς κάτω ἐυών. καὶ ὅταν συνάπτη τῇ γῇ ῥιζούμενος πάλιν ὃν δὲ καλοῦσί τινες χαμαίβατον. ὁ δὲ κυνόσβατος ἦν καρπὸν ὑπέρυθρον ἔχει, καὶ παραπλήσιον τῷ τῆς ῥοιᾶς: ἐν δὲ λίνδρου καὶ θάμνου μεταξὺ καὶ παρόμοιον ταῖς ῥοίαις, τὸ δὲ φύλλον ἀγνώδιμ. Quorum sensus est. Ruborum item plura genera. Praecipuam uero habent differentiam, ꝙ alter recta & in altitudinem erigitur. Alter deorsum & in terram uergit: & cum primum terram attigit, iterum radicatur. Vocantꝙ hunc aliqui humilem, seu terrestrem Rubum. Qui uero Cynosbatos, ideſt, canis Sentis dicitur, fructū fert rubentem, punicae cytino similem. Eſtꝙ inter fruticem & arborem medius, punicae similis, folio uiticis. Et hęc Theophrastus de duobus Rubi generibus: quorum alter primo uolumine a Dioscoride descriptus est, alter modo docet. Eſtꝙ hic Chamæbatos, id est, humilis ille Rubus, Sentis, uel Rubus a latinis simpliciter appellatus. Cuius mora extrema æstate matureſcentia, auibus grato, & hominibus non inutili cibo in sepibus nigreſcunt. Quae inter Romanas Rubi appellationes in Dioscoride nunc leguntur: Vaticanaꝙ dicuntur, auguſtiore unius Romani collis, ꝙ ex reliqua Italia nominis nora.

¶ De Idæo Rubo. CAP. XLI.

βατὸς ἰδαία

D IDæus Rubus appellatus est, quoniam passim in Ida proueniat. Eſt aūt longe tenerior priore, ac minoribus spinis horrens. Quanꝙ & sine spinis inueniatur. Eadem praestat quae supradictus. Cæterum flos cum melle, oculorum collectionibus commodiſſime illinitur. Ignē sacrum extinguit. Stomachicisꝙ ex aqua bibendus datur.

BARBARI COROLL.

RVbus Idæus, in Ida, non alias nascitur, sub arborum umbra, rarioribus aculeis, & minus aduncis.

EX M. VERG. COMM.

IDæus Rubus hic dictus est, quoniam in Ida, nec alibi copioſior nascitur, tenerior, paruis aculeis, & aliquando, ut hic ait, nullis. Tertiū genus in superiore illa diuiſione nostra faciens. A loco graeci appellauerunt, ob eam quam diximus causam.

¶ De Helxine, ideſt, murali hærba. CAP. XLII.

ἑλξίνη

HElxinen aliqui Elitim uocāt, alij Canocersæam, alij Amelxinē, alij Euſinen, nonnulli, Amorginen, alij Sucotachos, alij Pychuacos, alij Pſychouacos, alij Melampelon, alij Cittampelon, alij Ciſſamethon, alij Anatetamenon, Romani uolutum Lapparon, Aegyptij Apap, alij Parthenion, alij Sideritin, alij Heracleam, nonnulli Agriam, ꝙdam Clibodion, alij Polyonymon. Nascitur in sepibus, uinetis, maceriis, et segetibus. Folia ei Mercurialis adsunt, hirsuta, cauliculi leniter rubentes, & circa eos ueluti semina aspa, adhęrentia ueſtibus. Folia refri-

Hosted by Google

gerandi ſpiſſandiq; naturam habent. Qua ex cauſa ſanant illitu ignes ſacros, aduſta, condylomata, incipientes panos, tumores, inflationeſq;. Succus eius cum ceruſa, ignibus ſacris, & ulceribus quæ ſerpunt aptiſſime illinitur. Imponiturq; podagris, cum hircino ſeuo, aut cærato cyprino. Veterem tuſſim adiuuat, cyatho hauſto. Tonſillis inflammatione turgentibus, utiliſſime & gargarizatur, et illinitur. Succus in aurium dolore infuſus, iuuamen præſtat. A

## BARBARI COROLL.

HElxine duplex Dioſcoridi, & omnino autoribus. Altera Partheniõ, altera Ciſſanthemos ab Hederę foliis uocata. Plinio item duplex, ſed aliter. Altera de qua hic agitur Parthenij & Perdicij, ſiue Perdiciadis cognomine: qm̃ perdices hac præcipue ueſcantur. Folia tamẽ ei non Mercurialis, ut Dioſcorides, ſed mixtæ ſimilitudinis, Plãtagini & Marrubio tribuit, cauliculis denſis lanas infici, ſemina in capitibus lappaceis adhæreſcentia ueſtibus: a quo & Helxinem dictã uolunt. Hanc Aeoliæ gentes, & Aegyptij edunt. Craſſas, plurimaſq; habet radices, ut inqt Plinius. Altera idem autor inqt, uerior eſt Helxine, cui radix folioſa, ex qua ſimilis malo carduus ſeminis plenus extuberat. Seminalis Acanus a Theophraſto dictus, cuius inciſo ſumo uertice, lachryma erumpit iocundi ſaporis, Acanthica Maſtiche uocata, propterea q; adulterium ex ea fit, ut diximus. Germinat, atq; floret æſtate folio, & caule, lanugines ſpinoſas habens. Hæc Plinius. Nos hanc non Helxinem, ſed Ixinem uocari credimus: ut in Chamæleonte candido dictum eſt: quanq; porro prior Helxine Perdicion, & Parthenion dicatur. Aliud tamen intelligo, Plinium ſecutus, Perdicion, quæ a noſtris herba Vrceolaris uocatur, ab alijs Aſtericum, folio ſimilis Ocimo, nigrior tantum, naſcens in tegulis parietiniſq; ob id & Parietaria, et Muralium, & Muralis uulgo dicta, & Vineago: & Parthenion, qm̃ a Minerua in ſomno contra præcipitia lapſuſq; monſtrata eſt Pericli Athenienſium principi, cũ uernula ei charus ex altitudine cecidiſſet, Splachnoptes appellatus. Turtures, columbæ, gallinacei annuum faſtidium deducere dicuntur Helxina paſti, autor eſt Plinius. Triplex igitur inuenio Parthenium. Vnum folio Coriandri, quæ Amaracus a Galeno, Parthenium a Dioſcoride nominat, uulgo Matricaria. Alterũ folio Mercurialis, ut Dioſcorides hoc loco, ſiue Plantaginis & Marrobij, ut Plinius, quæ dicit Helxine, ac de ipſa hic agitur. Tertium folio Ocimi, quæ Parietaria, & Muralis uocetur: de qua mirum eſt Dioſcoridem nihil præcipere, q̃d ſcia. Niſi qs eum dicat ſub Helxine hanc q̃q; accepiſſe: qm̃ hirſutula ſit, & adhæreſcat ueſtibus, nec a Mercurialis herbæ foliis omnino multũ diſtet, præterq; q̃ Mercuriali ſerrata leuiter ea ſunt, Parietarię non ſunt. Sunt qui & Mercurialem ipſam Parthenion quoq; dicant Helxinem, ut Dioſcorides in Myoſotide ſcriptum reliquit. Etiam Alſine dicta eſt. quanq; corrupte in Theophraſto legitur Aſine, ubi Theodorus Volucrũ interpretatur, arbores amplexu Hederæ modo ſtrangulantem. B

triplex parthenium
.ſ. unde acq; alii
gerunt helxinem de
quo in hoc capite
alteru gerunt pa
rietaria de qua dis
cordes mentionem
non fecit

## EX M. VERG. COMM.

PLuribus, & inter eas aliquot plantis alijs cõmunibus Helxine appellationibus q̃ndam indicata eſt. Teſtantur in græcis id Græcorũ medici, qui Helxinem primo Perdicium, Partheniũ, Sideritim, & Heracleam uocari aiunt. Mox & Ciſſampelum. Duobuſq; capitibus de eiuſdem nominis herba agentes, neq; eaſdem utriq; uires tribuentes, duas manifeſte Helxines eodem nomine, ſed diuerſa natura conſtituiſſe uidentur. Præter eos Nicander etiam in Theriacis ſuis Parthenij primum, mox Helxines facta mentione, utranq; cõtra uenenata laudauit. ἡ μὲν ἑλξί-νη, τήνδε κλύδατιν καλέουσι. Quo loco interpres eius, Clybatim, Sideritim, Parthenium, & Perdicium, & omnibus his unam eandemq; plantam uocari ait: iterumq; ἡ μὲν παρθένιος. &c. Iterumq; idem interpres teſtatus eſt, Parthenium a quibuſdam Helxinem, et Perdicium nominari. In latinis Plinius lib. 22. capite. 17. his uerbis græcos ſecutus eſt. Helxinem aliqui Perdicium uocant: quoniam Perdices ea præcipue ueſcantur: alij Sideritim: nonnulli Parthenium. Non licet in tam concordi tot teſtium fide, tam multis appellationibus dictam fuiſſe quondam Helxinem, non fateri. Non ideo tamen credendum, unam duas eſſe plantas, notis & uiribus diuerſas. Oportet enim in cognominibus unum eſſe quod primo, uere, & per ſe nomine illo indicetur: tum ex ſimimilitudine ad id nomen alia admitti: quæ genus ſuum ſeruantia, in parem nominis tãtum ſocietatem, cõmunionemq; adoptione illa ueniant. Eſſe autem duas Helxines, diſſimiles naturæ inter ſe notæ oſtendunt: & poſt naturam antiquiores græci, præſertimq; Paulus Plil. 22. ca. 17.



Hosted by Google

C Aegineta priuati, seorsũq; his uerbis de utraq; in. c. ages ἑλξίνη δὲ οἱ δὲ περδίκιον, οἱ δὲ παρθένιον, οἱ δὲ σιδηρίτιν, οἱ δὲ ἡράκλειαν. δύναμιν δὲ ἀυτῆς συπτυκὴν καὶ ἀστρίμακα μεθ' ὑγρότητος ὑποφύχρου. Quod est. Helxine sunt qui Perdicium, qui Parthenium, qui Sideritim, qui Heracleam uocent. Vis eius est absterſione purgare, & cum frigida humiditate aliqua sensim leniterq; adstringere. Estq; hæc Helxines capite hoc a Dioſc. tractatæ ex Paulo hiſtoria, & medicina. Post quam statim idẽ ait. ἑλξίνη καὶ κισσάμπελος διαφορητικῆς ἐστὶ δυνάμεως, id est, Helxine, quę Ciſſampelos dicitur, diſcutiendi uim habet. Huius nulla est in Dioſc. hiſtoria. Habent quidem impressi, & plęriq; alij codices, in fine capitis additam magis q̃ a principio descriptam breuiſſimam eius hiſtoriam & medicinam, & quæ huic scriptori accreuiſſe manifeste uideatur. Eam alij interpretes suis æditionibus coniunxerunt. Nobis, qui opus hoc eo consilio suscępimus, ut ex meliorum fide omnia in Dioſc. instaurentur, contra uetuſtiſſimos, eosdemq; optimos testes uertere ea nõ placuit: præsertim diſcordi eius ab antiquis medicina, quam in diſcutiendo Paulus Aegineta, codices uero illi in soluenda aluo esse dixerunt. At duæ sunt Helxinæ, fatemur id quidem: non ideo tamen in Dioſcoride legenda quæ illi parũm conueniant, & alijs diſcrepent. Potuit enim huic scriptori satis esse, inter alterius appellationes huius generis meminiſſe: aut quod in plęriſq; alijs factũ est, perijſse huic capiti altera hæc Helxine. Ex his duas esse Helxines ratiocinari facile est. Alteram Mercurialis herbæ foliis, ut hic ait: ut autem Plinius, mixtæ ſimilitudinis inter Plantaginẽ, & Marrubium: alteram Hederæ, in uinetis nascentem, ideoq; Ciſſampelõ uocatam. Illam primo & per se sic dictam: hanc illi congenerem, aut ſimilem saltem: ſimilemq; ut nos opinamur, in tenaci ueſtium nexu illo. Hæc enim Helxines præcipua nota est, & unde factũ illi nomen fuit. Quærendum post hæc etiam, unde tot aliæ illæ appellationes ad Helxinem irrepserint: non utrãq;, sed ut nos credimus, priorẽ illã, quę semina fert in capitibus lappaceis, ueſtibus adhærẽtia. Possunt euentus eius in alijs plures esse cauſæ. Sed cur Perdicium dicta fuerit, nulla, præter a Plinio & Theophraſto allatam: q; ſcilicet semine eius perdices notiſſimæ aues ueſcunt: herbam q; fodiunt, & in ea uolutantur. Iuſſit hoc nomine uocata uti Abſyrtus, ueterinariæ medicinæ græcus autor, contra iumentorum tuſſim. Verba eius sunt. βοτάνην ὖν ῥωμαῖοι περδίκιον καλοῦσι.

D Celsus etiam secundo medicinæ suæ libro, Muralem herbam nominans, hanc intellexiſse creditur: quoniam parietes & muros naturalem sibi locum fecerit. Ob quam cauſam a multis aliquot locis Parietaria nunc etiam dicitur. Hic etiam ἐνφραγμοῖς καὶ τοίχοις, ideſt, macerijs & muris nasci ait. Sunt hactenus appellationes hæ priori huic Helxinæ proprie ex diuerſis cauſis illi aſsignatæ: Sideritis uero, & Parthenion alijs plantis proprie, huic uero additæ, & ex ſimilitudine aliqua receptæ. Credimusq; nos, Helxinem ideo Sideritim dictam, q; utraq; Marrubij folio ſit. At hic Mercurialis herbæ folio Helxinem describit: alij tamen, præſertimq; Plinius mixtæ ſimilitudinis inter Plantaginem & Marrubium. Vtraq; folio aſpero est. Sola enim aſperitate ueſtes tenaci nexu hæc retinet. Vtraq; etiam inter ſaxa nascitur. Cur autem Parthenios quondam diceretur, nõ satis modo nobis constat. Quæ hoc nomine dicta proprie fuerit, Anthemidi congener herba est, ſuperiore uolumine inter Chamæmalum & Bouis oculum tractata. Cęteris, quæ plures in medicæ materiæ diſciplina sunt, addita, & ex ſimilitudine receptæ ea appellatio est. Siquidem & Artemiſia Parthenion dicta est. Esse autem Parthenion Helxines appellationem, non genus, manifeste indicat Paulus Aegineta: q cum de Helxine egiſſet, non multo post propoſita Parthenio, id tantum ait, εἴρηται ἐν τῇ ἑλξίνῃ. quod est, Dictum in Helxine: quaſi per se Parthenion nulla est, sed ex multis una Helxines appellatio. Vulgo fere nota Muralis, Parietariaq; hæc Helxine. Quemadmodum contra cognitu difficilis quę Ciſſampelos primo: eamq; ob cauſam nominata est, q; Hederæ folio in uinetis nascitur: ex qua eius natura factæ aliæ illę appellationes etiam sunt, Melampelon, & Ciſſanthemon. Omnes enim coniunctum sibi Hederæ nomen habent, natalis loci, & foliorum eius index. Obseruatũ pluribus locis in scriptore hoc a nobis est, plantarũ genera, non nomina appellationibus his ab eo numerari. Factũq; id hoc loco credimus: qm̃ sunt quę in nominibus his utriq; generi Helxines seorsum competant: diſcreuiſſecq; eas ex his quæ hactenus dicta sunt, non erit legentibus difficile. Adijciemus illud etiam, quam hic Polyonymon, id est, multi nominis appellationem Helxines esse ait, ad priorem illam pertinere. Ea enim est quæ tam multis nominibus indicatur.

## ¶ De Elatine. CAP. XLIII.

ELatine folia habet Helxinæ, minora, rotundiora, piloſa, semipedalibus ramulis, quinis seniſue, a radice folioſis, guſtu adſtrin-

gentibus. Naſcitur in ſegetibus & cultis. Oculorum fluctionibus & in A
flammationibus auxiliatur, foliis cum polenta tritis & impoſitis. Eadē
cocta ſorbitionis uſu dyſenteriam ſiſtit.

BARBARI COROLL.

ELatine, folio Caſiæ a Plinio deſcribitur: cætera cum Dioſcoride conueniunt. Corruptam Pli. li. 27. ca. 9.
in Plinio lectionem eſſe haud ſum dubius, librariis Caſiam pro Helxina ſubſtituentibus: quan
dōquidem Elatina modo uiſitur, Helxinæ ſimilis, hoc eſt, folio Hederæ propinquo, non Ca-
ſiæ: cuius id oleaceum eſt: ut in Chamælea dicitur.

EX M. VERG. COMM.

SImilis Helxinæ Elatine eſt, non ſimpliciter, ſed ei quam folio Hederæ Ciſſampelon uocari
diximus: eamq; ob cauſam ab Helxine ſtatim tractata. Eam ueteres græcorum medici media-
criter adſtringere, & refrigerare dixerunt.

## ¶ De Eupatorio. CAP. XLIIII.

EVpatorium, ſiue ut aliis placet Hepatorium, aut Hepatitis, fru- εὐπατώριον
ticoſa hærba eſt, unum efferens caulem, lignoſum, nigricantem; eupatorium. a
rectum, tenuem, hirſutum, cubitalem, interdum ampliorem. Foliis per gimonia
interualla Quinquefolij, aut Cannabis ſimilibus, quinquepartito, aut
amplius diuiſis, nigricantibus, per ambitum ſerratis. Semen medio cau
le erumpit, piloſum, deorſum ſpectās, quod ſiccatum ueſtibus inhæret.
Contrita huius folia, & cum ſuillo adipe impoſita, ulceribus quæ ægre B
cicatricem trahunt, medentur. Hærba, aut ſemen in uino potum, dy-
ſenteria, iocineris uitijs, & ſerpentium ictibus liberat. Nec deſunt qui
aberrantes, Artemiſiam hanc appellarint, cum tamen longe alia ſit, uti
expoſuimus.

BARBARI COROLL.

EVpatorium, & Eupatoria quoq; dicitur. Regiam & hæc autoritatem habet, foliis plumo-
ſis, modo caulis, flore candido, radice ſuperuacua. Mauritani aliud Eupatorium demonſtrāt,
officinis penitus diuerſum figura, ſed effectu par, ſcapo exiguo, fere cubitali, folio Centauri
minoris, frutice odorato, ſed flore magis, q̄ luteus ei eſt, radice ſuperuacua. Paſſim naſcitur.

EX M. VERG. COMM.

FVerunt quondam, & adhuc ſunt, magnę inter autores & medicos litis Eupatorium, & Ar
gemone. Nec perſuaderi adhuc poſſunt aliqui, nō eſſe Argemonem Eupatorium: ex tam mul-
to tempore, tamq; antiquæ fidei in medicina autoribus, ea multorum animis opinio inſedit.
Licetq; hic iampridem in Anemone, & nunc in Eupatorio dixerit decipi plęroſq;, falſoq; crede
re Argemonem Eupatorium eſſe: non deſinunt tamen quotidie pro ea re uiolenter aliqui cer-
tare. Verba eius in Anemone ſunt, qualia poterunt uolentes cum libuerit uidere: ea nunc etiā
reperita ab eo ſunt. Noſq; illorum memores, neceſſario locum in extremo hoc capite emenda
uimus: & pro Artemiſia, Argemonem uertimus. Quod enim hic ait, quoſdam Artemiſiam
hanc uocaſſe deceptos, alia enim eſt ut præmonſtrauimus, in Artemiſia non legitur, at in Ane-
mone manifeſte id inuenitur. Sunt Dioſco. in Anemone uerba hæc. ἔνιοι δὲ μὴ δυνάμενοι διαρίζειν
ἀπὸ τῆς ἀγρίας ἀνεμώνης τὴν λεγομένην ἀργεμώνην, καὶ τὴν ῥοιάδα μήκωνα. περὶ ἧς ἐν ταῖς μήκωσιν ἱστορή-
σομεν διὰ τὸ τῶν ἀνθῶν ὁ μόχθους φοινικοῦν ὑπάρχον πλανᾶσθαι τὴν ἀργεμώνης εὐπατώριον ὀνομάζοντες. &c.
Quorum ſenſus eſt, qui in Anemone redditus a nobis fuit: cui & hic reſpondet locus. Neq; Ar
temiſiam, ſed Argemonem falſo inquit Dioſc. credere quoſdam Eupatorium eſſe. Neglexerūt
hoc alij interpretes, quod alioquin multifaciendum erat: ut quale uerū Eupatoriū eſſet aliquan
do cognoſceretur. Vidimus nos in maioris ciuitatis noſtræ Noſocomij hortis natam plantā,
quæ omnibus a Dioſc. traditis notis, ueram Eupatorium ſe oſtenderet: preſertimq; ſemine in
teram decliui, & poſtq; aruerat ueſtibus hęrente. Nihil in quotidiana multarū plantarū obſerua
tione certius antiquæ hiſtoriæ reſpondere aliqū mihi uiſum eſt: ſurculoſum genus, ſingularis
uirga, lignoſa poſtq; aruit duricies, plumoſa undiq; aſpitas, color liueno magis q̄ niger, & folia

C per interualla, sed contrarijs pediculis pendentia. Quod non penitus huic scriptori respondere uidebatur: comparatio tantum erat, qua Cannabis, aut Quinquefolij foliis ea comparabatur. Cętera naturæ & Dioscoridi eadem omnia erant. Regiæ dignitatis herba Eupatorium etiam est, ab Eupatore rege inuenta. Et quoniam iecori præcipue medeatur, quod græci hepar dicunt, ideo Hepatorium, & Hepatitis ab aliquibus dicta.

## ¶De Quinquefolio. CAP. XLV.

πεντάφυλλον

PEntaphyllon aliqui Pentapetes, alij Pentatomon, alij Pentadactylon, alij Pseudoselinum, alij Callipetalon, alij Xyloloton, nõ nulli Xylopetalon, alij Asphalton, alij Pentacœnon, alij Thymiatitin, Aegyptij Orphitebëocen, alij Enotron, Magi Ibidis unguem, alij Ibidis pennam, alij Hermodactylon, Romani Quinquefolium, Galli Pempedulam, Daci Propedulam appellant. Ramulos fert furculaceos, tenues, palmi magnitudine, in quibus semen. Folia Menthæ, quina singulis pediculis, raro plura, in ambitu serrata. Florem ex luteo pallescentem, interdum auri æmulum. Nascitur in riguis, & aquarijs ductibus. Subrubram habet radicem, oblongam, Veratro nigro crassiorem. Plurimis pollet remedijs. Ius radicis decoctæ ad tertias, si in ore contineatur, dentium dolores sedat. Putrida oris ulcera, collutione sistit. Arteriæ scabricias, gargarizatu læuigat. Contra alui profluuia, & dysenterias auxiliatur. Item articulorum, coxendicumq; cruciatibus potum. Cocta in aceto & illita, serpentia ulcera cohibet. Strumas, tumores, duricias, abscessus, & distentiones discutit. Ignes sacros, reduuias, condylomata, psoraſq; sanat. Teneræ radicis succus contra iocineris pulmonumq; uitia
D prodest. Item aduersum uenena. Cum hydromelite autem, uel diluto uino, & piperis exiguo bibuntur folia, contra febriũ circũitus. In quartana quidem quaternum ramulorum, in tertiana uero ternum, in quotidiana unius. Tricena quoq; folia, tricenis pota diebus, comitialibus prosunt. Foliorum succus, tribus cyathis aliquot dies potus, celerrime regio morbo medetur. Illita cum melle, & sale, tam uulneribus q; fistulis remedio sunt. Enterocelicis auxilium præstant. Quinquefolium sanguinis profluuia & potu & illitu sistit. Ad expiatiões, castimonias, et sanguinis eruptiones inciditur.

### BARBARI COROLL.

Pli. li. 25. ca. 9. Theo. lib. 9. de planta. hi.

PEntaphyllon, & Pentapteron in Theophrasto, Theodorus Quinqfoliam, & Quinqpennam conuertit. Aetius hanc Hermubotanem, hoc est, Mercurij herbam uocari tradit. Aegyptij etiam Dissyphi cognominant. Daci Drocila. Itali Psyllitum, Soloram, & Thebeotin: quanquam corrupta puto nomina. Nam & Therumbros, & Theonestron quoq; dictam inuenio. Radice cum recens est, rubente, nigra: cum inarescit, quadrangula: folio uitis pusillo: augetur, desinitque cum uite: caulibus tenuibus, crebris geniculis. Nomen a numero foliorum: Quidam Græci Chamæzeleon, quasi fruticem terræ uocant. Commendari Quinquefolium fraga terrestria gignendo, Plinius existimat. Ego id, qui uerum esse possit, non intelligo. Nam herba ea quæ fraga gignit, Trifolia est, non Quinquefolia, flore candido, non luteo, in Rheticis & Vindelicis alpibus, etiamnum frequens secus uias. Hippocrates duo uidetur nouisse Quinquefolia. Candidum, quod & herbaceum, & procerius est a terra. Nigrum, quod humilius. Est & quæ Tormentilla uulgo dicitur Quinquefolio simillima, nisi q; septem, non quinq;

pentaphilon vulgo tormentilla

habet folia. Poteſt a nobis Heptaphyllon uocari, hoc eſt, Septemfolia: ex cuius radice paſtil- A
los theriacos (ſi Dijs placet) officinæ pro uiperarum carne ſubijciunt: quoniam uiperæ mo
dò, ut ipſi putant, nunc̃ uiſantur.

EX M. VERG. COMM.

NOuerunt rura omnia Quinquefoliũ, ſoloc̃ hoc nomine maxime cognitum ubic̃ in ho-
nore aliquo eſt. Theophraſtus. 9. de plantarũ hiſtoria non Pentaphyllon tantũ uocari ſua æta-
te dixit, uerum Pentapetes etiam, facto ab aliquibus illi nomine a pennis auium, ut credidit
Gaza: ut autẽ nos opinamur, quia in quinque folia ſe pandit, & extendit. Fecit eadem etiã fo
liorũ forma, ut Pentatomon, id eſt, in quinc̃ partes diuiſum diceretur. Sic Pentadactylon, c̃
ut in hominis manu quinque digiti ſunt, ſic in ea planta totidem foliorũ diuiſiones. Pſeudoſe-
ſinon dictum etiã, quod Apiũ mentiatur, ſitc̃ illi in foliorũ ſectionibus illis quadãtenus ſimi-
le. Quæ itidem illi a gentibus aliæ appellationes fuerunt, aliquã huiuſcemodi cauſſam habue-
runt. Quales Callipetalon, & Xylopetalon ſunt, a foliorum ſpecie & duricie factæ. Quemad-
modũ ueriſimile eſt, in barbaris illis latere incognitã modo nobis, ex figura, aut uiribus eius ra
tionẽ aliquam. De radice, folioc̃ eius libro. 9. de plantarũ hiſtoria agens Theophraſtus, addi-
dit, nigreſcere Quinquefolij̃ radicem effoſſam, ſiccatamc̃. Quod a Dioſcoride ideo dictum
non eſt, quoniam ſatis fore ſibi hic ſcriptor credidit, ſi qualis ea eſſet cum foderetur, dixiſſet.
Poſt id enim tempus medicis certo loco ſignatam, ſeruari relinquebat. Adiecit etiam Virigine-
um Quinquefolij̃ folium eſſe, non quantitate (puſillum enim eſt) ſed colore & forma, & quaſi
naturã Vitis ſequeretur, augeri ſimul, & tabeſcere cum ea, caules per terram ſpargi graciles,
crebras, habentes, ut ille ait κνῆμας, non crura, ſed a cruris humani forma inter duos genicu-
los interualla, quæ κνῆμας ille, qua diximus ratione uocat. Videndum illud etiam, quo modo
hic Menthæ, ille Vitis folio Quinquefolium eſſe dicat. Nobis male inuicem comparari poſſe
plantarum illarum folia inter ſe uidentur: quemadmodum & floris color in pallido albus, ſi-
mul & auri flauo colore dici. Hoc tamen non adeo difficile, ut illud. Videmus enim aliquando
in pallore hominis utrunc̃ colorem illum.

## De Phœnice. CAP. XLVI.

PHœnicen aliqui Rhon, alij̃ Anchinopa, alij̃ Phœnicopteron, alij̃ φοίνικ
Rhonſtachyos, alij̃ Oſthalen, Aegyptij̃ Athnon nominant. Fo- B
lia habet hordei, ſed breuiora, & anguſtiora, ſpicam Lolio ſimilem, ra-
mos digitorum ſenum, radici aduolutos, ſeptenas octonasue ſpicas. In ar
uis tectisc̃ recenter illitis naſcitur. Harum uiriũ compos, ut in uino au-
ſtero pota, alui profluuium, & emanantem uulua ſanguinem ſiſtat, uri-
næ impetus infrænet. Sunt qui adalligatam in puniceo uellere, & ſuſpen
ſam, ſanguinem ſupprimere prodant.

BARBARI COROLL.

PHœnix a Plinio dicitur herba Phœnicea, inter fruges ab eo poſita: quoniam a noſtris Or Plin. li. 22. ca. 25.
deum murinum uocetur.

EX M. VERG. COMM.

HErbæ nomẽ fecit color, q̃ non diſſimilis in ea maturis palmulis uidet. Eãc̃ ob cãm Phœni
copteros, a punicei coloris aue dicta etiã ab aliq̃bus fuit. Naſcit hæc in tegulis frequẽtior, q̃ in
aruis. Dico aũt tegulas nũc a tegẽdo, oẽm qua domus tegit, & hymbris ſtillicidia deriuant ma
teriã. σίγυν em̃ hic, non κέραμον dixit: qua uoce Græci indicauerũt, quæcũc̃ familiã a cœleſti aq̃
tuent, ſiue fictiles tegulæ, ſiue ex materia tabulæ, ſiue ſtramẽta ſint. Hordeũ murinũ Plinius uo
cari a latinis ait; c̃ hordeaceo folio ſit, & ſeminibus eius iter tegulas mures ueſcant: hic Loliũ
murinũ, a ſpicę figura: uterc̃ idẽ, ſed diuerſa rõne. Quot ramuli, uel potius culmi illi ſunt, tot
etiã ſpicę. Diximusc̃ nos, ſe digitales culmos illos, lõgitudinẽ, nõ craſſitudinẽ eorũ itelligẽtes.

## De Idæa radice. CAP. XLVII.

IDææ radici folia ſunt ea, quæ Ruſco. Adhærent his, ueluti exigui ἰδαία ῥίζα
pampini, in quibus flos. Radix ſpiſſandi, cohibendic̃ naturam ha-
bet, his conueniens, quibus adſtrictione opus eſt. Pota citam aluum,

C menſesq́, & omnem abundantiam ſanguinis ſiſtit.

BARBARI COROLL.

IDæa radix, acerba guſtu, miſceri ſolita luctantium in paleſtra pulueri, ad ea quæ repercutere tantum oporteat, ut Paulus Aegineta ſcribit.

EX M. VERG. COMM.

RAdicem Dioſcor. Plinius q́ herbã Idæam uocat: alter a tota natura, alter a potiore eius parte, & qua ſola medicinæ inſeruit, eam appellans. Peregrina Italiæ planta eſt, peregrinitatẽq́ ſuam natalis loci cognomine indicat. Rufco, de qua in extremo uolumine hoc agetur, omnes eam comparauerunt: cuſpidatis ideo foliis herbam intelligere oportet, ſed non tam ſolidis, rigentibusq́ ramulis, ut Ruſcus eſt: quando Helices ſecus folia habere hanc Dioſcorides ait, Plinius uero eiuſdem rei ſignificatione pampinos.

¶ De Rhodia Radice. CAP. XLVIII.

ῥοδία ῥίζα

GIgnitur Rhodia Radix in Macedonia, Coſto ſimilis, leuior, inæquabilis. Quæ contrita Roſas redolet. Vtiliſſima capitis doloribus, ſi madefacta fronti, & temporibus cum Nardo imponatur.

BARBARI COROLL.

HAbetur & Radicis Cinthiæ mẽtio Hippocrati, fouendis fœminarũ locis. Inuenio & Rhodion uocari coloris genus Democrito, Italicũ præferente in uellerũ tinctura: fortaſſe id, quod nos uulgari nomine Roſaceum uocamus. Galenus Rhizam, hoc eſt, Radicem ab eo dici genus quoddam ſati ſcribit, ſine caule, ſine flore, ſine ſemine, tribus dũtaxat foliis, ſed proceris, & in terra ſtratis, digitorum duorũ magnitudine, ſimilibus Anchuſæ, radicẽ ipſam prætenuẽ, purgandi uiribus, ſed exiliter. Alia uidet herba, quæ uocat Oxyſa Plinio, etiamſi folia æque terna habet: quippe quæ non purget, ſed contra potius adſtringat, & ad ſtomachũ diſſolutũ, & Enterocleas in cibo detur. Proinde ſunt, qui Oxyn putent eſſe, quam uulgus Tauram, & Triada, hoc eſt, Trinitatẽ, & Sphragida, hoc eſt, ſigillum Solomonis appellauit, folio triplici, aut uno potius in terna diſpoſito, radice capillamẽtis multiplici, flore cũ maculis quibuſdam candidis
D ceruleo. Eſt & Ophrys Plinio herba denticulato oleri ſimilis, foliis duobus, quæ capillũ inquit denigrat. Eſt & Mamiras herbulæ cuiuſdam radicula, ut Paulus notat, geniculis frequentibus nodoſis, albugines, & cicatrices exterens, atq́ comminuens.

EX M. VERG. COMM.

ROſæ, quas Græci Rhoda nominant, non Rhodus inſula radici huic nomẽ fecerunt. Qualis autem, & cuius plantæ radix ea ſit, legiſſe me hactenus non memini. Nec integrũ undiq́ caput hoc uidetur. Deſyderatur enim in eo aliquid: præſertimq́, quo loco hic ait, Imponitur cum Nardo tenuis, & mox fronti temporibusq́ inſpergitur. Duplex remedij ratio docetur: ut imponatur capiti ſcilicet, & inſpergatur ea frons, temporaq́. Verum in utroq́ deſyderatur aliquid, quo ſcilicet addito liquore inſpergenda ſit fronti & temporibus. ὑμεκτικὸν enim participium, quo hic uſus eſt, id exigit.

¶ De Equiſeto. CAP. XLIX.

ἵππουρις

EQuiſetum Græci Hippurin, alij Trimachion, alij Anabaſin, alij Cheredranon, alij Phædran, alij Itiandendron, alij Gis, alij Scœnioſtrophon uocant. Aegyptij Pherphram, Magi Saturni cibum, Romani Equinalem, alij Equi ſalicem, aut Anabaſion, alij Ephydron. In riguis & ſcrobibus naſcitur. Cauliculi prodeũt inanes, geniculati, in ſe farcti, rubeſcentes, ſcabri, & iuncea circa eos folia, crebra, exilia. In ſublime Equiſetum attollitur, uicinos arborum caudices ſcandens, obuolutumq́ dependet, comis multis, nigris, ut equorum cauda. Radix lignoſa, dura. Vis eius ſpiſſare. Quare ſanguinem naribus erumpentem ſuccus ipſe ſiſtit. Prodeſt dyſentericis in uino potus. Vrinam cit. Sanguinolenta uulnera glutinantur, tritis foliis & illitis. Tuſſim, orthopnœam, ruptaq́ ad-

equiſetus cauda equina.

Hosted by Google

iuuat. Foliis in aqua potis, diſſectiones ueſicæ & inteſtinorum, enteroce A
læq; in unum coaleſcere, cogiq; feruntur.

BARBARI COROLL.

Hippuris, Equiſetū, & Equiſelis dicit a latinis, inuiſa feniſecis, naſcens in pratis. Eſt autē pi- Plī.li.26.ca.11.
lus terræ, Equinæ ſetæ ſimilis, ut noſtri tradunt. Græcorū aliqui Pinū foliis nigricantē, eodem
nōie appellant. Hanc uero, quæ hic deſcribitur, folia habere pauca, tenuia, exigua, iunceas co
mas, ſemen rotundū, ſimile Coriandro. Naſci in arbuſtis maxime, auctor Plinius, hanc herbā
Dioſcorides a Romanis Salicē uocari tradit: de qua fortaſſe Verrius, homo doctus apud Feſtū
intellexerit, cū diceret, uirgulti genus eſſe Salicē: non ridicule, ut idē Feſtus carpit, interp̄tatus:
q̄ ea celeritate creſcat, ut ſalire uideat: qñ Græci q̄q; hanc & Iteamdendron, & Anabaſin a Sali
cis quadā ſimilitudine, & a ſcandēdi more uocitant. Alio loco Plinius, Ventoſo tractu naſcit,
inqt, ſcanditq; arbores, et, ꝓpendentē ex ramis, folio nullo cirris nūeroſam, qui ſunt Iunci geni
culati, radice pallida. Nec mirū ſit alicui, q̄ folia modo pauca, modo nulla tribuant. facit hoc
& auctorū, quos ſecutus eſt, et locorū, atq; temporū diuerſitas. Hanc ipſam Caucū, ſiue Dau-
cum uocari legas in aliq̄t codicibus: uetuſta tamen exemplaria id uocabulū non habent.

EX M. VERG. COMM.

Si uideat naſcentē aliquis Equiſetū herbam, exeuntēq; ex terra aliquot diebus contēpletur,
nunq; unde futura ſit equina cauda in ea intelliget: tam breui, nudo, concretoq; oritur aſpara-
go & ſcapo. Nullibi diſſimiliorē natura finem, q̄ in hac planta a ſuo principio fecit. Oritur em
humani pollicis longitudine, craſſitudineq; in acutū faſtigiata: mox procedente tēpore pandit
coneretus ille ſcapus, pandensq; ſe per interualla, & inter ea certis ſpaciis iuncea folia, & quaſi
capillamēta quædā profert: quæ dum augētur, undiq; ad terrā feruntur, eadē gracilitate qua in
equina cauda pili ſunt: quā non poteſt oſtendere, niſi cum aut uiuens prona pendet ex alto, aut
ſecta ad terrā inuerſo cacumine deſcendentibus iunceis & capillatis foliis illis, totā equinæ cau
dæ imaginē reddit. Nota oībus planta, & qua nulla in foſſis, ꝑpe aquas umbroſis locis frequē
tior naſcit. Anabaſim ab aſcendendo aliq; eā dixerunt: qm̄ infirma aliis ſtirpibus libēter hæret.
Charadranon itidē, q̄ in foſſarū faucibus, q̄s Græci χαράδρας uocār, ortus & uita illi ſit. Nec mi B
nus Ephydrom ob eandē cām. nihil em̄ aliud, q̄ ἐπὶ τοῦ ὕδατος .i. in aqua Ephydron ſignificat.
Vocauerūt aliqui etiā Schœnioſtrophon, q̄ iuncea eius folia illa non aliter, q̄ Cannabis, aut
Linū in funes texunt. Græci Salicem arborē, & Romani Salicē equinalē ob hanc ipſam cauſam
uocauerūt. Plinius lib. 18. cap. 27. inimicā feniſecis & inutilem pratis dixit: mox lib. 26. cap. 14.
iterum de ea agens, non cōuenire inter græcos, nec cum græcis latinos ait. Vulgaris tamē de-
ſcripta a Dioſcoride hoc loco herba eſt, oībus locis cognitu & inuentu facillima.

## De altero Equiſeto. CAP. L.

ALterum Equiſetū, quod aliqui Equition, aliq; Chedran, aliq; Gy-
non appellant. Caulis eſt rectus, cubitalis, aut maior, inanis. Co-
mis per interualla breuioribus, candidioribus, & mollioribus. Id cum a-
ceto tritum, uulneribus remedio eſt. Eademq; fungitur facultate.

BARBARI COROLL.

Sciendum Hippurin uocari & piſcem quendam, ſiue Hippurea: quem aliqui etiam Cory-
phaēnem cognominant. Differt ab hoc, qui uocatur Hippus, ab Epicharmo dictus Iſpidion,
ſiue ut legunt aliqui, Liſpidion.

Differt a priore Equiſeto poſterior hæc ſola comarum breuitate, candore & mollicie: quæ VERG.
maiores in hac, q̄ in illa notę ſunt: ideoq; facillimæ utraq; cognitionis: deſyderat ſolū, cui
æqualem hic caulem eius dicat, congeneris ne ſibi antedictæ, an alterius plantæ alicuius? In-
certum id eſt. ἴσον em̄ hic tantū ait, eamq; ob cauſſam uitij nota ſignatus locus a nobis eſt.

## De Cocco, ſeu Infectorio. CAP. LI.

COccum quo infectores utūtur, frutex eſt ſurculoſus, paruus, cui κόκκος βαφικὸς
grana ceu lentes adhærent, quæ electa congeruntur. Optimū gi-
gnitur in Galatia, et Armenia. Deinde Aſia, & Cilicia. Vltimus ex omni
bus Hiſpanicus. Vis huic ſpiſſandi. Vulneribus neruiſq; præciſis, con-

cui grana ceu lentes adhærent. non eſt
intelligendus grana lenti cule ſi qua
eas habere. ſed grana lenti cule
ſimilia.

coccus. grana
tinctorē. uel
grana de polo

Cuenienter ex aceto illinitur. Nascitur quoq; in Ciliciæ Quercubus, cochlearum exilium similitudine, quod illius regionis mulieres ore legunt, & Coccum uocitant.

## BARBARI COROLL.

Pli.li.9.ca.41. DIffert Coccus Baphica, hoc est, granũ tinctoriũ, a Cocco Gnidio, siue Grano Gnidio, ut apertissime cõstabit Galenũ, & utriusq; notas contẽplantibus. Magnitudo huic, id est, Gnidio Grano, piperis maior, uis ardens, rotundũ, rubensq; est colore Cocci. Frutex, qui hoc ferat, Thymælea, siue Chamælea dicit. At qui tinctoriũ granũ gignit, aut priuatim Coccus dicitur, ut Dioscoridi placere uideo: aut Ilex est Aquifolia. Granũ inquit hoc Plinius, rubens est, primũq; ceu spectes frutices paruos Aquifoliæ Ilicis. Quisquiliũ uocant, Pensionẽ alteram, tributi pauperibus Hispaniæ donati. Est em̃ Ilex gemina, ut Columellę placet. Minor, apibus quæsita, & prolixior, ab oĩbus improbata mellificio. Omnes inquit Plinius, roboris dotes, Ilex solo prouocat Cocco. Granũ hoc Galatiæ, aut circa Emeritã Lusitaniæ in maxima laude inquit habebat. Gignitur & in Africa, & Pisidia. Pessimũ in Sardinia. Est autẽ genus ex eo inquit in Attica fere, & Asia nascens, celerrime in uermiculũ se mutans: q̃d ideo Scoletilon uocabant: improbabantq; Limaci paruæ similẽ: culici, ut Dioscorides affirmat, & Pausanias: qui fruticem hunc in Locride copiosum ad Ambrysom Rhamni amplitudine, præterea Lentisco similem, nigriore tantũ, & molliore folio describit. Fructu Solani q̃dem specie, sed Erui magnitudine. Colligendũ præcipiunt anteq̃ uermiculus is nascat. Galatæ, qui supra Phrygiã sunt, gentiliter Liyg uocant. Eum fruticẽ Iones & Græcia tota, Coccũ. Anniculo itaq; Grano, succus ad pigmẽta languidus. Quadrimo euanidus. Ita nec recenti uires, nec senescenti. Colos inter Principales, Imperatorijs tantũ paludamẽtis dicatus: qualis in Rosa micat, & quo nihil aspectu gratius, & in purpuras Tyrias, Dibaphasq;, aut Laconicas: etem̃ Tyrio primũ tinctas, mox & Cocco tingere mos erat, aut contra, ut fieret Byssinũ. Nam & tertio, & quarto, & quinto saturabantur. Vnde noĩa illa uestiũ, monocoros, dicoros, tricoros, tetracoros, pentacoros in uitis principũ. Sit autẽ granum Tinctoriũ, an Phœnicobalanus, atq; Palmula, q̃d Hippocrates Phœnicion Coccon, quasi granũ puniceum uocauit, æstimaturis relinquo. Illud quoq; hoc loco referendũ est, Coicina quædam legi apud Græcos texta, quæ nostri ceu Coccina legentes, in Strabone rubra, conuerterunt. Cæterũ Coicina dicuntur a Coice frutice in Aegypto textili: cuius mentio & apud Theophrastum est. Coix inquit, folio Harundinis angulari, ad nexus utilis, a quo & fiscellæ genus Coix attice, ut inquit Pollux, quod dorice Cois dicatur.

## EX M. VERG. COMM.

COccum nasci in Ilice Theophrastus lib.3. de plantari hist. dixit, καὶ ἡ πρίνος τὸν φοινικοῦν κόκκον. Et Ilex puniceum Coccum. Quẽ Plinius secutus lib.24. cap.4. Coccũ Ilicis ait. Idem tamẽ multo antea lib.16. cap.9. dixerat, Seruato Ilicis genere, priuatimq; ceu spectes frutices paruos Aquifoliæ Ilicis. Ex quo genere hic fruticem paruũ, surculosum dixit: qualem & nostra ætas in legendo Cocco, in Romanorũ prouincia quotidie uidet. Barbarus, q; græcos codices secutus fuerit, quos nos etiã uidimus, in quibus non legeretur μικρός, eam reliquit partẽ. Nos ex alijs græcis, Plinijq; historia admoniti, eam seruauimus uocem. Paruos em̃ frutices ille ait, quẽ hic θάμνος ἐστὶ μικρὸς φρυγανώδης dixit. Quod autẽ Dioscorides ait, hærere Coccũ fruticibus his ὡς φακοί, id est, lenticularũ modo, non ad formã Grani, sed hærendi modũ referendum est. Nota modo, & uulgaris res, quæ etiã ex alijs nationibus laudetur. Quod postremo hic ait, in Cilicia nascentẽ in roboribus Coccum, minimis cochleis similẽ, ab incolis mulieribus ore auelli, aut excipi, parum certã & uerisimilem nobis habet historiã: neq; intelligimus, in quẽ usum id fieri opus fuerit. Corruptum credimus esse locum, & pro illo τῷ στόματι, quod ore significat, aliter quondam legi potuisse, pertinereq; ad tempus, quo legendus Coccus esset.

## ¶ De Tragio. CAP. LII.

τράγιον TRagium nascitur in Creta tantum insula, Lentisco simile, & semine, folio & ramis. Singulis tamen minoribus. Succus ei lacteus, gummi non dissimilis. Semen, folia, lachrymaq; illitu spicula e corpore eijciunt. Omnia quoq; corpori impacta, euocant. Pota stranguriæ medentur. Calculos uesicæ frangunt. Menses trahunt. Modus in sumptio-

ne est, drachma una. Fama est, syluestres capras sagittis confossas, eius A
hærbæ pabulo spicula excutere.

BARBARI COROLL.

TRagion alij similem Terebintho faciunt, alij Iunipero per omnia: succo lacteo, qui spissatur in gummi, nascentem non alibi, q̃ in maritimis Cretæ. Dicitur & Tragonis.

EX M. VERG. COMM.

PEregrino Italiæ, gentibusq; alijs frutici nomen in Creta insula tantū caprinum pecus fecit, ob eam quam hic in extremo capite caussam reddidit. Plinius Terebintho primum lib. 13. capite. 21. mox Iunipero. 27. uolumine, ultimo capite similem fecit. Ex qua hominis diuersa eiusdem rei historia facile est conijcere, modo hos, modo illos delibasse eum auctores: ideoq; multis locis non esse earundem rerum eandem illi historiam. Idem liquorem eius lacteum esse, & in maritimis nasci dixit. Nos in peregrino, & ob id incognito frutice nihil habemus aliud, quod monere legentes ualeamus.

## ¶De alio Tragio. CAP. LIII.

ESt & aliud Tragium, quod Tragoceros aliqui uocant, alij Scorpion, alij Garganon, Romani Cornulacam, Daci Saliam, Aegyptij Sober, Aphri Achœosim. Folia Scolopendrij habet, & radicem syluestris Rhaphani, tenuem, candidam. Quam crudam, uel coctam esse, dysentericis prodest. Folia autumno, hyrci uirus olent: exinde sibi Tragij nomen adoptauit. Prouenit in montibus, & præcipitijs.

BARBARI COROLL.

TRagion hæc minor est priore, nec in Creta solum, ut illud, sed multis locis nascitur, ut B
Galenus inquit.

EX M. VERG. COMM.

PRiori posteriorem hanc Tragion cognominem tantū faciunt Galenus, Paulus Aegineta, Græcorumq; alij herbarij omnes, & medici: neq; immerito. Siquidem foliorum figura differt, quæ in hac Scolopēdrij, in illa Lentisci sunt. Differt natalibus: q̃ illa natiuum sibi solum habet Cretam insulam, hæc ut Paulus Aegineta ait, φύεται πολλαχόθεν; quod est, multis locis nascitur. Differt postremo uiribus: quæ in illa ἑλκτικαί, id est, extrahendi sunt, in hac adstringētes: ideoq; fluidis affectionibus cunctis accommodata. Accedit his, q̃ hæc amariore sapore est, qui in illa non sentitur. Cur autem illi idem factum a gentibus nomen fuerit, hyrcinum foliorum uirus fuit. Hanc ipsam Dioscorides Tragocerota, id est, hyrcinū cornu dictā testatur. Facileq; est ex græca hac uoce, Romanā illam Cornulacā, quæcunq; ea est, factam fuisse. Scorpij deinde appellatio male ex Trago, quæ mox dicenda est, ad hanc translata fuit.

## ¶De Trago. CAP. LIIII.

ESt etiam hærba Tragos, quam aliqui Scorpion, aut Tragonon τράγος
uocant, maxime in maritimis nascens, palmum alta, aut amplior, fruticosa, humilis, oblonga, sine foljs, pusillis circa ramos acinis, ruffis, multis, magnitudine tritici, acuto cacumine, gustu multum adstringente. Racemorum grana decem ex uino pota, cœliacis, & fœminis fluctione uuluæ laborantibus auxiliantur. Tunduntur a plærisq;, & in pastillos digeruntur, quibus utuntur.

BARBARI COROLL.

TRagon Asia fert, ueprem ut Plinius dicit, sine foljs, racemis rubentibus, ad medicinæ dumtaxat usum. Hanc & in littoribus nostris gigni modo perhibent herbarij, Iunco marino similem: a quo & Iuncum marinū multi uocant eam. Tragos alia est, quā nos Hyrculū uocauimus inter Nardos. Item alia Sitodes, hoc est, cerealis cognominata, inter fruges q; dicta.

EX M. VERG. COMM.

PEregrina & hæc Italiæ planta est, si Plinio credimus, qui natale solū Asiam illi assignauit,

C duobus locis, eam describens. 13. uolumine, primũ capite. 21. mox. 27. capite. 12. Quæ poterunt uolentes certius in eo uidere. In Iuncorum genere aliqui eam numerãt, nec dissimilem marino Iunco in aliquibus faciunt. Plinius Veprem uocat, sine folijs, ramis rubentibus, semipedem altam, fruticosam, racemis rubentibus, grano tritici, acuto cacumime, in maritimis nascentem. Quæ eadem fere huic scriptori historia est.

## ¶ De Iunco. CAP. LV.

χινοσλεία

OXyschinos aliquibus Schinos læuis, alijs Oxypternos, alijs Solis superciliũ, Romanis Iuncus marinus, aut Manualis dicitur. Duo eius genera. Vnũ lęuis nominati. Alterũ acuti, qui in mucronem fastigiatur. Cuius etiã duo assignant̃ genera. Vnũ sterile. Reliquũ fert semen nigrũ, rotundũ, & crassiore constat calamo, carnosioreq;. Tertius est Iuncus, qui uocatur Oloschinos, prioribus carnosior, asperiorq;, qui similem fructũ in cacumine parit. Semen utriusq; tostum, ex diluto potum, sistit aluũ, & rubra fœminarũ profluuia. Vrinam cit. Capitisq; dolores facit. Quæ proxima sunt radici folia, tenera, conuenienter illinuntur aduersus phalangiorũ morsus. Aethiopici Iunci semine somnus allicitur. Sed modus in potione seruandus est, ne sopor fiat.

## BARBARI COROLL.

Pli. li. 21. ca. 18. IVnco palustri, Græcos ad funes usos nomini credamus, quo herbã eam appellant, unde funambuli Schœnobatæ ab ijs dicantur. Qui nauigauere in Indos Alexandri milites, Iuncos lapideos uidere per littora simillimos nostratibus. Iunci uterũ turgentem quodã cacuminis callo præferunt: mox cohærentia quædã, uelut oua pariunt, pediculis circa spicaceis, in quibus uascula rotunda, leuiterq; hiscentia, & in ijs semen nigrũ cuspidis effigie, non dissimile Asterisco, dumtaxat exilius, radice longa: quæ crassior multo sit, q̃ maribus cognominatis. Caput huic Cepis, et Gethyo simile, in tegumẽtis modice rubentibus. Iuncus palustris, hoc est, Schœnos Helios, in multa gña concidit̃. Oxyschœnos proprie is est, quẽ marinum Iuncũ uocamus. Sterilem masculũ existimãt, fœcundũ fœminam. Is qui semen nigrũ habet, Melancranis appellatur, quasi Iuncus atriceps, Melancræna dictus Straboni. Vnde funditoribus Balearicis, Amenta, quod & Phileta meminit. Hic sine alijs generibus nascitur ex suo semine: sicut is quem marem noĩamus, ex semetipso, cacumine in terrã defixo. Nam Oxyschœnon, & Holoschœnon, eodẽ cespite, contẽplatum se Theophrastus, & admiratũ scribit. Omniũ radices singulis annis intermori tradunt̃. Holoschœnon Mariscũ a magnitudine (ut puto) nostri uocant: quẽ admodũ & Mariscas ficus: auctore Festo, quæ Græci Busyca, hoc est, grandiores & fatuas ficos. Ob id & Sycomora esse quidã Mariscas uolunt. Hic & ad tegetes, ut Plinius inquit, & oĩno uitilia utilissimus, quoniã mollis carnosusq; sit. Vsus omniũ ad nassas marinas, nexus elegantiã, lucernarũ lumina, p̃cipua medullæ amplitudine iuxta maritimas alpes tanta, ut incisc uentre, impleãt pene unciarũ latitudinẽ: in Aegypto uero cribrorũ longitudinẽ, non alias utiliorẽ: ob id cribrũ significaturi, Iuncũ effigiant, ut inquit Horus. Idem auctor, in Aegypto scribi Iuncis, nec aliter, affirmat. Videtur aũt palustris Iuncus idẽ cum Scirpo esse, nec in fruticũ inquit Plinius, nec in uepriũ cauliumue, neq; in herbarũ alioue ullo q̃ suo gñe numerentur iure. Scirpi fragiles, palustresq;, ad tegulũ & tegetes, e q̃bus detracto cortice candelæ luminibus, & funeribus seruiũt. Firmior quibusdã in locis etiã rigor. Namq; ijs uelificant, non in Pado tantum nautę, uerũ in mari piscator Africo, p̃postero more uela intra malos suspendẽs. Et mapalia sua Mauri tegũt, ꝓximeq; æstimãti, hoc uideant̃ esse, quo papyri usu. Ob id etiã sunt apud nos, qui Scirpos interp̃tentur, q̃s Græci Biblos, id est, papyros uocant. Sed fruticosi gñis sunt Papyri, enodes, & sine fronde Scirpi, leues, proceriq;, ut Festus ait: unde prouerbiũ quoq; natum sit, Nodũ in Scirpo quæri. Habent Græci & alterũ ex Iunci nomine prouerbium ἀ χοινίου φεύγουσι ἀ μεμιλτωμένον, hoc est, Fugiũt funiculũ rubrica tinctũ. Contra reos desidiæ, q; Athenis, qui nõ in tẽpore ad concionẽ uenissent, rubricato fune in foro cõprehensi notabant̃, & mulctabant̃. Huc uidetur allusisse in Penulo poëta Plautus, cum de scortis uilibus diceret,

Vestras schœno delibutas, schœnicolas sordidas,

Hosted by Google

Quanq; & rubricatas, hoc est, fuco litas intelligi uult eas. Est & in uerbo Schœnicola adagiū, A
χίνον διατρώγειν, & ut sint quales Græci χινοτρώγες uocant, hoc est, spartū rodentes: qd ite de iner
tibus & nugarijs, ut Varroni placet, & alienum laborem frustra consumētibus, usurpari solet.
Notum est argumentum illius Ocni, de quo multa in castigatione Pliniana diximus. Scio qs-
dam intelligere, non Shœnum id est, Spartum, sed Lentiscum, hoc est, Schinum rodi ab segni
bus: quia prouerbium id contra eos dici scribant autores, qui nimio se comendi studio super-
fluunt, ac dentibus exterendis & frangendis incubant: qualis in Lentisco Mastiche uis redditur.
Sed schœnotroges tamē in omnibus Græcis codicibus, non schinotroges legas. Sunt q Schœ
notroges a Scilla dictos putent, quā & Aristophanes, & alij Shœnon quoq; appellant, & den-
tibus prodesse constat. Vnde Schœnida Venerem cognominatam Lycophronij sunt qui cre-
dant, q cibo eius accendatur libido: ut Shœnotroges, & Schœniculas hinc quoq; dici meretri
ces autumare liceat. Vel forte Scenicolas ἀπὸ τῆς σκηνῆς, quasi tabernicolæ. Nam & Alicarias,
& Prostibulas uocabant, q circa pistrinulas & stabula uersarentur, ut ait Festus. Scinicolas ab
unguento ait pessimo uocatas, quod Græci Schem dicunt. Habetur & Iuncus Euripice uoca-
tus, & Triquetrus, & Odoratus, in suas quiq; mentiones adeundi.

Euripicem non desunt qui Tropicem appellent inter recentiores: quorum plericq;, ut eru-
ditionis suæ periculum faciant, multis partibus rei latinæ officiunt.

## ¶ De Lichene. CAP. LVI.

LIchen, qui saxis est familiaris, aliquibus Bryon appellatur. Asper λειχὴν
ginosis petris adhæret, ut muscus. Qui illitus sanguinis profluuia sistit. Inflammationes arcet. Impetigini medetur. Iuuat regio morbo correptos, cum melle illitus. Oris & linguæ defluctiones inhibet.

### BARBARI COROLL.

LIchen, siue Lechen est Muscus, de quo hic. Itēq; herba alia nascens in petrosis: nomine utri B
q; inuento, quoniam contra lichenas, remedijs omnibus anteponuntur. Folium herbæ unum Plī.li.26.ca.4.
ad radicem latum, caule uno paruo, longis foliis dependentibus. Vtramq; recentiores herba-
rij Epaticam appellant. Appuli herbam, cuius unum ad radicem folium haberi diximus, Ieco
rariam, siue Ficatellam cognominant, folio succi pleno, & crasso: ita nominatam, quia iocino-
ris fibræ similis aspicitur. Diuersa est eodem nomine apud nos, in littore passim nascens, & oli-
torio foro, ieiuniorū tempore uenalis, hederaceo fere folio, flore purpureo, Lilij pusilli effigie.
Cōuoluit herba se quibus appropinquat. Soluit aluum cocta, & cruda oleris modo accepta.
Sunt & Lichenes sui equis calli, de quibus secundo libro dictum.

### EX M. VERG. COMM.

EOdem nomine malum, & mali remedium græci appellauerunt. Lichen enim impetigo si-
mul, & qui impetigines sanat, herbosus in petris herens Muscus ab eis uocatur: magno argu-
mento, nullo magis præsidio contra eas usuros esse homines. Sciendum tamen, proprium ha
bere genus hunc Muscum ab eo, quo muscantur in torrentibus lapides diuersum. Hic enim in
aridis nascitur petris, crassior aquatico illo, & procerior, umbrosis plærumq; locis, in saxosis
rupibus herens. Vis illi est, ut ueteres græcorum medici decreuerunt, exterendo purgare, me-
diocriterq; siccare, & refrigerare. Idem, quasi pro comperto illis non esset, de cōpescendis san-
guinis eruptionibus, in scriptoris huius fidem id reiecerunt.

## ¶ De Paronychia. CAP. LVII.

AParonychia alijs Adocetos, alijs Neuras, alijs Phrynion, Ro- παρωνυχία
manis Bouinalis, exiguus frutex in petris nascens, Peplo simi-
is, minor longitudine, maioribus foliis. Illita Paronychijs atq; duricijs remedio est.

### BARBARI COROLL.

HAnc, & Neurada cognominari docent autores. Quid aūt sit Neuras muliebribus malis
quæsita Hippocrati, non liquet plane, πρὸς μῦσιν ὑστέρων νεύρην καὶ ἀλιτῆρον καὶ σμῦρναν. Nisi quis
(quod & fere affirmo) non Neurin, sed Nerin, hoc est, Nardum montanum legat.

### EX M. VERG COMM.

FEcerunt & huic nomen absessus, qui ad radices humani unguis fiunt, Paronychiæ a græ-

cis dicti. His em̃ præsenti remedio herba est: eamq; ob causam honoris huius p̃rogatiua, ab antiquioribus herbarijs & medicis ornata, nec alio nomine quondam in uetere medicina cognita est. Describunt, effigiantq; eam nostræ ætatis herbarij, petrosis locis nascentem, ut hic etiam ait, folijs latifoliæ Lauri: duobus, aut cumpluribus quatuor ramulis: inter quæ spicatus flos exit, crassitudine pollicis & longitudine, colore inter flauum & luteum.

## De Chrysocome. CAP. LVIII.

χρυσοκόμη

Chrysocomen barba Jovis

CHrysocome, alijs Chrysitis, alijs Chrysanthemon, nonnullis Amaranton, alijs Diospogon, Aphris Dubath, uel Buchumath, Romanis Iouis Barba appellatur. Palmi altitudine fruticat. Coma speciem corymborum, Hyssopo simili. Radice hirsuta Veratri nigri modo, tenui, Cyperum æquante, gustu non iniucundo, ex austero dulci. In petrosis opacisq; nascitur. Radix excalfacit et adstringit. His conueniens, quos iecur, aut pulmonis inflammatio male habet. Contra purgationes uuluæ, decocta cum hydromelite assumitur.

### BARBARI COROLL.

CHrysocome sine folijs, sine semine, solo scapo, comas habet, fulgore auri, unde nomen. Vocatur & Diosgenia, hoc est, Iouis barba.

### EX M. VERG. COMM.

QVod hactenus in Plinio, latinisq; alijs legerim, nulla inter flores, herbasue Iouis Barbæ nomine planta numeratur. Inter arbores quidem. 16. uolumine, cap. 19. a Plinio his uerbis arbor describitur. Odit aquas, & quę appellatur Iouis Barba: in opere topiario tonsilis, & in rotunditatem spissa. Inter flores autem in Violarum genere. 21. uolumine, cap. 10. & 11. Iouis flos apte ab eodem uocatur. Coronat folio tantum Iouis flos. Paulocq; post. Succedunt illis æstiui Lychnis, & Iouis flos, & alterum genus Lilij. &c. Quinetiam. 27. uolumine, ca. 4. idem Plinius aut eundem, aut alium in Violarum tamen genere florem Iouis Flam̃am uocat. Qualiter flos quem Iouis Flam̃am appellauimus in Violis. Dicimus autem alium, aut eundem eo

D nomine significari a Plinio florem: quoniam Theophrasto diuersi flores sint Διὸς ἄνθος, & φλόξ, id est, Iouis Flos, & Flamma. Plinius autem sæpenumero huiuscemodi miscet, & in tanta naturæ uarietate non semper illi respondet. Quę hactenus dicta a nobis sunt, ut ostendatur, quod in Dioscoride nunc legitur Iouis Barbam dici, a Romanis Chrysocomon, in antiqs non inueniri. Plinius em̃ inter arbores manifeste Iouis Barbã numerat, seorsumq; a Iouis flore, & flam̃a Chrysocomen describit. Negat habere latinam appellationem. Quodq; magis animaduertendum sit, Iouis florem, flam̃amq; inter Violas censeri, & sine odore esse: quod & Theophrastus itidẽ testatus est. Cuius floris nota, omnibus figura est longe a corymbis diuersa, quibus hic & alij omnes Chrysocomem florere dixerunt. In Violis em̃ singuli flores singulis pediculis, & aliqñ ramulis nituntur: in corymbis uero uno pediculo plures. Illi singulares, & plærumq; grandiores: In his aceruus magis, & ueluti grumus florum q̃ flos aliquis est. Licetq; in utroq; genere discrimina hęc passim uidere. Ex his constituendum est proprium, & aliud a Violis genus habere Chrysocomen: quam Plinius Chrysitin uocari etiam ex eo ait, q̃ comantibus fulgore auri corymbis floret. Et hæ tantum plantæ huius legitimæ appellationes sunt, cæteræ falso, & ab imperitis illi accreuerunt. Qui enim potest Amaranthos, aut Chrysanthemos dici flos, qui auri fulgore comantibus corymbis splendet? Cum Amaranthus spica uerius purpurea, q̃ flos sit, & Chrysanthemus alius undiq; a Chrysocome describatur, quemadmodũ nõ multo post a Dioscoride tradetur.

## De Chrysogono. CAP. LIX.

χρυσόγονον

Herba ignota

CHrysogonon, aliqui Chrysosspermon uocant, alij Daspin, alij Origanum, alij Arcophthalmon, Romani Arilariam. Dense fruticat, quernis folijs, flore coronarij Verbasci. Radix ut Rapum extuberat, intus ruberrima, foris nigra, quæ trita cũ aceto, atq; imposita, muris aranei morsibus auxiliatur.

Hosted by Google

EX M. VERG. COMM. A

QVale Chrysogonon hoc sit, & unde facto illi nomine sic appellet, nullibi legisse me memini. Cæteri etiam græci, præsertimq; Paulus Aegineta, quo libro omnem numerat medicam materiam, Chrysogoni huius ad medicinam nullibi meminit. Plinio itidem nulla inter plantas Chrysogoni uox est: similem tamen Chrysocomæ, & alijs a colore auri appellatis nomen facit. Et exquo hic ipse ait Chrysospermon a quibusdam etiam uocari, conijcere licet, non in flore, sed in semine auri colorem esse. Idem enim Chrysogonon, & Chrysospermon est, aurei scilicet seminis herba. Satis ex historia eius patet, qualis hic frutex sit, & qua notarum obseruatione deprehendi possit.

## ¶ De Helichryso. CAP. LX.

HELichryson quidã Chrysanthemõ, nonnulli & id Amaranton uocant, quo Lymphas coronant. Ramulũ habet candidum, uirentem, rectum, firmum. Folia intercedentibus spacijs angusta, Abrotono similia, comam aureæ lucis, in orbem, umbella rotunda, ueluti siccis corymbis dependẽtibus, radice tenui. Nascitur in asperis, & torrentium alueis. Contra serpentium ictus, coxendicum dolores, urinæ stillicidia, ruptaq;, coma e uino pota opitulatur. Ciet menses. Sanguinem concretum uentris ac uesicæ absumit, pota cum mulso folia. Ieiunis, trium obolorum pondere, sistit destillationes, data in uino albo diluto. Vestibus inseritur, ut eas ab erodentium iniurijs tueatur.

ἐλίχρυσον

helichrison fm aliquos est sticados citrinus ve montanus

BARBARI COROLL. B

HElichrysos, & Heliochrysos a Theodoro Aurelia uocatur, ad solis repercussum, comantibus in orbem folijs fulgore auri, a quo nomen. Alij a uirgine Ephesia, quæ hoc flore prima coronauerit Dianam. Coronari eo & Deos Ptolomęus rex Aegypti diligentissime curauit. Vestes odore cõmendat non ineleganti. Existimationem & gloriam parere coronatis flore credit, si unguento se perfundant ex auro, quod Apyron, hoc est, ignem non expertum uocatur. Floret fere cum Viola nigra uere. Flos auri modo fulget. radix summo terræ corio innixa folio cãdido, caule tenui & duro, non ut Theodorus inquit, semine, qui carpon, non caulon in Theophrasto legerit. GALEnus hanc Amaranthi nomine significat, nec aliter uocauit, ob id corymbos eius nunq; marcescere, Plinius scriptum reliquit. Philostratus ex Amarantho coronari sepulturas quoq; solitas affirmat, idq; Thessalos instituisse primos ad tumulum Achillis.

EX M. VERG. COMM.

HElichrysum Plinius in historia pluribus locis, in medicina lib. 21. ca. 25. Heliochrysum eandem aurei floris plantam appellat. Habetq; utriusq; uocis certam primum ex natura causam, tum ex grecis scriptoribus, Poetas, Theophrastumq; autores: quorum illi Helichrysum, hic uero semper Heliochrysum in plantarum historia nominat. Diuersitatis huius causa est: q; q Helichrysum uocant, aquosis & palustribus locis, quæ græci ἕλη dicunt, nascentem florem indicãt: qui uero Heliochrysum, quoniam ἥλιος Sol græcis est, ad solis repercussum aurea luce fulgentem significant. Quæ illi natura est, non aliter q̃ multis alijs, quæ accedente Solis luce, colores suos uariant, et eos qui non sint habere uidẽtur. Quod hic significauit, dicens χρυσοφανῆ, id est, quæ aureo colore & luce se ostendant. Sunt tamen qui utroq; modo enunciatum hunc florem a palustribus locis dictum fuisse uelint: neq; ἡλιόχρυσον, in qua uoce Sol est, uerum ἑλειόχρυσον, in qua palustres loci audiuntur, scribendum esse. Quibus literis in Theophrasto scripta etiam nunc ea uox plærumq; inuenitur. Sed nos in melioribus obseruauimus, a Sole id nomen factum. Acceditq; naturæ causa, quæ illi est, ut Plinius ait, ad Solis repercussum aurea luce fulgere: quodq; hic ait χρυσοφανῆ, id est, aureo colore uideri. Cuius euentus nõ nisi in Sole causa est. Chrysanthemon eundem hic uocari a quibusdam ait ab eodem auri colore, sed ex alio flore: de quo mox dicetur accępta appellatione. Quod sola nominis, & coloris similitudo fecit. Addidit præterea, Amaranthum ab aliquibus Helichrysum etiam dici: non quia spicatus flos sit, qualis est qui proprie Amaranthus dicit, de quo in Chrysocome dictum paulo ante est, sed ab eadem longioris sine detrimento uitæ natura. Quæ enim proprie Amaranthus a græcis nominata est, spica, ut prę mõstrauimus, uerius q̃ flos est, colore purpureo, sine odore, augusto men

se proueniens, in autumnum durans: & qui, quod mirum sit, postq̃ defecere cuncti flores, ma defactus aqua reuiuiscit. Ideoq; antiquis hibernas faciebat coronas. Summa tamen eius naturã in nomine est, ἀπὸ τοῦ μὴ μαραίνεσθαι, id est, qa nõ marcescit a græcis appellati. Ex qua naturę uti, hic etiam ob similitudinem aliquam Helichrysum uocari ait, quia scilicet corymbi eius nun quam marcescunt: eamq; ob causam Deorum simulachra ad longioris temporis ornatum hoc flore antiquitas coronabat: quod cunctis gentibus adeo tunc cõmune erat, ut hic inter notas eius dixerit esse Helichrysum, quo Deorum imagines in templis coronantur. Galenus Amaranthi nomine, ob eam quam diximus causam, semper hunc uocauit: quemadmodum & spicam illam purpuream: ideoq; diligentius ex uiribus & usu in medicina discernendus in eo uter q; hic flos erit. Florere Helichrysum Theophrastus uere ait, una cum Viola nigra. Estq; locus ad extremum sextum eius de plantarũ historia uolumen. Idẽ longius lib. 9. de eodem egit. Quę item a Plinio quoq; reddita lib. 21. cap. 11. fuerunt. Et quorum sit sensus. Gratiam, & uitæ gloriam sibi etiam acquirit, qui Helichrysi flore coronatus, unguento ex auro quod ignem non senserit se insperget. Habet autem Helichrysus florem auri colore, candidum folium, coliculum tenuem & durum, radicem in superficie terræ, eandemq; gracilem. Vtuntur ea cõtra morsus uenenatorum in uino. Vtuntur & ad ambusta, cinerem eius melle excipientes.

## De Chrysanthemo. CAP. LXI.

CHrysanthemon, aut Chalcas, aliqui Chalchitin uocãt, alij Chalcanthon, alij Chalcanthemon, alij Buphthalmõ, Romani Acanthan, Ethrusci Garuleum, Aphri Chursetẽ. Hærba est tenera, frutico sa, lęues proferens caules, & multifida folia, flores supra modum splendentes, luteos, orbem oculi imitantes, unde nomen traxit. Propter oppida nascitur. Cuius caules oleris uice manduntur. Flores cum cærato triti, stẽatomata discutere produntur. Regio morbo correptis, colorem breui reddit, si sequente longo bałnei usu, post exitum ebibatur.

## BARBARI COROLL.

CHrysanthemos, nec forma, nec uiribus a Buphthalmo superius indicata differt: uerba tantum mutata sunt, eodem manente sensu: ut ne Dioscoridis quidem caput suspicentur aliqui. Illud notauero, a Dioscoride quidem uocari hanc etiam Chalcitin, sed an sit eadem quæ Plinio Chalceton in uineis nascens, & iocineri trita imponi iussa, nescio.

## EX M. VERG. COMM.

NOs aliquando cogitauimus, quasi nulla esset Chrysanthemus, aut si sit, eandẽ Buphthalmo esse, nullam capitis huius habere rationẽ: & q̃d nullũ in re esset, nullũ in labore hoc nostro etiam fore. Sed in contrariã traxere partẽ Chrysanthemi primũ nomẽ, q̃d a Buphthalmo aliud Dioscoridi & Plinio est. Mox quę in Chrysanthemo alia a Buphthalmo sunt: habere. s. caules eius leuorẽ, folia incisuris diuisa, nõ ut illa Fœniculi figura, & capillata. Postremo, olerũ mõ in cibos admitti: quod Bupthalmo neq; a scriptore hoc, neq; ab alijs tribuit: et q̃d in medicina relinquẽ dũ nõ est, Buphthalmi foliis cũ cera sanari duricies tumoresq;, Chrysanthemo aũt priuatim Stomata. Accessit his etiã, q; q nobis est, pbatissimę & antiqssimę fidei græcus Dioscorides multa toto hoc capite diuersa habet. Quã em̃ cęteri codices a Romanis Acanthã uocari Chrysanthemõ ostẽdunt, ille Caltã habet. Et quæ illi πολυχιδῆ φύλλα, hic προχιδῆ. Quodq; in floris pictura passim legit, καὶ ὀφθαλμὸν κυκλοτερῆ, in eo non est. Sic etiam in medicina & remedijs, q; soli flores fel le suffusis mederi dicunt, in eo folia & flores legunt. Tantaq; est uarietas, tantaq; ex uarietate suspicio oritur, ut esse Chrysanthemon a Bouis oculo aliã credamus: et quę ex Bouis oculo illi accreuerint, ab imperitis & ex similitudine diuersas plantas miscentibus, accreuisse. Variant em̃ in sermonis ductu, rerumq; serie scriptoris huius exemplaria: & quo antiquiora sunt, eo certior rem coniecturam faciunt, fuisse q̃ndam per se, & adhuc esse, Chrysanthemon a Bouis oculo diuersam. Accedit his Plinius etiam uicesimo sexto uolumine, capite octauo, Chrysanthemum priuatim nominans: perijsseque huic capiti quæ propria Chrysanthemi erant: succesisseque illis ex Bouis oculo, quæ eius propria erant, facile crediderit aliquis. PLINIVS enim Chrysanthemo ad uesicæ uitia utitur, quorum nulla in hoc capite inter alia Chrysanthemi remedia ratio habita est. Qualia obseruari a nobis hæc potuerunt, talia etiam docentur. Cupimus tamen cuncta a nobis hoc capite dicta, suspiciones, coniecturasq;, nõ decreta haberi,

Hosted by Google

Neq; enim alio consilio dicta longius a nobis fuerunt, q; ut labore hoc nostro, quicunq; is est, ad ueritatis eruscationē cæteri facilius proficiant. Qui illud etiam meminerint, credere nos cunctas Chrysanthemo adiectas appellationes, a uoce illa Chalca incipientes, alterutram habere rationem & causam. Aut enim ob luteum medij floris colorem, a simili & concolori æris metallo, quod græci chalcon dicunt, factæ fuerunt: Aut, quod nos magis probamus, quoniam Buphthalmo pariter, & eadem Chrysanthemos Chacla a quibusdam credita & dicta fuerit, ex eo nomine cæteræ illæ omnes Chrysanthemi appellationes, corruptæ tamen fluxerunt. A

## ¶ De Agerato. CAP. LXII.

AGeraton fruticosa hærba est, palmari longitudine assurgens, ἀγήρατον
simplex, humilis, Origano non dissimilis. Vmbellam gerit, in qua flos bullis aureis emicat, Helichryso minor. Nomen ei inditum est, quoniam diutissime flos in sua coloris specie conseruetur. Vis decocti feruens. Huius ustæ nidor urinam cit, & uuluæ duricias emollit.

### EX M. VERG. COMM.

IN latinis sub hoc nomine nulla, quæ nota nobis sit, plantæ huius historia est. Græci uires discutiendi habere eam tradiderunt: & præter id, leniter inflammationes arcere.

## ¶ De Verbenaca. CAP. LXIII.

VErbenacam rectam, Græci Peristereona uocant, alij Trigoniō, περιστερεών
alij Bunion, alij Hierobotanē, alij Philtrodoten, Aegyptij Pem B
sempe, Magi Iunonis Lachrymam, nonnulli Mustellæ sanguinem, alij Sanguinem Mercurij, Romani Cristam gallinaceam, alij Pheriam, alij Trixalidem, alij Exuperam, aliqui Hærbam sanguinalem. Nascitur in aquosis. Nomen ex eo duxisse uidetur, q; columbæ circa hanc perq; libenter nersari soleant. Palmi altitudine, & interdum amplius adolescit. Folia e caule prodeunt incisa, & subalbida. Ea singulari ramo, radiceq; sola constare sæpius inuenitur. Folia cum suillo adipe recenti, aut rosaceo imposita, uuluarum dolores finire putātur. Ignem sacrum illita ex aceto reprimunt. Putrida ulcera cohibent. Vulnera glutinant. Veteraq; ex melle, ad cicatricem perducunt.

### BARBARI COROLL.

PEristereon a Græcis uocata, q; columbæ in ea mansitēt. Item Peristerium, unde Columbaris uocatur. Itē Lucinia, & Lustrago, & Militaria. Sunt qui Peronomō a uolucrū pastu noient, & a colorū uarietate Panchromon, a nostris Verbena, & Verbenaca, siue (ut arbitror) corrupte Verminaca dicitur. Item Ferraria, non feria, etiamsi Dioscorides ita noīasse uideatur: quandoquidem secundum huius herbæ genus ab ipsomet Dioscoride Sideritis appellatur. Hac & Iouis mensa uerrebatur. Verbenam porro & sagmina, Romani, hoc est, gramen ex loco sacro, præsertim ex arce Capitolij, cum sua terra euulsum, in publicis remedijs, & in sacris legationibus, cum ad hostem clarigatumq; mitterentur, ferebant: coronatis ita fecialibus & patre patrato, uel fœdera facturis, uel bella indicturis. Sed omnes quoq; frondes sacratas, purasq; per abutionem Verbenas uocabant. Dioscorides duo facit genera, rectum, & supinum. Plinius marē, & fœminam. Mari caules reddendo plures & tenues, itemq; cubitales & angulosos: demū quę cumq; Dioscorides supinę, nisi q; rariora mari folia q; fœminæ adjcit. Quidam nō distinguūt, sed unum omnino genus tradunt. Vtraq; fortiunt galli, & precinunt responsa. Hac perunctos, Magi putant impetrare quę uelint, amicitias conciliare. Colligi circa canis ortum debere: ita, ut neluna, aut sol cōspiciat, fauis ante & melle terræ ad piamentū datis: circūscriptam ferro effodi, finistra manu, & in sublime tolli. Siccari in umbra separatim folia, caulem, & radicē. Vtriq; genus in planis aquosis nascitur. Diuisuræ foliorū utriusq; similes quidem omnino quernis, sed maiores. Rectum erui præcipitur, sole arietis signum meante. Non quidē ad omnia, sed ad me- Plin. li. 25. ca. 9

C dicamentum illud, quod propterea Criogenes paſtillæs dicitur.

EX M. VERG COMM.

NVlla in toto herbarum cenſu Romanæ nobilitatis plus habet q̃ Verbenaca. Vna enim hac domus purgabat, luſtrabatur familia, & Iouis menſa ad ſacrificium & epulas uerrebatur. Vna autoribus Romani imperij, conditoribuſq; imenſum quiddam dedit. Non aliunde ſagmina in remedijs publicis, & in ſacris legationibus Verbenæ, q̃ ex hac genti illi fuere: qua corona ti ad hoſtes clarigatiq; mitterent: ideoq; ſacra Herba uulgo dicta, & cognita. Romani Verbenacã, q̃ ſola & p̃ ſe uerbenas faceret, dixerunt, Gentiũ iura, & publicę utilitatis cauſã ſecuti. Græci, quibus nulli feciales erant, nec idem in legatis ritus, naturam contemplati, Periſtereona nominauerunt, a columbis, ut hic ait, facto nomine: q̃ hæc auis libenter inter eam uerſetur.

Plí. li. 22. ca. 2

## De ſupina Verbenaca. CAP. LXIIII.

ἱερὰ βοτάνη

SVpinam Verbenacam aliqui ſacram Hærbam appellant, alij Erigenion, alij Chamælycon, alij Sideritin, quidam Curitin, alij Perſephonion, alij Iouis colum, alij Dichromon, alij Callefin, alij Hipparifon, nonnulli demetriada, Aegyptij Penphtheuphtham, Pythagoras Eryſiſceptron, Romani Cincinallẽ. Ramulos emittit cubitales, aut maiuſculos, angulosos, in quibus ex interuallis folia Quercus, ſed minora anguſtioraq;, eiſdem diuiſuris in ambitu, colore aliquatenus cæſio. Radix longa, tenuis. Flores purpurei, graciles. Folia cum radice in uino pota, illitaue, aduerſus ſerpentes pollent. Eadem drachmæ pondere cum turis obolis tribus, in uini ueteris hemina, quadragenis diebus ieiuno ore, contra regium morbum bibuntur. Veteres tumores, & inflammationes mitigant. Sordida ulcera purgant. Tota in uino decocta tonſillarũ
D cruſtas abrumpit. Oris nomas gargariſatu cohibet. Aiunt, ſi aqua ſpargatur triclinium, qua maduerit, lætiores conuictus fieri. Datur potandum in tertianis febribus, tertium a terra geniculum, cum folijs circumdantibus, quartanis quartum. Sacram uocant hærbam, quoniam multum ad amuleta, expiationeſq; commendetur.

BARBARI COROLL.

PEriſtereon hyptios, hoc eſt, ſupina, frequentior eſt q̃ ſuperior. Latiſſimus eſt quorundã error, exiſtimantium Verbenam & Periſtereon priorem eſſe: quam olitores Sclaream modo uocant: de qua ueteres nihil dixiſſe (quod ſciam) uehemẽter miror. Folium ei Betæ lanuginoſum, ſerratumq; in modum criſtæ: flos ſpicaceus, e ceruleo purpureus, odorata tota, & uulgaris. Niſi quis hanc Alectorolophon, id eſt, criſtam gallinaceam interpretetur. Alectorolophos inquit Plinius, folia habet ſimilia criſtæ gallinaceæ plura, caulem tenuem, et ſemen nigrum in ſiliquis. Mutat colorem, ſed ex nigra albicare incipit, & intumeſcit, ac exit. Vtilis tuſſicẽtibus & oculorũ caligini. Solidum ſemen conijcitur in oculum, nec turbat, ſed in ſe caliginem contrahit. Hęc Plinius. Hoc quidem ipſum facere uidetur ſemen eius, quam uocant herbarij Sclaream. Folio criſtæ ſimili, ac nigro ſemine: uerum non in ſiliquis, ſed in folliculis, ſiue capitulis poſt florem. Niſi quis ſiliquas in Plinio pro uaſculis quibuſcunq; accipiat.

EX. M. VERG. COMM.

SVperiorem Verbenacam græci, q̃ recto caule riget, Rectam: hanc q̃ deiectis in terram ramulis quaſi iacet, Supinam uocauerunt. Nec ſolum inter eas hoc diſcrimen obſeruatum abillis eſt, ſed, ut ex utriuſq; hiſtoria licet eognoſcere, plura alia ſunt quibus inter ſe diſconueniant: preſertimq; numerus, & longitudo ramulorum. Quod idem ambabus eſt, & quod cognominẽs eas fecit, foliorũ figura, & in folijs pares inciſuræ ſunt. Vidimus nos, quã nunc rectã Verbenacam dicunt, multo maiore altitudine q̃ dodrantali: contraq; Supinã longe breuioribus q̃ cubitalibus uirgis: & in utraq;: q̃d in ſcriptore hoc nõ legit, quadrãgulis ramulis: Rectã itidem ſingulari caule, ſed non ſingulari radice; niſi hic unam eius radicẽ forte dixerit, quę craſſior a-

lijs est: cæteras uero fibras & capillamenta magis q̃ radices esse uoluerit. In utraq; autẽ quod paulo ante diximus, eadem serrata, & quernis similia folia sunt. Visæq; nobis plantæ hæ sunt magis ad Plinij, q̃ ad scriptoris huius picturam accedere. A

## ¶ De Astragalo. CAP. LXV.

Astragalum aliqui Chamæsycen, alij Gatalen, alij Onyca uocant, Romani Pinum triuiam, aut Ficum terrę, aliqui Glandulam, alij Thium, alij Nonariam. Astragalus paruus in terra frutex, folijs & ramis lupino similis, flore purpureo, paruo, radice rotunda, Rhaphani modo grandi, quæ adnatas appendices firmas habet, nigras, præduras, ueluti cornua inter se implicatas, gustu adstringentes. Nascitur in uentosis, opacis, & in uallibus. Eo Memphis Arcadiæ scatet. Aluum sistit radix in uino pota. Vrinam mouet. Vetustis ulceribus, sicca efficaciter inspargitur. Sanguinem supprimit. Aegre propter duriciam tunditur. ἀστράγαλος

### BARBARI COROLL.

Astragalus aliter a Plinio describitur, folio longo, incisuris multis, obliquis circa radicem, caules terni, aut quaterni, foliorũ pleni, flores Hyacinthi, radices uillosæ, implicatæ, rubentes, præduræ. Nascitur in petrosis, & Arcadiæ Peneo, siue ut Galenus & Paulus, Pheneo. Colligitur exitu autumni, cum folia amiserit. Siccatur in umbra. Pli. li. 26. ca. 8.

### EX M. VERG. COMM.

Ex Arcadia, si forte adhuc nomine hoc illic cognoscitur, Astragalus repetenda. Italiæ em̃ aut nulla, aut tam rara modo est, ut a nullo cognoscatur. Nomen illi, ut uidetur, radix fecit rotunda, duraq; & ob id animaliũ talo similis. Id enim Astragalus græcis est: a quo quibus pueri quondã luderent, non cubi, tesseræue dicti sunt, sed tali: quibus Ganymedem & Cupidinẽ Apollonius finxit in cœlo colludentes: & Plinius Astragalizontas Polycleti opus appellauit, in quo si Apollonij carmen lib. 3. in Medeæ amoribus diligenter aliquis, ludiq; genus obseruauerit, uictoriæ pręmium potius q̃ fortunæ & ludi instrumentum Astragalos esse intelliget. Locus in eo poẽta uidendus his, qui in antiquitatis cognitione diligentiores haberi uolunt. Cur autẽ Astragalum hanc Chamæsycen Græci, Latini uero Ficum terræ dixerint, in Chamæsyce certius intelligetur. Radicis enim similitudo, cognomines, diuersas alioquin plantas, fecit. Vocarunt præterea ab eadem rotunda crassitudine Romani Glandulam, manifesta rei indicatione. Nasci eam nos in Phæneo Arcadiæ, non in Memphi diximus: quoniã nulla est Memphis Arcadiæ. Et Plinius in Phæneo prouinciæ eius oppido nasci testatur: & præter Plinium uetustissimi & optimi græcorum codices ἐν φαινεῷ adhuc habent. B

## ¶ De Hyacintho. CAP. LXVI.

Hyacinthum aliqui Heloniam, alij Porphyrantes, Romani Vacinum, alij Vlcinũ uocant. Folia habet Bulbi, dodrantalem caulem, minimo digito tenuiorem, hærbaceum, comam procumbẽtem, florum purpureorum plenam, incuruam, radicem bulbaceam. Quæ ut creditur, pueris cum uino albo illita, pubertatem coërcet, & non patitur erumpere. Sistit aluum. Pota urinam impellit. Phalangiorum morsibus auxiliatur. Semen adstringentius est, theriacis expetitum. Regium morbum emendat, cum uino potum. ὑάκυνθας

### BARBARI COROLL.

Hyacinthi, cũ Viola nigra erũpunt uere, sed ante Rosam, ut fere oĩa, quæ in coronas a mõtibus petunt̃. Exeunt & cũ Gladiolo, sed eximie in Gallia, ubi & Hysginũ eo tingit̃. Nã colos in ueste Hyacinthinus, nõ ex hoc tantũ Hyacintho, ut fere credit̃, sed e Viola, q̃ syluestris Hyacinthus quoq; dicit̃, traxisse nomẽ uidet̃, Plinio utiq;. Nisi q̃s in eo Ianthinũ malit, q̃ Hyacinthũ legere. ut Martialis, Pli. li. 21. ca. 11.

Coccina famosæ donas, & Ianthina mœchæ.

C De quo in caſtigatione Pliniana diximus. Hyacinthi & albi & ferruginei, hoc eſt, cerulei uiſuntur. Nam & lapis frutici cognominis ceruleo nitore fulget, ut Solinus inquit, ut qui colorē cœli dixerunt Hyacinthinū, de ceruleo uideant accæpiſſe. Porro tam ſylueſtres, q̄ urbani plurimū durant. Comitatur florē hunc duplex fabula, luctum præferēs eius, quē Apollo dilexerit, aut ex Aiacis cruore editum: ita diſcurrentibus uenis, ut græcarū literarum figura ea legatur inſcripta. Pauſanias florem qui natus ſit extincto Aiace apud Salamina, credi refert editum primo, nec Hyacinthū, ſed literis Hyacintho ſimilem uideri ex cādido rubentē, ac Lilio minorē. Idem auctor Coſmoſandalon dici florem apud Hermionenſes Tröezenijs confines, quem ipſe Hyacinthū uidetur interpretari. Eo flore coronatos feſta, quæ Chthonia uocāt, agere. De Coſmoſandalis & Cratinus & Clearchus. Palladius Hyacinthum, & Irim, & Gladiolum a ſimilitudine foliorum uocari dicit. Qui Seruium grāmaticum accuſant, q̄ Hyacinthum eſſe dixerit, quē Virgilius Vacinium in carmine uocarit, Dioſcoridem accuſant, affirmantem Hyacinthum a Romanis Vacinium appellari. Plinius quoq̄, Vacinia inquit, aucupijs Italiæ ſerūtur, Galliæ uero etiā purpurea tingendis ſeruorū ueſtibus. Item alibi. Tranſalpina Gallia herbis Tyrium atq̄ Conchyliū tingit, omnesq̄ alios colores. Item alibi. Mire inquit Hyacinthus in Gallia prouenit: quo ibi pro Cocco Hyſginū tingitur. Eſt autē Hyſginus color, a quo Græci ueſtes Hyſginobaphes appellant, hoc tinctas colore. Quo fit, ut recte ſenſerit grāmaticus hac parte, Vacinium Maroni pro Hyacintho acceptum fuiſſe. Nec obſtat, q̄ nigra dicat poēta: quando purpuream quoq̄ Violam, eſt ubi auctores nigram uocare ſoleant.

EX M. VERG. COMM.

PAlladius primo ſui operis uolumine, capite. 37. Hyacinthum cum Iride his uerbis miſcuit. Hyacinthum, qui Iris, uel Gladiolus foliorum ſimilitudine dicitur. Obijciet forte mihi hoc loco aliquis, non eſſe multum Palladio tribuendum, nec poſteriori ſcriptori, & qui degenerante iam decliuiq̄ latini ſermonis candore ſcripſerit, contra antiquiorum dicta fidem habendam. Multa enim in eo ſunt, præter multa etiam contra Romanorum uocum proprietatem, dignitatemq̄. Fatemur id nos, concedimusq̄. Non tamen adeo negligendus ſcriptor, nec tam longo interuallo ab antiquitatis candore illo diſtans, ut non ueſtigia ſaltem in eo, & coniecturæ a-
D liquæ ſuperſint, quibus deprehendi antiqua ueritas poſſit: accedentibus præſertim meliorū, & antiquiorum ſcriptorum teſtimonijs aliquibus, & rerum neceſſitatibus. Cogitādum illud etiam in nominum mutationibus, quæ quotidie a gentibus fiunt, ſic plærunq̄ priora nouis cedere, ut aliquæ ſemper ſuperſint in nouitate uetuſtatis reliquiæ: aut mutationis ſaltem cauſſæ in illis intelligantur. Necq̄ ut inquit Heſiodus, penitus uanam perire famā illam, quam, ut ipſe ait, multæ famigerant gentes, Iſq̄ ego ſum, qui non facile perſuadear, quæ de Iride & Hyacintho dicta a Palladio eo loco ſunt, temere penitus dicta exiſtimari debeant: ſed ut in huiuſcemodi fit, mutata penitus nominis potius, q̄ rei æſtimatione, quod fuerat commune Iridi & alteri flori, Hyacinthi nomen aliquando, quo tempore ille ſcribebat, ad ſolam Irim contractum fuiſſe. Vtorq̄ ad hanc rem huiuſcemodi coniecturis, Columellæ primum auctoritate: qui eo quo diximus libro & capite de Apium paſtionibus agens, & quibus floribus præcipue gaudeant, & generoſum mel conficiant, inter cætera Hyacinthum numerauit: addiditq̄, cœleſtis numinis: quæ duæ uoces in graui ſcriptore non aliam ut credimus habent rationem, q̄ ut Hyacinthum, quem ille Apibus circa aluearia conſeri iubebat, ab alio, uulgariq̄ Hyacintho, & inutili Apibus, ea honoris nota diſtingueret: appellaſſeq̄ Hyacinthum cœleſtis numinis, quem Palladius dixerat, Hyacinthus qui Iris & Gladiolus dicitur. Necq̄ immerito maleue Irim Hyacinthum cœleſtis numinis dixiſſe credi poteſt: quando Iris cœleſte numen eſt Iunonis nuncia, & inter cœleſtia phænomena ex admiratione hominum diuinitatis particeps. Nec aliud, iudicio noſtro, intellexiſſe ea nota Columella uidetur, q̄ non eſſe ſimpliciter Hyacinthum circa aluearia conſerendum: ſed Hyacinthum cœleſtis numinis, id eſt, is qui a cœleſtis numinis nomine etiam indicatur. Ratiocinariq̄ (ſi ſic intelligendus Columella ſit) oportet, cōmune Hyacinthi quondam nomen, & Iridi & Hyacintho priuatim dicto fuiſſe. Nec tantum duobus his floribus, ſed figura Iridi ſimilibus, licet colore diuerſo plærisq̄ alijs. Quod ex eodem Columella in carmine ſuo manifeſte cognoſcitur, cū ait. Nec non uel niueos, uel ceruleos Hyacinthos. Quo colore flores Hyacinthi nomine indicari proprie non poſſunt. Siquidem purpureo flore Hyacinthus, non candido, aut ceruleo eſt. Credimusq̄ nos, in Hyacinthis quondam eueniſſe quod in Violis: in quibus quemadmodū in Iaſme primo uolumine teſtati ſumus, figura, floriſq̄ forma, non color genus faceret. Sed hoc latius patet, q̄ res noſtra modo exigit.

## ¶ De Papauere erratico. CAP. LXVII.

A

μήκων γοιάς

papaver erraticum. Rubeum papaver

PApauer erraticum, quod Rhœam uocant, nonnulli Oxytonon, Romani Papaueralem, Aegyptij Nanti, uere quidem in aruis cum hordeo nascitur, flore protinus deciduo, unde & nomen apud Græcos accæpit. Folia Erucæ, aut Origano, aut Cichorio, aut Thymo similia spectantur, sed longiora, diuisa, scabra. Iunceus ei caulis, rectus, cubitalis, asper: flos syluestris Fremij, puniceus, interdum albus, oblongum caput, sed q̃ Fremij minus: semen ruffum, radix longa, subalbida, minoris digiti crassitudine, gustu amara. Huius capita quinq; aut sex, in uini cyathis tribus ad dimidias decocta, potui dabis, quibus somnus accerseuolus est. Semina acetabuli mẽsura ex aqua mulsa pota, aluum leniter emolliunt. Ad idem præstandum mellitis rebus, & dulciarijs ammiscetur. Folia cum calycibus illita, inflammationes sanant. Eorundem fotu & perfusione, somnus allicitur.

### BARBARI COROLL.

PApauer Rhœas, hoc est, erraticũ, capite, ut Theophrastus inquit, unguis pollicaris amplitudine. Legitur uiridiusculũ ante messem ordei. Hoc & satiuis ascribitur: q̃q̃ inter syluestria & satiua melius fortasse, quasi medium constituas, quoniã sponte quidem, sed in aruis nascatur. Admonendi tamen sumus, Rhœadis cognomento non hoc tantũ Papaueris genus uenire solitum, sed & alia duo syluestria, ut mox liquebit: hoc quoniam flores eius breui decidant, illa quoniam fluat ex ipsis, conuulnerato scapo succus lacteus, Opion appellatus.

Pli. li. 18. ca. 25. 19. cap. 8. 20. cap. 18.

### EX M. VERG. COMM.

COmparãtur in scriptore hoc inuicem Papauer erraticum hoc, & Anemone, de qua secundo uolumine a Dioscoride, & a nobis actum longius est. Et ut in similibus fit, quorũ reciprocæ notæ sunt, Papaueri huic eadem dicta & credita Anemone est, Anemoneq; contra Papauer hoc. Illa agreste nigrumq; Papauer, & Meconium uocari dicta est, hoc manifeste syluestri Anemone simile dicitur. Præsenti nec negligenda dubitatione, quales duo hi flores sint, quibus locis inueniendi, quibusq; nominibus priuatim indicandi, & quod tota hæc res modo exigit, quodnã Papauer hoc erraticum sit. Diximus in Anemones cõmentationibus nostris longius, quæ tunc pro illa dici potuerũt. Inter quæ præcipuũ illud fuit, non uideri nobis, priuatim Anemones uoce, rubrũ Papauer (sic em̃ modo erraticum hoc appellamus) indicari posse: quoniã quæ de Anemone in antiquorum cõmentarijs legerẽtur, rubro Papaueri non omnia competerent: ideoq; credere nos, aliã ab illo Anemonẽ esse. Vsiq; post multa aliaad eam rem sumus capitis huius, & in eo erratici Papaueris historia & descriptione. Quæ tota eius esse floris manifeste cognoscitur, qui ruffo colore, & aliquãdo candido, paucissimis folijs, sed his amplioribus, quocunq; pulsu & iniuria deciduis, in triticea & hordeacea segete, Maio præsertim mẽse floret. Nihil enim naturæ exemplari illi in hoc scriptore deest, qui multa breuitate complexus omnia est: deciduũ protinus florem, uernos ortus, natalem locũ, arua & segetes, & quæ alia illi ab eadem natura accæpta adscribuntur. Quodq; animaduertat aliquis, sponte sua nasci: cum plærunq; Papauer omne satiuũ sit. Quod solum afferri contra possit: crediq; utilius, aliquod Papaueris hoc genus esse illud est quod hic ait. Quo tempore etiam colligitur, cuius laboris & operæ nulla est in erratico hoc nostra ætate ratio & usus. Sed non est ex usu hominum ratio in natura accipienda. Mutãtur enim quotidie quæ homines agunt, placuitq; quondam quod nunc in nullo honore est: rursusq; multa in honore modo sunt, quæ futuris seculis, aut nulla, aut inutilia habebuntur. Præterea si seruandum semen eius ad medicinam & dulciaria fuerat, tunc legi oportebat cum maturuisset. Meminisse illud etiam necesse erit, cum ab Anemone diuersum Papauer hoc ostẽdere aliquis cogitabit, in toto Papauerum genere florem in purpureo candidum esse, abundareq; in eo candorem, in hoc autem ruffum, aut album colorem totum esse: in hoc oblongum caput describi, breuiusq;, & minus q̃ in Anemone. Quod si recipiendum est, manifeste indicat, Papauer hoc in aruis, & in segetibus nascens illud esse. Nullum em̃ inter Papauera omnia minore capitulo est. Quod intelligens Theophrastus, ma-

B

Cgnitudine humani unguis esse dixit. Meminerit etiam, in Anemone plures numerari colores: in hoc autem duos tantũ, ruffum, & candidum: & ne longiores simus, plura alia inueniet discrimina, quæ collata inuicem, duorum florum duplici historia facillime deprehendentur. Nos interim ex Theophrasto libro nono de plantarũ historia, monebimus ijsdem notis, omnibus idem hoc Papauer, & his uerbis describi. ἑτέρα δὲ μήκων ῥοιὰς καλουμένη. παρομοία κιχωρίῳ ἀγρίῳ διὸ καὶ ἐσθίεται. ἐν ταῖς ἀρούραις δὲ φύεται, καὶ μάλιστα ἐν ταῖς κριθαῖς. ἄνθος δὲ ἔχει ἐρυθρόν, κωδίων δὲ ὅσην ὄνυχα τοῦ δακτύλου. συλλέγεται δὲ πρὸ τοῦ θερισμοῦ τῶν κριθῶν ἐμχλωροτέρα δὲ μᾶλλον. Quorũ sit sensus. Alterum uero Papauer, quod Rhœada uocant, syluestri Cichorio simile est: eamq; ob caussam comeditur. Nascitur in aruis, maximeq; inter hordea. Florem habet rubentem: uasculum quantitate unguis digiti. Colligitur ante demessum hordeum uiridior adhuc. Non potest Theophrasti historia hac aptius quicquam ad hanc rem excogitari. Cur autem Græci Rhœada Papauer hoc nominauerint, caussam hic attulit: Quia protinus folia illi decidant, non plantæ, sed floris. Nihil enim minus hoc flore tenax est: & ἀπὸ τοῦ ῥεῖν, quod est fluere, ῥοιάδια Papauer hoc dictum fuit. Latini, ut hic inquit, Papaueralida diminutiua in græcis forma appellauerunt. Sed hæc posterior uox est, & in latino nomine a græcis formata. Plinius erraticum Papauer uocauit, eadem ratione qua cætera in plantis erratica a latinis dicta fuerunt, sponte sua passim, incultisq; locis, & nullo humano opere nascentia. In comparatione foliorum deinde, credimus abundare insertas imprudenter ab aliquo plantas aliquas. Theophrastus enim syluestri tantum Cichorio comparauit.

## ¶ De Papauere satiuo. CAP. LXVIII.

μήκων ἥμερος

PApauer satiuum aliqui Chamæsycen, alij Oxytonon appellant, Romani Papauer, Aegyptij Nanti. E satiui genere, quoddam hortensium est, cuius semen in panem densatur, qui sanis in usu sit. Eo etiam ex melle pro Sesama utuntur. Thylacitin uocant. Capitulum habet longum, & semen candidum. Syluestre uero, caput insidens, demissumq;, & nigrum semen. Quod Pithitis nominatur. Nonnullis tamen & ipsum Rhœas dicitur, quoniã eius scapo lacteus succus emanat. Tertium magis syluestre, & ad medicinas ualentius, multo his longius, productiore capitulo. Omniũ in commune natura refrigeratrix. Quare si capita ipsa, & folia decoquantur in aqua, somnum fotu conciliabunt. Bibitur decoctum contra uigilias. Calyces cum polenta triti, & cataplasmatis ammisti, ignibus sacris, & inflammationibus prosunt. Tundun tur quoq; uirides, & digeruntur in pastillos, qui siccati ad usum recon duntur. Capita quoq; in aqua coquuntur ad dimidias, iterumq; adiecto melle, dum humor cõeat in eclegmatis lentorem. Id medicamentum in tussi, arteriæ fluctionibus, & cœliacorum affectu, doloris leuamentum præbet. Efficacius tamen redditur, addito Hypocystidis succo, & Acacia. Papaueris nigri semen tritum cum uino bibitur contra citam aluũ, & fœminarum profluuia. In peruigilijs fronti, temporibusq; illinitur, ex aqua. Opium eius magis refrigerat, inspissat, siccatq;. Sumptum Erui magnitudine, dolorem finit, concoquit, & somnum allicit. Tussi atq; cœliacorum ualetudini auxiliatur. Verum si copiosius hauriatur, nocet, cum lethargicos efficiens interimat. Ad dolores capitis, cum rosaceo perfusum efficax est. Aurium dolori, cum amygdalino, myrrha & croco instillatur. Inflammationibus oculorum cum torrefacto oui luteo proficit. Igni sacro, & uulneribus cum aceto, podagris cum lacte muli-

Hosted by Google

eris, & croco. Somnum accersit, subditum sedi pro Balano: Optimũ habetur graue, & densum, gustu amarum, odoratu soporiferũ, quod facile aqua diluitur, læue, candidum, necꝙ asperum, necꝙ grumosum, quod inter colandum non ut cæra cõeat, & in sole diffundatur. Dein admotũ lucernis non atra luceat flamma, extinctum denicꝙ odoris uim conseruet. Sed Opion glaucio, gummi, aut sylueſtris lactucæ succo, adulterant. Verum glaucio ſucatum in dilutione croci colorem reddit: lactucaceo succo fictum exiliter spirat, & asperius spectatur. Gũmi uitiatum, splendescit, & infirmũ est. Nec desunt qui eo dementiæ deuenerint, ut adipem ei admiscerent. Fictili nouo torretur, ad oculorum medicamenta, dum mollius, atꝙ ruffius appareat. Diagoras, ut Erasistratus author est, usum eius damnauit, oculorũ lippitudinibus, & aurium uitijs infundi uetans: quoniam uisus aciem hebetaret, & soporem gigneret. Addidit Andreas, illitos eo, protinus excæcari, si non adulteraretur. Mnesidemus usum dumtaxat olfactandi probauit, quoniam ad conciliandum somnum conueniret: alioqui nobis, ut noxio interdicit. Quæ cõmenticia esse, experimento deprehendũtur. Siquidem effectus uiriũ huiusce medicamenti, fidem faciunt. Quare non alienum fuerit scriptis mandare, quo nam modo is excipiatur succus. Aliqui capita ipsa & folia tundunt, & prælo exprimunt, terentesꝙ in mortario, digerunt in pastillos. Id Meconium uocatur multum Opio ignauius. Porro Opij faciundi ratio hæc est. Cum ros in eo exaruerit, cultro circumdante asteriſco, ne penitus adigatur, ex obliquo in rectum summam cutem incidere oportet, lachrymam exeuntem, digito in concham abstergere. Nec multo post redire, ut concreta inueniatur. Etenim quæ tum, aut postero die etiam offenditur, in uetere pila teri debet, & in pastillos cogi. Cum tamen inciditur, retrocedendum est, ne uestibus succus deradatur.

A

B

## BARBARI COROLL.

SAtiuũ omne magis rotundat capita: id sylueſtri longũ, ac pusillum, ad effectus oĝs ualentius. Optimũ in siccis, & ubi raro pluit. Papaueris satiui tria fecere gña. Candidum, cuius semen tostum in secunda mensa, cũ melle tragematis loco edebatur. Hoc, & panis rustici crustas, ouo affuso cõmendabat. Alterum nigrum, cuius scapo inciso lac exprimitur. Tertium Rhœas, de quo diximus: cꝙcꝙ nisi maturuisset, edomitum existimari nullo modo posset. Galenus & Dioscorides Papaueris genera sex enumerant. Rhœada, Ceratitin. Aphrodes, Satiuum, siue Thylacitin, & duo alia sylueſtria. Capite sessili unum: oblongo alterum: quæ & Rhœdas uocant aliqui: propterea q; e duobus ijs quæsitum lac, scapo inciso fluat.

Differt Meconiũ ab Opio, si proprie loquaris, sicut apud nos succus a lacte, q̃d & sapor, & lachryma quoꝙ dicitur. Succus & Meconion uocat, qui decocto, uel crudo Papauere, ut in cæteris exprimit. Lac uero & Opion, quod caule inciso manat e Papauere nigro, ut Diagoras suadet, cum turgescit, ut Iollas cum defloreſcit. Incidi iubent sub capite & calice: nec in alio genere ipsum inciditur caput. Humor hic, & herbæ cuiusꝙ lana excipitur: aut si exiguus est, ungue pollicis, aut lactucis, & postero die magis; quod inaruit pastilli siccantur in umbra. Accenditur syncerũ difficilius, et crebro extinguit. In aqua innatat nebula. Aestiuo sole sudat, et se diluit, donec simile recenti succo fiat. Confictum in posca cõit. Mnesides optime seruari putat, Hyoscyami semine adiecto. Alij in Faba. Adulterat hoc Alexandrię. Thebanũ Opium celebrari ad multa uideo: pſertim in collyrijs duobus, q̃ Lynceus, & Proteus, ab Aegineta Paulo eo-

differentia inter meconion & opion

Cgnominãtur. Sicut Hermolaus & Antoninus, ab Aetio, in quæ non Opiũ modo, sed Acacia quoq; poscit ad repercussum. Achaicũ quoq; Asianũq; Opiũ auctores Græci noïant.

¶ De corniculato Papauere. CAP. LXIX.

μικῶν κερατίτις

papaver cornutum. herba quam officine pro glauco ostendunt post chelidonia que in non est bene glaucus.

PApauer, Ceratidem, id est, Corniculatum, aliqui Paralion, alij sylueſtre Papauer, alij Thalassion, Romani Fabulum marinum, Aphri Sisimacam uocant. Folia habet candida, hirsuta, Verbasco similia, in ambitu sylueſtrium Papauerum more serrata, caule non dissimili, flore luteo, calyculo Fœnograeci, in corniculorum modum inflexo. Vnde nomen mutuatur. Semine Papaueris, pusillo, nigroq;, radice persuma cespitum nigra, crassa. Nascitur in maritimis & asperis. Radici ea uis ineſt, ut in aqua decocta ad dimidias, coxendicum & iocineris affectus, potu sanet. Prodest his, qui crassa quædam, aspera, aut araneosa cum lotio reddunt. Aluum leniter purgat semen, acetabulo in aqua mulsa poto. Crustas emarginant, illita ex oleo folia, floresq;. Argema ac nubeculas iumentorum perunctas, abstergunt. Sunt qui Glaucium, hoc Papaueris genere factitari existimarunt, falsi quadam foliorum cognatione. Qui hoc Papauer hauserit, non alia accidẽt, q̃ qui Opium ebiberit. Cui eisdem succurritur auxilijs. Semen æstate dum siccum est, colligitur. Decoctum radicis bibitur cum uino, sanatq; dysenteriam.

DEX M. VERG. COMM.

PApauer ceratitis, siue ceraticon, hoc est, cornicularium, sylueſtre est, cubitali altitudine, folio Verbasci nigri, minus atro. Radice breui & corticosa. Tempestiuum messibus. folia huic minora & tenuiora, q̃ cæteris sylueſtribus. Nascitur & nitroso loco, & Glaucion a quibusdam appellatur, haud proprie.

EX M. VERG. COMM.

VNus satis Theophrastus est, ut cornicularis Papaueris huius historiam, & tot nominum eius in græcis rationem intelligamus: qui. 9. de plantarum historia inter agrestia numeratum his uerbis descripsit. ταῦτησ τὸ φύλλον ὥσ φλόμου τῆσ μελαίνησ ἧττον δὲ μέλαν. τοῦ δὲ καυλοῦ τὸ ὕψοσ ὡσ πηχαῖον. ῥίζα δὲ βραχεῖα καὶ ἐπιπόλαιοσ ὁ δὲ καρπὸσ καμπύλοσ. ὥσπερ τῶν κερατίων. συλλέγεται δὲ περὶ πυροτομίασ. δύναται δὲ καθαίρειν πρὸσ κολίαν. τὸ δὲ φύλλον ἄργεμα προβάτοισ ἀφαιρεῖ. φύεται δὲ παρὰ τὴν θάλατταν οὗ ἂν ᾖ πετρώδησ χωρία. Quorũ summa & sensus est. Huius foliũ nigro Verbasco simile, minus tamen nigrum. Caulis altitudo cubitalis est. Radix breuis, & in summa terra hærens. Fructus inflexus, siliquis, quas Græci Ceratia uocant, similis. Carpitur per messem. Aluũ purgat. Pecoris albugines foliũ exterit. Nascitur ad mare petrosis locis. Ex his dubitauerit merito, quæsieritq; aliquis, ceratite ne hoc Papauer a cornuũ figura simpliciter, ut hic ait Græci nominauerint, An ut in Theophrasto auditur, a ceratijs, quas latini siliquas græcas dixerũt, de quibus primo uolumine actũ a nobis est, quæ & ipsæ inflexæ sunt, & cornuũ figura per longitudinem incuruãtur? Multifacienda scriptoris huius auctoritas, aliorũq; omniũ, qui eum secuti, corniculis fructũ eius comparauerũt. Non spernendus etiã Theophrastus grauis auctor, & in disciplina plantarũ cunctis alijs merito anteferendus. Nobis in Theophrasti sententiã inclinat animus. Etsi nullũ in re discrimen sit: nec si cornibus, aut ceratijs cõparauerit Papaueris huius fructũ aliquis, diuersam rem ostẽderit. Ambo em̃, cornua scilicet, & ceratia in longitudinẽ producta inflectũtur: nec siliquæ illæ aliunde, q̃ a cornibus ceratia a græcis dictæ sunt. Ex eodem Theophrasto nouerit aliquis, etiã agreste Papauer hoc recte dici, cõmuni tamẽ agrestibus alijs appellatione. In eorum em̃ censu est. Nec minus quoniã ad mare nascitur Paralion: Id enim ea uox significat. Quã naturæ, nataliũq; eius notã secuti Latini, Fabiolũ marinum uocauerunt: quoniã ad mare nasceretur, fabaceisq; siliquis in longitudine similia uascula sua ferret. Habere hoc Dioscorides ait folia λευκὰ, id est, candida. Barbarus quasi qui non λευκὰ, id est, candida, sed λεπτὰ, id est, tenuia legeret, folia habere tenuia id dixit. Nescimus nos, an ex suorũ codicum

lectione ſic uerterit: an potius a Plinio in ea re monitus, candorem ad tenuitatem tranſtulerit. Verba Plinij ſunt. 20. uolumine, capite. 18. Folia minora, tenuioraq; & ceteris ſylueſtribus. Nos communem omnium quotquot uidimus græcorum codicum fidem ſecuti, candido colore folia eius eſſe diximus. Indicare id Theophraſtum opinati, cum ait, folio eſſe hoc Papauer Verbaſci nigri, ſed minus illo nigro. Sentimus quidem leui argumento hoc niti. In ambigua tamē re, monuiſſe omnia inutile non fuerit. A

## ¶ De ſpumeo Papauere. CAP. LXX.

ALterum Papaueris genus, Aphrodes, id eſt, Spumeū uocatur, ab aliis Heraclium, caule dodrantali, foliis admodū paruis, Radiculæ ſimilibus, fructu inter ea candido. Nam herbula alba eſt, & ſpumea tota. Radice in ſummo ceſpite. Legitur æſtate ſemen, cum integre adoleuit, deciditq; exiccatum. Datum acetabuli menſura in aqua mulſa, uomitiōe expurgat. Priuatim huiuſmodi purgatio, comitialib. ꝑdeſt. μήκων ἀφρώδικο

### BARBARI COROLL.

PApauer hoc Heracleon, ſiue Aphrodes, hoc eſt, Herculeum, & Spumoſum dicitur: cuius folia herbæ Radiculæ, quam Græci Struthion uocant, ſimilia ſunt Dioſcoridi. Theophraſto q, ut multi cenſent. Et quoniam Struthion etiam paſſerē ſignificat, Plinius hac parte, foliis inquit, ſi procul intuearis, ſpeciē paſſerum repreſentātibus. Verba porro Theophraſti hæc ſunt. Papauer, inquit Heracleon φύλλον ἔχει οἷον στρθός, ᾧ τὰ λίνα λευκαίνουσιν. hoc eſt, folium habet quale ſtruthos, quo lina candefaciunt. Plinius hæc non de Radicula, ut dixi, quæ lanis demum lauandis aptiſſima eſt, curans eas, & conferens candore molliciaq;, ut tradit ipſe Plinius. 19. libro, ſed de paſſeribus intelligit. Ex ipſo autem Papauere lina inquit ſplendorem trahunt. Quia tñ Plinio contradicere non prius audeo, q; ſi poſſum, contempler oculis, paſſerum, an Radiculæ ſpeciem Papauer illud præbeat, uerbum Græcum poſuimus in latino: ut liberum eſſet exqſiturīs arbitrium. Semen huic ſpumeum, Aeſtate tunditur in pila. Vtiliſſimum hoc, medicamento nobili, quod Diacodion, & Aſteriacen uocant. Etenim capita Papaueris, & Codias, & Aſteriſcos Græci appellant. Quin & humanum caput Pœtæ interim Codian uocant, ut inqt Pollux. Fit autem huius Papaueris, aut cuiuſcūq; ſylueſtris capitibus. uo. in aquę cęleſtis ſextarijs tribus, biduo maceratis, in eademq; decoctis. Deinde ſiccatis, iterumq; cum melle coctis, ad dimidias partes uapore tenui. Addidere poſtea drachmas ſenas croci, hypociſtidis, turis, acacię, & paſſi cretici ſextarium. Aetius Papauer hoc (ut arbitror) intelligit, cum Mecaphroditon cōmendat, herbam contra uiperas in potu præbens, fortaſſe quia uomitionibus probetur. B Aetius

### EX M. VERG. COMM.

HEraclium uocari Papauer hoc tantum Theophraſtus eodem libro teſtatus eſt. Nec nos ſcimus, ab Hercule ne ſic uocatum fuerit, an ex tam multis quæ toto orbe aliquando fuerunt urbes Heraclia aliqua, ad quam frequens, aut ſpecioſum Papauer hoc naſceretur, nomen illi fecerit. Plures alij a candore & raritate ſpumæ, quas habet notas, Spumeum nominauerunt. Theophraſti hiſtoria de eo hæc eſt. ἑτέρα δὲ μήκων ἡράκλεια καλεῖται, τὸ μὲν φύλλον ἔχουσα οἱονστρουθίου ᾧ τὰ ὀθόνια λευκαίνουσι, ῥίζαν δὲ λευκὴν ἐπιπόλαιον, τὸν δὲ καρπὸν λευκόν. καθαίρει ἄνω ταύτης ἡ ῥίζα, χρῶνται δὲ τινες πρὸς τοὺς ἐπιλήπτους ἐν μελικράτῳ. Quod eſt. Aliud etiam Papauer Heraclium uocatur, folium habens Struthio, id eſt, Lanariæ herbæ, qua lintea dealbantur, ſimilem: Radicem candidam in ſuperficie terræ, Fructum itidem candidum. Purgat per ſuperna radix eius. Vtuntur ea aliq; ad comitiales in mulſa aqua. Quæ non ideo dicta a nobis ſunt, ut quę parū feliciter Plinius ex Theophraſto in hoc Papauere reddidit, redargueremus: iamprīdem enim a Leoniceno, & ab aliis deprehenſum id eſt, ſed ut concordem antiquorum duorum ſcriptorum in hac planta hiſtoriam & medicinam oſtenderemus: ſimulq; moneremus, quæ mutata ex communi lectione a nobis fuerūt, autore Theophraſto mutata fuiſſe: nec illud etiam relinqueremus, accedere nos eorum iudicio, qui Plinium in deſcriptione Papaueris huius redarguunt, nec poſſe a quoq; in tam manifeſta re ſatis defendi.

## ¶ De Hypecōo. CAP. LXXI.

HYpecōon, aliq; Hypopheō uocāt. Naſcit in ſegetibus aruiſq;, foliis Rutæ, exilibus ramis. Natura eadē quę Papaueris ſucco. ὑπήκοον

R

Hosted by Google

EX M. VERG COMM.

CDE Hypecõo sunt inter latinos Plinio omnia eadem. Nasci in segetibus enim ait Rutæ foliis, & eandem Papaueris succo naturam illi esse.

## De Apollinari, & Hyoscyamo. CAP. LXXII.

ὑοσκύαμος HYoscyamon, alij Pythonion, aliqui Dioscyamõ uocant, alij Adamanta, alij Adamenon, alij Hypnoticon, alij Emmanes, alij Atomon, nonnulli Dithiambrion, Magi, Pythagoras, & Ostanes, Zeleo, Zoroastres Tiphomon, alij Raponticam, Romani Apollinarem, Aegyptij Saphtho, Ethrusci Sabulum, Galli Billinuntiam, Daci Dielicam. Frutex est caules emittens crassos, folia lata, oblonga, diuisa, nigra, hirsuta. Flores e latere caulis ordine prodeunt, tanq; punicorum Cytini, scutulis septi seminum plenis, ut Papaueris. Tres eius differentiæ. Vna semine nigro, floribus pene purpureis, similaceis foliis, cytinis p̃duris, & spinosis. Alterius semen subflauum, ut Irionis. Flores lutei, folia & siliquæ simpliciores. Ambo insaniam gignunt, & soporem. Ideo in communi usu damnantur. Tertium genus, ut quod mitissimum esset, medici recepere, pingue, lanuginosum, molle, candidi floris, seminisq;, in maritimis ruderibusq; nascens. In cuius deficientis uicem, ruffum usurpari oportet. Niger ut deterrimus, improbatur. Recẽti semine, caulibus foliisq; tusis, succus in sole exprimitur, & exiccato humore, usus ad annum usq; prorogatur. Nam facile corruptionem sentit. ExtrahiD tur etiam seperatim ex sicco semine, in aqua calida tuso, et obtrito. Succo autem liquamentũ præstantius, & magis dolores finit. Contusa herba, addita trimestri farina, digeritur in pastillos, & reconditur. Liquamentum primum, & quod a sicco semine exemptum est, collyrijs quæ doloris sensum auferunt, cõmodissime inseri solent. Contra acutas, calidasq; fluctiones, dolores aurium, atq; uuluæ mala prosunt. Cum farina autem, aut polenta, oculorum, pedum, cæterarumq; partium inflãmationes placant. Semen eadem præbet. Tussi, destillationibus, oculorum fluctioni, & doloribus, efficax. Contra mensium abundantiam, & erumpentem aliunde sanguinem, oboli pondere cum Papaueris semine & aqua mulsa bibitur. Podagris subuenit, testibus inflatis, mamisq; tumentibus a partu, tritum ex uino illinitur. Alijs quoq; cataplasmatis, quæ doloris leuamentum præstant, ammisceri solet. Folia omnibus medicamentis dolorem sedantibus, per se, & ex polenta, utilissime imponuntur. Recentia, ad mitigandos omne genus dolores, oblinuntur. Cum uino ter quaterue pota, sanant algidas febres, quas Hepialos uocant. Cocta olerum modo folia, si acetabuli mensura manduntur, mediocrem insaniam gignunt. Idem efficere tradunt, si colo ulcus sentiente infundantur. Radice in aceto decocta, dentes in dolore colluuntur.

BARBARI COROLL.

ALter Dioscorides (ut Galenus inquit) Hyoscyamon apud Hippocratem uidetur interpre-

Hosted by Google

tatus, id quod ille κύαμος κάρπον, hoc eſt, fabæ ſemen appellauit. Hyoſcyamon uero Græci ui- A
dentur appellaſſe, hoc eſt, fabam ſuillam, propterea, q, ut Hælianus ait, paſtu eius herbæ, re-
ſoluantur & conuellant apri. Sed remediū nouere. Aquas em̄ ſtatim adeūt, et cancros uenant,
atq; ita protinus ſaluti reſtituuntur.

EX M. VERG. COMM.

HAec eſt Hyoſcyamos illa, contra cuius maleficium hic ipſe ſcriptor pluribus remedijs. 6. uolumine pugnabit. In qua non male damnauerit aliquis naturam, quæ humanæ menti noxiam, & in furorem homines agentem herbam, tam ſagaci artificio, contra cœli iniurias omnes munierit & ornauerit. Nec minus etiam demirabitur gentes, quæ tam multis, tamq; honeſtis appellationibus, optabilem ignaris & admirabilem fecerint plantā, quæ alioquin ob eam quā diximus cauſam, ableganda ultra Sauromatas fuerat & glacialem Oceanum: ut alſioſis locis illic naſcens, ante maturum ſemen tota aliquando periret. Niſi forte contra uota hæc noſtra intulerit aliquis, tam grauem noxam non minore bono eam rependere: optandamq; in orbe noſtro plantam, quæ tam efficaci remedio contra dolores, quibus tota aliquando perit uita homi nis, pugnet. Nec quia menti noceat, ideo doloris lenimenta quæ habet, abijcienda. Parum ſapienter enim, quia malo coniunctum ſit bonum, ex altero utrunq; damnatur: cum liceat diſtractis in diuerſa contrarijs malo prudenter carere, bono autem feliciter uti. Quod in Apollinari herba, præſertim faciendum. Quam Græci Hyoſcyamon, id eſt, ſuum Fabam ideo uocauerūt, q ut in hiſtoria ſua retulit Helianus, paſtu eius conuellantur ſues, præſenti mortis periculo, niſi copioſa aqua ſtatim ſe foris & intus proluerint. Alij, ut fit, in deſyderio ſalutis, & ſuauiore uoluptatis ſenſu, cum ope eius a dolore ad indolentiam quaſi diuino quodam beneficio reſtituti fuiſſent, non ultra Hyoſcyamum a ſuibus, ſed a Ioue Dyoſcyamum, id eſt, Iouis Fabam dixerunt. Vſi eadem nominis ratione illi etiam ſunt, qui a medicinæ autore deo Apolline, Apollinarem herbam, & Phythonion eam dixerunt. Phœbeum enim & illud a Pythone nomen eſt. B
Fuerunt contra, q a maleficio eius Emmanes, id eſt, in inſaniam & furorem agentem eam nomi nauerint: & a ſomno quem facit Hipnoticon. Somnificum enim ea uox ſignificat.

## ¶ De Pſyllio. CAP. LXXIII.

PSyllion aliqui Cataphyſin, alij Cynocephalion, alij Chryſtalion, ψύλλιον
alij Cynomyam, alij Pſyllerin, alij Sicelioticon, Siculi Comidijn, Romani hærbam Pulicarem, aut Silbacium. Aphri Vargugum appellant. Folijs Coronopo non diſſimilibus, hirſutis, longioribus, ſarmentoſa in totum hærbula, ramis dodrantalibus. Coma a medio caule exoritur, duobus tribuſue conuolutis in cacumine capitulis, ſemine duro, nigro, pulicum ſimili. Vnde & nomen. In aruis et incultis naſcitur. Vis ei ad refrigerandum, inſpiſſandum, & molliendum conueniens. Articulorum morbis, parotidibus, tuberculis, tumoribus, uulſis, illitum auxiliatur. Imponitur in dolore capitis, cum Roſaceo, aqua, aut aceto. Enterocelis infantium, & prominenti umbilico, illitum ex aceto, medetur. Teritur acetabuli menſura, & in aquæ ſextario madefactum, ubi concreuit aqua, illinitur. Siquidem uehementer refrigerat, & in feruentem aquam deiectum, calorem reprimit. Contra ignes ſacros efficax eſt. Fama eſt, ſi uirens domum importetur, non ſinere in ea pulices gigni. Cū adipe tuſum, ſordida ulcera, & quæ cacōethe uocantur, expurgat. Succus uermiculoſis auribus, aut fluctione laborātibus, ex melle prodeſt.

BARBARI COROLL.

PSyllium, radice tenui, ſuperuacua, ſarmentoſum, fabæ granis in cacuminibus, flores cani Plī. li. 26. ca. 10
no capiti, ut Plinius non diſſimiles, ob id Cynocephalion uocatur, & Cynoides. Corrigendū &. 8.
enim locum in Plinio putamus, ubi non floribus, ſed folijs canino capiti ſimilibus deſcribi-

C tur. Alioquin in exemplaribus manu ſcriptis, floribus, non folijs. Semen in baccis effigie pulicis: unde nomen. Prouenit in uitiarijs. Mendoſum & illa quoq; parte Plinium exiſtimo, cum dicit, Pſyllibus lacteum ſuccum eſſe, qui denſatus in gummi, & ſumptus cum melle, uomitiones faciat, præſertimq; bilem trahat. Quid enim ſint Pſylles, non comperi.

EX M. VERG. COMM.

REuocanda in hunc locum quę ſuperiore uolumine de Conyza conſtituta fuerunt. Cauendumq; legentibus, quoniam duæ Pulicares herbæ in hoc opere nobis ſunt, ne difficili utriuſq; intellectu, earum ſimul nomina miſceantur. Illa enim Conyza Pulicaris, hæc ſimpliciter Pulicaris dici tunc iuſſa eſt. Cur autem diuerſas eodem indicauerimus nomine, non leuis fecit cauſa. Non poterat huic ex græci nominis ratione nota hæc deeſſe. Græci enim a Pſyllis, quæ pulices in ea gente ſunt, Pſyllion, id eſt, Pulicarem uocauerunt. Non poterat græca uox etiam aliter uerti. In illa cogebat omnium hactenus ſcriptorum conſenſus, qui Pulicarem eam in commentarijs ſuis paſſim uocauerant, a pulicibus pariter indicare. Accedebat deinde his, q̃ utraq; cauſam aliquam cur ſic uocari poſſet oſtendebat. Illa, q̃ hærentes ſibi pulices enecat: Hæc, q̃ ſemine, ut Plinius ait, puliceo eſt: & ſi uerum ſit quod hic ait, uiridem in domum illatam pulicũ generationem prohibere. Deſcripſit hanc Pulicarem Plinius lib. 25. cap. 9. Plureſq; & ille ex adiectis his appellationibus numerauit, Cryſtalion, Sicelicon, Cynomyam, & Cynoides. Quarũ aliquæ non ſatis certam modo cauſam habent: aliquæ a uiribus notiſq; eius factæ ſuut. Qualis Cryſtalion eſt, qua indicarunt qui ea uſi ſunt craſſeſcendi denſandiq; uim quam ea habet. Cryſtallum enim glaciem græci uocant: quæ in lapidis duriciem cõcreta, denſataq; frigore aqua eſt. Illi ſimile aliquid Pulicaris huius herbæ liquor habet, ut ex eius in ſcriptore hoc hiſtoria, & ex Plinio patet. Retulit idem Plinius, folijs canino capiti (modo integer locus ille ſit) non diſſimilibus eſſe: contra q̃ hic, qui Cornicis pedi herbæ comparauit. Quo fit, ut uitium in Plinio ſuſpicemur. Nec tamen habemus unde Cynocephalium, & Cynomyiam, in quibus uocibus excane aliquid eſt, dictam fuiſſe ſignificemus. Sicelicam deinde a Sicilia uocatam, cõijcere facile eſt.

D Sarmẽtoſam, quã hic χορτώδης Plinius eſſe dixit. Nos Feni modo folioſam ſurculoſamq; potius diximus: longo interuallo diſtare latinorum ſarmenta, a græcorum χόρτῳ ſcientes: qua uoce illi ſignificant omnes quæ ad Fenum in pratis naſcuntur herbas. In uiribus eius etiam nõ parum uariant antiqui ſcriptores. Hic mollire, adſtringere & refrigerare eam dixit. Plinius illi ad refrigerandum & diſcutiendum ingentem uim aſſignauit. PAVLVS AEGINETA in ſecundo ordine refrigerare, & præter id medias habere, in ſiccando & humando uires teſtatus eſt. Quæ quoniam non ſunt omnibus eadem, ſignare legentibus placuit. Quemadmodum, & quo loco corruptæ, nec bene reſpondentis lectionis notam adiecimus, legentes monemus: uideri nobis, quod & Plinius indicat, præcipi a ſcriptore hoc, contra capitis dolores ex aceto, aquaue, aut roſaceo fronti temporibuſq; imponi ſemen. Mox in alijs affectionibus, nteſtinorum ramicibus uerbi cauſa, aut procidentibus umbilicis habendum in duabus aquæ hemiuis tritum idem ſemen: & cum aquam, ueluti in gelu & glaciem denſauerit, quod ui eius fore intelligendum eſt, tunc concreto ſeminis eius diluto illo antedicta uitia inungere. Sed parum certus in ſcriptore hoc ſenſus hic eſt. Cui etiã in antiquioribus & melioribus græcis deeſt q̃d ultimũ in hoc capite, & ab eo loco legitur, Eadem in feruentẽ aquã dimiſſa. &c.

## ¶ De Hortenſi Solano. CAP. LXXIIII.

σρύχνος κῆπαῖος

Solanum. Solatrum

HOrtenſium, ſeu urbanum Strychnon, Romani Solanum uocãt, alij Cacabulum, Aegyptij Allelo, Galli Scubulum, Aphri Aſtriſmunim. Frutex cibis idoneus, exilis, puſillus, multis concauus alis, folio nigro, maiore q̃ Ocimi, & latiore, fructu rotundo, uiridi, qui poſt maturitatem nigricat, aut fulueſcit. Hærba innocentis guſtus. Natura ei refrigerandi. Quare folia ulceribus quæ ſerpunt, & ignibus ſacris, cõuenienter cũ polline polentę illinunt. Aegilopia, capitiſq; dolores, trita & impoſita ſanant. Aeſtuanti ſtomacho auxiliantur. Parotidas, cum ſale detrita illitu diſcutiunt. Valet ſuccus eius aduerſus ignem ſacrum, atq; ulcera quæ ſerpunt, cum ceruſſa, roſaceo & argenti ſpu-

Hosted by Google

ma, ad ægilopas cum pane, infantium adustioni, quam Syriasin uocāt, cum rosaceo perfusus proficit. In colyrijs, aquę uel oui uicem exhibet, contra acutas fluctiones, suffusionesq; Aurium dolori instillatus prodest. Mensium abundantiā sistit, in uellere subditus. Succus fuluo gallinarum in domibus oberrantium fimo subactus, & linteo appositus, ægilopijs præsentaneo est remedio. A

BARBARI COROLL.

STrychnon, siue ut Galenus Trychnon, satiuum, quod & melan, hoc est, nigrum cognominant, a nostris Solanum dicitur, familiare cibis, in Aegypto maxime. Nihil mali corporibus esse prędicat Xenocrates, cui hoc salutare non sit. Flos huic est candidus, acini, siue poma potius herbacea, & quadamtenus aculeata, in quibus semen. Hoc Romæ uidimus in horto oratoris Galli. Pli. li. 21. ca. 31

EX M. VERG COMM.

VEssicarias in Theophrasti plantis Gaza Strychnos duas appellauit: sopores alteram, furores facientem alteram: quæ huic scriptori in quatuor eius generibus postremæ sunt. Videturq; ex Plinio uolumine. 21. cap. 31. cōmune id nomen omnibus fecisse: cum tamē Plinius secundū eius genus tantum cognomento Halicacabum, Vessicariam uocet: causamq; afferat, q; uessicę & calculis prosit: in qua ui subscribentem sibi habet hunc scriptorem, qui οὐριτικὸν ait Strychnon eum esse. Verumtamen dubitari facile potest, an alia nominis eius causa quondam fuerit, qualis in eo mox a nobis dicetur. Vessicarias, ut præmonstratum est, Strychnos omnes ille dixit. Celsus contra, ultimo secundi libri capite, cum numeraret quæ reprimunt simul & refrigerant, post multa his uerbis Solanum Strychnum uocauit. Siser, apiū, solanum, quam Strychnum græci uocant. hanc intelligens, cui & a Dioscoride præcipua in refrigerando uis assignatur. Nosq; latinæ rei antiquum autorem secuti, Solanum, non uessicariam Strychnum hortensem, siue satiuam diximus, quæ nigris folijs & in extrema maturitate nigro semine ab hoc & ab alijs describitur, pingui cultoq; solo proueniens: cuius nostra ætate nullus in cibis usus est: & si hic hortense, satiuum, edendo esse & in cibo innocens dicat. Quibus conijcere aliquis merito possit, fuisse quondam in sanitate aliquem eius usum. Solani huius. 9. de plantarum historia Theophrastus duo tantū facit genera, ὑπνώδη καὶ μανικόν, id est, quod soporem, & quod furorem gignit. Suntq; de utroq; multa ab eo dicta, quę suis locis ex eius historia a nobis repetentur. Cæteri omnes, autore ut nos credimus Dioscoride, quatuor Strychnos deinceps numerauerunt, Satiuum, hortensemq; hunc, & cibarium: quem omnes nigrum a colore fructus uocauerunt. Mox Halicacabum cognomento, quem priuatim nos Vessicariam a Plinio uocari credimus, rubente fructu, uuæ acini figura. Tertium somnificum, quem fruticosum describūt. Postremo insaniam facientem: diuersis in medicna etiam uiribus, quæ ab hoc scriptore statim patebunt. Obseruauimusq; nos, ad refrigerandum plærūq; usum Solani fuisse, & ex tam multis eius generibus Hortense ad eum usum maxime probasse antiquos. Cæteris enim maleficij periculum magis q̄ remedium inest. Facilis cognitu herba, nunq̄ deceptura incautos, si quas habent tot eius genera discretas folijs, fructu, coloreq; notas diligentius obseruauerint. Vtitur hortensis huius Solani succo Paulus Aegineta in primo ad refrigerandos in infantibus capitis ardores, quos Græci Syriasim uocauerunt. B

¶ De Vesicaria. CAP. LXXV.

ESt & aliud Solanum, quod peculiari nomine Halicacabō, id est, Vesicariam, aut Physalida uocant, folijs antedicto latioribus. Cuius caules posteaq̄ adoleuerunt, humi prosternuntur, folliculis orbiculatis, fuluo intus acino, uesiculis simili, rotundo, lęui. Quo coronarij utuntur, & corollas factitant. Vim usumq; hortensij Solani habet. Verum cibis nequaq̄ expetitur. Regium morbum purgat, semine poto. Et urinam pellit. Ex utraq; hęrba succus extrahitur, qui siccatus in umbra reconditur, ad eadem ualens.

στρύχνος ἁλικάκαβος

solanum vesicatorium. alkekengi officinarum

## BARBARI COROLL.

C STrychnon Halicacabon foliis Ocimi describitur a Plinio, commendatum quidem & hoc cibis ab aliquibus, licet hortense præferatur. Radicem Halicacabi bibunt, qui sunt uaticinandi callentes, qui furere ad confirmandam superstitionem aspici se uolunt. Aspidum naturæ in tantum aduersa hæc herba est, ut radice propius admota, soporentur.

## EX M. VERG. COMM.

COronaria, quod hic, & Plinius testantur Vesicaria hæc quondam herba fuit. Damnarunt tamen ambo eius in cibis usum, nec ad coronas amasse ueteres aliud in ea uidentur, q̃ uesicas, folliculosq; illos qui per ambitum capitis ex coronis pendentes, grato spectaculo ruberent, turbinati, grandesq;, & Isiaci sistri, ex quo crepitacula pendebãt, imaginẽ reddentes. Nascitur Vesicaria hęc multa in uineis, in Italia herba uerius q̃ frutex: ꝓfertq; Vesicas illas Septẽbri mense colore primũ uiridi, mox paulatim rubescẽte, turbinatas ut Plinius ait: semen Ciceris magnitudine intra se claudentes, rubro colore, nec nisi extremo Autumno matureſcens: in nullo nostra ætate honore, aut usu. Vesicariãq; nos credimus a uesicis his potius, q̃ quia prosit uesicę. Et si Plinius id testeẽ dictã fuisse, ἐκ τῶν φυσῶν. etem̃ ex uesicis folliculisq; his factum illi nomẽ est. Nec alit̃ herbã intuentibus uidebitur: tam similes animalium uesicis folliculi illi sunt.

## ¶ De Solano somnifero. CAP. LXXVI.

σρύχνον ὑπνοτικόν

SOLANVM somniferum e Græcis aliqui Dircion appellant, alij Stychnon, alij Manicon, alij Dorycnion, alij Calliada, Romani Apollinarem minorem, alij Vlticanam hærbam, aut Opsaginem, Daci Cycolidẽ, Pœni Cacabum. Fruticat multis ramis, densis, lignosis, fractu contumacibus, pinguium foliorum, Cotoneæq; mali similiũ, plenis, flore grandi, rubro, fructu in folliculis crocato, radice longa, subrubro cortice uestita. Nascitur in saxis non procul a mari. Radi
D cis cortex, in uino drachmæ pondere potus, somnificam uim habet, Opio mitiorem. Semen uehementer urinam cit. Corymbi duodecim, hydropicis dantur. Si quid numero adijciatur, alienationem mentis faciunt. Remedio est aqua copiosa mulsa, potui data. Succus pastillis inseritur, & medicamentis quæ doloris leuamentum præbent. Decoctus in uino, si in ore contineatur, dẽtium doloribus auxiliatur. Radicis succus, cum melle illitus, oculorum hebetudines tollit.

## BARBARI COROLL.

The.li.7.ca.14 STrychnon Hypnoticon, id est, soporiferum, ab aliis Morion, ab aliis Moly appellatum, Coronarijs in Aegypto expetitur, inuitante similitudine florum Hederæ. Velocius hoc ad mortem q̃ Opium. Inuenio & Strychnen, & Eubeparon, & Callion uocatam: nostri Vesicariam, a folliculis, uel quia uesicæ prosit & calculis. Theodorus omnes Strychnos Vesicarias appellat. Radix huius sanguinis modo rubra Theophrasto candida, cum inaresci. Semen coccineũ, folia mali Cotonei, Lactucæue caprinæ: sed hirsuta, magno cespite, in rupibus sepulchretisq; nascitur. Genus hoc Dioscorides libro primo Alicacabũ uocauit. Eademq; ad uerbũ fere scripsit, quæ nunc in soporifero leguntur. Sed Alicacabus tamen uera est, quæ proximo capite superius descripta est, ut Galenus inquit. Laudãt hoc a Iocro* ad fruendũ, & Tamarisco.

## ¶ De Manico Solano. CAP. LXXVII.

σρύχνον μανικόν

STrychnon, siue Solanum Manicon, aliqui Persion, alij Thryon appellauere, alij Andron, alij Pentadryon, alij Enoron, quidam Orthogyon. Huic folium Erucæ simile, maius aliquanto, satis ad spinam, quam pæderota uocant, accedens. Caules a radice eximios emittit, decem aut duodecim ulnarum altitudine adolescentes, caput in

Hosted by Google

cacumine Oliua maius, & latius, & ut Platani pillula, hirsutius. Flo- A
rem nigrum. Postq̃ eo exuitur, racemus exit rotundus, niger, denis, aut duodenis acinis constans, similibus Hederæ corymbis, ut uuæ mollibus. Radice firmatur candida, crassa, caua, cubitali. Gignitur in montibus uento perflatis, maritimis foueis, & uagis. Radix drachmæ unius pondere pota ex uino, facit species uanas, imaginesq̃ non iniucundas obuersari. Sed duplicatus hic modus, ad treis usq̃ dies, mentis alienationem affert. Triplicatus, interimit. Remedio est aqua mulsa copiosius pota, & uomitione reiecta.

BARBARI COROLL.

STrychnon Manicon, insanios herba: quã & Doryon, siue potius Dorycnion uocabãt: qa cuspides in plis eo tingerent, passim nascente. Alij Perisson appellabant. foliũ Erucæ maiusculum, capite Gethyi maiore pilosioreq̃, ut Theophrastus scribit, qui hoc edant uideri sibi pulcherrimos affirmãs. Hoc & coronarijs placebat. Erythron dicebãt, & Neurita qui nequiter oc cultabãt, ut inquit Plinius. Frutex est surculosus uerius q̃ herba, ut Plinius tradit: folliculis magnis, latisq̃, ac turbinatis, grandi intus acino: qui matureſcit Nouembri mense.

## ¶ De Dorycnio. CAP. LXXVIII.

DOrycnion Crateuas Halicacabon, aut Caleam uocat. Frutex Oleæ nuper prodeunti similis. Nascitur in petris non procul a mari, ramis cubito minoribus, folijs Oleæ similibus colore, minusculis, firmioribus, præter modum scabris, flore candido, siliquis in cacumine ceu Ciceris, densis, rotundis, quinis intus, aut senis seminibus, B
exigui Erui magnitudine, læuibus, firmis, uersicoloribus. Radix ad digiti crassitudinem & cubiti longitudinem adolescit. Id somniferum esse constat. Copiosius hausta mortem adfert. Nec defuere, qui dicerent, semen in amatoria expeti.

BARBARI COROLL.

DOrycnion, siue Dorychnidiõ, tam per, c, q̃ per, ch, etiã pro Strychno Manico accæptũ a quibusdã ueteribus inuenio. Dioscorides & Galenus, uidentur aliud ab eo genus existimasse. Dictum fortasse ita, q̃ cuspides telorũ inficere mos esset illo, ut in Manico Strychno diximus. Dorycnio gustus lactis est, & confracto emanat.

## ¶ De Mandragora. CAP. LXXIX.

MAndragorã aliqui Circeum, alij Xeranthes, aliqui Antimnion, aut Antimion, alij Bombochylon, nõnulli Minoa, Aegyptij Apemum, Pythagoras Anthropomorphon, alij Aloëten, alij Thridaciam, alij Cammaron, Zoroastres Diamonon, aut Archinen, Magi Hermionos, aliqui Gonogeonas, Romani Caninũ malum, alij Terrestre malum, quidam Antimelon, nonnulli Dircæam, alij Circæam uocant, quomam uideatur radix ad amatoria conducere. Duo eius genera. Niger, quæ fœmina existimatur, Thridacias appellatus, angustioribus folijs, ac minoribus q̃ Lactucæ, graueolentibus, in terra sparsis. Mala gerit luteis uuorum similia, pallida, odorata: in quibus semen ueluti pyrorum. Radicibus inhæret binis, ternisue, inter se conuolutis, nigris foris, in-

C tus albis, carnosis, ingẽtibus. Verum is Mandragoras caule uiduus est. Alter candidus, qui mas dicitur, nonnullis Norion uocitatus. Huius folia magna, alba, lata, læuia ut Betæ. Mala q̃ alterius duplo maiora, colore in crocum inclinante, iucunde cum grauitate quadam olentia. Horum pomorum cibo, aliquantum opiliones soporantur. Radix alterius similis, maior, & candidior, orbata caule. Succus fit e cortice recentis radicis tuso, & prælis subiecto, qui terendo coactus, fictili reconditur. Malis quoq; succus depromitur, sed aliquanto ignauior. Delibratur radix, & traiectus lino cortex, ad usum suspenditur. Aliqui radices in uino ad tertias coquunt, & defæcatum ius seruant. Cyathoq; uno utuntur, in peruigilijs, & doloribus, & ante sectiones, ustionesq;, ne sentiantur. Succus duobus obolis ex mulso potus, ut Veratrum, per uomitiones bilem atram, pituitamq; extrahit. Verum potu largiore, uita adimitur. Medicamentis ocularibus, & his quæ dolores finiunt, pessis quoq; emollientibus, ammiscetur. Semioboli pondere inditus, menses & partus expellit. Subditus pro Balano, somnificus est. Radix ebur emollire fertur, quæ senis horis cum eo decocta sit, & ad accipiendam quam effingere optaueris formam, ipsum facile præstat. Folia recentia conuenienter oculorum inflammationibus, & collectionibus, quas ulcera citarunt, cum polenta illinuntur. Duricias omneis, suppurationes, strumas, & tubercula discutiunt. Stigmata sine exulceratione delent, si quinis senisue diebus sensim perfricentur. Folia seruantur in muriis, eosdem ad usus. Trita radix ignibus sacris ex aceto, & serpentium ictibus ex melle aut oleo medetur. Strumas atq; tubercula, cum aqua dissipat. Articulorum cruciatus, cum polenta sedat. Fit citra coctionem uinum e cortice radicis ad hunc modum. Ternæ minæ in uini dulcis metretam conijciuntur. Dantur ex eo terni cyathi, ijs qui secari, aut amburi debent, ut ante dictum est. Siquidem nullo tunc afficiuntur dolore. Sed ueterno quodam pressi, torpescunt. Mala soporem afferunt olfactu, & etiam si mandantur, Item expressus ex eis succus. Nimio tamen odore percussi, obmutescunt. Semen malorum potum uuluas purgat, appositumq; cum sulphure ignem non experto. Rubra fœminarum profluuia sistit. Scarificatis multipharian radicibus, erumpens lachryma, cauo uase recipitur. Est autem lachryma lacteo succo efficacior. Sed non ubiq;, ut experientia docet, radices lacteum succum delachrymant. Alium tradunt esse Mandragoram nomine Morion, in opacis iuxta specus enatum, folijs albi Mandragoræ, minoribus, albis, dodrantalibus, in orbem circum radicem. Quæ mollis est & candida, paulo maior palmo, pollicemq; crassitudine æquat. Tradunt eam in pane, offa, obsonioue drachmæ pondere deuoratam, non memoriam modo, sed usum quoq; rationis intercipere.

D

Hosted by Google

Obdormiscit enim homo, eo fere quo comederit habitu, sensus impos, A
ternis quaternisue ex quo data est horis. Hac medici utuntur, cum scindendi, urendiq; necessitas adest. Antidotum esse uolunt radicem cum Manico Solano potam.

## BARBARI COROLL.

MAndragoræ fructus niger, sapore quodã uini, effigie ouí: non ut Theodorus putat, racemi βοτρυοειδὲς, aut βοτρυώδες, pro eo quod erat ὠοειδὲς in Theophrasto legens. Fœminæ folia hirsuta, radices carnosæ, teneræ, cubitales fere. Mala hæc fert Auellanarũ nucũ magnitudine. Mas Arsen, & Hypoplomon quoq; dictus, folio latiore, ut Lapathi satiuæ. Cauent effossuri contrariũ uentũ, tribus circulis ante gladio circũscribentes, ad occasumq; spectantes. Succus non ubiq; inuenit, sed ubi potest. Circa uindemias quærit. Odor grauis eius, sed radicis & magis grauior. Succũ excipiunt decisо caulis cacumine. Adeo caulẽ habere non dubitant, etiamsi Dioscorides id negat. Hic & hirsutus fœminæ tribuit. Foliorũ succus Roscidorũ pestis est, ut inqt Plinius. Mandragorã conclamati frigoris uenenũ esse, nemo non scit. Inuenio herbæ nomen Andraclon, a similitudine uirili dictæ. An eadẽ hæc sit cum Mandragora, nõ legi. Sed est cur esse sentiã: quippe cum & Anthropomorphon dicat. Nisi quis Andraclon, quia frangat, & occidat hominẽ, dictam putarit: cuiusmodi uim multæ habent herbæ. Nam & annus uitæ. 63. ut est apud Maternũ, Andracles uideꝛ appellatus: quia duplici rõne climatericus sit, & maxie frãgat hoies. Alioqn ab hois effigie Andricelon potius, q; Andraclon dici potuisset. In quo & illud notandũ, Andricelon apud Græcos, ut Aristoteles, & Iulius pollux testant, coloris genus est, quẽ nos Purpurissum dicimus: atq; ita placuisse, Theodoro quoq; nostro liquet. Plí. li. 25. ca. 11. Theoph. li. 9. cap. 9. 13.

De Morio Mandragora nihil habeo q̃d addi possit ijs, quæ a Dioscoride notant. Sed quoniã mala Terrestria & Canina Mandragoræ fructus appellantur, in mentẽ subeunt quæ uulgo Melenzana uocitamus, hoc est, ut ipse puto, Mala insana: de quibus nihil ueteribus scriptum fuisse, iam desino mirari, q; multa huiusmodi repio. Sicut hercle multa quondã fuere, quæ modo uel ignorant, uel certe non habent. Mala ergo insana e frutice uulgari sunt, passim nascẽte, ut melones, & cucurbitæ. Pari quoq; cultu, foliis prope ficulneis, flore oblongo, speciosо, candido. Manditur uulgo pomũ ex oleo, sale, pipere, Fungorũ modo coctum. B

## EX M. VERG. COMM.

QVi Mandragoram quotidie circũferunt Agyrtæ, iactantq; tanto periculo effodi humana forma, ignaræ plebi eam ostendentes, ex uno (ut nos credimus) Pythagoræ nomine, eius Anthropomorphos mẽdacij sui occasionẽ arripuerunt. Necq; enim uox illa aliud, q; humanæ formæ plantã significat. Accessit & Pythagoræ Columella, qui ex eadem ueluti nominũ superstitiosa ostentatione, in carmine suo cecinit. Quãuis semihominis uesano gramine fœta, Mandragoræ pariat flores, mœstamq; Cicutam. &c. Non defuerunt illis etiam in iactanda cũ foditur Mandragoras relligione, Theophrastus in Græcis, in Latinis uero Plínius. Quos non puduit, in tanta rerum grauitate quas scribebant, ne quid cõtra cõmunem sensum dixisse uiderentur, populares, & sine ratione ritus huiuscemodi posteris tradere. Quæ autem Theophrastus pro Mandragoræ fossura docuit, huiuscemodi sunt. περιγράφειν δὲ καὶ τὸν μανδραγόραν ὡς τρὶς ξίφει, τέμνειν δὲ πρὸς ἑσπέραν βλέποντα. τὸν δὲ ἕτερον κύκλῳ περιερχεῖσθαι καὶ λέγειν ὡς πλεῖστα περὶ ἀφροδισίων. Quorum sensus sit. Circumscribunt & Mandragoram gladio ter: secantq; ad occasum spectantes. Iubent & alium saltãtem tripudio circumagi: multaq; de Veneris usu & re dicere. Plinius lib. 25. cap. 11. plæraq; eadem Theophrasto, & his non dissimilia quædam. Cauent fossuri contrariũ uentum, & tribus circulis ante gladio circũscribunt: postea fodiũt, ad occasum spectantes. His auctoribus, & quasi per manus translata huiuscemodi superstitione, uerisimile est, uanis periculorũ, relligionisq;, & humanæ formæ mẽdacijs celebrari nũc etiã Mandragorã. Cum tñ id potius quærendũ fuerit, cur a sapiente illo Samio honestiore hominis nomine indicata fuerit. Necq; eñ uerisimile est, quia bina radice, & hominis cruta imitante nitatur, plærunq; in terra sic dictam ab eo fuisse: trinis eñ aliquãdo hæret, multæq; aliæ stirpes huiuscemodi bifida radicis diuisione uidẽtur. Abstrusiorẽ ex relligione, cuius ubiq; magnus ille auctor erat, caussam habuisse id nomẽ oportet. Nos illud ignoramus, relinquimusq; inueniendũ peritioribus & docendũ: necq; hoc tantũ, sed tam multas appellationes alias, qbus Mandragorã antiquitas indicauit. Quæ eñ inter eas notiores sunt Circeon, & Thridacias, ab hoc ipso scri-

Cprore declaratæ, & per ſe ſatis patẽt. Sunt toto hoc capite aliqua per ſe, & quoniã non ſunt nobis cum aliis eadẽ, legentibus aĩaduertẽda. Quale eſt, q̃d hic ait, poma Mandragoræ ouorũ uitellis ſimilia eſſe, a Plinio Auellanæ nucis ſimilitudine deſcribi, non leui inter utrãq; formã, colorẽq; diuerſitate. Theophraſtus. 6. de plantarũ hiſtoria, niſi uitiũ in lectione eius ſit, q̃d ſuſpicamur, contra utrũq; uidet de pomi huius colore, & magnitudine tradidiſſe. Verba eius ſunt. Ἴδιον δὲ ὁ καρπὸς τοῦ μανδραγόρου. τῷ μέλαντι χρὴ ῥαγῶδικο χρὴ οἰνώδικο εἶναι τῷ χυμῷ. Quod eſt. Priuatim uero Mandragoræ fructus, quia niger, acinoſus q̃, & ſapore uinoſus eſt. Colore nigrũ, acino uuę æqualẽ, & uinoſo ſapore pomũ Mandragoræ Theophraſtus deſcribit: Hic aũt ouorum uitellis, qui orbiculati ſunt, cõparat: & ὠχρὰ, id eſt, pallida dicit: quã deſcriptionẽ natura magis confirmat. Diſcrepant non leuiter etiã ĩdem auctores: q̃ hic utrunq; Mandragorã caule carere ait, Theophraſtus contra eodem loco cum Ferulam deſcripſiſſet, ſubiecit. τῶν δὲ ἄλλων τὰ μὲν ὁμοιότερον τούτῳ τὸν καυλὸν ἔχει καθάπερ ὁ μανδραγόρας καὶ τὸ κώνειον. Quorũ uerborũ ſenſus eſt. In reliquis aliæ quidem ſimiliorem huic caulem ferunt, qualis Mandragoras eſt, & Cicuta. Plinius etiã quo diximus loco idem teſtatur dicens. Succus fit & e malis, & e caule deciſo cacumine. Palãq; ambo hi caulem Mandragoræ tribuunt, quẽ Dioſcorides penitus aufert. Non auſim ego inter tam graues auctores tertius ueluti arbiter cenſere. Senſus id faciet: poterunt q̃ uolentes uel a peritis audire, uel ipſi totam Mandragoræ naturã obſeruare.

## ¶ De Aconito. CAP. LXXX.

ἀκόνιτον

AConitum aliqui Pardalianches, alĩ Cammoron, alĩ Thelyphonon, alĩ Myoctonon, alĩ Therophonon uocant. Folia habet Cyclamini, aut Cucumeris, tria aut quatuor, minora & ſubhirſuta, caulem palmo altum. Radix ſcorpĩ caudam æmulatur, & alabaſtri modo ſplendet. Torpeſcũt, ut fama eſt, ſcorpiones admota radice, ſtupentque. Qui rurſum Hellebori contactu excitantur. Oculorũ medicamentis leuandi doloribus gratia adĩcitur. Enecat pantheras, ſues, lupos, & feras omneis, in carnibus obiectum.

D

## BARBARI COROLL.

Theoph. li. 9. cap. 16. Plí. li. 27. ca. 2.

AConiti primũ genus Pardalianches, & Thelyphonon, ſiue potius Theriphonon cognominatur. Cæterũ Theophraſtus ſimpliciter, & ſine Aconiti mentione Thelyphonon, & Scorpion, a radicis ſimilitudine uocauit, geniculatũ tradens, graminis modo, locis umbroſis, & cætera quæ hic a Dioſcoride tradunt. Hoc ſolum genus a Plinio demonſtratũ eſt, hirſuta leuiter eius folia prodendo. Vocatur & Myoctonos: quoniã e longinquo mures odore necat. Inuenio & Myephonon uocari genus herbæ, quã & Sciada quidã noĩant: nec quæ ſit ea docent, præterq; q̃ Phanias in lib. de ſtirpibus, hæc habet uerba. Pileari forma ſunt, ſemen Aniſi, Feniculi, Coriandri, Caucalidis, Cicutæ, Paſtinacæ, Sciadis, quã & Myephonon uocãt. Plinius & Theophraſtus, Myophonõ, cui neruoſus eſt caulículus. Aconitũ porro Theophraſtus in Creta, & Zacyntho naſci maxĩe putant: de Lycoctono (ut arbitror) locutus. Sed optimũ in Ponto circa Heracliam, ubi monſtrat Herculis ad inferos aditus, quaſi ex ſpumis cerberi canis ortum. Hoc a Thelyphono, ut teſtatus modo ſum, differre arbitror. Conſtat em̃ folio ſylueſtris Intubi: q̃q̃ Aetius non Seridis (id em̃ ſignificat Intubũ) ſed Iridis ſylueſtris accipit. Radice nõ nucis, ut Theodorus tranſtulit, ſed Gãmari marini ſpecie: quoniã Caryas pro Caridas, uel Carabidas legiſſet. In quo notãdum, Carabos, qui & Grapſæi ſunt, interim pro locuſtis, interim pro Gãmaris a ueteribus accæptos: ut Athenæus auctor eſt. Carides uero Squillæ ſunt, quas & Curidas, & Coridas, & Colybdenas quidã uocant. Etiamſi marinũ genitale, Nicander Colybdenã putauit. Aconito ſane breuis herba, nec ſuperfluens, ſed ut Frumẽto. Semen ei tamen in ſpica non eſt. Naſcitur ubiq;, nec tantũ in cautibns nudis, quas Aconas uocant, unde Aconitũ nõnulli uolunt appellatũ. Alĩ quia in petroſis parte plurima naſcenti, nullus iuxta puluis eſſet. Alĩ a pago, ſiue oppidulo, ſiue portu Periandynorũ ad Heracliã ita noĩato. Alĩ quoniã uis eadẽ in mortẽ eſſet, q̃ cotibus ad aciẽ ferri decutiendã, ſtatimq; admota uelocitas ſentiretur. Fructũ eius & foliũ nihil nocere prædicãt. Vim mortiferã in radice haberi. Ad erodendã uti ea medicos: p̃parari uero poſſe, ut tollat biẽnio, anno, mẽſibus ſex, tribus, duobus, uno (rõne etiã pitioribus occulta) miſerius perire, q̃ poto eo diutius uitã extrahant. Differri, celeraric̃q; ſumẽti

bus exitiũ, prout sero, aut ocius collectũ fuerit. Debellari pestẽ eam nõ alia radice, ut quidã ex prompsere, sed aut uino, aut melle successu raro. Alioqn reperto in uisceribus ueneno, ceu pari inuẽto, nõ perimit, sed colluctat̃ cum eo tantũ. Ita duo uenena cõmoriunt̃, ut anĩal supersit. Omniũ porro uenenorũ ocyssimũ esse Aconitũ, ut tactis quoq; genitalibus fœminini sexus animaliũ, eodem die mortẽ inferat. quo modo interẽptas a Calphurnio bestias dormiẽtes uxores M. Cælius obiecit. Fugitiuos eo in uinculis uti solitos, desponso animo Aconitũ seruantibus, instituta capitis pœna. Quod autẽ sit herbæ genus Acontias uocatũ, non reperi. Etem̃ ut Athenæus inquit, grãmaticorũ mos est, poëtas, & auctores alios enarrantiũ, cum qd huiusmodi occurrerit, quasi cõniuendo præterire, nihil aliud testantes, q̃ aut lapidis, aut animalis, aut floris genus esse. Quo fit, ut parũ fidei grãmaticis in hac eruditiõis parte semper habuerim. Aconitũ inuenisse prima dicitur Hecate, uenenorũ insigni crudelitate fœmina, quæ Persam patrem, Solis filium, perinde crudelissimũ, ueneno sustulit, auctor Diodorus. Propterea q; Ouidius in Metamorphosi cum herbã dixit Hecateida, uidetur Aconitum accæpisse.

## BARBARI COROLL.

Contra Grãmaticorum omnium decreta, Poëtarumq; fidem, quorum illi rationem nominis secuti, ἀπὸ τῶν ἀκονῶν, id est, a cautibus, in quibus nascitur Aconitum, dici passim testantur, hi, præsertimq; Naso in Transformationibus suis cecinerunt, Quæ quia nascuntur dura, uiuacia caute, Agrestes Aconita uocant. Theophrastus. 9. de plantarum historia ubiq; nasci Aconitum testatus est: neq; a cautibus, quas Græci Aconas uocant, nomen illi factum fuisse, sed ab Aconis Periandynorum pago, qui ad Heracliam Ponti est, Aconitum uocari. Amare quidem, & nasci plærunq; in petrosis, non tamen a petris nomen inuenisse. Verba eius sunt, quo diximus loco. φύεται δὲ πανταχοῦ καὶ οὐκ ἐν ταῖς ἀκόναις μόνον ἀφ' ὧν ἔχει τὴν προσηγορίαν. αὕτη δὲ ἐστι κώμη τις περιανδεύνων, φιλεῖ δὲ μάλιστα τοὺς πετρώδεις τόπους. Quorum sensus ille est, quẽ paulo ante diximus. Duo hic scriptor Aconiti genera eodem nomine tradit. Theophrastus tamen eodem de plantarum historia uolumine, alterum hoc quod modo docetur simpliciter nomine Thelyphoni tradidit. In his, ut uidetur Theophrasto, & huic, omnia fere eadẽ sunt. Discrepant tantũ, q; hic Aconitũ, ille Thelyphonõ primo uocat nomine; neuter tamẽ manifestã nominis eius aliquã indicat caussam. Quo fit, ut suspicari aliquis possit, in utroq; corruptã esse hanc uocem: nec Thelyphonon, quod est fœminas, sed Theriophonon, quod est, bestias enecãs, quas multas in capitis fine hic numerat, legendum esse locum. Nisi quod Theophrastus ait, plantæ huius radicem genitalibus omnium quadrupedum inditam, eadem die eas enecare, de fœminarum genitalibus intelligedum tantũ sit. In quã partem inclinat animus nobis: dicente Plinio lib. 27. capite. 2. tactis quoq; genitalibus fœminini sexus animalium, eodem die inferre mortem. Quod magis adhuc miretur aliquis, sciens neq; in altero Aconito huiuscemodi aliquid testari Theophrastum. Plinius quo diximus loco, tractata simul utriusq; rei historia, unũ tantum uidetur Aconiti genus fecisse, eiusq; appellationes aliquot palam indicasse: Pardalianchesq; ab enecandis Pantheris uocari ostendisse, cum ait, Tangunt carnes Aconito, necantq; gustatu earum Pantheras: nisi hoc fieret, repleturas illos situs: ob id quidam Pardalianches uocauere. Thelyphonon etiam, ut diximus, quoniam fœminini sexus animalia enecet, Myoctonon alij, ab enecandis muribus, quoniam e longinquo mures odore enecet. Cammaron, a radicis flexura, quam Carydi, id est, marinæ Squillæ similem habet, quam in historia eius hic scorpionis caudæ similem fecit, & Alabastrorum modo splendere ait.

## ¶ De altero Aconito. CAP. LXXXI.

Est & alterum Aconitum, quod aliqui Cynoctonon, alij Lycoctonon appellant, alij Cyamon leucon, Romani Colomestrum. Huius genera sunt tria. Vnum, quo utuntur uenatores: alia duo in usum suum uertere medici. E quibus tertium, quod Ponticũ nominatur, magna ex parte in Italia montibus Iustinis exilit: a priore distans, quoniam folia faciat effigie Platani, crebriore diuisura, longiora, & multo nigriora. Caulem Filicis, læuem stylum, cubitali altitudine, aut ampliorem. Semen in siliquis oblongis recondit. Radices in modum Squillæ piscis scirrorum nigrescunt. Quibus ad uenationem luporum utuntur.

C Insertæ siquidem crudis carnibus, & deuoratæ, lupos enecant.

BARBARI COROLL.

Pli.li.27.ca.3. HVius Aconiti neq; formam, neq; medicinas Dioscorides exequitur. Librariorum (ut arbitror) culpa fuit: tria capita scribentium, cum duo tantum Aconiti summa genera dicantur, Galeno teste, Pardalianches, & Lycoctonon.

De Lycoctono, cuius species treis haberi constat, in primo Aconiti genere disserui, Theophrastum & Plinium secutus. Lycoctonos dicta est, quia lupos enecet. Habent & nostri rustici ad eundem usum Lupariam uocatam, folio uitis, multas habente diuisuras, & maculas candidas, flore oblongo, luteo. Aetius, Aconitum inquit sunt, qui Aconistomon, & Irin syluestrē, & Pharmaciaden uocent, radicula fere graminis.

EX M. VERG. COMM.

QVale Thelyphonon Aconitum descripserit Theophrastus, satis superiore capite dictum a nobis fuit, superest modo alterum hoc. Quod quale in scriptore hoc sit, parū nobis constat. Dicimus autē quale, integrum ne, an corruptū & decurtatum. Demiramur enim nihil quod ad hominis salutem, aut maleficium pertineat in eo tradi: præsertim docente multa Theophrasto de maleficio eius & remedijs, & præter Theophrastum Paulo Aegineta easdem priori uires illi decernente: priuatimq; lupos enecare, quemadmodum illud Pantheras: ideoq; Lycoctonon hoc, ut illud Pardalianches seorsum uocari: & præter hos Plinio libro. 27. capi. 3. unum tantū genus utriusq; nominibus indicāte, multoq; aliter q̄ Theophrastus, qui. 9. de plantarum historia alterū hoc Aconitum his uerbis descripsit. Nascitur ut ferunt Aconitum in Creta, Zacynthoq;. Plurimū autem & optimū in Heraclia Ponti. Folium habet Intibi, quod uocant Cichoriū, figura. Radicem figura coloreq; marinę Squillæ similem: & in hac lœtalem uim esse. Contraq; foliorū & seminis nullas ad mortē uires esse. Herbæ autē semen est non surculosæ materiæ. Breuis tamē herba ipsa, nec quicq̄ egregium habens, tritico similis, non tamen semen illi in spica maturescit. Non uescitur Aconito ouis, nec aliud quidpiā animal. Adiecit his alia quædā scriptor idem, quæ uolentes relinquimus: ne ultra q̄ opus sit legentes remoremur. Monemus tamē, in cognoscendis illis non fore inutilē eorum laborem. Nobis em̄ satis est, pro

D Aconiti historia breuiter hæc signasse: ut quod paulo ante diximus, cunctis certius fieret, non cōuenire penitus in Aconitorū historia Græcos, Latinosq; antiquos scriptores. Qui tamē omnes, excæpto Plinio, duo eius gn̄a fecerūt. Alterū quod Pardalianches a Theophrasto, Thelyphonon priuatim dictū est. Alterū, quod Lycoctonon: illud ab enecandis Pantheris, hoc a lupis. Et hæc auctore Paulo Aegineta cognomina utriusq; & notæ quondā fuerūt. Siquidem ait. ἀκόνιτον τὸ μὲν παρδαλιάγχεσ σηπτικῆσ καὶ δηλητηρίου δυνάμεωσ ἐστὶν· ὅθεν μεν αυτὸ ὀυληπτέον ἐξωθεν μέντοι ἐπὶ τῶν σαπῆναι δεομένων σαρκῶν χρηστέον ἀυτῶ, τὸ δὲ λυκοκτόνον τῆσ ἀυτῆσ ὂν τῶ προτέρω δυνάμεωσ ἰδέωσ τοὺσ λύκουσ, ἀναιρεῖ ὥσπερ ἐκεῖνο τοὺσ παρδάλεισ. Quod est. Et Aconitū quidem cognomēto Pardalianches exedentē, & lœtalem uim habet. Eamq; ob caussam intus cauendum est. Foris tamen in carnibus, quas exedi oporteat, uti licet. Quod uero a lupis Lycoctonon dicitur, easdē priori uires habens, priuatim lupos, ut illud pantheras enecat. Et hæc pro altero Aconito hoc ex Theophrasto & alijs inuenta, & obseruata hactenus a nobis fuerunt.

## ¶ De Cicuta. CAP. LXXXII.

κώνειον

Vulgariter agua tocños.

COnion aliquibus Aegynos, alijs Ethusa, alijs Apolegusa, alijs Dolia, alijs Amaurosis, alijs Paralysis, nonnullis Aphron, Quibusdam Creidion, alijs Coeten, alijs Catechomenion, alijs Abioton, aliis Abseudes, alijs Ageomoron, alijs Timoron, alijs Polyanodinos, alijs Dardanis, alijs Catapsyxis, Ostani Babathy, Aegyptijs Apemphi, Romanis Cicuta appellatur. Caulem ædit geniculatum, ut Fœniculi grandē, in cacumine ramosum, folia Ferulæ, angustiora, graui odoratu. Vmbellæ in summo prodeunt, flores quoq; albicantes, & semen Aniso candidius. Radice non alta, concaua. Cicutæ lœtale uenenū inest, suaq; ui refrigeratoria necat. Remedio est uini meraculi potus. Succus exprimitur contusis cacuminibus, priusq̄ semina & comæ siccescant, qui sole densa-

Hosted by Google

tur in paſtillos. Præcipuus ad medendi rationem uſus eſt aridi. Miſce A
tur collyrijs, quæ leuandi doloris gratia temperantur. Ignes ſacros, & ulcera quæ ſerpunt, illitu reſtinguit. Hærba cum coma trita, & teſtibus circumlita, libidinum imaginationes in ſomno compeſcit. Sed genitale reſoluit. Lac puerperarum mammis appoſita, extinguit. In uirginitate mammas cõercet, & increſcere non patitur. Pueris præſtat, ut eorum teſticuli cibum non ſentientes, intabeſcant. Efficaciſſima uis Cræticæ, Megarenſi, mox Atticæ, & in Chio & Cilicia naſcenti.

## BARBARI COROLL.

Cicuta Græce Conion, inuiſa & hæc, publica Athenienſium pœna. Semen habet noxium. Caulis eius uiridis: & urit plærumq; , ut in Platanis. Leuis hic eſt, & geniculatus, ut Harundo, nigricans, altior ſæpe, binis cubitis. Hinc & ſpacium, quod eſt inter cannarũ, ut Seruius exiſtimat, genicula, Cicutã uocari a Marone. Folia Coriandri tenuiora. Semen Aniſo craſſius. Radice nullius uſus, ut Plinio uidetur. Semini & folijs refrigeratoria uis. Quæ ſi enecat, incipiunt extrema corporis algere. In uino pota, irremediabilis exiſtimatur. Succus exprimitur folijs, floribuſq; . Tunc em̃ maxime tempeſtiuus eſt, & melior. Semine trito expreſſus, & ſole denſatus; nocentior q̃ ſemen ipſum, ut in Thapſia: cum in reliquis contra fit. necat enim ſanguinem expiſſando. Hæc altera uis eſt, & ideo ſic necatorum maculæ in corporibus apparent. Ad diſſoluenda medicamenta utuntur illo pro aqua. Fuerit autem Cicuta herba, cuius guſtatu exercitus M. Antonij cum fame laboraret, pene ſit extinctus in Parthia, non traditur: alioquin remedium, ut Plutarchus ait, in uino tantum erat. Plinius quoq; , Maxima inquit Cicutæ uis terræ Parthorum. Mox Laconicæ, Creticæ, Aſiaticæ. In Græcia uero Megaricæ, deinde Atticæ. Thraſyas, & diſcipulus eius Alexias, & hanc, & cætera uenena temperabant, ita, ut ſine aliqua offenſione, aut tabe tollerent, in quantum uis tempus dilata morte. In Cicuta præcipiebant, ut e Suſis, aut pręgelidis opaciſq; locis ad hunc uſum reponeretur. Chij, ut Theophraſtus ſcribit, non terebant eam, ut cæteri cum tegmine, ſed hoc detracto, truſam & tenui cribro emiſſam, ex aqua propinabant. In Ceo inſula mos fuit, ut ſexagenarij ſenes, conuocatis neceſſarijs, ſolenni ſacrificio Cicutam epulati, & coronati biberent. Strabo autor, ut fere in Theophraſto non Chios, ſed Cios legendum putem. Cui conſuetudini ſe Valerius quoq; maximus ſecundo libro, interfuiſſe tradit, in eius inſulæ oppido Iulide. Cicutam ſunt qui etiam Ephemeron, a celeritate interitus uocarint, ut Photion autor eſt. Recentiores Cicutæ duo faciunt ſumma genera. Aquaticæ, frigentis naturæ. Terreſtris, calidæ. Terreſtris duo item genera. Maius, et Minus. Sed quoniam autorem nullum proferunt idoneum, uereor ne (ut fere ſolent) hallucinati fuerint. Alioquin Cicutæ ſimilem diximus eſſe Myrrhin herbam, ob id Cicutariam a noſtris appellatam, calentis ingenij. Nam uerba illa Plinij, Caulis inquit Cicutæ uiridis, & urit plærumq; , ut in Platanis, quia ſenſum nullum cõmodiorem habent, correximus ex Theophraſto ad hunc modum. Caulis Cicutę uiridis, e Suſis plærumq; Athenas perlatus. Quanq̃ Cicutæ uis eſt & illa (ſi Celſo credimus libro quinto) exedendi corpora: ut ſorte ſeminibus & folijs frigida ſit poteſtas, cauli feruida. Illud uero minus tolerabile, q̃ Mauritani, uel eorum interpretes, illud Rutæ genus ſylueſtris, quod Dioſcorides & Plinius Armala uocari ſcribunt, ipſi pro Cicuta capiunt. Sunt qui (quod Galenus ait tertio libro κρασίων) Cicutam Sturno cibum, homini uenenum eſſe, cõuerterint, Hyoſcyamum eſſe Turdo cibum, homini uenenum: quo nihil eſſe poteſt fœdius, imperitius, abſurdius.

## EX. M. VERG. COMM.

AVxerunt Cicutæ famam Athenienſes, ſucco eius ad mortem in publicis & capitalibus iudicijs utentes. Alioquin indigna erat herba, quæ in omnium poetarum carminibus & ſapientium cõmentarijs inueniretur. Vulgaris, ubiq; fere naſcens, & homini præcipue noxia. Sed hæc eſt omnium fortuna rerum, ut aliquando ex uſu gentium honorem, & quam poſſunt gratiam inuenerint. Factum id tunc in Cicuta eſt, quæ neglecta modo & incognita multis iacet. Mutatæq; leges, & pœnarum in ſceleribus rationes, pecori herbam relinqui cõegerunt, quæ quondã malo hominis fato naſcebatur. Et ut teſtatus Theophraſtus eſt, in quotidianos uſus ex Suſis frigidiſſimiſq; alijs locis maiore diligentia repetebatur. Non erimus ob eam cauſam nos in eius hiſtoria longiores. Quod enim ſatis ſit, ab herbarijs omnibus cognoſcitur, Fœniculi caule,

folio Ferulæ, aliſq; a Dioſcoride deſcriptis notis.

## De Taxo. CAP. LXXXIII.

σμίλαξ

taxus. vulgo texo

SMilax a Græcis, Taxus a Latinis appellatur. Arbor Abietis magnitudine, & foliorum eiuſdē figura. In Italia & Narbonenſi Gallia Hiſpaniæ cōtermina naſcens. Auiculæ quæ Italicæ Taxi baccas deuorant, denigrātur, & qui ederint eaſdem homines, alui profluuio corripiuntur. Narbone tam præſentis eſt ueneni, ut ſi qui dormiāt ſub ea, aut in eius umbra ſubſideant, lædantur, & ſæpenumero moriant. Quare de Taxo hæc traduntur, ut ab ea caueamus.

### BARBARI COROLL.

Pli. li. 16. ca. 11.

SMilax, ſiue Taxus, eſt ubi a Theophraſto & Dioſcoride Milos appellata ſit, folio æterno, extremitatibus & lateribus ſinuato, ut Quercus & Paliuri, & omnino Ilicis, molliore tantum profundioreq;. Differt & materia ab Ilice, q; ſoluta & tenera in operibus eſt Taxo, præſertim in Arcadia: ubi & nigra eſt ac punicea. Flauet in Ida, tam ſimilis Cedro, ut imponat mercantibus, præſertim medulla. Germen ei maxime ſerotinum. Floret paulo ante ſolſtitium. Fructificat a uergiliarum obitu. Facillime augeſcit, procera, ſimilis Abieti, minus excelſa, ſed aliqs* ere
* brioribus. Folium quoq;, ut ſcribit Plinius, Abietis, ſed pinguius, ac minus uirens. Strigoſa, triſtis & dira: nullo ſucco, baccifera. Radices ei graciles, per ſuma ceſpitum breues. Circa Idam rara. In Macedonia et Arcadia frequentior. Rotundo fructu, et paulo ampliore q; Faba, colore ruffo, tactu molli, ueterinis lœtifero, non item ruminantibus. Sunt qui eum quoq; mandant ſuaui cibo, & innocentem prædicent. Vmbroſiſſimis locis prouenit. Fumus ex eo mures perimit. Mari fructus, ut Plinio uidetur, noxius. lœtale quippe. Baccis, in Hiſpania præcipue, uenenum ineſt. Vaſa etiam uiatoria ex ea uinis in Gallia facta, compertum eſt mortifera fuiſſe. Sunt qui Taxica hinc appellata putent, quæ nunc Toxica uocantur, quibus ſagittæ tinguni in Arcadia, ueneni uel preſentiſſimi. Repertum innoxiam fieri, ſi in ipſam arborem clauus æreus adigatur. Conglutinamenta, ſiue ſubſcudes, ex ea ſcrinijs & ſubſellijs parantur. Nunc et arcus,
D & ſcorpiones. Nec Taxus uulgo, ſed literæ prioris immutatione, Naxus, & Naxius quoq; dicitur: quod nomen & Dioſcoridi fuiſſe cognitum uideo, ubi uenena libro ſexto numerat, eodem loco, non Taxum, ſed Toxum a Romanis dici credidit. Nec Thymalon, ut hic, ſed Thymilon ſcribendum: quod & Aetius quoq; ſequitur. Paulus Thymion. Galenus Taxum etiam dici Cacton inquit. Paulus Cacton ſpinæ genus eſſe, quam Dioſcorides libro ſexto uocauit Axon, cuius pappi recentes, in cibo ſumpti ſtrangulant, in quibuſdam exemplaribus Ixiæ nominati. Veriſimile eſt hanc eſſe Cacton, de qua Theophraſtus & Plinius loquuntur. Cactos inquit, Siciliæ tantum naſcitur ſuæ proprietatis, cuius in terra ſerpunt caules e radice, lato folio, & ſpinoſo, quos uocant Cactos, nec cibo deſquamatos faſtidiunt, guſtu amariuſculo. Sed & ſeruati ſale ueſcendo ſunt. Vnum caulem rectum habent: qui Pternix dicitur, eiuſdem ſuauitatis, ſed uetuſtatis impatientem. Semen ei lanuginis, quam Pappon uocāt: quo detracto & cortice, teneritas cerebro Palmæ ſimilis relinquitur. Vocant Scaliam, ſiue ut Plinius Aſcaliā. Aliubi Plinius, Sunt inquit & ceduæ Palmarum quoq; ſyluæ, quæ minantes, rurſus ab radice ſuccoſæ, dulcis medulla earum in cacumine, quod Acrum appellant, exemptaq; uiuunt, quod non aliæ. Vocantur autem Chamæriphes etiam a Theophraſto, folio latiore ac molli, ad uitilia utiliſſimo, copioſæ in Creta, ſed magis in Sicilia. Nunc uulgus Siculum Romanumq; Ciphilionem, mercatu eius frequenti nominat. Aliqui Palmidium ab quadam Palma ſpadicum ſimilitudine, ut ex quibus ſcopæ fiant. Margyllion Hiſpaniæ modo appellant credo, quia bacculas rubentes, margaritis ſimiles ferant, Dumulos uocatas, quibus filo imiſſis, feminæ ſupplicationes preceſq; ſuas numerant. Plinius quodam loco, Margarides inquit Palmæ breues, candidę, rotundæ, acinis q; balanis ſimiliores: quare & nomina inquit a margaritis accepere. Diuerſum tamen genus hoc ab Hiſpano illo fecerim, q; in meridiano tantum orbe Margarides naſcunt, et quidem una tantum eius arbore in Chora, ut idem Plinius affirmat. Iam hoc quod dixi Palmidium uocari, non Siciliæ modo peculiare, ſed Aegypto, & Hiſpaniæ. In Italia quoq; naſci perhibent, non procul Terracina. Mirum quod traditur in Aegypto, ipſis etiam Palmarum quarundam innaſci truncis, ſed minoris operis ad mandendum. In orbe reliquo duorū generum, ſed eodem ceſpite prouenium, mas & femina. Sexum diſtingui ſemine, quod Pappon, ut dixi

Hosted by Google

mus appellant. Fallit hoc imprudentes, opertum cortice multiplici, tunicis ferrugineis interue stientibus. Cortex Folij modo in latum ex angusto panditur, & armatur aculeis. Ideoq; latũ & spinosum a Theoph. dictum est. Ex huius crassitudine in Aegypto charta mõ tingitur uilis, ad contegendas inuoluendasq; segestriũ usumerces. Ex tunicis quas intercursare diximus, in eadẽ prouincia, funes, rudentesq; nectuntur. Caulis ipse cęduus quotannis, alioquin adolescit crassi tudine in tantum, ut arboris iustæ truncum æquet ambitu.

A

EX. M. VERG. COMM.

CEcinit quondam Maro primus idem, maximusq; Bucolici carminis latinus autor, Iunipe ri nolet esse grauis cantãtibus umbra: monuitq; pastore, sub spinosam, densioriq; umbræ arbo rem uocandas homini non esse musas. Mox pro Apibus præcepit, Et tua Cyrneas fugiant exa mina Taxos: nullibi ęqua maleficij dispensatione. Siquidem Taxos fugisse potius q̃ Iuniperos homines oportebat: si ut hic, & alij tradiderũt, lœtalis homini earum umbra est. Plinius. 26. uo lumine, cap. 11. de ea ait. Et esse in Arcadia tam præsentis ueneni, ut si qui dormiant sub ea, cibũ ue capiant, moriantur. Et præter Plinium Plutarchus sui Symposij tertio cõmentario, quo ca pite quærit, Si in conuiuio florum coronis utendum sit, ἰσορροῦσι γὰρ ὅτι καὶ σμιλάκου ἀποκτεί νει τοὺς ἐγκαταλαρθήνταϛ ὅταν ὀργᾷ μάλιϛα πρὸϛ τὴν ἄνθησιν. Quod est. Ferunt enim & Smylacis um bram, in ea dormientes perimere, quo tempore præsertim ad nouos flores turget. Contraxitq; umbræ eius noxam ad id tempus maxime Plutarchus. quod ab re nõ est, ob eam quam ille tra didit causam, dicens ueluti telis, sagittisq; aliquibus uulnerari cerebrum halitu florum per na res attracto: qui cum in hac arbore semper lœtalis sit, in noua florum productione, ob acriorẽ maioremq; eius copiam magis nocet. Descripsit Plinius quo diximus loco arborem longius: Barbarus etiam in Corollario suo, ex græcis latinisq; scriptoribus omnem eius historiam col legit: & præter eos uulgaris, notaq; cunctis nunc etiam arbor est. Quæ una tantum mutata lite ra p Taxo, Naxus nobis uocat. Durissimę materię arbor, & ob id in fabrica expetita, ad ea quę diuturniora futura sunt. Balistæ, arcusq; nunc etiam ex ea fiunt. Sed quondam in frequentiore eius teli usu, & ipsa in maiore usu fuit. Fluores alui baccas eius uescentibus fieri, hic scriptor ait: ex eademq; causa Maronẽ nos credimus monuisse, fugiẽdã Apibus esse arborem: ne cita aluo, cui malo obnoxiæ sunt, perirent. Quia enim ui homini nocet, eadẽ illis nocere credendũ est.

B

## ¶ De Apocyno. CAP. LXXXIIII.

ἀπόκυνον

APocynon aliqui Cynanchon appellant, alij Pardalianches, alij Cynomoron, alij Cynocramben, alij Cynoctonon, alij Phaleõ, alij Cynanchen, alij Oligorõ, alij Hippomanes, alij Onistin, alij Ophi oscorodon, alij Cynaricam, alij Elaphoscorodon, Magi Paralysin, Ro mani Brassicam rusticam, aut caninam. Frutex est paruis uiticulis con stans, male olentibus, fractu fere inuictis, folio Hederæ, molliore tamẽ, & per extremum acutiore, uiscoso, graui odore. Id luteo succo turget. Siliquæ ceu Fabarum, digiti longitudine protenduntur, semine intus albo, duro, paruo. Folia cum adipe in panes coacta, canes, lupos, uul pes, & pantheras enecant in cibo data, & ptinus eorũ coxas resoluũt.

apocinon. bras
a Rustica bel ca
nina

BARBARI COROLL.

APocynon, semine acuto, diuiso, lanuginoso, graui odore, uirgis minus longis q̃ Hedera: Quadrupedes necat, si uescantur, omnes. Est & uenenum hominibus. Dicitur & Cynocram be a Galeno, ab aliquibus Hippomanes. Quanq̃ & uirus defluens ab equarũ inguinibus quo tempore amoris insania feruntur, Hippomanes appellant. Apud Hesiodum certe Hippoma nes herba est, quam edentes equi, aguntur in furorem. Dicitur & Capparis Hippomanes. Est & saltationis genus apud Comicos Apocinon, sed scriptura distinguitur.

Plí. lí. 24. ca. 11

EX M. VERG. COMM.

INutilis medicinæ huic scriptori Canina Brassica est. Posteriores tamen græci calidam, sine sic candi ui eam descripserunt. Eamq; ob causam emplastri modo impositam, discutiendi uim ha bere. Plinius præterea li. 24. capite. 11. Suspirioſos, pleureticos, & omnes lateris dolores ex aqua semen eius sanare testatus est. Quo loco ijsdem notis, & paulominus q̃ ijsdẽ huc scriptori uer bis eam effigiauit. Canes, & omnes quadrupedes necare in cibo datam Dioſc. pariter testatus.

C Quæ nominis frutici huic præcipua causa est. Pluresq; ex appellationibus eius non aliunde q̃ ex eo usu causam habent. Dico autem, ex eo usu: quoniam sæpe fit a uenatoribus, & aliis qu bus syluas, aut alienas domos ingredientibus adlatrari incõmodum sit, ut cum odisse canes i cœperint, uenenato aliquo cibo eos intercipiant: quale Apocynon hoc est: quod Paulus Aegi neta in. 9. ait ideo Cynocramben, id est, caninam Brassicam, et Cynomoron, idest, canum mo tem uocari, q̃ eos celerrime enecet: eadem q̃ ui maleficium & lœtalis homini sit. Quod parite indicat Apocyni uox: nihil aliud græcis significans, q̃ q̃d abesse canes facit. Quẽadmodũ Cyn gos, q̃d canes angit & strãgulat: & Cynoctonõ, q̃d canes enecat. Quę oẽs eiusdẽ rei indices uo ces, eãdẽ hñt causã. In cęteris nõ tã facilis nob, intellectus ẽ, ob eãq̃ cãm pitioribus relinquunt

## ¶ De Nerio, seu Rhododendro. CAP. LXXXV.

νήριον

NERION aliqui Rhododaphnẽ, alij Rhododendrõ, alij Spongiõ, alij Hæmostarin, Romani Rhododendrõ, Luca ni Iemanen, Aegyptij Scympham, Pœni Rhododaphnem appellaue re. Frutex est uulgaris noticiæ, longioribus q̃ Amygdala folijs, asperi oribusq̃, flore in Rosam conformato, fructu Nuci græcę simili, corni culato, qui patefactus quandã floccorum speciem ostendit, Hyacynth pappos representantẽ. Radice longa, acuta, lignosa, gustãti salsa. Nasci tur in amœnis, maritimis, amnibusq̃. Flores & folia mulis, asinis & quadrupedum plurimis uenena sunt, hominum uero contra serpenti um morsus præsidia. E uino pota, eo magis Ruta addita, imbecillæ et

D am animantes, ut pecus & capræ, si aquam bibant in qua folia ea ma duerint, moriuntur.

Rhododendron arbor, que a officinis vocatur oleander vel merlig a delfa.

### BARBARI COROLL.

Pli. l. 16. ca. 22. NErion Sabina quoq; herba dicitur. Sempiternum fronde, caulibus fruticosum. Mel insa num e Ponto contrahitur, Rhododendri flore, quo scatent syluæ. Hoc ne nomen quidem a pud nos inuenit latinum, ut Plinius rradit. Galenus hanc intelligit, quoties Rododaphnen no minat, aut Nerion, duobus eam locis prodens. Photion Rhodoniã quoq; dici meminit. Quo dam tamen Rhodoniam interpretatos inquit fuisse uitem, flauas uuas ferentem. Dioscoride Rhododaphnen a quibusdam uocari Spongon scribit. Aetius Spongitin herbam dicendo procidentiæ sedis utilem, quid intelligat haud scio.

### EX M. VERG. COMM.

FEcerunt græcis Rhododaphnẽ Rosæ flos, & Lauri folium, quæ fruticis huius pcipue no tæ sunt. Fecit idem Rosæ flos & arbor eidem genti Rhododendrũ. Sic enim fruticem hunc eti uocarunt. Pliniusq̃ hac sæpius q̃ illa pluribus locis uoce usus est. Nec refert q̃ hic Amygdal folijs folia eius comparauerit. Lauro em̃ & Amygdalæ non dissimilis magnopere foliorũ fig ra est: longa eiusdem fere latitudinis & in cuspidem acuminata. In cæteris eius appellationibu parum certa nobis ratio est: ideoq̃ indescriptæ relinquuntur.

## ¶ De Fungis. CAP. LXXXVI.

μύκητες

FVngorum differentia duplex. Aut enim mandũtur, aut perni ciales sunt. Multis de causis uenenosi gignuntur. Si enim cla uus ferreus, in quo sit rubigo, aut panni marcor adfuerit: aut si iuxt serpentis cauernam, arboresue, quæ pariunt noxios fructus, erumpãt Continent nescio quod strigmentum, concretamque pituitam, terra que eruti q̃celerrime computrescunt, atque marcore uitiantur. Sec qui ueneno imbuti non sunt, suauem in iuribus gratiam habent. Lar gius tamen sumpti, nocent, & ægrius concocti strangulant, aut chole ram morbum citant. Remedio est nitri potus, aut lixiuium cum acid

Hosted by Google

muria, aut feruefactæ Satureiæ, aut Origani iusculum. Debellantur etiam gallinacei fimi potu ex aceto, aut eiusdem delinctu cum melle multo. Corpus alunt, sed ægre dissoluuntur, cum magna ex parte integri ipsi, cum recrementis alui reijciantur. A

## BARBARI COROLL.

FVngi cortice, medulla, neruo, uena carent, pediculo admodum æquali: quanq̃ qui ex ijs Pezicæ a græcis uocantur, nec pediculum, nec radicem habent. Fungos græci Mycetas uocãt: nec distinguunt. Quanq̃ Paulus etiam Boletos cognouit, Bolitas appellando: quibus & principatum inter Fungos dedit, sicut secundum locum ijs qui Amanitæ nominantur. Sunt & Egiritæ, sed industriæ fermento in ipsis Populi nigræ truncis diluto aqua, protinus cõalescentes. Quorundam facile noscuntur uenena, diluto rubore, rancido aspectu, liuido intus colore, rimosa stria, pallide per ambitum labro. Non sunt hęc in quibusdam, sicciq; & Nitri similes, ueluti guttas in uertice albas ex tunica sua gerunt. Voluã em̃ terra ob hoc prius gignit. Ipsum postea in uolua, ceu in ouo est luteum, nec tunicæ minor gratia in cibo infantis Boleti. Rumpitur hæc primo nascente, mox crescente in pediculo corpus absumit̃, raroq; unq̃ gemini ex uno pede. Origo prima e limo, & acescente succo madentis terræ, aut radicis ferme glandiferæ. Initio spuma lentior: dein corpus membranæ simile: mox partus, ut diximus. Deprehendisse perniciales, nisi agrestes possunt, atq; qui colligunt. Caligaris clauus, & rubigo ferri, aut calybs uenenatos faciunt. Boletis ortus occasusq; includitur septem diebus. Fungorum lentior natura, & numerosa gña, nec nisi ex arborum fere pituita. Tutissimi qui rubent, callo minus diluto q̃ Boletis rubore. Mox candidi, uelut apice flaminis, insignibus pediculis. Tertiũ genus suillis accõmodatũ uenenis. Quidã discreuere arborũ generibus, Fico, Ferula, & gum̃iferis. Non itẽ Fago aut Robore, aut Cupresso. Omniũ colos liuidus. Sed ijs aberit argumẽtũ ueneni, q̃ similiores arbori Fico fuerint. Noxij erunt Fungi, qui in coquendo duriores fiunt. Innocẽtiores, q nitro addito coquentur, si utiq; percoquantur. Imbribus proueniũt omnia hęc. Siccant̃ pendentes suilli Iunco transfixi, quales a Bithynia ueniunt, Succineis nouaculis, & argenteo apparatu Fungos ipsæ suis manibus delicię coquebãt: uñ Gręci hos Deorũ cibo nasci dictitãt, ut Tranq̃llus in Nerone meminit. Porphyrius, non cibum, sed filios Deorũ Fungos & tubera uocabant, qa ꝓuenire uiderent̃ sine semine. Nata forte diuersitas, q̃d uerbũ θεοτρόφος, & eũ q alit, & eũ qui alitur significat, accentu mõ cõmeante. Porro Deorum & cibus & alumni ideo uideri possunt, qm̃ & eos quorum pater ignotus est, filios terræ dicimus: q̃d quidem & Cicero in quadam ad Atticum epistola confirmat de Lica. Recentiores alia quoq; nomina, uel genera dedere. Ouatos, ab oui similitudine. Spongiolos, a spõgia. Digitellos, a digitis. Porriginosos, a porrigine. Pezicas, quasi sessiles & pediculis carẽtes. Laciniæ priuatim dicuntur e castanea, magnitudine spectabiles, ut singuli sufficiant. Innocentissimi sunt e rubis & carduis uere nati, rotũditate clusili, q̃s inde Prunulos, & Spinulos appellant, & Cardeolos. Orit̃ & e saxo. i. lapide Lyncurio, siue Lynceo, uulgari uoce dicto Fungus, admirabili natura. Præciditur hic in esum, & alius subnascit̃ anno toto. Pediculi pars relicta duratur in silicẽ, atq; ita semꝑ crescit lapis, restibili fœcunditate: nec credidimus, anteq̃ domi natos ita menducaremus. Nouum et hoc uita sibi cõperit in uicẽq; multa perdit: quanq̃ est ubi Plinius hoc innuat, ut in castigatione Pliniana. 20. secundi libri diximus. Sunt & igniarij quidam Fungi, & quibus strigilium uice tostrina utitur. Pli. li. 22. ca. 22

B

## EX M. VERG COMM.

DE tota Fungorum natura, quos tantopere ad cibos & ganeam mortalitas expetit, breuissime & uno carmine decreuit Flaccus, cum in Sermonibus suis cecinit. Pratẽsibus optima Fungis natura est: alijs male creditur. O sapientem põetam, qui dum ganeam, multosq; eius sapores didicisse uideri uult, humanæ uitæ tam utiliter consuluerit. Græcorum medici etiam, exceptis Boletis, & quos Paulus Aegineta suorum, ut nos credimus, temperorum nomine Amanitas uocat, omnes una sententia damnauerunt, frigidos, pituitosos, & crassioris humoris in cibo constituentes. Plinius tamen. 22. uolumine eiusdem numeri capite, proximoq; illi longiore historia, bonitatis eorum, uitiaq;, & totam naturam prosecus est. Quę poterunt uolentes certius in eo cognoscere. Fuerunt medicorum & sapientiorum de Fungorum natura & ui decreta quæ pauloante dicta sunt. Poetæ tamen Boletos pręcipue laudarunt. Et inter antiquos medicos Paulus Aegineta primo uolumine de Fungis, Boletisq; sic dicens. οἱ δὲ μήκητες ψυχροί τε εἰσὶ καὶ φλεγματώδεις καὶ κακὸ χυμοί. τούτων δὲ αὐτῶν οἱ μὲν βωλῖται ἀβλαβέστεροι καὶ ἀπονοικαλῶς ἐψηθέντες.

C οἱ δὲ ἀμανῖται λίντιρας ἴσι τάξεως. τῶν δὲ ἄλλων μυκήτων ἀπέχεσθαι δεῖ. πολλοὶ γὰρ ἐξ αὐτῶν θανάσιμοι. καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ βωλῖται ἀνεφθότεροι ἐσθιόμενοι κινδύνου παραίτιοι πολλάκις γίνονται. Quorum ſenſus eſt. Fungi uero frigidi, pituitoſi, & mali ſucci ſunt. Omniũ minus nocẽtes Boleti ſunt. Ad ſummũ elixi. Qui uero Amanitę dicunt, ſecũdũ poſt Boletos ordinẽ habẽt. A cęteris abſtinẽdũ eſt. Plures em̃ eorũ mortiferi ſunt. Quinetiã Boleti ipſi ſi minus elixi comedant, periculi, mortiſq; cauſam hñt. Et hęc p Fungorũ maleficio, tutoq; uſu ſatis ſint. In qbus uidendũ, ſint ne Pauli Aeginetę Amanitę, Flacci pratenſes. Boletos em̃ credimus nos ἀπὸ τοῦ βώλου. i. a bolo dictos fuiſſe.

## De Colchico. CAP. LXXXVII.

βολχικὸν

Colchicon. vel Ephemeron. ſunt hęc hermodactili officinarũ

COlchicõ aliqui Ephemeron, Romani agreſtẽ Bulbũ uocant. Autumni exitu florem ædit Croci, candicantem, ab eo tempore folia Bulbi, ſed pinguiora, cauſlẽ palmo altũ, ferentẽ ruſſum ſemẽ, radicem foris e nigra ruſſeſcentẽ, quę delibrata, cãdida et mollis ſpectat. Lacteo ſucco madet, atq; guſtatu dulcis inuenit. Bulbus mediã habet rimã, fiſſurãq;, qua flos erũpit. Plurimũ in Meſſenia, et Colchis enaſcit. Ea comeſa, Fungorũ more, ſtrangulando enecat. Hãc aũt depinximus, ne a quoq; imprudenter pro Bulbo deuoret. Miram em̃ incautis uoluptatẽ affert. Remedia ſunt eadem quæ Fungis. Bubulum etiam lac potum auxiliatur. Itaq; cũ adfuerit, non aliud deſyderatur auxilium.

### BARBARI COROLL.

Plí. li. 28. ca. 10 & li. 25. ca. 11

COlchicon, & Ephemeron, de quo mox prodetur, Hermodactyli genera a neotericis uocãtur. Galenus & Paulus Ephemeron duplex faciunt, Dioſcoridem ſequuti. Vnum deliburorũ ueneni ui, de quo hic. Alterum quod Irin ſylueſtrem cognominant, de quo proxime dicemus. Colchicon ſane haberi modo paſſim prædicãt, Ephemeron neſciri. Hermodactyli porro, ex qbus pilulę ad podagras tantopere cõmendantur, ab Aetio & Paulo, Quinq;folii fit, an Ephemeron, parũ mihi cõſtat. Alioqn recentiores p Ephemero accipiũt. Dioſcorides Quinq;folii

D Hermodactylõ ꝙq; dici, & morbis articularib. et coxẽdici cõuenire pdit, Ephemerõ minorib.

### EX M. VERG. COMM.

MIſceri in antiquis ſcriptoribus inuicẽ Colchicon, et Ephemerõ aliqui crediderunt, Nicandrum in Alexipharmacis ſuis dicentem audientes. ἢν δὲ τὸ μηδικὸν χολχικίδος ἐχθόμενον πῦρ. κεῖνο ποτὸν λίξηται ἐφήμερον. Quod eſt, Si uero Colchidis Medeæ infeſtum ignem poculum illud hauſerit Ephemeron. Mox Plinium inter uenena Colchicum, & inter medicas herbas Ephemeron numerantem. Quinetiam huncipſum hoc loco priuatim de utroq; agentem, & inuicem utrunq; Colchicon et Ephemeron uocantem. Poſt hos Paulum Aeginetam, Ephemeron in quo inter uenena conſtituentem: mox iterum in. 6. Ephemeron his uerbis deſcribentem. ἐφήμερον οὐ δηλητήριον ἀλλ' ὅπερ ἶριν ἀγρίαν καλοῦσι. Quod eſt. Ephemeron non quod noxium & lœtale, ſed quod agreſtem Irim uocant. Et ne longiores ſimus, in cunctis græcis modo uenenũ, modo utilem dentibus & tumoribus herbam Ephemeron inuenientes, præſenti & periculoſa ſemper dubitatione. Niſi cognouerit aliquis duo quõdam Ephemeri genera fuiſſe: alterum quod Colchicon a natali ſolo diceret, flore albicante, crocinio ſimili: radice bulbi, ſed pinguiore: caule dodrantali, notiſq; aliis quæ a ſcriptore hoc in hiſtoria eius numerantur. Quod Colchicon Plinius ſimpliciter nominauit lib. 28. cap. 10. & Paulus Agineta in quinto Ephemerõ: cuius uerba ſunt. τοῖς δὲ ἐφήμερον λαβοῦσι ὃ ἔνιοι καλοῦσι κολχικὸν διὰ τὸ ἐν κολχίδι φύεσθαι. Quorum ſenſus eſt. His autem qui Ephemerum hauſerint, ꝙd quidam quia in Colchide naſcitur Colchicõ uocant. Quodq; hic idẽ ſcriptor in ſexto inter uenena, nõ Colchicõ, ſed Ephemerũ uocabit, quo loco cũ hic plantã deſcripſiſſet, maleficij eius & ueneni notas remediaq; certius illic docet. Alterũ ꝙd ſimpliciter Ephemerũ dicitur innocens, & ut paulo ante nos diximus, dentibus & tumoribus utile. Cuius meminit Plinius lib. 25. cap. 11. his uerbis. Ephemerõ folia habet Lilij, ſed minora, caulem parem. &c. Qd hic ipſe ſcriptor mox deſcribet. Et ut rem totam abſoluamus: ꝙd Paulus Aegineta in. 6. deſcripſit, habereq; ait repercutiendi diſcutiendiq; uires, eſſeq; Ephemera duo: & qualia nos diximus uenenũ alterũ, innocens alterũ, ſatis idem Paulus Aegineta indicat: qui de innocente hoc agere incipiens ait, ἐφήμερον δὲ τὸ δηλητήριον. Quod eſt. Ephemeron, nõ ꝙd noxiũ & lœtale. &c. Manifeſto ex ea, ppoſitiõe, diuiſiõeq; argumẽto, duplex eius genus

Hosted by Google

esse, alterum q̃d ueneni, & alterũ quod remedij rationem habet. Factum ideo est, dum in antiquis græcis uaga appellatione utrũq; Ephemeron dicitur, ne sine caussa crediderint aliqui, mi sceri inuicem Colchici, & Ephemeri appellationes. Verumtamen quantum similitudo aliqua nominis cõmunionem in illis fecit, tantũ natura uiribus ea discreuit: eamq; ob caussam in ueterum scriptorum lectione obseruanda diligentius ea uox erit, ut noxium ab utili, & uenenum a medica materia secerni possit. In quo non parũ proderit, de quo agatur, & quomodo obseruasse. Fuerunt qui maleficum illud Ephemerũ dictum putauerint, q; hausto eo, una tantũ die superstites sint, qui id hauserunt: & a similitudine eius, deinde alterum illud. Nos tamen profiteri non audemus, utrius similitudo alteri nomen fecerit. A

## ¶ De Ephemero. CAP. LXXXVIII.

EPhemeron aliqui sylueſtrem Irin appellant. Folia habet Lilij, sed tenuiora, caulem parem, florem candidum, amarum, semen molle, radicem unam, digitali crassitudine, longã, adstringentem, odoratam. Nascitur in syluis & opacis. Huius radix dentibus præcipua, si decocto colluantur. Folia in uino cocta, discutiunt tumores, & tubercula, quæ nihil adhuc humidi contraxerunt. ἐφήμερον

### BARBARI COROLLI.

EPhemeron foliis Lilij, minoribus, semine superuacuo: dictum ita, quod intra diem iugulet, ut Theophrastus putat. Sed illud alterũ genus est, & Colchicon proprie crediderim, folio Ellebori. Radicula omnibus nota. Seruorũ in desperatione confugiũ. Hoc ipsum Colchicon, & Plinius Ephemeri appellatione intelligit, quotiens medicinas contra Ephemerũ impactum cõmemorat. Ephemero radix longa, non ut Colchico rotunda. Quidam Ephemeri uocabulo deliburtorij ueneni compositionem quandam capiunt, ut Aetius testatur. Pli. li. 25. ca. 11.

### EX M. VERG. COMM.

SAtis in Colchico superiore capite de Ephemero hoc dictum a nobis fuit. Quærendum modo superioribus relinquimus, sint ne quos medici & herbarij nunc Hermodactylos uocant, Ephemeron hoc, an Colchicon, illud paulo ante descriptum. Nihil enim modo supereſt, q̃ monere legentes, dicere Barbarum, habere Ephemeron hoc florem ceruleum, quẽ nos candidum, excõmuni, eademq; omniũ quotquot uidimus codicum lectione. Plinium ut uidetur in floris eius colore, potius q̃ Dioscoridem, quẽ uertebat, secutus ille est. Sunt em̃ in historia Ephemeri huius Plinij hæc uerba. Ephemeron folia habet Lilij, sed minora: caulem parem, florem ceruleum. At hic ἄνθη λευκὰ ait, quæ uoces nisi ad candidũ colorem trahi non possunt. Signasse hoc etiã placuit, ut q̃bus auctoribus q̃d diuersum sit uterq; nostrũ uerterit, legentes sciant. B

## ¶ De Alsine. CAP. LXXXIX.

ALsinen aliqui Anthyllion, alij Myortochon, alij Myrtosplenon, Romani Muris auriculam, Pœni Labatholabat, nonnulli Myosota uocant, quoniam musculorum aures folia imitantur. Lucis, opacisq; gaudet, unde Alsine dicta est. Hæc erat eadem quæ Helxine, nisi foliis minor, minusq; hirsuta esset. Cum teritur, odorem Cucumis reddit. Vim refrigerandi adstringendiq; obtinet. Oculorum inflammationibus cum polenta illinitur. Succus aurium doloribus infunditur. Quin & emẽdat omnia quæ Helxine, id est, Muralis hærba. ἀλσίνη

## ¶ De paluſtri Lente. CAP. XC.

LEns paluſtris, quam agriam aliqui, alij Epipteron, Romani Viperalem uocant. Inuenitur in aqua non fluente, muscus Lenticulæ similis, refrigeratoriæ naturæ. Propter quod conuenienter collectionibus, igni sacro, & podagris illinitur per se, & cum polenta. Glutinat & procidentia puerorum interanea.

## BARBARI COROLL.

CLens paluſtris, Phacos Epitelmaton a Græcis uocat, ſine radice, ſine foliis, etiamſi id q̃d in ea fructificat, ſimile folio conſpicitur, minus habili humore, q̃ ut in eo folium confiari poſſit. Quidam genus aliud, non quidem in aqua naſcens, ſed in uliginoſis diluriſq; , maius eo tradunt, carens folio, Agriam Phaceam, hoc eſt, ſyluaticam Lentem uocantes.

## EX M. VERG. COMM.

QVemadmodum in cognomine legumine ſecundo libro illud deſcribens Dioſcorides φακὸς ὁ ἐσθιόμενος, id eſt, Lens quæ comeditur dixerat, ut ab hac, & ab Eleliſphaco eam ſepararet: eadem ratione de paluſtri hac docens, φακὸς ἐπὶ τῶν τελμάτων, quod eſt, Lens quæ in lacuſtribus inuenitur, dixit. Cognomines enim, ſed natura diuerſæ, ſeparari diſcrimine aliquo debuerãt. Id accæptum eſt in illa ab uſu, in hac a natalibus. Secutiq; poſteriores omnes hunc ſcriptorem, in diſcriminibus his ſunt. Muſcum, non herbam hic dicit inueniri, in aquis non fluentibus. Vnaq; uoce illa ſatis naturam eius indicauit. Fluitat enim in ſumma aqua Lentis figura, a cuius ſimilitudine nomen inuenit.

### ¶ De Semperuiuo, ſeu Sedo magno. CAP. XCI.

ἄιζωον AIzöon maius, aliqui Aithales, alĩ Ambroſion, alĩ Chryſiſpermõ, alĩ Zoöphthalmon, alĩ Bubophthalmõ, alĩ Stergethron, alĩ Aeonion, alĩ Aichryſon, alĩ Olochryſon, nonnulli Chryſanthemon, alĩ Protogonon, alĩ Boron, alĩ Notion. Magi Paronychiam, alĩ Chryſitin, Romani Ceriam cuſpiam, aut Iouis caulem nominant, alĩ Leapetes, alĩ Sedum maius, Aegyptĩ Pamphanes. Semperuiuum ideo nominatur, quoniam perpetuo folia uireant, cuius caules cubiti altitudinem implent, interdum excedunt, pingues, craſſitudine pollicari, uirentes, Characiæ Titimali modo inſecti, folia carnoſa, longitudine pollicari, in cacumine linguæ ſimilia, alia in terram conuexa, alia in capite ſtantia inuicem: ita ut ambitu effigiem imitentur oculi. Naſcitur in montibus, & teſtaceis. Supra domicilia etiam ſeritur. Eius uis refrigerare, & adſtringere. Medentur igni ſacro, nomis, ulceribus quæ ſerpunt, oculorum inflammationibus, ambuſtis igni, podagris per ſe, & cum polenta illita folia. Suecus capiti, in doloribus cum polenta, aut roſaceo perfunditur. Datur in potu contra phalangiorum ictus, dyſenteriam, aluiq; profluuia. Teretes tineas potus in uino excutit. Subditus in uellere, mulierum abundantiam ſiſtit. Succus oculorum lippitudinibus, ſanguinis uicio concæptis inungitur.

D

## BARBARI COROLL.

Plin. li. 25. ca. 13. lib. 28. cap. 17. lib. 26. ca. 8. 11.

AIzoon maius, aliqui Iouis caulem, ſiue oculum, alĩ Digitellum, alĩ Spegeton, ſiue Hypogeſon, quod in ſubgrundĩs fere naſcitur. Aliqui Amerimnon a ſollicitudinis depulſu. Sũt qui Trithalles a terno flore. Sunt qui Aeithalles, ab æternitate. Sunt qui Erothales, & Erogenneton, a uerno tempore. aut quoniam amatorĩs conueniat. Latini & Sedum maius. Alĩ Sadum. Opilius Aurelius Seſuuium. Nonnulli Semperuiuam. Vulgus Auricularem. Huic craſſitudo caulis plus q̃ pollicaris: folia carnoſa, larga, ſucco, leuia, oblonga. Sedum herbam fuiſſe putant eam, quæ Glauco immortalitatem dederit, Marino Deo. Fuit & alter Glaucus in fabulis, qui Dracone medico monſtrante, contactu herbæ, cuius non redditur nomen, reuixerit ſub Minõe.

## EX M. VERG. COMM.

VIret ubiq; Sedum in tegulis, nec alibi nũc facile inuenitur, inuaſitq; iampridem aliquibus locis plebis animos indigna cœlo opinio, non percuti fulmine domum, in cuius tegulis uireat Sedum, frigoreq; ſuo plãtam cœleſtibus illis ignibus aduerſari. Quod minus miretur aliquis, memor, ob eam cauſſam Laurea ſemper contra eaſdem iniurias muniſſe caput Romanos Cæ-

Hosted by Google

sares. Sed ignaui, nihilq; timēdi ignes illi erunt, si tam exiguæ plantæ frigore mortalis fiet flammarum illarum fulgor. Non tanta cœlestibus infirmitas est: nec contra Iouis tela, quibus poëtæ uti Deum ad pœnam finxerunt, tam facile præsidium mortalibus est. Inuenit natalem locum sibi Sedum, in quo procul ab alijs plantis cœlo propinquior, & soli, cuius radios non timeret, copioso succo ipse abundans, eodemq; frigidissimo terræ humore ad uitam non indigeret. Non aliter q̄ qui in meliore fortuna sibijpsis, ut Lucretius cecinit, ualere & uiuere possunt, nec aliorum ope ad uitam indigent, & ab aliorum iniurijs per se tuti, iocundo animi sensu, pereuntes ubiq; alios contemplantur: non quia iactari quenq̄ sit dulce uidere, sed quibus ipse malis careas, quia cernere suaue est. Quæ Sedi fortuna semper fuit: uirensq; ipsum in tegulis, æterna uita pereuntes quotannis tota terra nunc æstu, nunc frigore, nunc alijs cœli & naturæ iniurijs plantas alias spectat. Ob quam caussam in tanto nominum ambitu ueteribus fuit: præsertimq; græcis, qui non contenti a uitæ æternitate Aizoon, & Aeonion uocasse, tot alijs similibus appellationibus id ornauerunt.

## ¶ De minore Semperuiuo. CAP. XCII.

AIzöon paruū, alij Petrophyes appellant, alij Brotion, alij Theobrotion, alij Crobysson, alij Chimerinen, alij Cerauniam, Romani Vitalem, alij Semperuiuum, Aegyptij Etijceltam. In petris, parietinis, & macerijs, necnon scrobibus opacis nascitur, caulibus ab una radice multis, tenuibus, crebro foliatis, exilibus folijs, rotundis, pinguibus, mucronatis, caule a medio emicante, palmū alto, umbellam hærbidosq; flores & tenues gerente. Folia eisdem cum priore uiribus prædita sunt. Semperuiuum quod tenui constat folio, aliqui Aizöon paruum, alij Petrophyes, alij Aizöon syluestre, Romani Semperuiuum minus appellant. Tertium uidetur Semperuiui genus, quam aliqui Andrachnen agriam, aut Telephion uocauerunt, Romani Illecebram, pusillis crassioribusq; folijs, hirsutis, Portulacæ proximis. Vis ei excalfactoria, acris, exulcerans. Illita cum axungia strumas discutit.

aizoum ming. crassula.

### BARBARI COROLL.

AIzoon minus, Herideis, & Herisithales, & Chrysothales uocatur, a quibusdam Treles, siue Trithales, quia ter floreat. Hoc in muris, parietinisq; nascitur & tegulis. Fructicosum a radice, & sursum usq; ad cacumen: folijs angustis, succosis: radice inutili. Vermicularis uulgo dicitur. Sunt qui Iessitin, ut Plinius, aut Hyssitin, aut Isoteos, tribus enim modis scriptum inuenitur, forteq; Gessitin melius. Quando & maius quoq; Aizoon Hypogessum dici ostendimus, hoc est, Subgrundiarium.

Tertium genus Aizoi Andrachne agria, hoc est, syluestris Portulaca dicitur: de qua etiam superius ijsdem uerbis a Dioscoride scriptum est.

## ¶ De Veneris Vmbilico. CAP. XCIII.

COtyledon aliquibus Cymbalion, alijs Scytalion, alijs Cepos Aphrodites, alijs terræ Vmbilicus, alijs Stœchis, alijs Stergethron, Latinis Vmbilicus Veneris dicitur. Folio est in acetabuli formā tornato, ineuidēter concauo, breui in medio cauliculo, in quo semen inest, radice Oliuæ modo rotūda. Succus cum uino circumlitus, instillatus ue, asperam carnis excrescentiā, constringentē os uuluæ, reprimit. Inflammationibus, sacris ingnibus, strumis, ꝑnionibus illitu auxiliat̄. Stomachi ardorē refrigerat. Folia cū radice comesa, calculos frangunt: urinā cient.

κοτυλεδών

umbilicus veneris. vulgo vasillos

C Hydropicis ex melle dantur. Hærba utuntur ad amatoria.

BARBARI COROLL.

Plí.li.25.ca.13. COtyledon paruula herba, caulículo tenero, foliis pinguibus. Naſcitur in maritimis, petroſisq; uiridis. Non eſt hæc, ut quidam rentur ea, quæ uulgo Cimbalaris appellatur. Etiam ſi Cymbalion a Dioſcoride uocetur. Eſt autẽ Cimbalaris herba, foliotenus anguloſo, hederaceo, flore paruo, purpureo, in muris terræ naſcens. Quam quidem nonnulli genus alterũ Capni dictæ faciunt, ut in Capno teſtati ſumus.

quid herba cimbalaris. licet marsy. in anotationibus meſue. diſtinct. 11. cap. penultimo dicat cymbalaris & cotiledon ſunt idē

EX M. VERG. COMM.

RAra, & neſcio an in toto plantarũ cenſu, ſimilis inuenienda alia, orbicularis, & concaua foliorum in Vmbilico Veneris figura, nomẽ illi in græcis Cotyledonis, in latinis uero Vmbilici fecit. Licetq; Plinius græca uoce Cotyledona ſemper uocet, res ipſa tamen, & Apuleius in cõmentariolo illo de herbis, ueriſimilem, temporibusq; illis congruã eam appellationẽ indicãt. Perſuademurq; facile nos, & his, & aliis indicijs, fuiſſe græcæ Cotyledonis Romanã appellationẽ Veneris Vmbilicũ: quales in plæriſq; aliis ea gens habuit Capillum Veneris, Supercilium Veneris, & plærasq; alias. Libenter em̃ ab ea Dea, quæ totius generationis ſymbolũ in gentiũ religione quondã habuit, & quæ leporibus & blanditijs uitæ præfecta eſſet, ad naturæ partes, quæ grata, aut utili aliqua ſpecie naſcerentur, nominũ auſpicia ueteres Romani ſumpſerunt. Ex qua obſeruatione, uidentes in græcorum Cotyledone circumacta in orbem folia, leni in concauitatẽ deſcenſu, humani Vmbilici formã deſcribere, Vmbilicũ primo: mox ut rei maieſtatem aliquã adderent, Veneris Vmbilicum uocarunt. In orbem enim circumagitur, & in concauitatem deſcendit hominis umbilicus. Eadem, ſed non tam honeſta ratio fuit in Vmbilico terræ. Adiecit hic etiam κῆπον ἀφροδίτης, id eſt, Veneris hortũ dici Cotyledona. Idq; Apuleius ille etiã teſtatus eſt. Significat aũt κῆπος græcis in cõmuni ſignificationis æſtimatione hortum: eamq; ob cauſſam nos Veneris hortũ uertimus. Oborta tamẽ ſupicio nobis eſt, poſſe κῆπον hoc loco non hortũ indicare, ſed tonſuræ, & ornatus capitis, capillíq; antiquã in Perfideratione, qua forte Venus a pictoribus fingeretur: & quoniã circumageretur in ea ante frontẽ in
D orbem capillus, ideo aliqui non ab Vmbilico, quæ pars in homine, prẽſertimq; fœmina ſaluo pudore oſtendi non poteſt, ſed a capite honeſtiore & aperta cunctis parte appellare maluerint. Hoc em̃ nos magis probamus, cũ ſi ea uoce ſignificari etiã moneamus mulierũ τὸ περίκαιον. i. pubem, quod græcorum grãmatici docent. Fuiſſe aũt græcis κόμη tõnſuræ genus, in eius gentis ſcriptoribus notiſſimũ eſt. Suſpicio tamẽ coniecturaq;, non decretũ hoc ſit. Eadem cauſſa fuit, cur Cymbalion a cymbalorũ conſimili forma etiã diceretur. Concaua em̃ pariter & rotunda cymbala ſunt. Contra autẽ Scytalion non ſatis certã habet rõnem: nec nobis rõcinari facile eſt, quomodo Scytale, quæ longior erat, ad rotunditatẽ per ſimilitudinẽ tranſferri potuerit.

## ¶ De altero Veneris Vmbilico. CAP. XCIIII.

ESt & alterum genus eiuſdem, Cymbalion aliqui uocant, pinguibus foliis, latioribus, ligularum modo denſis, circa radicem ambitum oculi deſcribentibus, ut in maiore Semperuiuo, adſtringentis guſtus, caulículo tenui, in quo flores & ſemina Hyperici, radice maiuſcula. Facit eadem quæ Semperuiuum.

BARBARI COROLL.

COtyledon ſecunda, caule longiore, ſed pergracili, guſtus aſperrimi. Huius uſu Hippocrates in cibo fœmininũ ſexum concipi, ſicut priore maſculinum prodidit.

EX M. VERG. COMM.

NOn eſt quod in altera Acetabulo hac legentes moneamus. Satis enim per ſe patet hiſtoria eius, a Plinio iiſdem uerbis tradita. In medicina autem & remedijs eadem illi omnia quæ maiori Sedo hic tribuit, & ex eo repetenda ſunt.

## ¶ De Vrtica. CAP. XCV.

ACalyphen aliqui Cniden, alij Adicen, Latini Vrticam, Aegyptij Selepſion, Daci Dyn appellant. Acalyphen etiam alteram aliqui Cniphen, Romani Vrticã mollem uocant. Duo eius genera.

Hosted by Google

Syluestris asperior, latioribus, nigrioribusq; foliis, semine Lini, sed mi- A
nore. Altera non æque aspera, minuto semine. Folia utriusq; illita, canis morsibus addito sale medentur. Gangrænas, carcinomata, sordida ulcera, & quæ cacoëthe uocantur, item luxata, panos, tubercula, parotidas, suppurationesq; sanant. Lienosis cum cærato imponuntur. Faciunt ad profluuia narium cum succo trita, et naribus indita. Menses ciunt, eadem recentia detrita cum Myrrha, & imposita. Procidentes uuluas, contactu resilire cogunt. Semen potũ ex passo, Venerem stimulat. Vuluam aperit. Cum melle delinctum, orthopnoeæ, & lateris & pulmonũ inflammationibus prodest. Thoracem expurgat. Erodentibus medicamentis admiscetur. Cocta cum conchis folia, aluum emolliunt. Vrinas mouent. Inflationes discutiunt. Decocta cum ptisana, uitia pectoris extrahunt. Mulierum menses euocant, cum myrrhæ modico pota. Inflammatione turgentem uuam, gargarisatus succus reprimit.

## VRTICA BARBARI COROLL.

VRtica, ex oĩbus aculeatis generibus notissima est. Acetabulis in flore purpuream lanuginem fundẽtibus. Sæpe altior binis cubitis. Mitior Fœmina est. Inter sylueſtres, quæ dicitur Cania acrior, caule quoq; mordaci, fimbriatis foliis: quæ uero etiã odorem mittit Herculanea uocatur. Semen omnibus copiosum, nigrũ. Mirum, sine uillis spinarum, aculeis lanuginẽ ipsam noxiam, & tactu tantũ leui, pruritum, pustulasq; adusto similes existere. Notum est remediũ olei. Sed mordacitas non protinus cum ipsa herba gignitur, nec nisi solibus roborata. Incipiens quidem ipsa nasci uere, non ingrato, multis etiam religioso in cibo est, ad pellendos totius anni morbos. Sylueſtrium quoq; radix omnẽ carnem teneriorem facit simul cocta. Quæ uero B
ex iis mitissima, & foliis non mordentibus, Lamium, siue Aononium uocatur, a quibusdam Vrtica iners, & mortua. Album hæc habet in medio folio, sacris ignibus utile. Quidam e nostris discreuere genera temporibus, autumnale appellando, & reliquas ad eandem rõnem. Celebrat & marinã cognomine Plinius ad uesicæ uitia. Condit laudes Vrticæ Phanias physicus, utilissimã cibis coctam, inueteratãq; professus. Si quadrupedes foetũ non admittãt, Vrtica naturalia earũ fricanda monstrant. In Oeta monte, sterilitũ, nec iniri se patientiũ caprarũ ubera terentes ea, lac eliciunt. Ex Vrtica in Aegypto fit oleum. Semen colligi messibus oportet. Alexandrinũ maxime laudatur ad omnia. Vrticam Hippocrates Nidã uidetur appellasse, cum alij Cnidã uocent. Est ubi Clidam legas corrupte, ut censeo: nisi aliud genus sit. Grana inquit Clidæ sexaginta, clysterã uuluis iniiciantur, quas bilis infestauerit. Plí.li.22.ca.15.

## VRTICA EX M. VERG. COMM.

VRtica nihil in censu olerum inuisius nascitur, igneo pruritu urens: & inde facto nomine. Vescebantur nihilominus ea antiqui. Suntq; eius in cibo usus, testes antiqui in latinis poẽtæ: quibus iocundum erat Ocimo se & Vrtica recreare. Vbiq;, & omnibus tam nota herba est, ut nihil monere in ea opus sit. Præterq; a Græcis Cnidem, ab eorum uerbo κνίζον dictam fuisse. Significat id cum dolore pungi, uexariq;. Vocauit Acalyphas etiam Aristoteles in mari Vrticas tactu eadem in urendo ui. Medetur ea multis in humano corpore morbis, plurimisq; scatet remediis. Eamq; ob caussam non minus ad medicinam, q̃ ad cibos medicis & olitoribus curanda.

## ¶ De Galiopsi. CAP. XCVI.

GALIOPSIS, aut ut alijs Galeobdolon, uel Gallephos, Aegyptijs Aetopi, Latinis Vrtica labeo dicitur. Frutex in totũ caulem & folia habet Vrticæ, læuiora, & quæ grauem odorem trita reddant. Flore purpureo, tenui. Nascit circa sepes, ędificia, ac semitas, ubiq;. Folia, caules, semen, succusq;, duricias & carcinomata dissipãt. Strumas,

Hosted by Google

C panos, & parotidas discutiunt. Oportet bis in die tepidũ ex aceto catapla sma imponere, & eius decocto fouere. Ad putrescentia, gangrænas, & nomas, cum sale efficaciter illinuntur.

BARBARI COROLL.

Lege Plin. lib. 27. cap. 9.

GAliopsis, & Galion uocatam inuenio hanc.

EX M. VERG. COMM.

TOtam Galiopsis huius medicinam & historiam ĩsdem huic scriptori uerbis prosecutus 27. uolumine, capite. 9. Plinius. est. Discrepant solum, ꝙ Plinius Galactobdalon uocari ait, quam hic Galeobdolon dicit: & nihilominus lactis, candorisue in ea nihil est, quod Plinianæ illa uox significare uidetur. Ignoramus & illud etiam, quod hic Vrticam Labeonem a Romanis dici testatur.

## De Galio. CAP. XCVII.

γάλιον

GAlion, siue ut aliis Galacion, aut Galerion, nomen ex eo traxit, ꝙ in contrahendo lacte, coaguli uicem impleat. Ramulũ, folium ꝙ habet Aparinæ simillimũ, rectum: florem in cacumine luteum, tenuem, odoratũ. Flos igni ambustis illinitur. Sanguinis profluuia sistit. Cærato rosaceo Galion ammiscetur, insolatũ usq; dum albescat. Lassitudines reficit. Radix Venerem concitat. Nascitur in palustribus.

EX M. VERG. COMM.

LActeo, non luteo flore Galion hanc posteriores aliqui tradiderunt: testati nomen illi lactis candorem, qui in flore sit, nõ in coagulando lacte uim eius, ut hic ait, fecisse. Describunt ꝙ eam binis foliis, per interualla toto caule usq; ad summũ uestitam, Lauro similibus. Verumtamen scriptori huic, græcis ꝙ aliis in historia eius magis credendũ: præsertim his uerbis docente eam

D in sexto sui operis Paulo Aegineta. γάλιον ὀνόμασθαι μὴν ἀπὸ τοῦ γάλα πηγνύειν, πεπαπλήσιον δὲ ἰσὶν ἀπαρίνη. ξηραντικὸν τε καὶ ὑπόδριμυ. τὸ δὲ ἄνθος αὐτοῦ πρὸς αἱμορῤῥαγίαν ἁρμόττει καὶ πρὸς πυρίκαυτα. Quorum sensus est. Aui coagulandi lactis dictum Galion est Aparinæ simile. Siccandi uim, medio cremq; acrimoniam habet. Flore eius ad ambusta, & sanguinis ex naribus eruptiones utuntur. Et hoc solum est, quod pro Galio hac dici a nobis possit. Poterit ex notis suis cognosci, & a pastoribus sicubi pro coagulo lactis ea utantur.

## De Senetione. CAP. XCVIII.

ἐρίγερων

ERigeron a Græcis uocatur, a Latinis Hærbulum, aut Senetio, alias Erechtites. Cauliculo est cubitali, subrubro, foliis continuis, diuisura Eruch, sed minoribus multo, luteis floribus, qui celeriter defecti, uanescũt in pappos. Nomen uero sibi uendicauit, quoniam flores capillorũ ritu uere canescant. Radice superuacua. Nascitur maxime in macerijs, & circum oppida. Folia cum floribus refrigerãt. Quare illita cum uini modico, uel per se, testium & sedis inflammationes sanant. Quin & ex manna thuris medentur, cum reliquis uulneribus, tum ijs quæ nerui accæperunt. Illiti cum aceto pappi, idem munus præstant. Verum recentes epoti, strangulant. Totus caulis si coctus in passo potui detur, stomachi dolores a bili contractos, persanat

BARBARI COROLL.

Theoph. li. 8. plant.

ERigeron, a nostris fere Trissaginis specie describitur, & cum mollicia nasci fertur in regulis, murisq;, cauliculis subrubentibus, lanugine qualis est spinæ, inter diuisuras capitis exeunte. Obid Galli Xuseam, Callimachus Acanthiden, alij Pappum uocant. Nec deinde Græcis de ea constare Plinius affirmat, alios Erucæ foliis, alios Roboris, sed minoribus multo dixisse. Item radice alios superuacua, alios neruis utili, alios potu strangulante. Nec defuere qui alterũ

Hosted by Google

genus facerent, nec quale esset demonstrarent: dantes contra serpentes bibendã, edendam uero comitialibus. Aggredimur medicinas, quia notæ desunt. Nicander uidet aut hanc intellexisse, cum Geraon pogona dixit, nam & nos Senetionem uocamus, aut Tragopogoni simile herbulam, quę uulgo Barba senis dicitur, aut Chrysocomen, quam & Iouis barbam appellamus. Quan& & Arbor quædam est quæ Iouis barba dicitur, in opere topiario tonsillis, & in rotunditatem spissa argenteo folio, aquas odit, ut Plinius describit, nec adiicit plura. A

EX M. VERG. COMM.

ROmani Senetionem eam uocauerunt, facilem inuentu & cognitu herbam, qua urbani, et in agro agentes passim in acetarijs utuntur. Nasci eam hic ait ad radices parietum, & in eorum rimis, iunctursq;. Verumtamen in cultis locis, et aruis copiosa etiam inuenitur. Theophrastus 9. de plantarum historia, inter κιχωριώδη eam numerauit. Sed uidendum in eo, Cichoriodes ne ille plantas eodem modo semper & ubiq; appellet. Et an satiuo Intybo, aut erratico similes ea nota significet. Si Senetionis in scriptore hoc historia expendatur, in qua exigua & longe q; Erucæ minora eius folia describuntur, erratico Intybo similia intellexisse oportebit. Sin contra Cichoriodes Theophrasto erit, quod longo & lato folio, & ob id satiuo Intybo simile, alia cõparationis & similitudinis rationem in eo inuenisse opus erit: aut in alterutro diuersam suspicari plantam. Quale non multo post in hoc capite etiã erat. Quo loco scilicet passim, & in cunctis fere legebatur, ἐν ὀλίγῳ ὄινῳ, id est, in exiguo uino. Non enim sic legendum erat, sed in dulci uino. Quod uetustiores, & meliores græci habebant.

## ¶ De Thalictro. CAP. XCIX.

THalictron folia Coriandri habet, pinguiora paulo, caulem Rutæ, in quo folia. Quæ trita, illitu antiqua ulcera ad cicatricem perducunt. Nascitur maxime in campestribus. θάλικτρον

BARBARI COROLL.

THalietron, caulículum habet crassitudine Papaueris: ut inquit Plinius, Rutæ ut Galenus: cubiti, ut Dioscorides, librarijs similitudine uocabulorum deceptis. Nos Rutæ, Galenum secuti uertimus. B

EX. M. VERG. COMM.

SVnt Plinio & huic de Thalictro, excæptis paucis, eadem omnia. Hic Rutæ coliculũ, ille Papaueris habere ait. Ille ulceribus cum melle, hic simpliciter concisa eius folia mederi dixit. Hic contra diutina ulcera, ille ulcera simpliciter sanari eo præcepit. Paulus Aegineta de eo tantum ait, Siccandi sine erosione uim habet Thalictrum. Diutina enim ulcera ad cicatricem perducit.

## ¶ De marino Bryo. CAP. C.

MArinum Bryon, aliqui Balaryin, alij Iranen uocant. Nascitur in scopulis testaceisq; haud procul a mari, gracile, capillaceũ, caulis expers. Præcipua ei spissandi uis, & collectiões cohibendi, & podagras, quas refrigerare opus sit. βρύον θαλάσσιον

BARBARI COROLL.

BRyon Thalassion cognominatur, ut a Bryo differat in arboribus nascente: marina herba hæc, sed in terra tantum nascitur & scopulis: folio herbido ac lato, nec Lactucæ dissimili, rugosiore tantum, uelut contracta, sine caule: sed ab ima radice principio alio atq; alio, plusculis exeuntibus foliis.

EX M. VERG. COMM.

NNon facile persuadeor, esse Bryon hoc loco a Dioscoride tractatum, idem a Plinio libro triceſimosecundo, qnto capite descripto. Hic enim capillatum esse hoc suum dicit, ille Lactucæ foliis, quæ grandia & latiora sunt suum describit. Quæ itidem alia in historia huius traduntur. Omnia Musco magis q; herbæ congruunt. Capillata species, gracilitas, natales in saxis & pisciũ testis. Ob quam causam nobis Muscum uertere potius, q; herbam intelligere placuit. Cætera utriq; eadem sunt, ideoq; a nobis ulterius non tractata.

C

## De Fuco marino. CAP. CI.

φῦκος θαλάσσιον

EFuci marini generibus, quoddam latum. Et alterum ſublongius, & rubens. Tertium candidum, naſcens in Creta, floridum ualde, quod nulla corruptionis labe polluitur. Omnia uim habent refrigeratoriam, non podagræ modo, ſed etiam inflammationibus, in cataplaſmatis efficaciter utilem. Verum iis uti humidis conuenit, priuſq; exareſcant. Nicander puniceum aduerſus ſerpentes dedit. Hoc Fuco quidam putant mulieres ſuum colorem mentiri. Cum tamen ſit radicula eiuſdem nominis, qua ſeſe fucant.

### BARBARI COROLL.

Plí.li.13.ca.25

PHycos non habet alia lingua nomen: ut Plinio uidetur. Etiamſi Fucus inde apud nos dictus eſſe uideatur: quoniam Alga inquit herba ſit potius, hic autem frutex: quanq; eſt ubi maris Algam uocet & Fucum marinum Lactucę ſimilem: qui conchilijs ſubſternitur. Genus eius triplex. Vnum folio lato, uiridi, ob id Praſſon uocatum, ab aliquibus Zoſter: radice foris piloſa, intus ſquamatim compacta, prælonga, & craſſa, ut Cepis, & Gethyo. Alterũ ſimile Fœniculo: nec uiride, ſed pallidum, ſine caule: rigens tantum, atq; ſtans: & eo Copten a duricia uocatũ. In teſtis fractis, ſaxiſq; naſcitur terra, ut mari tamẽ alluatur. Nam ſuperius inuadit haud procul littore. Extra Herculis columnas magnitudine mirabili. Latitudo quę manu cõprehẽdi neque at. Ferrur hoc, fluctu extrinſecus in noſtrum mare, Praſſon ut diximus uocatũ: qa pari fronde ſit. Annuũ eſſe traditur. Vtrunq; præcipiti uerno enaſci, per æſtatem uigere, autumno flaccescere, emori hyeme. Tertium gramini ſimile eſt, radice lõga, obliqua, geniculata: caule harũdinis, longe minus q; cętera. Alij breuius tria gña folio diſtinguunt. Primum lato. Secundũ longo, quod & rubens ſit. Vltimũ criſpo: quod & Pelagion, & Cretenſe nominatur: qa ſpongiarij uri natores ex alto id petant. Circa Cretã in petris copioſiſſimũ & prętantiſſimum: quo & ręnias,

D

& lanas, & ueſtes inficiant, prouocante purpuras, q; diu recens tinctura eſt: ita colorẽ alligãs, ut elui poſtea nõ poſſit: ob id & Pſeudoconchylion a Democrito uocat, & flos, ſiue Coccus marinus, & a Strabone in Arabico ſinu Miniũ, hoc eſt, ut Nicander utit, Bryõ, Muſcũq;. Laudatiſſimum a parte aqlonis, quemadmodũ & ſpõgia. Phycos aũt marinũ, ſiue Thalaſſion cognominatur, ut a phyco, id eſt, fuco metallico diſtet. Refrigerãtis apud Galenum eſt naturę metallicũ, & Ceruſſæ proximũ uiribus, etiam tenuitate penetrandi uincens: de quo nihil Dioſco. In Ariſtotele de animalibus, Littoralem herbam, hoc eſt, quæ littus oleat, uidetur intellexiſſe Theodorus, cum uertit Lintuum, id quod ille ἰσθῖνα uocat. Fieri tamẽ poteſt, ut littus ipſum, & odor eius in eo uocabulo accipiendus ſit.

### EX M. VERG. COMM.

VOcauit hoc Plinius plærumq; Phycon, aliquando tamen maris Algam. Ideoq; nos utroq; nomine caput hoc inſcripſimus, & ſi autor ille dixerit libro. 13. quo diximus capite, non habere Phycos alia lingua nomen, quoniam Alga herba ſit, ille autem frutex. Nos tamen & Plinij, qui Algam maris aliquando uocauit, & aliorum autoritatem ſecuti, non ueriti ſumus Algam etiam nominare. Quod deinde hic ait, Nicandrum contra uenenata Puniceo uti, ſic in eo pœta ſe habet. ἔστι καὶ φοινίσσον δὲ καταβάλλειν φῦκος.

## De Potamogetone. CAP. CII.

ποταμογείτων

POtamogeton alias Stachyites, apud Aegyptios Etheuchis, Latine Fatalis dicitur, folium Betæ ſimile, hirſutum, paululum ſupereminens extra aquam. Refrigerat & inſpiſſat. Folium pruriginibus utile. Et contra ueterum ulcerum nomas. Nomen ex eo inditum eſt, q; paluſtribus & aquoſis enaſcatur.

### BARBARI COROLL.

POtamogeton Caſtor hanc aliter nouerat, tenui ſolio, uelut equinis ſetis, thyrſo leui & longo, in aquoſis naſcentem: cuius radix ſtrumas tollebat. Potamogeton aduerſatur crocodilis. Itaq; ſecum habent eam, qui uenantur eos.

Hosted by Google

EX M. VERG COMM. A

COngrua, et in antiquissimis Græcis a nobis inuenta Potamogetonis appellatio, Betę foliũ etiam est. Nos etiam Fontinalem emendauimus, q̃d in omnibus fantalis legebatur. Naturã em̃ herbę oc̃s hæ uoces sequunt. Quemadmodũ & Strachytis, quasi spicata, ob caulẽ quem exse mittit, floribus & semine spicatum. Græci aũt Potamogetona a fluminũ uicinitate prope quæ nascit appellauerunt. Vbiq; in aquosis nascitur Betę foliũ hoc, oleris eius egregia similitudine, in cuius foljs maculæ quędam ueluti puncta intercurrunt colore inter puniceũ & luteum.

## ¶ De Stratiote. CAP. CIII.

STratiotes in aquis nascens, aliquibus fluuiatilis Stratiotes nuncupatur, Aegyptijs Tibus, Magis Aeluri sanguis. Aquis supernatat, & sine radice uiuit. Vnde cognomentum traxit. Hærba Semperuiuo similis, ni maiora haberet folia. Quæ refrigerant. Sanguinem qui defluit a renibus, pota sistunt. Vulnera quæ inflam̃ationem minantur, intumescere non sinunt. Ignibus sacris, & tumoribus ex aceto illinuntur. στρατιώτης

BARBARI COROLL.

STratiotes geminus est. Aquaticus: de quo hic agitur. Et Terrestris, Millefolij cognomine, de quo statim post dicetur. Est autem Stratiotes aquaticus, herba Militaris, in Aegypto tantum nata inundatione Nili. Diuersam ab hac Militarem aliã existimo, quam alij eandem quę & Lactoris, aliqui similem dicunt. Est autem Lactoris nota uulgo, ut inquit Plinius, plena lactis: q̃d degustatum, uomitiões concitat. Hæc & Lactaria, & Anabula nunc dicit, Oleæ folio, sed minore flore luteo. Sed an una aliqua sit hęc ex ijs quæ Tithymali nominant, cõsyderandũ relinquo. Pli. li. 24. ca. 4

EX M. VERG. COMM. B

IN Aegypto & Nili inundatione nasci tantũ Stratiotem hanc, testati omnes alij sunt. Hic, q̃d non ab re miretur aliquis, in homine qui diu illic fuisset in aquosis, simpliciter prouenire. Nullus etiam, quod hactenus legerim, causam nominis reddidit, aut ratione aliqua indicauit. Nec quomodo a castris & militia ad herbam id nomen transierit, docere nos audemus. Stratiotes enim græcis miles est. Obseruauimus tamen in antiquis græcorum lexicis, non eadem militi penitus uoce eam scribi, sed in quinta græcorum nominũ declinatione & fœminino genere Stratiotida. Quod licet multifaciendum non sit, in re tamen quæ legentes suspendere posset, non penitus inutilem hanc etiam fore diligentiam credimus. Descripsit Stratiotem hanc Plinius libro 24. capite. 8. ijsdem fere huic scriptori uerbis. Variant tantum, & sanguinis ex renibus fluentis remedio eius ille masculum tus addit. Verba eius sunt. Sanguinem quoq; qui defluit a renibus, pota cum ture masculo, mirifice sanat. Quod negligendũ in scriptore hoc non est, præsertim congrua turis ad hanc rem ui: & quod uerisimile est, Plinij cætera omnia eadem huic scriptori docentem, ex eodem fonte etiam illud hausisse. Nec rarum difficileq; est, scriptoribus a librarijs aliquid aliquando perijsse, & Dioscoridi posse id hac parte deesse.

## ¶ De Stratiote Chiliophyllo. CAP. CIIII.

STratiotes Chiliophyllos, exiguus frutex, palmi altitudine, aut amplius assurgit. Foljs auicularum pennas imitantibus, breui admodum dissectoq; foliorum exortu. Folia sylueſtre Cuminum simulant, præsertim breuitate, atq; scabricia, breuiora paulo, densiore umbella, & pleniore. Surculos in cacumine gerit exiguos, & capitula in modũ Anethi, flores paruos, candidos. Nascitur in asperis agris, præcipue circa semitas. Eximij usus ad ulcera uetera, recentiaq;, profluentem sanguinem, & fistulas. στρατιώτης χιλιόφυλλος

Stratiotes chilophyllos. na Aruz millefolium

EX M. VERG. COMM.

OStendunt pro Millefolia Stratiote ætatis nostræ herbarij coliculum breuibus & exiguis foljs undiq; uestitum. Respondentq; historię huius omnia, exceptis umbellis illis, quas hic dicit Anethi modo in summo eius esse. Quas em̃ nos uidimus, flores magis longiusculis pediculis

pendentes q̃ umbellæ sunt: pediculosq; illos credimus nos esse quę hic καρφίαι .i. festucas uocat, & q̃bus umbellã sustineri ait: sed singuli potius flores q̃ in umbellam plures congesti sunt. Cętera ut diximus, historię huius egregie respõdent. Nulla est, quod meminerim modo, Stratiotes Millefolia hęc Plinio, neq; hoc nomine descriptam in eo nos inuenimus. Greci tñ omnes utrũq; hoc genus constituerunt, ijsdemq; huic scriptori notis discreuerunt, Stratiotem aquaticam, & terrestrem: Millefoliã. s. hanc, frigidamq; & humidam priorem illam, posteriorẽ uero hanc præter humorem & frigus habentem aliquid quod adstringat, describentes.

## De Verbasco. CAP. CV.

PHlomon Græci, Latini Verbascum uocant. Differentiam duplicem habet, nigrum, & album: in quo mas, & fœmina intelligitur. Fœminæ igitur folia sunt Brassicæ, pilosiora multo, & latiora, candida, caulis albus, cubitalis, aut amplior, subhirsutus, flores albi, aut ex luteo pallescentes, semen nigrum, radix longa, acerba, crassitudine digiti. Nascitur in campestribus. Verbascum qui mas appellatur, oblongius, albis foliis & angustioribus, tenui caule. Sed nigrum prorsus albo simile esset, nisi nigriore latioreq; constaret fol . Sylueſtre folia fert Saluiæ, altas uirgas, & lignosas, & circa eas ramulos quales Marrubium, flores luteos, auri æmulos. Sunt & Phlomides duæ hirsutæ, rotundis foliis, humiles. Tertia Lychnitis appellatur, ab aliis autem Thryallis, foliis ternis, aut quaternis, uel paulo pluribus, crassis, pinguibusq;, apta ad lucernarum lumina. Radix priorum duarum adstringit: quare quod magnitudine iudicrum talum æquet, in alui profluuio conueniẽter ex uino datur. Decoctum ruptis, conuulsis, fractis, antiquæ tussi auxiliatur. Dentium dolorem collutione mitigat. Verbascum, cui flos aureus, capillos tingit. Et quocunq; abiiciatur, blattas in se contrahit. Cocta in aqua folia, aduersus tumores, inflammationes oculorum, syderata ulcera, ex uino & melle illinuntur. Cum aceto quoq; uulneribus medentur. Contra scorpionum ictus auxilio est. Sylueſtris folia, ambustis igni sunt cataplasmata. Aiunt in foliis eius quam fœminam dicimus, aridos ficus omnino non putrescere.

### BARBARI COROLL.

VErbascum, siue Phlomos, siue ut Galenus Plomos, etiam in niue nasci posse creditur. In albo aliqui Marem, in nigro Fœminam uolunt intelligi. Caulis Verbasco erectus, Semen inutile. Tertium porro genus non nisi in syluis inuenitur, cui herba quæ Romæ Blattaria dicitur, tã est similis, ut sæpe fallat pro ea capta. Est autem Blattaria foliis minus candidis, cauliculis pluribus, flore luteo: hinc forte natum, ut Dioscorides Verbasco sylueſtri Blattas contrahi prodiderit. Medicinæ huius capitis sequenti mentione collocantur.

Phlomides, distingui genera hæc pene superuacuum est, cum sint eiusdem effectus omnia. Thryallida uero & Lychnitin ex argumento appellant: quoniam ad lucernas conueniunt: proinde ipsa luminũ ellychnia Græci, & Phlomos, & Thryallidas quoq; uocant: ut inquit Pollux.

VERG.

QVale Verbascum omne sit, & quibus notis tot eius gña cognosci possint, satis ex historia Dioscoridis patet. Plinius etiam lib. 25. ca. 9. nõ minus in cognoscendis his præsidij legentibus afferet. Paucis em̃ mutatis, eadẽ ambobus oĩa sunt. Paulus Aegineta etiã post hos multiplex Verbascũ esse testatus, & inter ea quam græci θρυαλλίδα .i. Thryallim uocant, utriusq; decreta uidetur confirmasse. Longius ob eam causam de Verbasco nõ agemus, præsertim uulgari & nota omnibus herba: & in cuius genere quæ fœmina dicit, flore candido, aut pallescente, semine nigro, radice longa, & ut hic ait τρυφνὴ est.

Pli. li. 25. ca. 9.

## ¶ De Aethiopide. CAP. CVI.

AEthiopis folia habet Verbasco similia, percȝ hirsuta, densacȝ; in orbem circa radicem imam redacta: caulem quadrangulum, scabrum, similem Apiastro, aut Arctio, multis concauum alis: semen Erui magnitudine, geminum, in uno conceptaculo: radices numerosas, longas, plenas, glutinosas gustu, quæ siccæ nigrescunt durantur cȝ ut cornua possint uideri. Plurima nascitur in Ida monte Troadis, & in Mesenia. Auxiliatur purulẽtis excreationibus, Ischiadicis, pleuriticis, arteriæ scabricijs, decocta radix & pota. Quin & cum melle, eclegma tis uicem præbet.

### BARBARI COROLL.

AEthiopis, caulem habet concauum, semen candidũ, radices plenas, molles. Quę ex Aethiopia uenit, eximia est, illico proficiens. Colliguntur radices autumno, siccãtur in Sole aliquot diebus, ne situm sentiãt. Plin. li. 27. ca. 3. & li. 26. ca. 4

### EX M. VERG. COMM.

IN Aethiopia probatissimam nasci Aethiopidem hanc, testati alĳ sunt. Nec ab re forsan, qm̃ consueuerint homines multa simili ratione indicare. Hic tm̃ non magis in Aethiopia cȝ alibi nasci tradit. Ex eo non male aliqs suspicabitur a colore, qui in radicibus eius cum aruerunt uideȝ, uocari sic potuisse. Sunt enim nigri Aethiopes: quales hic eius radices esse dixit. Hoc nos tantũ conĳcimus, illud autem testantur ex ueteribus aliquot. Eamcȝ ob causam nos magis illud probamus: quoniam non est par pondus suspicionis & testimonĳ. Egit de ea Plinius. 27. uolumine, capite tertio, ĳsdemcȝ omnibus notis indicata ab eo est. Videndum in eo tamen, sit ne hæc illi eadem quam. 26. uolumine, ca. 4. inter magicas uanitates Aethiopida parit uocat: monetcȝ polliceri & iactare magos, cõiecta Aethiopide herba, amnes & stagna siccari. Addidimus nos locis in qbus ea nascit, Mesene. s. & Ida, eorũ locorũ regiões: ut certius historia eius oĩs pateret. Plures em̃ Idæ mõtes sũt, & Plinius addã Troadis cõtraxit. Mesene aũt antiqssima Arcadię ciuitas est, lubrico nomine ad Messanã Siciliæ, ideocȝ certiore indicatione signata a nobis.

## ¶ De Arctio. CAP. CVII.

ARction aliqui potius Arcturon uocant. Similis est Verbasco foliȝs, nisi quod hirsutiora & rotundiora sunt, caule longo, molli, semine Cumini, paruo, radice tenera, alba, dulcicȝ. Decocta cum semine radix in uino, dentium dolorem mulcet, si contineatur ore decoctum. Ambusta, pernionescȝ fouentur eodem. Bibitur aduersus coxendicum dolores, & stranguriam e uino.

### BARBARI COROLL.

ARction nascitur in petrosis. Ab Vrso nomen obtinet: aliud omnino cȝ quæ uulgo Branchia ursina dicitur, ueteribus omissa, etiamsi Ebisci modo suppuratoriam uim habet, foliȝs tã diuersis, ut singula eorum multa esse uideantur, radice glutinosa, multiplici, subalbida. Plin. li. 27. ca. 5

### EX M. VERG. COMM.

ANimaduertit, docuitcȝ iamprídem Nicolaus Leonicenus, miscere Plinium uicinitate nominis, ut creditur deceptum, Arction, quam mõ uertimus, cum Arcio, quæ uertẽda mox erit, Personatiamcȝ appellare: cum tamen Arcĳ, non Arctĳ propria sit Personatiæ appellatio. Nouisecȝ id ex scriptoris huius historia facillime omnes possunt. Diuersæ enim plantæ sunt, diuersis notis & uiribus descriptæ. Ideocȝ græcorum medici & herbarĳ omnes priuatim, seorsumcȝ utramcȝ descripserunt: & alteram folio Cucurbitæ, alteram Verbasco similem fecerunt.

## ¶ De Personata. CAP. CVIII.

ARcion alĳ Prosopida, alĳ Prosopion, alĳ Aparinen. Latini Personatam, aut Lappam appellant. Folia habet maiora etiã Cu-

Curbitis, & hirſutiora, nigriora, & craſſiora, caulem albicantem, quanq; & interdū uidua caule reperiatur, radice intus candida, foris nigra. Hęc drachmæ unius pondere pota, cum pineis nucibus, purulenta & cruenta extuſſientibus auxiliatur. Trita dolores in artubus, aſtrictius uinctis illitu ſedat. Folia utiliter antiquis ulceribus illinuntur.

BARBARI COROLL.

Plī. li. 25. ca. 9.

ARcion, ſiue Proſopites, Perſonaram quidem in latino ſonat, ſed pro Petaſite tamen capitur a Plinio dicente. Folio Perſonatę nullum eſt latius, grandes lappas ferentis: quas non in Arcio, ſed in Petaſite cernimus. Petaſiten interpretor, quam uulgo Bardanam, & Lappam maiorem uocant: Arcion, quæ Vngula caballina dicitur. Plinius differentiam in nomine tenuem cōſtituit. Petaſiten Perſonatam, Arcion Perſollatam appellādo: Perſollatam inquit, quam nemo ignorat, Græci Arcion uocant: folia habet maiora etiam Cucurbitis, & hirſutiora, nigrioraq; & craſſiora, radicem albam & grandem. Quæ omnia fere cum Dioſcoridis Arcio conueniunt. Nominatur & Perſoluta, ſiue Perſolyton a Plinio herbæ genus Aegyptiæ, in hortis ſeri coronamentis ſolitum duobus generibus, mas, & fœmina: inhiberi ſubdita ea, Venerem uirorū maxime prodendo. Illud cōmonuerim, maiora eſſe Perſonatę, hoc eſt, Petaſitę ac Bardanę, q̄ Perſolatæ, hoc eſt, Arcij & Vngulæ caballinæ folia: radicem Perſonatæ candidam, digitali craſſitudine, faſtidiendi odoris, Perſolatæ brachiali, & odoratam, flore in ſpica purpureo. Galenus & hanc, & ſuperiorem eodem Arctij nomine appellat. Quod autem Perſonata ſit, quam Lucius Columella Perſonam uocari ſcribit, ne dubitem, facit, quod utilem pecori, quod Vipera momorderit, ſcarificationi ſuperpoſitam commemorat: quod & Plinius probat, & propterea a nonnullis Echion, quaſi Viperariam tradit appellari.

ſonate & ſola differentia

EX M. VERG. COMM.

PErſonatia hac utebantur quondam ad perſonas tota Græcia & Italia gentes omnes, quotiens in Theatris, alijſue locis, qui cognoſci a populo nollent, egiſſe quidpiam uolebant: facili, ſed non toto anno ad eam rem ex incultis & pinguibus locis apparatu. Extrema ſiquidem hyeme, quo tempore nunc expletis totius anni uoluptatibus, ludis & epulis, a ieiunio & cinere, alia uitam, & alios mores Chriſtiani auſpicantur, amiſſis per gelicidia foliis nullus poteſt hic eius uſus eſſe. Maio, Iunioq; menſibus frequentem fuiſſe palilibus & floralibus ueriſimile eſt: tribus decerptis foliis, quorum uno frontem, duobus alijs utrinq; malas ueſtirent, relictis inter eorum ſpacia liberis uidendi, ſpirandi, loquendiq; meatibus. Eſt enim foliorum Perſonatię tanta amplitudo, ut longe maius quàm humana facies eſt, tribus ueſtiri ſpacium poſſit. Neq; immerito hic Cucurbitarum foliis comparauit. Figura enim illis reſpondet, & ſi pinguiore loco naſcantur, magnitudine etiam ſuperant. Cauſaq; hæc eſt, cur græci etiam ab eodem perſonarū uſu Proſopida, & Proſopion uocauerint. Neq; enim uoces illæ aliud q̄ perſonam indicant. Fuerūt præterea, ut in hoc ſcriptore legitur, qui in græcis Aparinen, in latinis uero Lappam uocauerint: quoniam illi congener eſt. Naſcitur ubiq; Perſonatia: & quoniam deſierunt uti ea ad perſonas, ob eam quam diximus cauſam Chriſtiani, nec alios habet in ſanitate uſus, parum hoc nomine nunc cognoſcitur.

## De Petaſite. CAP. CIX.

ΠΕΤΑΣΙΤΗΣ

petaſites. herba galerita

PETASITES PEDICVLVS cubito maior, craſſitudine pollicis, a quo prægrande folium, galeri modo amplum, ceu Fungus dependet. Contra phagedęnas, & ulcera quæ cacōethe uocant, efficaciter illinitur.

BARBARI COROLL.

PEtaſites, dicta uidetur a Petaſo, pileum ſignificante apud Græcos: unde Petaſati, hoc eſt, pileati. Apud Catullum enim ita Caſtor & Pollux dicuntur. Nec aliud in Mercurio Petaſus eſt q̄ galerus: quanq; Lactantius grammaticus, & alas & talaria cōtineri credidit in ea uoce, quaſi petaſum pro pinna capiant: cum legendum ſit non petaſum, ſed petalon quocunq; loco pinna ſignificatur. Ita enim Græci etiam frondem uocant, ut eſt apud Iulium Pollucem. Multos decepit corruptus in Plinio locus. Alcamenes inquit Phidiæ diſcipulus, æreum petaſum fecit: qui uocatur Encrinomenos. Alijs petalon, alijs petaſum legentibus: cū legendū ſit, penrathlō:

Hosted by Google

quē nostri Quinquertionē uocant, ut est apud Festum: quod & codices manu scripti, & primis impressi formis habent. Quod genus & Myronis, & aliorū operibus ascribitur: ut eodem capite Plinius indicauit. Petasones porro dicimus, quas Græci Pternas, & nostri Pernas uocant, ut Athenæus inquit. De Petasite multa proxime diximus, credentes hanc latine Personatiam uocari, & Gręce a quibusdam Echion, ut ait Plinius: nisi quis non Echion, sed Arcion scribi, propter similitudinem cum Arcio, contenderit: cui non contradico ipse. A

EX M. VERG. COMM.

GRæca uox Petasus est, Mercurij, & Augusti Cæsaris usu in antiquis scriptoribus celebrata. Vterq; enim Petasatus describitur. Sed alter, dum cœlo precipitem se mittit, aui similis: Alter, dum per diem in sole est, radiosq; eius munito capite Petaso hoc toto anno uitat. Est enim Petasus Galerus, cuius forma inter Græciæ ruinas in Mercurij imaginibus adhuc uidetur, ex Homeri & Maronis uersibus descriptis, antiquitatis studiosis nota. Ornauit eadem uox herbam: uocaruntq; Græci Petasiten, quasi Galeritam herbam, in qua folium pediculo superpositum non aliter in medio, q̄ in Fungis passim uidetur hæret.

## ¶ De Epipactide. CAP. CX.

EPIPACTIS ab alijs Elleborine, aut Borion uocatur. Parua hærba, fruticosa, exiguis folijs. Iocineris uitijs utilis, & contra uenena pota. ἐπιπακτίς

BARBARI COROLL.

EPipactis, siue quod idē est, Elleborina inter frutices Asiæ, Gręciæq; a Plinio reponitur. Pli. li. 13. ca. 20.

EX M. VERG. COMM.

PEregrina Italiæ, auctore Plinio Epipactis est: qui inter Græciæ & Asiæ frutices eam. 13. uolumine, capite. 20. numerauit. Non satis ut cognosci nostra ætate possit, nec cur Elleborinen uocauerit eam antiquitas descripta. Si nomen ipsum tantū expendatur, non ab re fuerit Elleboro similem, aut congenerem credere. Si contra Theophrastum aliquis audiat libro. 9. de plantarum historia, pro candido Veratro de ea sic tradentem. μίσγεται δὲ πρὸς τὴν φόσιν. ὅπως ἂν ἐμέσῃ τὸ τῆς ἐλλεβορίνης σπέρμα, τοῦτο δὲ ἐστὶ ποάριον. Quorum sensus est. Miscetur autem in Ellebori poculo, ut uomitiones adiuuet Elleborines semen. Herbula autem hæc est. Si quis inq̄ hæc dicentem Theophrastum audiat, suspicari poterit, non tam quia Elleboro congener sit Elleborinem dici, sed quod Ellebori uim augeat, coniunctaq; illi faciliores uomitiones faciat. Vtraq; enim ex Theophrasto colligi caussa potest. Theoph. li. 9. B

## ¶ De Capno, seu Fumaria. CAP. CXI.

CApnon, aliqui Corydalion, aut Corion uocant, alij syluestre Coridalion, alij Capnon in hordeis, alij Capniten, alij Marmariten, alij Capnogorgion, alij Chelidonion micron, alij Peristerion, alij Cantharida, alij Chalcocri, Romani Fumariam, Aegyptij Tucin. Fruticosa hærbula est, prætenera, Coriandri similis, folijs candidioribus, undiq; numerosis, cineracei coloris, flore purpureo. Huius succus claritatem facit oculis, delachrymationemq;. Vnde nomen traxit. Illitus cum gummi, euulsas palpebras renasci prohibet. Commanducata hærba, biliosam urinam trahit. καπνός

fumus tere

delachrimationem facit ut fumus

BARBARI COROLL.

CApnos, siue Capnion, hoc est, Fumus, duplex. Alia hic descripta nascēs in hortis, & segetibus hordeaceis: alia & nomīe & effectu similis, quas pedes Gallinaceos uocāt. In parietibus & sepibus genitā, ramis tenuissimis sparsisq;, flore purpureo, ut inquit Plinius: quā nonnulli modo Cimbalarem uulgo dictam, nescio q̄ recte interpretantur, folio Hederæ prætenui: ut in Cotyledone cōmonuimus. Hanc autē Capnon, quæ nascitur in sepibus Chelidoniam Phragmitem uocare moris est Aetio, ad exinanitiones partium in iocinore curuarū utilem dictam: ut puto, quoniā succo discutit caliginem, ut Chelidonia: & ob id in medicamenta oculorum additur: ut in Collyrium Mareiani, eam Chelidoniam Capnitida cognominantis. Quod si eadem probetur esse cum Cymbalari, ut quidam conijciunt, etiam illa similitudo confluet, quod Pli. li. 25. ca. 13.

C folium Hederæ habuerit, quale Chelidonio minori contigit. Propterea conſyderari cupio, nunquid non ſimilis, ſed eadem omnino ſit Capnos hæc, cum Chelidonio minore. Multa certe paria comperio. Cæterum ex eo q̃ Capnon Plinius a noſtris Pedes gallinaceos uocari ſcribit, magnus plæroſq; inuaſit error, exiſtimantes Capnon a Dioſcoride monſtratum non aliud genus eſſe, q̃ quæ uulgo Sanguinaria, & galli Crus dicitur. Pudenda & pœnitenda inſcitia: niſi frons attrita multis eſſet. Quandoquidem ea quæ galli Crus uocatur, Gramini eſt tam ſimilis, ut ab eo forte non admodum ſeiungi poſſit: niſi quod folio minore cernitur, & fibris potius q̃ radice nititur. Id autem q̃ in utroq; ſummo frutice Trifarin, gallinacei Pedis imitationem habet, candidius in hac q̃ in Gramine conſpicitur.

EX M. VERG. COMM.

FVmariæ herbæ notiſſima res Fumus nomen quondam fecit: haud ſane, quia tricliniorum parietibus eorumq; cameris inducta, nigredine noceat: aut quia, ut poëta cecinit, ſuſpenſam exploret duretq; ad fabricam materiam, ſed quoniam uis illi contra hominis oculos lachrymoſa ſit, qualis in Fumo eſt: ob quam cauſſam Flaccus lachrymoſum in carmine ſuo Fumum appellauit: & Ariſtophanis ſeruus, in ſcænam rediſſe ſe dicebat, Fumo coactum, nec potuiſſe domi cum cæteris eſſe, ὅτι ἔδακνε τὰ βλέφαρ' ἀυτοῦ, quod eſt, quoniam eroderet palpebras eius & oculos. Quod maximum a Fumo huic parti tedium eſt: cui potens idem Fumariæ herbæ ſuccus a Fumo indicata in græcis fuit. Nec tantum Capnon æquali Fumo appellatione eam uocauerunt, ſed Capnitim etiam, id eſt, Fumariam dixerunt. Quemadmodum a ſimilitudine Coriandrum, quæ uox in ſcriptore hoc multifariam creuit. Alijs ſimpliciter Coriandrum, alijs agreſte Coriandrum, alijs diminutiua forma Coriandron uocantibus. Naſci hic in ſegete hordeacea ait. Plinius tamen adiecit, & hortis: nec male, quoniam frequentior in hortis, q̃ in ſegetibus inueniatur.

## De Loto urbana. CAP. CXII.

λωτὸς ἥμερος

DLOtum urbanam, alij Triphyllon, alij Libyon, alij Tripodion, alij Tribolion uocant. Naſcitur in hortis. Extractus ſuccus, addito melle, oculorum argema, nubeculas, cæteras q̃ caligines diſcutit.

BARBARI COROLL.

LOtus ſatiua, non niſi poſt annũ ex ſemine ſuo naſcitur. Eſt & Lotus ſylueſtris. Item q̃ Lotus Aegyptia, herbæ omnes: de quibus paulo poſt agendum nobis erit. Nam de Loto arbore iam diximus. Quæ ſint in Columellæ horto Lotæ Phrygiæ, luminibus gemmantibus, haud ſcio reddere. Apud Heſperios Aethiopas naſci tradit herbam Lotum uocatam Artemidorus, qua ueſcentes, q̃libet ſiticuloſo & ſqualenti tractu ſitim arceant: ob id & Lotophagi Aethiopes, ut inquit Strabo, nominati ſunt.

Strabo, lib. 3.

EX M. VERG. COMM.

DIximus primo uolumine de arbore, quam ueteres Romani Celtim uocabant, Loton a græcis dictam: ex cuius materia fiſtulæ quondam fiebant. Dicendum de herbis hoc loco, quarum prima ſatiua Lotos eſt, in hortis quondam uirens, & in delitijs habita: quoniam ampliore longioriſq; uitæ folio in hortis tota æſtate uireret. Plinius foliato caule eam tradidit, & antiquiores poëtæ inter herbas Deorum uoluptati naſcentes numerauerunt. Quæ omnia hic una ratione tantum indicauit, in paradiſis & hortis naſci dicens. Qui deprehendiſſe eam ſe iactant, humilem oſtendunt herbam, in pratis naſcentẽ, numeroſo folio, Trifolio paulo minus q̃ undiq; ſimili. Diſcrepat, q̃ in Trifolio longiora, minora, & acuminatiora folia ſunt: in Loto tria quidem numero, ſed longe maiora: nec in acutũ ut in illo deſinentia, uerum paulo minus q̃ in orbem circumacta. Quæ ſi ſatiua Lotus ſit, uulgaris, & cognitu facilis herba eſt. Fecit trium foliorum eius numerus, ut Trifolium & Tripodium diceretur.

## De ſylueſtri Loto. CAP. CXIII.

λωτὸς ἄγριος

SYlueſtris Lotus, quã aliqui Libyon, alij Triphyllon, Romani Trifolium minus appellant. Plurimum in Libya gignitur, caule cubitali, & ſæpe maiore, alis multis, foliis Trifolij pratenſis, ſemine Fœnigræci, multo minore, guſtu medicato. Vim calfaciendi & leniter adſtringen-

Hosted by Google

dī obtinet. Vitia cutis in facie, maculasq; , cum melle peruncta expurgat. A
Trita per seſe, aut cum Maluæ semine, in uino aut passo bibitur aptissime contra dolores, qui uesicam male habent.

## BARBARI COROLL.

LOtus syluestris inter aculeatas (ut puto) constituitur, caule foliato, ut Crepis ab radice: Quæ sit Crepis nondum comperi. Crepulam certe dici quæ sit Acanthos topiaria, Dioscorides affirmat. Plī.li.21.ca.16.

## EX M. VERG. COMM.

SImilior communi Trifolio Lotos hæc q̄ antedicta est, facilis inuentu inter nos etiam herba: & si hic plurimam nasci in Libya testetur, ideoq; Libycam a quibusdam dictam. Longo enim & acuminato folio, quali Trifolium passim uidetur hæc est. Ideoq; a Romanis, ut in Dioscoride legitur, Trifolium minus appellata. In qua uoce uitium esse oportet. Quoniam non potest nostrati Trifolio respondere duorum cubitorum altitudo, & minus uocari. Nouimus ēm omnes Trifolium: ratiocinariq; facillimum est, falso minus Trifolio nostro dici aliquid quod bicubitale sit. Vetustiores Dioscoridis latini codices non minus, sed uirus habent. Quæ uox certum non habet intellectum: nec nos augurari aliquid in ea re uoluimus: ob eam causſam quale in alijs erat, tale relictum a nobis etiam est. Folia Loto huic Dioscorides ait simpliciter pratensi Trifolio similia esse: non ut Barbarus uertit, Loti trifoliæ. Non animaduertit ille, quis in uerborum cursus in Dioscoride esset. Neq; enim pratense Trifolium Loton ille uocat, sed Loti huius folia pratensi Trifolio similia esse testatur.

## ¶ De Cytiso. CAP. CXIIII.

CYtisus, quem aliqui Telinen, alij Lotum magnū, alij Triphyllon, Romani Trifolium maius appellant. Frutex est albus in totum, ut Rhamnus, ramos spargens cubito longiores, folia Fœnigræci, B
aut Loti trifoliæ, minora, dorso medio prominente. Ea digitis trita, Erucam olent, gustataq; Cicer sapiunt. Folia refrigerant. Tumores inter initia discutiunt, si cum pane trita illinantur. Decoctum potu urinam ciet. Nonnulli quod apes alliciat, prope aluearia serunt.

## BARBARI COROLL.

CYtisus, siue Cytisum, Hederæ modo uincit & strangulat sata. Contra Cytiso pestis Alimon. Densa Cytiso medulla, Ebenumq; prouocans. Non ex alio pabulo lactis maior copia, aut meliori: in commodum tamen tantisper dum floret, ut inquit Aristoteles, quoniam sit utentius. Perq; modica eius herba quadrupedes pinguescunt: ita, ut iumēta etiam ordeum spernant, nec aliud minoris impendi est. Vel mediocri solo prouenit. Seritur semine & caule. Perficitur triennio. Florere definit uerno æquinoctio, cum & metitur. Aspectu, si quis breuiter exprimere uelit similitudinem, anguſtioris Trifolij. Frutex hic in Cytno insula inuentus, inde translatus est in omnes Cycladas, mox in urbes Græcas, magno casei prouentu: ut mirum sit, rarum esse in Italia: æstus, algoris, grandinum, niuisq;, omnis demum iniuriæ sine noxa patiens. Intactum quoq; hostibus, propter nullam gratiam ligni, ab Antinomacho Athenensi magnis laudibus extollitur. Apium examina Cytiso eliciuntur: quamq; Democritus & Aristomachus eas prædicent, nunquam de flore Cytisi pabulum contingere. Columella Cytisum, & Zeas, & Carnicin, & Trifarin uocari scribit. Et esse geminam: hoc est, satiuam, & alteram suæ spontis. Plī.li.18.ca.14.

## EX M. VERG. COMM.

QVod tacendum huic scriptori non fuerat, lactis copia est, quā in homine facere Cytisum testati omnes sunt. Columella ultimo septimi libri capite, his uerbis ad copiam lactis Cytisum laudat. Mulieres quidem, si lactis inopia premuntur, Cytisum, in qua macerari oportet: & cū tota nocte permaduerit, postero die expressi succi ternas seminas permisceri modico uino, atq; ita potandū dare. Sic & ipsæ ualebunt, & pueri abundantia lactis confirmabuntur. Plinius itidem lib. 18. cap. 14. de Cytiso hæc ait. Quin & nutricibus in defectu lactis aridū,

Catq; in aqua decoctum potui cum uino dari iubent, & firmiores, celsioresq; infantes fore. Paulus Aegineta etiam comā Cytisi iubet præcordijs prægnantium, contra uomitiones ex uetere uino imponi. Nec minus q̄ Malua discutientis & tepidæ naturæ esse. Notissimus quondā frutex hic omnibus agris consitus, & quo macrioribus, eo citius eum comprehendētibus. Nunc quod sciam, nullibi in Italia est: aut si sit cognitus, sine honore iacet. Prima eum mortalibus ostendit Cythus ex Cycladibus una: & ex ea omnem peragrauit Græciam & Italiam, ubiq; carus & in honore habitus. Post quod tempus in antiquum & natale sibi solum reuersus, non paruum antiqua amantibus desyderium sui reliquit.

## De Aegyptia Loto. CAP. CXV.

λωτὸς αἰγύπτια

EST & in Aegypto Lotus, quæ aquis prouenit, plana irriganti-bus, caule Fabæ, flore paruo, candido, Lilio simili: quem tradunt occidente sole comprimi, occludique, ad ortum autem aperiri. Adduntq;, caput ipsum uespera aquis condi, & ad exortum solis emergere. Caput quale Papaueris, maximum, & intus grana ceu Milij, quæ Aegyptij exiccant, & in panes cogunt. Radicem Lotos hæc habet, mali Cotonei similitudine, quæ cruda coctaq; manditur. Decoctaq; lutei oui speciem exhibet.

### BARBARI COROLL.

Plin. li. 23. ca. 17. lib. 22. cap. 21. lib. 21. cap. 17.

LOtus herba Aegypto uernacula est, Caule fabaceo & petasato: foliȝs densa congerie stipatis, breuioribus tantū, gracilioribusq;: flores ei similes, ut Theophrastus inqt, Lilio: ut Dioscorides, hordeo. Librariorū in alterutro culpa, Crinon, pro Crithe, cōtrarie scribentiū. Copiosi ij & in se farcti, comprimētes se ad occasum solis, aperientesq; ad ortū per uices, donec perficiantur capita, & flos ipse decidat. Fructus in capite Papaueris incisuris, omniq; alio modo, nisi quod crebriora intus grana. Radicem Corsion uocant, opertā nigro cortice, qualis & rasta neas tegit: interius candidū corpus: quod decoctū cibo gratius est q̄ crudū, siue aqua, siue pruna. Nec aliūde magis q̄ purgamētis eius sues crassescunt. Illud sciendū, auctore Theophrasto, genera huius plura inueniri, distincta flore, fructu, caule, folio, ut nomē fere tantū cōmune habeant, ratio naturæ tota dissentiat. Loton qui arborem putant tantū esse, de qua uolumine primo diximus, uel Homero coarguūtur, qui inter herbas subnascentes, Deorū uoluptati Loton primā nominauerit. Est & Lotometra, quæ fit ex Loto sata: ex cuius semine, simillimo Porri, atq; Milio, panibus in Aegypto pastoralibus maxima aqua, lacteue subactis, negatur quicq; esse salubrius, aut leuius, dum caleant. Refrigeratus maiore negocio concoquitur, fitq; ponderosus. Eos qui uiuāt pane illo, nec Dysenteria, nec Tenasmo, nec alijs in uentre morbis infestari prædicant. Incolæ & capita ipsa Loti aceruata putrefaciūt: mox separant a putaminibus, lauando, & siccata tundunt: eoq; pane utuntur. In Euphrate scapus & flos usq; in medias noctes a uespera mergitur, ut ne dimissa quidē manu cōprehendi possit. Vertitur deinde, paulatimq; subrigitur, dehiscente flore ad solis ortū, ut plane a terra absit alte. Hanc Loton in coronas uenire diximus in Myrto: propterea Cratinus eam Stephanonia uocauit: & si Attici omnia folia ea Stephanomata solent appellare. Antinōias uero dicta ab Antinoo: qui e Bithynia fuisse dicitur, per diui Adriani fere tempora, qui & memoriā uiri coluit. In Aegypto, ab eius nomine uocata, delubris etiā in honorem eius dicatis, apud maritimos in Arcadia, quod crimen inde Bithyniam habuisse crederētur. Vt illud tamen quod diximus aliubi, sciamus, Lotum non quæ ceruleum, sed quæ similem Rosæ florem edat, inuentu rarum, Antinōium proprie uocatum, in assentatiōem Adriani principis, poēta Alexandrino: qui finxisset e leonis cruore, quē Adrianus crassantem in Libya necasset, editum, & Antinoion dicendum, alimentis annuis ex musæo constitutis. Huius rei partim Athenæum, partim Pausaniam auctores habeo. Diminutiua in Paulo forma, Lotarium rubens legi ad psoras utile. Nisi quis non de Loto Aegyptia, sed de syluestri potius accipiat. Pastillus est, siue orbiculus apud eundem Paulum Dialotarion uocatus, ad genitalium, sedisq; uitia.

### EX M. VERG. COMM.

LOngissime Plinius lib. 13. capite. 7. & 8. supra decimū de Loto egit: nihil tamē non a Theophrasto antea dictū retulit. Cuius longior etiā q̄ Plinij de Aegyptia hac Loto historia est. Mul-

Hosted by Google

ta tamẽ reliquit, quæ nouiſſe pro Dioſcoride neceſſariũ ſit. Eamq; ob cauſam, nos quæ a Theophraſto dicunt̃, iiſdem uerbis repetemus, non græcis (longius em̃ id eſſet) ſed qualia in decurſu uertere licebit. Ea huiuſcemodi ſunt. Quæ uero Lotus in Aegypto appellatur, plurima in campis naſcit̃, cum inundata fuerit regio. In ea cauliũ natura eadem quæ Fabæ Aegyptiæ: ſimiliter & foliorũ: quæ ille Petaſos, quaſi galeros uocat: uerũtamen minora ea, & tenuiora ſunt. Naſcitur Lotus Aegyptia Fabæ Aegyptiæ ſimiliter. Candidũ habet florẽ. Cuius folia ſunt anguſta, longitudine liliorũ foliis ſimilia. Naſcit̃ numeroſus, denſus, & ſibi inuicem confertus flos ille: cumq; ſol occidit, claudit̃, ſimulq; uaſculũ ſub aqua condit: mox oriente ſole aperitur, & ſupra aquã emergit: agitq; id, donec uaſculum perficiatur, & flos defluxerit. Vaſculi magnitudo eſt quãta maximi Papaueris, & eiuſdem Papaueris modo inciſuris intus diuiſum. Verũ in Loto crebrius ſemẽ eſt, Milio ſimile. Ferunt in Euphrate hoc amplius uaſculũ, & flores ueſpere uſq; in medias noctes mergi, deſcẽdereq; altius. Neq; em̃ demiſſa manu inueniri poteſt. Cum uero illuceſcit, rurſus ſurgit, ſubrigiturq;, & ad exortũ ſolis ſupra aquã apparet, ac florẽ patefacit: patefactoq; etiamnum exurgit, ut plane abſit ab aqua. Coãceruant in unũ uaſcula hæc Aegyptij, putrefaciũtq;: tum putrefactis, corticẽ in flumine lauantes, ſemẽ auferunt: ſiccatũq; & toſtum in panẽ pinſunt: eoq; utunt̃ cibo. Corſion uocãt Loti radicẽ hanc: ea rotunda eſt, magnitudine Cotonei mali, cortice nigro, foris ueſtita quali in caſtanea nuce eſt: intus candida: quæ toſta elixaq;, uitellis ouorũ ſimilis ſapore eſt, guſtu ſuauis. Eſtur eadẽ & cruda. Et hæc Theophraſtus. 4. de plantarũ hiſtoria pro Aegyptia Loto. Ex quibus intelligent facile omnes, male in Dioſcoride legi, ſimilẽ hordeo eſſe: nec ſic, ſed Lilio uertendũ fuiſſe, cui manifeſte Theophraſtus eum comparat. Et Plinius ait. Flos qui cãdidus eſt. &c. quo colore Lilia ſunt. Accedit his, quod parũ ueriſimile eſt, tam grandis plantæ, & quæ κωδίαν, id eſt, papaueraceum uaſculum fert, flores hordeaceis ſimiles eſſe: qui nulli fere ſunt. Barbarus in Corollario ſuo ſuſpicatus id eſt: & nihilominus in Dioſcoride ſuſpicionẽ illam penitus neglexit. Facilis & lubricus in græcis lapſus fuit, a crithe, quod hordeum, ad crinon, quod Lilium ſignificat. A

## ¶ De Millefolio. CAP. CXVI. B

μυριόφυλλον

MYriophyllon, aliꝭ Melphyllon, aliꝭ Stratioticen, aliꝭ Achillion. Latini Millefolium uocant, aliqui Supercilium Veneris, Galli Beliocandas. Caulis eſt tener, indiuiduus, unica nixus radice, plurimis foliis, Fœniculo ſimilibus. Vnde nomen accæpit. Caulis flaueſcit, præ denſus, ac ueluti ex induſtria delimatus. Naſcitur in paluſtribus. Vulnera recentia ab inflammatione uindicat: ſi uel uiride, uel ſiccum ex aceto oblinatur. Præcipitatis cum aqua & ſale datur.

### BARBARI CORÓLL.

MYriophyllon, q̃q̃ fere Millefoliam ſignificat, alia tamen uidetur eſſe ab ea, quæ inter Siderites, Achilleon, & Millefolia cognominatur: itemq; ab ea quam in Ethruria Millefoliam uocari diximus: & ab ea quæ Militaris. Alioqui Græci hanc Myriophyllon, illas uero Chiliophyllon appellare conſueuerunt. Plí. li. 24. ca. 16.

### EX M. VERG. COMM.

MIllefolium Plinius græcam Myriophyllon uocat: haud ſane, quia in græca uoce certa eius numeri uis & ſignificatio ſit, ſed q; aptius non poterat in latinis nomen fingi: nec referebat, in re incerta mille potius q̃ decem milia, infinitaue folia illi tribuiſſe: quod mutato tantum accentu in græcis μύρια ſignificant. Quemadmodum nec male penitus dixerit aliquis, mille, pluribusue, aut infinitis pilis conſtare hominis ſupercilium. Ex cuius ſimilitudine Veneris ſupercilium hæc ipſa etiam uocata a plæriſq; fuit: quoniam ſcilicet quemadmodum minuti, denſiq; pili eam hominis partem ueſtiunt: ſic Millefolij huius coliculos, minuta denſaq; ueſtiunt folia. Quæ licet hic Fœniculo comparauerit, non tamen eadem longitudine ſunt. Huius enim breuia admodum, Fœniculi uero longiora, & quaſi capillata. Quod comparatur, copia & exilitas eorum tantum eſt. Eadem ratio Stratioten, & Achilleam uocari fecit. Breuibus enim & numeroſis illæ etiam foliis deſcribuntur, & ſunt. De Stratiote non multo ante dictum in hoc ipſo ſcriptore a nobis fuit: & de Achillea longe prius, repetendaq; legentibus ex illis comparatio ad hanc eſt.

C

## ¶ De Myrrhide. CAP. CXVII.

μύῤῥις

MYrrhis, quam alij Myrrham, alij Conilen uocant, simillima est Cicutæ, caule folijsq; . Radix ei oblonga, mollis, rotunda, cibo non insuauis. Quæ pota in uino, phalangiorum morsibus auxiliatur. Cit mẽstrua & partus. Subuenit & phthisicis cocta in sorbitione. Aiunt quoq; eandem bis die, terue potam ex uino, in pestilentia salutarem esse, & ne morbi contagia sentiantur, obstare.

### BARBARI COROLL.

Pli. li. 26. ca. 11.

MYrrhis, & Myrrha, siue Murrha, ut ego arbitror a nostris appellata, nõnulli Smyrin. Florem habet Cicutæ: cui & cætero simillima est, minor tantum & exilior. Hanc sunt qui Chærephyllon, siue Chærefolium modo nominatam, & in hortis passim nascentem intelligant. Plinius Chærefolium aliud uidetur genus accæpisse: cum inquit, seri æquinoctio autumni Chærefolium: quod Pæderota Græci uocant, acerrimum sapore, igneiq; affectus, ac saluberrimum corpori. Qz̃q̃ uerba hæc postrema de Sinapi dicta uideri possunt, de quo statim auctor idem loquitur. Columella horto suo, breue Chærephyllon appellat. Myrrhis proprie Cicutaria latine dicitur, ut in Geranio testati sumus. Inuenio & Mylam genus herbæ, cuius radix paruo bulbo similis dicatur, cõtrahendi effectu uuluis apposita cum farina Lolij. Miror hanc in Dioscoride nusq̃ legi, cum tamen & Hippocrates id prodat, & Galenus medicinas eius a Dioscoride accepisse fateatur. Aetius radicem syluestris Lapathi, Mylen appellatam prodit, utilem decocto in mobilitate, & dolore dentium.

### EX M. VERG. COMM.

VErisimile est a Myrrhæ odore Myrrhida, & Myrrham dictã fuisse quondã quã modo tractamus herbã. Nullus tamẽ, quod hactenus inuenerim, aperte id testatus in græcis aut latinis est. Odorata tamẽ radice ab hoc, & a cunctis alijs describitur. Potuitq; illi ab ea nota nomẽ hoc factũ fuisse. Cicutæ similem oẽs tradiderũt. Eamq; ob caussam crediderũt aliqui Cicutariã nũc eam dici. Purgare eam ἔμμηνα καὶ λόχια Dioscorides ait: quæ uoces tã notas in græcis, & in commentationibus his nostris significationes habent, ut longius dixisse de eis nõ oporteat. Quod tantũ monemus illud est: factũ fuisse, dum alter ex interp̃tibus Pliniũ nimis q̃ in scriptore hoc opus erat amat, & sequit̃, pro græcorũ lochijs, partus uerterit. Plinij uerba sunt. Cit menstrua, & partus cũ uino: cum tñ lochia nihil ad partũ pertineant: modo partus, q̃d in cõmuni significatõis æstimatiõe habet significet. Sintq; Lochia secũdarũ, & deinceps a puerperio fœminarũ purgationes: quẽadmodũ, ni fallimur, in Aristolochia diximus. Idẽ supiore cap. de Millefolio caulẽ eius indiuiduũ uocauit, quẽ ille μονοφυῆ, non qui diuidi nequeat, sed qui singularis nõ numerosus a radice surgit. Hæc nos leuia quidẽ, sed interp̃ti non contẽnenda signamus.

D

## ¶ De Myagro. CAP. CXVIII.

μύαγρος

MYagron aliqui Melampyron uocant. Hærba est surculacea, folijs Rubiæ, pallidis, tripedanea. Semen oleosum, collo simile. Quod contusum igni torrent, perunctisq; uirgis ad lucernarum lumina utunt̃. Hoc pingui, scabricias corporis læuigari, atq; expoliri constat.

### BARBARI COROLL.

Theoph. li. 8. de plant.

MYagros, siue Melampyros, herba ferulacea, ex cuius semine oleum etiam fit. Paulus Aegineta præter hãc genus aliud facit herbæ, quam Myaron appellat, & Melampycnon: eiusdem per omnia cum Myagro naturæ. Vt librariorũ fortasse culpa euenerit, Myaron, pro Myagro, & Melampycnon, pro Melampyro scribentium.

### EX M. VERG. COMM.

SI Melampyro eadem Myagros est, quod Græci omnes testantur, binominẽ herbam facientes, in triticea segete nasci, auctore Theophrasto constituendũ est, qui. s. de plantarum historia, uolumine Siciliæ Melampyrũ priuatim assignat: & contra q̃ in Auena & Lolio fit innocentẽ, & Tritico nihil officientem describit: nec uox aliud indicat, q̃ nigri coloris Triticum. Quemadmodum forte Myagros, quod mures uenatur & perimit: in illo niger, in plærisq; seminibus color rem certam facit. In hoc rarus euentus, præterq̃ ex historia constitui non potest. Quæ no-

Hosted by Google

bis nulla est: nec nos nisi ex uocis significatione rei coniecturam hanc facimus. A

## ¶ De Oenagra. CAP. CXIX.

OEnagra, siue Oenothera, aut Onuris. Frutex est arboris instar, prægrandis, amygdalino folio, Lilio non dissimili, flore rosaceo, magno, radice candida, pusilla, cum siccata est uinum olente. Nascitur in montibus. Aqua in qua radix maduerit, in potu data, feras mitigat, & cicures facit. Illitu quoq; tetra ulcera mulcet. οἰνάγρα

### BARBARI COROLL.

OEnagran, & Oenagron, & Oenotherā, & Oenotheram, & Onuthurida, & Oenotheridē uocamus, aliqui Onear. Sit hæc & quæ dicitur Oenutta, qua corui & canes inebriantur, ut Hęlianus inquit, non affirmarim.

### EX M. VERG. COMM.

DIscrepant non leuiter in radicis Oenagræ historia Theophrastus & Dioscorides. Candidā hic, ille rubentem tradit. In reliquis eadem ambobus omnia. Et Theophrasto huiusmodi sunt. Radix Oenotheræ mitiores & hilariores mores facit in uino pota. Habetq; folium Amygdalæ simile, uerum tamen latius. Florem rubētem ceu Rosam. Ipse grandis, ut inter frutices est. Radix illi grandis & rubens, quę siccata uinum olet. Amat mōtana loca. Ex his multa in impressis scriptoris huius codicibus emendare licuit. Primumq; non γλυκήτερα, id est, dulciora eius folia, sed πλατύτερα, id est, latiora legi oportere: Mox in radice non μικράν, id est, paruam, uerū μακράν, i. longam. Nomen illi ab euctu factum. Quodq; Theophrastus ait, mitiores & hilariores mores facere, eodum pertinet quo hic ait, poto diluto eius leniri ferocientium omnium animalium feritatem. Nomenq; id significat, siquidem οἰνάγρα, & οἰνόθηρα, siue οἰνόθηρην ex eadem ui capiendi, tenendi & domandi uoces sunt. Significatq; οἰνάγρα quemadmodum & podagra, aliaq; huiuscemodi, quæ uino capiat, uenetur & domet. ἀγρεύειν enim in uenatione capere est: nec minus etiam θηρᾶσθαι, a quibus uerbis græci transfetentes multa huiuscemodi finxerunt. Et inter cætera οἰνάγραν hanc, & οἰνόθηραν. Egit de ea Theophrastus cum numeraret quæ diuersis locis uina, aut uinosa alterutram hominis partem, corpus. s. aut animum mouent. Videturq; Theophrastus non tantum ad mulcendam brutorum feritatem uim illi esse ostendere, uerum inter homines etiam uelut inducta non ebrietate, sed quam græci ὄινωσιν uocant, tristiciæ ex uino remissione, usum eius quondam fuisse. Hic tamen ad ferocientia tantum animalia contraxit. Neq; abre, quando in iuuencorum domitura Columella præcepit eorum tergora tractare, & respergere mero: quo familiariores bubulco fiant. Idemq; a mellarijs etiam in apibus seruari. Rationem ex natura uini colligere facile est. Theophrastus etiam quo diximus loco, eā breuiter reddidit. Non male in ferocia & tristicia hominis, sine ebrietate & poculorum sumptu radice Oenagræ huius uteremur, si quemadmodum inuentu, sic cognitu etiam facilis esset. B

## ¶ De Crisio. CAP. CXX.

CRision aliqui Buglossum magnum uocant, Romani Spinam mollem. Caulis est tener, duorum cubitorum, triangulo simili, lis, anguli spinosi, per interualla molles, folia Buglosso similia, maiora, subcandida, modice hirsuta, partibus extremis aculeata: cacumen cauolis orbiculatum, hispidium, in quo capitula purpurea, quæ soluuntur in lanugines. Radicem huius loco laboranti adalligatam, dolores uarios cum sedare, Andreas scripsit. κρίσιον

### BARBARI COROLL.

CIrsion potius, q̄ ut quidam legunt Crision, a uaricibus dicta est, quibus utilis existimatur. ita enim Varices ab Hippocrate dicuntur, quas Aristoteles Ixias uocauit. Huic herbæ similis est quæ Hircina lingua uulgo dicitur, sed caule tamen rotundo, non anguloso ut Cirsion. Nec dissimilis huic uidetur quam Porraginem, siue Borraginem olitores nostri uocant, flore interim purpureo, Cirsion iuterim ceruleo: quæ si Cirsion non est, mirum quamobrem sit indicta ueteribus, quæ fit & uulgatissima, & cibo gratissima: nisi quis Buglossæ generibus contribuat.

C

## ¶ De Astere, seu Inguinali. CAP. CXXI.

ἀστὴρ ἀττικός

ASter ab aliquibus Bobonion appellatur, ab alijs Astericos, ab alijs Asterion, quibusdam Hyophthalmon. Romanis Inguinalis, Dacis Rathibis. Cauliculus lignosus, florem in cacumine habens purpureum, lutumue, & in ambitu diuisum Anthemidis modo capitulum, pusilla in eo circa caulem folia, stellæ modo radiata, oblonga, hirsuta. Feruenti stomacho, oculorum inflammationibus, prociduæ sedi, ac inguinibus illitu auxiliatur. Tradunt purpureum florem, si ex aqua bibatur, anginis, et pueris comitiale malum sentientibus opitulari. Inguinum inflammationi recentem illinire conuenit. Si aridus flos sinistra dolentis manu decerpatur, & inguinibus adligetur, dolore liberat. Stellares huius radij noctu splendent: quapropter qui ignari antea non uiderunt, esse inane simulacrum arbitrantur. Medijs saxis & aspe ris exit. Inuenitur autem ab opilionibus. Crateuas Rhizotomus hęc de ea refert, si uiridis cum axungia uetere tundatur, contra rabiosorũ mor sus, turgentia guttura proderit. Suffitu quoq; serpentes fugat.

### BARBARI COROLL.

D

ASter Atticus, siue Inguinaria, foliȝs oblongis duobus, aut tribus, passim in uepribus nascens, ut Plinius scribit, Argemonion a quibusdam uocari dicens. De hac Galenus bis uidetur scripsisse medicinas, uno loco Astera Atticon uocans, altero Bubonion. Qualis autem Pausaniæ sit herba, quæ in Myœnensi agro ad Iunonis fanum Asterion uocatur, a flumine terram illam rigante, quia in ripis nascitur, cuius folia Iunoni sacra in coronas sibi nectunt accolæ, non comperi. Est & alius Aster, nunc uulgo Stella dictus, folio fere Vitis, seu Maluæ potius erraticæ, ad radicem maiore, pluribus, sed minoribus diuisuris: florem fert in modum stellæ, in luteo uiridem, pusillum, & herbæ suæ similem. Ad herniam puerorum, & uulnera commendant hanc. Eius decoctum quæ uirgines uideri uolunt, insident. Veteribus dicta Indicta sit, haud scio.

### EX M. VERG. COMM.

TAnta, tamq; presens contra inguina, eorumq; dolores uis Inguinalis herbę est, ut adalligata solum in eo malo, medicinam faciat. Idq; grauissimi Grecorum medici testati sunt, Galenus, Paulus Aegineta, Plinius etiam, & hic ipse, cui non minus curæ fuit hæc inuenire q̃ docere. Sit ergo illi Asteris nomen, a foliorum in floribus figura, & situ: sint & Asteriscos, & Asteriõ. In cunctis enim stellæ uis & significatio est, quam græci astera uocant. Solaq; hæc nominis huius causa habeatur. Non quia noctu & in tenebris stellarum modo fulgeat, ut posteriores græci etiam crediderunt: quorum aliqui inutiliter in extrema capitis huius coronide addiderunt, quæ in alijs interpretibus leguntur ab eo principio, Nascitur autem media inter petras, &c. Omnia enim ex eo loco, usq; ad reliquum caput, ex hac opinione illi accreuerunt. Nos ea reiecimus, nullibi in antiquissimis & optimis græcis, latinisq; inuenta. Quodq; nec Plinius huiuscemodi aliquid non relicturus, nec Paulus Aegineta, nec Serapion, nec antiqua huius scriptoris interpretatio ostendunt. Accedit q; his omnibus, ut cum superstitiosum aliquid, aut q̃d ad religionem nostram pertineat, in hoc scriptore legitur, persuaderi non possumus, eius esse: ut sæpe alias testati sumus. Aster itaq;, id est, stella, ob eam quam prius diximus causam dicta herba Inguinalis est. Adiecerunt illi, ab Athenienſium agro notam uereres græci, q illic ob soli tenuitatem frequentior, aut melior forte nasceretur. Bubonios eadem ab ijsdem græcis deinde dicta est, quoniam Inguinibus, quæ bubonas illi appellant, tam presenti remedio medetur, ut adalligata tãtum medicinam in eo malo homini faciat. Hyophthalmos postremo, quasi suis oculus: q totus eius flos animalis illius oculum referre uideatur. In quo animaduertendũ est, quod hic ait, habere Inguinalem herbam purpureum & luteum florem, ad diuersas floris partes referendum esse. Sunt enim in eo purpurei coloris folia. Quod uero medium inter ea folia capitulũ est, Chamæmali mõ lutescit. Et hæc pro nominum & florũ historia satis sint.

Hosted by Google

## ¶ De Isopyro. CAP. CXXII. A

ISopyron aliqui Phasiolon ob similitudinem uocant, quoniam folium, quod est Aniso simile, in pampinos torquet. Capitula sunt in summo caule, tenuia, plena seminis, Melanthij gustum imitantis. Cõtra tussim, & cætera pectoris uitia, semen ex aqua mulsa bibitur. Hepaticis & sanguinem excreantibus utile. ἰσόπυρον

### BARBARI COROLL.

ISopyron, & Phasiolos, & Phasilon quoq; dicitur. Alia uidetur herba esse quam Theophrastus Ison uocat. Theodorus more suo, Aequum. Duplici fastigio, nigrum, & candidum. Flos, fructusq; illis pro ratione discriminis, niger, aut candidus: quanq; & medio inquit colore fructus quandoq; cernuntur, & flores in purpuram inclinantes, uirgis & folio tenuioribus atq; le uioribus. In Aetio Ision dici herbam quandam uideo, cuius cibo pituita detrahitur: nec satis animaduerto an eadem sit cum Iso. Alexander quoq; in problematis, si locus memoria non excidit, Ision herbam inter olera dinumerat. Plí. li. 27. ca. 11.

### EX M. VERG. COMM.

QVi Isopyron hanc deprehendisse nostra ætate uideri uolunt, herbam a radice statim folio sam ostendunt, & ex medio surgentem coliculum: in quo anteq; in ultimũ cacumen desinat, q̃d florem & sub eo plenum seminis uasculum sustinet, utrinq; uolutæ duæ se spargũt phaselorum cirris & clauiculis similes: quas hic ἕλικας, ut in uitibus uocat: foliis quadamtenus rubentibus, contractioribus q̃ Plantaginis, sed eadem latitudine, & in aliquibus maiore. Quo fit, ne credamus Isopyron scriptoris huius eam esse: si Dioscoridi, Plinio, græcisq; aliis credendum est, qui omnes Anisi folio eam describunt. In cæteris non dissimilis species diligentiam eorum probat. Nobis in neutram partem inclinat animus, & quale a græcis traditur, Isopyron tale redditum a nobis etiam est. B

## ¶ De Viola purpurea. CAP. CXXIII.

VIolam purpuream, aliqui Dasypodion, alij Priapẽion, alij Ion syluestre, alij Cybelion, Romani Violam purpuream uocant. Folium habet Hędera minus, tenuius, ac nigrius, nec multo dissimile. Cauliculus a radice prodit, in quo flosculus suauiter olens, purpureus. Opacis & asperis nascitur. Refrigerandi naturam habet. Folia per se, & ex polenta illinũtur aptissime stomacho æstuanti, & oculorum inflammationibus, sediq; procidenti. Aiunt quod purpureum est in flore, anginis & comitialibus auxiliari, maxime pueris, in aqua potum. ἴον

### BARBARI COROLL.

VIolam, Græci Ion pro flore, Violarium Ioniam, pro frutice appellant. Nicandee in georgicis Ion uocatam credit Violam, quia nymphæ quædam Ioniæ, florem eum Ioui primum dedere muneri. Nascitur uitis modo e supernis: quasi e puppi dicas, non prora, ut Ruta, Sisymbrium, Serpillum: eoq; omnes Phrygana, hoc est, furculi siue cremia Violæ dicuntur: excepta nigra: quæ hoc capite describitur. Viret hæc perpetuo, & ut quidam ferunt, si certo genere colatur, anno toto. Serit plantis ut olus. Vere floret, post Leucoion, & ante Flam̃eam. Cũ Ion Græci dicunt, nigrã, seu purpureã fere intelligunt. Humilis hęc, & latiore folio, statim ab radice multa carnoso exeũte, sine ramis: ob id uulgo loripedem Violã uocamus. Hæ nomine a cęteris distinguunt, solę Ia appellatę Gręcis: ut ab ijs Ianthina uestis, et Violacea diceretur. Alia Violarũ genera in Leucoio reddidimus. Violas sarranas, a colore, cum purpureis easdẽ esse apud Columellã arbitror. Purpureas, Vaccinia et Hyacinthũ dici, Seruius gramaticus existimat. Dioscorides quoq; Hyacinthũ latine Vaccinium appellari scribit. Admonendi sunt qui hęc legunt, purpureas Violas duorum generum haberi. Alias inter Loripedes siue sessiles, de quibus hic agit: alias inter Leucoia, odorataq; omnes esse. Sed & candidarũ quoq; gemina hæc discrimina cernuntur. Aliæ Loripedes: aliæ Leucoia. Leucoia intelligo, quas Mauritania Cheiri appellat: Loripedes, quæ uulgo Claudæ nominantur, & Maurice Senephigi.

C QVæ ferrugineos Hyacinthos, & nigra Vaccinia uocari a latinorum poetis fecit nigricãs purpura: uel, ut aptius loquamur, in nigro purpureus color: eadem Theophrasto, græcorumq; aliis scriptoribus causa fuit, ut Viola, quę nunc tractanda a nobis est, nigra dicerẽtur: tam frequenti, receptoq; passim in ea coloris discrimine huiuscemodi, ut multis locis Theophrasti in plantarum historia nihil certius intelligatur: ubiq; μέλαν ἴον dicenti Violam, quæ nigricante purpura, ad murorum radices, hortorum marginibus, & sepibus florens prima, aut cum primis aduentum Veris mortalibus nunciat: nota uulgo, & ubiq; inuentu facilis: quæ toto anno uireat, & flores tenui quidem, sed longiore coliculo altius a terra inter folia erigat. Quæ hic merito Hederæ comparauit: quoniam proxime ad eam figuram accedunt. Muraria Violam a latinis uocari in Dioscoride legitur. Nescimus tamen q̃ uetusta ea uox sit: sed quę cumq; ea est, naturæ eius respondet: quoniam ut diximus, ad murorum radices, umbrosis locis frequens & speciosa nascitur. Eadem causa fuit, cur syluestris Viola itidem diceretur: quoniam locis non cultis nascitur: nec uiolaria in hortis ut cæteræ illi cognomines habet. Potuit q̃ndam etiã religione aliqua, & numinis gratia cõmendari: ideoq; Cybelios Viola ab antiquissima dea Cybele dicta, laudem potius q̃ nomẽ id inuenisse. Sed nobis nulla est eius nominis certa ratio, aut coniectura. Quemadmodũ & reliquę aliæ penitus ignotæ. Nisi Priapeios non dissimili ratione, q̃ Cybelios ab antiquo ruris & hortorum numine dicta fuerit. Describit eam Theophrastus libro sexto de plãtarum historia, dixitq; προσριζόφυλλον καὶ ἄνευφυλλον εἶνε καὶ ὥσ τινες φασὶ δυναμένην δύλον φέρειν τὸ ἄνθος ἐαν τροπω τινὶ θεραπεύηται. Quod est. Exire & uiuere folia eius in radicis capite tantum, perpetuaq; uirere fronde. Id enim uoces illæ duæ significant. Facileq; est uidere folioſum Violæ huius cespitem, nullis caulibus, aut ramulis a terra surgentem, quod cæteræ habent Violę: nec æstu anni arescere, aut hyeme, quod aliæ patiunt, sed post amissos flores, uirentibus foliis medicinæ toto anno etiam inseruire. Adiecit præterea, testari quosdam, posse hanc Violam continue toto anno florere, si aliqua ratione curetur: quam tamen ille D non retulit, nec quibus locis id excogitauerint homines. Adiecit eodem libro idem scriptor, differre hanc a reliquis Violis in reliqua natura, præcipue autem ὅτι πλατύφυλλος καὶ ἐγγειόφυλλος καὶ σαρλόφυλλος ἐστὶν, q̃. s. latiore folio q̃ reliquæ Violæ sit: intelligitq; reliquas Violas Leucoia ab omnibus appellatas: eodẽq; folio sit ἐγγεῖον, id est, terrestri, quod a terra non surgat: & præter id carnoso & pingui. Quæ omnia longius forte dicta aliquibus uidebuntur. Sed nos rerum certitudini consulentes, obscuriores breuitate nolumus fieri. Quo consilio, in Violæ huius signando colore, a principio statim usi sumus: & contra aliorum interpretum ædiciones, nigram, nõ purpuream Violam proposuimus. Ne si purpuream diceremus, miscerentur diuersi coloris congeneres flores. Sunt enim in Leucoiorum genere purpureæ Violæ, quas Columella Sarranas ab eadem purpura, & Sarrano ostro appellat, in censu earũ & ordine quæ furculoſę sunt: in parietibusq; & hortis nascuntur, aliter q̃ hæc dispositis in flore foliis, & plures uno pediculo pendentes: quæ proprie & uerius Purpureæ uocantur. In illis enim uera est purpura, quemadmodum in his in nigro purpureus magis color q̃ purpura. Et hæc pro notissimi floris historia satis sint. Quibus adijciemus, mutasse nos titulum capitis huius, & de nigra Viola inscripsisse: quoniam res id exigebat: & in melioribus græcis, aut nulla coloris nota addita fuerat, simplici tercq; de Viola caput inscribebatur: aut ἴον μέλαν in aliquibus legebatur.

## ¶ De Cacalia. CAP. CXXIIII.

κακαλία CAcalia quæ Leontice uocatur, folia fert magna, alba. E quibus medius caulis emicat, rectus, albus, florem ferens Robori, aut Oleæ similem. Radix in uino madefacta ut tragacantha, delinctu, aut manducatu per se tussibus, scabricijs arteriæ medetur. Grana quæ post excussum florem innascuntur, trita, & cũ cærato illita, faciem erugant, & cutem extendunt.

BARBARI COROLL.

Plí. li. 25. ca. 9. CAcaliam putant esse, cuius semen a Plinio margaritis minutis simile reddatur: dependens inter folia grandia, in montibus fere nascentem. Hanc Galenus Cancanon uocauit. Differt ab hac Acacalis, item Caucalis: de quibus ante dictum est. Paulus Cacaliam, non Cancanum, sed Cancano similem esse tradit.

Hosted by Google

EX M. VERG. COMM. A

CAcaliam deſcripſit Plinius. 25. uolumine, cap. 9. Leonticemq; uocari & ipſe ait. Minutis margaritis ſimile habere ſemen, inter folia grandia pendens: nataleſq; illi plærumq; montes eſſe: nec ultra in hiſtoria eius quicq; tradidit. Nos uero deſcriptū ab eo florem fuiſſe optabamus: ut quod in antiquis græcis hoc capite uariat, certius conſtitueretur. In cunctis enim, uno excepto, q nobis uetuſtiſſimus & probatiſſimus codex Dioſco. eſt, legitur. ἄνθος ἔχων ἑλικὸν δρυὸς ἢ ἐλαίας. Quod ſi uerbum de uerbo fiat ſignificat, florem habens quercui, aut oleæ ſimilem. Eamq; lectionem ſecuti cæteti interpretes, Querno, aut Roboris flori ſimilē fecerūt. Nos muſco, aut oleæ uertimus, ueterum & meliorum codicū fidem ſecuti: in quibus ut nos credimus, antiqua & uerior lectio eſt. λευκὸν ἄνθος ἔχων ἑλικὸς βρύου ἢ ἐλαίας. Quod eſt ut nos diximus, flore candido, muſco, aut oleæ ſimili, Sumuſq; ad hanc interpretationem, præter græcorum fidem, latinorum etiam, antiquiſſimis monumentis uſi: inter quæ longobardis literis ſcriptus Dioſco. nobis eſt, in quo manifeſte Bryo ſtmilis legitur. Eſt autem græcis Bryon, qui in torrentibus, aut arboribus concreſcit muſcus. Cui in comparatione reſpondent oleagini flores, qui paſſim a cunctis muſcoſi dicūtur. Quę ratio etiam nos monuit, muſcum magis q̄ quercum, aut robur hoc loco uertere. Nihil enim muſcoſo Oleæ flori ſimile habent querni, aut robuſtei flores. At contra bene ad tertij floris ſimilitudinem alternantur muſcus, & oleagini flores.

## ¶ De Bunio Napi genere. CAP. CXXV.

BVnion aliqui Aton, alij Actinen, alij Anemoſphoron uocant: Magi Paradacry, Aegyptij Erſonen, Romani Scopam regiam; Aphri Zigar, nonnulli Thepſo. Caulem ædit quadrangulum, digiti longitudine, in quo ramuli minutis folijs ac floribus ſcatent: folia proxime radicem Apio ſimilia, longe tenuiora, coriandrinis proxima: flores Anethi: ſemen odoratum, Hyoſcyamo minus. Vrinam ciet. Excalfacit. Secundas euocat. Lieni, ueſicæ, renibus utile. Tam humidi, q̄ ſicci, expreſſiq; ſucci caulib. folijs, radicibuſq; uſus inualuit ex aqua mulſa. Βούνιον B

EX M. VERG. COMM.

ALterum, & primum in diuiſione Naporum genus Bunion hoc facit: deſcribiturq; a cunctis nſdem huic ſcriptori notis & uiribus. Non tamen in ſanitatis uſu receptū a gētibus, ut alterum & ſecundum illud eſt. Quod fœminino genere Buniada græci uocant, ſecundo uolumine a Rapis ſtatim, quaſi eiuſdem illis generis, ab hoc ſcriptore tractatum. Vtriq; radix craſſior, ſed contra q̄ in Rapis acuminatæ longitudinis: huic etiam exilior q̄ Buniadis, & minor. Egit de eo Plinius lib. 20. cap. 4. cum de reliquo Naporum genere ageret: Nomen ambobus factum aliqui tradiderunt ἀπὸ τῶν βουνῶν. Vocant autem græci inter alia Bunos, tumentia, & quæ in amplitudinem creuerunt: quæ Naporum radicis forma eſt. Cur autem in Dioſc. legatur, Scopam regiam Bunion a Romanis dici, ignotum nobis eſt. nihil enim habet planta hæc quod ſcopis congruat: non ſurculoſam naturam, non uſum, non folia, non aliud quidpiam quod ſcoparum rationem indicet aliquam. Ignotæ aliæ appellationes etiam. Sola Arction ex ſimilitudine facta eſt: quam nos Pauli Aeginetę autoritate inſtaurauimus. Non legitur in Barbari æditione hoc caput. Nec nos ſcimus, relictum ne a librarijs imprudenter in exſcribendo fuerit: an potius quia de Napis ſecundo uolumine actum fuerat, ratus abundare, uolens ipſe & prudens id reliquerit. Siquidem in Corollario etiam nihil actum de Bunio ab eodē eſt. Verumtamen autoribus græcis omnibus recipiendum, & cum cæteris uertendum fuerat. Qui enim de Pſeudobunio agi mox poterat, niſi de uero Bunio actum prius fuiſſet? Verę enim alicuius oportet falſam & mentientem in plantis eſſe. Calido temperamento Bunion eſſe, Paulus Aegineta decreuit: ideoq; urinam, & menſes ciere.

## ¶ De Pſeudobunio. CAP. CXXVI.

PSeudobunion palmi altitudine fruticat, in Creta, folia, ramuloſq; Napi ferens, acri guſtu. Tormina, atq; ſtranguriam, laterumq; dolores ſanant quaterni rami eius poti in aqua. Illiti quoq; cum ſa- ψευδοβούνιον

C le & uino, tepentes, anginam discutiunt.

EX M. VERG. COMM.

QVale Pseudobunion sit, præter Dioscoridem, Plinium, cunctosq; alios, qui omnes Napo similem tradiderunt, nomen ipsum etiam indicat. Necq; enim mentiri ueram Bunion, nec fallere carpentes posset, nisi similis illi esset: eaq; similitudine fallens, falsum & mendax Bunion a græcis dictum est. Monere aliud legentes in eo non oportet. Peregrina enim Italiæ herba, & ex Creta repetenda est.

## ¶ De Chamæcisso. CAP. CXXVII.

χαμαίκισσος

CHamæcissos, alio nomine Chamæleuce, alio Cissos acarpos, aut terræ Corona, aut Selinitis, Latine Hędera pluuiatica dicitur. Folio est Hęderæ, tenuiore, longiusculo, ramulis quinis seniue, dodrantalibus, folioſis, flore Violæ albæ simili, candidiore, ac tenuiore, gustu supra modum amaro, radice tenui, candida, inutili. Nascitur in cultis. Bibunt conuenientissime ischiadici folia, tribus obolis in aquæ cyathis tribus, tricenis, quadrageniue diebus. Eodem pota modo senis aut septenis diebus regium morbum purgant.

BARBARI COROLL.

CHamæcissos uocant Hęderam, non attollentem se a terra. Spicata est Tritici modo hæc, et Cissos Epigeos, id est, Hędera terrestris appellatur.

EX M. VERG COMM.

SImilem tantum, non congenerem Hęderæ Chamæcissos sua appellatione græci fecerunt: licetq; terrestrē, & humi serpentē Hederā ea uox significet, non tamen Hęderam intelligere oportet, sed herbam cultis locis nascētem, hederaceis folijs, necq; his tota figura. Fastigiantur ēm
D in longitudinem: quod in Hędera non fit. Spargit per terram ramulos hæc suos, non plures q̄n q̄, aut sex: quemadmodum omnes tradiderunt. Nullos fert corymbos: ideoq; sterilis Hędera a pleriſq; dicta quondam fuit. Eadem terræ Corona quondam uocabatur: quoniam ramulos suos per eam spargens, folioſo ueluti serto terram coronare uidetur. Eam ob floris colorem Plinius ait Violam albam existimari posse, cum floret. Cæteri lutei coloris florem illi assignant. Nec male forsitan: quando Leucoiorum uox, quibus flores eius hic comparat, nō album magis q̄ reliquos eius floris colores indicat. Eamq; ob causam nos, seruata græcorum uoce, uertimus, Violis quas Leucoia dicunt, similes eius flores esse.

## ¶ De Chamæleuce. CAP. CXXVIII.

χαμαιλεύκη

CHamæleuce lumborum doloribus propicia est, hærba uirens, incuruis folijs, furculisq;, flore rosaceo.

BARBARI COROLL.

CHamæpeuce, non Chamæleuce, ut fere habent codices, legendum arbitror: quoniā Chamęleuce Populago sit, & Bechion, Chamepeuce uero Laricis folio similis ostenditur: unde nomen quasi Larix pumila.

EX. M. VERG. COMM.

NVlli inueniuntur in græcis antiqui scriptoris huius concordes in hoc capite codices, duo saltem: tam male & infeliciter actū cum illis etiam in bonis artibus, ex multo tempore est. Sed Chamæleucem alius tractandam in hoc capite proponit: alius pro ea Chamæpeucem habet. In alijs nullum est hoc caput; in quibusdam cum Bugloſſo, quę sequitur, & in extrema eius parte Chamæleuce miscetur. Et præter id, alij breuissime rem, longius alij absoluunt: tam confuso intellectu, & rei inconstantia, ut quid reddendum nobis esset diu dubitauerimus. Accessit tandem animis animo Plinius, monuitq; libro utcesimoquarto, capite. 15. in ancipiti Chamæpeucen potius legendum esse: qm̄ quod hic ait ποιεῖ πρὸς ὀσφύος ἀλγήματα ἐν ὑδατιλείᾳ πινομένη, ille dixerit, lumbos: & spinæ doloribus propitia est, eodem rei sensu & uerborum ductu. Verisimileq; est, ex his quæ Plinius eadem Dioscoridi reddidit, Chamepeucem legisse, & hanc fuisse eius ætate capitis huius lectionem. Chamæleuces enim aliæ uires, & alia remedia sunt. Descripsitq; idem Plinius eodem loco Chamæpeucem Laricis folijs. Suspendit animo nos tan-

Hosted by Google

tum Paulus Aegineta libro ſexto nullibi tractata Chamæpeuce, Chamæleucem deſcribens: eamq; in tertio ordine calefacere, in primo autem ſiccare dicens: quo fit, ne pro comperto conſtituere aliquid audeamus. Multis em̃, ijſdemq; magnis indicijs, & auctoribus pugnat: nosq; in tanta uarietate id elegimus, quod latini ſcriptoris, ſaltem deficientibus, græcis auctoritate ſe tueretur. Id certe non tacebimus, uideri nobis non eſſe integrum Dioſcoridis hoc caput. Quale etiam eſt quod ſtatim ſequitur, Bugloſſum. A

## ¶ De Bugloſſo, ſeu Lingua bubula. CAP. CXXIX.

BVgloſſum Magi Aelurigonon, Oſthanes Tranochi, Aegyptij Beſor, Romani Linguam bubulam, alij Libanium, Pœni Anaſa naph uocant. Naſcitur in campeſtribus & uaporoſis. Iulio menſe colligitur. Aiunt eam quæ treis thyrſos emittit, cum ſemine & radice tritam, potamq;, contra tertianos rigores prodeſſe, quæ quatuor ad quaternos. Ea in uino decoquitur. Hærbam abſceſſibus utilem eſſe uolunt. Verbaſco ſimile eſt, folium in terra ſparſum, nigrius, aſperum, bubulas imitans linguas. Quod in uinum deiectum, animi uoluptates auget. Βούγλωσσον bugloſſon. noſtra boRago.

## BARBARI COROLL.

BVgloſſon, & Bugloſſos, & Bugloſſa dicitur. Cato Linguam bubulam appellat: utilem in ſiſtionibus obtegendo cortice, ne imber in librum permanet. Pli. li. 25. ca. 8.

## EX M. VERG. COMM.

DIximus non multo ante in Cirſo, quid alij de ea & Bugloſſo hac noſtra ætate ſenſiſſent: diximus etiam, quid nobis in ea re magis placeret, & quibus coniecturis mutata inuicem duarum herbarum nomina crederemus. Polliciti præterea ſumus, in Bugloſſo hac addituros eſſe aliqua. Quæ nulla modo alia ſunt, q̃ propenſiores continue in eam partem fieri, ut credamus, quam ueteres Bugloſſon dixerunt, noſtræ ætatis Borraginem eſſe. Vtimurq; ad eam rem hac etiam coniectura: q̃ M. Cato. 40. capite operis ſui de re ruſtica, inſitione arborum docens, cum inſtituiſſet quatenus, & quomodo ſurculos inſeruiſſe & circumligaſſe oporteat, addidit. Inſuper Lingua bubula obtegito ſi pluat, ne aqua in librum permanet: eam Linguã inſuper librum alligato, ne cadat. &c. Veriſimileq; eſt, in operiendo truncæ & inſitæ ſtirpis rotunda ſectione, rotundiore potius q̃ longiore folio uti præcæpiſſe. At Borraginis tale eſt. Eius uero quæ nunc Bugloſſus habetur, longa folia ſunt: ideoq; operiendæ rotundæ ſtirpi minus apta. Scimus quidem, non poſſe, nec debere rem certã docentes, tã incertis & ambiguis ueſtigijs niti: potuiſſeq; antiquos inſitores illa etiã uti: quoniã ſatis eſſet inſitã ſtirpem quocũq; opermẽto a pluuia defendere: & quod primũ inſerenti ſe obtuliſſet, luto, palea, alijſq; huiuſcemodi uti Non tamẽ negligendũ, qualecunq; id fuerit, ignotæ rei ueſtigiũ. Nec nos alio conſilio id retulimus, q̃ ut ea B
berent legentes, hanc etiã eruſcandæ ueritatis auſam: ſcirentq;, antiquæ Bugloſſi, quã Cato, oẽsq; alij a boum Linguis, quas imitat, bubulam Linguã dixerunt, hunc etiam fuiſſe in ruſtica re uſum. In urbana autẽ præcipuũ, quod in ſcriptore hoc poſtremũ eſt, deiecta in uinum Bugloſſi folia, uoluptates animi, & læticiam augere: neq; ultra hunc uſum Bogloſſo aliud multifaciendum ab antiquis ſcriptoribus tribui. Plinius. 25. uolumine, capite. 8. ſic de ea egit. Iungitur huic Bugloſſos boum Linguæ ſimilis: cui præcipuum, q̃ in uinum deiecta, animi uoluptates auget, & uocatur Euphroſinon. Mox. 26. capite. 12. Bugloſſo inareſcente, ſi quis medullam e caule eximat: dicatq; ad quem liberandum febre id faciat, & alliget ei ſeptem folia ante acceſſionem, aiunt a febre liberari. Quod amuleri potius q̃ medicinæ rationem habet. Paulus itidem Aegineta in ſexto de Bugloſſo hæc tantum monet. βούγλωσσον ὑγρόντε καὶ θερμὸν ἰσι τῇ κράσει. ὅθεν τοῖς οἴνοις ἐμβαλλόμενον εὐφροσύνην ποιεῖν λέγεται. Quod eſt. Humidum calidumq; temperamento Bugloſſum eſt. Eamq; ob cauſſam uino iniectum, læticiam animi facere dicitur. Nec ultra hæc quicquam de Bugloſſo tradidit. GALENVS etiam nihil dictis ab alijs aliud addidit, quam tuſſibus & faucium aſperitatibus utilem eſſe. Nullusque non ex antiquis, læticiæ & uoluptatis ſpem in Bugloſſi uſu legentibus proponit: quod in Borragine nunc paſſim fertur. Veriſimileq; eſt, quaſi per manus traditam ſeu opinionem, ſeu famam ad nos peruenisſe, & adhuc ſeruari. Non utimur ad hanc rem populari omnino ſenſu, & iudicio plebis: non tamẽ negligimus penitus. Quodq; nos magis urget, Cirſij hiſtoria eſt, in

C qua flores ἀκροπόρφυρα, id est, in summo purpurei describuntur: qui color proprius floris eius est quã Bugloſſum nũc paſſim uocant. Vrgent longiora folia quæ in Borragine decurtatæ rotunditatis ſunt. At dicet aliquis: boum Linguis ſimilior noſtræ ætatis Bugloſſus q̃ Borrago eſt. Non negamus id. Verumtamen illud etiam monemus, neſcire modo nos quæ fuerit antiquis Græcis comparationis huius ratio: & quid nam boum Linguæ illi comparauerint: uerbi cauſſa aſperitatem, latitudinem, colorem, longitudinemue. Pro noſtræ ætatis Bugloſſo longitudo præcipue & color eſt: pro Borragine contra tam multa hactenus numerata indicia, quæ diligentius cæteri etiam excutient. Nos enim pro deprehendenda ueritate, cogitanda aliis hæc tantũ proponimus. Nec laboramus pro re (cunctis em̃ nota eſt) ſed pro medicæ materiæ antiquis nominibus & hiſtoria: quæ a poſterioribus græcis toto hoc capite male habita eſt. Credimusq; nos, ex obſeruatis hactenus, non eſſe Dioſcoridis quæ a principio capitis longius leguntur, uſq; ad, Verbaſco ſimilia habet folia. &c. Quæcunq; em̃ a Serapione, antiqua ſcriptoris huius interpretatione, & aliquot græcis Bugloſſo huic tribuuntur, nulla alia ſunt, q̃ Verbaſco ſimilia habere folia. Folio in terrã deciduo eſſe: eodemq; aſpero, & uigriore boum Linguæ ſimili: idq; in uinũ coniectum, lætitiã augere credi. Cætera nulla in antiquioribus græcorũ codicibus & latinis ſcriptoribus ſunt. Et Plinius, quæ nunc in ſcriptore hoc leguntur, dandam eſſe ſcilicet Bugloſſum hanc quæ tres caules protulerit, ad tertianas: quæ uero quatuor, ad quartanas, non Bugloſſo, ſed Cynogloſſo tribuit. Verba eius ſunt lib. 25. capite. 8. Iungitur & Cynogloſſos canínas imitans linguas: aiuntq;, quæ tres thyrſos ſeminis emittat, eius radicem potam ex aqua ad tertianas prodeſſe: quæ quatuor, ad quartanas. Accedit his etiã carpendi Bugloſſum hanc Iulio menſe præcæptum: quẽ hic ſcriptor Romana uoce ἰούλιον uocat: quod in græcis antiquis ſcriptoribus nunq;, aut raro inuenitur. Dico autẽ antiquos, nondum penitus obliterata græcorũ re: quoniã poſt Cæſares Romanos, latinis menſiũ appellationibus potius, q̃ græcis, ſuadente id fortuna eius gentis & maieſtate, uſi oẽs ſunt. Quodq; coniunctũ huic eſt, non conſueuiſſe Dioſcori. tempor; notas ex mẽſibus accipere, ſed ex anni tempeſtatibus: uerbi cauſſa, ſolſtitijs, uere, autũno, hyemeq;, & æſtate. Scimus medicinæ hæc nihil, aut parũ conferre. Sed nos herbariã tractamus: conamurq; in hoc ſcriptore, minus corruptã ſaltem latinis eam reddere: quoniã integram in tanta poſterior; incuria & imperitia impoſſibile eſt. Effugerat pene nos quod ad Bugloſſum & Boraginem, earumq; notas adhuc pertinet. Id huiuſcemodi eſt, Cirſij Bugloſſo hic ſimilia eſſe folia dixit, mediocriter hirſuta, longioraq;, & albeſcentia, in extremitatibus aculeata: Bugloſſi autem φύλλον χαμαιπιτὲσ, τραχύτε καὶ μελάντερον, quod eſt, folium in terram deciduum, aſperumq;, & nigrius. Conferatur nũc cum naturæ exemplaribus utriuſq; hiſtoria, carptasq; ex horto Bugloſſum & Borraginem diligentius contemplemur. Mihi ſane prior illa Cirſij hiſtoria noſtræ ætatis Bugloſſo reſpondere, poſterior autem Borragini undiq; uidetur. Sunt enim Bugloſſi folia longiora q̃ Borraginis. Albicant illa, hæc contra nigricant. Illa ſurgũt, & per ſe ſtant in altum nitentia: Borraginis in terra iacent. Eſtq; illi proprium quod hic ait χαμαιπιτὲσ, id eſt, humi ſtratum folium.

D

## De Cynogloſſo. CAP. CXXX.

κυνόγλωσσον

Cynogloſſon. Lingua canis.

CYnogloſſon, alij Phyton, alij Caballation, alij Splinẽion, alij Scolymon, Romani Linguam canis, aut caninam appellant. Folia latifoliæ Plantaginis habet, arctiora, minora, lanuginoſa. Caule uacat, & humi ſternitur. Prouenit in ſabuletis. Folia cum ſuillo adipe ueteri, mendentur morſibus canum, alopecijs, & ambuſtis. Emollit aluũ, decoctum hærbæ ex uino potum.

### BARBARI COROLL.

CYnogloſſon, topiarijs operibus gratiſſima eſt: dicta, quia caninas imitetur linguas folio. Eſt ei ſimilis alia, & quæ ferat lappas minutas.

### EX M. VERG. COMM.

CAnis Linguam herbam nouit Ethruſca omnis ruſtica plebs. Vtitur enim ad ulcera, & minora uulnera. Oſtenditq; eam ſine caule, & paulo minus q̃ cunctis ijſdem huic ſcriptori notis. Naſcitur plærunq; inter uites, uiretq; tota hyeme. Nos eam ſæpe uidimus folioſo ceſpite, radice pollicis humani craſſitudine, albicante colore, & ſupercurrente aſperitate: quam credi-

Hosted by Google

mus nominis & comparationis ad caninam linguam cauſſam fuiſſe. Eſt enim cani qualis plæriſq; alijs animalibus, Scobinæ modo aſperior lingua. A

## ¶ De Phyteumate. CAP. CXXXI.

PHyteuma folia habet Radiculæ, copioſum ſemen, perforatum, radicem paruam, per ſumma terræ nitentẽ. Quam ad amatoria conuenire nonnulli ſcriptum reliquerunt. φύτευμα.

### BARBARI COROLL.

PHyteuma negat ſe deſcripturũ Plinius, quaſi ſuperuacuã, & ad amatoria tantũ utilem.

## ¶ De Leontopodio. CAP. CXXXII.

LEontopodion aliqui Zöonychon uocant, alij Aetonychon, alij Cemos, alij Damnamenẽ, alij Idiophyton, nõnulli Phytobaſilã, alij Croſſion, alij Croſſophthöon, Magi Sanguinẽ Crocodili, alij Crocomerion, Aegyptij Daphnöenen, Romani Minerciũ, alij Palladiũ, alij Flãmulam. Digitalis eſt hærbula, folia ferens anguſta, longitudine ternũ quaternũue digitorũ, hirſuta. Quæ iuxta radicẽ ſpiſſiore flocco caneſcũt. Capitula in ſumo caule, quaſi diſſecta, flores nigri: ſemen uſq; adeo ſpiſſa lanugine inuolutum eſt, ut ſæpe fallat. Radice parua cohæret. Quam tradunt appenſam ad amatoria prodeſſe, & tubercula diſcutere. λεοντοπόδιον

### BARBARI COROLL.

LEontopodion, ſi amatorijs tantũ naſcitur, diuerſum uidetur a Leontopodio, de quo Plinius ita ſcribit, ut ab eo aluum ſiſti, bilem purgari prædicet, ſemine lymphatica fieri ſomnia, campeſtri & gracili ſolo naſci, Litheoron & Coripetron ab aliquibus uocari: niſi de hac loquutus intelligatur, cum dixit. Silebitur a nobis & Cemos: cum ſit uſus eius inquit ad amatoria dumtaxat. Quandoquidem Leontopodion & Cemos uocari Dioſcorides hoc loco teſtis. Cemos autem uidetur appellata, ex floris ſiue calycis figura: quoniã Pyxidecula Athenis ita nominabatur, per quam ſuffragia in ſubiectum uaſculum, quod Caddiſcum uocabant, demitti conſueuerant: quod & Venetijs hodieq; ſeruatur. Pollux auctor. Leontopodion hanc, & in uetuſtiſſimo Dioſcoride appictam uidimus: ſimillimam herbæ quam uulgus ex noſtra conſuetudine Calendulam appellat, ut eadem omnino eſſe uideatur: Leonis habere nomen ueriſimile eſt, & illam quam ita carmini ſuo Columella inſeruit, Plí. li. 27. ca. 8. lib. 26. cap. 8. 15. 13. B

Et hiantis ſæua Leonis
Ora feri. Et alibi.
Oſcitat & Leo.

Nec præterea quid de ipſa prodam, habeo.

### EX M. VERG. COMM.

ESſe Leontopodio eandem Camon, de qua Plinius. 27. uolumine, capi. 8. negauit ſe quicq; ſcripturum, quoniã ad amatoria tantũ uſus eius eſſet, pro comperto nobis eſt. Vidimuſq; nos antiquiſſimos & optimos græcorum codices, in quibus non Leontopodion, ſed Camos capitis huius titulus eſt. Habemus & uetuſtiſſimũ longobardis literis ſcriptum latinum Dioſcori, in quo pariter non Leontopodion, ſed Camos eſt: ijſdemq; omnibus hoc capite alijs, ſola in græcis & latinis tituli capitis, & plantæ appellationis diuerſitas eſt. Magno argumẽto, non differre Leontopodion a Camo, niſi ſola appellatione. Profuit plantæ huic binominẽ eſſe. Periſſet enim tota, niſi amiſſo altero nomine ſuperfuiſſet alterum quo indicaretur. Infamis amorũ ueneficijs ea quondã fuit. Credimusq; nos, Camon dictam; quaſi frænum. Eſt enim κημὸς græcis inter cætera reticulatum, aut ex uiminibus textum fræni genus. De quo quotidie in Pſalmo auditur: In camo & fræno maxillas eorum conſtringe: quo quemadmodũ uinciuntur iumentorũ ora, ſic in amore amantiũ animi retinerẽtur: eoq; nomine magis q; Leontopodij nota ab his qui pro religione, bonisq; moribus amorũ ueneficia hæc odiſſent, exagitata, appellationem eam in poſterioribus amiſit. Seruata tamẽ illi a diligentioribus altera eſt, auctusq; nomi-

Æ num eius numerus. Sed cuncta noſtra ætate parum certam habent rationem. Nec cur Minerualium, & Palladiũ a Romanis dici Leontopodion in Dioſcoride legaĩ, dicere nos audemus.

## ¶ De Hippogloſſo. CAP. CXXXIII.

ἱππόγλωσσον

HIppogloſſon aliqui, & id Antirrhinon, alĩ Anarrhinon, non nulli Lychnida agriam uocant. Frutex eſt folia habens Ruſci figura, & ſpinoſam comam, & in ſummo ceu linguas e foliis exeuntes, Capitis dolorem corona ex comis impoſita minuit. Malagmatis radix ſuccusq; ammiſcetur.

### BARBARI COROLL.

HYpogloſſon, & Hypogloſſa, dicitur, acinos fert rubẽtes Ruſci modo. Vidimus & hanc. Corollæ genus Hypoglottidas uocari diximus in Myrto, aut ex hac herba, aut e Lauro Alexandrina, quam & Hippoglottida appellabant. Hippogloſſis dicitur & morbus linguæ Hippocrati: quoties tumore obduruit, ita ut ſaliua deuorari nequeat.

### EX M. VERG. COMM.

RVſci, quæ ſylueſtris Myrtus eſt, folia habere Hippogloſſon omnes teſtantur. Ea non adeo grandia ſunt, & præter id in cuſpidem acuminata deſinũt: eamq; ob cauſſam, ſiue magnitudinem, ſiue equorũ linguæ figurã in ea uoce intelligas, nulla in foliis ratio eius erit. Nec ſi etiã, ut in Plinio adhuc legitur, græcam præpoſitionẽ hippo, coniunctã linguæ, a græcis fuiſſe credideris, ſcriptori huius hiſtoriæ reſpondebit. ἐπ' ἄκρου enim, id eſt, in ſummo linguas exire hic ait, παρὰ τοῖσ φύλλοισ, id eſt, ſecus & ſecundum folia. Quæ hic intelligit in caule ſuprema: qui deſinens non folia profert, ſed conferctæ lanugĩnis potius q̃ folioſæ comæ in latitudinẽ ſe aperiens inuolucrũ: non aliter q̃ in ſpicatis aliquibus ſeminibus & floribus fit. Differt tamẽ a Spica: q̃ rotundæ quatuorue plærũq; angulis Spicæ ſurgunt: in hac q̃d ultimũ in caule exit, in latitudinẽ ſe explicat. Et quoniã humanam linguã imitatur, ideo facto a græcis nomine, Hippogloſſon, quaſi grandis lingua dicta eſt, Et hęc nobis origo noĩs & cauſſa eſt. Quæ licet hiſtoriæ Plinĩ diuerſa forte aliqbus uideaĩ (ille eñ ait. Et in ĩs ceu linguas folio paruo exeunte de foliis) meminerint tamen oẽs, ſequi nos græcos ſcriptores, p̃cipueq; hunc: & in uertẽdis uocibus eius quã debemus fidem illi præſtare, qui ἐπ' ἄκρου παρὰ τοῖσ φύλλοισ prodire linguas ex Hippogloſſo dicens, q̃d eſt, in ſummo & ſecundũ folia, nõ ex foliis, ſed ex ſummo caule, qua parte deſinũt folia exire ea dixit. Id enim ἐπ' ἄκρου aperte ſignificat. Cæteræ appellationes ex ſimilitudine aliqua, uerũ importune illi accreuerunt: ideoq; non tractandæ a nobis.

D

## ¶ De Antirrhino. CAP. CXXXIIII.

ἀντίῤῥινον

ANtirrhinon, alĩ Anarrhinon, nonnulli Lychnida agriam appellant, hærbam caule & foliis Anagallidi ſimilem, flore albæ Violæ, purpureo. Ideoq; ſylueſtris Anagallis nominata eſt, ſemine uituli narium. Tradunt peruncto ea, cum Cyprino oleo, aut Lilino, uenuſtiores fieri: nec ullo medicamento lædi poſſe, ſi quis appenſum geſtet.

### BARBARI COROLL.

ANtirrhinon, & Anarrhinon, & Antirrhizon, ſiue Anarrhizon. Similem Lappæ tradunt. Quidam Lino, ut arbitror corrupta lectione, pro Aparina. Radice nulla, ſiue minima, flore Hyacinthi, Plinio. Galenus hanc & Bucranion, hoc eſt, bubulum, aut uitulinum Caput dici meminit.

### EX M. VERG. COMM.

PLures in græcis Anarrhinon, q̃ Antirrhinon uocant, a uitulorũ naribus, quarũ figura ſemen eſt, facto nomine herbam: quæ folio paulo minus q̃ hederaceo tota figura eſt: flore qualis Viola purpurei coloris, ut noſtræ ætatis herbarĩ oſtendunt: qui deprehendiſſe nobis eam uidenť. Multifaciendũ, & in honore habendũ Anarrhinõ hoc erit: ſi quod hic, Pliniusq;, & ante eos Theophraſtus teſtati ſunt, ad gratiã & uenuſtatẽ homini proficiat. De eo Theophraſtus libro. 9. de plantarũ hiſtoria his uerbis egit. ἴυγκλειαν γάρφασιν ἀεὶ ποιεῖν τὸ ἀνάῤῥινον καλούμενον. τοῦτο δὲ ὅμοιον ἐστὶν ἀπαρίνῃ. ῥίζα δὲ οὐχ ὑπῆσιν οὐδὲ καρπὸσ ὥσπερ μόχου ῥινασ ἔχει τόνδ' ἀπὸ τούτου ἀλειφόμενον ἐυδοξεῖν. Quorũ ſit ſenſus. Gloriã enim ferunt continue Antirrhinon facere. Aparine ſimile id

eſt. Radicem non habet. Semen uituli naribus ſimile: & qui eo unguntur, ad gloriā proficere. Quæ oīa ĩſdem fere uerbis a Plinio reddita ſunt. 25. uolumine, capi. 9. Diſcrepant tamē Theophraſtus & Dioſcorides aliquatenus. Ille πρὸς ἐυκλειαν καὶ ἐυδοξίαν facere Antirrhinon dixit. i. ad gloriā & honorem: hic ἐπίχαριν fieri eo perunctos, q̃d ad gratiā tantū pertinet. Plinius uenuſtiores fieri dicens, Dioſcoridē potius q̃ Theophraſtum ſecutus hac parte eſt. Comparauit Plinius etiam Anarrhini flores Hyacintho, non purpureis Leucoĩs: magnitudinē eorum ſeruato colore indicans. Sunt enim Violis illis minores: ideoq; Hyacintho ſimiliores.

A

## ¶ De Catanance. CAP. CXXXV.

κατανάγκη

CAtanance aliquibus Dãnamete, aliĩs Dionyſias, aliĩs Thyrſion, aliĩs Demos, aliĩs Cemos, aliĩs Crotion, Magis Archaras, aliĩs Arcopus, Romanis hærba Filicula, aliĩs Datiſca, Dacis Caropithla dicitur. Ex eo genere una folia Coronopi habet longa, radicem lunci modo prætenuē, capitula ſena, ſeptenaue, in quibus Erui ſemen ineſt. Areſcens in terrā flectitur, & ſe contrahit ad ſpeciem unguiū milui exanimati. Altera mali paruæ magnitudinē explet, radice exigua, colore, figura & magnitudine Oliuæ: foliĩs mollibus, diuiſis, humi proſtratis. Semen ut cicer in ramis dependet, multis foraminibus pertuſum. Vtramq; narrant in amatoria expeti. Theſſalicæ mulieres his uti traduntur.

catanance · biſtorta · Reclamante antonio muſa.

### BARBARI COROLL.

CAtanance, Theſſala eſt herba. Huius ſecunda ſpecie ab herbariĩs noſtris inuenitur Biſtorta nomine.

B

## ¶ De Tripolio. CAP. CXXXVI.

τριπόλιον

TRipolion aliqui Pſychen, aliĩ Merida, aliĩ Potamogitona, aliĩ Stachyten, Romani Callium marem nominant. In marinis naſcitur locis, quæ allidit unda, recedensq; dimittit, neq; in mari, neq; in ſicco. Folio Glaſti latiore, arido: palmeo caule, in mucrone diuiſo. Eius, ut tradūt, flores colorem ter in die mutant. Mane candidi, meridie purpurei, ſero punicei conſpiciuntur. Radice alba, odorata, callidi guſtus. Quæ drachmis duabus in uino pota, aquam, urināq; per aluum extrahit. In medicamenta digeritur, quæ uenena arcent.

tripolion · ſm ali quos turbith · ſz ba ſtardopapauer mꝫ de tripolio

### BARBARI COROLL.

TRipolium, ab aliquibus eadem exiſtimatur quæ Polium, errore manifeſto, ut ex earū deſcriptionibus apertiſſime cognoſci poteſt. Radix craſſa Tripolio.

de tripolio p liuiꝫ libꝝ 26. cap. 7.

### EX M. VERG. COMM.

ANimaduertit multo ante nos Nicolaus Leonicenus (cuius diligentia, iudicium & ingenium nunq; ſatis a quoq; laudabitur) uicinitate nominis decæptū Plinium, Tripolium quod nunc tractamus, cum Polio iampridem dicto miſcuiſſe: & quæ alterius erant, alteri tribuiſſe. Quod nos modo relinquimus, dictis ab eo id tantum adĩcientes, non ſolum miſcuiſſe ea Plinium, uerum in Theophraſti plantis Gazæ eiuſdem lapſus cauſſam & auctorem fuiſſe. Qui in eo Tripoliū legens, plus latino ſcriptori, quod miretur aliquis, q̃ græco græcus homo detulit. Quodq; in Theophraſto erat Tripoliū, Poliū uertit. Theophraſti. 9. de plantarū hiſtoria uolumine ad finē, uerba hæc ſunt. καὶ ὅσα δυσὶ φάσιν τὸ τριπόλιον καθ' ἡσίοδον καὶ μουσαῖον ἴσα πᾶν πράγμα ποιμαίνειν χρήσιμον εἶναι. &c. Ille aũt uertit. Adde Poliū. quod Heſiodo & Muſæo auctoribus, ad oēm rem ſeriā, magnicq; faciendā perutile prædicat. Eſſeq; Tripoliū, non Poliū in Theophraſto legendū, multa indicāt: p̃ſertimq; q̃d p̃cedit de Periaptis, & Alexipharmacis. i. amuletis ab eo dictū. Poterāt utriq; q̃d dicimus multa oĩdere: q̃d ſcriptor hic. ſ. & quod Theophraſtus teſtati ſunt: ſed oīm euidentiſſime nomē. Neq; em Tripoliĩ uox aliud, q̃ quod ter uerſaſ, muraturq; ſignificat. Quæ rara, & miraculi inſtar in eo uis eſt. Fueratq; hoc magis in Theophraſto & aliĩs optandū, q̃ quod ille ait, ἀλλὰ τὰ ἐυκλεέστερα καὶ ἀπιθανώτερα, τά, τι τῶν περιάπτων καὶ ὅλως τῶν ἀλέξι-

C φαρμάκων λεγομένον τοῖς τεσώμασι καὶ ταὶς οἰκίαις καὶ ὥς δή φασι τὸ τριπόλιον καθ' ἡσιόδον καὶ μουσαῖον εἰς πᾶν πρᾶγμα ἀσουδαῖον χρήσιμον εἶναι. διὸ καὶ ὀρύττουσιν αὐτὸ νύκτωρ σκηνὴν πηξάμενοι. &c. Quorum sensus est. Illa autē minus credibilia, & fatui hominis erunt, quæ de amuletis, & quæ ueneficijs aduersantur, tam corporibus, q̄ domibus alligata & apposita. Quemadmodum auctoribus Hesiodo & Musæo, dicunt Tripolium ad omnia quæ digna studio sunt, utile esse. Eamq; ob caussam, noctu erecto prope tabernaculo, effodiunt. Et hæc Theophrastus quo diximus loco. Coloris autē mutationem, cuius caussam docuisse decebat, ad eas referri caussas, ut credimus oportet, quæ ab eodem de conuersione foliorum, claudentibusq; se & dehiscentibus floribus quibusdam referuntur. Quorum omnium una in sole caussa est: ab eoq; credendum, fieri in Tripolio tertiam per diem coloris mutationem. Quo enim plus, minusue humoris impetu solis ex flore exsuctum fuerit, eo obscuriore, dilutioreue colore fieri credendum est: mixtionibus enim, excæptis primis, cæteri colores constant.

## ¶ De Adianto. CAP. CXXXVII.

ἀδίαντον

adiantos - capillus veneris

ADianton, alij Polytrichon, alij Callitrichon, alij Trichomanes, alij Hebenotrichon, alij Argion, alij Corion enygron, Aegyptij Epier, Romani Cincinalem, alij terræ Capillum, alij Supercilium terræ, Daci Phithophthethela uocāt. Pusilla gerit folia, similia Coriandri, serrata. Cauliculi quibus exoriuntur, nigro colore nitent, prętenues, palmum alti, folijs filicis, admodū exilibus, radice superuacua. Neq; caulem, neq; fructum, neq; florem profert. Decoctum hærbæ potū prodest, spirandi difficultati, suspiriosis, lieni, & felle suffusis, & urinę difficili. Calculos frāgit. Aluum sistit. Serpentiū morsibus auxilio est. Contra stomachi fluctiones in uino bibitur. Secundas ciet & menstrua. Sanguinis reiectiones inhibet. Contra serpentiū morsus crudū illinitur. Alopecias densat. Strumas discutit, furfures in facie, & manantia capitis ulcera ex lixiuio emendat. Defluentes capillos continet, cum ladano & myrtino, & susino, aut hyssopo, uinoq;. Decoctum eius cum lixiuio & uino infusum, idem præstat. Coturnices, & Gallinaceos pugnatiores facit, in cibos eorum additum. Seritur gratia utilitatis pecorum. In speluncis, umbrosis, & palustribus, circa parietum aspergines, & fontium specus enascitur.

D

### BARBARI COROLL.

Theoph. li. 7. de plāt. ca. 13.

plinius. lib. 22. cap. 21. de saxifrago

ADianton, Capillus Veneris a Theodoro dicitur, frutex topiarius. Aestate uiret, bruma non marcescit. Nomen ei ab euentu, q̄ folium eius perfusum mersumq; aqua, simile tamen sicco uideatur. Radice tam parua, ut possit nulla existimari. Locis opacis prouenit. Perdices in bellum armantur, huius herbæ cibo. Callitrichon, & Polytrichon a capillo dicitur, quem tingit, crispum, densumq; faciens. Dicitur & Saxifragum: non tam quia nascitur in saxis, q̄ q̄ calculos mire frangit: sed nigrum magis: quod & breuius est: & Trichomanes priuatim appellatur: de quo statim indicabitur. Adianton candidum est, & maius nigro, & Polytrichon proprie cognominatur, & ab Hippocrate Calliphyton. Etiamsi est ubi Calliphylon scribatur. Folia utriusq; Filicis inferiora, aspera, ac fusca sunt, contrario inter se positu frequentia. Vmbrosas petras, specus, & manantia saxa diligit.

### EX M. VERG. COMM.

COronat interiores puteorū parietes, & fontiū margines Adiantum: & quasi sitiens, quas tamē odit & respuit, pronus quærit aquas. Non aliter q̄ qui opes sedulus continue quærit, & inuētis miser abstinet. Miraculū in eo Plinius id iactat: quasi non multa alia passim uideantur, quæ naturali corporū dissociatione, misceri simul quacunq; etiā illata ui nequeunt. Ex eo nominis illi caussa est, quā duobus uersiculis in Theriacis suis Nicander tradidit. Ea est huiuscemodi. ἀχραὲς ἐπ' ἀδίαντον ὃν οὐκ ὄμβροιο ῥανέντος, λεπταλέη πίπτουσα νοτὶς πετάλοισιν ἐφίζει. Quod est, Purumq; Adiantum, in quo nec descendente imbre, minimū e cœlo cadens stillicidium folijs

insidet. Docuit idem Theophrastus .8. de plantarum historia. τὸ τι ἐπὶ τοῦ ἀδιαντοῦ συμβαῖνον· A
οὐδὲ γὰρ ὑγραίνεται τὸ φύλλον βρεχόμενον, οὐδ' ἐπίδηλον ἐστὶ, διὰ τὸ τὴν ὀπὴν μὴ ἐπιμένειν ὅθεν καὶ ἡ προ-
ηγορία. Quorum sensus est. Et quod in Adianto accidit. Neq; enim madet folium eius aqua cõ
spersum, neq; humoris aliquod in eo uestigium remanet. Vnde & nomen illi factum est. Plini-
us etiam .22. uolumine, ca. 21. Aliud Adianto miraculum. Aestate uiret, Bruma non marcescit,
Aquas respuit perfusum: mersumq; sicco simile est: tanta dissociatio deprehenditur: unde & no-
men a Grǽcis. Omnium grǽcorum, latinorumq; eadem in nominis origine ratio & sententia
est. Vox ipsa etiam indicat. Neq; enim Adiantum aliud est, q̃ quod οὐ διαίνεται, id est, non ma
descit. Testatus idem Plinius est Polytrichon, & Callitrichon Adiantum dici: sed diuersa ratio-
ne. Polytrichon quidem, quia capilli defluuia explet. Callitrichõ autem, quia eos tingit, & spe
ciosiores reddit: utrunq; enim effectum habet. Theophrastus nihil ultra, q̃ χρήσιμα εἶναι ἀμφότε-
ρα πρὸς ἔκφυσιν κεφαλῆς τριχῶν ἐν ἐλαίῳ τριβόμενα. Quod est. Vtilia ambo genera eius esse ad explen
dum capillo caput ex oleo inuncta. Sequitur appellationes has Trichomanes, quæ secundo ge
neri, de quo mox agendum erit, priuatim competit. Succedit illi etiam quæ in cunctis grǽcis pa
riter legitur, Ebenotrichon: ex qua nos credimus in latinis factum nomen, quod in cõmuni usu
est Capillus Veneris. Id in antiquioribus inuentum hactenus a me nõ est. Dico autem antiqui
ores, Theophrastum, hunc ipsum, Plinium, & his æquales alios. Ideoq; oborta suspicio est, ex
corrupta uoce illa Ebenotrichon, Veneris Capillum factam fuisse. Be enim syllabam, grǽci, ue
pronunciant. Facilisq; potuit lapsus esse ab audito Euenotricho, in Veneris trichas, id est, ca-
pillum. Suspicionem tamen hanc, non decretum uolumus esse. Alioquin ex Ebeno, quæ ni-
gro colore est, factum id nomen fuit: & ad Adianti Trichomanisq; nigros coliculos translatũ.
Neq; enim aliud Ebenotrichon q̃ Ebeni capillum, id est, nigrum, & quali colore Ebenus est, si-
gnificat. Cæteræ Adianti appellationes quæ in Dioscorides legũtur, satis certam habent causam &
originem: ideoq; a nobis relinquuntur. Sed non relinquenda quæ Theophrastus eodem libro
retulit. γίνεται δ' αὐτοῦ δύο, τὸ μὲν λευκόν, τὸ δὲ μέλαν. χρήσιμα δ' ἀμφότερα πρὸς ἔκφυσιν κεφαλῆς τρίχων ἐν
ἐλαίῳ τριβόμενα. φύεσθαι δὲ μάλιστα πρὸς τὰ ὑδρηλά, ὥσ δὲ οἴονταί τινες, καὶ πρὸς τραγγουρίαν τὸ τριχομανὲς B
ποιεῖν, ἔχειν δὲ τὸν καυλὸν ὅμοιον τῷ ἀδιάντῳ, τῷ μέλανι. φύλλα δὲ μικρὰ, φόλπα καὶ πυκνὰ καὶ πεφυκό-
τα κατ' ἀντικρὺ ἀλλήλων. ῥίζα δὲ οὐκ ὑπέστι. χωρία δὲ φιλεῖ σκιερά. Quorum summa hæc est. Genera
autem eius duo. Alterum quidem candidum, alterum nigrum. Vtrunq; tamẽ explendis in ca
pite capillis utile: in quem usum ex oleo confricatur. Nascuntur aquosis locis, & ut opinantur
multi, facit ad uesticæ stillicidia quod Trichomanes uocatur: haberq; caulem nigro Adianto si
milem: folia parua, densaq;, contrarijs inter se pediculis pendentia. Radix illi nulla est: amatq;
umbrosa loca. Et hæc pro Adianto & Trichomane Theophrastus: quæ a Plinio ijsdem fere uer
bis reddita sunt quo diximus loco, longe diuersa ab his quæ Dioscorides tradit: qui Adiantum Co
riandri folio describit: neq; in eo candidum aliquod genus numerat, sed nigris coliculis & hoc
& Trichomanes describit. Sed nec Theophrastus etiam in qua parte candidum id genus sit, re-
tulit. Verumtamen ut obseruasse licuit, & ex his quæ Theophrastus indicat, totius generis no
men Adiantum est. Idq; statim diuiditur in candidum, & nigrum. Vocaueruntq; candidum,
quod comparatum alteri albicantibus folijs sit. Quod enim ad coliculos pertinet, totum ge-
nus nigros habet: in candido tamen augentibus se coliculis continue minus nigrescunt, desi-
nuntq; in summo colore uiridi. Sed certius discrimen in folijs est, quæ in nigro minora, penna-
ta, & Filicis modo dispositæ sunt: in candido qualia in Coriandro, incertis interuallis prodeun
tia, et in extremitatibus incisuris diuisa. Longius itidem candidum nigro est. Hancq; rationem
secutus Plinius ait. Duo genera eius, candidius, & nigrum breuiusq;. Id quod breuius est, Po-
lytrichon, aliqui Trichomanes uocant. Quæ tota est huius scriptoris historia: qui primo candi
dum hoc Adianti appellatione, mox nigrum Trichomanis indicat. Non est difficile utrũq; in-
uenisse. Sed quoniam frequentius illud nascitur, habetq; easdem huic uires, ideo notius & in
frequentiore usu: idq; tantum Veneris capillum nunc uocant. Facillime in Dioscoride omnia in-
telliget, qui oculatus testis, fide sensus ad ea utetur. Neq; enim dubitare poterit, qualia in Adi-
anto Coriandri folia dicantur: & quomõ ἐπ' ἄκρου ἐκτισμένα, quæ alij interpretes serrata & cacu-
minibus diuisa dixerunt. Cum tamen impares foliorum incisuræ sint, & aliter sectæ q̃ in serra
dentes: neq; in cacuminibus tantum, sed undiq; per extremitates diuidantur. Credimusq; nos,
q̃d in Adianti folijs legit, Filici similia abundare, & ex altero genere ad historiã huius translatũ
esse: ideoq; uitij nota eo loco adiecta est. Nihil enim Filicis folio Adiantum hoc simile habet: ne
q̃ si tota folia, aut earum segmenta inuicem compares. Fuerat ob eam causam animus, duas,
tresue illas uoces tanq; inutiles relinquere: sed in cunctis grǽcis latinisq; inuentas seruauimus:

X

C prçsertim dicẽte Plinio, Vtriq; ramuli nigro colore nitẽt folijs Filicis. Verumtñ, ut pauloante præmonstrauimus, non possunt simul Coriandro & Filici eiusdem plantę folia cõparari. Suspicatiq; sumus, & adhuc suspicamur, nõ esse integrã primã huius capitis partem: perijsseq; uoces aliquas, quæ certiorẽ totius Adianti historiã facerent: & quæ nunc tam incerta leguntur, reliquias illius esse: quæ truncæ intellectum miscent, coguntq; legentes incertis animis inter Adiãtum & Trichomanes esse. Sed qualẽ nos diximus pauloante, ut credimus, utriusq; historia est. Adianti appellatione in toto hoc gñe antiqua medicina usa semper est: & ꝙ generis ea uox est, & ꝙ omnis Adianti eędem uires ad omnia sunt. Paulusq; Aegineta cum de Adianto egisset, de Trichomane nihil tradidit, præfatus, in Adianto dictum de eo fuisse.

## ¶ De Fidicula seu Trichomane. CAP. CXXXVIII.

τριχομανὲς ἀδίαντον

TRichomanes aliqui Pterion, alij Opteron, Romani Capillarem, alij Pinulam, alij Fidiculam, nonnulli & eam Adianton appellant. Nascitur eisdem in locis quibus Adianton, Filici simile, sed exilius, folijs Lenticulæ, tenuibus, in ordinem utrinq; digestis, aduersis in se, ramulis acerbis, fusco colore splendentibus. Eadem quæ & Adianton præstare posse, constat.

thrichomanes. genus alter adianti dictus galitricus

### BARBARI COROLL.

TRichomanes Adianti genus alterum, Calytrichi cognomine, breuius & nigrius, tenuissimis iuncis, radice minima, gustatu feruens. Primum uero genus Adiantum Polytrichon uocatum iuncos albos habet, & folia plura, maioraq; frutice quoq; maior est, ut prædiximus.

### EX M. VERG. COMM.

SVspicari ex Trichomanis historia facile diligentioribus erit, quod pauloante dicebamus, credere nos in Adianto uitium esse, relictasq; a librarijs uoces, membrumue aliquod, quo ille Theophrasti exemplo totum Adiantum diuideret, Trichomanesq; hoc non illud Filici similia habere folia diceret. Huius enim, non illius iudice sensu similitudo ea est: ideoq; Pterion, quasi Filiculam a quibusdam dici Diosc. ait. Pterin enim græci Filicem uocant: cui folia similia, pariterq; in ramulis nascentia hoc genus habet. Eupteron alij itidem dixerunt: quoniam pennatũ folium eius sit, nec aliter q̃ in alis auium pennæ folia deinceps in eo sint. Eas omnes uoces imitati Romani, Capillarem, quę Trichomani responderet: Pinulam, quę Euptero: Filiculam, quę Pterio responderet dixerunt. Græci hoc genus a ui sua Trichomanes uocauerũt, ꝙ rara cute fluentem capillum explet, & subnasci facit. μανὸν enim ea gens rarum uocat.

D

## ¶ De Xanthio, & Lappa. CAP. CXXXIX.

ξάνθιον φάσγανον

XAnthion aliqui Phasganon, alij Antithesion, alij Chascanon, alij Choeradolethron, alij & hanc Aparinam nominant. Latini Lappã. Nascitur læto & pingui solo, & lacubus exiccatis, caule cubitali, anguloso, pingui, prodeuntibus ex eo crebris alis. Folia Atriplicis habet insecta, Nasturtium odore imitantia, fructum grandis Oliuæ modo rotundum, & ut Platani pilula spinosum, qui contactu uestibus adhærescit. Is ante collectus q̃ perfecte siccescat, tunditur, & fictili uase reconditur. Flauos autem facit capillos, si acetabuli instar tepida aqua madescat, mox caput nitro ante perfrictum illinatur. Alij in uino tundunt, & ita asseruant. Semen aptissime tumoribus imponitur.

### BARBARI COROLL.

XAnthion, & Phasganion uocatur a Galeno & Paulo, Phasganon a Dioscoride, Philanthropos ab Aetio, nunc Lappa inuersa, & minor a nostris. Non uidetur quibusdam Xanthion ab Aparina superius descripta differre. Sed cur obsecro Dioscorides & Galenus & cæteri diuersas habuere duobus locis seorsum de ijs prodentes? Quid ꝙ in omnibus græcis exemplaribus, Aparina ex interuallo stellata pingitur quasi Rubia? Xanthium multo aliter ostenditur folio Atriplicis, uel ut quidam scribunt, etiam Solani.

Hosted by Google

EX M. VERG. COMM. A

PLura Lapparum genera, folio, semine & natali solo diuersa: obseruatumq; a nobis est, quęcumq; hamatis uncis, aculeatisq;, & uestium tenacibus seminibus plantæ sunt, in græcis & latinis eodem aliquando nomine indicari: in illis Aparines, in nostris Lappæ. Quæ ueluti generis uox omnibus his est. Inter eas & Xanthion hæc est, numeratis ab hoc scriptore notis satis cognoscenda: sic dicta a græcis ὅτι ξανθὰς τρίχας ποιεῖ, id est, flauum capillum facit. Habet & alias appellatiões, sed nobis parum certas, & ob id alijs relictas. Circa rusticas domos, pingui ut hic ait, sed frequentius humido solo nascitur. Idq; est quod hic ait, arescẽtibus paludibus. Paludes enim appellat loca etiam, in quibus per hyemem aqua fuerit, æstate uero aruerint. Omnium autem notarum quæ Xanthio huic a Diosco. tribuuntur, nulla certior fructu eius est. Dico autem fructum Lappam, in qua semen est: quem figura grandis Oliuæ, & aculeatũ hic describens, facillimam eius deprehensionem fecit. Sed nihil frequentius præmonstratis nascitur locis.

## ¶ De Auena. CAP. CXL.

AEgilops aliquibus Sitospelos, alijs Siphon, alijs Bromos, Romanis Auena dicitur. Hærbula folia Tritici habens, sed molliora, in summo capite semina bina, ternaue, rubra, quibus aristæ quasi capillaceæ exeunt. Illita cum farina hærba ægilopijs medetur. Duricias discutit. Succus farinæ ammixtus, siccatur, & eorundem gratia reponitur. αἰγίλωψ

BARBARI COROLL.

AEgilops necat hordeum: in quo maxime nasci amat. Festucago a Gaza dicitur. Plinius Auenam græcam uocauit. Hæc non nisi post annum, ex semine suo gignitur. Vere pilosum ei folium ut Lolio, non tamen ut illi pingue. Immitis aspectu, solum emaciat. Radice, culmoq; multiplici, melius in culto erumpit. Remedium, ut arua biennium quiescant: tum plane luxuriantẽ eam admissum pecus obterat & consumat. The. li. 8. ca. 16 Pli. li. 21. ca. 27 B

EX M. VERG. COMM.

EQuiuoca in græcis ad Auenam cunctis notam & ubiq; nascentem frugem, & eam quam modo tractamus herbam Aegylopis appellatio, latinis aliquot, ut uidetur, præsertimq; Plinio & posterioribus græcis, miscendi causa fuit, quæ alioquin separanda, & in diuerso genere constituenda fuerant. Idq; non leui periculo usus, & turpi rerum incertitudine factum est. Qui em̃ poterit pro Auena fruge modo cognosci, quæ hoc capite a Diosco. describitur Aegylops, duobus, tribusue seminibus in summo rubentibus, & inter ea exeuntibus aristarum modo capillis, quæ secundo uolumine ab hoc ipso scriptore Bromos dicta descriptaq; est: pendentibus in summo paruulis ueluti locustis, duplici cruore diuaricatis, in quibus semen: quæ tota Auenæ frugis pictura, & pręsens imago est? Qui etiam poterit idem utriusq; usus esse: cum huius ad oculorum fistulas, quas Aegylopas dicunt, præcipuus usus tradatur: illius ad pultes, quæ tussientibus inseruiant? Qui etiam poterit non imperitus medicæ materiæ haberi Paulus Aegineta, antiquus & medicinæ grauis autor, seorsum de utraq; agens? Bromonq; similem Hordeo uiribus tradens, Aegylopẽ uero discutiendi uim habere? Pluraq; alia, quæ longius repetenda modo non sunt. Satis enim est, ut diuersæ sint, & constituantur plantæ Aegylops, & Bromos historia, & autoritate eius scriptoris intellexisse. Quemadmodum in hoc ipso uidere facillimum est: qui inter fruges Auenam describens, Bromon eam uocauit: inter herbas autem Aegylopa hoc loco numerans, diuersam ab Auena herbam, nõ frugem descripsit. Qualis autem Auena inter fruges sit, facile est secundo uolumine uolentibus cognoscere: qualis autem Aegylops, hoc loco cognoscenda erit: in cuius descriptione nihil est quod ad Auenam frugem pertineat. At Theophrasto Aegylops multis locis nulla alia q̃ Auena est: & quæ ab eo illi traduntur, frugi, nõ herbæ competere uidentur. Nolumus nunc nos in ambigua re tanq̃ de cõperta agere. Quæ enim de Aegylope ab eo octauo de historia & quinto de causis plantarum dicuntur, huiuscemodi sunt. ἀλλ' ἴδιον τοῦτο τοῦ βολβοῦ λέγεται, τὸ μὴ ἀπὸ πάντων βλαστάνειν ἅμα τῶν σπερμάτων, ἀλλὰ τοῦ μὲν αὐτοετές. τοῦ δὲ εἰς νέωτα καθάπερ τὸν αἰγίλωπα φασὶ καὶ τὸν λωτόν. Quorum sensus est. Sed proprium hoc Bulbi est, non nasci simul ex totis seminibus, sed alteram eius partem eodem, alteram sequenti anno: qualem Aegylopem dicunt, & Lotum. Quod Plinius. 21. uolumine, capite. 17. reddidit. Mirum, Loton herbam & Aegylopa non nisi post annum e semine suo nasci: q̃d

C aliqui, ruſticaq; præſertim plebs Auenæ frugis proprium credunt eſſe. Idem Theophraſtus quinto de plantarum cauſis, cum ageret de peſtibus & iniurijs frugum, ait, καὶ ὅσα δὴ συγγενῆται καθ' ἕκαστον σπέρμα οἷον αἶρα καὶ ἄιγίλωψ ἐν πυρῷσι καὶ κριθαῖσι. Quod eſt. Et quæcunq; ſingulis ſeminibus connaſcuntur, ueluti Lolium & Aegylops in triticea & hordeacea ſegete. Qui locus a Plinio etiam libro decimooctauo, capite decimoſeptimo his uerbis redditus eſt. Triticum ſimili modo æra, & hordeum feſtuca, quę uocatur Aegylops. Quam feliciter autem ab eo uerſum id fuerit, poterunt uolentes collatis Theophraſti græcis uocibus cum latinis eius uidere. Nos illud monemus, feſtucam, non frugem Aegylopa a Plinio nunc Auenam dici: quę nihilominus paulo ante Auena ab eodem dicta fuerat. Videturq; uagus in græcorum Aegylope, nunc frugem, nunc herbam deſcribere. Suſpicetur merito aliquis etiam Aegylopa frugem Auenam eſſe, Galenum primo de alimentis dicentem audiens: in triticea & hordeacea fruge cum impedimento aliquo infeliciter egerit, in Lolium alterum, alterum in Aegylopem ſæpe mutari: quod paſſim in re ruſtica & agrorum diſciplina iactatur. His, multiſq; alijs ueterũ ſcriptorum decretis & auctoritatibus facile receptum eſt, Aegylopa inter fruges Auenam indicare. Nec nos in re, quę iampridem tantopere inoleuit, contra niti decreuimus: & ſi non deſint quibus probare id liceret. Sed quod pro Dioſcoridis Auena & Aegylope dicimus, huiuſcemodi eſt, Auenã frugem Bromon illi eſſe: traditumq; de ea iampridem ſecundo nolumine fuiſſe. Aegylopem uero herbam omnibus facile cognoſcendam eſſe, ſi in naturæ contemplatione diligẽtiores fuerimus: & quas hic illi tribuit ſeminis in ſummo coliculo, numeri & coloris notas obſeruauerimus. Cubitali fere altitudine coliculus ex folijs, quæ in ſumma radice ſunt, exit Aegylops: primumq; florem in candido rubentem profert: mox cum defloruit, capillamenta potius q̃ariſtas molles, procidu aſq; mittit inter grana ſeminis prodeuntes, duo triaue ut hic ait, ſed frequentius tria cum matureſcunt rubẽtia: maiorum locuſtarum corneis oculis ſimilia ſemina illa ſunt: nec minus nitent: quoq; in punicis grana contactu hęrent, eodem & in capitulo Aegylopis ſemina illa. Naſcitur
D macro terreni genere, frequentiſſima in uineis. Inuenitur tamen & in triticea hordeaceaq; ſegete: quæ cauſa etiam fuit, ut eodem nomine & hæc, & Auena indicatæ fuerint. Inuenitur tamen & in triticea hordeaceaq; ſegete: quæ cauſa etiam fuit, ut eodem nomine & hæc, & Auena indicatæ fuerint. Plinius poſt ea quæ alijs locis dixerat, & ex Theophraſto uerterat uiceſimo quinto uolumine, capite. 11. ex hoc ſcriptore totam his uerbis deſcripſit. Et Aegylopas ſanat eodẽ nomine herba, quæ in hordeo naſcitur tritici folio, ſemine contrito cum farina permixta, impoſitaq; uel ſucco. Exprimitur hic e caulibus folijſq; pręgnantibus, dempta ſpica, & in trimeſtri farina digeritur in paſtillos. Et hæc de Aegylope obſeruata a nobis in græcis & latinis ſunt. Relinquimus autem cogitandum legentibus, an ſatis ad conſtituendam inter fruges Aegylopem Auenamq; exiſtimandam Theophraſti de ea hiſtoria ſit. Quod enim ad Plinium pertinet, manifeſte deprehẽditur, frugem in Theophraſto Aegylopem exiſtimaſſe: in Dioſc. aũt herbã pauloante a nobis deſcriptam. Non eſſe aũt Dioſc. Aegylopa Auenã, hiſtoria eius aptiſſime indicat. Quę emm in ſumo eius duo triaue grana rubẽtia, & inter grana illa exeuntes ueluti ariſtas habet, neq; ſunt in Auena, neq; eſſe poſſunt. At in Dioſc. legit, Bromõ dici, & a Romanis Auenã. Impitor: additamẽta illa ſunt, ab his huic ſcriptori adiecta, q̃ alterã illã Aegylopis ſignificatio nẽ cum hac miſcuerint, & ubiq; eandem eſſe crediderint: ꝓpterea, ꝙ hic ait Tritici folio eſſe Aegylopem, & Theophraſtus ea tradiderit quæ paulo ante longius dicta a nobis fuerunt.

## ¶ De Bromo Auenæ genere. CAP. CXLI.

Βρῶμος

BRomos hærba quã aliqui Siphonion, alij Acroſpelon uocãt, Auenæ ſimilis eſt, exiccatoriã uim habens. Decoquit cũ ſua radice in aqua ad tertias, et iuri colato par modus mellis adijcit, rurſus incoquit, dũ liqdi mellis craſſitudo fiat. Linteũ eo humore imbutũ, & naribus inditum, contra graueolentiam ulcerum efficax eſt. Aliq tritam Alöen addunt, & eo modo utuntur. Cum ſiccis roſis cocta in uino, grauem oris halitum emendat.

### BARBARI COROLL.

BRomos & hæc Auena eſt, ſylueſtri fere habitu ut Aegilops. Naſcitur inter uitia ſegetis, ſpicam ferens. Radice copioſa & multiplici, culmo ſparſa. De hac & inter fruges, leguminaq; ſecundo libro diximus.

Hosted by Google

EX. M. VERG. COMM.

SI descripta hoc capite Bromos herba in frugū genere Auena est, ut in Dioſc. legitur bis, nec suo loco actum ab eo de ea fuerit: quod in scriptore hoc absurdum, & historia medicinaq; eius indignum, si in herbarum genere ęquiuoca frugi est, non dissimulabo, ignorare me eam palam fateri. Barbarus in Corollario suo syluestris fere habitus hanc esse dixit, multoq; ante inter fruges secundo uolumine dixerat: illic de grano & semine, hic autem de herba tradi: discrimenq; obseruasse in prima eius nominis syllaba ait: quoniam nūc per, ο, nunc per, ω, scriberetur. Nos in ignota re, fidem penes autorem uolumus esse. Non tamen tacebimus, non legi hoc caput in antiquioribus & melioribus græcis. Nec qui nobis est uetustissimus latinus Dioſc. hoc habet. Obseruauimusq; nos, eiusdem fidei, concordesq; in cunctis & hunc & illos esse magno argumento, nulla quondam in Dioſco. fuisse quæ hoc capite leguntur. Nō uerebimur & illud addere, si diligentius capitis huius phrasis expendatur, ab ingenio & usu uocum Dioſco. longissime abesse uidebitur. Quinetiam Paulus Aegineta omnem ex hoc scriptore medicam materiā percurrens, unam tantum Bromon, & eam frugē numerauit. Ob quæ inclinat animus nobis, ut credamus adulterinum esse hoc caput, & a posteriore aliquo huic scriptori additum. Scio fore, ut audacior multis in censura hac uidear: & contra aliorum omnium placita, & codicum fidem petulantius de his censere: sed nihil timere nos persuadet studiū huius nostri fides, & conscientia: quę sine aliorum criminatione, & rerum iactura, suspitionibus saltem (quoniam forte alia ratione non potest) prodesse conatur.

## De Glauce. CAP. CXLII.

GLaux Cytiso & Lenticulæ foliis similis, quę superne uirent, auersaq; candidiora spectantur. Ramuli a terra exiliunt quini senę, tenues, ab radice dodrantem alti. Flores ceu Violæ albæ purpurei exeunt. Nascitur iuxta mare. Coquitur cum hordeacea farina, sale & oleo in sorbitione, ad reuocandam extincti lactis ubertatem.

BARBARI COROLL.

GLaux olim Eugalacton ex facto uocabatur. Rami serpunt in terram. Est a quibus non Glaux, sed Glax, & Galax. ut a lacte nominata pronuncientur. Hac descriptione inuenitur herba in nostris littoribus, ad Medöacum omnino similis: nisi quod florem habet aureum, nō purpureum. Plin. li. 27. ca. 9.

EX M. VERG. COMM.

EVgalacton, a copia lactis quam facit, uocasse ueteres græcos Glaucem hanc testatus Plinius est, ijsdem, aut parum diuersis notis eam. 27. uolumine, capite. 9. describens. Nec alia figura nostræ ætatis herbarij eam ostendunt. Relictum in historia eius id tantum ab hoc scriptore est, q folia in ramulis deinceps disposita sunt bina: contrarijs pediculis, & exiguis interuallis pennata. Legebat in hoc capite corrupte κλώνια ἀπὸ γῆς. &c. Quod est, ut cæteri interpretes uerterunt, Ramuli a terra. Id nos ueterum græcorum fide adiuti, & rei necessitate admoniti, ἐπὶ γῆς, quod est, per terram, mutauimus. Fecimusq; id primum autore Plinio, q ait. Rami in terram serpunt: sed multo magis, q inconcinnum erat, bis idem dixisse: primum a terra, mox a radice ramos exire. Satis enim alterum est: nec differt dixisse a terra, & a radice aliquid surgere.

## De Polygala. CAP. CXLIII.

POlygala palmi altitudinem petit. Foliis Lenticulæ, gustu adstricto, quæ pota lactis abundantiam facit. πολύγαλον

EX M. VERG. COMM.

POlygalon, & Polygala dicitur. In caule sumo folia, ut diximus, Lenticulę, gustu astricto.

EX M. VERG. COMM.

QVam habet solam potestatem Polygalon herba, ipsum statim indicat nomen, in quo sola est multi lactis significatio. Breuissime & hanc Plinius eodem libro, sed capite duo decimo descripsit. Breuis herba ea est, singulari caule: in q̄ bina folia deinceps figura Lentis, uerum maiora, paruis interuallis prodeunt. In summo ueluti spicatum folioſum cacumen est.

C

## ¶ De Osyri. CAP. CXLIIII.

ὄσυρις

OSyris frutex est niger, lentus, ramulos ferens tenues, & in his folia quaterna, quina senaue, ceu Lini, nigra in initio, dein colore mutato rubescentia. Decoctum eius potum iuuat arquatos.

BARBARI COROLL.

OSyris, & Osyrias, ramulos habet nigros, & folia item nigra Plinio. Semen quoq; primo nigrum, post rubescens, cognita mulieribus Smegmate, quod a Galeno, & Paulo, & Aetio Cacorema, siue a pupulis, Corema dici putant.

EX M. VERG. COMM.

LAxandi iecur in medicina uires habere Osyrim, ueteres græcorum medici testati solũ sunt: in reliquo uitæ usu mulieribus cognitam herbam dixerunt, quæ ad exterendam lęuigandamq; cutem ea utebãtur. Nominis causam & originem nos ignoramus. Nec scimus unde ex Aegypto, in qua gente priuatim Osyris, non contemnendum tunc numen, colebatur, ad herbã transierit. Ostendunt hanc etiam herbarij, modo uera Osyris ea sit: intelligiturq; facile quæ hic ait, folia a principio nigra, mutato deinde colore rubere maturitate, & quasi siccitate eum contrahere colorem: quoniam superiora cõtinue nigro colore uirent, inferiora autem quasi hnmore destituta rubente colore illo uidentur.

## ¶ De aspera Smilace. CAP. CXLV

σμίλαξ

SMilax aspera ab alijs Epatitis, alijs Lycanthemon, alijs Cynosbaton, alijs Aniceton, alijs Heliophyton, alijs Anatolicon, alijs Dyticon, alijs Helide, Aegyptijs Lyiste, Romanis Mergina, Ethruscis Radia appellatur. Folia habet Periclimeni, sarmenra tenuia, multa, Rubi modo, aut Paliuri aculeata. Arbores scandit, se conuoluens eis. Fert racemos exiles, qui maturi rubescunt, gustumq; leniter mordent Nascitur in palustribus et asperis, radice dura crassaq;. Folia, et acini & ante & post epoti, uenenorum antidota sunt. Tradunt, si infantibus nuper in lucem æditis, quid ex his tritum propinetur, nulla postmodum uenena nocitura.

D

BARBARI COROLL.

Theo. lib. 3. de planta. hi. cap. 16.

SMilax trachea, hoc est, aspera, Milax a Galeno dicit̃, ut a Smilace, ꝑ Taxo differat. Ergo Smilax Hederę genus est, Cilicia cognomine. importata em̃ ex ea terra est in Gręciã, folio in acumẽ piñato qdẽ, sed & in angulũ depsso, nec tñ anguloso, hederaceo, paruo, & ubi pediculo adalligat̃ fere madido, mediũ callũ spinæ mõ tenuẽ habente: staminaq; non porrecta ex eo, ut in cæteris folijs, sed circa eũ cõacta in orbẽ, ab annexu pediculi, ex q̃ & iulus quidã gracilis, & cõuolutus pampini mõ emittit̃, flore candido, Liliũ olente, fructu Solani, aut Melothri, aut etiamnũ Labruscæ, racemis ut Hederę pendentibus, aut Vuæ potius. qm̃ ab eodẽ limite pediculi acinorũ exeant: acinis colos ruber, cõplexis nucleos binos, maioribus ternos, minimis singulos. Nigri sunt nuclei, atq; duri. Peculiare habent racemi, ꝙ latera cauliũ sepiũt, ꝙq; unus omniũ grãdissimus propendet sum̃o caule: ut in Rhamno, atq; Rubo. Flore huius coronarij utunt̃, quanq̃ syluestri, ut & spinæ acutæ. Hactenus Theophrasti de Smilace sententia. Plinius, Folia inqt Smilacis & Hederę in coronamentũ se dedere. Smilacẽ hãc, & Autophorõ, & asperam cognominari uideo penes eũ. Coronã ex ea factã impari foliorum numero capitis doloribus mederi. Quidã inqt duo gña Smilacis dixere. Alterum im̃ortalitati proximũ, in conuallibus opacis scandentem arbores, comantibus acinorum corymbis, contra uenenata omnia efficacissimis. Huius lignum ad aures lęuem sonũ reddere. Alterũ genus culta amare, & in ijs gigni, nullius effectus, ut mox dicetur. Infausta Smilax omnibus sacris, & coronis, qm̃ sit lugubris: uirgine eius nominis, ꝓpter amorẽ iuuenis Croci, mutata in hunc fruticem. Id uulgus ignorãs, plęrũq; festa sua polluit, Hederã existimando, sicut in pöetis, aut Libero patre, aut Sileno, q oĩno nescit qbus coronet̃. E Smilace Codicilli quoq; fiũt. Plurima hęc in ipsis Tẽpe uiret, saxa opiẽs cõspicuo nitore, oculos tenẽs, ut Helianus inqt. Quãq̃ de Smilace quę Dolichos sit, uideri po-

teſt Helianus dixiſſe. Eſt autē Dolichos, quam Plinius Siliquam ſylueſtrem uocauit, id quod tribus Auctoris eius locis inter ſe collatis, autumo. Vnus eſt libro eius. 13. Siliqua inquit omnis dira adhærendo. Alius. 17. & circa inquit. Tempe Theſſalica, quæ Polypodion uocatur, & quæ Dolichos. Tertius libro. 31. Circa Theſſalica inquit Tempe mirū Siliqua ſylueſtris amplecti radicibus fontem eum dicitur, ſemper florens purpura. Vitruuius tamen hanc, quæ circa Theſſalica Tempe naſcitur, non herbam, ſed arborem intellígit. In Theſſalia inquit fons eſt profluens, ex quo nec pecus ullum guſtat, nec beluarū genus ullum propius accedit: ad quem fontem proxime eſt arbor, florens purpureo colore.

EX M. VERG. COMM.

TRactata in Croco fabuloſa Smilacis hiſtoria a nobis eſt. Fueruntq; tunc ex antiquis aliq; ſcriptoribus repetita, quæ in Plinij & Naſonis lectione nouiſſe pro Smilace hac oēs oporteret. Eo labore nunc, & ut poëta ait, faſce leuati, nec habentes quod illi aliud adjiciamus, omnia em̄ ex Theophraſto, & Plinio Barbarus in Corollario ſuo coaceruauit, breuiores in cōmentatione eius erimus. Præſertim naſcente ubiq; inter ſtirpes, & in ſepibus Smilace, cunctisq; ob eam cauſſam noto ſarmentoſo frutice. Cuius flos candidus eſt, & egregie odoratus. Quæ duæ eius notæ in Dioſcoride non leguntur, in deprehendenda ſtirpe non minus tot aliis ab eo numeratis neceſſariæ: quæ aut forte in hoc ſcriptore perierunt, aut in uulgari ſtirpe neglectæ ab eo fuerunt. Nihil pro cognoſcenda Smilace certius Theophraſti hiſtoria eſt, quam multis toto opere locis, ſed longiſſime ad finem tertij de planta. hiſto. uoluminis tractauit.

## ¶ De læui Smilace. CAP. CXLVI.

LAeuis Smilacis folia Hederæ ſimilitudinem habent, molliora, læuiora, tenuiora. Huius ſarmenta nullis horrent ſpinis. Conuoluitur arboribus ut prior. Fructum parit Lupini modo nigrum, exiguum, floribus in cacumine perpetuis, multis, rotundis. Hac Smilace quadam topiariorum arte tentoria contra æſtus moleſtiam factitantur. Folia per autumnū decidua. Semine cum Doricnio poto, ternis ſingulorum obolis, uaria & tumultuoſa in ſomnis obſeruari traduntur.

BARBARI COROLL.

SMilax, ſiue Milax lia, hoc eſt, leuis. Diuerſa eſt ab ea, ut præmonui, quæ Smilax Cepea, hoc eſt, hortenſiana dicitur: de qua & alio loco demonſtratum eſt. Lęuem Plinius amare cultra, & in ijs gigni ſcribit: ſed nullius effectus eſſe. Galenus ſimiles eam uires habere prædicat, quas aſpera.

EX M. VERG. COMM.

QVatuor in ſcriptore hoc, & in reliquis græcis Smilacis genera numerantur. Verum duo hæc primo, per ſe, & uere Smilaces dicunt. Quæ em̄ ſecundo uolumine a Dioſcoride tradita & hortenſis dicta ab eo & ab aliis eſt, ex eadem ui ueſtiendi ſepes muroſq;, & ut hic ait, ſcęnas faciendi, in cenſum & nomē harū uenit. Licetq; hederaceo folio illa etiā deſcribatur, fructu tamē & ſemine peñitus diuerſo eſt. Hæc em̄ Lupinis, illa Fœnogręco comparat. Prętereain cenſu medicæ materiæ, quæ a Paulo Aegineta ſexto ſui operis uolumine tractat, quatuor eodē nomine Smilaces numerātur. Aſpera hæc, & ſine aculeis altera: quas Galeni exemplo Milaces, non Smilaces & ipſe uocat: quemadmodū in Croco nos etiā diximus. Tertiā hortenſem illā, cuius fructus lobia, id eſt, ſiliquas uocari, & hic, & ille ait. Quartā poſtremo Taxū arborem: quā aliqui per, y, diſcriminis cauſſa ſcribi uoluerūt. De qua dictū a nobis hoc ipſo uolumine fuit: toraq; Smilacū omniū in antiquis græcis hiſtoria hæc eſt. Nec contra codicū omnium fidem, ueterūq; medicorū auctoritatē nouare aliquid nos audemus. Non tamē credimus, legentibus fore inutile, monere eos, dubitaſſe nos, & adhuc animo pendere: hortenſem illā, lenemq; & ſine aculeis eandē hanc eſſe, & pro una duas in hoc ſcriptore legi. Vtimurq; ad hanc dubitationē his coniecturis. Vtraq; hederaceo folio deſcribit. Illa graciles caules & clauiculas, qbus propinquis fruticibus ſe implicet: hæc uiticulas eiuſdē rei ſignificatione habere dicit. Illa multo incremēto augeat, eouſq;, ut ſcænas & tabernacula faciat: idē & hæc facere tradit. Illa ſemen habet ἀυσόνειρον, id eſt, inſomnioſum: hæc ἐνύπνια πολλὰ καὶ τὰ ταραχώδη, id eſt, multa & tumultuoſa inſomnia facere dicit. His nos coniecturis & obſeruationibus moniti, dubitauimus eandē eſſe, & pro una duas numerari. Sed tāti apud nos merito eſt ueterū medicorū auctoritas,

C ut eos sequi potius q̃ solus importune sapere uoluerim: pręsertim uocante Plinio aliquot locis hortensem illã gręcorum exẽplo Siliquã. Dico autẽ græcorꝝ exemplo, quoniã illi discernentes eam ab alijs, Smilacẽ quidem proponũt: sed statim addũt, cuius fructus Siliqua uocat̃. Verisimileq; est, hortensem illã in Smilacũ nomen, ut diximus, sola similitudine transisse. Et hæc pro Smilace omni satis dicta hactenus sint: meminerintq; legentes, quã nos modo tractamus, frequentiorem esse, & in usu coronarũ quondam ob floris speciem & odorem fuisse.

## ¶ De Rusco. CAP. CXVII.

Rusc. bruscq

SYLVESTRIS Myrtus aliquibus, Græcis Myrtacanta, alijs Hieromyrton, alijs Oxymyrsine, alijs Myacantha, alijs Agonon, alijs Scincos, alijs Mintha, alijs Catangelos, alijs Anangelos, alijs Acæron, alijs Ocneron, alijs Cnicem, alijs Lychene alijs Chamæpitys, alijs Chamæmyrte, Beotis Gyrenia, Magis Herculis genitura, Latinis Ruscum appellatur. Foliũ fert Myrti, latius, in formã lanceę mucronatũ. Baccæ per maturitatem rubescunt, rotundæ, a medio folio dependentes, osseo intus nucleo. Cubitales ramuli ab radice exeunt, uitiliũ modo lenti, fractu contumaces, foliosi. Radice Graminis simili, acerba, & subamara. Folia & baccæ in uino potæ, urinã cient. Menses pellũt. Vesicæ calculos frangũt. Stillicidio urinæ medentur. Dolores capitis sanant, & regiũ morbum. In asperis & præcipitibus locis enascitur. Decoctum radicis in uino potũ, eosdem præbet effectus. Cauliculi recentes asparagorũ uice, in cibo sumuntur. Amari autem sunt, sed urinam mouent.

D

## BARBARI COROLL.

Pli. li. 23. ca. 9.

MYrtus syluestris, differt a satiua, baccis rubentibus, breuitateq;, ideo & Chamæmyrsine uocatur. Eadem & Oxymyrsine, atq; Ruscus, siue Bruscus uulgo: sed corrupte. Inter herbas sponte nascentes, idoneas cibo numerat, & ex qua fiunt ruri scopæ. Ruscum inquit Verrius apud Festũ, amplius paulo herba est, exilius uirgulto, fructibus non dissimile Iunco. Huius colore mulieres uti solitas, Cato meminit. Hanc & Acoron idẽ Plinius, sed Dioscorides Acæron uocari scribit. Scio fructũ huius Cubebas Maurice uocatas credi: quod q̃ uerum sit, diligenter animaduerti cupio, p̃sertim ab ijs dissentiens qui hoc affirmant. Galenus certe id quod Cubebas medici appellant, ipse Carpesiũ uocauit, duorũ generum. Ponticum, & Laertium, a montibus Pamphyliæ: ubi frequens est ita dictũ. Inueniri hoc & in Sida copiosum tradit: oppidũ id est Pamphyliæ. Naturam, & effectum ei reddit, quales ipsi Phu: gustum quoq; similẽ, tenuioris etiãnum, hoc est, subtilioris substantiæ: propterea & plus uirium in eo esse purgandis, & exterendis intestinis, quæ sint occlusa: non tamẽ par uirtute penetrandi Casiæ, nedum Cinnamomo, etiamsi Quinto inquit ita uidebatur. Vrinam cit, & renes calculis laborantes liberat: quo argumento Mauri syluestris Myrti baccas Carpesium, & Cubebas esse putauerunt: præcipue, cum nec Dioscorides Carpesium, nec Galenus Myrtum syluestrem usquã nominent. Est autẽ odoratum semen Carpesiũ, hoc est, Cubeba. Fœtent syluestris Myrti baccæ, dum recẽtes sunt: ossea in ijs duricia. In Carpesio nihil tale. Superuacuũ existimo, in re confessa quidem, sed a nobis primũ comperta, longiorẽ moram ducere. Illud in transcursu dixerim. Carpesium si ore contineatur, claram uocem facere pronunciantibus: ob id Bernardus Iustinianus, homo in primis doctus, & eloquens, nunq̃ sine hoc semine concionabatur. Sed & illam dotem prædicant: maiorẽ in coitu uoluptatẽ sentiri ab ijs, qui habeant id in ore: quasi non satis sit in ea titillatione mens cõmota, nisi doceamur, quemadmodũ nos Venus adminiculatior, & uiolentior transuersos auferat. Paulus, & Carpesiam uocauit quãdoq;. Nam Opocarpasum, hoc est, lac e Carpaso, siue Carpatho, ut Dioscorides appellat, siue Carpasia, interim, & Carpesia, ut Paulus, ex eodem sit genere, an diuersum non constat. Illud certum est, inter delibutoria uenena poni eum succum, libro huius operis supremo. Est & Carpasium lini genus: quod ut Pausanias ait, solum ex omnibus igni non corripitur.

vires cubebarum

## EX M. VERG. COMM.

RVscum nouisse omnibus facile erit, tam certas in scriptore hoc eius notas ruri inter sepes

& rupes obſeruantibus. Potuit cuſpidatus magis q̃ ſpinoſus frutex in uſu medicinæ aliquo & ſanitatis quondam, ut hic ait, fuiſſe. Nunc in nullo honore eſt. Aliquibus locis tamẽ ſcopæ ad purganda pauimẽta ex eo fiunt. Pueri etiã rubentes baccas ex foliis eius decerpentes, ceu cora liis per ludũ ſe illis ornãt. Ruſtica poſtremo plebs in carnario ſuſpendit: tueturq; eo a murũ iniurijs pernas, & caſei ſui fiſcellas. neq; eẽ acuminata in cuſpidẽ folioꝝ eius cacumina, penetra re animalia illa audent. Quã ob cauſam Myacanthã. i. Murinã ſpinam dictã fuiſſe etiã credimus. Ethruria certe modo non aliunde facto noie appellat. Theophraſtus etiam præter hæc lib. 3. de plantarum hiſtoria κεντρομύρρινον, id eſt, cuſpidatam Myrtum uocauit.

## De Lauro Alexandrina. CAP. CXLVIII.

LAurus Alexandrina, quã aliqui Idæam, alij Danaën, alij Hypoglotton, alij Zaliam, alij Stephanen, alij Daphnon, alij Samothracicen, alij Methrion, alij Hypogloſſion uocant. Folio eſt maiore quam Ruſci, molliore, & candidiore, ſemine inter folia rubro, Ciceris magnitudine. Ramos ſpargit in terra, dodrantales, interdum longiores. Radice ſylueſtri Myrto ſimili, molliore, odorata. Inuenitur in montoſis. Difficiles partus accelerat, radice pota ſex drachmarum pondere in uino dulci. Et ſtillicidio urinæ auxiliatur. Sed ſanguinem extrahit.

### BARBARI COROLL.

LAurus Alexandrina, Carpophyllos quoq; dicitur, quoniam ſuper dorſum folij fructificat. Propria naſcitur circa Idam: unde cognomen Ideæ. Plurima & circa Heracleam Ponti. Frutex topiarij, & coronarij eſt operis.

### EX M. VERG. COMM.

HAbet Laurus Alexandrina integrę quantitatis folio ſupernatum a ſuperiore parte paulo ſupra longitudinis dimidium minus aliud folium, quod uelut monſtrum aliquod in eo ſuper naſcitur & uiuit, eiuſdem excæpta magnitudine per totum figuræ. Neq; ab re hic utrunq; hoc folium Ruſci foliis comparauit: acuminata enim ſunt: ſolaq; ut hic ait, magnitudine, mollicieq; & candore differunt. Habet præterea Alexandrina Laurus hæc aliud, quod Ruſco ſimile ſit. ἐπιφυλλόκαρπος enim ut Theophraſtus ait, id eſt, in foliis contra aliarum ſtirpium naturã fructum fert. Quod hic breuius indicauit, dicens. κάρπος δὲ ἐν μέσοις. &c. Nosq; uertimus, fructum fert in mediis foliis. In quo animaduertendum eſt, fructum ferre Alexandrinam hanc Laurum, in medio quidem folio, quemadmodum & Ruſcus: non tamen ſimpliciter ut ille, ſed in geniculo alterius eius folij, quod nos maiori folio ſupernaſci diximus. Illic enim hæret fructus: eamq; ob cauſſam potuit hic ſcriptor ἐν μέσοις dicens, non media folia, ſed inter folia medium naſci fructum teſtari. Quemadmodum Theophraſtus libro primo de plantarum hiſtoria his uerbis indicauit. καὶ ἔνια καρποφόρα μεταξὺ περιειληφότα τὸν καρπόν, ὥσπερ ἡ ἀλεξανδρεία δάφνη. Quod eſt. Sunt & folia quædam fructum ferentia, & inter ſe fructum amplexa, qualis Alexandrina Laurus eſt. Inter ſe fructum amplexa ait, paucis quod dicimus manifeſte indicans. Eſſe autem Alexandrinam Laurum ἐπιφυλλόκαρπον, id eſt, in foliis ferre fructum, pluribus locis teſtatur Theophraſtus idem: præſertimq; tertio de plantarum hiſtoria uolumine. Idæa Laurus etiam dicta hæc, ab Ida monte eſt, quo loco ſpecioſior & copioſior forte naſcitur. Stephanon itidem, id eſt, coronam, q̃ pro Lauro ad coronas forte uterentur. Credimusq; nos, Alexandrinam Laurum dictam, q̃ Alexander uictor ea uſus fuerit: & ſi Plinius Daphnoidi id tribuat. Sciendum illud etiã, inueniri aliquãdo in ea ſimplicia folia, quæ ſupernatũ alterum illud minus foliũ non habent. Sed ſterilia ea ſunt. Manifeſto argumento, ſupernaſci alterũ illud folium fructus cauſa. Hypoglotton, & Hypogloſſidion uocari a quibuſdã eandem hic ait. Idẽ monuit & Plinius. Factũq; id nomen a lingua eſt: nec aliud ſignificat, q̃ quod ſub lingua habetur, aut huiuſcemodi quodpiam. In quo non facile perſuaſerit mihi aliquis, a ſimilitudine humanæ linguæ dictam fuiſſe. Acuminato enim mucrone folia eius ſunt: a qua figura longe humana lingua abeſt. Quo fit ut credamus, potuiſſe quondam ſic dici, quoniam ad ſiccandam linguæ nimiam humiditatem in pueris forte uterentur. Eſt enim illi acri-

Hosted by Google

Cmonia, & calefaciendi uis. Id tamen in antiquis hactenus inuentum a nobis non est. Verum tamen scimus, Insubres, aliasq; gentes aliquas in balbutientibus pueris uti ea: iubericq; sub lingua habere, mares duplex eius folium & fœcundum, simplex uero & sterile illud fœminas. Verum tamen ut diximus, in græcis nullum eius usus habemus auctorem.

## ¶ De Daphnoide. CAP. CXLIX.

Δαφνοειδὲς

Laureola abundat sub be herba in o pido de bui tracto ex ramulus est actus opidum zizeta domus meas. se alijs multis in locis vidi quantitates maximas.

DAphnoides Alypo simile, flos ut Nymphææ, cuius medium nuci Cypressi non dissimile, in quo semen. Aliqui Chamædaphnen, alij Peplion, alij Eupetalon uocant. Cubiti altitudine fruticat, ramis flexilibus, multis inde sursum uersus folijosis. Cortex supra modum uiscosus ramos uestit. Folia Lauri, graciliora, & molliora, fractu contumacia, quorum gustatu os & fauces incenduntur. Flores candidi, bacca cum ematuruit, magna, radix inutilis. Nascitur in montosis. Pituitas extrahit folium recens, uel aridum in potu. Menses ciet & uomitus. Caput inanit commanducatum. Sternutamenta mouet. Bacæ quindecim potæ aluum resoluunt.

### BARBARI COROLL.

Plí. li. 24. ca. 15.

DAphnoides & ipsa Laurus est sylvestris, baccis e nigro ruffis, sed alij eam Pelasgon. Alij Cephalon, siue Stephanon Alexandri uocant. Herbarij nostri Laureolam, & hanc & sequentem. Folia huius crassiora Plinio q̃ Laurus, graciliora Dioscoridi. Nec illud præteribo, Dioscoridis mihi uerba non uideri, quibus dicitur, Alypo simile hanc herbam esse floribus Nymphææ. Inuenio & qui Alypoides hanc uocent.

### EXM. VERG. COMM.

DNOn Laurum, sed Lauri formã & spẽm: neq; eam toto corpore, uerũ in folijs & fructu tantum habentẽ herbam Græci Daphnoides dixerunt. Plinius præter nomina quæ in Dioscoride leguntur, Stephanon, id est, coronã Alexandri uocari etiã dixit. Nostræ ætatis peritiores herbarij, hanc priuatim Laureolam uocant: ostenduntq; Laurinis folijs surgentẽ a terra, surculosum fruticem, cõferctis, coaceruatisq; sub folijs seminibus, quæ laurinarum baccarum figura sunt, nigris ut hic etiã ait, in maturitate. Florem uidere non licuit. Eamq; ob causam nihil pro comperto de eo testamur: sed respondentibus naturæ cæteris notis, uerisimile est, responsuros etiã & flores. In quibus damnauimus nos, & explosimus quod a capitis principio statim legebatur, Alypo simile Daphnoides, & florem Nympheæ habere: & quod sequit, in medio floris esse cono simile quiddã, in quo semen: quoniã non responderent Daphnoidis historiæ, & nulli bi in antiquissimis græcis & latinis ea legerent: & paulo post de flore eius legitimo loco ageretur. Nasci multum Daphnoides hoc Theophrastus in Arcadia testatus est. Numeraturq; ab eo inter ea quæ præcipuam purgandi uim habent. Quod hic etiã indicat, monens per aluũ pituitas ducere, uomitiones ciere, menses q;, & commanducatum pituitas oris purgare: quinetiam sternutamenta facere: quæ omnia eiusdem potestatis sunt.

## ¶ De Chamædaphne. CAP. CL.

χαμαιδάφνη

Chamedaphne. vin ca p vinca sm othonez. tamen non est q̃ per vinca est de matis daphno ides ut supra dubito si est be Plí. li. 21. ca. 27. lesa vel non asse ueris non asse ro raz in semine apa ret aliqualis di re rencia in alijs omnia co respon dent.

CHamædaphnen aliqui & hanc Alexandrinam appellarunt, alij Daphniten, alij Hydragogon, Romani Laureolam, alij Lactaginem, Galli Vsubim. Virgas emittit cubitales singulari ramulo constantes, rectas, tenues, læues, folia Lauri similitudine, læuiora multo, ac uiridiora, semen rotundum, rubens, annexum folijs. Illinuntur capitis doloribus trita folia. Stomachi ardores mulcent. Ad sedanda tormina cum uino bibuntur. Potus cum uino succus, menses & urinam ciet. Idem facit pesso appositus.

### BARBARI COROLL.

CHamædaphne folio tenui, eadẽ quibusdã & Vincaperuinca est, herba Topiaria, semper uirens, in modũ lineæ folijs geniculatim circũdata, ueteribus inopiã florũ supplere solita, cuius

Hosted by Google

& comedunt asparagi. Porro mihi alia uidetur esse Vincaperuinca, q̄ Chamædaphne: q̄ Vincaperuinca non attollitur, sed serpit, ac se in modum lineæ, ut prædixi, porrigit, flore in purpurā ceruleo: Chamædaphne assurgit in cubitalem altitudinē, ut Dioscorides, & Plinius confirmāt. Potest tamen etiā Chamædaphne dici Vincaperuinca, id q̄d & Plinio placet. Sed ut testatum sit tamē, aliud, nō idem oīno genus esse. Alioquin & medicinæ quoq; nōnihil uariant. Hydropicis, & auribus, & aluinis prodesse Vincaperuinca dicitur, Chamædaphne capitis doloribus, urinæ, mensibus ciendis, ardoribus stomachi, torminibus. A

HVmilis & terrestris Laurus Chamædaphne est, sola foliorū similitudine græcorū adoptione in nomē Lauri & honorē adscita: topiaria herba, si Plinio credimus, & a latinis herbarijs sua ætate Vincaperuinca appellata. Quæ si ea est quam Ethruria nunc Vincam herbā uocat, qua defunctæ uirgines in gente nostra ad sepulturam coronatæ efferuntur: & qua familiæ apud nos aliquæ, gentili iure suo, primū ingredientem urbem Archiepiscopum coronatæ, ad portā excipiunt, stipantq;, & per urbem comitantur, cognitu facillima est: in hortis passim nascens, tenuissimis uiticulis potius per terram serpens q̄ uirgis, ut Dioscorides ait, a terra se extollens: foliīsq; oleaginis magis q̄ laurinis similibus. Verum a Dioscoridis Chamædaphnes historia longe ea differt, ob eas quas paulo ante numerauimus, & plerasq; alias notas, quas uolentibus obseruasse facillimū erit. Meminit Theophrastus Chamædaphnes ad extremū tertij de plantarum historia uolumen: sed tam breuiter, ut nihil possit ab eo aliud intelligi, q̄ ferre Chamædaphnem fructum foliīs adnatum: quod a nostræ ætatis Vinca longissime abest. Ea etiam in nullo ciborū usu modo est, quod ueteres græcorū medici in Chamædaphne fuisse quondam testantur. Siquidem Paulus Ægineta in sexto de ea agens ait, ἃ καὶ ἐσθίεται. Quod est. Hæc etiā comeditur. Præterea libro primo quo capite docet de omniū olerum asparagis, cum longius de pluribus egisset, subiecit, παραπλησίως δὲ καὶ ὁ τῆς χαμαιδάφνης ἀσπάραγος, id est, Nutrit similiter etiam & Chamædaphnes asparagus. His nos indicijs, auctoribusq; persuademur, non esse Chamædaphnem Ethruriæ Vincam herbā. Et nihilominus quæ a Plinio Vincaperuinca. 21. uolumine, capite undecimo describit, nostræ gentis Vincæ satis respondet. Siquidem Vincamperuincam ait semper uirere in modum lineæ, foliīs geniculatim circumdatam, topiariam herbam, & inopiam florum aliquando supplere. Quæ omnia nostræ huic competunt: in Chamædaphne autem inueniri nequeunt. Quærendum itaq;, qualis Chamædaphne sit, folio Lauri, cubitalibus uirgis, fructu rotundo rubenteq;, & foliīs adnato, cuius asparagus in ciborum usu esse possit. B VERG.

## De albo Veratro. CAP. CLI.

ELleborum album aliqui Ascida uocant, alij Atomon, alij Pignatoxarin, Magi sanguinem Herculis, alij Polyidos, alij Anaphyiton, Aegyptij Somphiam, alij Oure, Latini Veratrum album, Galli Laginum, aliqui Anepsa. Fert folia Plantaginis, aut Betæ syluestris similia, sed breuiora, & nigriora, rubescentia, caulem cauum, quadrantalem, tunicis conuolutum cum arescere cœpit. Radicibus nititur multis, tenuibus, ab oblongo capite exeuntibus, Cæparum modo fibratis. Nascitur in montibus & asperis. Radices messibus colligendæ. Optimū habetur candidum, friabile, carnosum, modice extentū, nec tamen lunci modo mucronatum, quod frangēdo puluerem emittit, & tenuem habet medullā, gustu non admodū feruens, neq; saliuā subinde ciens. Huiusce modi aūt strangulat. Primatū Cyrenaicum tenet. Galaticum aūt & Cappadocicum, candidiora, & puluere quodam obsita, celerius strangulatus mouent. Vomitione autem uarios extrahit humores. Collyrijs ammisce tur, quæ caliginem oculorum discutiunt. Partus impositum necat. Menses pellit. Sternutamenta excitat. Mures interficit, cum melle & polenta subactū. Absumit carnes, si coquat una. Datur per se ieiunis, & cum Se-

C sama, aut ptisanæ succo, aut halicæ, aut lentis cremore, cum aqua mulsa, aut pulte, aut quauis alia sorbitione. Cogitur cum pane, & ita inassatur. Præparatio corporum, ac uictus ratio diligẽter tradita est, cum ab his qui de medica eius potione scriptitarunt, tum maxime a Philonide Siculo Ennensi, cui nunc assentimur. Quippe longum nimis esset in hac præsertim æditione, de materia, simul medicam uiuendi rationem exponere. Dant nonnulli in pulte, aut halicæ sorbitione, aut paucum antea cibum dari præcipientes, statim Veratrum offerunt, ijs præsertim, quibus nulla strangulationis suspicio imminet, si nulla ualetudo corpus infirmat. Siquidem dum hæc ita contingunt, deiectio nihil periculi minatur, quod non intempestiue medicamentũ corporibus offeratur. Vomitiones concitant subditæ ex eo balani, cum aceto.

## BARBARI COROLL.

Theoph. li. 9. cap. 10. 11. ELleborũ candidũ, hoc est, Veratrũ, frigidis gaudet. In Anticyra cõmodissime purgari fructu eius, q̃d Sesamæ habet similitudinẽ, Theophrastus tradidit. Sed hoc Sesamoides uocatur. Coturnicibus semen Ellebori gratissimũ, scribit Aristoteles: quã ob causam antiqui eas damna uere mensis, nunc quæruntur. Nigrũ a candido radice tantũ differre arbitrantur plærique. Alij etiã folijs, quę candidũ continuo radici annexa, et humi sparsa habeat, caule ferulaceo, breuioreq; q̃ Albuci. Plurimũ nascitur in Oeta monte, & optimũ uno eius loco circa Pyrã. Secũdus locus Pontico. Tertius Heleatico: q̃d in uitibus gigni ferunt. Quartus Parnasio, q̃d adulterant Etolico, ex uicino. Sunt qui & Massileoticũ inter hæc laudent. Albũ cum succidit, caput aggrauat. Ideoq; celeriter effodi præcipit, & Alliũ præsumi, & uinũ sorberi: q̃d Dioscorides & in nigro seruat. Leguntur aũt tenuissimæ radices, breuesq; : ac uelut decurtatæ etiã hæ. Nam summa, quæ est crassissima, Cepis similis, canibus tantũ purgandis idonea est. Veteres radicẽ, corticẽq; carnosissimũ eligebãt; quo tenuior eximeret medulla. hanc humidis spongijs opertã, turgescentẽq;, in longitudinẽ findebant, deinde fila in umbra siccabant, ijs utentes: nũc ramulos a radice sua grauissimi cortícis ita dantes. Incidit forficulis Elleborũ, & cribratur. Cortex remanet. Hoc submoto, medulla cadit. Albũ optimũ, & quod celerrime mouet sternutamẽta. Sed multo terribilius q̃ nigrũ. Durare uim utriusq; triginta annis putant. Necantur albo muscæ mixto, & cum lacte sparso. Galli sagittas in uenatu tingũt Elleboro, circũcisisq; uulneribus teneriorem sentiri carnẽ prędicant. Herophilus, Elleborum fortissimo duci æquabat. Concitatis em intus oĩbus, ipsum imprimis exire. Ideo errauisse antiquos, parcius id prębendo, cum celerius erumperet, q̃d largius daretur. Reddi post quatuor fere horas incipit, totũ opus septenis absoluitur. Nigrum equi, boues, suesq; cauent, cum impune candido uescantur.

Pli. li. 25. ca. 5.

D

## EX M. VERG. COMM.

QVibus hactenus nihil auditum de Veratro fuerit, pigeatq; Plinium & Theophrastum legisse, paratus cunctis Barbarus erit, collectis, & in Corollarium suũ reuocatis, omnibus antiquorũ de Veratro obseruationibus & dictis. Etsi tam nota medicinæ res modo sit, ut nulla noua cõmentatione indigeat. Rarum ubiq; nascitur Veratrum: aliquot locis tamen abundat: nec difficile cognitu est: discrimen coloris in radice præsertim.

## ¶ De Veratro nigro. CAP. CLII.

ἑλλέβορος μέλας

ELleborum nigrum, aliqui Melampodion uocant, alij Ecstomon, alij Polyrrhyson, alij Protion, alij Melanorrhyzon, alij Cyiraniõ, Magi Zomarition, Aegyptij Isæam, alij Elaphine, alij Cemeleg, Latini Veratrum nigrum, alij Saraca, Daci prodiorna. Appellatur Melampodion, quoniam caprarum pastor nomine Melampus, furẽtes in se Prœti filias, primus purgasse, & sanasse fertur. Folia ei uiridia, Platani similia, minora, folijs Sphondylij proxima, subaspera, pluribus diuisuris incisa:

Hosted by Google

caulis asper, flores purpurei, racematim cohærentes, semen Cnici, quod in Anticyra Sesamoides uocant. Quo deiectiones moliuntur. Radicibus coheret nigris, tenuibus, a capitulo Cæpæ simili confibratis. Quarum est usus. In collibus, asperis, & sitientibus locis enascitur. Optimū est quod ex quibusdā petitur terris, ut ex Anticyra. Nigrum inibi probatissimum gignitur. Eligi debet corpulentum & plenum, in quo tenuis sit medulla, acre gustu, feruensq;, Cuiusmodi est Elicone, Parnaso, & Aetolia natum. Attamen Eliconium præcellit. Veratrum nigrum purgat uentrem. Detrahit bilem, pituitasq;, datum per se, aut cum scāmonia, & tribus obolis, siue drachma salis. Decoquitur cum lente & iusculis, quæ purgationis causa sumptitantur. Prodest morbis comitialibus, melancholicis, insanientibus, articularijs doloribus & resolutis. Menses inditum trahit. Partus necat. Purgat fistulas impositum, & tertio die detractum. Item cōtra grauitatem auditus in aurem demittitur, ibiq; in alterum, aut etiam tertium diem esse sinitur. Scabiem sanat, illitum cum thure, aut cęra & pice, & cedrino oleo. Vitiliginibus, lepris, impetiginibus ex accto medetur. Dentium dolorem collutione mitigat. Erodentibus medicamentis commiscetur. Hydropicorum uentri utilissime imponitur, factum ex eo farina hordeacea, & uino cataplasma. Consitum proxime radices uitium, uinum purgandi facultate donat. Huius resparsu domos expiari arbitrātur. Quare inter fodiendum stantes, Apollinem, Aesculapiumq; precantur: ac uitant Aquilę uolatus. Aduolare enim non sine periculo tradunt. Namq; si auis effossionem Ellebori conspexerit, moriturum qui succidit, augurium est. Celeriter effodiatur oportet. Quoniam odore caput aggrauat. Quapropter ad id arcendum fossuri, Allium pręsumere, & uinum bibere consueuerūt. Nulli ira noxæ opportuni reddunt. Veratri albi mō emedullat.

A

B

## BARBARI COROLL.

ELleborum nigrum sunt qui Ectomon Melampodion uocent. Hippocrates certe haud aliter fere q; Ectomon appellat Veratrum ipsum, præcipueq; nigrum. Porro Melampodion idcirco dicitur, quia Melampodem inuentorem habeat: quem alij diuinationis peritum, alij pastorem fuisse tradunt: & furentes Proeti filias Elegē, & Celænen dato caprarum lacte, quas Elleboro purgatas animaduertisset, sanasse in Arcadia, prope fontē Clitorium. Caulis ei similis cādido. Folia, ut Theophrastus quodam loco tradit, etiam Laurinis similia. Vbiq; prouenit. Religiose hoc collígitur. Nam & gladio circumscribit, & ad ortū spectat q; eruit, precat, ut id liceat sibi concedentibus Dijs facere. Veratrū & nigrū, & candidū ex Anticyra cōmendant scriptores, & poetæ. Anticyra uero hæc in Locride, siue Phocide sita est, ut scribunt Pausanias & Strabo. Nam & aliubi legit Anticyra, hoc est sinu Maliaco, & prope montem Oetam: ubi Ellebori quidem prestantissimum, sed in Phocidis Anticyra melius paratur admistione, ut inqt Strabo, Sesamoidis, de quo statim dicemus. Propterea in Phocidis Anticyram, non in Oetæam Elleborum poturi secedebant.

Plí. li. 25. ca. 5. The. li. 9. ca. 10 & 11.

Strabo. lib. 9.

## EX M. VERG. COMM.

QVæ in extremo capite fabulosa, & ad augendam rei admirationem potius q; medicinæ aut historiæ Veratri necessaria a Dioscoride referuntur, omnia ex Theophrasti. 9. de plantarum historia uolumine, paucis mutatis repetita sunt. Et si ab eo ἐπίθετα, id est, adiecta, & ob id falsa uideri omnia hæc dicantur. Longiores in opere hoc nostro, præsertimq; in re nota eri-



Hosted by Google

Cmus, ſi ex eo ſcriptore cõmentationibus his noſtris addere ea uoluerimus. Satis ſit græcarum literarum peritis locum in Theophraſto ſignaſſe: ignaris uero Plinium lib. 25. capite quinto audire, eadem illa omnia ijſdem fere uerbis narrantem. Quæ licet plura, nec penitus eadem huic ſcriptori uideantur, non ideo tamen ex uarietate uitium ſuſpicari oportebit. Aliter enim hic herbariam, quã illi fabuloſam hiſtoriam docet.

## De Seſamoide magno. CAP. CLIII.

σήσαμοειδὲς

SEſamoides magnum, aliqui Seſamiten, alij Seſamin, alij Lycoſcytalion, alij Anticyricon appellant, quoniam in Anticyra albo Veratro in purgationibus miſceatur. Simile eſt Senetioni, aut Rutæ, longo folio, flore candido, radice gracili, ignaua, guſtu amaro, cætera Seſamæ ſimile. Ventrem purgat. Datur tritum ad bilis pituitæque deiectiones, quãtum tribus digitis capitur, addito Veratri albi ſeſquiobolo ex aqua mulſa.

### BARBARI COROLL.

Plin. li. 22. ca. 25

SEſamoides maius, a ſimilitudine nomen accipit. Hoc naſcitur in Anticyra, nec alibi, quod inuenerim. Hoc & Elleborum a Theophraſto dicitur: ut in candido notauimus.

### EX. M VERG. COMM.

SEſamoidi quemadmodum uox, & præter uocem hic ipſe ſcriptor, Pliniuſq; teſtãtur, nomẽ Seſami ſimilitudo fecit. Necq; enim Seſamoides aliud, quã quod Seſami ſpeciem & figurã habet ſignificat. Pliniuſq; Seſamoides a ſimilitudine nomen accepiſſe ait: & hic σπέρμα ὅμοιον σησάμῳ, id eſt, ſemen Seſamo ſimile habere. Duorum generum præter Dioſc. autore eodem Plinio, & in græcis Paulo Aegineta, planta hæc eſt. Siquidem Plinius cum primum deſcripſiſſet genus libro. 22. cap. 25. ſubiecit ſtatim. Eſt etiamnum aliud Seſamoides. &c. Paulus uero Aegineta colore candido alterum indicans, ſuas illi uires aſſignauit: mox alterum maius appellans Veratrum paſſim uocari ait. Nec dubitandum, tam certa ueterum ſcriptorum teſtimonia ſunt, duo Seſamoides eſſe. Vtq; hoc conſtat, ſic contra parum certum eſt, ſint ne eorũ in colore, an in magnitudine diſcrimina. Antiquiſſimi græcorum codices, quos uidere licuit, colore diſcernunt: uocantq; prius hoc μέλαν, id eſt, nigrum, poſterius λευκόν, id eſt, cãdidum. Qui uero paſſim circumferuntur, a magnitudine & breuitate notas & diſcrimina eorum oſtendunt, μέγα καὶ μικρόν, id eſt, magnum & paruum appellantes. Paulus Aegineta alterum λευκόν, id eſt, candidum: alterum μέγα id eſt, grande & maius uocat. Contrariorum tamen ratio exigebat, ut ſi candido colore alterum ſignaretur, nigro alterum e diuerſo indicaretur: quemadmodum in quantitate factũ in alijs codicibus eſt: in quibus grande primũ, mox breue Seſamoides deſcribitur. Pendemuſq; nos in ea re animo: tam facilis & lubricus lapſus in græcis eſt, unius tantum literæ mutatiõe ex nigro ad magnum: et e diuerſo. μέλαν nigrum, μέγα grande græcis ſignificat. Receptoq; in primo Seſamoide ſemel huiuſcemodi uitio, facilis in ſecundo error fuit. Potuitq; hoc & in Dioſco. & in Paulo Aegineta pariter fieri. Egre enim perſuademur, propoſito candido, non reddẽdum illi fuiſſe nigrum. Et ſi recipienda a colore diſcrimina hæc fuerint, ratiocinari tunc oportebit, qua parte colores illi in alterutro Seſamoide inueniendi ſint. Quod difficillimum erit. Ob eam cauſam inclinat animus nohis in alteram partem: probamuſq;, ex magnitudine magis quã ex colore in Seſamoide ſumi diſcrimina. Duplicem enim colorem illum, Veratri exemplo tributum Seſamoidi fuiſſe ex eo opinamur: quod quemadmodum duplex Veratrum eſt, candidũ. ſ. & nigrũ, ꝓmiſcueq; Seſamoides Veratrũ, & Veratrũ Seſamoides, ob eã quã mox dicemus cauſam, quondam diceretur: ſic etiam ab imperitis rei, creditũ fuerit, candidum & nigrũ oportere Seſamoides dici: Non quatenus diuerſa a Veratro herba Seſamoides eſt, ſed quod illi ob promiſcuum ex uſu nomen eadem eſſe credebatur. Fuiſſeq; uſum Seſamoidis in purgationibus Veratro coniunctum, indicant fere omnes. Hic primum dicens. οἱ δὲ ἐν ἀντικύρᾳ ἑλλέβορον καλοῦσι, διὰ τὸ μίγνυσθαι ἐν ταῖς καθάρσεσι τῷ λευκῷ ἑλλεβόρῳ. Quod eſt. Qui autem Anticyram incolunt, Elleborum Seſamoides, ꝙ in purgationibus candido Elleboro miſcatur, appellãt. Idẽ teſtatus & Plinius eſt li. 25. cap. 5. In Anticyra inſula tutiſſime ſumitur: qm̃ ut diximus, Seſamoides admiſcent. Teſtatus & Strabo. 9. ſuæ geographicæ uolumine, in deſcriptione Theſſaliæ, priuatimq; Anticyræ, quo loco ſic de Elleboro agit. Poſtea Anticyra, quo nomine & alia eſt ad ſinum latens Maleacum & Oetam montem. Illhic mitem Elleborum naſci ferunt. Hic aũt opti-

D

me preparatur. Quo circa frequentes huc aduenæ confluunt, purgationis & curationis gratia. Etenim in Laconica pharmacum nasci quoddam Sesamoꝝ semini perq̃ simile, cui permixtũ preparant oetęũ Elleboꝝ. Paulus Aegineta tñ certiorẽ eius rei causam in. 6. attulit. Cuius uerba hęc sunt. σησαμοειδὲς τὸ μέγα ὅπερ καὶ ἀοτικρυσ ἐλλέβορος ὠνόμασε διὰ τὸ ὁμοίως ἐλλεβόρω καθαίρειν αὐτοῦ τὸ σπέρμα. Qd est. Sesamoides maius, qd palã Elleborus nominat: qa semen eius pariter Elleboro purgat. Ex his ratiocinari facile est, diuersam a Veratro Sesamoides herbam esse: & quia misceretur illi in purgationibus, aut easdem habet uires, Elleborum creditam a multis fuisse: ideoq; nigri & candidi, utriusq; Veratri modo discrimina ab imperitis inuenisse: sui generis tamen herbam, & quia Sesamo simili semine sit, Sesamoides appellatam. A

## ¶ De Sesamoide paruo. CAP. CLIIII.

SEsamoides paruum, aliqui Coronion, alij Sesamon syluestre uocant. Cauliculi ei sunt dodrantales, folia Coronopi, minora, hirsutiora, & in cauliculorum cacumine capitula florum pene purpureorũ, medio eorum albo. Semen Sesamę fuluum, amarum, radix tenuis. Detrahit bilem, pituitasq; semẽ ex aqua mulsa potum dimidio acetabulo. Illitum ex aqua, tumores ac tubercula discutit. Nascitur in asperis. σησαμοειδὲς τὸ μικρόν

### ARBARI COROLL.

SEsamoides minus, folio minore q̃ Sesami. Nascitur in glareosis. Hoc & Sesamoides candidum, a Galeno dicitur.

### EX M. VERG. COMM.

SVperest pro Sesamoide dicendum quod superiore capite imprudenter relictũ a nobis est. Nasci Sesamoides in Anticyra. Ideoq; ut hic, & Plinius dixerunt Anticyricon uocari. Quæ etiam causa fuit, ut in rei æstimatiõe miscerentur ab imperitis Veratrum, & Sesamoides: qm̃ idem natale solum haberent. In quo uidendum diligentius erit, quoniam duæ Anticyræ quondam fuerunt: altera Phocidis urbs, altera in Maleaco sinu insula, utrobi Sesamoides hoc nascatur. Ex antiquis enim scriptoribus plures ad purgationes Veratro faciendas insulã magis laudauerũt in Maleaco sinu, q̃ in Phocide urbem. Alij in Phocidis Anticyra tutius sumi Veratrũ dixerunt: quoniam Sesamoides hoc illi admisceretur: manifesto argumẽto, in hac, non illa Anticyra nasci Sesamoides. Animaduertendum & illud, miscere Pliniũ utriusq; Sesamoidis historiam & medicinam: & quæ alterius sunt, alteri tribuere. Quod nominis similitudo, & æquiuoca eorum appellatio uidetur fecisse. Locus est. 22. uolumine, capite. 25. In cuius rei indicatione locus in eo scriptore corruptus adhuc est, granum Sesamæ dari dicens in uino dulci, ad detractiones quantum trinis digitis capiatur. Sesamoidis enim, non Sesamæ legendum autore Dioscoride illic est: a quo cuncta illa Plinius accæpta latinis reddidit. Poterunt uolentes utriusq; scriptoris dicta inter se conferre. B

## ¶ De syluestri Cucumere. CAP. CLV.

SYLVESTREM Cucumin, aliq Elateriõ uocant, alij Grynon, alij Balin, alij Syncrisin, alij Bubalion, alij Scopion, alij Pherombron, alij Peucedanon, alij Notion, Romani Ancetum, alij Agrestem, Pœni Cusimezar. Fructu solo distat a satiuo Cucumere, lõge minorem pariens fructum, oblongis glandibus non dissimilem. Folia atque sarmerta satiui refert, radice candida, magna. Nascitur in sabuletis, & prope domicilia, frutice in totum amaro. Instillatus foliorum succus, aurium dolori conuenit. Illita ex polenta radix, ueterem tumorem discutit. Imposita cum resina terebinthina, tubercula rumpit. Ischadicis infunditur. Podagras discutit, decocta ex aceto & illita. Eius decocto dẽtes in dolore colluuntur. Aridæ farina impetiginem, lepras, & uitiligines abstergit. Nigris cicatricibus colorem reddit. Et in facie σίκυς ἄγριος

C maculas expurgat. Radicis ſuccus ſeſquioboli pondere, & item cortex acetabuli quarta parte, bilem pituitamq; deijciunt, pręſertim in hydropicis. Deiectiones autem citra ſtomachi iniuriam mouet. Radicis ſelibra, præſertim in uini Libyci hemina conteritur, danturq; ex eo terni cyathi triduo, dum tumor abunde deprimi cernatur.

## BARBARI COROLL.

DE Cucumere ſyluestri, ſiue anguino, & erratico dictū in ſatiuo eſt. Illud hoc loco memine rimus, Balidem a quibuſdam uocari, ut inquit Dioſcorides, anguinum Cucumerem. Ego Balin, & Balidem lego dici florem quendam, & alio nomine Ballithum: qui mortuos uitæ reſtituat: ut & de Arione fabulantur. Photionem habeo grammaticum, qui hoc affirmet poſt Plinīū, demonſtratam a dracone, qui ea herba catulum ſibi occiſum reddidit ſaluti. Cucumerem ſyluestrem Bubaliō quoq; dici, autores ſunt Dioſcorides, & Hippocrates. Eſt ubi Caprificum ita dici legas: errore nato, q̄ Caprificus agria, Hyce appelletur. Sluestris uero Cucumis Agrioſicys. Alius q̄q; flos habetur, Bellis nomine, pratenſis, & candidus, & quadātenus rubēs, aduerſus ſtrumas efficax: ut Plinio uideī. Sit aūt Bellis idē, q̄ & Bellius, ſiue Bellio, & ipſe flos pratenſis, quem Plinius q̄nquagenis q̄nis barbulis paſtillicantibus Coronatum ſcribit, animaduertē dū puto. Quanq̄ em̄ luteus uideī a Plinio deſcribi Bellio, uolumine primo, &. 20. Bellis uero cādidus ſexto & uigeſimo, non tm̄ ita in omnibus Plinianis codicibus luteū eū eſſe legimus. Quidā luteū ei ſemen, nō ipſum florē audiūt: & Paralyſin uulgo dictā interp̄tant: q̄ & primus ueris flos, & Margarita cognominatur: & hyeme q̄q; tota naſcīt, ex occidente, ut q̄dā exiſtimant, in Italiā conuectus. Quinquagenas tm̄ ei ternas, non q̄nas barbulas inuenio. Laudaī ad paralyſin, a quo & nomen: itēq; ad podagras, & Iſchiada. Paralyſi uocatæ florem habet ſimilē, pauciori-

D bus tm̄ barbulis. Flos, qui qm̄ a lōginquo conſpicuus eſt, Paradelos uulgo dicitur: folio em̄ nō admodū diuerſo: niſi q̄ ſerratū eſt huic, non Paralyſi. Sunt q̄ Buphthalmō, & Bouis oculū appellent. nam q̄ Antipatrē uulgo dictū rentī eū eſſe, liq̄do fallunt: cū ſit Antipater ſurculoſus, & flore luteo, quaſi Cunilaginis minore. Folia Roris marini latiora, minuſq; longa: Chriſtophori anā, & Oculū Conſulis nōnulli uocant. Huius illa, pprietas, q̄ flores poſt naſcentes altius tollunt, q̄q; prius nati. De cuius rei argumento uideri poſſet aliq̄bus, hanc herbā eſſe quam Plinius Impiā nocari tradit. Herba inq̄t Impia uocatur īcana, Roris marini aſpectu, thyrſi mō ueſtita, et capitata. Inde alij ramuli aſſurgunt, ſua capitula gerētes. Ob id Impiā appellauere: q̄m liberi ſupra parentem extollant. Alij potius ita appellatā, q̄ nullū animal eā attingat, exiſtimauere. Hęc inquit inter duos lapides trita feruet, p̄cipuo aduerſus anginas ſucco. Nec tentari unq̄ eo morbo qui guſtauerint: itaque & ſuibus dari. Quæque medicamentū id noluerint haurire, eo morbo interire. Sunt qui & in auiū nidis inſeri aliquid ex ea putent: atq; ita non ſtrangulari pullos auidius deuorantes. Hæc Plinius. Cæterū quanq̄ ſimilitudo in ea proprietate ſit, multa ſunt inter utrāq; diſcrimina. Primum, q̄ Impia, incana eſt herba: Antipater non eſt. Alterum, q̄ trita non feruet. Tertium, q̄ nec capitula, nec thyrſos gerit, ſed flores dumtaxat.

## De Elaterio. CAP. CLVI.

ἐλατήριον

Elaterium. ſuccus cucumeris ſil, eſtis

EFructu huiuſce Cucumeris, fit medicamentum quod Elaterium uocatur, ad hunc modum. Decerpti Cucumeres, qui tacti protinus exiliunt, ſeruantur nocte una. Poſtridie impoſito ſupra craterem rariore cribro, utriſq; manibus prehenſi, ſigillatim ſupino cultro ſurſum uerſus aciem habente finduntur, atq; per cribrum humor in ſubiectū uas exprimitur. Simulq; carnoſum quod hæſit cribro, quo facilius excidat eliditur, quod ita preſſum eſt, reſidere ſinitur, atq; in uicinam peluim demittitur. Coaceruata autem in cribro ſegmina, dulci aqua perfunduntur, & denuo preſſa, abijciūtur. Humor in pelui agitatur, & linteo opertus, ſoli exponitur. Dumq; ſteterit, tota ſupernatans aqua, cum humore concreto effunditur. Hoc uero identidem fieri ſolet, donec ex-

Hosted by Google

istens aqua liquescat: qua stillatim exhausta sedimentum mortario sus- A
cipitur, & conterendo cogitur in pastillos. Sunt qui ad hauriendam
ptinus succi abundantiam, cribratos cineres humi inspargãt, & mediũ
cauãtes, triplicatum linteũ obtendant, per q̃d Elateriũ cum sua humidi
tate diffundũt, siccatũq;, in pila ut dictũ est, cõterũt. Aliq; p dulci aqua
marinam perfundẽtes, ita eluũt. Alĩ in nouissima lotiõe, mulsam aquã
respergunt. Elateriũ optimũ esse constat lęue, nõ põderosum, cũ cãdore
leniter humectũ, gustu amarissimum, quodq; lucernarũ luminibus ob
iectum, facile flagret. Porraceum tamen, scabrumq;, si turbidum specte-
tur, atq; erui cinerisq; plenum sit, graue & uitiosum esse solet. Nec de-
sunt qui Cucumis succo amylum immiscẽant, ut candorem ipsum &
lęuitatem imitentur. A bimatu ad decennium deiectionibus utile est.
Integer modus obolus est, minimus semiobolus, pueris chalci duo. Si-
quidem copiosius, periculum adfert. Bilem ac pituitam alterutra parte
extrahit. Optima suspirijosis est purgatio. Quod si in animo sit deiecti-
onem moliri, adiecto salis duplo, & stibĩ, quod colorare sufficiat, ex
aqua erui magnitudine catapotia dato: postea cyathus unus aquæ tepi
dæ sorbeatur. Ad citandas tamen uomitiones, aqua diluens Elaterium,
subiectas linguæ partes penitissime pinna oblinito. Quod si quisq; dif- B
ficilius euomat, oleo, aut unguento irino resoluito. Somnum inhibeto.
Porro his qui eximie uacuantur, continue uinum & oleum dari con-
uenit. Etenim uomendo restituuntur. Quod si uomitiones non finian
tur, aqua frigida, polenta, posca, poma, & quæ stomacchum densando
corroborant, offerenda sunt. Ciet Elaterium menses. Partus enecat in
pesso subditum. Morbo regio medetur, cum lacte naribus infusum. Di
uturnis capitis doloribus liberat. Efficax anginarum unguentum est,
cum uetere oleo, melle, aut felle taurino.

BARBARI COROLL.

ELaterium, Theodorus Agitatorium conuertit. Nullum medicamentum longiore æuo du- Plin. li. 20. ca. 2.
rat. Ducentum enim ãnos uim eius pollere Theophrastus asserit. Melius, quo uetustius usq; ad
quinquagesimum. Lucernas adhibitum extinguit, hoc enim ueri probatio est: si prius q̃ restin
guat, scintillare sursum, ac deorsum cogat. Pallidum prestantius, ac leuiter amarum. Huius cau
sa maturius secatur. Alioquin semen exilit, oculorum etiam periculo. Harũdine ueteres incide
bant. Tradũt hoc succo tactis radicibus uitium, non attingi uuas ab auibus. Ad hunc succum
Cucumis Anguinus autumno carpitur.

## ¶ De Satiuo Cucumere. CAP. CLVII.

SAtiui Cucumeris trita radix, & drachmæ unius pondere pota in
hydromelite, uomitus ciet. Si quis facile secundum cœnam uome-
re uelit, binis obolis sit contentus.

## ¶ De Staphide agria. CAP. CLVIII.

STaphida agriam, alĩ Triphyllon, alĩ Stesion, alĩ Astaphida, alĩ σαφὶς ἀγρία
Phthiroctonon, alĩ Phthirion, alĩ Apanthropon, alĩ Polyides, a-
lĩ Pseudopathes, alĩ Arsenoten, Aegyptĩ Ibesacœden, Romani hærbã



Hosted by Google

C Pediculariam uocant. Folia habet Labruſcę, diuiſa, et cauliculos rectos, molles, nigroſcę. Fert florem Glaſti, & folliculos uirides, ſimiles Ciceri, & in his nucleum triangulum, ſcabrum, ex nigro ſubfulueſcentem, intus album, guſtu acrem. Grana quina denaue, ſi trita in aqua mulſa dẽ tur, craſſum humorem per uomitum purgant. Sed qui hauſerunt, ambulare debent. Prudenter tamen attendere oportet, & aquam mulſam potui dare. Quoniam pericula ſtrangulationis inferunt, & fauces adurunt. Trita, & ex oleo illita, phthiriaſi prodeſt. Item prurigini et pſoris. Cit plurimã pituitã cõmanducata. Decocta in aceto, dentiũ dolori colluto ore ſubuenit. Rheumatiſmum gingiuarũ ſiſtit. Vlcera oris manantia, cum melle ſanat. Vrentibus malagmatis imponitur.

## BARBARI COROLL.

Plí. li. 23. ca. 2. STaphis, ſiue Aſtaphis agria hæc eſt, quę Pituitaria quoq; dicitur. Cornelius Celſus uuam Taminiam intelligit falſo. Matureſcit enim ſemen huius cum uindemia, nigreſcitq; : cum Taminiæ acini rubeſcant, & in apricis naſcatur: & Ampelos agria ſit, non Staphis agria. Hæc nõ niſi i opacis. Paulus Galenũ ſecutus, duplex genus facit Staphidis, Satiuũ, et Sylueſtre: ut Satiuum ſit, quã nos Vuam paſſam uocamus, qnto uolumine reddendã. Aſtaphin, qui Atrice loquuntur, Oſtaphin uocabant: ſicut Omintha pro Mintha, ſiue Mẽtha: & Oſtacũ, p Aſtaco. Eſt aũt Aſtacus is, quem nos Gãmarum quoq; dicimus. Porro eſt locus in Aetio ubi legas, Stephanida agriã mendoſe, ut ſuſpicor, pro Staphide agria: qm̃ ad uitia, pſoraſq; capitis cõmendat eã. Niſi quis Stephanida putet eſſe, quam a noſtris Coroneolam uocari diximus, hoc eſt, Cynoſbaton: utiq; ſi & hæc, ut Rubi manantibus in capite præſidio eſſe poteſt.

VERG. D QVam græci agrian Staphida, ſylueſtrẽ paſſam Vuã ſua uoce intelligẽtes dixerũt, Romani Taminã uuã, Pediculare herbã, Pituitariãq; uocauerũt. Etſi Plinius contra Celſum aliã a græcoꝝ Staphidagria Taminiam latinoꝝ uuã eſſe teſtatus bis fuerit. Eſt ſane græcis Staphis, & ut Atheniẽſes dicere cõſueuerãt Aſtaphis paſſa Vua. Ex cuius ſimilitudine hęc ſyluęſtri tñ habitu ab ea diſcreta eſt. Vocarũtq; latini Pituitariã, Pediculareq; ex uirib. quas habet. Feruore em̃ ſuo cõmanducata multã pituitã trahit: & erũpentibus e corpore pediculis, ex oleo inũcta aduerſat. Quinetiã, ut Plinius ait, in aceto decocta, etiã ueſtes eo tedio liberat. Facilis cognitu herba, tã certis notis a Dioſ. deſcribit: parũq; a græca uoce deflexa appellatiõe, gẽs noſtra adhuc eã indicat. Folia habet plerũq; ſeptẽ, aliq̃ tñ pluribus, nõunq; etiã pauciorib. inciſuris diuiſa. Vtebant ea ueteres græcoꝝ medici int alia in his q Venerẽ exercere nõ ualerẽt, ex adipe, cui uuæ huius admixtũ ſemẽ fuiſſet, genitalia inungi iubẽtes. Vtebant & in purgãdo capite, cõmanducandã dantes: eaq; ratiõe pituitas eius partis p os trahentes. efficaciſſimę em̃ acrimoniæ eſt. Plinius, quẽadmodũ p̃monſtrauimus, falſo Taminiã uuã. 23. uolum. ca. 1. his uerbis uocari ait. Aſtaphis agria, ſiue Staphis, quã aliq uuã Taminiã uocãt falſo. Suũ em̃ genus habet. &c. Idẽ. 26. ca. 14. Taminię uuę uires deſcribẽs, quę Staphidagrię ſũt palã illi tribuit. Verba eius ſũt. Itẽ Phthiriaſi, qua Sylla dictator cõſumptus eſt. Naſcunt q̃q; in ſanguine ipſo hominis animalia, exeſura corpus. Reſiſtit uuę Taminię ſucco, aut Veratri cũ oleo perũctis corporibus. Taminia qdem in aceto decocta, etiã ueſtes eo tedio liberat: quę oia ex ui Staphidagriæ huius dicta ſunt: qua pediculos enecantẽ, & Pediculare dici in Dioſ. legit. Monere legentes hoc tm̃ uoluimus, ut inueniſſe & ipſi conent, an de eadẽ uua Taminia a Plinio duob. locis diuerſe traditũ fuerit. Cur aũt Staphida potius. i. paſſam Vuã, q̃ Staphylẽ. i. ſimplicit uuã ueteres græci dixerint, folliculorũ figura fecit: qui rugoſam uuam magis q̃ integros uuarum acinos referunt. Ob quã cauſam & Plinius ait, folliculos magis q̃ acinos eam ferre.

## ¶ De Thapſia. CAP. CLIX.

βαψία THapſiã aliqui Hypopion uocant, aliꝝ Pancranon, aliꝝ Scammonion, aliꝝ Thelyterin, Romani Ferulaginem, aliꝝ Ferulam ſyluęſtrem, Pœni Bœden. Nomen ideo accæpit, quod in Thapſo eiuſdẽ nominis inſula, primũ inuenta ſit. Tota uero natura Ferulæ ſimilis eſt,

Hosted by Google

graciliore caule, foliis Fœniculi, umbella Anethi in cacumine à singulis A
surculis erumpente, flore luteo. Semen quale Ferulæ, latum, sed aliquanto minus, radix nigra, intus candida, longa, acris, crassiore libro uestita. Lactis extrahendi ratio hæc est. Facto in ambitu scrobe, cortices incidun tur, aut radix in fornicis speciem excauata, cooperitur quo merus succus confluat. Oportet illuc sequenti die se conferre, & congestum succum extrahere. Tunditur etiam radix in pila, & succus organo per quallum expressus, fictili crasso insolatur. Aliqui folium una terunt. Sed inualidior huiusce modi succus. Hoc autem interest. Quoniam qui ab radice manauit grauius olet, & humidus permanet. E foliis autē extractus exiccatur, atq; teredinū iniuriam sentit. Qui succū colligit, stare debet nō obuersus uento, cum dies apricus est, & à flatu silet. Quoniam ob uaporis acrimoniam facies uehementer intumescit, nudaq; corpora inuadunt pustulæ. Ob id prius liquido cærato, & adstringente, nudas partes illinunt, & ita muniti accedunt. Tam cortex radicis, q̄ succus, purgandi uim habent. Lacteus succus in aqua mulsa potus, utrinq; bilem extrahit. Radicis modus quaterni oboli, cum tribus seminis Anethi drachmis, succi terni oboli, lactis obolus unus. Quod eo amplius assumitur, periculosum est. Huiusmodi purgatio conuenit suspiriosis, & diuturnis laterum doloribus, reiectionibusq;. Datur in cibis, aut obsonio, quibus difficile sit uomere. B
Tam radix, q̄ succus, omniū maxime quæ pares cū eis uires adepta sunt, uim habent transconcretiuam, ubi ex imo aliquid euocandū est, aut meatuum laxitas alio transferenda est. Vnde succus illitione, & radix recens affrictu, alopecias explent. Radix, succusq; cum æquis cęræ thurisq; portionibus, sugillata liuoresq; tollunt. Sed non plus binis horis dimittantur. Locus deinde aqua maris calida foueatur. Vitia cutis in facie emendat, cum melle illitus. Lepras tollit. Tubercula discutit, peruncțus cum sulphure. Succus in diuturnis pulmonū, laterum, pedum, articulorūq; ualetudinibus utiliter illinitur. Valet ad integendam colis glandem, iis qui natura, non circūcisione curti sunt. Tumorem enim excitat, qui pinguium fotu emollitus, in pene iacturam resarcit.

THAPSIA BARBARI COROLL.

THapsiæ liquor expressus, efficacior q̄ semen. In Africa uehementissima hæc est. Semen Plin. li. 19. ca. 9.
Ferulæ, Thapsiam aliqui uolebant esse falso. Suum enim genus est inani caule, nec excedente baculi longitudinem. Thapsia ob humoris abundantiam opus suum, ut Galenus auctor est, sero perficit. Facile corrumpitur. In Theocrito pœta Thapsos legitur, genus herbæ, tingendis lanis utile: qua & capillus flaueſcat. Hanc & Xylon Scythicon, hoc est, lignum Scythicum, a Sappho dici putant, uulgo Chrysoxylon. Diuersum porro, an idem sit Thapsos quod Thapsia, iudicandum relinquo. In Aristotelis tertio Rhetorico. Hypopion, sunt e Græcis, qui pro Thapsia, uel alia herba capiant rubente. Nos pro sugillatione uertimus.

EX M. VERG. COMM.

COgnomines diuersis locis Thapsi urbes, insulæ, Chersonesiq; aliquot Thapsiæ huic quā modo tractamus ab earū aliqua primo quondā sic appellatæ, diuersos natales & diuersas bonitates laudis feciſſe uidentur. Nicander in Theriacis suis ex Sicilia Thapsiam in primis contra

Cuenẽ̃ata laudauit. νῦν δ' ἄγετοι, ἐπίμικτα νόσων ἀλκτήρια λέξω, θρινακρίην μὲν ῥίζαν ἕλειν γνιαλθέα θάψου μίξας &c. Quod eſt. Nunc age, compoſita te malorum remedia docebo. Trinacriam ſumito Thapſi radicem, quæ corpori medetur, &c. Plinius contra. 13. uolumine, capite. 22. Thapſiam in Africa uehementiſſimã eſſe ait. Hic ſcriptor, quẽ plures alij ſecuti ſunt, in Thapſo inſula primũ inuentã fuiſſe ait: nec bonitatis, maioriſq; in ea efficaciæ diſcrimina aliqua numerauit. Ex eo fit, ut credamus primã Thapſiæ inuentionẽ Thapſo, quæ una ex Sporadibus inſulis eſt, deberi: & in ea herbario Crateiæ, qui primos illic plantam, & eius uires obſeruaſſe dictus eſt: potuiſſeq; alios ex alijs locis eam potius laudare, q̃ natale ſolum Africam, Siciliamue, aut alia loca illi aſſignare. Hanc ueteres Græci Hypopion uocarunt: ancipiti (niſi uitium in Theophraſto ſit) & rei, & nominis ſignificatione. Pro qua intelligendum eſt, ſignificare græcis Hypopion, cui in ultima ſyllaba, i, non, y, ſit, ſanguinis ex ictu ſuctuue, aut iniuria aliqua alia, in quampiam corporis partem concurſum, integraq; cute in eo loco ceſſantem, & q̃ extra uenas ſit, quaſi mortuum. Auditaq; Hypopij huius uoce, nihil aliud Græci intelligunt, q̃ ceſſante ſanguine nigreſcentem cutem. Nec dubium eſt his mederi Thapſiam: & ab eo remedio nomen id factum illi eſſe. Si quidem hĩc ait, ὑπώπια τε ἄρει καὶ πελιώματα. Quod eſt. Hypopia & liuores delet. Et Plinius rem augens, eodem libro & capite ait. Nero Cæſar claritatẽ ei dedit initio Imperij, nocturnis graſſationibus uerberatã faciem illinens ſibi cum thure cæraq;: & ſequẽti die contra famã cutem ſyncerã circumferens. Solus Theophraſtus libro. 9. de plantarũ hiſtoria aliter Hypopia quibus ea medetur intellexiſſe creditur. Verba eius ſunt. ἡ δὲ τῆς θαψίας ἰμετικὴ. ἐὰν δέ τις κατάσχῃ καθαίρει καὶ ἄνω καὶ κάτω, δύναται δὲ καὶ τὰ πελιώματα ἐξαίρειν. ὑπώπια δὲ ποιεῖ, ἀλλὰ ἐκλευκα. Quorum ſenſus eſt. Thapſiæ aũt uomitoria uis eſt. Quod ſi quis eam retinuerit, per inferna pariter & ſuperna purgat. Facit & Hypopia, uerũtamen candida. Ex his (niſi uitiũ in eo ſcriptore ſit) maculas quæ in cute albicãt, Hypopia intellexiſſe oportet. Necq; em̃ ſignificare aliud poteſt, q̃d dicit, Facit & Hypopia, uerũtamen cãdida. Eſtq; hoc q̃d paulo ante diximus ancipiti, id eſt, ad utrãq; partem ſignificatione Hypopion uocari Thaſpiã potuiſſe. Et ſi recipiendũ in Theophraſto id eſt, ad aliã Thapſiæ naturã referenda res erit, ad pallorẽ ſcilicet a quo Thapſinus color in Phocione a Plutarcho dictus eſt. Et a Theocrito in Pharmaceutria, καὶ μευ χρὼς μὲν ὁμοῖος ἐγένετο πολλάκι θαψῷ. Quod eſt. Et corpus meũ Thapſo ſimile factũ eſt: nulla alia q̃ palloris ſignificatione, qui color Thapſia fiebat. Conſueuerãtq; ueteres, ad excuſandã ualitudinem corporisq; morbos, non aliter, nec alio eucto q̃ cymino Thapſia ſe inungere. Potuitq; Theophraſtus Hypopia candida pallores Thapſia factos indicare. Quod legentibus ſignificaſſe ſatis ſit. Et ſi ſciamus Theocriti interpretes, & alios græcos ſcriptores Thapſon Chryſoxylon, id eſt, aurei coloris lignũ, non herbã hanc interp̃tari ſolitos. Scãmoniũ uocari ab aliquibus Thapſiam in Dioſcoride legit. Verũtamen nõ potuit ad Thapſiam Scãmoniũ, niſi ex pari in purgãdo ui trahi. Romani ex totius plantæ ſimilitudine, quoniã ut Plinius ait, Thapſia ſine dubio Ferula eſt, ferulaginẽ & ſylueſtrẽ Ferulã eam uocauerũt. Fœniculi folia habere eã Theophraſtus dixit: uerũ em̃ latiora: caulẽ ferulaceũ, radicẽ candidã, liquorẽ eius efficaciorẽ eſſe, per ſuperna pariter & inferna purgare. Seminis nullũ eſſe uſum. Naſciq; Thapſiam alibi quidẽ, ſed in Attica. Non ueſci ea indigenas pecudes: peregrinas aũt ueſci ea q̃dẽ, ſed aut perire, aut diarrhia uexari. Barbarus in colligẽdo Thapſiæ liquore, quorundã codicũ, quos & nos uidimus, fidẽ ſecutus, q̃d in Dioſcoride paſſim & uerius legit, ἀναιρεῖσθ τὸν συλλεγέντα ὀπὸν uertit, ſuccidũt eam & tollunt: ἀνελὼν ut in illis legit, id eſt, radicẽ, non ὀπὸν, id eſt, liquorẽ interpretatus. Nobis cõmunis lectio uerior & aptior uiſa eſt: quoniã nulla eſt ad colligendũ liquorem ſuccidendæ & auferendę radicis neceſſitas. Præterea non ſemel tantũ, ſed ſæpius ueriſimile eſt colligi poſſe liquorẽ eum: & ſi colligendus eſt, ex uiuente adhuc in radice ſua planta colligendũ eſſe. Idem q̃d erat κυρτίδι fiſcum uertit, a quo & fiſcella dicta eſt. Nec male quidẽ: niſi Fiſci uox noſtra ætate ad alterius rei æſtimationẽ trãſlata penitus iampridẽ eſſet. Monemus id, ne quis diſcrepare nos putet. Nulla em̃ rei, ſola uocis inter nos differentia eſt. Quodq; organis ille ait exprimendũ radicis Thapſiæ ſuccũ, ſcriptoris huius uoces ſecutus, prælum, torcularue in ea uoce intellexiſſe oportet.

## ¶ De Spartio. CAP. CLX.

σπάρτιον

Spartion aliqui Lygon, alij Lobon appellant. Frutex eſt longas ſerens uirgas, ſine folijs, firmas, fractu contumaces, quibus uites uinciuntur, ſemen lenticulæ in folliculis phaſiolorum modo naſcens, florem ut albæ Violæ, luteum. Purgant per ſuperna Ellebori uice, citra pericu-

Spartion · genus Fa. Vulgo Retama

lum flores & ſemina, quinis obolis in aqua mulſa pota. Semen deiectionem mouet. Ramis in aqua maceratis, mox tuſis extractus ſuccus, iſchiadicis & angina laborantibus auxiliatur, ſi cyathi modum ieiuni bibant. Quidam marina aqua macerare malunt, & infundere iſchiadicis clyſtere. Strigmenta autem elicit cruenta. A

## BARBARI COROLL.

SPartum, ſiue Spartion Geniſtã noſtri uocãt: fortaſſe quia genu modo flexilis ad nexus ſit, uel quia genibus medeatur dolentibus, multiplici tunicarũ cortice, ſponte naſcens, & quæ ſeri nequeat: propriecq; aridi ſoli iuncus, & terræ uiciũ: quia nihil ibi ſeri, aut naſci poſſit, noxiũ animalibus, præterq; cacuminũ teneritate. In Hiſpania Spartum & pro fune ipſo capitur: ut Merinthus, Merinduſq; a poëtis. Sint duo Sparti gña: Vnum quod Geniſtam uocamus, Alterũ, quod in Hiſpania, & Africa funibus naſcaẽ, leucea, ſiue lygea potius dictũ ab Athenæo, dubitauit ante nos & Plinius. Dioſcorides certe cum Sparton dixit, Geniſtã uidetur intelligere: cuius florẽ in coronas addebant, Apibus gratiſſimũ. Semen quoq; ipſum, Græci Sparton eodem nomine appellant. Aſia e Geniſta facit lina piſcatoria, egregie durantia, frutice madefacto decem diebus: hac & uites alligat, ut Galenus inquit. Sparti quidẽ uſus, multis poſt Homerũ ſeculis inſtitutus uidetur: quoniã cum Sparta diſſoluta dixit, ſignificauerit potius, lata. In agro Thebano copioſa: ut Varroni, Plinio, & Gellio quoq; placet. Nec ante Pœnorũ arma, quæ primum Hiſpaniæ intulerũt, & cũ ſutiles fierent naues: uel Loro, ut in Liburnia: uel Canabo, & Stuppa, ut in Græcia, non Sparto ſutas eſſe conſtat. Serilla certe, nauigiũ eſt hiſtricũ ac liburnicũ, a conſerendo nomẽ habens: quia Lino Spartoq; ſtipaẽ, ut Pacuuius cum dixit, Plí. li. 24. ca. 9. lib. 19. cap. 2.

Sparteis ſuta ſerillibus,

funiculos intellexerit, qui Sparto cõſerantur, auctor Pompeius Feſtus. Idẽ Napuras, funiculos ex ſtramẽtis uocari tradit. In Africa exiguũ, & inutile gignit. Carthaginẽſis Hiſpaniæ citerioris portio nõ tota, ſed quatenus parit, mõtes quoq; Sparto operit. Hinc ſtrata ruſticis eorũ. Hinc ignes facesq;. Hinc calceamina, & paſtorũ ueſtis. Ad reliq;s uſus laborioſe uellit in hyemẽ uix. Facillime tamẽ ab Idibus Maijs in Iunias. Hoc maturitatis tẽpus. Ager unde colligit, minus triginta paſſuũ in latitudinẽ patet, a littore Carthaginis nouæ, minusq; in longitudinẽ. Longius em̃ uehi prohibent impendia. Ideo Spartũ aliter etiã diuulſum, natura interpolatur, rurſusq; cõ libeat uetuſtũ, nouo miſceat. Sparto nihil fere utilius nauiũ armamẽtis, machinis ædificatorũ, aliiſq; deſyderijs uitæ: inuictũ in aquis, & mari: ſicut in ſicco, funis e Canabe. B

## EX M. VERG. COMM.

VVlgarem Geniſtam paſſim & incultis locis naſcentẽ, cuiuſq; in re ruſtica ad nexus quotidianus uſus eſt, nõ Hiſpaniæ Spartum deſcripſiſſe hoc capite Dioſcorides uidetur. Quas em̃ Sparto huic breues, ſine foliijs uirgas, & natiuo lentore infragiles, quarũ in ligandis uineis uſus ſit, phaſelorũ figuras ſiliquas, & in his lenticulæ ſemen, luteumq; leucoiorũ colore florem ſcriptor hic tribuit, integrã Geniſtarum quas diximus, & iconiam imaginẽ oſtendunt. Nec nos in re alioquin ex ſcriptoris huius deſcriptiõe ſatis certa ſuſpicari, miſcereue aliquid audemus. Et ſi ſciamus, a Plinio. 19. uolumine, capite. 2. Spartum aliter deſcriptum: & medicinã remediaq; omnia, quæ hoc capite a Dioſcoride docentur, Sparto, non Geniſtæ, cui debebantur. 24. uolumine, capite nono ab eodem tributa fuiſſe. Res enim nos ſequimur, & quæ in antiquis ſcriptoribus uaga aut ambigua ſunt, ad certam, quatenus licet, ſignificationem contrahere conamur. Credimusq; ex his quæ in græcis latiniſq; diu obſeruauimus, monere tuto legentes poſſe, duo fuiſſe græcis Sparti genera: quæ tamen alicuius notæ adiectione diſtinguerẽtur. Quod em̃ in Dioſcoride nunc forma diminutiua legitur, nouũ diſcrimen eſt: ideoq; a nobis non ſeruatũ. Alterum quod in Hiſpania naſceretur. 19. uolumine, capite. 2. a Plinio deſcriptũ: alterum quod Geniſtæ appellatione a cunctis latinis cenſeat. Indicantq; q̃d dicimus hic ipſe primũ ſcriptor: qui intelligẽs alterũ eſſe Sparton, nullius (quod hactenus ſ̃uenerim) in medicina uſus, ut certius cognoſceretur, ait, quo uites ligant: eandemq; rationẽ ſecutus in. 6. Paulus Aegineta, eandem & ipſe adiecit diſcriminis notam, dicens, ἀκριτόν ἐν τοῖς ἀμπέλους δέουσι, quod eſt, Spartus, quo uites uinciunt: nulla addendæ eius notæ neceſſitate, niſi alterum eſſet, quod æquiuoca appellatione fallere audientes poſſet. Eſtq; ex communi omnium uſu adiecta diſcriminis nota illa. Neq; enim Hiſpaniæ Sparto uti omnes poſſunt: at Sparto quo uites ligantur, uti omnes poſſunt. Vbiq; em̃ naſcuntur Geniſtæ, & eundem inter ruris utilia ubiq; uſum habent.

Hosted by Google

C Quod Plinius in Hiſpanienſis Sparti hiſtoria nuſquā teſtatus eſt. Quodq; illi præcipuū ab eo tribuitur, ad funes pertinet. Totāq; habet Hiſpaniæ Spartus, ne longiores ſimus, diuerſam penitus a Geniſta hiſtoriam. Eſſeq; Sparton Geniſtam præter hactenus dicta indicat etiā Theophraſtus primo de plantarū hiſtoria, Linoſpartum inter Polylopa numerans.

## ¶ De Silybo. CAP. CLXI.

σίλυβον

SIlybum lata ſpina eſt, folia ferens Chamæleonis albi. Hæc recens cum ſale oleoq; cocta eſtur. Radicis ſuccus drachmæ pondere potus uomitiones ciet.

### BARBARI COROLL.

SIlybon, aut Silybos ſpinoſa, perinde, ut albus Chamæleon, cui eſt ſimilis, ne in Cilicia quidem, aut Syria, aut Phœnice ubi naſcitur, coquere tanti eſt: ita operoſa eius culina traditur. In medicina nullum Plinio uſum habet.

### EX M. VERG. COMM.

NEgauit Plinius Silybi huius eſſe aliquē in medicina uſum: maiore tñ q̄ hic apparatu ad cibos coqui indicauit. Siqdem cū oleo & ſale elixā comedi Dioſ. ait: ille uero ne in Cilicia quidē, aut Syria, aut Phœnice ubi naſcit, coquere tanti eſſe ait: ita opoſa eius culina tradit. Ex quibus rōcinari illud facile eſt, peregrinā Italiæ herbā Silybum eſſe, & diligentiore cura et opera coqui ſolitā. Qui deſcripſerunt eam poſteriores, latiſſimis foliis, & in foliis per extremitates latis ſpinis eam tradunt. Nos in peregrino frutice, quod aliud moneamus, non habemus.

## ¶ De Vomitorio Bulbo. CAP. CLXII.

βάλανος μυρεψική

BVlbus, quem Vomitorium uocant, folia habet lentiora & multo longiora cibario Bulbo, radicem conſimilem, cortice nigro ueſtitā. Vomitiōes concitat, ſi per ſe comedat, aut eius decoctū ebibatur.

## ¶ De unguentaria Glande. CAP. CLXIII.

GLans unguentaria, fructus eſt arboris Myricæ ſimilis, magnitudine Auellanæ nucis, cuius nucleus græcarum nucum more tritus, humorem reddit, quo ad precioſa unguenta pro oleo utuntur. Naſcitur in Aethiopia, Aegypto, Arabia, & Petra oppido Iudææ. Præfert plena, recens, candida, quæ facile delibretur. Ea drachmæ pondere pota lienem abſumit. Cum Erui farina, & aqua mulſa, podagricis illinit. Pſoras leprasq; decocta in aceto, uitiligines & nigras cicatrices cum nitro emendat. Et cum lotio lentigines, uaros & papulas in facie, & cutis uitia tollit. Vomitiones mouet. Aluū cum hydromelite reſoluit. Stomacho aduerſatur. Oleū quod ea exprimitur, aluū potu ciet. Cortex eius magis adſtringit. Verum tuſæ & expreſſæ recrementum abſtergentibus medicamētis adiicitur, quæ aduerſus prurigines, & ſcabricias idonea ſunt.

### BARBARI COROLL.

BAlanus Myrepſica, ſiue ut Plinius, et Aetius appellat, Myrobalanos, hoc eſt, Glans unguētaria, ex arbore fit cui foliū, ut inquit Plinius, Heliotropij: ut Theophraſtus (niſi librarius corrupit) Myrti: ut Dioſcorides, Myricæ, dūtaxat oblongius. Arbor grandis, incorruptaq;, ſed contorta. Vnguentarij corticem glandis eius premūt, odoris gratia. Medici nucleos tundunt, affuſa paulatim calida aqua, etiamſi Theophraſtus inutiles eſſe dixit. Galenus unguētarios uti ſcribit, expreſſæ carnis ſucco, medicis quoq; utilem eſſe, carnē eius pro uomitorio ſumentibus affirmās. Glans ea magnitudine, & aſpectu Cappari, aut nuci potius Auellanæ ſimilis. Lignū robuſtū, uſu præcipue nauali, in Arabia naſcens. Syriaca dicit, & eſt candida. Contra in Thebaide nigra. Præfert illa bonitate olei, quod exprimit, ſed copia Thebaica. Inter hæc Troglody

Hosted by Google

tica uiliſſima eſt. Sunt qui Aethiopicam his præponãt, glandem nigrã, nec pinguem, nucleoq; gracili, ſed liquore, qui exprimitur, odoratiore: naſcentem in campeſtribus. Aegyptiam, cuius & Hippocrates ipſe meminit, pinguiorem eſſe, & craſſiori cortice rubentem, & q̃uis in paluſtribus naſcatur, breuiorẽ, ſiccioremq;. Ediuerſo Arabicam uiridem, ac tenuiorem: & quoniã ſit montana, denſiorem. Longe aũt optimã Petræam, ex oppido quod uocant Petram. Plinius, & alĩ nigro cortice, nucleo candido. Differt a glande unguẽtaria: quæ nux Odorata, ſiue Muſcata uulgo dicitur, incognita ueteribus (ut exiſtimo) de qua in Macher.

EX M. VERG. COMM.

CAppari magnitudine figuraq; unguentariã hanc glandem comparauit Theophraſtus. 4. de plantarũ hiſtoria uolumine: utiq; ea unguentarios, & ipſe teſtatus eſt. Eamq; ob cauſſam Plinius libro. 12. capite. 22. Myrobalanon uocauit, eadem eiuſdem rei ſignificatione cum ſcriptore hoc: qui Myrepſicen Balanon eam inſcripſit, q; ſcilicet unguentis tantũ inſeruiat. Diximus primo uolumine de Palmulis agentes, quod ad Balanos græcamq; Balanorũ uocem pertineret, ideoq; relinquendũ hoc loco quod dictum ſemel eſt, ne totiens idem repetaẽ. Quod pro re ipſa etiã dicendum fuerat, a Barbaro undiq; collectũ in Corollario eius expoſitũ omnibus eſt. Iiſdem eñ uerbis, ut erat in cunctis diligẽs, ex Theophraſto, Plinioq; omnia de unguentaria hac glande reddidit: ſignauitq; diligenter, in quibus antiqui ſcriptores illi in eius hiſtoria diſcrepẽt. Nobis monuiſſe tantũ ſupereſt, augure uateq; aliquo opus eſſe, ut intelligamus, quo nã modo unguẽtaria hæc Glans a priore libro, qui proprius illi inter unguenta aut aromata locus erat, in quartũ, & ad uulgares herbas tranſierit: quod conĩcere hactenus nobis non licuit.

## De Narciſſo. CAP. CLXIIII.

NArciſſum, aliqui Narciſſon Anydron, alĩ Autogenes, alĩ Bulbon emeticon, alĩ Lirion, Romani Bulbum morbitariũ. Sunt & qui ut Lilium, Lirium appellarint. Folia porro ſimilia, tenuia, multo minora, & anguſtiora, caulis uacuus & ſine foliis ſupra dodrantem attollitur. Flos albus in medio, intus croceus, in quibuſdam purpureus, radix intus alba, rotunda, bulboſa, ſemen uelut in tunica, nigrum, longum. Probatiſſimum naſcitur in montibus, ſuaui odore. Cętera porrum imitatur, atq; hærbaceum uirus olet. Radix cocta ſiue eſtur, ſiue bibitur, uomitoria eſt. Ambuſtis igni prodeſt cum exiguo melle trita. Præciſos neruos illitu glutinat. Luxatis maleolis, diuturnisq; articulorum doloribus, trita ex melle & impoſita ſubuenit. Vitia cutis in facie, uitiliginesq; cum ſemine urticæ & aceto emaculat. Cum eruo & melle ulcerum ſordes expurgat. Abſeſſus rumpit concoctioni repugnantes. Infixa corpori extrahit, illita cum loliĩ farina & melle.

## BARBARI COROLL.

NArciſſo, foliũ Albuci, terræ proximũ, ſed latius, ut Lilio pingue, frequens, anguſtũ caule ſine foliis herbaceo. Flos in cacumine, poſt Arcturũ, & circa æquinoctiũ, ac uere, item poſt Lilium, & Violam, Flãmeam uocatã, membrana incluſus ceu uaſculo, ampliuſculus, nigricans, oblongus: qui defluens, ſponte germinet: præſertimq; defixus in terrã, manu ſeritur & radice ampla, rotunda, carnoſa. Caulis, & cum eo flos eruũpit, ut in Croco, anteq; folium: q̃d non anteq; refloreſcat, cernit. Caulis cum flore ſuo emorit. Radix Bulbo aſſimilis, niſi q; non eſt ſquamata. Narciſſus ter florendo, tria ſationũ tempora demonſtrat. In coronamenta flore ueniens, a narce, hoc eſt, torpore dictus, quoniam caput grauet, non ut fabulæ a puero. Plinius duo genera conſtituit. Vnum flore candido, calice purpureo. Alteri cætera eadem tribuit, ſed calicem herbaceum. Omnes inquit ſerotini, poſt arcturum enim florent, ac per æquinoctium autumni. Duo hæc inquit genera medici præcipiũt, quaſi & alia ſint, quæ non recipiant, hoc eſt (ut arbitror) genus illud quod uere, aut æſtate naſcitur: ut ex Theophraſti ſententia prædiximus. Scien dum porro eſt, cum florẽ eius nigrum a Theophraſto dici legimus, non de flore ipſo, quẽ candidum eſſe cõuenit, intelligi, ſed de ſemine: quod & membrana contegi, & nigrũ, ac prælongũ eſſe conſtat, quo in terrã cadente, propagat ſe, atq; ſerit Narciſſum. Eumachus cyrenæus in Rhi

A

B

Theoph. li. 7.

Czotomico, etiã Crotalon & Acacalida Narciſſum uocari tradidit. Nã Crotos in Hippocrate, ad ulcera uetera, & uulnera recentia, pbata, qd aliud ſit q̃ Narciſſus, nõ uideo. Niſi quis Crotũ pro Crotone, hoc eſt, Cici capiat in eo. Iulius Pollux auctor eſt, Theophraſti morẽ fuiſſe, Liriũ pro Narciſſo dicere. Homerũ uero Lirĩ appellatione complecti, florũ omne genus. Narciſſum ab adoleſcente ſuimet amore capto, & in eum florẽ conuerſo, natũ in Boëtia Theſpienſes garriunt, fontẽ Donaca monſtrãtes, ubi ſe ſpeculareť puer ſtultiſſimus: qui umbrã ſuam a ſe neſciret diſtinguere. Coarguit hanc fabulã uetuſtiſſimus poëta Pamphilus, qui Proſerpinã multis annis antequã Narciſſus eſſet, captam a Plutone cecinit, carpentem Narciſſos.

EX M. VERG. COMM.

LIlio congenerẽ Narciſſum antiquiores oẽs faciunt, a Lilio ſtatim continuata hiſtoria de eo agentes. Omniũq; certiſſime Theophraſtus lib. 6. de plantarũ hiſtoria his uerbis inter cætera de eo agens. ὁ δὲ νάρκισσος ἀπὸ τοῦ λείριον, οἱ μὲν γὰρ τοῦτο οἱ δ' ἐκεῖνο καλοῦσιν. Quod eſt. Narciſſus autẽ aut Lirion. Sunt eñ qui hoc, & qui illo noïe appellent. Manifeſto argumẽto, congenerẽ, aut ſimilem ſaltem Lilio Narciſſum eſſe. Ex quo Lirion, qua uoce Lilia uetereſ appellauerũt, & ipſe quondã dici poterat: & ſi ex antiquis græcis teſtati aliquot fuerint, Lirion priuatim Narciſſum indicare. Quemadmodũ Crinon ſolũ Lilium. Addiderũt quidam, etiã ab Homero flores oẽs una Lirĩ appellatione indicari. Quod & Ariſtophanes in Comœdia etiã ſeruaſſe creditur. Sed quemadmodũ nos in ſcriptore hoc, & in aliis obſeruauimus, naga hæc noïa, ſimilitudo, & pene eadẽ natura fecit. Vocariq; ſolitũ Lilium a græcis Lirion, manifeſte hic ſcriptor oſtendit, cũ ait. Quidam etiã quemadmodũ Lilium Liriũ Narciſſum uocãt. Videnturq; Latini una tantũ mutata litera, & ut balbutientes ſolent pueri, pro, r, l, pronũciaſſe: ficq; ex græcorũ Lirio ſuũ Liliũ feciſſe: eodẽ modo quo lepidiſſimus græcorũ comicus in Equitibus ſuis bleſa lingua in concione loquentẽ Alcibiadem finxit, ὁλᾶσ θέωλοσ κεφαλὴν κόλακοσ ἔχει. Cum tñ in eo q̃d intelligi uolebat, ubi, l, litera audiť intelligenda, r, erat, ὁρᾶσ θέωροσ κεφαλὴν κόρακοσ ἔχει. Sed ut rem noſtrã agamus, ꝓ cõpto ſit, congenerẽ Lilio, aut illi penitus ſimilẽ Narciſſum eſſe: & quoniã dolores & torpidas capitis grauitates faciat, a narce, q̃ uoce græci torporẽ indicant, nõ a fabuloſo puero, ut poëtæ finxerũt, Narciſſum græcis dictũ fuiſſe. Teſtes in eo noïe rõnis eius ſunt. Plinius 21. uolumine, capi. 19. & Sympoſĩ ſui. 3. cõmentario, capi. 1. Plutarchus. Cuius obiter de Narciſſo uerba hæc ſunt. καὶ τὸν νάρκισσον ὡσ ἀμβλύνοντα τὰ νεῦρα, καὶ βαρύτητασ ἐμποιοῦντα ναρκώδειισ. διὸ καὶ σοφοκλῆσ αὐτὸν ἀρχαῖον μεγάλων θεῶν τουτέστι τῶν χθονίων στέφανωμα προσηγόρευκε. Quod eſt. Et Narciſſum appellauerunt, quaſi neruos hebetantẽ, & torpidas facientẽ grauitates. Quapropter & Sophocles magnorũ Deorum, id eſt, ſubterraneorũ coronamentũ eum uocauit: q̃ ſcilicet defuncti & morte torpidi, torpido flore merito coronarentur. Anydron uocaſſe quoſdam Narciſſum etiã in Dioſcoride legitur: idq; nos factũ illi nomẽ credimus, q̃ longe ab aquis in montanis floret. Quod etiã illi adiectũ eſt Autogenes, quæ uox a ſeipſo genitũ, uel per ſe naſcens ſignificat rationẽ eam habet, quã Theophraſtus his uerbis indicauit. ὄντοσ δ' ἐκ πίπτων ποιεῖ βλάστον ἀυτόματον, de flore & ſemine dicta ea ſunt, ſignificantq;. Hic autẽ decidens ſponte ſua germinat & naſciť. Etſi idem ſcriptor ſtatim teſtetur, colligi ſemen eius, ſericq; opere humano, nec minus etiã, ut in cæteris Bulbis plantari radicem. Vocari a quibuſdam etiã Vomitorium Bulbum in Dioſcoride audimus: haud ſane, quia idem Vomitorio Bulbo ſit, qui. 2. uolumine deſcriptus eſt, ſed quia Bulboſę radicis, ſimulq; Vomitorius ut ille eſt: quẽ in antiqua medicina habet prę cipuũ uſum. Serebať quondã in hortis ad coronamẽta Narciſſus: nũc montanis locis, in q̃bus naſciť, quærendus eſt, non difficilis inuẽtu, ſi diligentius querať. Toram eñ excæpta caulis altitudine, & calathi ambitu, quæ duo minora, q̃ in Lilio ſunt, Liliorũ ſpeciem referre eum teſtati oẽs ſunt. Et præter id ſerotinus flos (poſt arcturũ enim Auguſto menſe, & ad Autumni æquinoctiũ floret) inter Lilia floreſcq; alios, qui fere oẽs tunc defecerũt, latere nõ poteſt. Habet & alias in ſcriptore hoc notas, q̃bus deprehendi poſſit: Folia porracea: quæ Plinius in radice eſſe illi ait, minora tñ & anguſtiora: Concauũ caulem, & ſine foliis dodrantali altitudine: Poſtremoq; florem candidũ, in medio croceũ: & quod alteri eius generi competat, neceſſe eſt, in aliquibus purpureũ. In qua deſcriptione, niſi in cunctis græcis, q̃s hactenus uidere licuit, uitiũ ſit, ratiocinari oportet, duplicem eſſe Narciſſum. Quod Plinius ſane manifeſte indicat duobus locis. Primum. 21. uolumine. capite. 5. in Liliorũ hiſtoria, dicens. Narciſſum uocant, huius alterũ genus candido flore, calice purpureo. Mox eiuſdem libri, capite. 19. Narciſſi duo genera in uſu medici recipiunt. Vnũ purpureo flore: & alterũ herbaceum. Non leui, ut uidetur in docendis his uarietate. Siquidẽ in priore illa deſcriptione, alterũ Narciſſum flore candido, & calice purpureo: in poſteriore alterum purpureo flore, alterum uero herbaceum eſſe dixit. Theophraſtus quod

Hosted by Google

hactenus in eo obseruauerim, cum sæpius Narcissi meminerit, nulla huiuscemodi generum di A
uisione usus est: semperq; tanq; unus Narcissus sit de eo docet, nunc folia, nunc florendi tẽpus,
nunc caulem describens: a quo credimus Plinium alterum genus herbaceum uocasse. Siquidẽ
in eius historia inter cætera auditur, τὸν δὲ καυλὸν ἄφυλλον μὲν ποώδη δέ. Quod est. Caulem quidẽ
sine foliis, uerumtamen herbaceum. Ex quo potuit Plinius non a flore herbaceum alterum id
genus appellare. Non ideo tamen non recipiendum duplicem Narcissum esse. Hoc enim a
Dioscoride Plinioq; & ab aliis traditur. Sed quę eorum discrimina in flore docentur, non satis
& in scriptore hoc & in Plinio certa sunt. Cętera quidem, ut ex Theophrasto patet, eandem ha
bent historiæ ueritatem. Ille enim. 6. de plantarum historia Narcissum his uerbis descripsit. Nar
cissus uero, aut Lirium (sunt enim qui hoc, & qui illo nomine appellent) folium Asphodeli fi
gura terræ proximum habet: latius tamen q; Asphodeli, & quasi liliaceum. Caulem nudum q
dem foliis, uerumtamen herbaceum: in sumo cuius flos est. Semen ueluti in uasculo membra
na quadam clausum, grande, nigrum, & figura oblongum. Id decidens sponte sua germinat.
Verumtamen id colligentes, etiam in terra depangunt. Serunt & radicem, quã rotundam, car
nosam & grandem habet. Serotinus flos est. Post arcturum enim & circa æquinoctium floret.
Idem eodem libro in foliorum disciplina ait, Narcissum angusto, numeroso, & pingui folio es
se. Nec multo post de caulibus plantarũ agens ait. Mirabile aũt in cũctis quod in Scylla & Nar
cisso accidit. In aliis enim & quę a principio cõserunt, et per se regerminant, uere folia primum
prodeunt, dein caulis: in his autem, id est, Scylla & Narcisso caulis præcedit, & in Narcisso flo
ris tantum caulis. Post quę cum longius descripsisset Scyllæ caulis & floris ortum, subiecit. Cũ
autem caulis hic consenuerit, tunc post aliquot dies folia prodeunt. Similiterq; & in Narcisso
fit, πλὴν ὅυτε καυλὸν ἕτερον ἔχει παρὰ τὸν τοῦ ἄνθους ὥσπερ ἐίπομεν. ὅυτε καρπὸν φανερὸν ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ
ἄνθος ἅμα τῷ καυλῷ καταρ'θίνει καὶ ὅταν ἀναυθῇ τότε τὰ φύλλα ἀνατέλλει, id est, Verumtamẽ nullũ ali
um caulem prętereq; floris causa prolatum, ut prędemonstrauimus, Narcissus habet. Manifestum
itidem non habet semen. Flos autem ipse una cum caule aresçit, & cum aruerit, tunc folia emer
gunt. Præterea florere prius Scyllã, postea uero Narcissum, idem paulopost testatur scriptor.
Noscq; tam multa ex eo collegimus, ut facilius & certius deprehendi possit tanti nominis in an- B
tiquorum cotonamentis flos. Quæ enim Plinius diuersis locis de eo tradidit, ex Theophrasto
quidem deflexa sunt: sed tanta breuitate ab eo tractata, ut obscuriora legentibus aliquãdo sint:
& ut respondere sibi inuicem Theophrastus & Dioscorides uideantur. Cuncta enim de foliis, cauli
bus, & semine ambobus eadem sunt. Floris color, & coloris discrimen in Theophrasto tantum
desyderatur: idq; obseruasse & discreuisse legentes oportet: præsertimq; quod hic croceũ & pur
pureum in medio describit: quod Plinius florem appellat, non satis certo intellectu, totum ne
florem sic uocet, an quę crocata in eo sunt & purpurea, ut hic manifeste docet. Potest enim utra
q; pars flos dici: quemadmodum in Viola nigra de duplicis floris ex disciplina Theophrasti flo
ribus diximus. Nos in Apenninis montibus his nostris, frequentem uidimus florem Augusto
& Septembri mensibus florentẽ, figura Liliũ, dodrãtali altitudine: foliis qualia in Narcisso hoc
describuntur: singulari caule, ijsdemq; aliis omnibus, excepto colore, qui nec cãdidus, nec pur
pureus ut Plinius docet sit, sed inter candidum & luteum colorem nullius, aut exigui odoris.
Vidimus & in mitioribus collibus natum, sed non tam speciosum, & magis albicantem: diuq;
credidimus Narcissum eum esse: neq; ab opinione ea longius adhuc discedimus. Inclinat em
animus, potuisse antiquis uagum Narcissi nomen esse: & ut in plantarum disciplina sæpe alias
testati sumus, congeneribus, similibusq; multis cõmunem eam appellationem fuisse. Tantũq;
abest, ut constituamus luteo colore Narcissum esse: ut inueniendum hunc florem legentibus re
linquamus, q candido colore sit, croceis intus staminibus, & in aliquibus purpureis: quod unũ
in colore eius a Dioscoride discrimen tradit. Nobis enim hactenus uidere non licuit candidos Lilio
rum figura flores, capillamentis, aut staminibus intus purpureis. Relinquimus etiam peritio
ribus cogitandum, probauerit ne hic scriptor Narcissum simpliciter montanis locis nascẽtem,
ut a satiuo & hortensi secerneret: an desyderari ultra aliqd possit, quale scilicet Plinius ait pro
batissimum nasci in Lyciæ montibus: in quam partem propensiores trahimur. Superlatiuum
enim illud κάλλιστον, certiores sibi nescio quomodo natales locos exigere uidetur: & prępositi
uus ille articulus eodem sensu rem etiam indicare credi potest. Suspicio tamen hæc sit, non de
cretũ. Qualis etiã est in uerbo πρασίζει, quod statim sequitur, significet ne uiresçere, & herba
ceo colore esse: an potius a Porro uerbum factum fuerit, significetq; Porri odore sentiri. Quod
tamen nullibi inuentum in antiquis a nobis est. Quæ omnia diligentius obseruanda & consti
tuenda aliis relinquuntur.



Hosted by Google

C

## ¶ De Hippophäe. CAP. CLXV.

ἱπποφαὶς

Hippophäes, alij Hippophyes, alij Hippophanes, alij Hippion, alij Echinion, alij Pelecinō, Romani Lappaginem uocāt, quo fullones uestes interpolant. In sabulosis maritimisq; nascitur, surculaceo frutice, denso & largo, folijs Oleę, longioribus, mollioribusq;: inter quæ candicantes spinæ emicant, siccæ, angulosæ, interstitio quodam distantes. Flores Hederæ corymbis similes, racematim cohærent, minusculi tamen, & molles, candidi, ex parte rubescentes. Radix lacteo succo madet, crassa, mollis, amara gustanti, ex qua perinde ac Thapsia succus eximitur: qui cum Erui farina subactus siccatur, & ad usum reconditur. Pituitas, bilēq; detrahit oboli pondere cum mulso & quatuor obolis Erui farinæ. Frutex cum radicibus siccatus tunditur, & cum aquæ mulsæ dimidia hemina tritus datur. Radice liquamentum depromitur, uti in Thapsia. Huius in purgationibus modus est drachma.

### BARBARI COROLL.

Hippophäes, siue Hippophyes, & Hippopheon Hippocrati. Galenus hanc & Gnaphon, & Stybon, & Styben quoq; dici putat. Nomen uidetur accepisse, quoniam forte accommodata sit equorum naturæ: quemadmodum & ea, quæ Hippophæston uocatur, post hanc dicenda. Sunt em̄ unius fere generis, in binas diuisi species. Vtrūq; nostri Lappaginem (ut arbitror) appellauere. Similis inq̄t Plinius Anagallidi Lappago uideret̄, nisi esset ramosior, pluribus folijs, graui odore. Quæ talis est, Mollugo dicitur, quæ uero asperioribus folijs, Asperugo. Neruorū q̄dē causis utilem Hippophæston Diosco. affirmat. Plinius Lappaginē, quę dicatur Mollugo. Vnde colligunt nonnulli eandem esse Hippophæston, & Molluginem.

D

### EX M. VERG. COMM.

Sciendum primo est, spinosum fruticem esse Hippophäes: neq; a Diosc. tantum hoc habitu describi, uerum a Theophrasto, Plinioq; etiam: quorum alter spinis albis esse dixit, alter ἀνάκανθαν τοῖς φύλλοις descripsit, id est, nullas habere in folijs, sed ut hic ait, inter folia spinas: quales ab eodem plures aliæ numerantur. Idq; in eius historia tam manifeste patet, ut nihil de spinis dubitandum sit. Mox ope spinarum quas habet, ad usum uestium translatum a ueteribus fuisse: nec aliud significare Diosc. cum ait, ὡ γνάφουσι τὰ ἱμάτια, id est, ut nos uertimus, quo uestes uellicando poliunt. Id enim est γνάπτειν, & ut Athenienses dicere consueuerant κνάπτειν, id est, καταξαίνειν, quod uellicando expolire significat. Quę autem uestium expolitio hæc spinis facta esset, facillimam habet coniecturam: eandem. s. aut illi similem, quam carduis, aut hamis ferreis ætas nostra in nouis & obsoletis uestibus quęrit, iacentem, aut longo usu attritum pilum erigēs: & si in textura flocci, festucæue, aut alterius coloris aliquid inheserit, ope spinarum illarum extrahēs. Eamq; ob causam Galenus Hippophäes hoc Gnaphon etiam uocat: Græcorumq; grammatici eam exponentes uocem, dicunt κνάφοι ἀκάνθαι, ἅις κνάμπτεται τὰ ἱμάτια, id est, Cnaphæ spinę sunt, quibus expoliuntur uestes: quasi non sola hęc spina eum quondam haberet usum, sed plures honoris eius prærogatiua gauderent. Sic etiam κναμπτόμενα ξαινόμενα dixerunt, id est, quæ uellicantur. Galenus tamen, ut diximus, priuatim Hippophäes hoc Gnaphō appellauit. Quę causa etiam fuit, ut quemadmodum in Diosc. nunc legitur, Romani Lappaginem id dicerent. Nec aliud significasse nobis Plinius uidetur, cum ait lib. 27. cap. 10. Hippophæston nascitur in spinis, ex quibus fiunt æneæ fulloniæ. Aeneas enim, ut credimus, uocauit ad eūdem usum æneum instrumentum aliquod hamatum, forficulatumue: quod primo ex ære factum, nomen in spinis postea seruauerit: auditoq; ænearum nomine, instrumentum, additis deinde fullonijs materia & usus intelligeretur. Credimus fore, ut uideantur aliquibus nostra hæc duriora, præsertim cum fulloniam, & fullones receperint iampridem in latina re omnes ꝓ his q̄ uestes purgant: & lotura, aut infectione candorem illis, aliumue aliquem colorem acquirunt. Quod nos non negamus: neq; his quæ nos ꝓ Hippophäe hoc dicimus aduersantur, quę illi de fullonibus dicunt. Potest enim utrumq; ab ijsdem tractari: nec repugnat, posse eum qui uestes lauet, aut in

Hosted by Google

friciat, eadem qua diximus ratione expolire. Nos enim antiquæ uocis rationem & ueterum au A
ctoritatem secuti, quales κναφεῖσ quondam fuerint, & quæ uerbi κνάφειν significatio sit, demon-
strauimus: quæ nulla alia est cẽ, ut græce loquamur, τοῦ ἀποξύειν καὶ ἀποξαίνειν, id est, deradendo
expolire uellicareq; & si id patiuntur gramatici, expilare. Nasci fruticem hunc Plinius ait sabu
losis, maritimisq; locis, scriptorem hunc secutus. Theophrastus sabuloso quidem, sed tenui so
lo: q̃ ter ea quę pauloante ab eo accepta diximus, quærendas cognoscendasq; facile notas has
illi tribuit. μονόῤῥιζον δὲ ἱπποφαὲς ἐπίγειον καὶ χαμαίκαυλον, βλαστάνει δὲ καὶ ἀνθεῖ τοῦ θέρους καὶ διαμένει
τὸ φύλλον χλωρὸν ἄχρι πλειάδος. χαίρει ὐφάμμοισ καὶ λεπτογείοισ χωρίοισ. λέγεται δὲ ὥσ ἐν τοῖσ ἐργασίμοισ
ἀυλαῖσ φύεσθαι καὶ ταῦτα περὶ τὰ ἄστη καὶ ἐν ἐυκλείοισ τόποισ φυομένη. Quorum sensus est. Singulari ra-
dice nititur in terra Hippophaes: terrestre est, & caules per terram spargit: per æstatẽ germinat
& floret: permanetq; uiridi folio usq; ad pleiadem autumni. Sabulosum & tenue solum amat:
dicituręq; locis cultis nasci nolle, cum tamen circa oppida & apricis locis nascatur. Hæ Hippo-
phaïs notæ a Theophrasto numerantur: quæ ideo a nobis repetitæ sunt, ut pluribus ueluti te-
stibus deprehendi latens frutex possit, & cuius non satis certa nominis origo est. Plinius cõpo-
situm ab equo nomen opinatus, ait. Debent (de Hippophaë & Hippophæsto sermo illi est) ac-
comodatæ esse equorũ naturæ, neq; ex aliis causis nomen accepisse. Quippe quędam animali
um remediis nascuntur, locupleti diuinitate ad gerenda remedia. &c. Quod si recipiatur, po-
terunt eandem cætera quę pariter composita in græcis fuerint habere rationem.

## ¶ De Hippophæsto. CAP. CLXVI.

HIppophæston, id quod aliqui Hippophaës appellant, nascitur ἱπποφαὲσ
eisdem locis quibus Hippophaës, estq; spinæ fulloniæ genus, ἱπποφαὶσ
humilis herba, sine cauliculo, sine flore, inanibus tantum capitulis, foliis
paruis, spinosis, radiculas habens albas, molles, crassas. Succus radice et
foliis exprimitur, & exiccatur. Datus cui uoles tribus obolis in aqua
mulsa, aquam pituitasq; detrahit. Priuatim comitialibus morbis, neruo B
rum uitiis, & orthopnœę conuenit huiusce modi purgatio.

### BARBARI COROLL.

HIppophæston, hæc uidetur quam Plinius Hippophyes, Theophrastum sequutus appel- Plí.li.27. ca.8.
lauit, tributam ei proprietatem scribendo, q; fructum spinosum habeat. Nascitur in spinis, ex lib.22.cap.12.
quibus fiunt æneæ, ut idem inquit, fulloniæ, capitulis inanibus, foliis multis herbacei coloris,
radiculis candidis, quarum succus exprimitur æstate. Idem Plinius sextodecimo uolumine,
hanc non Hippophyes, sed plane, ut Dioscorides, Hippophæston nominat, inter herbas quæ
fructicibus aliis circumuoluunt sese: quod notatur inquit, & in spina fullonia Hippophæsto,
caliculis inanibus, foliis paruis, radice alba, cuius succus ad detractiões in comitiali morbo uti
lissimus habetur. Qui locus in Plinio, deprauate legebatur ante nos, ita ut ne intelligi quidem
posset a peritis. Paulus nõ Hippophęston per, i, sed Hypophęstõ p, y, scribendum putauit.

MIscuerunt in græcis & in latinis aliq̃t, quod p̃monstratũ mõ est Hippophaës, & q̃d nunc VERG.
tractamus Hippophæston, nominis similitudine decepti. Persuasisseq; id eis uident ĩdẽ
amborum natales, & in artibus usus. Vtraq; em̃ fullonia spina, eadẽq; in morbis utriusq; plura
remedia sunt. Verũtñ seorsum a peritioribus actũ de utraq; est. Neq; em̃ oĩa penitus eadẽ utriq;
in historia & medicina sunt. Quinetiã Paulus Aegin. li. 6. cũ de Hippophaë primũ egisset, non
multo post de Hippophęsto agit. Nec ut Hippophaës cõposito a uoce hippo nomie scribit, sed
a p̃positione ὑπὸ Hyopophæstõ. Quã rationẽ secutus etiã lib. 27. ca. 8, Plinius est: quãuis antea
lib. 22. cap. 12. & hãc, & Hippophaes dixisset, debere equoq; naturæ accõmodatas esse. Nos ut il
lius, sic etiã huius nominis rationẽ ignoramus. Oportet tñ & hanc aculeatã intelligere: ex q̃ hic
ait, & hanc fullonię spinę genus esse. Ratiocinariq; facile erit, ut supiore capite p̃monstrauimus,
omnes q̃bus possent uestes qua ratione diximus expoliri, cõsueuisse ueteres κνάφους, & κναφικὲσ
ἀκάνθασ, id est, fullonias spinas appellare: & ex earum censu hanc etiam esse, quæ non difficilis in
uentu erit, tam certis notis ab hoc scriptore describitur.

## ¶ De Ricino. CAP. CLXVII.

CIci, aut Croton aliqui Sesamon sylueſtre uocant, alĩ Seseli Cy- κίκι κρότων
prion, alĩ Crotona. Aegyptĩ Sistamna, aliqui Trixin, Magi σήσαμον ἄγριον

Ricinus. a maiori Cicis Kerba. ab o Ricinis ratapuria maior.

Sanguinem febris, Latini Ricinum, alij Lupam. Id nomen accepit, a Ricini animalis similitudine. Arbor prouenit paruæ Ficus altitudine, folio Platani, maiore, læuiore & nigriore, ramis caudicibusq; cauis in arundinis morem. Semine in uuis asperis, quod corticibus exutum, Ricinū animal representat: ex quo oleum nomine Ricinum exprimitur, cibis fœdum, lucernis emplastrisq; utile. Grana triginta numero purgata, potu pituitas, bilem, aquamq; per aluum extrahunt. Vomitiones mouēt. Sed iniucūda admodum est, & molesta purgatio. Siquidem stomachū uehementer subuertit. Tusa & imposita, uitia cutis in facie, uarosq; expurgat. Folia cum polenta trita, inflammationes oculorum tumoresq; leniunt. Turgentes mammas cohibent. Eadem ex aceto illita, ignes sacros restingunt.

## BARBARI COROLL.

Plí. li. 23. ca. 5 lib. 15. ca. 7.

CIci ab ea differt quæ Cucí a Plinio, & Cuciphoron a Theophrasto dicit. Cuci folio & caudice in Aegypto Palmæ similis: quando & eius foliis utuntur ad textilia. Differt, q̄ Palma indiuidua est, At hæc cum adolescit, in brachia ramorum spargitur: quæ pari modo & ipsa finduntur, uirgis breuibus, neq; multis. Pomo rotunditas, quæ manum impleat, colos fuluus, commendabili succo, ex austero & dulci, nec congesto ut Palmulæ, sed discreto: lignum intus grandis, firmeq; duricie: ex quo stragulares annulos detornant, ut Theophrastus inquit: aut uda res, ut Plinius. In eo nucleus dulcis dum recens est. Siccatus durescit ad infinitum, ut mandi nō possit, nisi pluribus diebus aqua maceratus. Materies nō ut Palmę rara, neruosa, uirens: sed spissa, carnosa, grauis, dura, crispioris elegantię. Et ob id in magno honore Persis, ususcq; ad lectipedes. Hāc a Theophrasto & Persis textilē uocari. Thebaica p̄fectura copiosam, si q arbitrant, coniecturam potius, q̄ rationem sequuntur. At Cici arbor, quam Herodotus Sillocypriū uocauit, Ricinus a nostris dicitur, ut ipsum quoq; animal, canibus præcipue infestum, q̄d & Cynorraista græce dicit, & Croton: quam q̄ Theodorus Crotonas rediuos cōuertit, non ricinos. Ferunt etiamnū hodie, ut ex Didymo Zenotele accepimus, q nobis a secretis est, & Anagnostes, uernaculo uocabulo Rhaistas canum uocant. Dicunt & Cynomyę, a quibusdā. Sed & ouibus molestos esse Ricinos testis est Cato. Vulgus ipsū eos græco nomine appellat Cica, Galenus Cica dici uult etiam bestiolas quę frumenti tū corrodūt, quarū cœtus Cion dicatur. Is uermis etiam Cis uocatur: ut infra quoq; dicimus. Hippocrates hanc arborē uidetur intellexisse, cū Crotoñ deos radicem in medicinas quasdam adhiberi commonet. Aliqui non solum Cici, sed Ciceam quoq; nominant. Ab hac arbore conficta iurium uocabula, Cicilendrum, & Cecimandrum, in Plautina fabula, si dixerim, diuinare potius q̄ docere uidear.

Herod. i Eut. libro. 2.

*

## EX M. VERG. COMM.

COpiosus in Aegypto quondam nasci Ricinus hic dicebatur. Idq; uerisimile est: quoniam luminum necessitas, sine quibus uitæ nullus est per tenebras usus, faciendis lucernarum funiculis, & oleo aptum deficiente alio omni, optabilem genti illi fruticem fecerat. Etsi Plinius lib. 23. cap. 5. testetur Elychnia qdem ex eo fieri claritatis præcipuę, ex oleo tamen propter nimiam pinguitudinem lumen obscurum. Nec aliud hic idem scriptor primo uolumine significauit, dicēs Aegyptios multum indigere, & copiose uti Ricinino oleo. Cogebātur enim quod comicus ait, si non possent quod uellent, id uelle quod possent. Plinius. 15. uolumine, capite. 7. altitudine Oleæ in Aegypto & Hispania prouenire ait, caule ferulaceo, folio uitium, semine uuarum gracilium pallidarumq;, quas hic βότρυς τραχεῖς dixit, id est, racemos asperos. Theophrastus duobus locis, primo de historia, mox secundo de causis plātarum nihil æque in eo admiratus est, q̄ ut ille ait, foliorum ἀνομοιότητα καὶ μεταχηματισμόν, id est, inæqualitatem, siue dissimilitudinē & trāsformationem. Numerauitq; prisnum inter ea quorum folia diuersis temporibus diuersa figura uidentur: uerbi causa, a principio rotunda, mox cum creuerint angulosa, aut ediuerso: qualia ostendunt Hedera, Populus alba, & Ricinus hic. Suntq; de eo scriptoris eius hæc uerba. τὰ δὲ φύλλα τῶν μὲν ἄλλων διένδρων ὅμοια πάντων ἑαυτὰ ἑαυτοῖσ. τῆσ δὲ λύκκησ καὶ τοῦ κιττοῦ καὶ τοῦ καλουμένου κρότωνοσ ἀνόμοια, καὶ ἑτεροχήμονα, τὰ μὲν γὰρ νέα περιφερῆ τὰ δὲ παλαιότερα γωνοειδῆ. καὶ ἐπ τούτου ἡ μετάστασισ πάντων. Rursusq;. ὁ δὲ τὸ φύλλον μεταχηματισμὸσ καὶ ἑτέρων κοινόσ, ἐπὶ καὶ τὰ τοῦ κρότωνοσ πε-

dicitur theophrasti

ρθρῳ φυλλωνᾳ τὴν ἀρχὴν ὕστερον ἀπογωνιοῦ ται καθάπερ ἀναδιαρθρούμενα. Quorum ſenſus eſt. Aliarum uero omnium arborum folia ipſa ſibiipſis ſimilia ſunt: Populi uero albæ, Hederæ, & eius quẽ uocant Ricinum diſſimilia, & alterius figuræ. Noua enim & a principio circinata: adultiora deinde anguloſa. Et omnium mutatio talis eſt. &c. Rurſus. Foliorum uero transformatio & aliis cõmunis eſt: quoniam eius qui Ricinus nominatur, a principio naſcentia folia circinata ſunt: tẽpore deinde anguloſa fiunt: quaſi dearticulentur. Quam rationem ex Theophraſto à cæteris relictam addere placuit: ut hac nota etiam deprehẽdi Ricinus poſſit. Etſi uulgaris iampridem hic frutex ſit, ſeraturq; paſſim in hortis ad ſpectaculum. Neq; enim ætate hac noſtra alium, quem ſciamus in medicina, aut reliqua uita uſum habet. Vocatq; Ethruria Phaſelum Romanum. Diximus de eo etiam in Ricinino oleo: eamq; ob cauſam non erimus in deſcriptione eius longiores. Id tm̃ teſtamur, uera eſſe quæ hic ait, Vomitiones ciere, & per inferna laborioſa purgatiõe purgare. Scimus enim pueros aliquando deuoratis incaute ſeminibus eius aliquot, integram cum ſua nocte diem paulominus q; ad mortem eo cibo periclitatos. A

## De Tithymalorum generibus. CAP. CLXVIII.

Tithymali genera ſeptem, quorum maſculus Characias appellatur, ab aliquibus Cometes, aut Amygdaloides, uel Cobios. Alter Myrthites, qui fœmina exiſtimatur, eũq; Myrſynitem, aut Carty itẽ uocant. Tertius Paralius, quem Tithymalida appellarunt. Alius Heliooſcopius. Quintus Cyparyſſias. Sextus Dẽdrodes. Septimus Platyphyllos dicitur. tithymalg. herba lactaria. B

### BARBARI COROLLE.

Tithymalum, & Tithymalus penultima producta, Meconion a quibuſdam uocatur. Noſtri Lactucam appellant caprinam, marinamq;. Aliqui Lactariam, quia & Græci Galactida nuncupare ſoleant. Lacte Tithymali inſcripto corpore, cum inaruerit, ſi cinis inſpergatur, narrant apparere literas: & ita quidam adulteras alloqui maluere, q; codicillis. Vſus iam & in caſtra, & obſeſſas urbes tranſit. Pli. li. 26. ca. 10 lib. 20. ca. 19. et 26. cap. 8.

## De Characia appellato. CAP. CLXIX.

Characiæ caules ſupra cubiti altitudinem attolluntur, rubri. Lacteo ſucco, atq; acri madent. Foliis Oleę circum ramos, anguſtioribus & longioribus, radice dura, lignoſa. Pendet in cacuminibus caulium coma iunci, & calyculati folliculi, aliquantum cani. In quibus ſemen continetur. Naſcitur in aſperis & montibus. Succus aluum purgat. Trahit pituitam bilemq;, binis obolis in poſca ſumptis. Et cum aqua muſſa nomitiones mouet. Appetente uindemiarum tempore, ſuccus congeſtis ramulis, mox deciſis, & uaſe recluſis excipitur. Aliqui adiiciunt farinam Erui, & in paſtillos digerunt, qui Erui magnitudinem impleant. Alii in aridas ficos ternas, quaternaſue guttas inſtillant, ut cũ his inareſcant. Quas ad uſus recondunt. Per ſe etiã tuſus in pila, & in paſtillos cõactus reponitur. Porro cum extrahitur lac, neq; quo uentus aſpiret ſtare quenq;, neq; manus oculis admouere conuenit, ſed ante eius collectionem, corpus, preſertim, faciem, collum, ſcrotumq; genitalis, adipe, aut oleo cum uino perungere. Fauces autem exaſperat. Quapropter catapocia, cæra, aut decocto melle oblini par eſt, & hoc modo dari. Binas tamen, ternaſue ficos, purgationis gratia ſumpſiſſe ſatis eſt. Recens lac ex oleo, peruncto in ſole capillos euellit. Renaſcenteſq; flauos χαρακίας



Hosted by Google

C & exiles efficit. Denicq; omnes deſtruit. Dentium cauernis incluſum, leuat dolores. Sed cæra dentes oblinendi, ne ſuo delapſu, fauces & linguam uitiet. Tollit illitu impetigines, formicantes uerrucas, penſiles, & quæ Thymi florem repreſentant. Valet aduerſus pterygia, carbunculos, phagedænas ulcerũ, gangrænas, fiſtulaſq;. Legitur ſemen autumno, & ſiccatum ſole leuiter tunditur, feruefactumq; loco mundo reponitur. Folia item ſiccantur. Semen & folia lactei ſucci effectum præbent, dimidio acetabulo pota. Sunt qui cõdiant admiſto cum lacte lepidio, & caſeo contuſo. Radix drachmæ pondere in hydromelite pota, per inferna trahit. Decocta cum aceto, dentium dolori auxiliatur, colluto ore.

BARBARI COROLL.

CHaracias ramos habet digitali craſſitudine quinq;, aut ſex. Semen legitur autumno cum coma, ſuccus incipiente pomorum lanugine. Tam feruentis hoc naturæ, ut per ſe extra corpori impoſitum, puſtulas ignium modo faciat, & pro cauſtico in uſu ſit. Naſcitur & in maritimis. Alia omnino eſt Characias, quam uulgaris ſermo Charanciam appellat: quoniã ſepti modo, in hortis feneſtriſq; per cancellos, opere topiario digeritur. De qua ne uerbũ quidem apud ueteres habitum inuenio, Balſaminam Ligures Padani uocant, Hieroſolymitanum pomũ Ethruria, folio uitis minore, pampinis item uitiũ, turbinato utrinq; fructu, uiſcẽda cute, carnoſa, uerrucoſaq; per uerſus: cucumeris puſilli, & Bucini marini quadam ſimilitudine, malo uerius ac tubere, q; grandi bacca, aut folliculo puniceus, maturo colore, ſanguineo quoq; ſucco. Inanitas confracto. Semina intus aliquot lenticulæ figura continet rubentia, ex quibus oleum exprimitur, ad uulnera præcipuum.

D

## De Fœmina. CAP. CLXX.

FOemina quam Myrſiniten, aut Caryiten uocarunt, ſimilis ſuapte natura Daphnoidi. Foliis Myrti, ſed maioribus, in cacumine acutis, & pungentibus. Ramulos ab radice mittit dodrantales. Fructũ fert poſt annum nuci ſimilem, mordaci guſtu. Naſcitur in aſperis. Succus, radix, ſemen, folia, conſimilem antedicto ſortiuntur facultatem. Sed ad citandas uomitiones inualidior eſt.

BARBARI COROLL.

TIthymalus Myrſinites, a Theodoro Myrtaria cõuertitur, mollioribus foliis q; Myrti. Colliguntur comæ huius hordeo craſſeſcente. Fructus demetitur cum meſſium maturitate. Hic nõ pariter matureſcit, ſed pars ſequenti anno, & nux uocatur. Inde cognomen dedere Græci Caryitin. Eſt ubi Theophraſtus Clematiam, hoc eſt, Sarmentulam uocarit, foliis humi ſparſam, palmi longitudine. Niſi quis corruptum locum putet, legendumq; non Clematiam, ſed Caryitiam cenſeat.

## De Paralio. CAP. CLXXI.

ALliud Tithymali genus dicitur Paralios, quem Tithymalida, aut Mechona aliqui appellauere. Naſcitur in maritimis, ramis rubentibus, palmum altis, quinis, ſeniſue a radice exeuntibus. Foliis lini, anguſtis, paruis, oblongis, in uerſus quoſdam digeſtis, capite in cacumine orbiculato. In quo ſemen ut Eruum, uario colore emicat. Flos albus. Frutex totus cũ radice lacteo ſucco turget. Similes ad uſus recõdit.

BARBARI COROLL.

TIthymalus Paralios, a Theophraſto Coccos appellatur, folio rotundo, ſemine candido, quo uua incipiente ſtringitur.

Hosted by Google

## ¶ De Helioscopio. CAP CLXXII.

A

ALiud genus Helioscopius dicitur, folijs Portulacæ, rotundioribus, ramulis prodeuntibus a radice, quatuor aut quinq; rubentibus, dodrãtali altitudine, tenuibus, lactis copiosi plenis, capite Anethi, semine in capitulis incluso. Helioscopij nomen accæpit, quoniam comas cum sole circumagat. Circa oppida nascitur, potissimum in ruderibus. Colligitur succus, semenq; ut aliorum. Eædem quę superioribus uires, non tamen usqueadeo ualidæ.

ἡλιοσκόπιος

hanc thitimalli speciem vidi circa oppidum detor delaguna in ruderibus vinearum. ꝛ alijs multis in locis.

BARBARI COROLL.

Tithymalum Helioscopium, semine albo; columbis gratissimo: quod colligitur nigrescente uua. Nomen accæpit, quoniam capita cum sole circumagit.

## ¶ De Cyparyssia. CAP. CLXXIII.

CYPARYSSIAS in caulem exit dodrantalem, uel maiorem, subrubrum, ex quo folia Piceæ similitudine exoriuntur, molliora tamen, & tenuiora. Et in totum nascentem Piceam æmulatur. Vnde nomen traxit. Candido succo madet. Cui eadem uis quæ superioribus.

κυπαρυσίας

BARBARI COROLL.

Tithymalus Ciparyssias, caule gemino, aut triplici. Nascitur in campestribus.

## ¶ De Petræo Tithymalo. CAP. CLXXIIII.

GENVS TITHYMALI in petris nascens, Dendroides cognominant, in cacumine largam spargens comam, succo lacteo prægnans, cauliculis rubentibus, folijs Myrti tenuioris, fructu Characiæ. Eiusdem effectus cuius superiores, similique modo reconditur.

B

BARBRAI COROLL.

Tithymalus Dendroides, aliqui Leptophyllon cognominant, maxime cauliculis rubentibus, & semine copiosissimum.

## ¶ De Platyphyllo. CAP. CLXXV.

PLATYPHYLLOS Verbasco similis est. Radix, succus & folia per inferna trahunt aquas. Pisces necat, tusus & aquæ insparsus. Reliqua Tithymalorum genera, quæ supra scribuntur, eadem efficiunt.

πλατύφυλλος

suspicatur anti nig musa hunc thitimalum semen parere quod vulgo nux vomica dicitur ꝛ ultra nota quod maior alsebra mesue seu esula maior quod est mezeheregi a viceme utraque idem est cum thitimalo platiphilo qui tusus in aqua pisces necat ꝛ hec meo videri

BARBARI COROLL.

Tithymalum Platyphyllon alij Corymbiten, alij Amygdaliten a similitudine appellant: nec ullius longiora sunt folia.

EX M. VERG. COMM.

SAtis uno uersiculo, & in eo una tantũ uoce in Theriacis suis monuit Nicander, quod commune Tithymalis omnibus esset, & unde potuerint posteriores latini nomen illis apte & feliciter facere. Is autem est. σάμψυκον κύτισόν τε καὶ εὐγλαγίας θυμαλίδας. Id est. Sampsucum, Cytisumq;, & copioso lacte plenas Tithymalidas. γλάγος enim eius gentis poetæ lac aliquando appellant. Eamq; rationem secuti ueteres Romani, Lactariam herbam communi appellatione, ob commune omnibus lac, uniuersum hoc genus uocauerunt. Mox, ut plerunq; in his fit, qui parum didicerunt, quantopere undiq; communia esse oporteat quibus constituendum genus aliquod est, uidentes aliqui non aliter q̃ ex Lactuca secta Tithymalis lac fluere, Lactucam uocare incæperunt: cum tamen nullius Tithymali folium ad eius similitudinem accedat. Licetq;



Hosted by Google

C Lactuca a lacte, quod fecto eius caule defluit, nomen inuenerit, non ideo tamen hac una in re tantum illi ſimiles plantæ aliæ eodem illi nomine indicandæ fuerant. Nullus enim audita Lactuca, non foliorum eius ſimilitudinem quæret: quæ inueniri in Tithymalo aliqua non poterit. Nec refert, addiderit ne illi quiſpiam ex re aliqua diſcrimen, caprinamq; , aut marinã uocauerit. Semper enim audito Lactucæ nomine, ſimilem foliis illi herbam aliquis cogitabit. Idq; ſentiens Celſus libro. 5. capite. 7. cum Lactucam marinã appellaſſet, adiecit ſtatim, quæ Tithymalos a Græcis nominatur. Intelligebat enim q̃ late pateret Lactucæ nomen, & quatenus fallere quærentes Tithymalum id nomen poſſet. Multa enim ad mare naſcuntur: nec ſi Lactuca etiam uocari Tithymalus poſſit, totum genus ea uox indicabit. Quæ enim a Græcis Paralios nominatur, ſola ad mare naſcitur, & ſola uere marina dici poteſt. Cæteræ enim montibus, campeſtribus locis, inter rudera, & circa oppida naſcuntur. Veriſimileq; eſt, fuiſſe id nomen tantum in uſu his, qui aut nullam aliam Tithymalum apud ſe naſcentem haberent: aut medicorum, qui ea tantum ad remedia uterentur. Eadem, aut non diſſimilis in caprinæ Lactucæ nomine ratio eſt. Veſcuntur enim capræ, non Tithymalis his tantum. uerum infinitis pene aliis: nec facile erat ex eius animalis cibo tam multiplicem herbam deprehendere. Eamq; ob cauſſam nos, auctore Plinio, multoq; magis ſuadente id ratione, ne Tithymalis aliæ miſcerentur plantæ, ex tot aliis eius appellationibus Lactariam herbam elegimus: quæ tam multis eius generibus inſeruiret, & communem omnibus haberet ex communi omnibus lacte indicationem. Et hæc pro Lactariæ herbæ appellatione ſatis dicta hactenus ſint. Quibus adderem, doceremq; longius, quæ priuatim per ſingulas ſpecies fecerit illi nomina antiquitas: niſi qualicuit breuitate obiter interpres ea docuiſſem, Vallaremq; primum eius genus uocari dixiſſem, non aliter q̃ & Harundinis genus quoddam Characiam, Plinius etiam uocauit: quo uallis ſeptiſq; muniendis idonea ſit: qua ſimilitudine Lactariæ herbæ primum hoc genus Characiam hic etiam uocari ait, altitudine ut hic inquit, ſupra cubitum: ut plæriq; autem alij, bicubitali, & craſſitudine digitali: quæ tota quantitas erigendis uallis ſatis eſt. In cæteris ex hiſtoria eorum per ſe ratio nominis patet. Nec nos aliud habemus quod ad eã rem certius afferre ualeamus. Eamq; ob cauſam relictis huiuſcemodi, ex Theophraſto monebimus, Lactariæ herbæ tria tantũ genera ab eo deſcribi. Eam ſcilicet, quæ prima ab hoc numeratur Characiam, ſiue marem: Myrſinitem mox, aut fœminam: poſtremamq; Paralium, quæ tertia Dioſ. eſt. Cuius deſcriptionis quoniã multa erit pro ſcriptoris huius hiſtoria utilitas, nõ pigebit longius ijſdem uerbis ex eo omnia repetere. Quæ huiuſcemodi ſunt. Tithymalorum autem maritimus qui Coccos uocatur, circi nata habet folia. Caulem, totamq; plantã altitudine ferè dodrantali. Semen candidum. Demetitur cum primũ incæperit uua maturitate nigreſcere. Daturq; ſiccatum ſemen & tritum tertia fere acetabuli parte. Qui deinde mas Tithymalus dicitur, oleaginum habet foliũ: tota eſt planta bicubitalis: lac ex eo in uindemia colligunt, & cũ id curauerint, utuntur. Purgat aũt magis per inferna. Qui etiã Myrtites uocatur Tithymalus, colore candido, foliũ habet Myrto ſimile, ſed in ſummo aculeatũ. Spargit hic per terrã uiticulas longidine fere dodrantales, quæ annuũ fructum alternant: aliæ ſcilicet nunc, aliæ uero ſequenti anno ab eadem radice exeuntes. Montana amat loco Tithymalus hic. Vocaturq; fructus eius caryon, id eſt, nux. Demetitur cum ad plenã craſſitudinem hordea in ſpica maturuerint. Cumq; ſiccauerint, purgauerintq; ſemẽ eius, aqua lauant. Siccatumq; rurſus dant bibendum, additis nigri papaueris partibus duabus, ita ut ſit totũ unius acetabuli pondus. Purgat autem per inferna pituitam. Si uero nucem ipſam dederint tritam, in uino dulci bibendam, aut in frixo Seſamo comedendam dant. Hæc ſunt quę Theophraſtus de tribus Tithymalorũ generibus quo diximus loco docuit, longius ideo a nobis repetita, ut ex eius hiſtoria, tantiq; auctoris teſtimonio plæraq; in Dioſcoride certius cognoſci poſſint: collatiſq; ſimul duorum ſcriptorum decretis, uideant legentes, ſi qua aliter ab aliis reddita a nobis fuerunt, auctore Theophraſto, & antiquorum græcorum ope reddita fuiſſe. Quale eſt, quod in ſecundo genere fœminam Myrtitem, & Caryitem diximus Laureolæ, quam Daphnoides uocant, guſtu ſimilem eſſe, colore albicante. Qui color, quoniam in impreſſo, aliiſq; aliquot non legitur, relictus ab aliis eſt: & quod ad Daphnoides pertinebat, non plene expreſſum. Legitur enim in antiquiſſimis, τῷ δαφνοειδεῖ τῇ γεύσει καὶ τῷ χιόνι λευκός. Quod eſt: ut nos uertimus: Laureolæ, quam Daphnoides uocant, guſtu ſimilis, colore albicante. Fecimusq; id confidentius Theophraſto adiuuante, qui in Tithymali huius hiſtoria ait, ὁ δὲ μυρτίτης καλούμενος τιθύμαλος λευκός. Quod eſt, Qui autem Myrtites dicitur, candidus Tithymalus. Declarat idem Theophraſtus etiam quid in Dioſcoride, & in ſecundo Tithymali genere eſt. τὸν δὲ καρπὸν φέρει παρ' ἑαυτόν,

D

Quod alter ex nouissimis interpretibus uertit, Fructum fert alternis annis similem nuci. Alter, Fructum fert post annum nuci similem. Nos autem annuũ fructum inuicem alternantes. Manifeste enim id docet Theophrastus. Cuius in ea re uerba sunt, κλημάτια δ' ἀφίησιν ἐπὶ γῆν ὡς σπιθαμαῖα. ταῦτα δ' οὐχ ἁμαφέρει τὸν καρπὸν ἀλλ' παρ' ἔτος τὰ μὲν νῦν τὰ δὲ εἰς νεώτα. Quibus nihil certius audiri potest. Viticulas autem per terram spargit dodrantali fere longitudine. Hæ autem non simul ferunt fructum, sed annua temporum uicissitudine, aliæ quidem nunc, aliæ uero sequenti anno. Sentiens enim Theophrastus non satis intelligi illud παρ' ἔτος, ut certiorem faceret rem, addidit: alias quidem nunc ferre, alias sequenti anno. Idemq; est Dioscoridi παρ' ἐνιαυτόν, quod Theophrasto παρ' ἔτος. Græcæ præpositionis uis id facit, qua carentes latini, non possunt una uoce id exprimere. Plinius ex Theophrasto locum interpretatus libro uigesimo sexto, capite octauo, ait. Fructus non pariter maturescit, sed pars anno sequente. Cum tamen Theophrasti uerba ea sint, quæ nos proposuimus: neq; ex communi uocum illarum æstimatione, ut nobis uidetur, locus ille aliter intelligi poterit. Idem etiam Paralion, id est, maritimum Tithymalum Coccon uocari ait. Quod forte ex Dioscoride perijt. Est autem græcis Coccos non simpliciter omne granum, sed quod rotundum est: etsi non semper in laudatis scriptoribus ea ratio seruetur. Pertinet ea appellatio ad capituli, aut seminis in Tithymalo hoc figuram, quam in altero Dioscoride περιφερῆ, id est, circinatam, in altero ὡς ὄροβος, id est, Erui figura & magnitudine ostendit. Sunt alia etiam quæ Theophrasto & huic scriptori non penitus eadem sint, & quæ in medicina aliter doceantur. Ea cognitu legentibus facilia erunt. Tria ut uidetur Tithymali genera tantum Theophrastus cognouit. Eaq; sunt, quæ prima a Dioscoride numerantur. Cætera nec illi, neq; herbarijs antiquis in hoc censu fuerunt. Siquidem Crateias, & Micton antiquissimi herbarij, quemadmodum Nicandri interpres testatur, primũ genus masculum dixerunt: appellariq; Cobium, fruticem exiguũ, rubentibus uirgis. Secundum Myrrhinem. Et tertium Tithymalida, qui Paralios est. Cætera enim solo lacte, quo abundant, a posterioribus in censum Tithymalorum recæpta fuerunt. Paulus Aegineta scriptorem hunc secutus, totidem illi genera numerauit. Discreuitq; quibus uiribus, & qua natura communiter priuatimq; singula sunt. Quæ omnia quoniam non erit inutile audisse, ex eo ijsdem uerbis tradentur. Quæ huiusmodi sunt. Prædominantem alijs uiribus acrimoniam habent Lactariæ herbæ omnes. Inest eis etiam ualida amaritudo. Primas habet partes lac: tum semen: mox folia. Particeps & radix earum qualitatum. Eamq; ob caussam in aceto elixa, exesorum dentium dolores sedat. Lac uero cauis eorum inditur. Quod si os tetigerit, q̃ primum urendo extulcerat: ideoq; cæra id antea inuoluunt. Secundi enim ordinis in calefaciendo est, quem causticum esse dicunt. Eadem ratione defluunt lacte Tithymalorum inuncti capilli: sed quoniam uehementius est, oleo miscetur. Et si sæpius radices capillorum aliquis inunxerit, exustæ penitus pereunt, glabrumq; relinquunt locum. Eadem potestate pterygia, formicas, uerrucas, & thymos tollunt. Quinetiam scabies, impetigines, carbunculantia, phagedenica, & cancrescentia sanant. Omnium Tithymalorum efficacissimas maximasq; habet uires: qui Characias, id est, Vallaris dicitur: quem etiam marem uocant. Fœmina itidem: qui & Myrsinites uocatur. Quinetiam in petris nascens & arborescens. Post hos qui Verbasco similis est, Cyparissias, & maritimus. Postremus omniũ Solisequus est. Proportione his omnibus respondet eorũ cinis, & lixiuius cinis. Hæc sunt antiquorũ medicorum de omni Tithymalo decreta.

## ¶ De Pityusa. CAP. CLXXVI.

PITYVSAM aliqui Clema, alij Crambion, alij Paralion, alij Canopicon uocant. Hanc specie a Cyparissia differre constat, etsi Tithymalorum generi assignetur. Caulis supra cubiti altitudinem assurgit, geniculatus, folijs Piceæ, acutis, exilibus, flore paruo, purpureo, semine instar Lenticulæ, lato, radice crassa, candida, succo referta. Quibusdam in locis frutex hic prægrandis inuenitur. Detrahit per aluum radix, drachmis duabus data in aqua mulsa. Item seminis drachma. Succi cum farina subacti cochlearium, in catapotio datur. Modus foliorum drachmæ tres.

πιτόουσα κράμβιον

pitiusa. esula maior. vel sebr. ꝑ ꝑm antonium musa pitiusa est turbith ꝑm dioscoridem

EX M. VERG. COMM.

INter arbores libro. 24. capite. 6. Pityusæ meminit Plinius, & a Picea statim breuissime quam ille credidit satis fore omnẽ eius historiam & medicinã prosecutus est: nulla alia q̃ nominis occasione fretus. Neq; enim Pityi, quã Piceam uocauimus, congener Pityusa est. Frutex siquidẽ hæc, illa uero arbor, totoq; gñe inter se diuersæ. Ille tñ ne cognata a congeneribus suis seperare uideret, cognomines potius q̃ congeneres plantas simul & continuata historia descripsit. Hic cõtra, naturã magis q̃ noia secutus, Lactarijs alijs herbis eam statim subiecit: quoniã parem lactis ubertatẽ, & similẽ in purgando uim habet, nec tanti folia eius Piceæ similia fecit, ut reliquã naturã negligeret. Quod em̃ Pityusa Piceæ simile habet, foliũ tantũ est: cætera Lactariæ herbæ similiorem & congenerẽ faciunt. Ideoq; ait a quibusdã inter Tithymalos̃ species & hanc numerari: solaq; specie a Cypariſſia Lactaria herba differre. Animaduertit hoc ante nos etiã Nicolaus Leonicenus, longiusq; de tota hac re in cõmentariolo suo egit. Eam uocari a quibusdam hic Clema ait, id est, uiticulam & sarmentũ: quoniã forte quos habet caules, aliarũ modo quæ uiticulas habent, per terram spargit. Paralium uero, quoniã Tithymalo ob lactis copiam similis sit. Quod deinde cæteri interpretes in radice dixerunt uocari eam Turpet, adiectũ Dioscoridi a posterioribus fuit. Id enim in nullis ueteribus græcis aut latinis legitur: nec legi etiam debet, quãdo barbara ea uox est, & a posterioribus medicis quæcunq; ea sit sic appellata. Ob quas causſas, nos libenter & merito ex hoc scriptore eam eiecimus.

## De Lathyri. CAP. CLXXVII.

λαθυρὶς

LATHYRIS, quam aliqui Tithymalum appellant, eamq; Tithymalorum numero adscribunt, caulem emittit cubiti altitudine, & digitali crassitudine, inanem. Gignuntur in cacumine alæ, & folia in caule oblonga, amygdalinis proxima, latiora, & læuiora. Quæ autem in summis ramulis exierunt, minora conspiciũtur, Aristolochiæ, aut oblongæ Hęderæ figura. In cacumine fructum summis surculis gerit, triplici concæptaculo insignem, rotundum, ceu Capparin, in quo grana intercursantibus membranis distincta continentur, Eruis maiora, rotunda, quæ dum corticibus exuuntur, candida sunt, & gustu dulcia. Nullus radicis usus. Totus frutex lacteo succo turget, uti Tithymalus. Grana sex, aut septem in catapotio, aut cum ficis, aut palmulis deuorata, aluum purgant. Sed aqua frigida postea sorbenda. Trahunt autem bilem, pituitam & aquas. Succus Tithymali modo excæptus, eundem effectum præbet. In gallinaceo iure, aut oleribus folia decoquuntur ad eosdem effectus.

BARBARI COROLL.

Plí. li. 27. ca. 11. LAthyris, folia habet multa Lactucæ similia, tenuiora, ut Plinius tradit, germinibus crebris. semina Piperis magnitudine, facilia purgatu.

EX M. VERG. COMM.

DEmonstratam paulo ante Pityusam, & quã modo tractamus Lathyrim ob eandem Lactis notã, & purgandi uim, Paulus Aegineta in. 6. Tithymalis alijs adnumerauit. Suntq; de Pityusa eius hæc uerba. Et hanc aliqui Tithymali speciem dicunt: quoniã simile lac habet, & utile purgat, de Lathyri autẽ quæ sequũtur. Priuatim hanc quidam Tithymalũ uocant: quoniam pariter illi lac eius purgat: etsi in Lathyri præcipuã purgandi uim semen habet. In qua descriptione animaduertendũ in primis illud est: quod dicitur, priuatim quosdam Lathyrim Tithymalum uocare, eo pertinere, quasi non Lathyris, sed certiore Tithymali nomine ab illis indicetur. Credimusq; nos ex hac descriptione, posteriorumq; temporũ usu, Cataputiam minorem a nostræ ætatis medicis Lathyrim appellatam fuisse. Nihil de Lathyri hac, quod hactenus in eo inuenerim, Theophrastus. Masculino tamen genere Lathyron inter legumina libro octauo de plantarum historia numerauit. Vertitq; Gaza, Cicerculam: quæ nihil ad Lathyrim hanc pertinet. Plinius uigesimoseptimo uolumine, capite undecimo, Lathyrim diuersa penitus ab

Hosted by Google

hoc scriptore historia tradidit: præsertimq; in folijs, quæ hic Amygdalæ, ille Lactucæ similia fecit: magno ut uidetur figuræ discrimine inter Lactucæ, & Amygdalæ folia. Sunt præter hæc & alia, quæ poterunt uolentes inuicem conferre. Nobis satis sit locum signasse. A

## ¶ De Peplo. CAP. CLXXIX.

PEplos, quem aliqui Sycen, alij Mecona Aphrodem uocant, frutex est lactei succi plenus, folijs Rutæ, paulo latioribus, rotunda coma, dodrantali, humi respersa, semine sub folijs rotundo, minore q̃ candidi Papaueris. Pluribus scatet auxilijs. Vnicam radicem habet, superuacuam, ex qua fruticat. Nascitur inter uites, & in hortis. Colligitur messibus. Siccatur in umbra, & continue uersatur. Fructus tusus, & feruefactus reconditur. Bilis ac pituita detrahitur, acetabulo eius in hydromelitis cyatho poto. Obsonijs inspersa conturbat aluum. Muria conditur. πέπλιν

### BARBARI COROLL.

PEplos, ex una tenui radice fruticat. Hanc & Meconion, & Meconitin ab Hippocrate uocari, Galenus auctor. Pli. li. 27. ca. 12.

### EX M. VERG. COMM.

MEconion, Meconitimq;, id est, Papauer, aut Papaueraceam herbam uocasse Peplon hanc Hippocratem, testis est Galenus. Idem & Dioscorides testatur, spumeum Papauer ab aliquibus dici affirmans: postq; hos omnes Plinius libro. 27. capite. 12. Quod non aliunde, q̃ ex seminis similitudine factum est: quod omnes albi Papaueris esse dixerunt. Paulus Aegineta præter id habere Peplon lac etiam ait, Tithymalorumq; modo purgare. Omnes itidem Sycen uocari dixerunt. Quæ uox græcis Ficum significat: & quoniam lacte arbor ea abundet, ideo Lactariæ herbæ cõmunicasse suum potuit nomen. Plinius quo diximus loco ijsdem notis descriptam facile cognoscendam diligentioribus reliquit. B

## ¶ De Peplide. CAP. CLXXX.

PEPLIS, QVAM aliqui syluestrem Portulacam uocant, Hippocrates Peplion, in maritimis nascitur, largo frutice, candidi succi pleno, folijs satiuæ Portulacæ, rotundis, inferne rubentibus, semine sub folijs rotundo, uti in Peplo, feruente gustu, radice singulari, superuacua, tenui. Colligi & reponi solet. Datur uti Peplos, & conditur. Easdem habet uires. πέπλιν

### BARBARI COROL.

POrtulacas syluestres uocari herbas tris inuenio. Vnam quæ sit Aizoi species. Alteram cognomine Telephion. Tertiã Peplin, siue Peplion: de qua præsens mentio. Quid aũt sit Diplion Aetio, qui ad auctorẽ id refert Aretæum, haud scio. Terendũ cum aqua inquit in anginæ morbo Diplium, & subiecto linamento, imponendum pectori, quoties præuocatio timetur. Sunt apud Græcos, inter quos Isacius, qui Peplium, pro Senna modo appellata intelligant. Ego diuersum puto genus: cum Senna siliquas, & in ijs semẽ ferat, Peplis nõ ferat. Alia est & Sennicula, siue Sanicula uocata, trãsalpina herba, folio Vitis, aut Apij rubentibus, in fine sectionũ maculis quibusdam, surculis quoq; rubris ad radicẽ: quæ multis ei fibris subest, capitulis in summo frutice pusillis subnigrisq;: huius succũ uulneratis in potum cõmendant.

peplion p̃m aliquos sena herba sanicula

### EX M. VERG. COMM.

NEutro gñe, sed eadẽ diminutiua forma Galenus Peplion Peplida hanc uocat, & ad ducendam pituitã & bilem semẽ eius cõmendat: auctoreq; Hippocrate, disijciendis inflationibus utilem prædicauit. Paulus Aegineta a decretis scriptoris huius non discedens, feruidi saporis semen habere Peplida hanc ait, Peploq; pariter purgare. Quã ob causam eandẽ Peplo esse aliqui crediderũt, solũq; in declinatione nois discrimen esse. Verũtamen certis discriminibus duæ inter se plantæ differũt: præsertimq; foliorũ, quæ in altera Rutæ, in altera Portulacæ sunt. Ex quo

factum eſt, ut tertium genus ſylueſtris Portulacæ hæc credita fuerit. Et ſane ſimilis illi paulo minus & tota figura eſt: adeo, ut facile pro Portulaca fallere legentes poſſit.

## De Chamæſyce. CAP. CLXXXI.

χαμαισῦκη

CHamæſycen aliqui Sycen, alij ſpumoſum Papauer uocitant. Ramos emittit quaternũ digitorum, teretes, ſuccoſos, in terram deiectos, folia Lentis, parua, Peplum plane referẽtia, tenuia, quæ a terra non attolluntur, ſemine ſub foliis rotundo, ut in Peplo. Necq; caulem, necq; florem promit. Radice firmatur tenui, ſuperuacanea. Rami ex uino triti uuluæ dolores ſedant, in peſſo appoſiti. Tollũt tumores, ac uerrucas omniũ generũ illiti. Decoctorũ cibo, aluus reſoluitur. Succus ſimili effectu prodeſt. Illitus contra ſcorpionis ictum auxiliatur. Aduerſus caligines oculorum utilis, & hebetudines, incipientes ſuffuſiones, nubeculas, cicatrices, cum melle inunctus. In ſquallidis petroſisq; naſcitur.

BARBARI COROLL.

CHamæſyce, pumila Ficus eſt, quaſi terræ Ficum ſignificans.

EX M. VERG. COMM.

QVæ a Lactarijs herbis deinceps a ſcriptore hoc numeratæ, tractatæq; ſunt Pityuſa, Lathyris, Peplos, & Peplis, uno, cui cætera deſint, lactis liquore, quẽ fectæ oẽs deſtillant, facile congeneres, nulla intercedente herba, fruticeue alio, coniunctã merito deſcriptionẽ in eo habuerunt. Nec aliunde humilis, iacensq; in terra terreſtris Ficus hæc, quæ tota Chamæſyces græcis ſignificatio eſt, in ordinem & numerũ illarum uenit: ſoloq; lacte, quod Ficis ſimile habet, honeſtiorem & decebat ab arbore appellationem inuenit. Necq; enim ramos, folia, fructusue ficulneos habet. Quod Fico cõmune habet, lac tantũ eſt. Quã ob cauſſam parũ proprie
D pumilã Ficum, quod aliqui fecerunt, eam aliquis dixerit. Aliud enim eſt pumilam Platanũ, & Ceraſum dicere coactæ breuitatis arbores: & aliud quas Græci Chamæſycem, Chameciſſon, & alia huiuſcemodi. Illæ ſiquidem ſuũ genus ſeruantes, ſola breuitate ab alijs differunt: hæ ſimilitudine aliqua tantũ, & alicuius ſolum partis in alio genere conſtitutæ, deficiente omni alio nomine, ab arbore, plantaue alia, cui in ea parte ſimiles ſunt, id impetrarũt. Quod facillime in Chamæſyce hac deprehendit: quæ ramulos ſuos per terrã ſpargit, & folia Lentis habet parua, ut hic ait, tenuiaq;, & in terra iacentia: quæ longiſſime a Fico arbore abſunt: nec relinquit, unde ſic uocari debuerit, & lactis liquor, quo multis oculorũ uitijs & morbis medetur.

## De Scammonia. CAP. CLXXXII.

σκαμμωνία

SCammonia aliquibus Scambonia radix, alijs Colophonia, alijs Dactylion, Romanis Colophonium, Magis Apopleumonos, Aegyptijs Sanilum dicitur. Ramos ab una radice emittit trium cubitorum, multos, pingues, & qui nonnihil craſſitudinis præ ſe ferant, foliis Helxinæ, aut hederaceis, mollioribus tamen, denſis, & triangulis. Flore candido, rotundo, in calathi modum cauo, graueolente: radice prælonga, craſſitudine cubitali, candida, graui odore, ſucco grauida. Legitur ad hunc modum ſuccus. Capite exempto, radix in teſtudinis ſpeciem cultro excauatur: quo fit ut in cauum confluat ſuccus, qui conchis demum excipitur. Alij ſcrobes in terra concamerato ſinu fodiunt, in quos ſubiectis Iuglandium foliis, profundunt ſuccum, ſiccatumq; extrahunt. Laudatur autem Scammonium læue, nitidum, rarum, & colore & ſimillimum taurino glutini, fungoſum, tenuibus fiſtulis, quale ex Myſia regione Aſiæ contermina deportatur. Nec attendere

ſolum par eſt, ſi linguæ tactu albeſcat. Hoc enim euenit adulterato, q̃d admiſto fit Tithymali lacte. Sed longe magis antea narratis. Item ſi nõ uehementer linguam exurat. Id quod miſti Tithymali argumentũ eſt. Natione autem Syriacum, & Iudaicum deterrima habentur, grauia, dẽ ſa, Erui farina, & Tithymalo uitiata. Succus drachmæ unius, aut quaternum obolorum pondere hauſtus, ex aqua pura, uel mulſa, per inferna bilem & pituitam extrahit. Ad reſoluendam aluum binos obolos cum Seſama, alioue ſemine, ſumpſiſſe ſatis eſt. Dantur efficacioris purgationis cauſa, ſucci quaterni oboli cum duobus Veratri nigri, & Aloes drachma una. Fiunt purgatorij ſales drachmis uiginti ſucci Scamoniæ, in ſenos ſalis cyathos adiectis. Horum modus proportione uirium. Integer quidem tria cochlearia, medius duo, minimus unum. Radicis drachma una, aut altera purgat, cum ijs quæ retulimus. Nonnulli decoctum radicis ebibunt. Coquitur in aceto, & cum hordeacea farina teritur, cataplaſmate iſchiadicis utili. Partus enecat, ſuccus uuluæ in lana ſubditus. Tubercula diſcutit cum melle, aut oleo illitus. Decocto in aceto perunctæ lepræ abiguntur. Diuturni capitis dolores ex aceto & roſaceo perfunduntur. A B

## BARBARI CÕROLL.

SCãmonia, ſiue ut Cicero, & Plinius quandoq; appellant Scãmonium: quanq; Scãmoniũ ꝓ ſucco eius quoq; carpitur. Frigida amat loca, pingui tamen & arido ſolo naſcens. Lachrymã e radice ſua fundit, foliis albis, pinguibus, radice nauſeoſa. Circa canis ortum ſuccus excipitur. Adulterant Tithymali marini ſucco, maxime in Iudæa: quod etiam ſtrangulat ſumptum. Vis bimo, nec ante, nec poſtea. Laudatur natione Colophonium, Myſium, Prienenſe, ſpecie autẽ nitidũ, cito liqueſcens, uirus redolens, ſomnioſum, linguę tactu lacteſcẽs, & cũ diluit albeſcẽs. Plin. li. 26. ca. 8

## EX. M VERG. COMM.

FErimus ueterum & iuniorum exemplo in Scamonię & Scãmonij cõmentatione breuiores. Quotidiani enim in medicina uſus res eſt: nulluſq; non audito alterius nomine, intelligit q̃d ad purgationes præſentem, & maximam uim habet: noueruntq; omnes quem uendunt officinę, concretum ex radice herbæ liquorem. Quę multis quidem locis prouenit. Probatiſſima autem tranſmarinis regionibus, præſertimq; Aſia, & toto Colophonio agro. Ex qua regione factum illi aliquando fuiſſe nomen hic a gentibus teſtatur. Quę dum probatiſſimum Scammoniũ quę runt, & ex Colophone Aſiæ id petunt, paulatim fecerunt, ut quæ bonitatis nota erat, in nomẽ & appellationem tranſierit. Verumtamen facile id nomen perijt: ſeruato ubiq; quod primum et aptius illi fuerat a principio factum: quod nos creddimus rationem a foſſura habere: quã hic ad excipiendum liquorem fieri docet. σκάπτειν enim græcis fodere eſt. Vocauitq; gens illa fœminino genere Scammoniam herbam: maſculino autem, aut neutro, excæptum ex ſecta radice eius ὀπόν, aut ὄπισμα, id eſt, liquorem. Fecitq; uſus, qui plærumq; liquoris eius eſt, ut miſcerẽtur quondam, & adhuc miſceantur in appellationibus ſimul, liquor, & planta. Probatiores tamen græci neutro genere ſemper Scamonium liquorem uocauerunt. Sic Plutarchus in commentario, quo docet quibus notis ſecernendus ab amico adulator ſit, cum moneret, non eſſe in calamitate & infortunio caſtigandum hominem: quoniam non aliter reiecturus tunc præcepta illa eſſet, cꝫ ſi ægroto aſſidens medicus diceret, ob præteriti temporis uoluptates, nimiam uenerem, lõgiores cœnas, & quotidianam ebrietatem omnia illi ea mala adeſſe. Fieri enim, ut reſpõdeat dolens, iratuſcꝫ, παρασκευάζεις ταί μοι καστόριον καὶ σκαμμώνιον, σὺ δὲ νουθετεῖς καὶ φιλοσοφεῖς. Quod eſt. Præparatur mihi Caſtorium & Scammonium, tu autem mones & philoſopharis. Protulitq; genere neutro Scammonium, ὄπισμα, id eſt, collectum & ſeruatum in medicinę uſum radicis Scammoniæ liquorem intelligens. Deſcripſit lõgiore hiſtoria Plinius Scammonium & Scammoniam lib. 26. ca. 8. Hortamurq; nos bonarum literarum ſtudioſos, omnia eius ſcriptoris di-

C cta, singulasq; uoces cum Dioscoride confetre. Neq; enim erit ad utramq; partem negligendũ operæprecium. Siquidem intelligent in radicis descriptione, quam hic ait βαρύοσμον, quæ uox græcis graueolentem simpliciter significat, ab eo nauseosam dici: & quam hic ὁποῦ μεστὴν, id est, liquore abundantem, madidam: multaq; alia quæ Barbarus Plinium imitatus, ab aliquibus forte longius a scriptoris huius sensu discessisse uidebitur: madidam enim & ille uertit. Nos quoniam post tot secula sentimus mutatam in multis uocibus antiquam significationis æstimationem, aut si ea adhuc seruetur, apertiorem tamen docendi rationem ineundam in his esse, uertimus graueolentem, & multo liquore abundantem: ijsdem uocum uestigijs huic scriptori per plantas eius ingredientes.

## ¶ De Chamelæa. CAP. CLXXXII.

χαμελαία

Chamelæam aliqui Pyros agnen, alij Heracleon, alij Bdelyram, alij Coccon gnidion, Romani Citocacium, nonnulli Oleaginẽ, quidam Oleastellum uocant. Surculosa fruticat, ramis dodrantalibus. Folia Oleæ similitudinem habent, tenuiora & amara, quæ gustata linguam mordent, & arteriam deradunt. Detrahit pituitam bilemq;, folijs præsertim in catapotio deuoratis. Namq; duæ Absinthij partes, adiecta Chamelææ una, hydromelite excipiuntur, & in catapocia coguntur. Ea aũt in uentre non liquescunt. Siquidẽ q̃tquot fuere deuorata, regerunt̃. Folijs cum melle tritis sordida ulcera & crustosa repurgant̃.

### BARBARI COROLL.

Pli, li. 15. ca. 7

Chamelæa, frutex est petrosus. Sunt ei (ut quidam habent codices) mora odorata Plinio. Quidam folia ei amara & odorata scribunt. Simillimum huic oleum inest, ut Oleastro: cuius

D & baccas quoq; similes habet, ob id a quibusdam Oleastellum, & Olea cilibraca uocatur, autore Columella, Sirapam inde condi solitam scribente. Sunt qui succum in Gallia, aut Italia nascentis, eundem esse cum Euphorbio putauerint. Sed hic multum infra illum est. Ex hac & granum Cocci plęriq; falso nasci existimauere. Nostri & hanc, & Thymelæã pręcipue Casiã uidentur appellasse. Theophrastus Cneoron: Igino id apud nos Casiã interpretãte. Cuius duo genera feruntur. Candidæ, cui folium cutis modo quadamtenus oleagineum. Nigræ carnosum, Tamarici similius, siue ut in Theophrasto quidam (quos probo) legũt, Myrto. Candida magis humi se spargit, & odorata est, Nigra sine odore. Radix ambabus alta, p̃grandis, rami copiosi, crassi, surculosi, ab terra protinus aut paulo supra emicant, admodum lenti, ut q̃bus ad uinciẽdũ, p iunco utant̃. Venere in coronamenta folio. Post Aequinoctium autumni germinant, atq; florem mittunt, qui diutinus eis est. Hæc tota de Cneoro siue Casia Theophrasti sententia est. Dioscorid. Cestron, & Cneoron uocari Thymelęam prodit. At ego non Cestron, sed Cnestrõ legendũ arbitror, Hippocratis, & Galeni, & codicum uetustorũ fretus autoritate. Hoc ipso nomine Cultellus appellatur quo casei scabunt̃: quanq̃ & Tyrognestis, & Cobelis q̃q; is dicit̃ Polluci. Liparonis herbæ meminit Aetius, & Alexandria sic uocante: quam aliqui Cnestron inq̃t nominant, ad ulcera capitis manantia uehementer utilis. Nec indicat is autor, qualis ea sit: utrũne a Thymelęa, siue Cneoro diuersam, an eandẽ putarit. Recentiores, ut plęraq; omnia, Chamelęam, & Thymelęã cum Daphnoide turpiter confundunt.

### EX M. VERG. COMM.

Non ausim ego dicere, quod fecisse uidentur aliqui, pro comperto mihi esse, græcorũ Chamæleam capite hoc a Dioscor. tractatam, Columellæ Cilibracam oleam esse, quam. 13. uolumine, capite. 49, scriptor ille, propter similitudinem Oleastellum a quibusdam uocari ait. Quæ enim numerantur ab eo illic ad Sirapę confectionem Oliuarum genera, ex arboribus, non fruticibus legi præcipiuntur, poseæ, liciniæ, & culminiæ, omnes in Oliuarum censu inter primas laudatæ: quibus uerisimile est, connumerari debuisse eam quæ egregiæ bonitatis pariter esset: præsertim dicente eodem Columella. Verumtamen habetur præcipua in hos usus olea Cilibraca: quam quidam propter similitudinem Oleastellum uocant. Ratiocinari enim ex his oportet, meliorẽ, ꝓbatioremq; Cilibracã oleam præmonstratis illis esse: q̃d parũ uerisimile est in Bacca, Oliuaq; illa quę sola similitudine, nõ q̃a cõgener oleis sit, in censum earꝝ uenerit. Nec obstat dicere Columellã, ꝓpter similitudinẽ Oleastellũ uocari. Potest em̃ ad totius arboris formã id re

ferri. At Plinius. 15. uolumine cap. 7. oleum ex Chamelæa fieri teſtatur, expreſſo ex oleaſtris ſimillimum. Scimus id quidem: & niſi aliud doceatur, ex oliuis oleum etiam exprimi, oportereq; ſi exprimendum ex Chamelæa oleum ſit, oliuas baccasue in ea intelligi: quod tamen hic in Chamleęæ hiſtoria non teſtatur: & ſi Plinius aperte id dicat, non conſtituimus ob eam cauſam Cilibracam Columellæ oleam: etſi Oleaſtellum uocari a quibuſdam ille dicat Dioſcoridis Chamelæam omnino eſſe. Siquidem oportet ad conficiendam Sirapam (ſic enim ab eo appellatur, oliuarum cõditurę antiquum genus) meliores probatioreſq; oliuas eligi: quæ ſi in Chamelæa ſint, quemadmodum ex Plinio ratiocinari licet, immaturas, aſperaſq;, & quales in Oleaſtris ſunt intelligere oportet. Non em̃ Olea Chamelæa eſt, ſed a foliorũ ſimilitudine ſurculoſus, & dodrantalis frutex ſic appellatus. Eamq; ob cauſam, ſi baccas, aut oliuas fert, quales diximus eſſe, eas ueriſimile eſt. Pateręq; id ex eodem Plinio quo diximus loco, dicente poſt deſcriptum ex oleaſtro oleum, Simillimũ huic eſt ex Chamelęa frutice, foliis Oleaſtri, baccisq;, frutice ſaxoſo, nõ altiore palmo. Quæ tota deſcriptio longe a ſcriptoris huius hiſtoria diuerſa eſt. His nos rationibus uſi, quod in Dioſ. legitur, aliqui uero Citocatiũ Chamelęam uocant, nõ mutauimus: & ſi ea uox nihil modo nobis ſignificet: ſed qualis in cunctis græcis eſt, ſeruata a nobis fuit. Barbarus literarum prima ueſtigia ſecutus, Cilibracum ex Columella interpretatus eſt. Neq; aliam ob cauſam longius dicta hæc a nobis ſunt, q̃ ut diuerſitatis huius, & ſeruatæ a nobis cõmunis lectionis ratio omnibus pateret. Heracliam mox, id eſt, Herculeam uocari etiam Chamelæam in Dioſco. legitur. Credimuſq; nos factum id nomen ex antiqua fabula fuiſſe, quam ex Pindaro in Oleaſtro primo uoiumine retulimus: q̃ ſcilicet Hercules ex Scythia coronatus Oleaſtro in Græciam redierit: & quoniam ſimilis Chamelææ Oleaſter ſit, & Oleaſtro Chamelæa, ideo ſimilitudine decepti aliqui, non Oleaſtrum, ſed Chamelæam Herculeam uocauerint fruticem & coronam. Reliquimus etiam contra aliorũ interpretum rationem quod inter has appellationes auditur, δι ἀὶ χαμελαία μέλαινα. Quod eſt, aliqui autem Chamelęam nigram. Error enim id eorum eſt, qui græcarum uocum ſimilitudine decepti, Chamelęonem cum Chamelæa miſcuerunt. Neq; enim nigredo Chamelææ competit. Qui colore nigro a candido diſcernitur, Chamelæon eſt. Et quoniam nihil in Chamelæa id cauſæ haberet, inutiles eas uoces expunximus. Erraſſe autem in duabus his plantis non græci tantum, ſed latini, & hi quidem inter medicos probatiſſimi Auicenna, & Serapion uidentur. Qui Mezereon, quæ Chamelæa hæc barbaris eſt deſcribentes, multa quæ Chamelæoni debentur illi tribuerunt: & ediuerſo. Poteruntq; uolentes id certius in Chamelæone, & Mezereon poſteriorum ſcriptorum uidere. Sunt Chamelææ huius appellationes aliæ, uerumtamen impropriæ, & ex aliis plantis importune ad hanc relatæ. Quemadmodum in Tymelæa quæ mox ſequitur patebit. Ea enim proprie Pyroſachne, & Cnidium granum uocatur, ſi Plinio & antiquis græcis credendum eſt.

A

B

## ¶ De Thymelæa. CAP. CLXXXIII.

THymelęam alij Ghamelæam, alij Pyros agnen, alij Ceſtron aut Cneoron uocant. Ex qua Granum cnidium, quod eſt Thymelææ fructus, colligitur. Hoc Syri Apollinũ, alij Linum appellant. Quoniam ſatiui Lini frutex ſuapte natura ſimilitudinẽ referat. Virgas edit perpulchras, tenues, tripedaneas, foliis Chamelææ, anguſtioribus, & pinguioribus, uiſcoſis, gummoſiſq; ſi mordeantur: flore candido, fructu Myrti in modum rotundo, qui inter initia uiret, & tandem rubeſcit, pulpa fructus dura, foris nigra, intus alba, quæ per inferna bilem, pituitam, aquaſq; detrahit, ſi uiginti granorum pars interna bibatur. Verum fauces adurit. Itaq; cum farina, aut polenta, aut in uuæ acino dari debet, aut melle cocto obducta deuorari. Qui ægre deſudant, trito ſemine cũ nitro & aceto inunguntur. Folia quæ peculiariter Gneorum appellantur, per meſſes colligi debent, & ſiccata in umbra recondi. Quibus dare libeat, antea tundere, & neruos eximere cõuenit. Illitũ

δυμελαία
χαμελαία

Aa ij

Cacetabuli modo cum diluta potione, aquam extrahit. Mediocrius purgat, addita Lente cocta, aut contritis oleribus. Thymelææ farina uuæ acerbæ succo excipitur, & in pastillos diuiditur. Hærba stomacho infesta. Partus impositа necat. Nascitur in montibus & asperis. Hallucinãtur qui Coccon Cnidium fructum esse Chamelæę existimant. Fallũtur enim quadam foliorum similitudine.

## BARBARI COROLL.

Plí. li. 13. ca. 21

DE Thymelęa, granum, siue Coccum Cnidium enasci constat, Myrti magnitudine, colore & specie foris, autore Dioscoride, non farris, ut in Plinianis codicibus deprauate legitur. De Thymelęa nonnihil & superiore protinus mentione diximus.

## EX M. VERG. COMM.

ANtiquæ, & antiquorum scriptorum autoritate receptę appellationes omnes, Thymelææ scriptori adiectæ sunt. Quandoquidem Plinius. 13. uolumine, capite. 21. his uerbis de Thymelæa egit. Fruticem uero Thymelæam alij Chamæleam, alij Pyrosachnen, alij Cnestren, alij Cneoron. Qui uocum & nominum numerus idem huic scriptori est. Theophrastus itidem primo de plantarum historia de foliorum diuersitate agens, Cneoron Thymelæam uocauit. Eius uerba hæc sunt. τὰ δ' οἷον σαρκόφυλλα πῦρ δὲ ὥτι σαρκώδεις ἔχουσι τὸ φύλλον οἷον κυπάριττος μυρίκη μηλέα, τῶν δὲ φρυγανικῶν κνέωρος σείδη, τῶν δὲ ποωδῶν ἀειζῶον. &c. Quod est. Carnosi folij quædam etiã: & id quidem, quoniam carnosum id habent qualis Cupressus, Myrice, & Malus est. In furculoso itidem genere Cneoros & Stœbe, & in herbaceo Sedum. Quæ ex scriptore illo repetita, & cõmentationibus his nostris addita sunt: ut qualis Thymelæa hæc sit certius adhuc cognoscat.

D Surculosi generis herba, & carnosi folij: quæ in Dioscoride conijcienda magis, & manifeste intelligenda sunt. Siquidem uirgas in ea dixit, & Lino comparauit, & folia pinguia gumosaq; deseri pstit. Quod totum Plinius ex Theophrasto acceptum eodem loco retulit, similẽ Oleastro Thymelæam faciens: foliis angustioribus, gumosis si mordeantur, Myrti magnitudine. &c. In quo laudandus etiam Theophrastus, qui folium Thymelææ describens, Cneoron eã uocauit: qua si sciret & ipse quod Dioscoro, testatur, folia tantum ea uoce censeri. In. 9. deinde remedia & uires eius tractaturus, Cnidium granum uocauit, easdemq; huic scriptori uires illi assignauit. ὁ δὲ κνίδιος κόκκος στρογγύλον ἐρυθρὸν τὴ χροιᾶ μεῖζον δὲ τοῦ πεπέρεως ἰσχυρότερον δὲ πολὺ τῇ θερμότητι, διὸ καὶ ὅταν διαδιδόασιν κατὰ ποτόν, διδόασιν γὰρ πρὸς κοιλίας λύσιν ἐν ἄρτῳ ἢ σίαπι περιπλάττοντες, καίει γὰρ ἄλλως τὴν φάρυγγα. Quod est. Cnidium uero granum rotundum, coloreq; rubens, semen fert Pipere maius, multoq; ad calefaciendum Pipere ualidius. Quam ob causam cum dant (datur autẽ ad soluendam aluum) in pane, aut adipe inuolutum dant: alioquin fauces urit. Et hæc nominũ diuersitas in Theophrasti Thymelęa est. Quibus addiderunt alij alia: uocaruntq; aliqui Pyrosachnem, ab urendi ui quam habet. Pyr enim græci ignem uocãt. Nec aliud Pyrosachne, compositum ex igne & tenui stipula nomen indicat, & quod egregie urit. Chamelæa eadem dicta fuit, quoniam ut Plinius ait, Oleastro similis sit: ut hic scriptor autem, quoniã Chamelæę, quæ superiore capite præmonstrata est, folia similia habet: quod totum eodem redit. Quod enim simili simile est, eandem similitudinis causam & principium habere oportet. Cnestrõ postremo eandem hanc Thymelęam uocarunt probatissimi græcorum scriptores Hippocrates, Galenus, & plærique alij. Nobis tamẽ ignota uocis eius origo & causa. Comparauit eam Dioscoro λίνῳ σπάρτῳ: nec aliud uoces illæ in cõmuni significationis æstimatione significant & satiuum Linum. Quę rendum tam & eruscandum diligentius opinamur, Lino ne satiuo simpliciter, an furculoso frutici, quem Sparton omnes uocant, & hic eodem hoc libro descripsit, similem Thymelæam dixerit. Nobis in hanc partem inclinat animus: & si aliorum interpretum modo & nos satiuum Linum uerterimus. Genistæ eñ similior, & Lino ex historia, descriptioneq; eius uideri potest. Vniuersæ plantæ nomen factum uidetur ab Olea cui similis est, & a Thyma herba cuius habet flores. Paulus Aegineta prẽter ea quæ nunc in Dioscoride leguntur, radicẽ eius contra sanguinis pfluuia cõmendauit, uiribus, saporeq; acerbo: eiq; malo prodesse potã & foris impositam.

## De Sabuco. CAP. CLXXXIIII.

ἄκτὴ ACten aliqui Dendron arctu, alij Hemeron, Latini Sabucum, Galli Scobiem, Daci Sebam uocant. Ex eo genere quædam in

arborem assurgit, surculos spargens arundinaceos, teretes, cauos, candi- A
cantes, proceros. Folia Iuglandis terna, quaternauc, ex interuallis circa ramos exeũt, grauia odore, minutim in ambitu secta, & in ramulorum cacuminibus cauliculisq; circinatæ umbellæ, quæ florem candidum pariunt, mox fructum Terebintho similem, in nigredine subpurpureũ, acinosum, succo madentem, uinosumq;.

BARBARI COROLL.

SAbucum medulla carere aiunt nonnulli. Theophrastus Carnosam ei adiungit. Fruticosa uirgis arbor: quæ anniculæ, donec folia deciderint in longitudinem crescant. In sena maxime cubita: post id tempus in crassitudinem fundantur. Lignum fungosum, & cum inaruit leuissimum: medulla molli: quæ tota uirgulis eximitur baculorum usu. Siccatum durat, inoffensum q; aquis redditur, etiam decorticatum, quod ei sponte arido contingit. Caudici crassitudo galeæ. Cortex læuis, tenuis, spissus: quem uocant Canopum, cuius a Græcis in Iuliani Oxymelite fit mentio. Radices tellure summa, nec multas, nec grãdes agit. Folium minus, quod quidẽ pars est maioris, molle oblongumq; habet, ut laurus latifolia, maiusculum tamen, latiusculiũq; subtus & situ medio rotundius, exacutum, serratumq;. Folium uero maius, q̃d ex illis minoribus quasi coalescit, pediculo uno crasso & neruoso geritur, ceu ramulus, foliis utrinq; geniculatim & ordine iugatis, uno in uerticibus relicto singulari. Subruffa hæc, & fungosa, & de singulis petiolis uniuersa collabuntur. Sunt & in ramis nouellis internodia, sed quasi rudia, inarticulataq;. Flos candidus, ex floscul is minutis, faui specie congestus, e pediculi fissura, graui odore, quanq; Lilij. Fructus quoq; racematim pediculo unico dependet, Action uocatus, qui cum ematuruit, nigrescat. Immaturo color uuæ acidæ, paulo maior q; Eruum, humore lento. Manus capillumq; inficit. Grana intus sesamacea, non ingrata turdis, sturnisq;. Locis potissimum opacis, & iuxta aquas gignitur. Differt a ferulaceo genere, q; plus ligni ac succi habet, q; B
Ferula. E Sabuco magis canoram buccinam tubamq; credit pastor, ibi cæsa ubi gallorum cantum frutex ille non exaudiat. Dictam puto arborem, a Sambuca musico instrumento, quod alij Pectida uocant, alij Magadin: ut in arundine notauimus. Sambuca porro, ab autore uidetur appellata: cui nomen Sambyx fuerit. Vsam tamen ea primam omnium Sibyllã perhibent. Arbor utiq; ipsa non Sambucus, sed Sabucus dicenda est: si Serenio Quinto credimus.

Pli. li. 16. ca. 19 26. 40. lib. 24. cap. 8.

## ¶ De Ebulo. CAP. CLXXXV.

ALTERVM genus Chameacte uocatur, alijs Heliosacte, alijs Agria acte, alijs Euboica, Romanis Ebulum, Gallis Ducone, Dacis Oliua. Ebulum longe humilius est, magisq; hærbaceo generi assignandum, caule quadrangulo, geniculato, foliis Amygdalæ, ex interuallo longioribus, geniculatim distributis in uersus, graueolentibus, in ambitu serratis, muscario Sabuci flore, & acino eiusdem. Radice nitit lõga, crassitudine digitali. Eadẽ utriusq; uis & usus, refrigerãs, et exiccans, aluo detrahens aquam, stomacho inutilis. Folia, olerum more coquuntur ad pituitam bilemq; detrahendam. Caules teneri in patinis cocti, eadem efficiunt. Radix in uino decocta & in cibis data, hydropicos adiuuat. Prodest uiperarum morsibus, eodem pota modo. Vuluas emollit insidentium decocto. Laxat earum spiracula, & uitia corrigit. Acini in uino poti eodem funguntur munere. Denigrant capillos illiti. Folia si prætenera ac mollia ex polenta illinantur, inflammationem mitigant. Ambustis, & canis morsibus illitu prosunt. Vlcera quæ dehiscunt in fistulam, agglutinant. Iis qui podagra tentatur, eũ

χαμαίακτη



Hosted by Google

C seuo hircino prosunt illita folia.

BARBARI COROLL.

Plí.li.25. ca.10 lib.26.cap.8. EBuli, siue Chamæactes, hoc est, Sabuci pumilæ foliorum decocto, muscæ necantur. nam & colibuli macerantur aqua, ut ea sparsa culices abigantur. Baccas, flores ue Ebuli, aut Sabuci uidetur intellexisse Plautus cum dixit in Captiuis,

Laridum, Atq; Ebebulas foueri foculis feruentibus.

Nisi quis herbulas in eo uersu lectitare malit: aut qđ propius est uero, epulas. Ouidius,

Epulisq; foci miscere calentes.

Aut hanc, aut ualde similem esse puto, quam Plinius Actẽan uocauit uigesimoseptimo uolumine. Actea inquit, graui foliorum odore, caulibus Anisi geniculatis, semine nigro ut Hederæ baccis mollibus. Nascitur in opacis, & asperis, & aquosis, datur acetabulo pleno, interioribus fœminarum morbis. Pro eo quod Dioscorides in caulibus umbellas, & capitula Chamæacten habere scribit, Plinius caules Anisi reddit ei: quanq; non caulibus Anisi, sed asperis in plerisq; legitur codicibus. Sed exemplaria quædam uetusta legunt Anisi, non asperis.

¶ De Pycnocomo. CAP. CLXXXVI.

πυκνόκομον PYcnocomon constat Erucæ foliis, acrioribus, scabris, & crassis, caule quadrangulo, flore Ocimi, semine Marrubij, radice nigra, rotunda, lutei coloris, exigui Mali figura, terram redolente. Inuenitur in saxosis locis. Semen grauia somnia & tumultuosa facit, drachmæ instar potum. Tumores discutit, illitum cum polenta. Spicula, adactosq; corpori aculeos extrahit. Folia illitu tubercula, panosq;
D discutiunt. Radix eius in aqua mulsa duum drachmarum pondere, aluum et bilem extrahit.

BARBARI COROLL.

Plí.li.26. ca.8. PYcnocomon, caule tenui, modico.

EX M. VERG. COMM.

SVnt Plinio, & scriptori huic nostro de Pycnocomo omnia eadem: tantumq; non ipsiđe uerbis cuncta latinus scriptor ex græco genti suæ reddidit. Locus est. 26. uoluminis. 8. capite. A foliorum confecta densitate nomen illi fecerunt græci. Nec enim aliud Pycnocomon indicat, q̃ quod densa & confercta coma est. Herbarum autem comæ folia sunt, quæ hic a Plinio relicta aspera constituit. Ille enim crassiora tantum & acriora q̃ Erucæ sint dixit. Non indicauit etiam Plinius, quale semen Pycnocomi sit: non dico autem quale uiribus, sed figura & specie. Desyderauimusq; nos id magnopere, hoc agentes, ut uariam in græcis lectionem teste & autore eo rutius eligeremus. Sunt enim in quibus Marrubij, in quibus Porri seminibus comparetur Pycnocomi semen, una id discrimen faciente litera. Cæteri interpretes communem secuti lectionẽ, Marrubio simile fecerunt: nos probatiores & uetustiores græcos, & quẽ habemus egregiæ antiquitatis latinum Dioscoridem secuti, Porro comparauimus: uolumus tamen incertæ nobis rei fidem penes naturam esse. Discrepant in radicis colore Plinius & Dioscorides, ille lutei coloris tantum: hic nigrum primum, mox ὠχρὰν, id est, pallidam, quod idem luteo colori est, descripsit. Suspicari multa in uarietate hac licet: aut deesse Plinio, aut abundare huic nigrum colorem, aut foris nigram, intus uero lutei coloris intelligi oportere, Pliniumq; alterum colorem tãtum indicasse: quod suspicari ab re fortè non fuerit. Nigram tantum tradit quem antiquissimũ habemus latinus Dioscoridem. Quotquot autem græcos uidimus, omnes nigrum & luteum colorẽ illi assignãt. Eamq; ob causam inclinat animus nobis, ut credamus diuersos colores illos, addi uersas referri oportere partes. Legentibus tamen hoc liberum sit, donec, ut in semine pauloante diximus, natura & res cognita, tam multas difficultates extricauerint. Animaduertendum illud etiam in uiribus & potestate radicis, dicere Plinium exinanire eam aluum, bilem, & pituitam: hunc autem & reliquos græcorum medicos, bilem tantum: & inter eos præsertim Paulũ Aeginetam, qui Pycnocomi radicem, semen, & folia discutiendi & extrahendi uim habere ait: & semen, quia ualidius sit, infixa corpori etiam extrahere. ῥίζαν δὲ ξανθὴν χολὴν εἶναι καθαρτικὴν. Quod est, Radicem uero flauam purgare bilem. Id Barbarus extenuare dixit, non satis apto ad eam uim uerbo, ut nouisse omnes facile possunt.

Hosted by Google

## De Apio, seu Radice syluestri. CAP. CLXXXVII.

A

ἄπιον

APion nonnulli Ischiada, alij Camæbalanam agriam, alij Linozostin, Latini Radicem syluestrem, Pœni Thorphathsadæ appellant. Iuncos duos, siue tres spargit, rubros, tenues. Qui a terra parum attolluntur. Foliis Rutæ, oblongioribus tamen, & angustioribus, hærbaceis, semine paruo, radice Hastulæ regiæ, in formam Pyri turbinata, succi fœcūda. Intus habet succum candidum. Extra, cortices nigros. Superior pars eius uomitione bilem pituitasq; extrahit. Inferior per aluum. Tota utrinq; purgationes mouet. Succum si libet eximere, tusa radix in fictili mergitur, & agitata aqua quod supernatat pinna selectū, exiccatur. Purgat utraq; parte is succus sesquiobolo potus.

### BARBARI COROLL.

DE Apio herba, cognomento Ischas, quæ Raphani syluestris genus est, uolumine secundo locuti sumus. Vbi omnia hæc ad uerbū fere uidentur esse repetita. Plinius Oposcillam uocauit (ut arbitror) corrupte, pro Apios Ischas.

libro. 2. cap. 123.

### EX M. VERG. COMM.

HAec est Apios illa solo nomine, sed ab imperitis facto, notissimæ cunctis Raphano congener existimata. De qua longius secundo uolumine in Rhaphano egimus: pollicitiq; sumus, iterum hoc loco de ea dicendum nobis esse: haud sane quia superfuerint tunc aliqua, quibus nunc dictis secemenda hæc ab illa esset, sed q; inuenienda hoc loco, ueluti ex aliena possessione, ob eas quas tunc longius percurrimus causas, ejcienda ex illo erat, tractandaq; cum cæteris, quæ efficaciorem in purgando uim habent. Quales multæ descriptæ hoc libro hactenus, & describendæ adhuc plantæ sunt, syluestres omnes, montibus & incultis locis nascētes: non qualis satiua in hortis, aut syluestris in campis Rhaphanus nascitur: quæ nihil huic simile æquale ue, aut idem habet, non ramulos, non folia, non semen, nec radicem etiam. Siquidem in Rhaphanis longiores, in Apio hac rotundiores & pyri similes radices sunt. Quinetiam præter totam speciem obstat color, qui in nulla Rhaphano foris, ut in Apio hac niger conspicitur. Sunt aliæ plures etiam diuersitatis notæ, quas breuitati consulentes expendendas legentibus relinquimus. Apion a radicis forma Græci herbā appellauerūt. Est aūt græcis Apion in pomor; genere Pyrum. Et quoniā pyri forma radix eius sit, contractior tamen rotundiorq;, ideo nomen hoc illi ea gens fecit. Antiquum sane, & quo, scribente Theophrasto plantarū historiam, Græcia passim utebatur. Neq; hoc tantum, uerum eo etiam quod secundo loco in hoc scriptore illi adjcitur. Verba eius nono de plantarum historia uolumine hæc sunt. τὸ δὲ τῆς αὐτῆς ῥίζης τὰ μὲν ἄνω τὰ δὲ κάτω καθαίρειν θαυμασιώτερον ὂν τῆς τε θαψίας καὶ τῆς ἰσχάδος, διὸ ἄπιον καλοῦσι. Quod est. Purgare aūt in eadem radice alias partes per superna, alias per inferna, magis mirabile: quales Thapsiæ sunt & Ischiadis, quā Apion aliqui appellant. Testis, ut uidetur, utriusq; appellationis Theophrastus est. Vtr; alterius appellatiōis Apij, scilicet manifesta est ex forma radicis ratio, sic ignota nobis alterius: nec quā ob causam a coxendice, coxendicisue dolore, nisi hoc loco Ischias aliud significet, nomē id inuenerit ratiocinari licet. Est quidem omnibus in promptu, facillimūq; ratiocinari, quia purget, & purgando dolores coxendicis leuet, sic forte appellatā fuisse: sed nimis cōmune id est: neq; hic, aut Theophrastus quicq; pro coxēdicis dolore palam illi tribuerūt. Quo fit, ut nos & si in cōmuni græcor; omniū lectione nihil mutare ausi simus, credamus non Ischiada, quæ uox coxendicem & eius dolores, sed Ischada, quæ Caricam significat, non absurde penitus existimasse quosdam dici Apion hanc oportere. Similis enim, & turbinata figura non aliter q; Pyrum Carica est: In Theophrasto quidem Ischas passim legitur, non Ischias. Quo fit, ne demiremur, qui in eo Caricam uerterunt. Quemadmodum non constituimus, scriptoris huius codicibus magis, quàm Theophrasti credendum esse. Plinius nec Pyro, nec Caricæ radicem eius comparauit, sed Cepæ: ampliorem tamen q; Cepa sit, eam describens. Legitur paulo post in scriptore hoc, Chamebalanon dici etiā Apion hanc. Ea uox terrestrem significat glādem, quasi latentem & obrutam terra glandis forma radicem: oporteto; non glandis simpliciter intelligere, sed ut Græci Balanor; cōmuni appellatione lon

B



Hosted by Google

Cgiores fructus indicant. Cur deinde agrestis, aut montana Raphanus dicta eadem fuerit, satis secundo uolumine in Raphano, & hoc loco dictum a nobis est. Radicem eius, ut fere in cunctis græcis legitur, Spondylio herbæ hic comparauit. Respondetq; id naturæ, quoniã & hæc, & Spondylion tertio uolumine tractata, Raphani radice describitur: oportetq; inuicem similia esse, quæ alteri pariter similia sunt. Vidimus tamen nos, in quibus non radix Spondylio similis legitur, sed Asphodelo, & his quidem probatissimis, & antiquæ fidei, quod ab re penitus non est. Siquidem Asphodeli bulbosæ radices illæ, non penitus dissimilẽ huic speciem habent. Secuti tamen communem lectionem & nos sumus, ob eam præsertim caussam, q̃ hic in Spondylio radicem eius Raphano comparauit: & hæc ob eandem caussam syluestris, & montana Raphanus a multis credita & dicta est.

## De Colocynthide. CAP. CLXXVIII.

κολοκυνθίς

COlocynthis aliqbus Colocyntha ægos, alijs Sicya picra, alijs Alexãdrina Colocyntha, Zoroastri Tymbra, Ostani Autogenes, Romanis Cucurbita syluatica, Dacis Tustrata dicitur. Sarmenta foliaq; satiuæ Cucurbitæ emittit, per terram repentia, diuisa: fructum in speciem mediocris pilæ conglomeratũ, uehementer amarum, quem legere oportet, cum cœperit in luteum colorem permutari. Medulla fructus purgato riam uim habet, si quatuor oboli melle cocto Myrrha & Nitro excipiantur, & cogantur in catapotium. Arefactæ pilæ teruntur, & infusæ clysteribus prosunt, neruorum resolutioni, coxendicum doloribus, & coli uitijs, ut quæ bilem, pituitam & strimenta, interdum etiam cruorem eliciant. Fœtus admotæ enecant. Dentium dolorem tollunt, si una repurgetur, & luto oblita cum aceto & nitro inferuescat, hocq; iure decocti dentes colluantur. Si aqua mulsa, aut passum incoquatur, & sub diuo refrigescat, potu crassum humorem & strigmẽta alui detrahet. Stomacho supra modum aduersatur. Subdita ex ea balano, alui excrementa eiiciũtur. Virenti succo utilissime ischiadici perfricantur.

D

### BARBARI COROLL.

Plí. li. 20. ca. 3. COlocynthis, Cucurbita est syluestris, plena ipsa, nec inanis, ut Somphos, minor q̃ satiua. Primo herbacea, mox pallida, quæ & utilior est, quando eius sunt medicinæ. Hippocrates syluestrem Cucurbitã Sicyonem, & quæ fundo careat, & specie globosa & uniformi sit. Sicyan ἀτμικτόν, hoc est, insectilem appellat: interiorem uero partem eius, spongiam.

### EX M. VERG. COMM.

CVcurbitulam Græcor̃ exẽplo non male aliquis Colocynthida inter latinos dixisset. Cur enim, si licuit diminuto a Colocyntha, quæ illis Cucurbita est, nomine, syluestrem & amaram hanc Colocynthida dicere: nõ liceat & nobis a latinor̃ Cucurbita, Cucurbitulã facere, æqnalemq; illis æstimatione & uocis compositione, rei passim notæ appellationem ad medicinã afferre? Nos sane in eam partẽ trahebamur. Fuitq; diu nobis animus, Cucurbitulam huic capiti titulum facere: sed reuocauit nos ab eo consilio, recepta iampridem a medicis oĩbus, & officinis græca uox: multoq; magis, ne æquiuoca appellatione miscerentur simul planta hæc, & quas latini scriptores omnes ad aliũ medicinæ usum transtulerunt, Cucurbitulas eas uocantes, quæ spiritus, & præfocatæ flammæ ui corporibus nostris impactæ in superiorẽ partem & extimã cutẽ sanguinẽ, & q̃ alia opus fuerint, trahũt. Eãq; ob cãm seruata grẽca appellatiõe, de Colocynthide, q̃ syluestris Cucurbita est, caput inscripsimus. Aliogn Colocynthis parua Cucurbita est. Fecerũtq; eã Cucurbitis alijs congenerẽ Viticulæ folia & fructus: ideoq; tã multas ab eadẽ Cucurbita appellationes alias inuenit. Credimusq; nos, q̃d in Dioscoride legitur, οἱ δὲ κολοκύνθα ἀγρίου, quæ uoces nihil significãt aliud q̃ capræ Cucurbitam, & a cunctis ex eo caprina Cucurbita reddita est, potuisse q̃ndã legi οἱ δὲ κολοκύνθα ἀγρίαν, q̃d est, syluestris Cucurbita. Nolumus nũc quærere, uescant ne ea capræ, an nõ: amaritudinẽq; eius in cibo sentiãt: & an q̃d ho-

Hosted by Google

mini nocet, possit alijs animalibus nõ nocere. Quotidianum enim id est. Fitq; passim quod Lucretius cecinit, ut non sit idem nobis & brutis multarũ rerum sensus. Quippe uidere licet, pinguescere sæpe Cicuta barbigeras pecudes, homini quæ est acre uenenum. Verum quod suspicari hoc nos coegit, plantę genus est, quæ ab omnibus in syluestriũ censu numeratur: omnesq; Colocynthida describentes, siluestrem Cucurbitam uocant. Et omniũ maxime Plinius lib. 20. capite. 3. Quod a scriptore sic relinquendũ fuisse uerisimile non est. Monere id uoluimus, & si non multifaciendum forte aliquibus uideatur. Fecit amaritudo, quę Colocynthidi maxima est, & omnibus tam manifesta, ut qui plantam, & rem ignorãt, solo Colocynthidis audito nomine, amaritudinem intelligant, ut amara Cucurbita a quibusdam etiam diceretur. Quemadmodum quoniã copiosa in Aegypto nascitur, cuius rei testes etiam sacræ hebræorum literæ sunt, Alexandrina Cucurbita. Et hæc pro Colocynthidis appellatiõibus dicta hactenus sint.

## ¶ De Epithymo. CAP. CLXXXIX.

EPithymum Romani Inuolucruũ uocant. Flos est e Thymo duriore, Satureię similis. Capitula habet tenuia & leuia, & in eis fibras, quasi capillamenta. Potum cum melle detrahit pituitam, bilemq; atram per inferna. Priuatim prodest melancholicis, & inflatis, acetabuli mensura, ad quattuor drachmas, cum melle, sale & aceti exiguo. Plurimum in Cappadocia & Pamphylia gignitur.

### BARBARI COROLL.

EPithymum, flos est Thymi, sed non omnis. Differentia, q͞p hic herbaceus, alterius Thymi candidus. Aliqui eum Hippopheon uocant. Quidam aliter Epithymum tradunt, sine radice nasci tenui, similitudine Pallioli rubens.

### EX M. VERG. COMM.

QVod in Italia nascens nostrę ætatis herbarij Epithymon ostendunt, id nobis uidet quod Plinius. 26. uolumine capite. 8. de Epithymo agens aliter ab illo & his uerbis describit. Quidam aliter Epithymũ tradũt, sine radice nasci, tenui, similitudine Pallioli rubens. &c. Tenuissimis quasi capillamentis in glomerem conuolutis, & his rubentibus Epithymon hoc uidetur: Floribus minimis, candidisq;, Thymo similibus: nullis ut ille ait radicibus: eaq; forma, ut lanæ, stuppæue glomerem uidere te credas. Quam ob causam, non male crediderit aliquis, potuisse hoc genus a posterioribus Inuolucrum dici. Quod enim ab hoc describitur, & copiosum in Cappadocia & Pamphilia nasci traditur: diuersum, ut ex historia eius patet, et aliud a nostrate hoc est: simile tamen, aut coniunctum Thymo aliquid habere nomen indicat: aut alterum forte Thymi genus esse a Theophrasto & Plinio descriptum, nigro colore: quod tertio uolumine inter appellationes Thymi numeratum ab hoc scriptore est. Theophrastus quidem palam id docet quinto de plantarum historia dicens, καὶ θύμον τὸ μὲν λευκὸν, τὸ δὲ μέλαν. Quod est, Et Thymon candidum alterum, alterum nigrum. Et Plinius. 21. capite. 10. Totidem & Thymi species, candidum, ac nigricans. Neq; hic aliud indicat, dicens Epithymum Thymi esse florem durioris & Thymbræ similis, quasi alterum sit Thymi genus, mollius, nec Thymbræ simile. Quocunq; autem modo se habet, si non alterum Thymi genus sit, coniunctum Thymo aliquid esse oportet. Id em̃ ea uox significat, quod in Thymo est scilicet. Et Paulus Aegineta lib. 6. de eo agens, ait in tertio ordine siccare, calefacereq; Epithymum, & Thymo efficacius esse. Quod ductu & concæptu uocum quod diximus ratiocinari facile est. Nihil autem in eam partem magis nos trahit, q͞p nominis ratio, qua ut diximus, quod in Thymo sit, nascaturue, intelligi oportet. Vtitur eo idem Paulus, ut hic ait, in melancholicorum purgatione: nec minus etiam in ducenda simpliciter aluo. In quem usum bibi in uino iubet.

## ¶ De Alypo. CAP. CXC.

ALypon surculosa herba est, subrubra, latis ramulis, tenuibus folijs, flore molli, copioso, radice Betæ, tenui, referta acri succo, semine Epithymi. Gignitur in maritimis. Hac plæraq; Libyæ loca scatent. Semen atram bilem deijcit, si mensura Epithymo pari cum sale & aceto sumatur. Verum interanea leniter exulcerat.

Digitized by Google

C

## BARBARI COROLL.

Pli.li.27.ca.4.

ALypon, & Alypea, & ut Paulo placet, Alypias, cauliculus est molli capite, non absimilis Betæ: ut inquit Plinius, acre gustatu ac lentum, mordensq; uehementer & accendens. Caput, id est, radicem eius, Betæ similem intelligo, non folia: quippe quæ minuta ei sint: ut Dioscorides affirmat. Deprauatæ in Plinij uigesimo septimo libro Aliphon, pro Alypo legebatur, anteq; ipsi locum indicaremus.

## EX M. VERG. COMM.

SEmel tantum, & id etiam breuissime Alypi. 27. uolumine capite. 4. meminit Plinius. Nihil etiam Paulus Aegineta dictis decretisq; scriptoris huius addidit. Vtinamq; omnes nõ multo breuius & incertius, q̃ hic de eo tradidissent. Verba em̃ Plinij sunt. Alypon cauliculus est, molli capite, nõ dissimilis betæ: acre gustu, ac lentum: mordensq; uehemẽter & accendens. Aluum soluit in aqua mulsa, addito sale modico. Minima portio duarũ drachmarum, media quatuor, maxima sex, ea purgatione quibus datur e gallinaceo. Horum nihil, aut unum, alterumue in Dios. legitur: cætera aut ab alijs accæpta, aut aliter cognita Plinio fuerunt. Paulus Aegineta ijsdem uerbis Dioscoridi subscripsit, Alypi dicens semen per inferna nigrã purgare bilem, pari Epithymo mensura sumptum, additis aceto & sale. Veruntamen leuiter intestina exulcerare. Quæ tota est in scriptore hoc Alypi medicina. Qui deprehendisse nostra ætate Alypon se credunt, surculosam, ut hic ait, herbam: sed non ultra duos, tresue surculos in ea ostendunt: in q̃bus per interualla bina sunt folia rubentia, & in summo lutei floris umbella. Quę posset Alypon credi, nisi radix quę in scriptore hoc gracilis & quantitate betæ traditur, in ea longe crassior inueniretur. Potuit illi a ui sua nomen fieri: & quoniam nigram bilem purget, qua purgata animi tristitia in melancholicis pellitur, eaq; pulsa adest statim lætitia humani animi naturalis habitus, sic dici. Est enim græcis Alypon, quod tristitia, doloreq; caret, aut liberat.

## ¶ De Empetro, seu Calcifraga. CAP. CXCI.

ἔμπετρον

D

EMPETRON aliqui Phacõides uocant. Nascitur in montibus & maritimis, salso gustu. Sed quo propius terreno fuerit, amarius sentitur. Trahit bilem, pituitam, & aquam, si bibatur in iure aliquo, aut hydromelite.

## BARBARI COROLL.

Pli.li.27.ca.9.

EMpetron hoc Phacõides a Dioscoride, Prasoides a Galeno & Paulo cognominatur. Fere in saxo nascitur. Recenti uires sunt, uetustate perdit eas. Lapillos qui sufferuefiant, una rumpi affirmãt, quod & in Saxifraga quoq; diximus ex Plinij sententia, ut qui nihil differre ab ea iudicarit: quandoquidẽ medicinas, quas seorsum in utraq; mẽtione Dioscorides enumerat, ipse uniuersas Empetro huic assignat. Aut igitur ita sentiendũ est: aut Plinium errasse confitẽdum. Paulus certe Dioscoridem secutus, mentiones duas habet, quasi duorũ generum. Galenus unicam. Empetron Aetius etiam Epipetron, uocari solitum affirmat.

## EX M. VERG. COMM.

NAsci in petris Empetron satis indicat nomẽ. Epipetron eadẽ significatione ex antiquioribus aliqui etiã uocauerunt. Nec solũ, quia Lentis figurã & spẽm refert Phacoides, sed Marrubio similẽ Prasoides etiã. Plinius Saxifragã a latinis uocari ait: miscetq; cum ea quæ priuatim & seorsum a Dioscoride Saxifraga hoc ipso uolumine descripta est. Ex quo iterũ suspicari cogimur, quod in Saxifraga dictum hoc ipso uolumine a nobis est, non esse illud in hoc scriptore eo nomine recipiendũ: aut si sit, quod uerisimile tamẽ non est, uariantibus historia & medicina, bis de eadem actum fuisse non multo ante sub titulo Saxifragæ; quæ latina, & iterũ nunc sub Empetri, quæ tota græca uox est. Paulus quidem Aegineta, qui totum in. 6. suæ medicinæ Dioscoridem multa breuitate exscripsisse uidetur, Empetri manifeste meminit: Saxifragæ autem nusquã: quod non relinquendũ ab eo fuerat, si tunc in Dioscoride Saxifraga legeretur, aut ipse pro diuersa eam recæpisset. Crederemus nos, etiam eãdem Saxifragam & Empetron esse, nisi diuersa penitus utriusq; historia & medicina esset. Ob eam causam peritioribus hoc relinquemus, certius de Saxifraga inuenturis, quod recipiendũ, constituendumq; sit.

Hosted by Google

## ¶ De Clematide. CAP. CXCII.

A

CLematidem aliqui Epigetin, Aegyptij Philacuon, Romani Ambuxum nominant. Viticulis conſtat ſubrubris, folio uehementer acri guſtu, & exulcerante. Vicinis inuoluitur arboribus ut Smilax. Tritum ſemen, & ex aqua, aut hydromelite potũ, bilem pituitamq; detrahit. Illita folia lepras eximunt. Cum lepidio conditur ad eſum.

κληματῖτις

## ¶ De Labruſca. CAP. CXCIII.

LAbruſca ſarmenta Vitis modo prælonga emittit, aſpera, lignoſa, rimoſo cortice, foliis hortenſij Solani, longioribus ac latioribus, muſcoſo flore, & capillaceo, fructu exiguis uuis ſimili, poſt maturitatẽ rubente. Rotunda eſt acinorum facies. Feruefacta radix in aqua, & in cyathis duobus uini aqua marina diluti pota, humorem alui ciet. Ideo hydropicis datur. Vuæ eius, uitia cutis in facie, & maculas omneis expurgant. Enaſcentes ramuli cibi gratia condiuntur.

ἔμπελος ἀγρία

### BARBARI COROLL.

AMpelos agria, hoc eſt, Vitis ſylueſtris, cæditur horis omnibus, ſed præcipue autumno. Radice acri, ut Theophraſtus ſcribit, folio ſpiſſo, candicante, geniculata, rimoſo cortice, uuis rubentibus Cocci modo, ut Plinius. 23. uolumine. Hæc & pro Amuleto, cuius ſit proprie uua Taminia. Radix & acini, coria perficiunt, gelidiſſimaq; eorum eſt natura. Vt errauerit Theodorus, qui uerba illa in Theophraſto φιλοῦσι τῶ καρπῶ τὰ δέρματα interpretus ita ſit, Fructu defoliant arbores: cum legere debuerit, non dendra, hoc eſt, arbores, ſed derma, hoc eſt, corium: nec defoliant, ſed depſant & ſubigunt. Pars acinorum æſtu moritur, priuſq; reliqua: qui & ſolſtitiales dicuntur. Vniuerſi nunq; matureſcunt: & ſi prius q; tota uua matureſcat, detur cibo. Generi gallinaceo faſtidium gignit uuas appetendi. Flos huius in racemis candidus dependet Solani per initia, poſt diuiditur in uitis fere imaginem, ſed oblongam. Eſt ei ſimilis, ſed in ſalictis naſcens, ad eoſdem uſus quæ Salicaſtrum uocatur, contra hominum & quadrupedũ ſcabiem. Plinius. 27. ita deſcripſit. Folio duro, cineracei coloris, uiticulis calloſis, rubentibus qualiter flos quem Iouis flammam appellamus in Violis, ferens ſemen punici mali ſimile in acinis, ad eoſdem effectus. Propterea e recentioribus fuere, qui hanc & flammulam, & Iouis quoq; flammam uocarunt. Eſt & Labruſca uitis ſylueſtris una ſpecies, Oenanthen ferens, duorum generum, albi & nigri, ut Dioſcorides poſt docebit: Neu quemq; decipiat Pliniana lectio, Labruſca inquit Oenanthen fert ſatis dictam, quæ a Græcis Ampelos agria appellatur, ſpiſſis & candicantibus foliis, geniculata, rimoſo cortice, fert uuas rubentes, cocci modo, & reliqua. His uerbis Plinius. 23. uolumine duos frutices, non unum deſignat, Labruſcam, & quæ Ampelos agria uocatur.

Plí. lí. 23. ca. 2 lib. 27. ca. 7.

B

### EX M. VERG. COMM.

NOn eſt ſilueſtris hęc Vitis quam Romani Labruſcam dixerunt. Illa enim ſola conſitionis priuatione à reliquo uitium genere differt: hęc uiticularũ, & racemoſi fructus, quẽ fert, ſimilitudine inter Vites numeratur. Eamq; ob cauſam, duobus locis ab hoc ſcriptore, hoc ſcilicet, & a quinti uoluminis principio ſtatim de ſilueſtri Vite agitur. Hæc inter herbas, illa inter Vites: hęc folio hortenſis Solani deſcribitur, illa uitigineo folio intelligẽda eſt. Et nihilominus, quod raro in ea gente fit, utriuſq; idem nomen auditur: & utraq; Ampelos agria uocatur. Fuitq; hæc Plinio cauſa, nominum magis aliquando q; rerum rationẽ ſequenti: ut bis diuerſis locis de eadem ſilueſtri hac Vite importune ageret. Primum. 23. uolumine capite. 2. inter Vites. Mox iterum. 27. capite. 7. inter herbas. Poterunt uolentes certius in eo quod dicimus cognoſcere: legenteſq; palam deprehendere, paulo minus q; totam duobus locis eiuſdem plantæ hiſtoriam & medicinam eſſe. Quæ enim folia. 23. uolumine candicantia ab eo dicuntur. 27. deinde cineracei coloris uocantur: nullo diſcrimine inter candicans, & quod cineracei coloris ſit. Quodq; priore illo loco in medicina decernitur, Radix decocta in aqua, & in uini Cöi cyathis duobus, humorem alui ciet, ideo hydropicis datur: in poſteriore pariter docetur, Radix eius decocto in aquæ cyathis ternis, additis uini Cöi cyathis duobus, aluum ſoluit leniter: i-

C deo hydropicis datur. Quæ ex multis monstrasse satis sit: ne dubitent qui in Pliniana lectione occupantur, quales in eo siluestres duæ Vites sint. Vna tamen tantum est, & inutiliter iterū ab eo repetita, neq; apte inter Vites tractata: quoniam herba sit, & in herbarum censu seruanda fuerit. Nō nimis ut diximus ratio magis, q̄ rei miscerī in eo hæc fecit. Theophrastus. 9. de plantarum historia breuiter, & his uerbis de radice agrestis Vitis egit. θερμαντικὸν δὲ καὶ δριμὺ καὶ τῆς ἀμπέλου τῆς ἀγρίας ἡ ῥίζα, διὸ καὶ ἰσο φίλωθρον χρήσιμον καὶ ἐφελκίδας ἀπάγειν. τῶ δὲ καρπῶ φιλοῦσι τὰ ἕλμματα, τίμνεται δὲ πᾶσαν ὥραν ὁ πώρας δὲ μάλιστα. Quod est. Calefacit, acrisq; est, & syluestris Vitis radix. Eamq; ob caussam depilando est, & cutis asprediues exterit. Fructu depilantur coria. Cæditur quocunq; tempore, sed autūno præcipue. Dictum a nobis hoc etiā est, quoniā & a Theophrasto inter herbas Peucedanū, Daucum, Dracunculūq;, non inter arbores syluestris hæc Vitis numeratur: multoq; magis ob diuersitatē remedij ex ea contra cutis asperitates: q̄d hic in fructu & acinis, Theophrastus in radice cōstituit. Videndū tamē, an syluestris hæc Theophrasti Vitis ea sit, de qua nunc agimus: an quæ statim ab hac tractanda erit: exquo depilare fructū eius dicit: quod a Dioscoride albæ Viti, quæ mox dicetur, tribuitur. Sit ergo inter herbas syluestris Vitis, inter arbores autem Labrusca, suisq; notis utraq; quærētibus se ostendat: illa, ut passim omnes nouerūt: hæc, ut a Dioscoride & alijs traditur, satiui Solani folio a principio, paulatim deinde in uitiginei figuram transeunte: uiticulis longis, & quales in Vite sunt lignosis, asperis, rimosi corticis, acinis paruis, rotundis, in maturitate rubescētibus: quibus obseruatis notis, non erit difficile inter fruteta eam, et in sepibus inuenire. Et si non adeo frequens nascatur. Nos qualem hic descripsit aliquando uidimus.

## ¶ De Vite alba. CAP. CXIIII.

ἄμπελος λευκὴ

Bryonia

VITEM ALBAM aliqui Bryoniam, alij Ophiostaphylon, alij Chelidonion, aut Melothron, aut Psilothron, aut Archezostin, aut Agrostin, aut Cedrostin appellant. Foliis sarmentis, pampinisq; satiuam Vitem imitatur, sed hirsutiora sunt omnia. Ea quos
D prope se nacta sit frutices, suis clauiculis complectitur. Fructus rubens in uua dependet, quo coria pilis spoliantur. Ex ea asparagi, qui prima germinatione exeunt, decocti in cibo, aluum & urinam cient. Folia, fructus, radix, acrem uim sortiuntur. Itaq; ulcerum phagedænis, gangrænis, chironijs, putrentium tibiarum tedio, efficaciter ex sale illinuntur. Radix corpus abstergit, & cutem erugat. Vitia cutis in facie, uarosq;, lentigines, & cicatrices nigras emendat, cum eruo, creta chia, & fœnogræco. Eodem effectu prodest decocta in oleo, usquedum liquescat. Sugillata tollit. Reduuias committit. Inflammationes discutit illita ex uino. Suppurationes rumpit. Medicamento apte immiscetur, quod carnem exest. Infracta ossa extrahit, trita & imposita. Datur comitialibus in potu, drachmæ pondere cotidie anno toto. Prodest attonitis & uertigine laborantibus, consimiliter assumpta. Contra uiperarum ictus pota drachmis duabus auxiliatur. Partus necat. Mentem interdum subturbat. Cit urinam pota. Eclegma ex ea fit cum melle, difficile spirantibus, strangulatu oppressis, tussientibus, uulsis, ruptis, & laterum doloribus. Lienem ternis obolis pota ex aceto triginta diebus consumit. Illinit ad eadem cum fico. Ad muliebres infestus decoquit. Siquidem uuluas purgat, sed abortū facit. Succus e radice uere exprimit, qui trahit pituitā cū aqua mulsa potus. Ad psoras & lepras semē efficaciter illinit. Lactis abundantiā facit succus eius, si cū tritico decocto sorbeat.

Hosted by Google

## BARBARI COROLL.

AMpelos leuce, hoc eſt, Vitis alba, quæ & Bryonia & Bryonias a Columella, & Madon ab aliquibus uocat, Echetloſis ab Hippocrate, Melothron (ut putat) a Theophraſto, in coronas folio admiſſa. Quidam Pſilothrū dicunt: quia pelles confici huius acinis, quemadmodū & Labruſcæ poſſint. Huius ſarmenta, longis & exilibus internodijs geniculata ſcandūt. Folia pampinoſa, ad magnitudinem Hederæ diuiduntur, ut Vitium. Radix alba, grādis, Raphano ſimilis. Semen in uua, raris acinis dependet, ſucco rubente, poſtea crocino. Succus radicis colligi debet ante maturitatem ſeminis. A Plí. li. 23. ca.

## EX M. VERG. COMM.

QVod poterat a legētibus in ſcriptoris huius Bryonia deſyderari, quos ſcilicet natales habeat, & quibus locis inueniēda ſit, Columella Romanus ſcriptor in carmine ſuo expleuit dicens. Quæq; tuas audax imitatur Nyſie uites, Nec metuit ſentes: nam uepribus improba ſurgens Achradas, indomitaſq; Bryonias alligat ulmos. Bacchi uitibus ſimilem, & in ſepibus ſpinas, & aculeatos frutices alligantem deſcribens: quæ tota fere eſt candidæ in hoc ſcriptore Bryoniæ hiſtoria. Monuit illud obiter etiam Romanus ille auctor, conſueuiſſe ueteres ob quotidianum & multiplicem eius ad uitæ remedia uſum, ſylueſtrem alioquin ſtirpem in hortis conſerere: ne eogerentur incultis locis, & inter ſepes quærere, quod non in morbis tantū utile eſſet, ſed in ſanitatis uſu ſimplex, & ſale ſeruatum etiam placeret. Quod hic primum indicat, dicens comedi e terra primum prodeuntes Bryoniæ aſparagos. Mox etiam in primo Paulus Aegineta de omnibus aſparagis agens. Et inter latinos Columella lib. 12. capite. 7. multarum herbarum cum floribus & coliculis ſuis condituram docens. Quæ omnia a poſteriorib⁹ neglecta, dubium nobis modo utriuſq; Bryoniæ nomen & hiſtoriam faciunt. Cum tamē nihil ubiq; notius, & medicina etiā noſtri temporis, barbaris uocibus in his utens, cognita re, Bryoniam non ſatis cognoſcit. Laudauit magnopere Bryoniæ aſparagos quo diximus loco Paulus Aegineta his uerbis. κρὴ δὲ ἀπὸ τῆς βρυωνίας ἀσπάραγοι εὐστόμαχοι μὲν καὶ διουρητικοὶ ὀλιγοτροφωτέρᾳ πεττόμενοι δὲ μᾶλλον τρέφουσι τῶν ἀπὸ τῶν λαχάνων. Egerat eo loco is ſcriptor de his, qui nūc priuatim aſparagi dicuntur: mox ea ſubiecit. Et Bryoniæ aſparagi ſtomacho quidem accommodati ſunt, & urinam cient: parum tamen nutriunt: & ſi cum concoquuntur, olerum aſparagis in nutriendo efficaciores ſint. Quod totum ad ſanitatis uſum pertinet. Nam in medicina præter has aliæ ab eodem in ſexto uires utriq; Bryoniæ aſſignantur. Omnes tamen ex hoc ſcriptore accæptæ, in quibus minus efficacem candida nigram, de qua mox dicetur, tradit. Nec aliud in remediorū uſu diſcrimē inter eas tradidit. Quibus aūt notis & partibus inter ſe differant, facile erit ex ſcriptoris huius hiſtoria cognoſcere: preſertimq; ex foliorum figura, & fructus colore. Sunt enim in alba ſatiuæ uiti ſimilia folia, piloſiora tamen: in nigra hederæ, priuatimq; Smilaci: fructus in utraq; quidem acinoſus, ſed in candida πυῤῥὸν ruffus ſcilicet, in nigra ante maturitatem uiridis, cum maturuit niger. Habet nigra etiā radicis certas notas ab hoc ſcriptore traditas, quibus facillime diſcerni ab alia poſſit. Non erit, ut diximus, difficile in ſepibus, & inter fruteta quærentibus utramq; Bryoniam deprehendere: ubiq; enim naſcuntur: & cum deprehenderit aliquis, ſi uoluerit antiquorum exemplo earū aſparagis in ſanitate uti poterit: ſin minus, medicinæ ſeruare. Numerauit Plinius. 23. uolumine capite. 2. Bryoniæ albæ eaſdem huic ſcriptori appellationes Ophioſtaphylem, Melothrum, Pſilothrum, Archezoſtim, Cedroſtim, & Nadon. Verum ultima hæc Dioſ. nulla eſt: niſi quæ in eo Chelidion legitur, Nadon legi debuerit: aut ediuerſo legi in Plinio oporteat. Omnium huiuſcemodi nulla ſatis certa origo eſt: præterq; Pſilothri, quæ a depilandis corijs, quem uſum habent acini eius, facta eſt. Ex quo potuit etiam & Melothron fieri. Siquidē græci μήλοθρα dixerunt βάμματα & καλλωπίσματα, id eſt, colorum infectiones & concinnationes. Quod corijs forte ex Bryoniæ albæ fructu accederet. Sed in hoc ſcriptore per, ω, Melothron, in illis per, ο, ſcribitur. Potuit etiam Ophioſtaphyle dici, quaſi anguina uua. Id enim ea uox græcis indicat. In ſepibus enim uitigineo folio, & acinoſo fructu naſcitur: in quibus & angues plærumq; latent: quaſi crediderint aliqui, ut ex ſatiuis uitibus uuæ homini debentur, ſic anguibus natura illas eo loco ſeruauerit. B

## ¶ De Vite nigra. CAP. CXCV.

NIgra Vitis quam aliqui nigrā Bryoniam uocāt, alij Ghironion ampelon, alij Bucranion, Romani Oblameniam, alij Britanutem, alij Betiſalcam, Daci Priadelam, alij Pegrinam, Aphri Lauothen. ἄμπελος μέλαινα



Hosted by Google

C Folia fert Hederę, ſed maiora, ſmilaceis ꝓxima, caules etiam cognatos. Capreolis ſuis arbores quaſi adminicula cõprehẽdit. Fructus racemati cohęrẽt, qui inter principia uirẽt, & poſt maturitatẽ nigreſcunt. Radix foris nigra, intus buxeo colore nitet. Caules qui primo germinũ partu erumpunt, in olera recipiuntur. Menſes pelluut. Vrinas cient. Lienem abſumunt. Vertiginoſis, comitialibus, neruorum reſolutione tentatis proſunt. Radix eadẽ quæ Vitis alba præſtat, ſed inefficacius. Folia cum uino exulceratis iumentorum ceruicibus commodiſſime illinuntur. Luxatis itidem imponuntur.

## BARBARI COROLL.

AMpelos melæna, id eſt, Vitis nigra, quam proprie Bryoniam uocant, aliꝭ Gynecanthen, aut Aproniam, ſimilem priori, præterq; colore, ut Plinius exiſtimat. Sunt & in folio diſcrimina, ut Dioſcorides, & ipſa quoq; res demonſtrat. Huius ſemen nigrum, Aſparago ſimile. In fruteris, & arundinetis maxime naſcitur. Aiunt, ſi quis in uilla eam extruxerit, fugere accipitres, turaſq; fieri aues uillaticas. Hanc etiam Tannum, ſiue Tamum quidam uocari putant: & uulgo Tamarum. Q. Columella,

Lubrica iam Lapatos, iam Tami ſponte uireſcunt.

Sunt qui Thamnum quoq; ſcribant, non Tamum, aut Tanum.

## EX M. VERG. COMM.

RArior inuentu, ideoq; cognitu difficilior nigra q̃ alba Bryonia eſt: inuenta tamen, totam ueterum ſcriptorum hiſtoriam confirmat. Sunt illi per interualla cum foliꝭs diſpoſiti racemi: &
D qui non ultra octo, decemue acinos oſtendunt: multo minore q̃ in punicis magnitudine: & colore ante & poſt maturitatem quo ab hoc deſcribuntur. Quos tamen hic caules uocat, nos potius uiticulas dixerimus: earum enim ſpeciem magis q̃ caulium habent. Matureſcũt acini eius extrema æſtate: & ubi minus calet, umbroſiſq; locis autumno. Naſcitur & hæc, ut in alba diximus, in ſepibus, & inter fruteta, propinquas ſtirpes aſcendens, & alligans. Minor hæc q̃ alba eſt, nec tam late ut illa uiticulas ſuas ſpargit. Pares utriuſq; uires antiqui omnes eſſe tradiderũt: ideoq; ſine diſcrimine uti alterutra iuſſerunt. Licetq; id in Paulo Aegineta cognoſcere: qui contra nigras cicatrices, utriuſq; ope his uerbis utitur. ὐυλὰς μελαίνας ἄιρει βρυωνίας ῥίζης λευκῆς καὶ μελαίνης ἐφθείσης ἐν ἐλαίῳ ἄχρι χυλώσεως τὸ ἔλαιον ἐπιτιθέμενον. Quod eſt. Nigras cicatrices delet Bryoniæ radicis albæ & nigræ in oleo decoctæ. &c. De eius appellationibus non eſt qnod dicamus, præterq; Chironiam uitem uocari potuiſſe: aut q̃ Chiron medicinæ & herbarum in Theſſalia peritiſſimus, ulceribus iumẽtorum & hominum ex ea primus remedium inuenerit: aut q̃ Chironiꝭ ulceribus ea ueteres mederentur. Quod autem in ſcriptore hoc legitur, uuã Taminiam dici a Romanis, falſum eſt. Alia enim a Bryonia Taminia uua eſt: quemadmodum Latini antiquiores omnes docuerunt.

## ¶ De Filice CAP. CXCVI.

PTerin Græcorum aliꝭ Pterineon, aliꝭ Dacidonon, aliꝭ Anaſpharon, aliꝭ Blechnon, aliꝭ Polyrrhizon uocant. Magi Hermubain, Romani Filicam, aliꝭ Laculem, aliꝭ Filifanariam, Aegyptiꝭ Aſini ſanguinem. Folia ſine caule, ſine fructu, ſine flore, ex uno pediculo, cubitali longitudine exeunt, multifida & lateribus pinnata, ſubgraui odore, radice per ſumma ceſpitum nigra, oblonga, multis capillamentis fibrata, ſubadſtringente guſtu. Naſcitur in montibus & ſaxoſis. Radix latas tineas excutit, ſumpta drachmis quatuor ex aqua mulſa. Melius ſi cum Scamoniæ, aut Veratri nigri totidem obolis detur. Sed qui ſumunt, alia prægustare debent. Laborantes lienis incremento recreat. Radix & potu & illitu prodeſt iꝭ qui arundinibus ceſi ſunt. Probatur maxime,

quæ in arundinetis proueniat & locis Pulegio ſcatentibus. A

## BARBARI COROLL.

PTeris, hoc eſt, Filix, marceſcit fimo iniecto, & ob id pecoris incubitu: quod & in Medica herba nonnulli tradunt. Nullus Filici inciſę ſuccus. Radici guſtus e dulci aſtringens. Vna hæc eſt, & ex ea Flices exeunt, bina etiam cubita excedentes longitudine, hanc marem exiſtimant. A Filicibus Filecta, ut a Caricibus Carecta dicimus. Eſt autem Carex e qua molliſſimę texuntur cathedræ. Folio fere arundinis, uliginoſo, & paluſtri ſolo plurima. Seruius Caricem deſcribit acutam, & duriſſimam, Sparto ſimilem. A Filice Felicones dictos exiſtimant: quos ueteres pro malis & inutilibus accipiebant. Dicebantur & Felicati calices a Filice. Pli.li.27.ca.9.

## EX M. VERG. COMM.

INuiſam Maro in Georgicis ſuis, contra in Buccolicis ἀπαλὸν, id eſt, mollem, & ex eo amabilem Theocritus Filicem, clari rerum omnium peritiâ poetæ duo dixerunt. Neuter tamen ſimpliciter, ſed alter aratris & frumentario agro, alter paſtoribus & pecori: eadem fortuna qua tota fere natura eſt, quæ benigna ſemper & utilis, quod alijs importune abſtulit, aut in quo nocuit alijs liberaliter dedit & profuit. Sterilitatis, aut parũ fœcundi ad fruges agri, indicium Filix eſt: & præter id obliquis & longis radicibus terram amplexa, bubulcos & boues longioris laboris tedio arantes remoratur. Contra, in montibus, incultiſq; locis naſcens, grata pecori & paſtoribus quæſita: his cubilia & tomenta per hyemẽ ſicca præbens, illi utroq; tempore cibos. Inutilis homini & infelix, niſi eiuſdem naturæ benignitate malorum remedijs & medicinæ ipſa etiam ſe miſcuiſſet: nataq; in nobis uentris animalia enecaret, & perimeret. Quod nõ tantum hic docet, ſed multo certius Theophraſtus ad extremũ nonum de plantarũ hiſtoria uolumen. Cuius de Filicis poteſtate & ui uerba hæc ſunt. ἡ δὲ τῆς πτέριδος ῥίζα μόνον τῷ χυλῷ γλυκύσρυφνος. ἔμπνθα δὲ πλατεῖαν ἐκβάλλει. ασπέρμα δὲ ὄυκ ἔχει οὐδὲ ὄπόν. τέμνεσθαι δὲ ὡραίαν μετοπώρου φασὶν. Quod eſt. Radix uero Filicis ſola, ſapore dulci ſimul & acerbo eſt. Latos lumbricos pellit. Non ſemen, non liquorẽ habet. Ferunt tempeſtiuã autumno ſecari. Pluribus in ſcriptore hoc appellationibus Filix indicatur: plureſq; earum ab alis auium, quarum ſpeciem in ramulis diſpoſita eius folia referunt, factæ a gentibus fuerunt. Pennatus enim & pennatis foliis frutex Filix eſt. Quæ quoniam numeroſa & confercta in piloſis ramulis eius ſunt, ideo etiam a quibuſdam Daſyclonos dicta eſt, δασὺ enim hirſutum, piloſum, & aſperum græcis ſignificat. Quod deinde in eodẽ ſcriptore hoc paſſim, & in cunctis græcis legitur, uocari a quibuſdam Filicẽ βλάχνον, id eſt, ut nos uertimus, Blachnon, parum certam nobis habet rationem. Nec ſcimus, an ex Pulegio, quod βλάχωνα ueteres aliqui nominauerunt, ad Filicem male & importune deflexa appellatio ea fuerit. Siquidẽ nihil Pulegio & Filici ſimile, comuneue eſt. Nec legiſſe meminimus, guſtatam pecori primũ Filicem, quod Pulegio omnes tribuerunt, Balatũ in toto grege excitare: ideoq; ſic uocatam fuiſſe. Et nihilominus, ut paulo ante teſtati ſumus, quotquot uidimus græcorum codices, Blachnon uocari Filicem indicant. Solus Nicander in Theriacis ſuis, niſi alia Filicis in eo ea uox ſit, aut male in eo id legatur, aliter appellationem hanc protulit. Verſiculus eius eſt. ἐν δὲ πολὺν χιλίος βλίθρου περιθάλγεο χάρτην. Blethrum ille, nõ Blachnon Filicem in multa folia diuiſam uocauit. Quicq; interpretatus eſt eum græcus ſcriptor, Blethrum ait Filicẽ dici, quæ etiam Blachnon nominetur. Ex quo ſi recipiendum ſit hominis teſtimonium, colligere oportebit, utroq; modo & Blachnon, & Blethrũ Filicem quondam dictam fuiſſe. Eamq; ob cauſam nos nihil mutantes, Blachnon uocari eam a quibuſdam uertimus. Folia hic ſine caule Filicem merito, & ex re uocauit. Sunt enim ſibi folia non minuta illa, quæ numeroſa & pene infinita totis ramulis diſpoſita ſunt, ſed quæ uno pediculo cubitali, ut hic ait, longitudine a terra ſtatim, aut ex ſtipite eius exeunt in plura & minora alia illa foliola diuiſa. Nullos habet caules Filix. Si quid enim in ea ſupra terram extollitur, pediculi foliorum, non caulis rationem habet: quoniam negato illi ſemine, merito caulem natura etiam negauit. Propter ſemen enim plærumq; caulis eſt. Sterilem, & ſine ſemine omnes Filicem dixerunt. Falſumq; eſt quod iactant aliqui, una ſolſtitiali nocte florere Filicem: eademq; hora cum defloruit, maturum in terram ſemẽ cadere: ideoq; niſi aliquis tunc adfuerit, nec uideri florem, nec colligi ſemen poſſe. Quæ omnia Agyrtarum cõmenta ſunt, humanæ ignorantiæ ad queſtum tam impudenter illudentium. Necq; hoc mendacij genere contenti, ne quid fraudi eorũ & ſceleri deeſſet, religionem etiam cõmentis ſuis addiderunt. Natali nocte eius, quo (ut ſacræ Chriſtianorũ literæ teſtantur) inter natos mulierum maior alius non ſurrexit, cuncta illa fieri & obſeruari præcipientes. Nec ſentiunt, quo dierum numero natalis ea nox, & ſolſtitialis illa nunc inter ſe diſtent. B

C Sterilis, ut rem noſtram agamus, priuataq; ſemine Filix eſt. Quodq; a natura ſibi ea non inuenit, homini etiam inuidet. Siquidem quod in ſcriptore hoc non legitur, ueteres græcorum medici & herbarij, poſſe Filicem dixerunt uiuentes in utero animantium fœtus enecare, et enectos pellere. Quod ab hac ſtatim dicendæ Thelypteridi a Dioſcoride tribuitur. Cuius & Filicis pares paulominus & omnino uires ſunt.

## ¶ De Filice fœmina. CAP. CXCVII.

θελυπτερίς

THelypterin, aliqui Nymphæam Pterin nominant, Romani Linguam ceruinam, foliis Filicis, ſurculoſis & quæ non ſingulari ut illa pediculo fulciantur, radicibus longis, pluribus, latis, quæ ex nigro in luteum flaueſcunt. Aliquæ etiamnum rubrę inueniuntur. Pellunt lata interaneorum animalia, cum melle eclegmate ſumpto. Potæ cum uino drachmis tribus teretes tineas eiiciunt. Datæ fœminis ſterilitatem faciunt, & prægnantibus abortum, ſi ſupergrediantur. Farina humidis ulceribus, & cicatrici repugnantibus inſpargitur. Iumentorũ ceruicibus medetur. Folia recentia in oleribus cocta manduntur, ut uẽtrem emolliant.

### BARBARI COROLL.

THelypterin alterum Filicis genus, fœminam appellant. Foliis hæc braeuior, mollior, denſior, canaliculata. Vtriuſq; radicibus ſues pingueſcũt: quæ ſunt eis longæ, obliquæ, nigræ, prę cipue cum inaruere. Siccant eas ſole, Virgiliis occidentibus effoſſas. Naſcuntur ubiq;, ſed maxime frigido ſolo. Vtriuſq; lateribus pinnata: unde Græci nomen impoſuere. His cimices necãtur. Serpentem non recipiunt. Vſus radicis in trimatu tantum, nec ultra, nec citra. Laudant in utroq; ſexu Macedonicam: deinde Caſſiopicam.

D

### EX M. VERG. COMM.

COpioſior, & pluribus locis Filix & Thelypteris naſcitur: ideoq; ruſticę & urbanæ plebi notior: & quatenus homini inutilis planta, in minore honore eſt. Alioquin eoſdẽ natales, eaſdẽq; uires utraq; habet: ſpecie etiam adeo ſimiles, ut imperitos inuicem ſæpe fallant. Quod aũt maxime ſimile habent, piñata folia ſunt, eodem ordine & magnitudine in utraq; diſpoſita. Quod contra diſcrepat inter eas, ramuli, & ramulorum color eſt: qui fruticoſi in hac ab uno principio ex terra oriuntur, & quo colore radices hic eſſe ait, in nigro ruffo, & aliquando rubente uidentur. Diſcrepat & illud, q Filix ubiq; fere naſcitur, & contumax agricolæ repugnat, poſt conſitos etiam agros regerminans: Hæc locis incultis, frigidis, umbroſis, & humentibus ſemper inuenitur. Quã ob cauſam Nymphea Pteris, id eſt, Nymphea Filix dicta eſt: q nymphas, ſ. id eſt ſolitudines, nemora, & aquas amet. Fœminã Filicem græci eam nominauerunt, non ſexus diuerſitate aliqua, ſed ut ea ratione qualia in plantis & medica materia plæraq; alia ſunt, a priore illa diſcernerent. Plinius, & græcorum herbarij alij, & medici ſimul, continuataq; hiſtoria de utraq; egerunt: hic tamen ſeorſum. Eumq; nos ſecuti, duobus capitibus, duas deſcripſimus plãtas. Alioquin non male forſan coniunxiſſet eas aliquis: tanta inter eas ſimilitudo, & tam cõmune genus, pareſq; uires ſunt. Legebantur in hoc capite contra & oporteret duo. Alterum Barbarus ex Plinio emendauit, in radicum hiſtoria, ſ. in qua male in græcis legitur πλατῖαι, quæ uox latitudinem ſignificat: cum tamen nulla ſit radicibus his latitudo. Vnius literę uitium & lapſus id fecit. πλαγῖαι enim, id eſt, obliquæ, legi oportet. Plinius de his agens ait. Radices utriq; longæ in obliquum, nigræ, &c. Alterum ambo interpretes ex eodem Plinio emendari poſſe non animaduerterunt. Eſt autem ad ultimum capite, quo loco hic ait, κἂν ἔγκυος λαβῇ. &c. quarum uocum ſenſus quidem eſt, ut illi crediderũt, Etſi prægnans ſupergrediatur. &c. Verum non λαβῇ, quod ſupergredi ſignificat, ſed λάθῃ, quod eſt, ſumat, legi oportebat. Sic qui uetuſtiſſimus & probatiſſimę fidei apud nos eſt græcus Dioſc. habet. Sic ratio etiam oſtendit: & Plinius confirmat dicens, Neutra danda fœminis: quoniam grauidis abortum, cæteris ſterilitatem facit. Plinio etiam antiquior Theophraſtus lib. 9. de plantarum hiſtoria de Thelypteride hac his uerbis docuit. ἡ δὲ θελυπτερὶς χρηίμη πρὸς τὰς ἑλμινθας τας τε πλατεῖας καὶ τὰς λεπτάς. προσ μὲν τὰς πλατεῖας ἀναθλευομένη μᾶλλον. πρὸς δὲ τὰς λεπτὰς ἐν οἴνῳ γλυκεῖ, μετ' ἀλφίτων λαμβανομένη. γυναικὶ δὲ ἐὰν γεδιοῦσῃ, ἐὰν μὲν ἐγκύμονι ἐκβάλλειν φασὶν, ἐὰν δὲ μὴ, τὸ ὅλον ἄτεκνον γίνεσθαι. Quorum ſenſus eſt. Vtilis autem contra

lumbricos uentris Thelypteris, & latos, & graciles. Contra latos quidem cum melle, cõtra gra A
ciles aũt in uino dulci cum polenta. Quinetiam si mulieri detur, prægnanti quidem abortũ, sim
pliciter autem fœminis sterilitatem facere dicitur. Et hæc Theophrastus eadẽ cunctis alijs. Oẽs,
ut uideꝛ, cibo potuue Thelypteridis sterilescere fœminas, grauidas uero abortũ facere affirmãt.
Nullus aũt, si grauida Filicem hanc supgrediaꝛ, fieri abortum testatur. Eamq; ob causam, tot te
stiũ concordi fide & autoritate, aliter q̃ cæteri locum, & ut legitur intrepide uertimus.

## ¶ De Filicula. CAP. CXCVIII.

Polypodion aliqui Scolopendrion, alij Pterin, alij Polyrrhizon, πολυπόδιον
Latini Filiculam uocant. Nascitur in muscosis petris, & uetustis est polipodium
arborum caudicibus, præsertim Quærcuum, palmi altitudine, Filici si
milis, subhirsuta, non tenui perinde diuisura. Radix pilosa, in qua con=
tinentur cirri, ceu poliporum, crassitudine digiti minimi, coloris intus
hærbacei, austera aliquantum, & gustu subdulcis. Purgãdi uim habet.
Coquitur cum gallina, aut piscibus, aut Beta, aut Malua, ad aluum sol=
uendam. Aridæ farina aquæ mulsæ insparsa, detrahit bilem & pituitã.
Trita luxatis efficaciter illinitur, & aduersus digitorum fissuras.

### BARBARI COROLL.

Polypodion, nostri, ut Theodorus putat, Filiculam appellant, in Plinio ita legens. Ego Fi Plí. li. 26. ca. 8.
liculam dicendum arbitror, cum ex Dioscoride, tum ex Filicis similitudine: tum ex Catone, q & 12.
Feliculam uocauit, ad deficiendam aluum præberi iubens eam. Eodem modo & Columella
nominauit. Vnde uinum Polypodites quoq;, ad eundem usum fit, præcipuum in Phœnice B
oppido eius Byblo: ut inquit Aetius. Post imbres semper emicat hæc herba, floret, & semen
non fert.

### EX M. VERG. COMM.

Folia Romanis Filiculã, Græcis pilosæ cauernosæq; acetabulorum modo radices Polypo=
dium fecerunt: exiguam herbam, ideoq; diminuto nomine ab utraq; gente appellatam. Folia
enim (quod hic: Theophrastus, Plinius, latinicq; & græci fere omnes testantur) Filici similia ha-
bent: radices autem pilosas, minimi digiti crassitudine. Sed quod marinis Polypis cognominem
plantam fecit, per longitudinem certis interuallis dispositi concaui tumores, eadem specie et na
turæ usu quo in polypis acetabula uidentur, fuerunt. Necq; enim a multitudine pedũ, quos nul
los habet ut polypum, Polypodium græci herbam nominauerunt, sed quoniam polypo, qua
diximus nota similis est, sic quondam uocata fuit: nulla alia q̃ exigui polypi significatione. Di
minutum siquidem a polypo nomen Polypodium est. Facile intelliget quod dicimus, qui ocu
latus testis radicis eius fuerit. Videbit enim qualem nos diximus crassitudine, & uillositate ra-
dicem: mox in ea apertos & concauos tumores quosdam, quibus nititur & hæret: non aliter q̃
in mari polypi acetabulis suis hærent, sugunt, & quæ cœperunt tenent. Qualia autem Acetabu
la sint, & unde ad multas naturæ partes id nomen transierit, in Acetabulo herba, & alibi lon=
gius diximus. Idque est quod Plinius uicesimo sexto uolumine ait. Radix crassitudine di-
giti minimi, acetabulis cauernosa, ceu polyporum cirri. Felici descriptione usus, rei quam ante
eum Theophrastus, & hic scriptor ijsdem fere uerbis tradiderant. Theophrasti uerba libro no-
no de plantarum historia sunt, quo loco de radicum diuersitate agit, hæc. ἡ δὲ τοῦ πολυποδίου δα
σεῖα καὶ ἔχουσα κοτυληδόνας, ὥσπερ αἱ τοῦ πολύποδος πλεκτάναι, καθαίρει δὲ κάτω. φύλλον ἔχει ὅμοιον τῇ
πτέριδι τῇ μεγάλῃ καὶ φύεται ἐν ταῖς πέτραις. Quorũ sensus est. Pilosa aũt Polypodij radix, acetabula
habens, qualia poliporũ cirri habent: purgat per inferna. Foliũ maiori Filici simile habet, & in
petris nascitur. Hic non tam manifeste rem descripsit: sed cum dixisset habere Polypodij radi-
cem cirros polypo similes, cogitanda legentibus reliquit acetabula: quæ necessario eos sequun
tur, & sine quibus in polypis cirri esse nõ possunt. Alioquin differunt a Cirris Acetabula. Illi e-
nim tota polyporum flagella sunt: hęc autem in flagellis & cirris his cauernosæ concauitates, q
bus id animal nititur, apprehendit, & apprehensa exsugit. Et hęc tota Polypodij nominis ratio
in græcis, & causa fuit. Romani, quæ certius & in aperto magis erant folia contemplati, Filicu-
lam uocauerũt. Testaturq; id Plinius, eodem loco dicens. Detrahit bilem Polypodium, quam
nostri Filiculam uocant. Similis enim Filici est. Sed multo certius ante eum, M. Cato operis sui



Hosted by Google

C de re rustica capite centesimo quinquagesimooctauo, qui cum familiam rusticam doceret, quo modo aluum deijcere oporteat, plura simul coqui iubebat: frustum de perna Brassicæ, & betæ, cum radice sua coliculos: tum Filiculæ paulum, Polypodium hanc intelligens: cui, testantibus id cunctis alijs, egregia in purgando uis est. Polyrrhizon, id est, multiradicem uocari hic etiam ait, ut paulo ante diximus, a copia radicum: quod nomen accreuisse nos illi credimus ex pilositate eius. Nasci in petris tantum Theophrastus ait. Omnes alij tamen ultra petras in arborum, præsertimq; quercuum truncis prouenire etiam tradiderunt. Probantq; officinę, ex quercu magis, q̃ ex petris, aut alijs arboribus. Plinius sub arboribus uetustis nasci ait. Cæteri uero in, nõ sub arboribus. Addidit ille tamen uetustatem necessariam Polypodij natalibus. Inter corticis enim rimas nascitur, quas uetustiores tm̃ arbores amisso iuuentutis humore & lęuore ducũt.

## ¶ De Dryopteri. CAP. CXCIX.

Δρυοπτερίς

DRYOPterin aliqui Pterion, alij Nymphæam Pterin nominant. Nascitur in ueterum roborum musco, Filici similis, multo minore foliorum incisura, radicibus inuicem implexis, hirsutis, gustu acerbis, in dulcedinem uergẽtibus. Psilothrum est cum radicibus trita. Illinitur enim primum usq;dum sudorem euocet: mox sudor abluitur, & recens imponitur.

### BARBARI COROLL.

Pli. li. 27. ca. 9.

DRyopteris, folio subdulci diuersa huic, sed similis est, Dryophonõ a Plinio uocata, cauliculis tenuibus, cubitalibus, circumdatis utrinq; folijs, Pollicari amplitudine: qualibus Oxymyrsine, sed candidioribus, mollioribusq;, flore candido Sabuci. Edunt cauliculos eius decoctos: semine uero pro Pipere utuntur.

D

### EX M. VERG. COMM.

QVerna Filix Dryopteris est: id enim græcis ea uox significat. Eamq; ob causam ex Filice plæraq; illi nomina accreuerunt. Polypodio similis eousq; Dryopteris est, ut sæpe carpentes fallat. Filici enim similis ut illud, & in uetustis quercubus pariter nascitur. Quod discrepat, radix est, & in natalibus muscosę arborum illarum partes. Sapor in utraq; idem, sed ad medicinam uires diuersæ. Breuissime de ea antiquiores omnes egerũt. Nosq; eos secuti, nihil ultra de ea monebimus, q̃ oportere in carpendo diligentiores herbarios esse: ne si legentes similitudo fefellerit, nullas Polypodij uires esse utentibus credendum relinquat.

## ¶ De Cnico. CAP. CC.

Κνίκος

cnicus. ab officinis cartamus

CNicus folijs cõstat oblongis, asperis spinosis, caule sesquipedali, capitulo magnitudine grandis oliuæ, flore Croci, semine candido, alioqui rufo, longo, anguloso. Huius flore in obsonijs utuntur. Seminis tusi succus adiectis amygdalis, nitro, aneto, & melle decocto, cogitur in placentulas, quæ aluum emolliunt. Hæc in frusta quatuor finduntur, quæ nucis Iuglandis magnitudinem impleant. E quibus ante cœnam duo uel tria sumpsisse satis est. Ratio temperandi hæc est. Cnici candidi sextarius, amygdalorum tostorum & delibratorum cyathi tres, anesi sextarius unus, aphronitri drachma una, cum carnibus triginta caricarum. Seminis succus lac cogit, & magis ipsum resoluendæ alui facultate donat.

### BARBARI COROLL.

Pli. li. 21. ca. 15.

CNecos, a Theodoro Cartamum sermone uulgi dicitur. Multis caulibus, ramisq; se spargit. De syluestri diximus in Atractylide. In Cneco peculiare illud a Theophrasto redditur: q; syluestre tenerius, leuius, & semine copiosius habetur: Satiuum durius, spinosius. Cnicon Italię ignotam, ut Plinius scribit, Aegyptus maxime celebrat, oleo, non cibo gratam. Hoc faciunt

Hosted by Google

ex semine eius, quo & psitaci nunc aluntur. Cnecos melius q̄ Cnicos dicitur. Nam & Cnacon, a seminis colore Theocritus pro candido, siue flauo usurpar. Democritus, & omnino chymici florem Cnici Echumenion appellant. Iidem Elydrion herbam nominant: nec quae sit ea docent, praterq̄, q̄ lutei sit coloris. Inuenio tamen in Opisthographis medicinalibus quibusdam, pro Chelidonio minore acceptam Elydrion.

EX M. VERG. COMM.

AEgyptiam ubiq̄ in historia sua, & Italiae ignotam Plinius Cnicon suam facit: conficiq̄ in ea gente ex eius semine oleum. Theophrastus, alijq̄ omnes, non magis in Aegypto q̄ Graecia & alijs locis nasci decreuisse uidentur: simpliciter de ea agentes, nullumq̄ huiuscemodi discrimen in ea indicantes. Eorum nos, priuatimq̄ scriptoris huius historiam secuti, quam nouerūt rura omnia aculeatam herbam intelligimus. Cuius flore ad coloranda obsonia, pro croco rustica plebs passim nūc etiam utitur, Crocumq̄ sarracenum totus Ethruscus ager uocat. Congruunt enim omnes illi quae a scriptore hoc notae illi tribuuntur. Foliorum modica longitudo, incisio, asperitas, aculei, cubitalis caulis, & in eo capitulum: flos itidem Croco similis: porremumq̄ omniū candidum, oblongum, & angulosum semen: eamq̄ ob causam uulgarem, & quotidiani pro Croco usus herbam intelligimus: quam diligentius etiam rura ob eā utilitatem serere consueuerunt. Nolumus, ut factū ab alijs est, quomodo ab agresti fuso Cnicos differat docere, & an congener illi, diuersaue sit. Ex Theophrasto enim libro. 6. de plantarum historia nouisse huiuscemodi aliquid forte diligentior quispiam poterit. Qui duo genera Cnici constituens, syluestre, & satiuum, in altero potuit hanc, in altero illam numerare. Locus in eo nobis non satis integer uidetur. Eamq̄ ob causam nihil ultra ex eo constituimus.

## ¶ Mercuriali. CAP. CCI.

LInozostin marem, e Graecis aliqui Parthenion, alij Argyron, alij Aritrillin. alij Chrysitin, Aegyptij Aphlopho, aliqui Hermu botanion, Latini Mercurialem masculam, alij Tessiculatam. Aphri Asumes uocant. Foliis constat Ocimi minoribus, Helxinae cognatis, ramulis duplici geniculorum nodo cinctis, alarum cauis multis: fructu in foemina copioso, quandam racemorum speciem praebente: mari e foliorū sinu dependente, paruo, rotūdo, ceu binis testiculis una cohaerentibus. Frutice dodrantali, aut maiore. Vtraq̄ in oleribus manditur, ad aluum ciendam. Cocta in aqua, epoto iure, bilem aquamq̄ detrahit. Constat ut mares gignantur, hunc facere, ut foeminae illam, si a purgatione bibantur, & trita folia genitalibus admoueantur.

BARBARI COROLL.

LInozostis, siue Parthenion a Mercurio inuentus est. Ideo apud Graecos Hermupoan, & Hermuboranen multi uocant. Caule utriusq̄ generis cubitali interdum, sed ramoso in cacumine, geniculis densis. Semen in geniculis dependens. Foeminae solutum & candidum, mari iuxta genicula stans, breue, rarius, contortū. Folia Ocimo angustiora, sed maribus nigriora, foeminis uero candidiora. Radix superuacua, praetenuis. Nascitur in campestribus cultis.

EX M. VERG. COMM.

COmmendat se statim diuino noie Mercurialis herba, uulgaris alioquin, uinetisq̄ & campis fere omnibus nascens: aliquibus locis tam copiosa & efficax, ut sapore suo uina etiā inficiat, & bibentibus ingrata reddat. Vna, praecipuaq̄ illi in deijcienda aluo naturae uis est, & a cunctis in medicinae usu recepta. Numerauit, quo diximus in Polypodio capite. M. Cato & hanc inter ea quae familiā rusticam ad deijciendam aluū docebat, monens non multū ex ea accipiendū esse. Quae uis quoniā cōmunis illi cum pluribus alijs est, non uidetur diuino nomine ornare eam debuisse. Credimusq̄ nos, quod in extremo capite ex aliorū fide a Dioscoride, & a Plinio. 25. uolumine, capite. 5. traditum est, diuini eius nominis causſam illi fuisse. Id enim magis Deum hominibus ostendisse decuit, rarum, incognitū, multisq̄ omnibus seculis optatum: qui aut dum aegre ferunt, plures sibi nasci filias: uxorūq̄ suarq̄ in eo sexu foecunditatē calamitosam sibi fore animaduertunt; aut dum nominis sui memoriā, generis subsidiū, haeredes fa-

Cmiliæ, & Reipub. ciues poſt ſe quotidianis uictimis & precibus reliquiſſe optant. Qua ratione alia præſtare id ſibi poſſent, a Deo cognouerũt. Factumq; ex eo eſt, ut Græci ἑρμοῦ πόαν, id eſt, Mercurij herbam, latini Mercurialem uocauerint: notam uulgo, ut diximus, & quæ ob nimiã ſoluendi uim, quam habet, pro maledicto in gente noſtra etiam nunc ſit.

## De Cynocrambe. CAP. CCII.

κυνία

CYnia, aut Cynocrambe, aliquibus Linozoſtis, Aphris Armas, aliis Aſumeſlabon dicitur. Cauliculum binum palmorum altitudine emittit, mollem, ſubalbidum, folia Mercuriali, aut Hederæ ſimilia, certis interſtitijs ſubalbida. Semen foliis adhæret, paruum, rotundum. Folia cum caulibus pota aluum cient. Oleribus commendantur. Ius decocti & pituitam, & bilem, aquamq; detrahit.

BARBARI COROLL.

CYnia non eſt ea, quam Theodorus Canariam interpretatus eſt, ut in Culice docuimus.

EX M. VERG. COMM.

QValis canina hæc Braſſica ſit, non ſatis nobis conſtat. Si nomen ſolum expendatur, eadem Apocyno, quæ non multo ante hoc ipſo uolumine tractata eſt, uidebitur. Si uires, & quæ poſſe traditur, Mercurialis eſſe merito credetur: præſertim iiſdem penitus uerbis in hoc ſcriptore tractata. Quæ enim de ea feruntur, ſemen eam ſecus folia habere exiguum, rotundumq;: potam præterea, aluum ſoluere: & olerum modo coctam, bilem & aquas corporis trahere: omnia paulo ante dictæ Mercurialis herbæ ſunt. Quod autem nos maxime ſuſpendit, & in ancipiti turbauit, uetuſtiſſimorum græcorum codicum, & latinorum fides eſt: in quibus non legitur hoc caput. Nec Plinius (quod hactenus deprehenderim) aut Theophraſtus de ea alicubi agentes. Inclinat ideo animus nobis, adulterinũ ſcriptoris huius eſſe hoc caput, & alterius Mercurialis herbæ traditam ab aliquo ſub hoc titulo hiſtoriam eſſe. Cenſebunt de ea peritiores. Nos enim quod ignoramus fateri pudebit.

## De Heliotropio magno. CAP. CCIII.

ἡλιοτρόπιον τὸ μέγα

HEliotropium magnum aliqui Scorpiuron uocant, alij Heliotropon, alij Dialion, alij Heliopon, alij Scorpioctonon, alij Seſamon agrion, alij Scorpij uran. Flos ei eſt effigie ſcorpionis caudæ. Vnde Scorpiuro ei nomen. Et quoniam folia cum ſole circumagat, Heliotropion dicitur. Folia Ocimi habet, hirſutiora & candidiora, & maiora. Ramuli a radice terni, quaterni, aut ſæpe quini exiliunt, multis alis concaui: flos in cacumine candidus, aut ſubfuluus. Incuruatur ut ſcorpionis cauda. Radix tenuis eſt, & inutilis. Naſcitur in aſperis. Decocta ex aqua faſciculo manus plenæ, pituitã, bilẽq; per aluũ extrahit. Contra ſcorpionũ ictus & potu & illitu prodeſt. Adalligat, ut concæptũ adiuuet. Aiunt per horã unam ante acceſſiones, ſeminis grana quatuor, quartanas finire, tria uero, tertianas. Illitum ſemen formicãtes uerrucas, penſileſq;, & thymi florem repreſentantes, & epynictidas exiccat. Folia infantiũ deſtillationibus, quas ſyriaſeis uocãt, podagris, luxatiſq; utiliſſime illinuntur. Menſes cient. Partus trita & impoſita pellunt.

BARBA.

HEliotropium a Cornelio Celſo Solaris herba dicitur, æterno folio. Particulatim ut Ocimum floret: ideoq; perẽdiu. Incipiens ab imo per ſolſtitiũ circũagit ſe cum ſole, ut nomẽ indicat, ut ortum eius mane ſpectet, et eius iter ad occaſum uſq; perſequatur. Sed & nubilo die. Noctu uelut ſyderis deſyderio contrahit ceruleum, ut Plinius ait, florem: album, ſubruffumq; ut Dioſcorides. Genera eius duo. Maius Helioſtrophon cognominatum. Et minus. Qẽq; utrunq; ſemipedalem altitudinem non excedit. Semen in folliculis meſſibus colligitur. Naſci-

Hosted by Google

tur nō niſi in pingui ſolo, cultoq; maxime. Colos Heliotropij, unus eſt e tribus faſtigijs, in quę conchilium diuiſere ueteres: noſtri Verrucariam appellauere: ut ualentem contra uerrucas. Si terram ſurculō huius circumſcribat aliquis, negant ſcorpionem egredi. Impoſita uero herba, aut inde omnino reſperſum, protinus mori. Formicas certe agri efficaciſſime necari Heliotropio monſtratum eſt, opilatis herba earum foraminibus. Succum huius excipiunt æſtate hora ſexta, miſcenq; cum uino, ut ſit firmior. Multa Magi de ea, ſicut de cognomine quoq; gemma pollicentur. Sed hæc propoſiti noſtri haud ſunt.

EX M. VERG. COMM.

VArro rerum ruſticarum primo uolumine capite. 46. Heliotropium deſcribens, ſic uocari ait, q̄ ſolis ortum mane ſpectat, & eius iter ita ſequitur ad occaſum, ut ſemp eum ſpectet. In Malua ex Theophraſto omnium huiuſcemodi cauſa reddita a nobis fuit. Scorpiuron mox, & Scorpij cauda a floris, uel ut nos certius dici credimus, ſeminis inflexione, quæ Scorpionum caudę, ut hic ait, ſpeciem refert, dictum Heliotropium fuit. Scorpioctonon aūt, a uiribus quas contra Scorpionum ictus efficaciſſimas habet: & quia ſcorpiones enecet, ideo Scorpioctonō dictum etiam eſt. In reliquis non tam certa ratio eſt, ut doceri a nobis poſſint. Solarem latini priuatimq; Celſus uocauerunt, græcorum imitatione, qui a ſole eam indicauerunt. Fuerunt præterea qui Verrucariam uocauerint, quoniam tam multis Verrucarum generibus, quæ ab hoc numerantur, medetur. Numerauit Heliotropium Theophraſtus inter ea quæ particulatim florent: ab inferiore parte ſumpto principio, mox inter ea quæ perpetuo folio ſunt. Ex quibus tam multis notis, facile erit multi nominis quondam & uſus herbam & florem deprehendere. Vtebantur enim Solari hac uerba paſſim ueteres græcorum medici in his naturæ uitijs & morbis, quibus mederi ſcriptor hic eam teſtatur: quę nec numero pauca, nec periculo leuia, negligendaue ſunt.

## ¶ De Heliotropio paruo. CAP. CCIIII.

HEliotropion paruum, quod & aliqui Scorpiuron uocant, naſcitur in paluſtribus iuxta lacus, foliis antedicto proximis, rotundioribus, ſemine acrochordonum uerrucarum modo, penſili, rotundo. Hærba cum ſuo ſemine pota, adiecto nitro, hyſſopo, naſturtio & aqua, latas tineas tereteſq; excutit. Penſiles uerrucas, quæ acrochordones uocantur, cum ſale illita tollit.

BARBARI COROLL.

HEliotropium minus, Tricoccum priuatim appellatur. Vbiq; prouenit, foliis non ſolum minoribus, ſed etiam in terram uergentibus. Semen & huic effigie ſcorpionis caudæ: de quo & Scorpiuron ei nomen eſt.

EX M. VERG. COMM.

DVo eſſe Heliotropia, maius ſcilicet & minus, quo diximus in maiore loco Varro teſtatur. Verba eius ſunt. Nec minus admirandum quod fit in floribus quos uocant Heliotropia. Idem & Paulus Aegineta lib. 6. confirmat, ſeorſum priuatimq; de utroq; agens. Quibus aūt notis in ſe differant, hic ſatis docuit: nec minus quibus etiam uiribus diſcrepent. Quod tamen hic additis nitro, hyſſopo, naſturcio, & aqua ait. &c. Paulus Aegineta pro Naſturcio (niſi uitium in eo ſit) Cardamomum numerat, frequenti in icriptore hoc & alijs, a Cardamo, quæ uox Naſturcium græcis ſignificat, ad Cardamomum lapſu & mutatione.

## ¶ De Scorpioide. CAP. CCV.

SCorpioides hærbula eſt, foliis exiguis, ſemine caudę ſcorpionis effigie. Illita, ſcorpionum ictibus præſentaneo eſt auxilio.

BARBARI COROL.

SCorpioides a Plinio Scorpios uocatur, ex argumento nomine accepto. Eſt & alia eiuſdē nominis effectuſq; Aſparagi cognomine: ſed in totum ſpina, nullum enim folium habet, caule Aſparagi, cacumine aculeato.

Hosted by Google

Scorpionē Plinius uocare hanc aliquot locis uidet. Non satis tñ nobis constat, an ubiq; hāc intelligat. Theophrastus em̄ lib. 9. de plantarū historia Scorpion a radicis, non seminis figura dictā aperte ostendit. Verba eius sunt. οἱ δὲ σκόρπιον καλοῦσιν διὰ τὸ πῶν ῥίζαν ἔχειν ὁμοίαν σκορπίῳ. Quod est. Alij aūt Scorpion uocant, quia scorpioni similem habet radicem. Hic autē seminis eam figuram dicit esse. Cogitandum itaq;, quærendumq;, qualis Scorpioides hæc sit.

¶ Finis LIB. Quarti.

# PEDACII DIOSCORIDIS

## De Medicinali materia. LIB. Quintus.

IO. RVELLIO interprete.

SVPERIORIBVS quatuor libris amicissime Ari, tradidimus de aromatibus, oleis, unguentis, arboribus, & earūdem lachrymis ac fructibus, itē animalibus, melle, lacte, adipe, frumētis, oleribus. Nec non de omni radicū, hærbarum, succorū, seminūq; D ratione: In hoc autem totius operis Quinto differemus de uinis, & metallicis, & a Vite nostram cōmentationem auspicabimur.

### ¶ De uinifera Vite. CAP. I.

ἄμπελος οἰνόφορος

FOlia Vitiū, & triti capreoli, capitis dolores illitu mitigant, & inflāmationē stomachi ardorēq; cum polenta. Folia etiā per se, ut quæ refrigerēt & adstringāt, imponi solēt. Potus eorū succus dysentericis, sanguinē excreātibus, stomachicis, & grauidarū malaciæ medet. Eadem efficiunt madefacti in aqua capreoli & poti. Lachryma Vitiū quæ ueluti gūmi in caudicibus concrescit, ex uino pota calculos pellit. Illita lichenas & psoras, leprasq; nitro prius perfrictas sanat. Eadē cum oleo sępius pilis illitis, psilothri effectū habet, maxīeq; sanies, quā accensa sarmēta Vitiū exudarunt. Qua & perunctæ uerrucarū informicationes extrahunt. Cinis sarmentorū et uinaceorum erūpentibus in sede condylomatis & thymīs illitus ex aceto medet. Prodest luxatis & uiperarū morsibus. Contra lienis inflammationē illinitur, cum rosaceo & ruta & aceto.

in managdrz in Magis thymos se is anka ablatos.

HERMOLAI BARBARI
Patricij Veneti, & Aquileiēn. Patriachæ Corollariorum LIB. Quintus.

### VITIS SATIVA.

Plinius. 14. cā. 3.

VITEM satiuam, Græci ampelon Hemeron, & Oenoen, & Oenophoron, id est, urbanam, & uinum ferentem uocant. Item Clematida, & Clemacem, interim & Oenanthen: ut placet Iulio polluci. Superuacuum genera eius psequi, quia totidem Vitium affirmantur esse, quot soli. Nascitur passim, & in alto Vitis, & propinqua littori. Durare Vitem ad infinitū, resubili fœcūditate perhibent, culturæ quodam genere, Theophrasto auctore,

Hosted by Google

ad Elephantinē: ut idem ſcribit, & Varro mutuatur. Non decidunt Viti folia, neq; circa Memphin. Ad Deltam quoq; Nili, fere tota uiret ſemper. Quod & alĳs quoq; ſatis accidit. Capnia uocatur unum Vitis genus, quæ uuam nigram ex candida, & candidam ex nigra ſine prodigio ullo ferat. Inſanæ Vites appellantur, quæ ad florem uſq; perducunt. Quinetiam eſt ubi Plinius Inſanas Vites Triferas appellet: quoniam in his aliq; matureſcunt, aliq; turgeſcunt, aliq; floret, Smyrnæ Triferam a ſe uiſam. M. Varrone etiam prodente. Vitis candida melius reddit, quo lætius fuit germen: quod quidē & huic, & Fico proprium. Vitibus Capreoli tribuuntur, & Vitiq; quos & Clauiculas, & Pampinos uocamus, Græci Helicas. Is eſt coliculus, ut Varro inquit, Viteus, intortus ut Cincinnus, a capiendo dictus, quoniam ad locum capiendum ſurſum uerſus ſerpat. Sicut Vitis dicta primo, quoniam inuitatur ad uuas pariendas: & a pariendo Parilema, deinde Palma, literis immutatis. Eſt autem Palma maior flagellus, unde naſcuntur uuæ, Dalma, unius inuerſione literæ a uenti flatu dicta: ut idem Varro inquit. Eadem Vitis Caprea nominatur: quia Capreolum pareret. Vitia & pabuli genus eſt, a uinciendo appellata, & item Capreolos habet ut Vitis, & ad ſcapum lupini, aliumue calamum ad quē hęreat, id ſolet uincire: unde Vitialia, pro pabularibus e Vitia dicuntur. Vitia tamen duplex, ſeminaris, & pabularis uocata. Recentiores Græci Bicia appellant, a noſtris (ut puto) mutuati. Conſiſtit in Vitibus lachryma largior inciſis, paulo ante germinatum, partior autumno: & hyemis initio, minus fœcundæ crebrioribus oculis gēmantur, ſolidioreſq; feruntur. Ipes appellamus, uermes in Vitibus naſcentes, auſtrinis flatibus. Peculiaris Viti morbus Tragos, hoc eſt, Hirculus importuno uento germinibus abſciſſis: uel imperitia colentiū oblæſis. Theodorus Articulationē uocauit. Hircęſcere porro Vites dicuntur, cum infœcundæ fiunt: quoniā & Hircus animal, ut inquit Ariſtoteles, ſterileſcit pinguedine. Vuæ ipſæ, & pampini laborant Crambo, qui ſimilis rubigini eſt, ſole poſt humores longos inſequuto uehemēti. Eſt & Niuatio, ſiue Roratio, quoties uua deflorente uixerit. Præterea Exacinatio, quā Theodorus Exuperantiā appellat. Gręci cittoſin, quoties acinæ racemis defluunt. Sine granis interioribus uuas arte naſci, auctores Græci poſſe docuerunt, Agigarton id genus uocantes. Vites arbuſtiuę ſunt, & ſimplices. Arbuſtiuas Græci Anadendritidas, & Dendritidas appellant. Arbuſta uero ipſa, ſiue ignobiliori uoce arboreta ĭdem Græci, Anadendradas, & Aminyxidas, & Amamaxidas, Epicharmus, & Sappho. Nam & Arbuſculæ teſtudinū (inſtrumenti nomen id bellici eſt) Amaxapodes uocantur: in quibus rotarum uerſantur axiculi: ut Vitruuio Pollioni placet. Quamq; nō deſunt, qui genus Vitis Amyxidas, & Amamaxidas accipiant. Alĭ uuam Bumaſton, alĭ Heſperion uocatam interpretantur. Auroſchas Parthenio Vitem ſignificat: Eratoſtheni, ramus eius cum racemo dicitur: Apollodoro Vitis Elinos, quo nomine Philetas, & Nicander ramum eius, non Vitem ipſam capiunt. In Hircania, feraciſſimam eſſe Vitem, mirati ſunt ſcriptores: cum ſit Aquilonibus expoſita. Nam in Carmanis, & Margianis, Arianiſq;, craſſitudo tanta caudicis eſt, ut bini homines plerumq; amplecti nequeant, bicubitalibus racemis. Vitem Boetĭ Thebis primum natam putant: qua & Liber pater.

A

*

B

## EX M. VERG. COMM.

QVæ a ruſticæ rei ſcriptoribus in conſerenda uinea tam multę numerantur Vites, Amineæ, Pſythiæ, Verrunculæ, Bumaſthi, & pleræq; aliæ, omnes quocunq; colore maturęſcunt, uindemiamue, aut ruſticā penum explent, una uiniferę appellatione a Dioſco. colliguntur. Omnium enim in medicina eadē uis, pareſq; in earum partibus ad remedia uires huic ſcriptori ſunt: & ſi poſteriores aliqui in plęriſq; Vitis candido colore uuam maturantis folia, palmites, & capreolos magis probauerint. Quodq; uiniferæ diſcrimen additum illi ab eo eſt, nō aliā habet cauſam, q̄ ut ea nota ſatiua omnis Vitis ab alĭs, quæ ſuperiore uolumine cognominibus illi tractatæ ſunt, ſeparetur. Hæc enim ad uindemiam, & ſanitatis uſum ubiq; fere conſeritur & excolitur: illæ ſponte ſua naſcentes, nulla hominis cultura, medicinæ tantū inſeruiunt. Hæc paſſim & omnibus nota, illæ medicam materiam tantum tractantibus, ſolaq; ſimilitudine aliq̄ gentium adoptione in nomen Vitium recęptæ. De quibus dixiſſe tunc quæ oportebat ſatis ſit: quemadmodū nunc in quotidiana & notiſſima re nullū opæprecium laboraſſe fuerit.

## ¶ De ſylueſtri Vite. CAP. II.

SYlueſtris Vitis duorum generum eſt. Alterius uua non matureſcit, ſed floretenus Oenanthen nominatam perducit. Altera ad frugem peruenit, paruis acinis, nigra, & adſtringens. Folia, caules & cla-

ἄμπελος ἀγρία
i. usq; dum floret

Cuiculæ, quibus repunt, uim habent cultæ Viti ſimilem.

BARBRAI COROLL.

DE Vite ſylueſtri, ſuperiore libro diximus.

EX M. VERG. COMM.

ALia eſt ſylueſtris Vitis hæc ab ea, quæ ſuperiore uolumine Ampelos agria. i. ſylueſtris Vitis dicta etiã a Dioſco. & tractata fuit. Hæc em̃ ſatiuæ congener, ſylueſtri habitu tantũ diuerſa: illa ſola racemoſi fructus ſimilitudine ſic appellata. Eamq; ob cauſam illa ſylueſtris, hęc Labruſca uitis ſit. Nota ubiq;, et cuius flores nunc etiã condiendis & odorandis uinis, quo tẽpore pubeſcit, diligẽtius leguntur. Dicimus aũt pubeſcere, Vites florere, poëtæ noſtri exẽplo: qui felici tranſlatione a pubertate hoïs uſus, ait, Tunc largo pubeſcit uinea fœtu, florẽ Vitis intelliges: qui flauo colore lanuginoſus, primæ in homine pubertatis ſpẽm oſtendit. Græci a flore ἄνθησιν uocant. Quid autẽ Oenanthe græcis ſit, primo uolumine in Oenanthini unguenti confectione diximus, & ab hoc loco non multo poſt etiam dicemus.

## ¶ De Vua. CAP. III.

σαφυλὴ

VVæ recentes aluum turbant, & ſtomachum inflant. Innocentiores quæ decerptæ diu pependere: ideo, q; in eis copia humoris exiccatur. Vtilesq; fiunt ſtomacho ægrisq;, atq; cibi auiditatem excitant. Vinaceis, aut uinario uaſe ſeruatæ, ori & ſtomacho gratæ ſunt. Aluum ſiſtunt, ſed ueſicam & caput tentant. Et ſanguinem excreantibus conueniunt. Similesq; quæ in muſto fuere. Sapa, aut muſto conditæ, ſtomachum magis infeſtant. At quæ ſolem prius paſſæ, in aqua cœleſti conduntur, minus uinoſæ ſunt, ſiticuloſis, ardentibus, & longis febribus ſalubres. Recondíti uinacei, inflammatis mammis, turgentibus ac præduris, cum ſale illinuntur. Decoctura eorum dyſentericos, cœliacos, & fœminas fluctione uuluæ laborantes iuuat infuſa. Ad deſeſſiones ac fotus aſſumitur. Nuclei acinorum adſtringendi uim obtinent. Stomacho utiles ſunt. Inſpargitur farina toſtorum polentæ modo, dyſentericis & cœliacis & ſolutis ſtomacho.

D

VVAM BARBARI COROLL.

VVam, Græci Staphylen, a Staphylo Liberi patris filio, ut Ptolomæus uoluit, appellant. Lenida etiam poëtæ. Nam & Lenæus dicitur is Deus. Alia porro Vua eliqueſcit in potũ, alia eligitur ad ueſcendum: hæc aut in corbulam ſecernitur, ut inde addatur in ollulas: quæ in dolia plena uinaceorum trudantur: alia in piſcinam picatis amphoris demittitur: alia in haram Carnario ſuſpenditur. Vuam Amineam minuſculam, & maiorem, & Apiciam, commodiſſime in ollis condi putauit Cato. Eiuſdem generis in Sapa, & Mulſo rectiſſime ſeruantur. Duracinas, & Amineas, Scancianas, affirmant opportuniſſimas eſſe quæ pendeant: quod genus omnes Conditaneas, & Conditiuas appellamus. Vuæ in palea ſeruatæ, penſilibus proximæ dicuntur. Vuæ uehementiores nigræ. Ideoq; uinum ex iſs minus iocundum. Suauiores albę, quoniã aẽre tranſlucido facilius accipitur. Eſt & Vua Theriace uocata: q; contra morſum omnium beſtiarũ proficiat: cuius rationẽ ſerendæ Palladius inſtituit. Florem Vuæ, in cibis dari gallinaceis præcipiunt, ut præterea non attingãt uuas: quod & in Labruſca diximus.

Vinaceus, Græce Stemphylon uocatur. Dicimus & Vinacea neutro genere, Palladius etiam fœminino Vinaceam. Hæc & Floces appellantur, ſicut in Oliua Flaces, atq; Fraces. Vinaceos, poëtæ ſunt qui Brycia, & Brytea quoq; appellent, q̃q̃ & pro fracibus Oliuarum ſumuntur. Stemphyla, in Ariſtotelis Rhetorico, ſecundo. Gellius fæcem ipſam e Vinaceis, & oliuis expreſſam, Floces, & Fraces dici ſcribit.

Gel. li. u. ca. 7.

Nuclei acinorum Vuæ, a Græcis Gigarta dicuntur. Palladius excrementa, & ſemina, & grana uuæ interiora nominauit. Ab acinis, Acinaticum dici uinũ exiſtimo Veronenſis agri: ut ſcribit Caſſiodorus, alumnũ, odoris, ſaporisq; ſuauiſſimi, colore purpureo, ineffabili dulcedine, tactu quoq; denſum, atq; pingue: ut carneus liquor, aut potio eſculẽta uideri poſſit. Lau

Hosted by Google

dantur ex eodem agro & Rhętica ueteribus, in montanis Rhætorũ, qui ſupra Veronam ſunt, A
naſcentia: ut inquit Strabo. Ipſos acinos, Cato acina, Catullus acinas, pronunciant.

EX M. VERG. COMM.

EST illud ante omnia ſciendum, a patientia Paſſis uuis, & uino nomẽ quondam factum fũiſſe, ſi Plinio credimus. 14. uolumine, capite primo dicenti. Quin & a patientia nomen acinis datur paſſis. Qualis autem ea ſit, quantaq; 13. uolumine, capite. 16. docuit Columella, iubens ad paſſas eligi maxime albas, dulciſſimi ſaporis, maximis acinis & raris: fieriq; id oportere Luna decreſcente, ſereno, & ſicco cœlo, circa meridiem: lectaſq; uuas has in tabulis pauliſper porrigi, ne inter ſe preſſæ ſuo pondere collidantur: mox in aheno, aut fictili aliquo nouo amplo ex ſarmentorum cinere factam lixiuiam, uſq; ad feruorem calefacere: & cum feruebit, aliquid puri & optimi olei adiicere, ſimulq; miſcere: tum racemos uuarum pro magnitudine binos, uel ternos ſimul colligatos in ahenum illud feruens demittere: tam diuq; illic habere dum decolorentur, non tamen excoquantur: in qua re agenda moderatione temperamentoq; opus erit. Exemptas dein ex aheno uuas in crate diſponi idem iubet, rarius q̃ ut altera alteram cõtingat. Singulas deinde poſt tres horas inſolatas conuerti. Neq; ubi prius fuerant reponendas: ne relicto illic humore corrumpantur: noctibus etiam tegi, ne irrorentur, aut imbre madeant. Poſt aliquot poſtea dies cum modice aruerint, in uaſa noua cõdi precipit. &c. Et hæ ſcriptoris eius Paſſæ uuæ ſunt. Palladij alia ratio eſt: quam in Octobri menſe his uerbis monſtrauit, non ut Italia, ſed ut Græcia conficere conſueuerat. Vuam paſſam græcam ſic facies. Melioris acini, & dulcis, & lucidi botriones in ipſa uite torquebis, & patieris ſponte ſua inareſcere: deinde ſublatos in umbra ſuſpendis, & uuam diſtrictam componis in uaſculis: ſubſternis pampinos, ſicco algore frigentes. &c. Diuerſa hæc a Romana Paſſæ Vuæ confectio eſt: quemadmodum & eius condituræ fuerunt. Quæ quoniam longius a Columella eodem capite docentur, non reddentur a nobis. Poterunt enim ab illo uolentes omnia certius audire. Interim autem nos B
docebimus, primum qua ratione Columella, tum qua Palladius Paſſum, & uterq; ſuum conficiant. A Columella. 13. uolumine, capite trigeſimonouo ex Magonis Africani præcepto (nam eius gentis primum Paſſi confectio, & maximus uſus fuit:) ſic fieri Paſſum præcipitur. Vuam præcoquam, bene maturã legere oportet: acina arida, aut uitioſa reiicere: furcas mox pãlosue qui cannas ſuſtineant, inter quaternos pedes figere, & perticis iugare: tum inſuper cannas ponere, & in ſole pandere uuas: noctibus uero tegere, ne irrorentur. Cum deinde exaruerint, acina decerpere, & in dolium conijcere. Eodem muſtum q̃ optimum, ſic ut acinis ſuperſtet, adijcere. Vbi combiberint uuæ, ſeq; impleuerint, ſexto die in fiſcellam conferre, & prælo premere, Paſſumq; tollere. Et hæc conficiendi Paſſi diſciplina ueteribus fuit: & ſi aliæ etiam rationes ab eo eodem loco numerentur. Palladius non diſſimilem huic confectionem Octobri menſe ſua ætate fieri docuit. Ante uindemiam enim Paſſum fieri iubet uniuerſę Africæ more pingue atq; iocundum. Leguntur Vuæ Paſſæ q̃ plurimæ, & in fiſcellis clauſæ iunco factis aliquatenus rariore contextu, uirgis primo fortiter uerberantur. Deinde ubi uuarum corpus uis cõtuſionis exſoluerit, cochleæ ſuppoſita ſporta comprimuntur. Hinc Paſſum eſt quicquid effluxerit, & conditum uaſculo mellis modo ſeruatur. Breuior ſane hæc ratio, ſed non diſſimilis priori. Siquidem quæ a Palladio Paſſæ Vuæ legi iubentur præcoques illæ, & ſole arefactæ Columellæ ſunt. Et quas ille muſto implet ut ſuccum reddant, hic uirgis flagellat, & lenteſcere cogit: quamq; hic cochleam, ille prælum: & quam fiſcellam Columella, hic ſportam uocat. Fuit quondam Paſſum quotidiani uſus: eratq; in ſanitate & ualitudine homini pro melle, ſine inflationis periculo, ut diximus, quam mel præcipue facit. Exoleuerunt noſtra ætate omnia huiuſcemodi: ideoq; qualia hæc quondam fiebant, repetita a nobis longius fuerũt: ut cognoſcant, intelligantq; omnes, quantopere in Paſſis Vuis, & Paſſo a ueterum diſciplina & moribus diſceſſerimus: multoq; magis in tam multis Vuarum condituris, quæ illis pene infinitæ fuerunt, ex Columella, alijſq; rei ruſticæ ſcriptoribus cognoſcendæ: ut certius intelligant legentes, quas hic in uinaceis, in ollis, in ſapa, & muſto, & in cœleſti aqua ſeruatas dicit. Cuncta em ab eo traduntur eodem operis ſui uolumine, capite. 43. Nos enim tam multis obſeruationibus commentationes has noſtras augere nolumus. Erit etiam ex lectione ſcriptoris illius aliud operæprecium. Intelliget enim qui id aget, quas hic Paſſas antea factas Vuas in cœleſti aqua componi iubet, addiditq; ἐπ' ὀλίγον τὰς τοῦ αὔταυ γίνεσθαι οἰνώδεις, eam habere rationem quam nos locum illum uertentes indicauimus, exiguo ſcilicet uino, ut uinoſæ fiant, conſpergi oportere. Ex Paſſi enim confectione tota ea ratio fluxit, in quo iubet ille uuas in muſto demergi ut uinum combibant. Neceſſarium enim eſt, ut qui ſole natiuus humor in eis aruit, nouo &



Hosted by Google

congenere liquore aliquo iterum uueſcat. Idq; nos præcipi a Dioſcoride credimus: & ſi alij aliter locum interpretati ſint: quos non damnamus, ſed interpretationis noſtræ quam debemus cauſam indicamus. Quemadmodum a principio capitis huius cõtra q; Plinius & alij dixerint locum ipſi etiã uertimus, πρὸς τοὺς ἀσθενοῦντας. Quas uoces Plinius. 23. uolumine, capite. 2. uertens, ait. Innocentiores, quæ decerptæ diu pependere, qua uentilatione etiam utiles fiunt, ſtomacho, ægriſq;. Aegros appellans quos hic ἀσθενοῦντας. Plinium ſecuti interpretes alij, ægris p deſſe & ipſi dixerunt. Nobis, quibus infirmum corpus eſt, magis uertere placuit: non ob aliam ſane cauſam, q; ut certiore intellectu res nunc pateret.

## De Vua paſſa. CAP. IIII.

σταφίς

VVa paſſa alba adſtringentior eſt. Prodeſt eſitata caro earũ tuſſi, renibus, ac ueſicæ. Eſtur in dyſenteria per ſe cum nucleis. Et decocta in patinis cum melle, admiſta milij ac hordei farina & ouo, ualet ad purgandum caput. Eiuſdem gratia cum pipere commanducatur. Teſtium inflammationes ſedat, illita cum lomento fabarum, aut cumini farina. Fauos, epynictidas, carbunculos, enatas in articulis putredines, & gangrænas, ſine nucleis trita, & cũ ruta impoſita, ſanat. Podagræ conuenienter cum opoponace illinitur. Mobiles ungues illita extrahit.

### BARBARI COROLL.

VVa paſſa Græce Staphis, & Aſtaphis Hemeros, hoc eſt, ſatiua dicitur. Cæterum Apameas inuenio celebrari paſſulas.

D

## De Oenanthe. CAP. V.

οἰνάνθη

OEnanthe uocatur Vitis ſylueſtris fructus, cum floret. Recondi debet ſictili non picato, collectaq; ſubſtrato linteo in umbra ſiccatur. Laudatiſſima in Syria, & Cilicia, & Phœnice. Vis ei adſtrictoria. Quare pota, ſtomacho ac ciundæ urinæ utilis. Aluum ſiſtit, ac ſanguinis excreationes. Contra faſtidia & acorem ſtomachi, ſicca & illita efficax eſt. Capitis doloribus tam uiridis q; ſiccca ex aceto & roſaceo profunditur. Sanguinolenta uulnera cataplaſmate, & incipiẽtes ægilopas, cicatrices in ore, & genitalium nomas, trita cum melle, croco, myrrha, & roſaceo, ab inflammatione uindicat. Peſſis miſcetur ad ſiſtendũ ſanguinem. Contra oculorum delachrymationem, & ſtomachi ardores, cum polline polentæ; & uino illinitur. Crematæ carbonibus cinis facit ad oculorum medicamẽta. Rediuiuis, paronychia, abſcedentes gingiuas, cruentaſq; cum melle ſanat.

### BARBARI COROLL.

Plí. li. 12. ca. 28. & lib. 23. ca. 1.

VVa Oenanthe, quam Vites ſylueſtres, hoc eſt Labruſcæ ferunt, laudatiſſima eſt in Syria, maxime circa Antiochiæ, & Laodiceæ montes. Item ex alba Labruſca. Sunt qui principatum in unguentis dent in Parapotamia naſcenti: deinde in Antiochia: & Laodicea Syriæ. Tertiũ locum ex montibus Medicis, quæ & utilior medicinę. Quidã omnibus iſs præferunt e Cypro. Vitis ea quæ Maſſaris in Africa uocatur, nunc medicis, nunc odoribus tantum gigni Plinius affirmat. Naſcitur in Africa & Vitis quam Vbolima uocant accolæ, oliua in uites inſita, utriuſq; fructum arboris ferentem: hanc Græci & Eleoſtaphylon appellant. Vinum Oenanthium, fit duabus libris florum, in muſti cado maceratis, qui poſt triginta dies mutantur. Oenanthen & a uitibus dulce uinum ferentibus arbuſtiuis maxime colligi quidam præcipiunt, non ſylueſtri tantum. Labruſcam dici putant, q; in marginibus terrę ceu labris quibuſdam fere naſcatur. Vinum Anthoſmias, ab odore floris dicitur, nec idem cum Oenanthino uino eſt. Pro precioſo ſa

Hosted by Google

ne capitur a Græcis. Eius mentio est apud Aristophanem, & Hippocratem, & alios uel promiscua. Hippocrates certe hoc etiam Anthinē uocauit. Aliq Anthinē, pro Anethino capiunt: ut Galenus inquit. Nam uinum cognomento Hippocraticum, Gallis maxime transalpinis gratissimum, ficticij generis est, facili ratione. Cinamomum, Saccarū, et Carpesiū teruntur in fiscū: ex eo uinum liquatur, ut transeundo qualitates eas cōbibat. Datur hoc epulis principalibus, cū Escharite pane bellariorū uice, qui mos, sed in alio uino, peculiaris Atheniēsibus fuisse legit. A

EX M. VERG. COMM.

LAbruscæ uitis tantum Oenanthe medicis flos est, neq; ad medicinam ex alia uite utuntur. Cæteris satiuæ etiam flos, & prima uitium omnium pubertas Oenanthe dicitur. Numerauit inter aues etiam Plinius hoc nomine, quę statos latebræ dies habet, exorientes sirio, occultata ab occasu eius progrediens. Sic forte dicta, q; cum uitium prima pubertate hac prodeat. Nec ultra quicq; de ea tradidit: diligens alioquin in Oenanthes huius historia & medicina: quarum alteram. 12. uolumine, capite. 28. alteram. 23. capite. 1, longius prosecutus est. Ex eo multa quæ in Dioscoride non leguntur, Barbarus æditioni suæ miscuit: quæ poterunt uolentes facile in eo deprehendere. Nobis totidem quatenus licuit & ijsdem uerbis omnia reddere placuit. Eademq; fide monemus, scribere in. 6. suę medicinæ Paulum Aeginetam, plurimū quidem ex Labrusca Oenanthes usum esse: quoniam egregie adstringit, stomachumq; & aluum maxime firmat: uerūtamen traditis his idem statim subijcit. ὁ δὲ διοσκορίδης ἑτέραν ὑπογράφει ταύτῃ ἐναντίαν τὴν δύναμιν ἔχουσαν, ὅθεν λέντερα φησὶ καὶ τραγγουρίαν καὶ ἴκτερον ἰᾶσθαι. Quod est. Dioscorides autem aliam describit Oenanthen contrarias huic uires habentem: ideoq; secūdis, stillicidio uesicę, & fellis suffusionibus eam mederi ait. Quorum nihil in capite hoc legitur: neq; in scriptore hoc alibi legisse me memini: & nihilominus non negligenda Aeginetæ autoritas & testimoniū est, quē credere oportet uera, & quę aliq̄ legisset testari. Nobis nihil est q̄d adijcere aliud his ualeamus. Rem mī signauimus: ut si forte laxandi uires habere Oenanthem aliq̄ aliqs inuenerit, autoritate scriptoris eius sciat, aliam ab hac illam esse: alteriusq; uitis quærendum cum florebit fructum, q; cōtrarias huic uires habeat. Qualis autem ea sit, non ausim ego dicere. B

## De Omphacio. CAP. VI.

OMphacion succus est acerbæ uuæ, nondū matureſcentis e Thasia uite, aut Amminæa. Oportet autem ante canis ortum, expressam melliginem in cyprio uase linteo cōoperto insolare, usq; dum cogatur. Semperq; quod ceruici uasis concretum hæsit, reliquo humori permiscere. Noctu sub dialibus locis auferre. Quādoquidem nocturni rores ipsum concrescere non sinunt. Eligendum est flauum, friabile, uehementer adstringens & linguā mordens. Sunt qui coquendo melliginem cogant. Prodest contra tonsillas, uuam, ulcera oris, humida gingiuarum uitia, purulentas aureis cum melle aut passo. Item ad fistulas, uetera ulcera, nomasq; ex aceto. Dysentericis & mulieribus fluctione uuluæ laborantibus clystere infunditur. Oculorum claritati & scabritiæ, & erosionibus angulorum conuenit. Bibitur ad recentem sanguinis excreationem, etiamsi rupta parte aliqua contingat, sed pauco & aquatiore est utendum. Valde siquidem exurit. Idem adstringit. Prodest stomacho qui cibi tenax non est, aut tardius cibum concoquit. Item ijs qui ilei dolore conflictantur. Conuenit in grauidarum malacia. Sorptū auxiliari constat, cum populatim grassatur pestifera lues. Huiuscemodi omphacium non nisi post annos multos bibi potest. ὀμφάκιον

BARBARI COROLL.

OMphaciū, siue Omphax, idem, acor, siue acrementum uuæ, ab immatura uite dicit, quę Omphax a Græcis uocatur. Est & oleum Omphaciū, de quo inter unguenta diximus. E Thasia, ut Dioscoridi uidetur, uua, e Pſytia, ut Plinio, probatur acor. Cum sunt acini ciceris magni Plī. li. 14. ca. 14

Ctudine, ante canis ortum incipiente pubertate. Precium in libras ſex. Solet & aliter fieri, uuam imaturam terendo in mortarijs: ſiccataq; in ſole, poſtea digeritur in paſtillos.

## EX M. VERG. COMM.

NOn animaduerterunt Dioſc. Omphacium uertentes interpretes alij, informẽ, nec reliquo corpori congruẽtẽ in extremis clunibus caudam illi reliquiſſe: nec aliter q̃ Flaccus cecinit, q̃d ille fingebat monſtrum, turpiter in atrum piſcem deſinere, ex Omphacio Omphacite uinum fe ciſſe. Quod em̃ in extremo capite in eorum æditionibus legitur, uis ſucco adſtrictoria. &c. uel ut alter ex eis eam incæpit partem, idem adſtringit, prodeſt ſtomacho qui cibi tenax nõ ſit: et ab his quod totum legitur uſq; ad integram capitis huius clauſuram, totum ex hiſtoria & medicina uinorum, quæ ſtatim ſequitur, in Omphacium irrepſit: in qua hic idem ait. ὁ δὲ καλούμενος ὄμφακίτης. &c. Mox, συπτικὴν δὲ ἔχει τὴν δύναμιν καὶ ἰσχνόμαχον, καὶ κισσώδεσι καὶ τοῖς διαπύητοις καὶ ἐκλελυμένοις τὸν στόμαχον ἁρμόζουσαν. διοικεῖ δὲ καὶ λοιμικαῖς διαθέσεσι βοηθεῖν. &c. Ne longius q̃ decet tam multa repetantur, omnia, ut uidetur, duobus locis eadem, & importune ab aliquo ex uino ad Omphacium tranſlata: qui Omphacite id uinum uocari ſentiens, Omphacio coniungi debere credidit. Verumtamen longo interuallo Omphacium, ab Omphacite uino differt, ut mox in confectione eius legentibus patebit. Debuerant hoc illi animaduertere: nec præterita tantũ, ſed inuenienda poſthac etiam in ſcriptore hoc cognouiſſe. Calcantis enim Homerici maxima illa fuit, & omnium integra ſemper laus erit, Præterita meminiſſe, preſentia intelligere, & futura conijcere: cognitiſq; his, apte omnia conſtituere. Nos eam reliquimus partem inutilem hoc loco, non multo poſt appoſite tractandam. Indicaruntq; id nobis antiquioris fidei codices, in q̃bus nihil huiuſcemodi legitur, ſed multo magis res ipſa ſuis locis docens tractanda ſingula: nec diuerſa ſimul miſcenda rerum genera eſſe: importuneq; bis aliquid nulla urgente neceſſitate tractari non debere. Diſcrepant nobis etiam cum alijs interpretibus plæraq; alia, & ſi forte nõ multi facienda alicui uideri poterunt: quale eſt, quod alter eorum pro acerbis, necdum maturis uuis, quas græci notiſſima cunctis uoce Omphacas uocant, acidas dixit: quod priuatim ad ſaporem pertinet, poteſtq; in maturitate etiam ſentiri. Neque enim acidum ὄμφαξ græcis ſimpliciter ſignificat, ſed acerbum: in quo poterit acidus, poterunt & alij ſapores eſſe: utq; priuatim acidũ dicimus q̃d ſapore ſuo aceſcit, ſic acerbis omnibus cõmunis Omphacis uox eſt: neq; uuã magis q̃ oliuas, Lauri baccas, & innumera alia nondum matura græci ea uoce indicant: non ex ſapore Omphacite oleum, ſed ab imaturitate oliuarum appellãtes. Eamq; ob cauſam, cõmunem eius uocis æſtimationem nos ſecuti, acerbam uertimus. Nec diſſimili ratione, quod hic ſcriptor μήπω περκαζούσιο ait: uertitq; idem, nondum nigreſcentis: nos, nondum matureſcentis, diximus: cõmuniore in uuis eius uerbi ſignificatione uſi. Eſt enim græcis περκάζειν μελανίζεσαι, id eſt, nigreſcere: eſt itidem, ποικίλλεσθαι, id eſt, uariari: eſt poſtremo πεπαίνεσθαι, id eſt, maturari, & maturitate mitius fieri. Fecimuſq; id: ne quod hic non decernit, ex albis uuis fieri poſſe Omphacium negaremus: quod contracta ad nigredinem uuarum maturitate neceſſario futurum erat. Sunt quidem leuia hæc, uerumtamen non negligenda penitus, in his quæ ad artes & uitam pertinent, in quibus nulla ſatis fides, aut diligentia hominis unq; fuerit. Quales autem Amineæ uites, quas hic cæteris anteponit in diſciplina ruris ſint, copioſiſſime docebunt Columella quarto operis ſui cõmentario capite. 2. & .14. uolumine, cap. 2. Plinius. Breuiſſimeq; omnium feliciſſime in Georgicis ſuis Maro, cum cecinit. Sunt & Amineæ uites, firmiſſima uina. Quæ una firmitatis laus cauſa antiquis ſcriptoribus tam græcis q̃ latinis fuit, ut ad medicinam ex hac uite materiã, uuã, omphacium, & uinum præ cunctis alijs laudauerint ſemper, & amauerint. Idemq; de Thaſijs conſtituendum eſt, quarum idem Maro honeſte itidem eodem loco meminit. Quod deinde a Dioſc. dicit ἐν καλχώματι ἐρυθρῷ, id eſt, rubẽte æneo uaſe, ad genus æris pertinet, q̃d eo colore in hoc uſu probabatur. Id Cyprium uas alter ex interpretibus uertit, relicto legẽtibus deſyderio, ex qua materia quærendũ id uas ſit. Scimus qdem ante ferri cũctis alijs in medicina Cypriũ æs, & in Plinio Cyprium uas, pro æneo ex ea gente intelligi aliq̃ oportere. Verumtñ nõ erat noſtra ætate tam obſcure dicendum, quod a Dioſc. apertiſſime oſtendebatur: præſertim nihil de Cyprio magis q̃ de quo uoluerit aliquis alio ære hæc docente.

## De Vini natura. CAP. VII.

VIno uetere nerui læduntur, & reliqui ſenſus, guſtu quod ſuaui us eſt. Quare cauendum ijs qui internam alicuius partis imbecillitatem ſentiunt. Attamen in ſecunda ualetudine, paucum, aqua di

Hosted by Google

lutum, innoxie ſumitur. Nouum inflat. Aegre coquitur. Inſomnia pa A
rit. Et urimam ciet. Aetate medium utraq; uitia fugit. Quare ad uictus
ſanorum ægrorumq; uſurpatur. Album, tenue, ſtomacho utile eſt, ac fa
cile in membra diſtribuitur. Nigrum uero, craſſum eſt, & cõcoctu diffi
cile. Carnem alit. Et ebrietatem creat. Giluum, utpote quod medium
eſt, medias inter utrumq; uires habet. In ſecunda tamẽ & ſiniſtra ualetu
dine, cumprimis laudatur albũ. Quin & uina qualitate diſtant. Siqui
dem dulce craſſis partibus conſtat. Et difficilius a corpore diſcutitur.
Stomachũ inflat. Aluum & interanea ut muſtũ turbat, ſed minus ine
briat. Renibus & ueſicæ aptiſſimũ. Auſterũ per urinã celerius tranſit.
ſed capita dolore tentat, & temulentiã gignit. Acerbum ad ciborũ per
membra digeſtionẽ accõmodatiſſimũ. Aluum & cæteras fluxiones co
hibet. Nouũ, neruos minus tentat. Vinũ aqua marina factũ, ſtomacho
aduerſatur. Sitim ſtimulat. Neruos infeſtat. Aluo aptũ. A ualetudine
ſe recolli gentibus inutile. Paſſum quod uuis ſole ſiccatis in area, aut in
ſarmento aduſtis exprimitur, Creticum cognomine, aut Pramnion, aut
Protopon, & Sapa, quę fit muſto igni decocto, Greci ſyrion, aut Hepſe
ma appellãt: quodq; Melas dicit, aut Melampſythiũ, craſſa ſunt, & cor
pora multũ alunt. Candidũ tenuius, & medium medias ſortitur uires.
Omnia tamẽ adſtringunt, & pulſus reuocãt. Faciũt aduerſus uenena,
quæ exulcerando necant ex oleo pota, & uomitionibus reddita. Con
tra cicutas, meconiũ, uenenum, toxica, & concretũ lac. Item contra renũ
ac ueſicę pruritus, roſiones, exulcerationeſq;. Inflant tamẽ, & ſtomacho
aduerſantur. Priuatim prodeſt Melampſythium, ſi uenter rheumatiſmũ
ſentiat. Album magis cæteris emollit aluum. Gipſo conditũ neruis offi
cit, caput aggrauat & incendit, ac ueſicæ aduerſatur. Contra uenena cæ
teris aptius. Picaca, aut reſinata, excallfaciũt, cõcoquũt. Sanguinẽ excre
antibus inimica. Quę uero Parachyta uocant, admiſtã Sapam recipiũt,
caput implent. Temulentiã gignunt. Aegrius a corpore diſcutiuntur.
Stomachũ male habent. Inter Italica uina Falernũ principẽ locũ obti
net, quod inueteratũ perq; facile coquitur. Languidos pulſus exuſcitat.
Aluum abſtringit. Stomacho utile. Sed ueſicę nocet. Atq; ijs qui uiſus
hebetudinẽ ſentiunt, & ad potus crebros minime idoneũ. Albana craſ
ſioribus conſtant partibus. Dulcia ſtomachũ inflant, Ventrem emolli
unt. Sed concoctionẽ non æque adiuuant, & neruoſa minus infeſtãt.
Vetuſtate eadẽ, auſterum ſaporẽ concipiũt. Cecubũ dulce eſt, & Al
bano craſſius. Corpus & colorẽ alit. Aegre tamẽ coquitur. Surentinũ
ſatis auſterũ eſt. Quare inteſtinorũ & ſtomachi fluxiones cohibet. Et
cum tenue ſit, caput minus tentat. Inueteratũ ſuauius redditur, & ſto
macho utile. Adrianũ, & Mamertianũ in Sicilia æque craſſis partibus
gignuntur. Modice adſtringunt, & ocyſſime inueterantur, minuſq; ob

vide quatr de
mente dioscor
dis sapa astri
git. contrariu
in sentẽtijs ipso
B crates. 2. libr
de vict. ratione
ubi dicit q defe
tuz est sapa
calefacit et fur
ducit et hor est
vee. idz. sa
. lib. 6. de com
positione pha
macor. in ba
rica prima prin



Hosted by Google

C suam tenuitatem neruos tentant. Paretypianum, & q̃d ex Adriatico si-
nu defertur, odoratũ ac leuius est. Quare multus epotus fallit. Diu ser-
uat ebrietatẽ, et soporẽ adfert. Istricũ Paretypiano simile ẽ, sed urinã ue
hemẽtius pellit. Chiũ tñ antedictis mollius, et aptũ potui ẽ. Bene alit, &
minus inebriat. Fluctiones cohibet. Oculorũ medicamẽtis utile. Lesbiũ
facile mẽbra subit, Chio leuius, & aluo idoneũ. Ephesiũ eandẽ uim ha
bet. Empygela, et Etinolo Asiæ, Mesogites nomine, capitis dolores ciet,
& neruos lædit. Cõum uero, & Clazomeniũ, qm̃ multam sibi maris a-
quam uendicãt, facile corrumpunt. Flatus mouent. Aluũ turbant, ner-
uis officiunt. Vinũ omne, ut reliqua in cõmune dicantur, merũ, ac syn-
cerum, et sua natura austerũ, excalfacit. Facile in membra distribuitur.
Stomachum adiuuat. Appetentiã ciborum inuitat. Vires alit, ac robur
auget. Somnum conciliat. Et cõmendat colorẽ. Potũ liberalius, auxilio
est contra assumptã cicutam, coriandrum, pharicum, ixiam, meconium,
argenti spumã, taxum, aconita, fungosue. Contra serpentium morsus, et
omniũ ictus quę refrigerando necant, aut stomachũ in uomitiones ef-
fundunt. Facit ad longas inflationes, rosionesq̃ præcordiorũ, ac disten-
tiones & stomachi singultum, & si uenter aut interanea rheumatismum
D sentiant. Conueniunt sudatoribus, et quibus corpus im̃odico sudore di
geritur (Diaphorumenos uocant) maxime alba, uetera, & odorata. Quę
tamen uetustate dulcescunt, renibus ac uesicæ accommodatiora reddũ-
tur. Vlceribus, inflammationibusq̃ in succida lana imponuntur. Tetra
ulcera, & phagedænica, & fluctionibus obnoxia commode perfundũ-
tur. Marina austera, & alba, ad sanorum uictus usurpantur. Iis præstãt
Italica, falernum, surentinum, cecubum, signinum, & permulta Campa-
nię, & paretypianum ab Adriatico sinu, & siculum, quod mamertia-
num appellatur. Ex grecis chium, lesbium in Phygela, & Epheso nas-
cens. Crassa uero & nigra, stomacho negocium exhibent. Inflationem
pariunt. Corpus augent. Tenuia tamen & austera stomacho prosunt,
et minus carnes alunt. Vetera ualde tenuia, & candida, uehementius u-
rinam ciunt, & dolores capitis mouent. Neruosq̃ largius pota tentant.
In media ætate, ut a septimo año, potui saluberrima sunt. Modus aut-
em pro ætate, & tempore anni, & consuetudine, & qualitate uini defi-
niatur. Non sitire, & modice cibos prolui, optimum est præceptum.
Nocet ebrietas omnis, et maxime assidua. Siquidẽ obsessos neruos quo
tidie relaxat. Largiorq̃ potus, acutorum morborum adfert initia. Modi
ce tñ inebriari, aliq̃t diebus, maxime post aquæ potus, utile. Namq̃ ex
purgans sensuum excrementa transfert, et per cæca corporis spiramen-
ta discutit. Sed aquam post ebrietatẽ bibere oportet. Namq̃ a cura cõ-
stãtis temulẽtię quendã auxilij modũ inducit. Omphacites nomine pe
culiariter fit in Lesbo, siccata sole acri uua, pauloãte maturitatẽ decerpta,

Hosted by Google

triduo, aut quatriduo, donec racemi in rugas cõtrahantur. expressumq; uinũ cadis insolatur. Vim adstringendi habet. Prodest dissolutis stomacho, & ilei dolore laborantibus. Item prægnantiũ maliciæ, & crudis. In pestilentia quoq; sorptũ auxiliari dicitur. Huiusmodi uina non nisi post multos annos bibi possunt. Lora, quam Deuteriam, alij Potimon appellant, fieri solet, adiectis metretis tribus aquæ, in uinacea, quibus triginta uini metretæ extractæ fuerint: calcatis uinaceis, expressoq; decocto ad tertias parteis, & additis in singulos congios binis salis sextarijs. Post hyemẽ transfunditur in uasa. Lora post annũ utendum. Etenim celeriter exolescit. Conuenit ægris quibus timemus noxam uini, coacti sæpe desyderijs eorũ obtemperare. Item a longa ualetudine se recolligentibus. Fit & uinum quod Adynamon uocant, Loræ uires habens, hoc modo. Pares aquæ & musti mensuræ coquuntur molli igne, donec absumatur aqua: quod ubi refrixerit, elutriatum, picato uase reconditur. Alij marinæ & cœlestis aquæ, mellis, & musti pares miscent portiones, & quadraginta diebus insolant, quo post annũ utuntur. Vinum e syluestri uua nigrum adstringit. Prodest alui & stomachi fluctionibus, & cæteris quibus constrictione & contractione opus est.

A

melig. malacie

quid lora.

## BARBRAI COROLL.

Vinum Oenos Græce dicitur. Cratinus Maronẽ uocat. Philalethen ꝓuerbia: quale illud est. Vinum, & ueritas. Item illud. Non habere uinũ temones. Pittacus, ut æs frontis, ita uinũ mentis esse speculũ. Aristophanes Vinum loco Veneris appellat. Poetæ uinũ etiam πηλόν dicunt, quasi uibrare mentem faciat. Vnde Crapula inquit Photion, dicitur κρεπάλη. Folia Vitis priuatim Oenaria uocant a poetis, & Sarmenta Oenaridos. Ipsa porro uitis, ab Hippocrate nominatur Oenarion. Tenuissimũ est id q̃d celerrime inueteratur. Nam cui fumi amaritudine acescit ætas, insaluberrimũ putatur. Quo generosius uinũ est, hoc magis uetustate crassescit, & in amaritudinẽ corpori minime utilem coit. Saluberrimũ Campaniæ, quodcunq; teuuissimũ, utilissimũ cuiq;, uiribus edomitis sacco. Vinum alit uires, sanguinẽ, colorẽ, sicut lactis potus, ossa, frugũ, neruos, aquæ carnes. Simias & quadrupedes digitatas, negant crescere assuetas uini potu. Vnum de dando uino uolumẽ Asclepiades cõdidit, ab eo cognominatũ, in quo utilitatem eius uix Deorũ potentia æquari posse ꝓnunciauit. Vinũ succus est, qui feruendo uires e musto sibi fecerit. Mustum Græci Gleucos, & Gleucinẽ uocant aliquando. Vinũ omne, aut Mustum est, aut uetus, ut in ꝓuerbio sit. Vinum medium pro aqua: quod & prandiũ caninũ dicitur, apud Varronem, & Gellium. In Plauti Cassina, mendosus est senarius.

Pli. li. 23. ca. 1.

B

Adibo, caninam scæuam spero meliorem fore.

Scribendum est, non scæuam, sed cœnam caninã, hoc est, abstemiam. In Latino agro, & Campano ad montẽ Vesuuium, qui Sumani dicitur, uites modo habentur Græce appellatæ, uino inde presso, q̃d Græcũ non ante dicitur, q̃ anno post calcatas uuas acto. Vilius, q̃diu anniculũ est: ꝓindeq; Viannũ, quasi, uinũ anni eius, hoc est, Ornũ uulgo Tabernæ p̃dicant uẽdentiũ.

## VINI QVALITAS.

De qualitate, & ætate Vini dictũ mox est. Vinũ porro tenerũ Græci Apalon, Cato, Lene uocat: cui cõtrarium sit asperũ: ut idem auctor appellat, hoc est, Scleron, siue Durum. Nam & Muria, quæ aspera esset, dura cognominabat Columellæ, Celsoq;. Nisi quis durã Muriã, sicut durã Picem, nõ pro aspera, sed ꝓ densa spissaq; accipiat, & utiq; ꝓ Garo. Quandoquidẽ Celsus eã dysentericis cõmendat, sicut Garũ Dios. De uino temperando, quod Lymphatũ, & Dilutũ dicit, alij alia p̃cipiunt. Hesiodus tres partes aquæ in unã Vini miscet. Cæteri meracius fecere, hoc est, ut quinq; in duas adderent. Vnde natũ prouerbiũ. ἢ πέντε πίνειν, ἢ τρία, ἢ μὴ τέτραρα. Quod Plautus poeta festiuissimus significat, cum de cantione græca loquitur, in Sticho. Vide inquit, quot cyathos hos bibimus. Tum ille. Quod digiti sunt tibi in manu?

Cantio eſt græca, ἓ πίνε πίνε, ἢ τρὶσ πίνε μὴ τέτραρα.
Eſt aũt ſenſus: ut aut duas uini partes, ad q̃nq̃ laticis, aut unã ad tres bibere oporteat, ad quatuor nõ opteat: ceu furiũ ſit dilutius, q̃ ſanitatis uſus exigat. Anacreon, ut Vinarius poëta, unã uini, duabus aquæ tempat. Alĩ aliter, ꝓ ſuo quiſq; ingenio. Vinũ modice incoctũ, ut Ariſtoteli placet, minus officit ebrietatẽ uitantibus. Temulẽtæ fiunt & animãtes aliq̃t, præter hoiem. Sues uinaceis, Corui & Canes herba quã Oenuttã Græci uocãt. Simia & elephãti, uino. Vinũ, cui nomẽ Samagonio, q̃d tradidit Ariſtoteles, tribus heminis, & quidẽ lymphatis, q̃draginta uiros inebriare dicit. Ebrietatẽ Plato nunq̃, niſi ſemel anno liberalibus ꝓmiſit in legibus. Ante decimũ & octauũ porro ætatis annũ, uino tꝑandũ penitus exiſtimat: ut ne guſtet quidẽ. Mneſitheus Atheniẽſis medicus, inebriari nunq̃, ſed ſtatis tñ diebus hilareſcere ꝓmiſit: q̃d genus Cothoniſmon a calicis noĩe uocauit: ut dilutũ nihilominus, & ſine bellario; comitatu biberet. Ac prima quidẽ potio in cõuiuijs, qa meraca erat, cum p̃fatione ἀγαθοῦ δαίμονος, in honorẽ uidelicet Liberi patris, nec tñ tota, ſed quaſi p̃guſtãda prębebat. Poſtrema uero quoniã diluta eſſet, & ſalutaris, cum p̃fatione Iouis liberatoris hauriebat. Vinũ aqua miſceri Staphylus Siteni filius inſtituit: ob id græcũ uulgus non aliter uinũ modo noĩat q̃ Craſin, hoc eſt, mixtũ.

## PASSVM, ET VINVM PROtropon, ſiue Creticum, ſiue Pramnon.

Pli.li.14.ca.16. PAſſum, hoc eſt, Glycy, gña habet laudata, Pſythiũ: & a colore appellatũ nigro, Melampſythiũ, quæ ſuũ ſaporem, non uini p̃ferant. Nam in q̃d additũ eſt. Defrutũ, Glyxis appellat Athenæo. Sapa, quã Nonius ſcribit uulgo dictã ſuo tẽpore Mellaciũ, fit muſto ad tertiã partẽ menſuræ decocto: ſicut Epſema, ſiue ut Hippocrates Epſeton, hoc eſt, Defrutũ, ad dimidiã: & Calenũ, ad partes e tribus duas redacto. Paſſum probãt, Ciliciũ, & Africũ: & in Italia, ut q̃d Neapolitanũ uocat, a Columella redditũ, prouinciſq; finitimis. Oĩaq; hæc, ut Plinĩ uerbis utar, poſt Greciũ. Fieri certũ eſt ex uua, quã Græci Sticam uocãt, nos Apianã, ꝙ apes eã impopulari gaudeant. Hanc ſunt qui Muſcatulã uulgo dictã interp̃tent. Item Venicula, ſiue ut Cãpani dicũt, Sircula: q̃ et Stacula, & Numiſiana appellat, paſſis, & diutius in uite ſole aduſtis uuis, Staphidion (ut arbitror) uocatũ ab Hippocrate, aut feruẽtę oleo. Quidã ę quacũq; dulci, dũ præcocta. Q; ſi, quantũ uuis exp̃ſſere, adĩciãt uinaceis aquæ puteanæ, ſecundariũ Paſſum facient.

D Protropos accipit etiã pro muſto, q̃d ſponte defluit anteq; calcent Vuæ, ut eſt apud Iuliũ Pollucẽ. Hoc protinus diffuſum, lagenis ſuis deferuere patiunt: poſtea in ſole quadraginta diebus torrent, æſtatis ſecutæ ipſo canis ortu. Habetur & Protropũ inter tranſmarina uinũ: quod Athenæus in Lesbo naſci dulce ſcribit, etiã Prodromon uocatũ ab aliquibus. At Pramnon, ſiue Pramnion Hippocrates, & prior Homerus celebrauit. Premebat hoc Smyrne regio, ut Alciphron Mæandrius ſcriptũ reliquit, Montano uico Latonæ prius dicato, poſtea Latoriæ, nomẽ id Amazonis. Extabatq; id etiãnum Plinio prodente, iuxta delubrũ matris Deum. Nigrũ Galenus fuiſſe uoluit, Athenæus quoq; nõ craſſum, aut dulce, ſed durũ, auſterũq;: ob id eo Athenienſes minime delectari ſcribit Ariſtophanes: hoc tñ non Smyrne, ſed in inſula primũ Icaro natũ putat Seuius, in petra, quo nomen Pramno. Sed & Pharmacitin dici hoc ipſum quãdoq; tradit. Pro ueneno eſt Sapa, ſi qs ieiunus a balneis bibat eam. Polybius auctor eſt, Romanas mulieres nõ uinũ, ſed Paſſum bibere ſolitas, ad reſtinguendã ſitim. Paſſum uero dictũ, quia ex uuis paſſis, ſiue quas in uite paſſi ſunt aduri ſole, premit, ſimile Cretico, & Aegoſitheni uocatis. Plautus. Murrinam, inquit, Paſſum, Defrutum, Mellinam.
Nonius Murinulum, ſiue Murinulã uocat, quã alĩ Murrinã, niſi uitiũ in exẽplari ſit. Varro, mulieres inquit, natu grãdiores, aut Loram, aut Garũ, aut Defrutũ, aut Paſſum bibebant, quã Murrinã Plauto appellari putat. Eſt & Murrina idem q̃d & Myratũ uocant aliqui. Non utiq; a Myrrha, ſed a Myro, q̃d eſt odoramentũ: ut poſt docebimus. Gellius mulieres ingt Romanas Lauream, Paſſum, Murrinã potaſſe: lauream pro lora capiens. Meminit Varro & potionis genus fuiſſe Miriclã. Nonius duas facit Loras: alterã, quæ ſit Deuteria: alterã, quæ Lota conſtat. Lora uinũ dulce, potõis, ingt, erat cõfectę, mulieribus grãdæuis aptũ: q̃d in q̃buſdã codicibus lotã, non lorã ſcriptũ inuenio, diſtinctionis forte gratia. Laudat a Græcis inter uina dulcia Scybelites: & natũ in Arcadia Thyræũ. De Cilicio uino mentionẽ hoc capite habuimus. Forte aũt hoc ſit, q̃d e Piſidia medicinæ uſu cõmendabatur Ambladeũ cognomine, ab oppido: ut Strabo placet. Vino autẽ Aegoſtheni, de quo ſupra diximus, nomen datũ quidem uidet ab oppido Aegoſthene, q̃d in Attica terra eſt. Cæterũ affirmare non auſim: quãdoquidem Caryſtiũ ex Euboĉa quoq; poſſet exiſtimari, Caryſto ibi celebrata ſcriptoribus. E Laconia tantũ uenit Caryſto uilla id ferente, quod & Alcman pöeta celebrauit. Laconicum uidetur fuiſſe initio: &

Hosted by Google

q̃d Monobasites dicit, etiãsi Creticũ hoc nomine intelligimus, corrũpente uulgo id uocabulũ & uocante Maluasium. Moueor, q̃ locus ubi Tænarũ in Laconia monstrat, Monobasia dicit hoc tempore, ditionis Venetę id oppidũ est, unde in Cretã directo fere cursu nauigat. Fortecp̃ Monobasites uino datũ nomẽ fuerit, non q̃ ibi nascerẽt, sed q̃ illud primũ e Creta cõportarẽt. Aetate nostra celeberrimũ est q̃d Achaicũ uulgo quocp̃ dicit: fortasse id q̃d ex Phliunte, oppido quondã Achaiæ, Phliasiũ ab Antiphane prædicatũ est: etiamsi nunc aliubi quocp̃ ferātur. A

## VINVM GYPSATVM.

VInum Gypsatum, a Gypso dicitur, sicut a Calce calcatum, a marmore marmoratum.

## VINVM PICATVM, SIVE RESINATVM.

AVino Resinato dicta inquit Plinius est Crapula: siue quia caput tentet, quasi lucta eius: siue q̃ ipsa quocp̃ resina, & flos eius crudus, qui uinis ad excitãdam lenitatem additur, Crapula quocp̃ nominari solet. Pugnacibus inquit Plinius mustis, plus Crapulæ inditur, lenibus parcius: a quo & uehementia uini, atcp̃ feritas crapulæ significatur uocabulo. Photionis de crapula interpretationem aliam superius explicui. Pli. li. 14. ca. 6.

## VINVM PARACHYTON.

VInum Parachyton, siue ut Plinius uocat, Diachyton, si modo id̃ est, fit uuis in sole siccatis, loco clauso per dies septẽ in cratibus, totidem pedibus a terra alte noctibus a rore defensis, 8. die calcatis: optimi odoris, saporisq̃ inter dulcia. Etem̃ Parachyma, Græci Defrutũ q̃nq̃ appellant. Vnde uinũ originale, hoc est, sine fuco, & sine dulci Aparachyton, & Autiten uocãt. Quamq̃ & alia significatio Autitæ uini est: ut aliubi monuimus. Timachidas rhodius uini genus passi dulce Hypochytõ in Rhodo uocari tradit. Nã uinũ Autoceras hoc dicit, q̃d ita est exile, ut diluí nõ debeat, ut inquit Pollux. Porro nostri, dulcia uina, Liberi patris Bellaria uocabãt.

## PHALERNVM.

PHalernum, quod Græci Phalerinon uocant, nec in nouitate, nec in nimia uetustate corpori salubre. Prima eius ætas a decimo, media a quintodecimo annõ incipit. A uigesimo capiti, & neruis est noxium. Duo eius genera. Austerum, cui ruffus color: & dulce, quod tunc demũ accidit, cum sub ipsam uindemiam austri flauerint: quo & nigrius efficitur. Athenæus, & Galenus auctores. Phalerno Statinum simile est, tantum leuius. Simile & Venaphranum. B

ALbani quocp̃ duo sunt discrimina, subacerbum, & dulce. Vsus eque a quintodecimo ætatis anno. Inter Albanum, Phalernumq̃ Labicano gloria: quod est dulce, ac pingue gustu sentitur. A decimo placere incipiente. Buxentinum Albano simile est, utiq̃ acerbo.

## CECVBVM.

CEcubum iam non gignitur, frequens olim in Terracina, fundisq̃: sicut & Setina. Parum a superioribus Statana non longo fuerunt interuallo. Nam Signini nomen celebre aluo sistendæ, in sexennium uetustate melius.

## SVRENTINVM.

SVrentinum, ueteres maxime probauerũt. Sequens ętas, Albanũ, aut Phalernum. Deinde alia alij. Virium plus Surentino, austeritatis Albano, uehemẽtię minus Phalerno. Surentinũ a. 25. anno poculentum faciũt: quoniã macilentum, & aridũ cum fit, ægre cõcoquitur, nec nisi uetustate castigatũ utentibus prodest, q̃d & Tripholino accidit. Simile est & Aequanũ. Celebrantur a medicis & Rheginũ, Surentino pinguius, eocp̃ celerius ad bibendũ utile. Item Priuernũ Rhegino tenuius: & Phormianũ Priuerno simile, dũtaxat crassius. Tiburtino tenuitas redditur: idcp̃ a decimo anno bibitur. Prænestinũ Tiburtino pinguius. Gaurano p̃stantiam pauci tas quocp̃ ipsa facit: ualidũ hoc, & p̃crassum. Marsicũ austerum. Austerũ & Barbinũ Athenæo, q̃d Balbinum dicit, Balbiæ proueniens Plinio. E Campania, ppe Cumas, Vluanũ cõmendãt: quinto demũ anno poculentũ, leue. Iam Calienũ, quod & Phalerno preferũt, ad utilitates stomachi. Fundanũ plus iusto alit: ideo parcius erat cõuiuijs: q̃ & caput, & stomachũ tentabat. Sabinum leuitate p̃ponebatur omnibus. Vsum eius a septimo ad quintumdecimũ ætatis annum probabant. Nomentanũ a quinto anno incipit: nec leue, nec admodum suaue. Spoletinum suaue, coloris aurei. Caulinum prope Capuam, fortasse id quod eo loco tradit Polybius Anadendritin uocari, prælatũ omnibus. Circa Neapolim Trebellicum. Herbulo color niger, non multos post annos candidus: delicatũ hoc, & percp̃ leue. Tarentina, & quæcunq̃ illo tractu habentur, tenera sunt, & dulcia, & amica stomacho: cuiusmodi Lagaria, non procul Grumento nascentia, Messalæ potu, & salute, ut Plinius retulit, insignia. Beneuenti fiebat Infumatum, quod Græce Capnias dicitur, a Platone comico, quemadmodum & uuæ fabrorũ ferrariorum, maxime fornacibus ex Africa, præcipua Tiberij Cæsaris cura.

Hosted by Google

## ADRIANVM.

CADriana optima, ex intimo ſinu Adriatici maris: quæ Pucina, a loco ibi ſito dicta ſunt: & a Græcis Pyctana, medicamentis aptiſſima: quibus Liuia Auguſti octauaginta duos quibus uixit annos, retulit accæpros, non aquoſis. Haud procul a Timaui fonte, ſaxeo colle, maritimo afflatu, paucas coquente amphoras, Britannorũ regi adeo gratũ, ut quotannis deferendũ ſibi curaret. Mamertinũ uero, a colonis eius loci, non Meſſeniũ, ut inquit Strabo dicitur, etiãſi circa Meſſanã in Sicilia proueniat. Hoc & Italicũ quoq; dicitur, etiãſi extra Italiã, ut Athenæus inquit, naſcit. Siculũ eſt, & Potulanũ ab auctore dictũ, qua proxima eſt Italiæ Sicilia. In eadem prouincia & Taurominitanis honor lagenis, pro Mamertino plærumq; ſubiectis.

Pli. li. 14. ca. 6. per omnia.

## PRAETVCIVM.

PRætucia ex ſupero mari, ſicut & Ancone naſcẽtia, & quæ a palma uua forte enata. Palmeſia appellant: ut Plinio placet. Caſſiodorus, Vinũ quoddã inquit Brutiũ appellauit, Palmatianum laudare cupiens antiquitas. Nos Stypſin, aſperũ, ſed gratũ ſuauitate. Nã licet inquit, inter uina Brutia uideat extremũ factum, tñ eſt bene gñali opinione p̃cipuũ. Eſt em̃ ſuaui pinguedine molliter craſſum, uiuacitate firmũ, nari uiolentũ, candore perſpicuũ, q̃d ita redolet ore tractatũ, ut merito illi a palma uideat nomẽ impoſitũ. Viſcere defecta cõſtringit, uulnera madida deſiccat, laſſum pectus reficit. Prætuciũ mulſo p̃cipue cõuenire dicit, ſicut Apamenũ Syriç. Inter externa Syriacũ eſt: & q̃d reges Perſarũ bibebant, Chalyboniũ uocatũ: ut Straboni placet. Hoc Poſſidonius in Damaſco Syriæ naſci tradit, eorũdem regum cura ſatum.

## HISTRIANVM.

HIſtriano, p̃ximũ natione Liburnicũ fuit, ex Iſſa inſula, q̃d Agatharchides p̃fert oĩbus.

## CHIVM.

CHium, & Chiothes dicitur, hoc & Thaſium. E uinis trãſmaria ueteribus fuere in ſumma gloria. Theophraſtus Thaſium, quod magiſtratus bibebant, anteponit omnibus. Tertio loco habebatur Clazomeniũ, poſtq̃ parcius mari condere cœperũt, utiq; poſt homerica illa, Pramnion, & Maronites, ſiue, quod idem eſt, Maronæum, in Thraciæ maritima parte genitum, uities tantum addito aquę miſcendum Homerus cenſuit. Vim eius ad Plinium duraſſe legimus, prodentem ſextarios ſingulos, octogenis aquæ dilui: nigrum colore, & odoratum, & uetuſtate pingueſcens. Hinc (ut arbitror) Crarinus, uinum ipſum appellabat Maronem. Nam Monarites aliud uini genus eſt, Cappadociæ Melitena eius parte naſcens, non poſtferendum noſtratibus præſtantia. Maronęum, a Marone filio Euanthis, ſatum publicatumq;, Philoſtratus in heroicis ſuis teſtatur. Pramnion, a uite Primna dictum uolunt, aliqui a manſuetudine: quidam a caudicis craſſitudine, quaſi diſtinguatur a Crucio uocato. Eſt autẽ Crucium e uitibus altiſſimis, q̃les Aricinæ ſunt, acerbiuſculũ, & aſperũ. Porro Thracia putant & Iſmaricũ a Polluce, Biblinũ ab Homero notatũ: ſiue q; Biblina ea terra diceret, q̃ nũc Tiſara, & Oeſyma notatur: ſiue ut Epicharmo placet, a Biblinis Thraciæ mõtibus uocatis. Seruius Naxiũ id exiſtimat, q̃d Archilochus nectari cõparatũ ſcribit a Bimblino, ſiue Biblo amne. Hoc ĩ Sicilia Poliũ, ſiue Poleum appellari, q̃m a Polide ſicyonio, ſiue Rhegino, qui Syracuſis regnauit tranſlatũ eo ſit. Quidã a uite Biblia, q̃ in Italia βλαστοι dicat. Nã Byblos p, y, oppidũ eſt ĩ Phœnice uetuſtiſſimũ: ut q̃d a Saturno conditũ puteſ: ubi uinũ quoq; medicamẽtoſum ex herba fidicula cõficit: ut diximus. Differt a Maronæo Mareoticũ in Aegypto, a Maria lacu dictũ, ubi naſcit, ad uetuſtatẽ quoq; diffundi ſolitũ. Nã uicinũ ei Libycũ appellarũ, p̃ſertimq; ad Antiphras notũ: improbat uel adagio, q̃m minus uini, q̃ maris habeat. Alexãdriæ id uulgo bibũt præcrude ac Zythũ: ut Strabo inqt: etiãſi nõ Zython, ſed Zygon interp̃s in eo legerit, & ad põdera uti uino eo Alexãdrinos ineptiſſime cõuerterit: in quẽ errorẽ & Dominius Veronẽſis ꝓnus corruit, in Propemptico Papinĩ, q̃d incipit, Si quibus audaces amor eſt ſeruare carinas.

Oĩa porro trãſmarina ſeptẽ, in ſex annis ad uetuſtatẽ mediã peruenire exiſtimant. Vino Chio ueteres in oculorũ uitiũ uti ſolitos, nomen ipſum indicat Collyriorum quorundã, quæ Græci Chiaca cognoĩant. Hoc uinũ & Ariuſia, a loco, & optimũ q̃d eſſet Ariſtęum uocabant, Iulius Pollux auctor. Nigrũ uniũ in Chio primũ fuiſſe Theopompus auctor eſt. Nam et uitẽ ſerere in eadẽ inſula, repertũ putant ab Oenopione Liberi patris filio: qui & urbẽ in ea condidit.

LEsbium, ſponte naturę ſuæ mare ſapit. Hoc & Protropũ dicitur quotiens dulce eſt, itemq; Prodromon, Athenęus auctor. Quęrat aliquis in Victruuio, quis ſit uerborũ ſenſus, cum dicit. Sed animaduertimus inſulam Lesbon, uinum protirum, maloniam, catacecaumenen, Item Lydiam molliton. Corrupta lectio: quæ ſic reſtituẽda eſt. Sed animaduertimus inſulam Lesbon Protropon, Mœoniam, Catacecaumeniten: Lydiam, Tmolitẽ dare. De Protropo di-

Hosted by Google

ctum eſt ſuperius, de Tmolite ſtatim fiet mentio, de Catacecaumenite Strabo. Catacecaumene inquit regio eſt, quam alij Myſiam, alij Mœoniam appellant. Dictam uero ita, q̃ nihil in ea præter uinum gignatur: idq; nobiliſſimum, ambuſta uelut igni terra. A

## EPHESIVM.

EPheſium Defruto, & mari conditur: ideo inſalubre. Phygelites appellatũ ab oppido propinquo, quod Phygelam Plinius, Pygellam plærique noiauere. In nomine ſunt & tranſmarina, & Leucadiũ, & Sapia, & Thaſium: quibus principatũ dat Hermippus in oppido Opunte: q̃d et Plautus in Penulo demonſtrat, ſumptũ ab Eubulo. Item ex Euboea Sciatho, et e Peparetho inſulis. Q̃q̃ poſtremũ hoc, multi ſunt qui dãnant. Iam e Syria Phœniciũ uocatum quãdoq; Cycliũ: cuius & Xenophon in aſcenſu meminit. Laudatur & Magneticũ, & ut alibi diximus, Mendæum. Præterea ex Acantho urbe. Nam Cirimphiũ aſperum contẽnitur. Troëzenij, ut ait Ariſtoteles, Anthedonidiũ, & Hyperiandiũ cõmendant, auctoq; ſuorũ noibus, Hypero, & Anthe: quẽadmodũ & Althephiadiũ ab Altephio: q̃ ex Alphei nepotibus fuit. Apyrũ quoq; uinũ ab Alcmane pœta memorat. Eſt aũt Apyron, quodcũq; nõ eſt coctũ. Laconica ſunt Pentalophiũ a quinq; collibus, ubi naſcit uocatũ: item Denthiadiũ, ſiue Denthis: & Oenuntiũ, & Onoglis, & Stathiniũ, a locis omnia, quæ iuxta Pyranem ſunt oppidũ eius terræ. Theophraſtus Erythæum molle ſalſumq;: idem Heracleoticũ tradit odoratũ, atq; durum.

## MESSOGITES.

MEſſogites, & Tmoliũ, aut q̃d idem eſt Tmolites, duo ſunt uini gña, noie a montibus Lydiæ impoſito, qui Thmolus, & Meſſogis appellant. Meſſogites uero nobiliſſimũ a loco Aromeum nomine, correpta ſecũda ſyllaba, ut Straboni placet. Tmolio per ſe gratia, ut uino non eſt, ſed cuius dulci admixto, reliquoq; duricia ſuauitatem accipiat ſimul, & ætatem. Ex eadem Lydia & Metropolite uinum cõmendant, ab oppido eius uno Metropoli uocato.

## VINVM INCOMMVNE.

DE uino Incõmuni, nõnihil & in mentione Annoſi diximus. Nunc illud adijcio. Vinum omne in infantia dulce eſt, tum uidelicet cum Muſtum dicitur. Vbi aũt pubeſcit, ſuauius efficitur, q̃q̃ dulcius. Dulcedo enim feruendo adimitur Vinis. Vinum porro, aut uetus, aut nouũ eſt. Media ætas a medicis introducta eſt. Vulgo neſcitur. Vnde notum prouerbium Varroni, Medium uinum, prandium caninum eſſe: hoc eſt, quia nullum tale uinum habeatur. Vt uellus aſininum Ariſtophani, pro eo, quod nuſq; ſit. B

## VINVM OMPHACITES.

VInum Omphacites, ſiue Omphacinũ, uidetur idem eſſe, q̃d & Biæon Græci appellauere: q̃q̃ marinam ei aquã largiorem miſceri adijciunt. Cætero cõueniunt, Medicinæ item congruunt. Vt errare uideantur, qui non Biæon, ſed Bion, quaſi a uita deriuatum nomen ſcripſere: cum Plinius, a feſtinatione, quaſi uiolenter fiat, uocari prodiderit.

## VINVM DEVTERIA.

DEuterias noſtri Loras, ſiue Loreas, ut Cato, & ſecundaria, & operaria uilla nominant. Lora, q̃ lota acina fiat, uocatur. Inter Deuterias, & Fecatum Cato appellat fæcibus uini expreſſum, quod a Columella Fecinum dici puto, a Polluce Trygephanion. Plinius Tortiuum inquit, nouiſſime expreſſum intelligo: quod Cato Muſtis tingendi gratia, ut pigmentum aliquod adjciendum præcipit. Græci hoc uulgo Thamnam uocant, apud quos Autites uinum, pro Deuteria ſunt qui capiant. Alij pro ſyncero, alij pro noſtrate, hoc eſt, non alienigena, ſed patrio Galeno. Galenus in Hippocrate Autiten interpretatur, quaſi autoẽtitem, hoc eſt, anniculum, ſiue ornum. Eſt & Tornij uini mentio apud Hippocratem, ad pulmonũ præſidia. Vitioſum uinũ Græci Tropian, & Ectropian, & Oxynon dicunt. Genus uini eſt & quod Grapinam uocant, ſubaſperũ. Nulli ex ijs pluſq; anno uſus. Erant & quæ Spurca dicebantur uina: ſed apud Pontifices, hoc eſt, quæ ſacris adhiberi uetabantur: ut Defrutũ, & Dilutũ: & igni tactum: ſed & Muſtũ quoq;, ante q̃ deferueſceret. Vinũ porro malũ, Amphis græce dicitur a Soſicrate, quaſi dubiũ: ita enim uocauimus & nos, auctore Plinio Fugacia. Præliganea uocantur & quæ ad operarios, ut Cato inquit, ex miſellis uuis premũtur. Circumcidanea uero, ſiue ut Varro, Circumciſita uina dicimus, cum calcatis uuis ſcopi earũ, ſiue ſcopia, ut Cato, cum folliculis prælo ſubijciuntur iterũ: hoc eſt, ubi deſijt fluere circumciſis extremis: non diſſimile Tortino, quod Græci Boſtrichitin (ut puto) uocant. Tortinũ enim Columella dicit eſſe Muſtum, quod poſt primam preſſuram uinaceorũ circumciſo pede exprimitur. Plin. li. 14. ca. 10.

## VINVM ADYNAMON.

ADynamon ratio faciendi uaria, ſed omnibus fere cognita.

Hosted by Google

EX M. VERG. COMM.

C DIscedentibus quondã ex Sicilia in Italiam Troianis, quæ uniuersæ classi & genti satis fórent uina, bonus subinde cadis onerarat Acestes: Carthaginẽsis regina etiã, exceptis a naufragio ijsdem cum rege suo, centũ instituerat famulas, totidemq; pares ætate ministros: qui dapibus onerarent mensas, & pocula cunctis deinceps ponerent. Ipsa etiã cum laticum in mensam libasset honorem, Bitiæq; poculũ increpitans dedisset, tanta copia diffundi uinũ iussit, ut cum pleno ille se proluisset auro, post alij omnes biberent proceres. Tantus præterea, & eousq; uini laudator in suo carmine Homerus quibusdam uisus est, ut unã hac suspicione, uinosus facile creditus fuerit. Fuerunt & in alijs cœnarũ apparatibus numerata a poëtis, præsertimq; a Flacco in carminibus suis, tam multa & generosa uina, ut naturæ copiam, & hominum pro uita & uoluptatibus studium & artem merito aliquis in uino admiretur. Nullus tamen, toto orbe nascentibus uinis, & quibus tunc gentes maxime uterentur, plures, certioresq; ad salutem & noxam scriptore hoc notas assignauit: nec aliunde, ad utramq; fortunã, ex uini usu maior homini, q; ex eo occasio est. In cæteris enim unius, aut alterius horæ uoluptas in cõuiuio quæsita uino est: laudauitq; unusquisq;, aut quod maxime apud se natũ nouisset, aut quod ingenio, naturæq; suæ aptissimũ sentiret: in hoc longiore historia, cunctor; habita rõne, singulorũq; in natura decretis uiribus, nihil desyderandũ legentibus relinquit: siue ad uoluptatẽ cœnas, siue ad honorem cõuiuia & epulas, siue ad ebrietatem cõmessationes, siue in quotidiano usu pocula, siue ad medicinã remedia parasse alicuis sibi uelit. Magna sane in multiplici hoc bono, & liberalior naturæ uarietas: nõ minor tamẽ scriptoris huius diligentia, qui obseruatis toto orbe per se nascentis, & humano artificio exculti uini potestate & uiribus: a principio statim uetustatẽ in eo damnare incipiens, uariato librarior; incuria sermonis ductu, dubitandũ legentibus reliquit, simpliciter ne, uitanda foris & intus uetusta uina sint, his qui uitiosa & infirma interiore aliqua parte sint: an uitanda intus tantũ his, qui infirma & uitiosa interiore aliqua parte sint. Dubitationi huic, & si non multifacienda sit, causſam dedit, q; in antiquis græcis diuerso loco librarij dictiones eas pupugerunt. Sunt enim in quibus legitur, ἀσθένεσι μέρος ἐχόντων ἐνδον παραιτητέον. &c. Quod est. His quibus uitiosa & infirma interior aliqua pars sit, uitanda esse hæc uina. In aliquibus autem, ἀσθενείαν μέρος ἐχόντων ἐνδον παραιτητέον. &c. Quod est. Vitanda his intus uina hæc esse, id est, non bibenda, qui infirmã aliquam partẽ habent, non interiorem magis q; exteriorem: quasi intus damnãdus, foris aũt concedendus eorũ usus sit. Nos in ambiguo communiorẽ lectionem secuti, & ex potiore, frequentioreq; uini usu, grauioreq; eius noxa remouimus, uitanda his uetusta uina pcipientes, qui interiore aliqua parte infirma sint.

D

## De Melitide uino. CAP. VIII.

οἶνος μελιτίτης

MElitides datur in longis febribus, quæ stomachum infirmarũt. Namq; aluũ emollit. Vrinam ciet. Stomachum expurgat. Prodest articulario morbo, renibus, imbecillo capiti, & mulieribus abstemiis. Odoratum siquidem est, & corpus alit. Distat a mulso quod fit e uino uetere, austero, & melle exiguo. Melitides autẽ adiecto ad quinq; congios austeri musti, mellis congio, & salis cyatho, cortinis magnis, quo magis ad efferuescẽdum locus pateat, fieri oportet, sensim aspersо sale. Cũq; efferuere desierit, in alia uasa transfunditur.

BARBARI COROLL.

Plin.li.14.ca.9. DVlci e genere est Melitites, sed austerum seculis. Iam fieri desijsse Plinius existimat. Sit autem Melitites id, quod in Pseudulo uocat Plautus Mellinam illo uersu,

Murrinam, Passum, Defrutum, Mellinam,

in medio relinquimus.

EX M. VERG. COMM.

DEsierat, quo tempore naturalẽ historiam suã Plinius cõmentabat, multoq; antea in usu esse Melitite hoc uinũ: quoniã inflationes faceret, damnatũ: & nihilominus confectionẽ eius, et ipse docet. 14. uolumine, capite. 9. eandẽq; huic scriptori, aut paulo diuersam, medicinãq; itidem 22. capite. 24. Quo minus miretur aliquis, nunc in nullo honore esse, uixq; in medicina nomen eius audiri. Antiquiores tamen oẽs, ad explendã totius uini historiã de eo cum cæteris uini ge-

Hosted by Google

neribus tradiderunt: non inutilí penitus, ſed quod poſſet medicinã & ipſum augere, & humanæ ſaluti aliquando adeſſe: prẽſertimq; ut hic ait; γυναιξὶν ὑδροποτούσαις: Quod cæteri interpretes mulieribus uini abſtemijs, ex Plinio uerterunt, nos ſimplicius, aquã bibentibus: haud ſanè quia non id pbemus, ſed q̃ neſcimus, an uini abſtemias ſimpliciter mulieres hic dicat: an in fœtura uinum faſtidientes, ideoq; aquã bibentes. Exquo em̃ hic uini huius uſum ad mulieres priuatim contraxit, certã etiam priuatimq; in fœminis cognoſcendam cauſam intelligi uoluiſſe uidetur. Si em̃ ſimpliciter uini abſtemijs dandum hoc uinũ ſit, non magis fœminis q̃ uiris dandũ erit. In utroq; enim ſexu abſtemios uini paſſim uidemus. Quodq; in fœminis, idem in uiris etiã hoc uinum poterit. Credimus ideo nos ſic intelligi locũ oportere: faſtidientibusq; in fœtura uinum mulieribus Melitidẽ dandũ. Eamq; ob cauſam, quoniã latius patet abſtemĩ uox, bibentes aquã mulieres nos diximus. Eoq; pertinere uidet quod ſtatim ſequitur, Odoratum em̃ eſt, & nutrit. Quorum alterũ pertinet ad diſcutienda faſtidia: alterũ ad uitæ nutrimentum, quo tunc maxime ad incrementũ & firmitatem fœtus prẽgnantes indigent. Quod etiã a Dioſ. conſtituitur νεφριτικοῖς, id eſt, cum urinæ malo aliquo renum doloribus prodeſſe, in melioribus græcis non legitur. Nos tamẽ comunem ſecuti lectionẽ, eam ſeruauimus uocem, medicis diligentius excutiendum relinquentes, quo modo huic malo prodeſſe Melitide hoc uinũ poſſit. Adijcimus illud etiam, quoniã neruorum infirmitati omnes utile tradiderunt, & inter latinos Plinius, etiã non male ſuſpicaturum aliquem, quoniã idem in græcis renum & neruorũ uocis principium eſt, uocatq; ea gens renes νεφροὺς, neruos autem νέφρα, potuiſſe eas librariorum imperitia uoces commutari, & pro neruis renes ſcribi. Medicinæ quidem id certius reſponderet: in qua præcipitur, uitanda omnibus uina eſſe quibus uitio aliquo laborant nerui: tutoq; his pro uino Melitite hoc dari. Coniecturas tamen hæc nos, non decreta eſſe uolumus.

## ¶ De Mulſo. CAP. IX.

MVlſum e uetere uino auſteroq;, & bono melle factum præfertur. Minus enim inflat, ac celeriter id genus uigorẽ adipiſcit. Vetus corpus alit. Media ætate, aluo prodeſt. Vrinã pellit. Ab ultimo cibo ſumptũ nocet. Et inter initia potum implet. Dein appetendi auiditatẽ reuocat. Fit mulſum duabus uini metretis, ammiſta una mellis. Aliqui quo celerius præberi poſſit, mel cum uino coquũt, & ita tranſfundunt. Alĩ utilitatis gratia, ad ſextarios ſex muſti feruentis, unum mellis adijciunt, & ubi ferbuerit, uaſe recondũt. Dulce aũt permanet.

### BARBARI COROLL.

OEnomeli, hoc eſt, uinum Mulſum: quamq; noſtri ſine uini mentione hoc intelligũt, Mulſum dicentes. Vinum hoc facillime cum melle cõcorporatur, quod in dulci nunq; euenit. Mulſum in Thracia primus Ariſteus comperit. Multi ſenectam longam intinctu Mulſi toleraſſe, neq; alio ullo cibo. Regium morbũ Varro cognominatum aquatorium tradit, quoniã curetur Mulſo. Ciſibilites genus uini eſt, in Galatia naſcens, & Balincium in Sicilia, quæ ſaporem Mulſi, non uini præbeant. Ex muſto, quod fit Mulſum, Græci Nectar uocant.

### EX M. VERG. COMM.

FVit quondam in honore & dignitate Mulſum, uulgaris res, et quotidianus homini potus: qui ruſticas & urbanas cellas pariter augeret: nec aliter q̃ cętera uina, cum opus eſſet, ad uſum familiæ ſeruaretur. Nunc mutatis moribus, & faciendę homini medicinæ rationibus ſolũ eius auditur nomẽ. Idq; inmerito, modo uera ſint quæ Plinius tradidit, interrogatũ Pollionem Romulum Cæſaris hoſpitem, centeſiimũ annum excedentẽ, qua nam ratione maxime uigorẽ illũ animi corporisq; cuſtodiſſet? Reſpõdiſſe, foris oleo, intus Mulſo. Egregia ſane utriuſq; laude, ſed eo Mulſi maiore q̃ olei, quo meliora, uitalioraq; hominis intus q̃ foris principia & uires ſunt. Quo magis demiremur, exoleuiſſe penitus Mulſi uſum: qui multus antiquis ideo fuit, q̃ perſuaderentur, omnẽ animę aſperitatem dulcioribus ſuccis mitigari, ſpiritus leniri, tranſitũ, & molliores fieri meatus, experimentaq; in ſe ipſo cuiq; eſſe. Quando omnis animi impetus cibo & potu mollitur: eoq; præſertim, qui non ſolum corporum medicinam, ſed & morum etiam habeat. In quo genere Mulſum præcipue laudauerunt ueteres. Cuncta tamen hæc bona præſens inflationis periculũ & noxa inutilia homini fecit: deſieruntq; uti eo homines, nocere

Cſibi ea ratione ſentientes: paulatimq; cum uſu confectionis ratio etiam perijt. Nos tamen ſi cui nouiſſe eam gratum ſit, ex Palladio qualis ſcribente eo erat docebimus. Qui. 12. libro in Octobri menſe de Mulſi confectione ſic docuit. Muſtum de maioribus & egregijs uitibus poſt. 20. dies q̄ leuatum fuerit, ex lacu quantum uolueris ſumis: & ei mellis non deſpumati optimi quintam partem prius tritam fortiter donec albeſcat admiſces: & agitabis ex canna uehemēter. Mouebis autem ſic per dies. 40. continuos, uel quod eſt melius quinquaginta: ita, ut cum moueris mundo linteo tegas, per quod facile confectio æſtuanda ſuſpiret. Poſt dies ergo quinquaginta munda manu purgas quodcunq; ſupernatabit, & in uaſculo gypſo diligenter includis; & adue tuſtatem reſeruas: melius tamen ſi in minora & picata uaſcula proximō uere trāsfundas: & gypſata diligēter operies, & in terrena & frigida cella recondes, uel harenis fluuialibus, uel eodem ſolo uaſcula ex aliqua parte ſubmergas. Hoc nulla uitiatur ætate ſi diligēter effeceris. Et hæc de confectione Mulſi ſatis modo dicta ſint. Quibus in ſcriptore hoc addendum fuerat: quidnam, & qua ratione hic dicat ſimpliciter implere Mulſum: niſi id medicis conſtituendum relinquere mus, qui ex uini melliſq; natura quid, & quo modo Mulſum impleat facile intelligent.

## ¶ De Aqua mulſa. CAP. X.

AQua mulſa eaſdem quas Mulſum uires poſſidet. Decocta utimur, cum moliri deiectionem, aut uomitionem incitare uolumus, ut ijs qui uenena hauſerunt ex oleo. Decocta datur imbecillis, & hominibus elangueſcentis pulſus, quos illi dixere Microſphyctos, tuſſientibus, peripneumonicis, & ijs qui immodico ſudore digeruntur. Iam paratum repoſitumq;, quod aliqui hydromeli ꝓprie uocant, media ætate Adynamo uino, aut Loræ correſpondet, & ſimilem uim adipiſcitur. Quare inflammationibus alicuius membri plus q̄ Lora prodeſt. Inuetetati tamen uſus damnatur, inflammatis, aut conſtrictis. Sed laborāti ſtomacho, aut cibum faſtidienti, ſudatoribuſue conuenit. Fit duabus pluuiæ aquę ueteris ad unam mellis partem additis, & inſolatis. Alij fontana aquam adijciunt, & ad tertias parteis decoquunt, & ita recondūt. Nec deſunt qui hydromeli appellent, q̄d a melle elutis aqua fauis conficiſoleat. Sed meracius facere conuenit. Aliqui id coquunt. Aegrotantibus noxium eſt: qm̄ plurimam ſibi floris cerei partem uendicat.

### BARBARI COROLL.

MElicraton, & mixtum mel, & aqua mulſa dicitur interim, & dulcis aqua. Rationes aquæ mulſæ conficiendæ plures ſunt apud rei ruſticæ ſcriptores. Alia res eſt Meraceras apud Hippocratem, quæ uox egelidum, ſiue quod idem eſt, tepidum mixtum ſignificat, hoc eſt, Galactodes ſyncrama. Iulius Pollux neſcio q̄ recte, Melicratum inquit eſt, quod nunc Oenomeli uocamus. Cæteri magno hæc diſcrimine ſeparauerunt. In Aethiopia Troglodytæ Melicratum e cuiuſdam herbæ floribus conficiunt, proceribus bibendū uini loco, ſicut dilutū Paliuri, populo. q

Hydromeli, ſecundum Aquę mulſæ genus eſt, ſaporem uini uetuſtate aſſequitur: nuſq; magis laudatū, q̄ in Phrygia, ex imbre quidem puro, & melle: damnatum multis annis, ijſdem uijs quibus uinum, nec ijſdem utilitatibus.

### EX M. VERG. COMM.

FRequens, & nullo nō fere capite repetita μελικράτου, et ὑδρομέλιτος huic ſcriptori uox eſt, tam exiguo rei diſcrimine, ſi ſubſtantia & uſus æſtimetur, ut totam nominis, nullam autem rei differentiam fuiſſe antiquis in ea merito quiſpiam crediderit. Vtraq; enim melle, & aqua conſtat: & ijdem fere Plinio & alijs utriuſq; uſus ſunt. Quod differre in eis uidetur, ſola confectionis ratio eſt. Quam pleriq; non tanti faciunt, ut diuerſi generis ob id eas faciant. Hic tamen, et poſt eū Plinius, omneſq; alij ſeorſum de utraq; agentes, diuerſas merito conſtituiſſe creduntur. Eamq; ob cauſam diuerſis nominibus in ſcriptore hoc indicaras, diuerſis & nos appellationibus eas indicauimus, dulcem alteram, mulſam aquā alteram appellantes. Fuitq; nobis dulcis aquæ au-

Hosted by Google

ctor Columella, qui poſtremum Hydromelis genus, quod maceratis aqua fauis fieret, a Dioſ. A
proprio, & uero Hydromeli additum dulcem. 13. uolumine, capite. 11. aquã nominauit: inſcri
pto etiã de dulcis aquę confectione capitis titulo: ut diuerſis uocibus in opere hoc, diuerſa sal-
tem confectio Hydromelis ab aqua Mulſa oſtenderetur. Etſi quod maxime inter eas differt, ſo
la ætas eſt: dicente Plinio. Mulſę aquę genera duo. ſubitę, ac recentis alterũ: inueteratæ alterum.
Nec Plinio tm̃, ſed hocipſo ſcriptore etiam: qui cum Melicratum, quam nos Mulſam aquã in
terpretati ſumus, ꝓpoſuiſſet, ſubitã & recentem illã Plinĩ intelligẽs, ſubiecit ſtatim, τὸ δὲ σκευα-
σὸν χρὸ̃ ἀπόθετον. Quod eſt, ut nos uertimus, Quæ aũt maiore apparatu inueterata ſeruatur. &c.
In qua deſcriptione Hydromel, id eſt, dulcem aquã a nobis dictam intelligi tantũ uoluit: prę ſer
tim cum adiecit, quã priuatim quidã Hydromel uocant. Congeneres em̃, & eiuſdem ſubſtan
tiæ dulcis, & Mulſa aquę ſunt, & ſola uetuſtatis ratione inter ſe differũt. Eamq; ob cauſam pro
miſcuum in medicina uſum habuerũt: præterq; in quibus nouitas, aut uetuſtas eius priuatim
exigeretur. Quod nos ignorantes, ſeruatis ubiq; ſcriptoris huius uocibus, iiſdemq; ueſtigiis eũ
ſecuti: ubi Hydromel erat, dulcem: ubi Melicratũ, Mulſam aquã ſemper reddidimus: ne ſi hoc
magis q̃ illud exigeretur genus, uocũ earũ uarietate, & inconſtantia, grauiore periculo morbo
rum remedia miſcerentur. Quotidianus, ut uidetur, cõmuniſq; utriuſq; huius aquę quondam
fuit uſus. Indicantq; id rei ruſticæ Romani ſcriptores: qui niſi ad uſum familiæ confici, & ſerua
ri conſueuiſſet, nunq̃ in ruris diſciplina de cõfectione eius tam certe docuiſſent. In quo monu-
iſſe illud uolumus: a Columella lib. 13. capite. 12. Mulſam appellari aquã utrumq; hoc genus:
a Palladio contra in Iulio menſe Hydromel: quoniã, ut diximus, facile miſcebantur, quæ tan-
topere inter ſe ſimilia erant: præſertimq; ab his, qui non ut in medicina oporter, certũ illud & ex
actum quærerent. Docuit Hydromelis confectionem Plinius lib. 14. capite. 17. uinumq; ap-
pellauit, ob eam quę mox patebit cauſam. Verba eius ſunt. Fit uinum ex aqua ac melle tantũ.
Quinquennio ad hoc ſeruari cœleſtẽ iubent prudentiores aliqui. Alĩ ſtatim ad tertias partes
decoquunt, & tertiã mellis uetęris adĩciunt: deinde quadraginta diebus canis ortu in ſole ha-
bent. Alĩ diffuſa ita decimo die obturant. Vocatur hoc Hydromel, & uetuſtate ſaporem uini
aſſequitur. Soporem uini uetuſtate aſſequi Hydromel Plinius ait: eamq; ob cauſam uinum uo
cari: cum tamen nihil uini admixtum habeat. Hic non ſaporem uini, ſed uires aſſeq; dixit, Lo-
ræq; pares habere uires: utile inſtaurandis in ualetudine ægrotorum uiribus: q̃ apperentibus
his uinum innocenter potũ daretur. Diximus ex Plinio, quale Hydromel quondam fuerit: di- B
cemus nũc ex Columella, qualis Mulſa aqua fuerit: ut utriuſq; certior ratio pateat. Verba eius
ſunt. Hæc aũt non uno modo componitur. Nam quidam ante multos annos cœleſtem aquã
uaſis includunt, & ſub dio in ſole habent. Deinde cum ſæpius eam in alia uaſa transfuderint, &
eliquauerint (nam quotiens etiã per longum tempus diffunditur, aliquid craſſamenti in imo
ſimile feci reperitur) ueteris aquæ ſextarium cum libra mellis miſcent. Nonnulli tamen cum
auſteriorem uolunt efficere guſtũ, ſextarium aquæ cum dodrante pondo mellis diluunt: & ea
portione repletã lagenam, gypſatamq; patiuntur per caniculæ ortũ in ſole quadraginta diebus
eſſe: tum demũ in tabulatum quod fumũ accipiat reponunt. Nonnulli, quibus non fuit curæ
cœleſtem inueterare aquã, recentem ſumunt, eamq; uſq; in quartã partem decoquunt: deinde
cum refrixerit, ſi dulciorẽ Mulſam facere uolunt, duobus aquæ ſextariis ſextarium mellis pro
miſcent: ſi uero auſteriorem, ſextario aquę dodrantẽ mellis adĩciunt: & his portiõibus factam
in lagenam diffundunt, eamq; ſicut ſupra dixi. 40. diebus inſolatam in tabulatum poſtea quod
ſuffumigetur reponunt. Et hæc quidem Columella: cui non diſſimilia Palladius inſtituit quo
diximus loco. Docet præterea Columella alterius dulcis aquæ confectionem, quæ maceratis
aqua fauis, & fauorũ ceris fieret: quã Dioſ. in poſtremo capite numerat. Eam poterunt uolen-
tes in eo ſcriptore uidere. 11. tertĩdecimi uoluminis capite: quę in medicinæ uſu damnata ab eo
eſt: quoniã ſtomachi, & præcordiorum inflationes faceret: confectionẽ tamen eius monſtrauit,
quoniam condituris oliuarum, aliarũq; huiuſcemodi rerum pro Defruto utilis eſſet, & cibariũ
ſaporẽ haberet. Prodeſſe Mulſam aquam, dariq; decoctã Dioſ. ait. τῖς μικρὸν φύκτοις χρὴ ἀσθενέσιν,
quod eſt, ut nos uertimus, his qui puſillis uenarũ pulſibus & multa corporis infirmitate ſint.
Plinius tamen aliter docere rem uidetur. Vigeſimo em̃ ſecundo uolumine, capite. 24. ait. In-
uenio etiã apud auctores hunc potum bibendũ alſioſis. Item animi humilis & præparci, quos il
li dixere Micropſychos. Videturq; Micropſychos & humilis & præparci animi eos appellare,
quos hic μικροσφύκτους, & ἀσθενεῖς uocat. Quæ omnes uoces ad corpus, non ad animũ referendæ
ſunt. Monuiſſe id placuit, quoniã diuerſa penitus Mulſæ aquæ tribuiſſe auctores hi uidentur.
Nobis in ſcriptoris huius ſentẽtiã magis inclinat animus. Relinq̃muſq; peritioribus cogitandũ



Hosted by Google

C quale ſit quod a Plinio dicitur. Sunt aũt puſillis uenarũ pulſibus huic ſcriptori homines, q̃bus, ut Galenus in diffinitionibus ſuis docuit, exigui uenarum pulſus ſentiuntur ad minimam longitudinem, altitudinemq; & latitudinem extollente ſe & inſurgente arteria.

## ¶ De Aqua. CAP. XI.

ὕδωρ AQuam in uniuerſum, propter locorum proprietates & peculiares naturas, cœlum, & alia plæraq;, difficile eſt experiri. Magna tamẽ ex parte optima eſt dulcis, ſyncera, nullius omnino qualitatis particeps. Et quæ ne minimo quidem tempore in præcordijs commoratur. Ad hæc, quæ & facili uia fertur, & citra moleſtiam. Si nec inflationes crẽet, nec corruptioni cedat.

### BARBARI COROLL.

AQua profluens, utilior exiſtimatur ſtagnante, ac pigra. Tum putealis quærenda. Ciſternarum ab alijs laudatur, argumento ſubtilitatis: ut quæ ſubire in cœlũ, ac pendere potuerit. Ab alijs damnatur: ut quibus ſordium, & limi, & animalium quoq; plurimum ineſſe ſentiatur, citiſſimumq; ideo calefiat aqua pluuia, computreſcatq;, minime durans in nauigatione. Grandinis quidem potus, in confeſſo peſtilentiſſimus. De niue, & glacie diſſident ſententiæ: alijs ſubtiliſſimas eius elementi partes arbitrantibus, quia pendeant in ſublimi: alijs craſſiſſimus, atq; iccirco inſaluberrimus inde hauſtus, qm̃ exinanitũ ſit q̃quid tenuiſſimũ in ijs erat. Liquor omnis congelatione minuitur: & rore nimio ſcabies fit, pruina uredines. Aqua ſepties putrefacta, purgataq;, nõ putreſcit amplius. Amnica nõ ſtatim utiliſſima, ſicut nec torrentiũ. Paluſtres, pluribus locis ſalubres. Parthorũ reges e Choaſpe, & Euleo amnibus m̃ bibunt: eæ quãuis in longinqua comitant̃ illos. Salubritatis argumentum eſt, anguillis ſcatere amnes, ſicut uitij limũ, & frigoris in fontibus timeas: ut quæ uulgo nominãtur Lampredæ, quaſi lampyrides, aut Lampetræ, a lambẽdis petris, in cibos admiſſæ lautioris uitæ: interim anguillarũ amplitudine, parte plurima digiti minimi craſſitudine, palmi longitudine: cętero anguillis puſillis, & murenulis ſimillimæ: niſi q̃ ſeptem habent a capite in collum foramina. Aquæ ante omnia improbant̃ amarę, & quę ſcrobẽ ſtatim impleant. Fontes, Græci nymphas: & almices Liberi patris cognominant, in ſacris uinalibus, quę ipſi Lęnea dicunt: qa uinũ addenti, modũ eius augeãt: ſiue qa, ut Theophraſtus inqt, uites p̃ciſę, aquã reddũt, & illachrymãt. Eſt & cœleſtis aqua, ſiue potius diuina, chrymiſtarũ: quã et Democritus, et Mercurius Trimegiſtus nouere, mõ θεῖον ὕδωρ, mõ ſcythiticũ laticẽ appellãtes, mõ Pneuma, hoc eſt, ſpiritũ ex ætheris natura, & eſſentia rerum q̃nta: unde aurũ pocu lentum, & iactatus ille, nec dum inuentus philoſophorum lapis, & fabulum conſtet. Hinc & arti datum nomen, Pſammurgicen, & Myſticen, & Hamõphyſiã, & ſacrã & maximã uocando, ceu literas quaſdam ſecluſas habeat, & a quibus profanum uulgus arceri cõueniat. Hoc genus laticis (ut arbitror) ſignificat epigrama nuperrime in agro Patauino, iuxta oppidulũ Ateſte inuentum opere lateritio, ac proinde fragili, per imprudentiamq; manus ruſticæ proſcindentis ibi terram, corrupto: cuius memoria ne pereat, uerba prætexuimus.

Plutoni ſacrum munus, ne attingite fures:
Ignotum eſt uobis hoc, quod in orbe latet.
Namq; elementa graui claudit digeſta labore,
Vaſe ſub hoc modico maximus Olybius.
Adſit fœcundo cuſtos ſibi copia cornu,
Ne precium tanti depereat laticis.

Abite hinc peſſumi fures. Vos quid uoltis cũ uoſtris oculis emiſſicijs? Abite hĩc uoſtro cũ Mercurio petaſato, caduceatoq;. MAXVMVS MAXVMVM DONVM PLVTONI HOC SACRVM FACIT.

¶ Tertium diſcrimen aquæ mulſæ, Apomeli dicitur.

### EX M. VERG. COMM.

Ἀπόιον, ut græcorum uoce uramur, probatur aqua. Dico autẽ, ἄποιον, quaſi ſequalem, id eſt, qualitate omni carentem: quę nihil odoris, coloris ue aut ſaporis habet, & friget. Si enim ex terra emergens, calebit metalli alicuius, aut ſubterranei ignis contagio per quod tranſierit, medica

Hosted by Google

mentosa & infecta plærumq; erit: quales diuersis locis medicinæ tantum utiles inueniuntur, a medicis per tempora deinceps cognoscendæ, & ex infectionis caloriscq; sui natura, ad sanitatis & morborũ remedia transferendæ. Vt quæ sulphurosæ fuerint, neruis medeãtur: quæ calumnosæ, sanguinis reiectionibus, & non suo tempore & ordine purgantibus se fœminis: quæ nitrosæ & salsæ, capiti: quæ ferratæ, stomacho & lieni prosint, alijsq; uitijs & morbis alijs potestatibus altæ. In quo non tantũ bonitates, uiresq; earum ad sanitatẽ, sed uitia eriam ad morbos cognouisse oportebit. Quæ tota res quoniã longior est, tractari hoc loco nec debet, nec potest. Illud tantũ meminisse semper oportebit: quoniã multus & quotidianus aquæ homini & pecori usus est, nihil diligentius curandum homini esse: neq; id tantũ quod Socrates præcipiebat, nõ agendum his locis nobis esse, in quibus nec iusticia, nec profluens aqua perennis erit, sed q̃ citissime & longius fugisse illinc, ubi uitio aliquo infectæ aquæ uarios subinde faciant morbos: quales multis locis fuisse quondam audiuimus, & esse adhuc quotidiana experientia cognoscimus. Pro qua re satis huic scriptori fuit monere, qualẽ oporteat quæsijsse & probasse aquam. ἀμέτοχον, ut inquit, ὁι ασθικποτοῦν ποιότητος. Quod est, ut nos uertimus, cuiuscunq; qualitatis expertem. In quo subscribentes sibi habet posteriores omnes græcorum medicos, ἄριστον ὕδωρ λέγοντας τὸ ἀποιότατον καὶ κατὰ γεῦσιν καὶ κατ' ὀσμὴν, id est, probatissimam esse aquã, quæ omni penitus in gustu & odore qualitate carebit. Quin etiã adiecerunt, aspectu & oculis purissimã esse oportere: hãcq; bibentibus utilissimã fore, & suauissimam. Licetq; hic probari puram, dulcemq; dicat, non tamen intelligenda aquæ dulcedo est qualis in cæteris rebus dulcis sapor sentitur & est: sed quod hic ait γλυκὺ, quæ uox in cõmuni significationis æstimatione, dulce significat, pro suaui, & in potu amabili recipiendum est. Sic enim Paulus Aegineta ἡδὺ in hac ipsa re uocauit. Siquidem ad aquæ suauitatem satis est, ut sine odore, saporeq;, & aspectu pura solo frigore cõmendetur. Et hæc dulcedo eius est, quã hic cõmuni dulcedinis uoce indicauit. Cætera huic & alijs comunia sunt. Sed longe plura ab alijs q̃ a Dioscо. de tota ratione Aquarum dicuntur. Quæ in Plinio, Victruuio, rei rusticæ scriptoribus, mille alijs græcis, latinisq; auctoribus cognoscenda uolentibus relinquimus. Longior enim & numerosæ uarietatis ea disciplina est. Quodq; hic, quoniam multiplex erat, professoribus cognoscendum deinceps reliquit, tractari ob eandem causam a nobis non debet.

A

## ¶ De Aqua marina. CAP. XII.

B

θαλάττιον ὕδωρ

AQua maris calida est, & acris. Stomacho aduersatur. Aluum em̃ conturbat. Pituitã expellit. Si uero calida ad fotus adhibeatur, elicit, & discutit. Neruorum uitijs, & pernionibus ante ulcera prodest. Miscetur cataplasmatis ex hordeacea farina, & emplastris, & discutientibus malagmatis. Ad mouendas deiectiones tepefacta infunditur. Ad tormina calida, psoras, pruritus, impetigines, & mammas turgẽtes foueri utile est. Liuores suffitu discutit. Ad uenenatos ictus qui tremorem & refrigerationẽ adferunt, salutaris intelligitur, maxime scorpionũ, phalangiorũ, aspidumq;. Etiam si quis in calidam descẽdat auxiliatur. Et malo habitu cõfectis iamdiu corporibus, neruisq;, balneæ ex ea utiles. Hydropicos, capitis dolores, auriũ grauitates feruentis uapor leuat. Syncera, & sine potabilis aquæ mistione reposita, uirus deponit. Sunt qui etiã præcoquant, & ita recondant. Datur ad purganda corpora per sese, aut ex posca, aut cum uino, aut melle. Verum post deiectionem, dant gallinæ, aut piscium iuscula, ad domandam morsus acrimoniam.

ad albugines oppinientes infundi tur. i. p clistere ut tradunt hermolaus.

## BARBARI COROLL.

AQuam maris, hoc est, hydor thalassion, probant ex alto haustã, nullaq; dulciũ mixtura. Hæc rubiginem ferro exterit celerrime. Dulcescit em̃ argilla percolata. In mari expansa circa nauim uellera madescunt halitu maris: quæ postea dulcis exprimit. Demisse ræticulis in mari cõcaue e cera pilę, aut uasa inania obturata, dulcẽ intra se colligũt humorẽ. Vetustate uirus deponit. Cõdunt aquę rosis, & Rosaceę uocant, hydrorhodina, & hydrorosata Græci appellant.

quatuor aqua maris dulcis cat.



Hosted by Google

C EX M. VERG. COMM.

POterunt quibus procul a mari agentibus marinam aquam, & remedia eius negauit natura, maris aquam non multo sumptu laboreq;, ex ueterum disciplina sibi facere. Præcęperũt hi, quatuor aquę sextarijs, salis sextariũ misceri: hisq; utriusq; rei portionibus, salsissimi maris uim & naturam impleri. Moderatissimum tamen putari, supradictam aquę mensuram octonis cyathis salis temperari: quoniam ita & neruos calefaciat, & corpus non exasperet. In quo mirum est, quantopere saluti hominis natura cauit, modo uera sint quę illi retulerunt, si plus q̃ sextarius salis cum aquę sextarijs quatuor mergatur, uinci aquam, salemq; non liquari. Intelligens em̃ nociturum quod nimis fuerit, certam incuriæ & ignorantiæ hominum legem huiuscemodi natura pręscripsit. Poterunt itaq; procul a mari agentes, marina aqua morbos, uitiaq; corporum suorum hac ratione curare. Quæ ut certius cognoscãtur, non pigebit aliqua hoc loco signare, quæ aut mutata a nobis, aut cum alijs eadem nobis non sunt. Quorum illud primum est: dixisse nos purgare marinam aquam pituitam, & pręter pituitam bilem: quoniam utraq; in uetustioribus & melioribus græcis legebatur: & Plinius lib. 31. cap. 5. dixerit, bibi non sine iniuria stomachi ad purganda corpora, bilemq; atram: alioquin in cõmuni lectione pituitam tantum purgari indicatur: & posteriores gręcorum medici pituitę utilem tantum dixerunt. Signamus nos rem, & diuersitatis nostræ causam reddimus.

## ¶ De Thalassomelite. CAP. XIII.

θαλασσόμελι

QVod Thalassomeli uocat̃, uehemẽter purgare cõstat. Tẽperat̃ aũt æq̃s portiõibus maris, mellis, & imbris ex alto, defęcatis, et picato uase per canis æstus insolatis. Alij ad binas marinę coctę sigulas mellis adijciũt, et uase cõdũt, moderatius aq̃ marina, et mitius.

EX M. VERG. COMM.

D NIhil certius in Plinio Thalassomellis huius confectione est. Eam. 31. uolumine, capite quinto docuit scriptor ille. Sed qui alter ex scriptoris huius interpretibus eo duce usus est, uertitq;, confici Thalassomel æquis portionibus maris, mellis, & imbris ex alto: qui totus uerborũ Plinij in hac ipsa re ductus est, quod in Dioscoride non legitur addidit, & quod a Plinio dicitur importune, nec suo loco reddit. Quod em̃ Plinius ex alto dicit, non ad imbrem in eo pertinet, sed alterius membri principium est. In quo cum dixisset, melle, mari & imbre confici Thalassomel: sumpto iterum sermonis principio, ex alto, & ad hunc usum aduehi, non imbrem, sed maris aquam dixit: nec littoralem, ideoq; lutulentam, aut dulci aqua mixtam, sed ex alto, id est, longinquiore mari petendam esse: quod in cœlesti aqua & imbre dici non potest, qui ex altiore parte cœli repeti nequit, sed dum decidat expectandus, & cum deciderit colligendus est. Non animaduertit, pungendas in Plinio uoces eas esse, anteq̃ ex alto, & ad hunc usum aduehi iuberet. Facile pręterea erat meminisse in poetis, altum passim mare, non cœlum, aut aerem dici: & Columellam lib. 13. cap. 26. marinam aquam ad muriæ confectionem de alto peti iubere. Verba eius sunt. Quod si ager maritimus est, silentibus uentis de alto q̃quietissime mari fumenda est aqua. Pertinet hoc ad huiuscemodi confectionum disciplinam. Semperq; non nisi ex alto procul a littore, ob eas quas diximus causas, petenda est maris aqua. Quod forte in scriptore hoc desyderauerit quispiam. Ideoq; a nobis longius repetitum id est.

## ¶ De Aceto. CAP. XIIII.

ὄξος

ACetum refrigerat, & adstringit. Stomacho utile. Appetentiam excitat. Erumpentem undecumque sanguinem, potu incessuue sistit. Prodest alui fluctionibus coctum cum cibis. Cruentis uulneribus inflammationes arcet, in succidis lanis, aut spongia impositum. Reprimit procidentia sedis, uuluæq;. Item abscedentes gingiuas, & sanguine manantes. Ad nomas, & ignem sacrum, ulcera quæ serpunt, lepras, impetigines, pterygia, cum aliquo conuenienti efficax est. Phagedænas ulcerum, nomasq; fotu continuo cohibet. Podagricis calido fotu cũ sulfure auxiliatur. Sugillationes rapit, cum melle illitum. Contra capitis

ppie cardenal
delos ojos.

Hosted by Google

ardores cum roſaceo in ſuccidis uelleribus, aut ſpongia imponitur. Ad aquam intercutem, grauitatem aurium & ſonitus, ſibiloſq; feruentis uapor proficit. Inſtillatum quoq; aurium uermes necat. Panos cõercet tepidi fotus, aut ſi imbuta aceto ſpongia admoueatur. Pruritus permulcet. Contra uenenatos morſus, qui refrigerando nocent, calidum commode fouetur. Et frigidum ijs, quæ exurens uirus eiaculantur. Calidũ potum, atq; uomitionibus redditum, aduerſus omnia uenena efficax eſt, præſertim contra meconium & hauſtam cicutam. Conglobatum in uentre ſanguinem, lac coagulatum, fungos, ixiam, taxumq; cum ſale. Hauſtu uoratas hirudines ſi ſorbeatur eijcit. Tuſſim ueterem mitigat, & recentem laceſſit. In orthopnœa calidum commodè ſorbetur. Gutturis fluctiones gargarizatum inhibet. Anginis, & iacenti uuæ conuenit. Contra dentium dolorem calidum colluitur. A

## BARBRAI COROLL.

ACetum, id eſt, Oxos, uini quidẽ uitium eſt. Sed ad luxuriam ceſſit hominibus: tot ad uſus expetitũ, ſine quibus uita, ut inquit ille, mitior exigi non poſſet. Eſt & Vapda uitium uini, ſed nulla ex cõmendatione. Quin probroſa quoq; res, uel hominũ conuitio, quorũ degenerauit animus. Fit aũt Vappa, cum iterũ ſponte muſta feruent. Infuſum terræ acetum, ſpumat, ſaxa rumpit, quæ non ruperit ignis antecedens. Cibos quidẽ & ſapores, non alius magis ſuccus cõmendat & excitat. Compeſcitur eius aſperitas, toſto pane, aut uino, aut ſale. Contra iners, accenditur pipere, aut laſere. Acetum fit etiam non ex uino cõmentitium multis modis: ſicut uinum & oleum, ſine uuis & oliuis. Acetum aliud non eſſe q̃ culpatum uinum, quis neſciat? Mixtum oleo Græci Oxelæon, ſicut aqua Oxycratum, nos Poſcã, Puſcamue dicimus. Ipſi quoq; Græci Phuſcam, ut Paulus & Aetius. Inſubres & Ligures Padani, uinum fecatum, ſiue Loram uulgo fere Poſcam nominant. Nam acetum roſaceum, Oxyrhodinon græce dicitur. Acetum natura frigidum comprobat Galenus. Calidiſſimum Theophraſtus exiſtimauit.

## EX M. VERG. COMM.

QVale homini uinum natura dederit ex aceto, quod uitiũ eius eſt, facillime ratiocinabitur aliquis. Intelliget em̃, omnium bonorũ eius quæ tam multa numero uſuq; neceſſaria & grata homini ſunt, id maximũ merito eſſe, cuius labes & uitium, tam multas medico ſalutis, patri uero familias uitæ occaſiones affert. Cibos quidẽ & ſapores nõ allus magis ſuccus cõmendat, aut excitat: nullus etiã tam efficaci remedio contra tot mala pugnat. Neq; auſim ego dicere, utrobi liberalior humano generi omniũ parens natura fuerit. Id certe omnes ſine inuidia fatebimur: eſſe quidem multorũ, quæ ſponte ſua uitiata, bonitatẽ ſuam amiſerint, in ſanitate & morbis aliquẽ uſum: eſſe itidem, quæ uitiari & corrumpi ob eaſdẽ cauſas a nobis coganť: ſed nihil frequentiore opera, maioreq; diligentia, q̃ uinum in quotidianos uitæ uſus ad contrariam aceti fortunam transfertur. Cogiturq; deficiente aceto aceſcere uinum, tantũ naturæ munus: ut omnem domeſticã rem nihilo minore q̃ uinum gratia ad cibos, & ciborũ condituras inſtruat. Rara, & quæ uni Diogeni inter ſapientes cõtigerat laude. Vt em̃ ille paupertate ſua inter gentes claruit, quotidianamq; ex infelicitate laudẽ inuenit: non diſſimili ratione ex uitio gratiã ſibi acetum fecit: nec quicq̃ in uitiorũ naturæ cenſu tam multos habuit ſemp, & adhuc habet uſus: ex quorũ numero hic tantũ eos tradidit, quibus aliquando ad ſalutẽ medicina indiget. In eis ſatis certa omnia ſunt, nec quicq̃ eſt quod legentes monere longius oporteat. Quod inter Barbarũ & nos unum diſcrepat tantũ ſignificabimus: idq; ad uenena pertinet, quæ ille uenenata nominauit. Verba Dioſ. ſunt, ποιεῖ καὶ πρὸς τὰ θανάσιμα, quæ qualia ſint ipſe ſtatim numerat: opium, cicutam, concretum in grumos ſanguinem, & lac, fungos, ixiam, & taxum: quorum nullum rite uenenatum dicitur. Venena enim ipſa ſunt, Venenata autem quæ uiuentia animalia parem uenenis illis noxam ictu, morſuue illatam relinquunt. Suntq; primum in natura uenena, mox eiuſdem maleficij communicatione uenenata: ideoq; in diuerſo genere conſtituenda, nec ſimul miſcenda: præſertimq; in hoc uſu in quo bibendum acetum eſt: tum uomitionibus reddendum. Quod in uenenis quotidianum eſt. In uenenatis autem fieri ne-

Cquit, quæ foris nocuerunt, non hausta nocent: ideoq; uomitionibus reddi non possunt.

## ¶ De Aceto mulso. CAP. XV.

ὀξύμελι ACetum mulsum, quod Oxymel uocant, hoc modo temperatur. Aceti heminas quinq;, salis marini pondo, mellis minas decem, aquæ sextarios quinq; pariter coquito, decies efferuescente cortina, atq; ubi refrixerit diffundito. Sumptum crassos humores extrahere, & ischiadicis, comitialibus, & articulorum morbo conflictatis prodesse creditur. Contra morsum eius uiperæ quam Sepa uocant, haustum meconium, ixiamue, auxilio est. Anginis utiliter gargarizatur.

BARBARI COROLL.

Plí. li. 14. ca. 17 lib. 23. cap. 3. OXymeli a Themisone, & Asclepiade medicis damnatum prædicant, Acetum mulsum latine dici potest. Nam mixtũ cum saccharo pro melle, Oxysachar appellatur.

EX M. VERG. COMM.

DOcuit duobus locis Aceti mulsi confectiõem Plinius, primum. 14. uolumine, capite. 17. tum. 23. capite. 3. alterã simpliciter, alterã ex Dieucæ antiquissimi medici auctoritate: nec eodem modo utrãq;. Siquidem in alterius confectione cœlestem, in alterius marinã aquã sumi iuber. Ex eo non importune suspicari aliquis possit, deesse huic scriptori in oxymellis confectione aquæ genus. Neq; eñ uerisimile est, q̃d non eodẽ modo a gentibus tunc fierer, incertũ ab eo relictũ fuisse. Locus in Plinio primũ est lib. 14. cap. 17. Suntq; de Oxymelle eius hæc uerba. Quin etiam acetũ melle temperabaẽ: adeo nihil intentatũ in uita fuit. Oxymel hoc uocauerũt: mellis decem libris, aceti ueteris heminis quinq;, salis marini libra, aquæ pluuiæ sextariis quinq;, sufferuefactis decies: mox obturatis, atq; inueteratis. Et hęc prima Plinio Oxymellis confectio fuit. Alterã deinde. 23. uolumine, capite. 3. idem his uerbis tradidit. Oxymel antiqui, ut Dieuces tradit, hoc modo temperabant. Mellis heminas decem, aceti ueteris heminas quinq;, salis marini pondo, thymbræ quadrantẽ, aquæ marinæ sextariis quinq; pariter coquebãt, decies de ferueſcente cortina: atq; diffundebant, inueterabãtq;. Quæ omnia præterq; in genere aquæ eadem huic scriptori sunt: desyderariq;, ut diximus, in eo id tantũ potest. Verũtamen ut nos in medicinæ scriptoribus aliis, Galenoq; prẽsertim quarto lib. de his quæ faciunt sanitatem obseruauimus: quemadmodũ non erat una conficiendi Oxymellis ratio, sic etiã non unum, idemq; placuit diuersis eius auctoribus aquæ genus: uerũ cœlesti alĩ, marina alĩ usi sunt, pluresq; similiter potabili. Neq; omnes antea melli & aceto mixtã inueterabant, sed in ipso usu aquã, statim Oxymelli non aliter q̃ in uino fit, miscebant. Testis eius rei, quo diximus loco Galenus est, qui despumato præcedente coctura melli aceti tantũ misceri iubet, quod gustanti nec acidum, nec dulce nimis sentiatur. Cumq; duo hæc miscuerit, iterum coqui ambo simul præcipit, usq; dum diuersi liquores inuicem penitus se miscuerint, nec crudum bibentibus acetum sentiatur. Ex quo tempore cum exiget usus, misceri aquã præcipit, eodem temperamẽto quo ad potum uina aquis temperantur, nullo aquæ discreto genere. Quo fit, ut potabilem simpliciter intelligi oporteat. Et hæc pro Oxymelle dicta hactenus satis sint.

## ¶ De acida Muria. CAP. XVI.

ὀξάλμη ACIDA MVRIA, quam Græci Oxalmen uocant. Contra nomas fotu, putrida ulcera, canum morsus, & uenenatos ictus auxiliatur. Sanguinis fluctiones post excisos calculos sistit, si statim calida in uulnus iniiciatur. Prociduam sedem reprimit. Dysentericis si nomas sentiant, infunditur. Oportet autem eam ex lacte instillare. Hirudines sorbitione, aut gargarizatu necat. Furfures & manantia capitis ulcera exterget.

BARBARI COROLL.

OXalme dicta, q̃d ex aceto & sale fiat, quasi acetũ salsum efficaciter, si sit recens acetũ.

Hosted by Google

EX M. VERG. COMM. A

MIxtis simul aceto & muria, quemadmodū in Galla primo uolumine dictum iam pridē à nobis est, Oxhalme quondam fiebat. Indicatq; id nomen etiam: quā illi ad ea excogitauerunt, in quibus sale & aceto opus esset. Præferebantq; inueteratam: quoniā recentibus aceto & sale efficacior erat. Quos aūt priuatim in medicina usus quondā habuerit, hic satis docuit: eamq; ob causam ad Thymoxalmem, cognatam ei rem, sermonem nostrum nos transferemus.

## ¶ De Thymoxalme. CAP. XVII.

THymoxalme ueteres utebantur, dabantq; laborantibus imbecillitate stomachi, ternos quaternosue cyathos, aqua calida dilutos, in articularibus morbis, & inflationibus. Crassos humores, atroscp trahit. Hoc modo factitatur. Thymi triti acetabulū, salis idem modus, rutæ, pulegij, polentæ, singulorum exiguæ portiones in uas conijciuntur, aquæ terni sextarij, & aceti terni cyathi infunduntur, & circumpositō linteo sub dio madescunt. Θυμοξέλμη

BARBARI COROLL.

THymoxalme, quasi thymata salsilago dicitur.

EX M. VERG. COMM.

RAra hæc in antiquis medicinæ scriptoribus auditur uox: nō multi ideo fuisse usus aliquis Thymoxalmem credat. Ad explendam tamen historiam, quoniā nihil intentatum uita sibi reliquit, confectionem eius hic docuit: quæ Oxalme eadem esset, nisi ex horto adiectæ illi herbæ pauloante numeratæ fuissent, quæ ex uiribus suis in diuersis corporum nostrorum uitijs eam cōmendarent. Fuissecq; usum eius in ducenda per aluum pituita, testis hic ipse in Thymo herba est. Siquidem habere Thymum ait δύναμιν πινόμενον μετὰ ἁλῶν καὶ ὄξους ἄγειν φλεγματώδεις κατὰ κοιλίαν. Quod est, Potum cum sale & aceto pituitosa per aluum ducere. Quo genere remedij Thymoxalmem hanc indicasse palam uidetur: quę Thymo, aceto, & sale præcipue conficiebatur. Testatus in Pulegio etiā hic ipse est, multis ex ea herba remedijs efficaci uirium societate acetū addi. Qua ratione Thymoxalme quæ inter cætera aceto etiā constat, nunc Pulegiū additur. B

## ¶ De Scyllino aceto. CAP. XVIII.

SCyllinum acetum hoc modo fit. Scylla quæ candida fuerit expurgata conciditur, traiectacp lino segmenta modicis interuallis, ne se contingant, siccantur in umbra quadraginta diebus. Mina eorū in aceti boni sextarios duodecim immergitur, & uase diligenter operto, septenis diebus in sole madescit. Post eum numerū dierū Scylla eximitur, & expressa abijcitur. Defæcatū acetū transfunditur & reponitur. Alij Scyllæ minā, quinq; aceti sextarijs miscent. Alij citra exiccationē repurgantes, parē mensurā adijciunt, & senis mensibus macerari patiunt. Id multo magis humorū lēticias digerit. Gingiuas humore pregnātes collutione stringit. Et motos dentes firmat. Putredines oris, & graues halitus tollit. Durat fauces, & callosas facit. Voce expedit, & limpidā canorāq; reddit. Datur stomachicis, ęgre cibū cōcoquētibus, melancholicis, comitialibus, uertiginosis, mente captis. Itē uuluarū strangulationibus, lienis incremēto laborantibus, ischiadicisq;. Imbecillos admodū recreat. Corpus sanū reddit, & bonū colorē prestat. Oculorū aciē exacuit. Tarditatem quoq; auriū infusione purgat. In summa, ad oīa efficax. Cauēdū tamen intestinis exulcerationibus, in capitis dolore, aut neruorū ui- ὄξος σκιλλιτικόν

Hosted by Google

Ctijs. Datur quotidie ieiunis sorbendū, inter initia exiguū, paulatim adaugendo ad cyathum usq;. Nonnulli binos dant cyathos, aut largius.

## BARBARI COROLL.

Plí. li. 20. ca. 9. ACetum Scilliticum, & Scillinum, & Scillatum quoq; dicitur, & Scillites græce.

## EX M. VERG. COMM.

VVlgarem fuisse quondā Scyllitici aceti confectionē, & ex ea quotidianū in familia usum, qui eam docuerūt tam multi ex ueteribus indicant Plinius, Columella, Palladius, & in græcis quicūq; ad sanitatē & ualitudinem humanā rem aliquādo instruxerūt. Nouerant enim, q̄ multas utroq; tempore acetū id utilitates habet. Earumq; studio nullus nō propriæ, familiæq; suæ saluti consulens paterfamilias, Scyllite acetū per æstatem a se confectū domi seruabat. Monstrauerūt priuatim suas confectiones singuli: quas ne longiores simus, repetere hoc loco consilium nobis non est. Locos tantū in latinis signabimus: eritq; uolentibus hæc nouisse legendus Plinius lib. 20. capite. 9. Columella lib. 13. capite. 34. Palladius in Iulio mense, capite. 8. Hi enim omnes prædictis locis suas Scyllite aceti confectiones docuerunt. Suntq; illis omnia eadē, aut parum diuersa: præterq; in numero dierū, quibus insolandū acetum hoc est. Plinius enim quadraginta & octo diebus id agendū esse præcipit, Palladius. 40. quod hic septem tantū diebus fieri iubet. Ex eo suspicati sumus. 40. dierum numerū, quo hic monet siccandā in umbra esse Scyllam, pertinere ad insolationem potuisse: aut septem diebus illis, quo spacio iubetur insolari acetū hoc, deesse quadraginta numeri notā: nec septem, sed quadraginta septem, aut octo diebus oportere id agi. Verba Plinij sunt. Gypso deinde oblitus cadus ponitur sub tegulis totius diei solem accipientibus: post eum numerū dierum tollitur uas. Intelligitq; numerū. 40. &. 8. dierū, quem nō multo ante proposuerat. Palladij autē, Et. 40. diebus patieris esse sub sole. Obseruauimusq; nos quadragenariū hunc numerū in medicina, confectionibusq; his ueluti decretoriū esse. Eamq; ob causam inclinat animus, ut credamus non septem, sed quadraginta & septem, octoue amplius diebus insolandū acetum hoc esse anteq; in uasa diffundatur, & seruetur. In cōmuni tamen græcorū omniū lectione nihil mutare ausi sumus. Quemadmodum non

D procul a fine totius capitis etiā, quo loco hic ait, In uniuersum ad omnia uim habere Scyllite acetum. Cauendū tamen in interioribus exulcerationibus, capitis doloribus, & neruorū infirmitati. Qualia illic erant, omnia seruauimus: q̄uis quæ ultima duo sunt, coniungi præcedentibus non possint: multoq; minus, ut in cunctis græcis leguntur, per se fiare: modo uera sint quæ Plinius & alij tradiderunt. Hic enim dolorem capitis, & neruorū infirmitatem excipit: iubetq; caueri in exulceratis interaneis, dolore capitis, & neruorū infirmitatibus: Plinius aūt de capitis dolore quidem nihil agit, sed neruis infirmis perq̄ utile ait esse. Quod intelligēs Barbarus, mutata dicendi forma, capitis doloribus, neruis infirmis quotidie ieiunis bibendū esse uertit. Nobis qua decet interpretem fide, nihil in scriptore hoc mutare placuit. Vitium tamen, aut uitij suspicionem saltem signauimus: monemusq; iterum, male sequacem habere, quæ eo loco sunt uoces intellectum: ideoq; medicis diligentius omnia illic expendenda esse. Credimusq; nos, deesse eo loco aliquid, quo iuberetur in capitis dolore, & infirmis neruis bibendum ieiunis Scyllite acetum esse: uerum ut diximus, nihil addi, interponiue ab interprete debuit. Fuit etiam satis nobis a principio, purgatam tantum Scyllam dicere: quoniā nihil aliud q̄: καθάρας in Dioscoride legeretur. Quæ autem ab alijs multa addita sunt: direptis, duris, & extrinsecus positis. &c. omnia ex Plinio huic scriptori addita fuerunt.

## ¶ De uino Scyllino. CAP. XIX.

σκιλλιτικὸν SCyllinū uinum fit hoc modo. Dissectam uti dictū est scyllam, & sole siccatam contundito: minam eius tenui cribro incernito, & linteo illigatam, in uicenos sextarios musti recentis ac boni demergito. Vbi trimestri spacio maduerit, elutriatum uinum obstructo diligenter uase recondito. Licet quoq; sic humida Scylla uti. In orbiculos Rapi modo dissectam duplicato pondere, quadraginta diebus insolari oportet, & inueterascere. Alia parādi ratio. Scyllæ dissectæ & repurgatæ tres minas, in Italicam metretā musti demittito, & senos menses in uase obstructo mace

Hosted by Google

rari finito. Post id tempus excolatū uinum recondito. Vtile est contra A
cruditates, & ciborū corruptiones. Item ijs qui reuomunt cibū, & si pituita in uentre, aut stomacho cōierit. Prodest lienosis, male habitis corporibus, aquæ inter cutē, regio morbo, difficili urinæ, torminosis, inflationibus, resolutioni neruorum, rigoribus longis, uertiginosis, & uulsis. Menses pellit. Minime neruos infestat. Hoc uinum uetustate fit melius. Cauendus in febre usus, aut si interanea ulcus sentiant.

EX M. VERG. COMM.

SVas etiam Scyllitæ uini Columella & Palladius, quibus paulo ante locis diximus, confectiones docuerunt, huic scriptori in eo, quod mox dicemus, tantopere contrarias, ut uitium in altero non suspicari, sed constituere oporteat. Dico autem alterum; quoniam concordes sibi inuicem Columella & Palladius, alterā contrarietatis huius ambo faciunt partem. Ea huiusce modi est. Iubet ad uini huius confectionem Dios. sectam in sole siccari Scyllam, ξηραινειν ἐν ἡλίῳ, quod est, siccato eam in sole: illi autem contra in umbra siccari præcipiunt. Columellæ in ea re uerba sunt. Taleolasq; sectas suspende in umbra, ut adsiccentur. Palladij, Scyllam de montanis, aut maritimis locis sub ortu caniculæ procul a sole siccamus. Nec quicq; omnibus in eo quod docent certius est, tam aperto sensu a singulis concæptæ uoces suæ sunt: eo fit, ut nullæ in contraria re partes nostræ sint, q; rem simpliciter signasse. Grauis enim scriptoris huius æstimatio, dignitas, & fides: graues etiam in re latina scriptores illi sunt, præsertimq; Columella: quem ego nunq; crediderim in uulgari re, & quæ quotidianum haberet usum, decipi debuisse: & nihilominus, ut uidetur, contraria huic illi docent. Relinquemus ob causam de tota hac re peritioribus censendum: illud tantū monentes, duorum fidē, contra unius auctoritatem certare: certioremq; habere rationem, ut in umbra potius q; in sole arescat Scylla; quoniam ui sua exsuctam, omniq; humore citius exhaustam, inutilem, aut saltem minus efficacem sol faciet: quod contra in umbra fit, in qua paulatim arescens, nihil, aut parum ex uiribus suis amittet. Et præter hæc in scyllite Aceto, cuius eandem merito in ea re aliquis credat esse rationem, ab hoc ipso scriptore præcipi, in umbra siccari Scyllam: admittendamq; potius eam rationem, in qua hic alijs, & huic alij cōueniant, q; eam in qua hic nec sibi, nec alijs. Quod deinde dictum a Dioscо. est, secandam raporū modo Scyllam esse, ex Columella repetendum nouisse id uolentibus est. Is enim. ij. uolumine, capite. xj. de Raporum conditura hæc docuit. Raporum q; rotundissima sumito: eaq; si sunt lutuosa, detergito, & summam cutem nouacula decerpito. Deinde, sicut consueuerunt salgamarij, decussatim ferramento lunato incidito: sed caueto ne usq; ad imum præcidas Rapum. Salem inter incisuras Raporum, non nimium, minutum aspergito. &c. Hic incidendi Rapa modus est: quo in incidenda Scylla Dioscо. uti iubet: ut posita in tabula, scilicet integrā Scyllam, cultello decussatim incidas, ita tamē, ne usq; ad imum præcidas. Quid autem decussare sit, & decussatim incidere, mathematici primum, tum rei rusticæ auctores, & in architectura & fabrica periti facile ostendunt: qui omnes decussis, & in decussim ductas lineas appellant, quæ non ad rectos angulos, sed quadamtenus transuersæ cadentes, & in alias lineas incurrentes græcæ literæ. χ. Romanæ autem. X. faciunt: quæ quoniam denarij numeri, quemadmodum nūc etiam est, quondam nota fuit, ab eo numero decussis, & decussare uerbum latinis fecit. Ex rusticorum salgamorum disciplina itaq; secanda duabus transuersis, & in decussis incisuris Scylla, ut nos credimus, erit.

## ¶ De Vinis marinis. CAP. XX.

MArina uarie factitantur. Aliqui enim statim quū decerptę sunt uuæ aquā maris ammiscent. Alij in area uuas sole siccant: quibus calcatis, marinā adijciunt. Alij passas prius uuas in dolijs marina aqua macerant, mox calcatas exprimunt. Id magis Passi generibus adscribitur. Quæ tamen austeriore gustu temperantur, contra febriū aduentantium indicia ualent, si modo meliora non adsint. Aluum subducunt. Prosunt purulenta extussientibus, aut si dura aluus exerceat. οἱ θαλάττιοι οἶνοι

C Quæ ex Aminæis uinis fiunt, caput tentant. Stomacho aduersantur, flatus creant. Verũ quo plenior habeatur historia, ijs qui huius studio tenerentur, non inutile existimamus uarias uinorum compositiones adferre. Non quod frequẽs eorũ, aut necessarius existat usus, sed ne quid omisisse uideremur, quod ad eorũ rationem attineret. Sunt aũt quædam ex ijs facticia, minoris curæ ac impendij, quæ cadunt in usus. Vti quæ ex cotoneis malis, pyris, siliquis, item myrti baccis componuntur.

BARBARI COROLL.

VInum Tethalassomenon, hoc est, marina aqua factum, duo fere habet genera. Biæon, de quo dictum est. Alterum Leucoẽnion, aut etiã Leucochran, marina in album mustum confusa. In alijs autẽ gentibus Tethalassomenon, id est, mari conditum uocatur, a serui furto origine accæpta, sic mensuram explentis. Habetur & Thalassites, uasis musti deiectis in mare: quo modo Cato pręcipit, quadriennio Secundus. Rhodiũ Coo simile est. Phorineum salsius Coo. * Medicinas aliquot ex uino marina aqua facto legas, & ubi Dioscorides de qualitate uini loquitur. In hunc usum quidã ex alto peti mare iubent, seruariq; ab æquinoctio uerno, aut certe nocte solstitio, Aquilone flante. Hauriri aũt circa uindemiam: si hauriatur, decoqui.

Vinum factitium Incommune.

NVllum uinum factitium, præterq̃ quæ specierum uetustate fiant, plus anno durare putant: & plura ne tricenis quidem diebus. Vinum ex siliqua, Ceratites, hoc est, siliquatum appellatur. Præstantissimum ex syriaca. Factitium uinum Græci Oenon Sceuaston appellant. Quidam Propomata: quæ quidem ut sua quoq; sponte nascantur ex uitibus, ratio a Græcis inuenta traditur. Condebant & nitro uina. Item marmore. Item sulphure, ac cinere: quod miremur. Veteres e uitis maxime sarmentis, aut quercu.

EX M. VERG. COMM.

POterant, auctore Celso, uina omnia hæc simpliciter Salsa a nobis appellari. Is em̃. 6. primi D uoluminis capite, inter solutę alui remedia, negat salsum bibendũ homini uinũ. Habetq; id manifestã ex decretis ab hoc scriptore rationẽ: qui deijciendæ aluo, & his qui dura aluo erunt utilia ea esse docens, facile post se alios monuit, non esse augendã salsi uini potu alui solutionem. Sed ancipitẽ uocis eius intellectũ fugientes, noluimus dubitari a legentibus, posse qualia uina hæc quondã fuerint, & an satis esset illis salem miscuisse. Diximus id, quoniã poterant alij interpretes, si erat illis animus, in titulo capitis huius a rei substantia discedere, ex Celso honestiorem titulũ uinis his præferre. Aptius enim Salsa, a sapore simpliciter, q̃ marina, aut græca uoce Tethalassomena dicta ab eis fuissent, præsenti legentiũ dubitatione, quæ nam adiectæ uocis eius caussa & ratio esset. Tradiderunt præter scriptorem hunc salsi uini huius confectionẽ, etsi non penitus eandẽ, non tamen oĩno dissimilẽ. Plinius quidẽ. 14. uolumine, capite. 8. quo loco ait. Salsi uini huius originẽ, a furto serui ortam, marina aqua explẽtis, quod subtractũ in dies fuerat, Columella aũt. 13. uolumine, capite. 22. & 6. Quos poterunt uolentes audire, & ex eorum decretis etiã salsi uini confectiones discere. Nos interim ad reliquas uinorum confectiões interpretationem & cõmentationem hanc nostram transferemus.

## ¶ De uino Cydonite. CAP. XXI.

κυδωνίτης μηλίτης

CYdonites, nomine alio Melites appellatur, & ita fieri consueuit. Mala cotonea exẽptis seminibus, frustatim rapi modo scinduntur, & duodecim minarũ pondo, in musti metretã triginta diebus demerguntur. Postea defæcatũ uinum reponit̃. Alia faciendi ratio. Oportet ad singulos mellis sextarios, denos succi cotoneorum tusorum, pressorumq; adijcere, & ita recondere. Vinum hoc adstringit. Prodest stomacho, dysenteriæ, hepaticis, renum uitijs, & urinæ dlfficultati.

EX M. VERG. COMM.

COniunximus ex meliorũ in græcis codicũ lectione Cydonitę uini & mellis confectiõem. Continuata enim historia in illis duo hæc capita leguntur. Habetq; id ex uirium utriusq; similitudine rõnem. Cydonitę uini confectionẽ monstrauit Palladius in Octobri mense, capite. 10.

Hosted by Google

sed tam diuersam, & scriptoris huius disciplinæ adeo contrariam, ut utilius nihil de ea egisse fuerit. Malomellis autem cõfectionem Columella. 12. uolumine, capite. 45. tam manifeste tradidit, ut cõmentationibus his nostris eam addidisse inutile non fuerit. Post traditam ab eo scriptore longius seruandorum pomorum, præsertimq; cydoneorum in melle disciplinam, huiuscemodi leguntur. Hæc ratio non solum ipsa mala custodit, sed etiam mulsi saporis liquorem præbet, q sine noxa possit intra annum dari febricitantibus: iscq; uocatur Melomeli. Quæ omnia huic scriptori eadem sunt: præterq; q Columella intra annum uti eo cõcedit, hic post annum mitius fieri ostendit. Sed locus in hoc claudicat, & ideo uitij nota signatus est. A

## De Melomelite. CAP. XXII.

MElomeli, quod & Cydonomeli nominant, sic fit. Cotonea mala seminibus suis castrata, in q̃plurimum mellis, quo demergi possint conijciuntur. Id post annum mitescit, mulso non dissimile. Præstat eadem quæ superior compositio. μηλόμελι κυδωνόμελι

## De Hydromelo. CAP. XXIII.

FIt Hydromelon duabus mensuris aquæ coctæ, & sub caniculæ sidus insolatæ, additis ad unam Melomelitis facti ex cotoneis. Vis huius eadem est. ὑδρόμελον

### BARBARI COROLL.

HYdromelon, aliud est q̃ Hydromeli, ut constat. alioquin & sine melle fingitur quandoq;, ut Paulus existimat. Laudabatur in Græcia quod e Cibyra fictilibus pusillis austerum, uinosumq; solebat inuehi.

### EX M. VERG. COMM.

NVllum, quod hactenus inuenerim, hoc nomine in re latina Hydromalum est. Factũ illi ex aqua & Malomelle, quibus constat, nomen est. Fuisse autem græcis usum eius quę tradit conficiendi disciplina, & eius gentis medici aperte ostendunt. B

## De Omphacomelite. CAP. XXIIII.

OMphacomelitis faciendi ratio hæc est. Acerbæ uuæ immaturæ & tribus diebus insolatæ exprimuntur, & ad ternas succi partes, mellis optimi despumati singulæ partes adijciuntur, & insolatum in uasa transfunditur. Vim adstringendi ac refrigerandi habet. Stomachicis, cœliacisq; conuenit. Vsus post annum est. ὀμφακόμελι

### BARBARI COROLL.

OMphacomeli, hoc est, mel acerbum, siue acidum.

### EX M. VERG. COMM.

DOcet in Augusto mẽse Omphacomellis etiam confectionem Palladius. Ea neq; omnino diuersa, nec penitus eadem huic scriptori est. Quæ potiora in ea sunt, ambobus eadem sunt. Quam hic tradit, ex antedictis nouisse facile est. Palladius suam his uerbis docet. In uuæ semiacerbæ succi sextarios sex, mellis triti fortiter duos sextarios debebis infundere: & sub solis radijs diebus quadraginta decoquere. Vocat Palladius semiacerbas uuas, quas hic ait μήπω πεπαιουμένας, id est, nondum integra maturitate nigrescentes. Et quod hic simpliciter iussit, insolandum esse eum succum, Palladius. 40. diebus fieri id præcipit. Cætera paulo minus q̃ eadem ambobus sunt.

## De uino Apijte. CAP. XXV.

FIt e pyris perinde atq; cotoneis uinũ Apijtes nomine, sed ita ut pyra non magnopere matureſcant. Ex siliquis etiam, mespilis, sorbis simili modo temperatur. Omnia hæc genera acerba sunt, & adstringunt, atq; intestinas fluctiones cohibent. ἀπίτης



Hosted by Google

C

BARBARI COROLL.

VInum e Pyro, Sorbo, Mespilo, Siliqua, Ceraunia. Differt porro Apijtes, ab eo quod Apiatos etiam græce dicitur: q̃ illud e Pyro fit, hoc ex Apio.

EX M. VERG. COMM.

LOnge aliter e pyris uinũ cõfici in Februario mense Palladius p̃cipit. Et qm̃ q̃d ille instituit, aliud ab hoc penitus esse credimus, nihil ex eo ad hũc scriptorẽ afferimus. Quaq; breuitate Plinius lib. 14. cap. 16. uinũ ex siliqua Syriaca & e pyris, malorumq; omnibus generibus fieri docuit, eadem nos in scriptore hoc uina eadem primo uertimus, & nunc cõmentamur.

## ¶ De uino Oenanthino. CAP. XXVI.

ἀνάνθινος

ELabrusca fit, hoc est, uite syluestri, quod uocatur Oenanthinum. Sicci flores minis duabus musti metreta macerati, post triginta dies mutantur, mox colatum uinum recõditur. Facit aduersus stomachi imbecillitatem, cibi fastidia, cœliacos & dysentericos.

BARBARI COROLL.

VInum Oenanthinum, quasi labruscatum conuertas. De hoc in Oenanthe dictum.

EX M. VERG. COMM.

NIhil ab hoc scriptore in Oenanthini uini cõfectiõe Plinius mutauit, e labrusca. i. syluestri uite fieri dicens: floris eius duabus libris in musti cado maceratis, & post. 30. dies mutatis. Qualẽ aũt legere florẽ eũ oporteat, ex Palladij disciplina dictũ in Oenanthino unguento a nobis est.

## ¶ De uino Rhöite. CAP. XXVII.

ὁροίτης οἶνος

D

FIt e punicis malis maturis quod Rhöitẽ nominant, succo expresso ab acinis eorum, quibus lignosus nucleus abest, Apyrina uocant, aut decocto ad tertias, & ita reposito. Efficax est contra fluctiones internas, & febrim cum alui profluuio exortam. Stomacho utile. Adstringit aluum, & urinam mouet.

BARBARI COROLL.

RHoites, & uinum dicitur, & mel, quo punica mala condiuntur.

EX M. VERG. COMM.

IN medicina quotidianus ex punicis expressi uini usus est. Certa etiam in scriptore hoc eius confectio. Nihil ob eam causam de eo ultra agendum.

## ¶ De uino Rhodite. CAP. I. XXVIII.

ῥοδίτης

RHodites sic fit. Rosarum siccarum tusarumq; minam linteolo deligatam in sextarios octo musti demergito. Et post tres menses, defæcatũ uinum transfundens, recondito. Vtile ijs qui febri carent, & ad stomachi coctiones, & dolores in fine potum, & contra humidas aluos, & dysenterias. Fit quoq; ex succo rosarũ, addito melle q̃d Rhodomeli uocant, quod arteriæ scabricijs conuenit.

BARBARI COROLL.

ROsaceum uinum est hoc, siue ut Palladius, Rosatum.

Rhodomeli, hoc est mel rosaceum, aut rosatum. A Paulo etiam Rhodostactõ dicitur. Nam Rhodomelon ex rosis & cotoneis malis conficitur.

EX M. VERG. COMM.

ROsatũ uini genus hoc Palladius in Maio mense appellat. Cõfectionẽq; eius qualis sua ætate erat, his uerbis docet. Quinq; libras rosę pridie purgatę, in uini ueteris decẽ sextarios mergis. Post. 30. dies despumati mellis librã adijcis, & uteris. Nec multo post Rhodomel suũ idem etiã docet, quod huiuscemodi est. In succi rosæ sextarijs singulis libras singulas mellis admisces, & 40. diebus sub sole suspendis. Docuit præterea in Octobri mense deficientibus rosis, qua ratiõe uinum quod idem rosaceo posset, conficeretur. Ea confectio huiuscemodi est. Folia citri uiridia

Hosted by Google

in ſporta palmea miſſa in muſti nondum feruẽtis uaſa depones, & claudes: exemptiſq; his poſt 40. dies, addito melle ad modum roſati cum placebit uteris. A

## ¶ De uino Myrtite. CAP. XXIX.

MYrtites fit baccis nigris poſt maturitatem tuſis, & organo expreſſis. Aliqui ad tertias coquunt. Alij baccas prius ſole torrent, & quaternis ſextarijs contuſarum, ternas aquæ heminas adijciũt, & uini ueteris parem modum. Poſtea exprimunt et ſeruant. Magnopere adſtringit. Stomacho utile. Fluctionibus uẽtris ac ſtomachi prodeſt, & contra inteſtinas ulcerationes & profluuia. Denigrat capillos. μυρτίτης

### BARBARI COROLL.

VInum Myrtites, hoc eſt, myrtatum, Cato docuit fieri e nigra: poſtea compertum ex alba. Genus uini Plinio eſt & Myrtidanum, ab ipſo nominatum, e ſylueſtris Myrti baccis: quo & manus tingunt. Myrtidanum Dioſcoridi frutex eſt, non uinum, ut diximus. Aliud genus uini eſt Myratum: unde Myrata potio, non a myrrha, ſed a Myro, id eſt, odoramento: quod & Iulius Pollux Myrinen uinum appellauit, noſtri Murinam. Quanq; inquit ſunt, qui Myrinem etiam pro dulci capiunt: quod et Plinio placet ex Lelij Senilę Capitoniſq; ſententia. In comœdia certe noua, Myrines, hoc eſt, odoratum uinum, Trimma dicebatur. De hoc & in Lota diximus. Nã Myrrha conditum amariſſimum ſit oportet: quippe quod in cruce Domino ſit prębitum, non oblectamenti, ſed cruciatus propoſito: idq; non tam Myratum, q̃ Myrrhatum ſcribere oportet. Eſt & Myrtites pro melle myrtato acceptum quandoq;. Plin. li. 14. ca. 15

### EX M. VERG. COMM.

MYrtitæ uini confectionem in latinis rei ruſticæ ſcriptores omnes quam nouerant & exercebant ſua tempora tradiderunt M. Cato operis ſui de re ruſtica cap. 25. Palladius in Ianuario menſe cap. 17. Columella. 12. uolumine, cap. 38. Poſtq; hos omnes Plinius. 14. uolumine, cap. 15. Omnes, excepto Catone, & Columella, ſimpliciter tuſis myrti baccis. &c. fieri uinum hoc tradiderunt. Duo illi ad certum fruticis eius genus rem contraxerunt, nigræ myrti baccis fieri pręcipientes: & ex duobus generibus in hoc uſu nigram tantum probantes. Catonis uerba ſunt. Myrtam nigram arefacito in umbra. &c. Columellæ uero. Nigri generis baccæ cum ſunt maturæ. &c. Eo fit, ut credamus quod a principio capitis huius legitur, μύρτα μέλανα παρακμάζοντα λαβόντα. &c. quod eſt, Sumito nigras myrti baccas cum iam maturitate ſua dilabuntur, non ad nigrum in maturitate baccarum colorem ſimpliciter referendum eſſe, ſed ad alterum myrti genus, quod priuatim nigrum ab antiquioribus uocatum eſt. Quod enim ad maturitatem pertinebat, in uoce παρακμάζοντα indicabatur. Duobuſq; illis autoribus redditus a nobis locus eſt, & ad nigræ myrti baccas contractus. Fecimuſq; id confidentius: quoniam in omni medicinę uſu prælata candidæ nigra myrtus ſemper eſt. Non erit inutilis labor, antiquorum mores in his cognouiſſe cupientibus, quæ a Columella longius quo diximus loco de myrtitæ huius uini cõfectione præcipiuntur legiſſe. Diligens enim, & pro hominis uita ubiq; operoſus homo, diligenter id etiam gentem ſuam & poſteros docuit. B

## ¶ De uino Myrſinite. CAP. XXX.

MYrſinites ſic temperat. Rami nigrę myrti cũ ſuis baccis et folijs tuſi, decẽ minarũ põdo, in tribus muſti cõgijs ferueſcũt, donec duo ſuperſint, aut certe ſeſqcongius relinquat. Id uinũ colatũ ad uſus recõdit. Cõtra furfures, ulcera i capite manãtia, eruptiões papularũ, gingiuas, tõſillas, & purulẽtas aureis efficax eſt. Sudores ſiſtit. μυρσινίτης

### EX M. VERG. COMM.

ALtera hęc ex Myrto uini confectio eſt. Differt a priore: q̃ illa baccis tm̃, hæc ramulis, folijs & baccis myrti cõſtat. Indicatq; in gręcis manifeſte utrãq; nomẽ. Quod em̃ myrtite ab illis dicit, ex baccis quæ gens illa myrta uocat, factũ eſt. Quod uero myrſinite, ex toto frutice quẽ myrſinẽ ijdem græci appellant: eamq; ob cauſam alterum nos Myrtite græcor; & latinor; mõ, alter; Myrteũ latina tm̃ cõformatiõe diximus. Fuit, ppria gręcor; altera cõfectio hęc, ſi Pli. credimus,



Hosted by Google

C lib.14.cap.16.dicenti. Græci uero & alio mõ teneris cum ſuis foliis in albo muſto decoctis. &c.

## De uino Lẽtiſcino, et Therebinthino. CAP. XXXI.

χίνινος οἶνος

LEntiſcinũ ſimiliter ut Myrſinites temperatur. Nec ſecus Terebinthinum. Namq; bacciferi eorum rami ſumi debent. Similes inſunt uires. Adſtringunt. Stomacho accommodantur, & defluctionibus inteſtinorum, ueſicę, & ſtomachi, & ſanguinis profluuio. Vlcera omnia fluctionibus obnoxia, fotu ad cicatricem perducunt. Fluctiones uuluæ ac ſedis, inſeſſione cohibent.

BARBARI COROLL.

SChininum uinũ, hoc eſt, Lentiſcinum, ſiue Lentiſcatũ dicitur. Si maſtichen uero capiat, Maſtichites uocabitur. Vtuntur in hoc cum pice diligentiores, ut inquit Plinius, nigra maſtiche, quam in Ponto ſimilem bitumini prouenire tradunt, radice Iridis, oleoq; additis.

## De uino Palmeo. CAP. XXXII.

φοινικίτης

PAlmulas maturas, quas uocant Chydæas, in urſeolum imo pertuſum, & obſtructum, picata arundine demittito: lino foramen ſit obturatum, & quadragenis ſextarijs ternos aquæ congios infundito. Quod ſi ipſum ita dulce eſſe non libeat, quinq; congios infudiſſe ſatis eſt. Poſt decem dies detracto ab arundine linteo, aſſumito uinũ craſſum & dulce, & reponito. Suaue illud quidẽ, ſed capiti noxium. Cõtra
D fluctiões ppter adſtrictoriã uim efficax. Stomachicis, cœliacis, ſanguinẽ expuentibus conuenit. Aliqui idem addita aqua iterum capiunt, & tertio, quarto, quinto, ſextoue faciunt: quod tandem acore uitiatur.

BARBARI COROLL.

Plí.li.14.ca.15 PAlmeo uino Parthi & Indi utuntur, & oriens totus. Phœnicites appellatur, quod ex triuali palma conſtat. Id autem quod ex abiete palma fit, Spathites, & Elatites quoq; dici põt.

EX M. VERG. COMM.

TOta, ut ſic loquamur, diametro in Palmei uini confectione diſtat ab hoc ſcriptore Plinius. Ille em̃. 14. uolumine, capite. 26. palmularum modio iubet aquæ tres infundi congios, hic decẽ modijs eam menſuram infundi pariter præcipit. Magna inter hos ſcriptores menſuræ eius diuerſitate, & cuius cauſam nos ignoramus. Niſi in alterutro menſuræ illius nota eam fecerit. In græcis omnibus, quas hactenus uidere licuit, nulla eſt nunc numeri alicuius nota, ſed integra uox δέκα, id eſt, decem. Quí itidem nobis eſt uetuſtiſſimus, & longobardis literis ſcriptus latinus Dioſco. decem, manifeſte oſtendit. Pliniani contra codices omnes eodem modo, & his uerbis leguntur. Maturarum, quas uocãt chydæas, modio in aquę congijs tribus macerato. &c. Quod autem nos diximus, potuiſſe menſurę eius notam diuerſitatis huius cauſam facere, huiuſcemodi eſt. Græci denarium numerum decimæ, ut illi conſtituerunt in aliarum ordine literæ ſuæ nota, quę iota eſt, indicant. Signantq; illam, ut uidere paſſim licet, eadem figura qua latini ſuum, i, Latini ediuerſo unitates ſuas in numerorum incremento eodem illo, i, ſignant. Concurruntq; in eandem formam græcorum denarij numeri, & latinorum unitatis notæ. Potuit ex eo diuerſitas hæc fieri, & quod decem in Dioſc. legendum erat, unũ a Plinio intelligi, non ex græcæ, ſed ex latinæ notæ illius indicatione. Credimuſq; nos ueriorem ſcriptoris huius, q̃ Plinij hiſtoriam eſſe. Exigua enim menſura modius eſt, nec futura ſatis ad transferendum in tres aquæ congios uini ſaporem: multoq; minus in quinq;, ut hic etiam iubet.

## De Vino Catorchite. CAP. XXXIII.

κατορχίτης

CAtorchites aliquibus Sycites uocatur. In Cypro fit, ita ut Palmeum. Sed hoc intereſt, quoniam pro aqua tantundem humoris adijciũt, in quo recenter preſſa uinacea maduerint. Caricæ quæ chelidoniæ, aut phœnicæ appellantur, præſertim nigræ, macerantur, uti di-

Hosted by Google

ximus, & post decem dies humor excipitur. Atque iterum aut tertio, idem modus aquæ in aqua uinacea maduerint, infunditur. Simili modo intercedente spacio, quarto aut quinto assumitur. Demaceratarum liquor non secus acorem contrahit, & aceti usum præbet. Id tenue est. Flatus gignit. Stomacho aduersatur. Fastidium parit. Aluo tamen prodest. Vrinam ciet. Menses trahit. Lactis ubertatem facit. Vitiosum sanguinem creat, & elephantiasin adfert, ut potio quam Zethon appellamus. Aliqui sex amphoris, decem salis sextarios adiiciunt. Alij muriæ amphoram, quod non facile uitiatur, & aluo idoneum fore censent. Alij Thymum & fœniculum imo subiiciunt, & caricas superponunt, & ita uicissim, donec uas expleuerint. A

BARBARI COROLL.

SYcites uinum, aliqui Palmiprunum, siue Palmiprimum uocant. Nam eius quod Sycinum appellauere, sicut & Ithacomeliæ, & Lectispagitæ, obliterata iam ratio est.

EX M. VERG. COMM.

SYcatum non male aliquis hoc uinum dixerit. Honesta enim, & quotidiani usus in animalium iecore aliquando ea uox in re latina fuit: neq; ab re. Cur enim liceat græcis Sicytę uinum hoc a ficis, quas ea gens syca appellat, dicere: Latinis autem a ficis Ficatum dixisse turpe sit. Infelicius bonas artes profitentur, qui sic uetustatem amant, ut nihil suo tempore nouum oriri posse existiment. Nobis semper placuit quod Flaccus ait, licuisse indies, licereq; signatum præsente nota producere nomen. Ideoq; titulo capitis eam nos uocem addidimus, quam placere legentibus optamus. Satis in scriptore hoc Ficati uini per se confectio patet, nihil ideo de ea agimus. Quod desyderari a legentibus possit tantum monemus: quas hic chelidonias ad uini huius confectionem exigit, in ficorum censu ab antiquis scriptoribus inter primas numerari. Laudauit eas Athenęus in tertio sui Dipnosophistę, campestribus locis conseri præcipiens. Laudauit Columella in carmine suo, Purpureęq; Chelidoniæ. Laudauit, ut cæteros omittamus. 15. uolumine, capite. 18. Plinius, nouissimam sub hyeme maturari Chelidoniam dicens. Eam nos credimus a Chelidonijs in Illyrico gente dictam fuisse. Neq; ab re est, nouissimam sub hyeme maturari quę in frigidissima regiõe primũ puenerit. Oẽs colore eã describũt nigricãtis purpurę. Neq; ẽm Colu. aliud significauit dicẽs, Purpureęq; Chelidonię: et hic phœnicas. i. colore palmulas uocari, et nigras esse testatus, eodẽ cæteris colore describit. Facile ex his notis erit Chelidoniã ficũ uolentibus cognoscere, colore nigricantis purpurę, & postremę oĩm aliaꝝ maturitatis. B

## ¶ De uino Sycomorite. CAP. XXXIIII.

σικομορίτης

FIt & e Sycomoris eodem modo uinum. Sed in acetum acre degenerat: quoniã nominata præualet uis eorum, ut fluentis liquoris dulcedinem retinere possit.

BARBARI COROLL.

VInum e fico Aegyptia, siue Alexandrina, item ex Cypria, cuius acetum Alexandrino melius est, Sycomoriten Græci uocant.

## ¶ De uino Resinato. CAP. XXXV.

ῥητινίτης

REsinatum uinum populatim factitari solet. Copiosum in Galatia. quoniam uinum illic cõacescat, uua non matureſcente. Ideoq; refrigerat, nisi picea resina temperetur. Resina autem cum cortice tũditur, & amphoræ, dimidiata hemina permiscetur. Aliqui ubi efferbuit excolant, separantes resinam. Alij relinquunt. Hæc uina uetustate dulcescunt. Omnia capitis dolorem & uertigines faciunt. Concoctionem tamen adiuuant. Vrinam ciẽt. Tussientibus ac destillatione uexatis cõ-

Ceuniunt. Item cœliacis, dyſentericis, mulierum menſibus, & hydropicis, & fœminis fluctione uuluæ laborantibus. Altis exulcerationibus infunditur. In hoc autem genere nigricans magis albo conſtringit.

BARBARI COROLL.

Plin. li. 14. ca. 16 VInum Rhetinites, hoc eſt, reſinatum, de quo & in Piſſite, id eſt, Picato dictum.

EX M. VERG. COMM.

HAec ſunt Reſinata uina illa quę Martialis in Epigrammate ſuo dicebat, relictis Phalernis importune bibere hominem: quoniam potu illa delectarent, hæc plærumq; amareſcerent: quo guſtu nunc etiam aliquot locis in Græcia bibuntur. Neq; enim condituræ eius ratio penitus exoleuit. Quondam tam cõmunis condiendi hac ratiõe uina in gentibus diſciplina erat, ut hic Reſinati uini nota & titulo ſimpliciter contentus, nec quicq; ultra hoc teſtatus deſyderare legentes modo cogat, quo Reſinę genere uina hæc condirentur. Barbarus ex Larice addidit: cum tamen in ſcriptore hoc non magis Larigna, q̃ quęuis alias intelligi reſina poſſit. Reſinatum enim tm̃ hic ait, & nihilominus multiplex reſina eſt. Dubitandum etiam, quam intelligi Galatiam oporteat: eam ne quæ in Aſia, an quæ ultra Alpes ad Septentrionem eſt. Verum cum hic dixerit, nõ matureſcere illic ob gelu uuam. &c. aptius de ea quæ ad Septentrionẽ ultra Alpes eſt intellexiſſe fuerit. Etſi nuſq; legiſſe me memini, conſueuiſſe Gallos reſina condire ſua uina.

## De uino Strobilite CAP. XXXVI.

στροβιλίτης STrobilites fit maceratis in muſto nucibus pineis, recentibus, fractiſq;. Præbetq; reſinati effectus, ſi quis madefactas nuces pini muſto decoquat. Potum conuenit iis qui tabitudine conficiuntur.

BARBARI COROLL.

DHOc uinum Hippocrates Coniam uidetur dixiſſe, q̃ arbor, e qua nuces pineæ funduntur, Conos, & Strobilos uocetur: ut alio loco docui. Galenus Coniam, pro Piſſite cepit.

EX M. VERG. COMM.

NVcleis Pineis, non nucibus condit hoc uinum Barbarus: nos contra nucibus, nõ nucleis. Anceps ad totam nucem, & nucleos eius in græcis uox diuerſitati cauſam dedit. Secutus ille Plinium eſt lib. 14. cap. 16. dicentem. Fit nucleis Pineis: hi muſto madidi exprimuntur. &c. Nos in ambiguo, quæ ſcriptoris huius decretis reſponderent, potius elegimus. Primo enim uolumine, capite de pino, nucibuſq; & nucleis eius manifeſte monuit, totas nuces ab arbore decerptas, contuſas, in muſtoq; decoctas, uetuſtę tuſſi & tabidis prodeſſe. Quod totum idem hoc loco auditur. Niſi forte in prima capitis huius parte de nucleis, in ſecũda de nucibus agi dicatur: quod tamen parum ueriſimile eſt: cum hic dixerit recentes ſtrobilos, & cõtuſos, quod nucibus magis q̃ nucleis cõgruit. Præterea remedij tota uis in reſina eſt, quę multa foris in nucibus, nulla in nucleis hæret.

## De Vino Cedrino. CAP. XXXVII.

κεδρίνος ἢ ἀρκευθίνος ἢ κυπαρίσσινος ἢ λάφνινος ἢ πιτυίνος ἢ ἐλάτινος CEdrinum, Iuniperinum, Cupreſſinum, Laurinum, Pineum, aut Abiegnum ſimili ratione fiunt. Diuiſos recenter ramos cũ fructũ ædũt, aut ſoli, aut balneo, aut igni, admouere oportet, uti deſudẽt, cõgioq; uini minam unã permiſcere, & poſt duos menſes transfundere. Et anteq; recondantur inſolare. Factitiorũ uinorũ uaſa impleri debẽt. Nãq; nõ plenis uaſis, uina in acorem corrũpuntur. Medicata aũt uina, recte ualentibus inſalubria. Omnia excalfaciunt. Vrinã ciẽt, & ſubſtringunt. Laurinũ tamen uehementius excalfacit. Fit quoq; e fructu Cedri maioris uinum, congio muſti, adiecta tuſarum baccarum ſelibra. Diebus quadraginta inſolari debet, & defæcatum in uaſa transferri.

## De uino Iuniperino. CAP. XXXVIII.

ἀρκευθίτης FIt etiã uinũ e baccis Iunipi, nõ alit̃ q̃ cedrites, et ad eadẽ ualens.

Hosted by Google

EX M. VERG. COMM. A

DIffert, ut uidetur, re primũ, mox nomine etiã quod ex eadem Cedro, sed non ijsdem eius partibus fit uinum. Quod enim ex materia eius conficitur, Cedrinum: quod ex liquore, Cedrite ab antiquis græcis dictum est. Iisdem & nos nominibus duo discreuimus genera: licetq; in pluribus græcorum, tribus capitibus seorsum hæc docerentur, nos tamen naturæ in arboribus his similitudinem, & partium coniunctionem, mox meliorum græcorum fidem secuti paulo minus q̃ congeneres plantas, & earum partes uno eodemq; capite claudimus: reddidi musq; singulis, qua licuit certitudine, quæ sua erant.

## ¶ De Vino Cedrite. CAP. XXXIX.

CEdrites hoc modo fit. Cedriam dulci aqua lauant, & singulas amphoras singulis cyathis diluunt. Et ita musto replent. Hoc genus uini excalfacit, extenuat. Tussi utile sine febre, pectoris, laterumq; doloribus, uentris & interaneorum ulceribus, purulentis excreationibus, mulieribus uuluæ malo opportunis, hydropicisq;. Facit aduersus uentris tineas & rigores. Contra uenenatos ictus auxiliatur. Serpentes necat. Aurium doloribus instillatum medetur. κεδρίτης

BARBARI COROLL.

VInum Cedrites, a Cedrino differt: q̃ Cedrites e Cedria fit, Cedrinum ex Assulis Cedri, aut fructu.

EX M. VERG. COMM. B

DEbuerat resinato coniungi statim Picatum uinum: quoniam nihil aliud q̃ combustæ resinæ fluxus Pix est. Hic tamen plura ex arboribus his confecta ante numerauit uina, quæ aut resinam ipse ferrent: aut resinæ pares haberent uires: nec nisi post eas Picatum docuit uinum. De quo eadem huic omnia Plinius tradidit libro .23. capite secundo, ex quo poterunt uolentes multa intelligendo huic scriptori necessaria audire.

## ¶ De Vino Picato. CAP. XL.

PIcatum ex liquida Pice, & musto temperatur. Picem autem primum marina, aut muria tantisper eluere oportet, dum inalbuerit, & syncæra maris aqua defluat. Mox aqua dulci proluenda. Congijs octo musti, uncia Picis una aut altera adijcitur. Vbi efferbuerit & constiterit, in uasa diffunditur. Hoc genus uini excalfacit, concoquit, purgat, abstergit. Vtile doloribus pectoris, iocineris, lienis & uuluæ, si sine febre sint, ueteri rheumatismo, exulcerationibus in altum recedentibus, tussi, suspirijs, concoctionibus tardis, inflationibus, & luxatis, præsertim in succida lana impositum. οἶνος πικίτης

BARBARI COROLL.

DIximus de Pissite, id est, Picino, aut Picato etiam superius.

## ¶ De Vino Absinthite. CAP. XLI.

ABsinthite faciundi ratio euariat. Aliqui enim duodequinquaginta sextarijs Italicarum amphorarum, ammistam Absinthij Pontici libram decoquunt ad tertias parteis, & ubi infuderint nonaginta aceti sextarios, & Absinthij selibram, ac diligenter permiscuerint, diffundunt in uas, dumq; conquieuerit defæcant, Alij absinthij minã in amphorã demittunt, tusamq; & raro linteo deligatã, in decem congijs musti macerant, binis mensibus. Alij absinthij quadrantẽ, alij trientẽ, & Nardi Syriacæ, Cinnamomi, casiæ, floris iunci odorati, calami, elatæ, palmarũ, ἀψινθίτης



Hosted by Google

C singulos sextantes inijciunt in metretam musti, & tundentes prius pila, obstructo uasis spiraculo, binis ternisue mensibus dimittunt. Postea defæcatum uinum transfundunt ad usus. Alij addunt in musti cadum, celticæ Nardi drachmas quatuordecim, & Absinthij drachmas quadraginta lintheo inuolutas, & post quadragesimum diem elutriant. Alij in uiginti sextarios musti, absinthij libram, & siccæ pini resinæ sextantem immittunt, & post decem dies excolant, & recondunt. Vtile est stomacho. Vrinam cit. Tardam concoctionem accelerat. Hepaticis, regio morbo, & renū uitijs auxiliatur. Fastidia discutit. Iis prodest quibus stomachus negociū exhibet. Valet cōtra longā præcordiorū distentionē & inflatiōes, teretesq; uentris tineas, & remoratos menses. Contra hausta ixiæ uenena q̄ plurimū potum, & uomitionibus redditū auxiliat.

BARBARI COROLL.

VInum Absinthites fit & alio modo circa radices uitium consito, sicut Elleborites.

EX M. VERG. COMM.

SAcris Romanæ gentis celebratū quondam Absinthiū est. Siquidem latinarū ferijs certantibus in Capitolio quadrigis, uictor Absinthiū bibebat: sanitatem, ut par est, præmio dari honorifice tunc existimātibus Romanis, cuius seruādæ, restituendæq; non parua merito inter olera laus Absinthio debetur: tam multiplex uis eius est, & in firmando stomacho tam efficax. Ob quod sapor eius in uina transfert. Fitq; Absinthite uinū toto hoc capite a Dioscoride longius descriptū: ne deesset gentibus tractandæ Absinthio medicinæ ratio hęc etiā: quā docuit & Columella. 12. sui operis uolumine, capite. 35. his uerbis. Vinū Absinthite sic condire oportet. Pontici Absinthij pondo libra cum musti sextarijs. 4. decoque usq; ad quartam. Reliquū quod erit
D frigidū, adde in musti amminei urnā. &c. Simplex, ut uidet, Absinthite uini huius Columellæ conditura est. Dioscorides operosior: neq; una, aut altera, sed pluribus rōnibus instituta. Quæ omnes satis per se patent: tractariq; hoc tempore etiam possent, nisi quæ Absinthij, aliarumq; rerum pondera & uini mensuræ nunc in Dioscoride leguntur, suspecta nobis essent: non tam quia uarie in antiquis græcis legūtur, q̄ quia alicubi maiora, alicubi minora, q̄ rei usus exigit esse nobis uidētur. Nos nihil mutauimus, communem lectionem in cunctis secuti. Monemus tamē, sicubi conficiendi Absinthite uini studium aliquando fuerit, quod ad pondera & mensuras in eo pertinet, diligentius expendendum illi prius esse.

## ¶ De Vino Hyssopite. CAP. XLII.

ὑσωπίτης HYssopites e Cilicio Hyssopo maxime laudatur. Fitq; similiter foliorum Hyssopi tusorum libra in amphorā musti coniecta. Lintheolo raro cum quibusdam lapillis folia inuoluūtur, ut degrauatus pondusculo fasciculus sidat. Vinum post quadraginta dies defæcatum elutriatur. Contra pectoris, laterum & pulmonis uitia, ueterem tussim, & suspiria prodest. Vrinam cit. Torminibus & rigoribus febriū circūitu repentibus auxiliatur. Menses mouet.

BARBARI COROLL.

VInum Hyssopites, potest & iuxta radices sato uinum fieri, ut Absinthites.

EX M. VERG. COMM.

NOn est Hyssopitæ uini nostri orbis gentibus desperanda penitus confectio. Et si hic, Plini usq; ex Cilicia tantū Hyssopo probatissimū fieri dicunt. Columella em̄ quo diximus in Absinthite loco, nulla aliunde petita Hyssopo Hyssopite suū conficit. Poterūtq; uolētes suæ regionis Hyssopo uinū condire, si non omniū aliarū, probatissima ea saltem quæ inutilis oīno non sit.

## ¶ De Vino Chamædryite. CAP. XLIII.

χαμαιδρύτης SImili modo Chamædryites fieri solet. Excalfacit, discutit. Con-

Hosted by Google

uulsis, regio morbo, uuluæ inflationibus, tardæ concoctioni, incipienti aquæ inter cutem, subuenit. Inueterascens melius redditur. A

## De Vino Stichadite. CAP. XLIIII.

STichadites non secus temperatur. Congijs sex stichadis minam addere oportet. Crassiciem, inflationes, laterum, neruorumq; cruciatus, & perfrictiones discutit. Comitialibus commode datur, cum Pyrethro & Sagapenio. στιχαδίτης

## De Aceto Stichadico. CAP. XLV.

FIt ad eadem Acetum e Stichade herba, ut paulo ante diximus, aceto macerata. Quod eosdem implet effectus. ὄξος διὰ στιχάδος

## De Vino Cestrite. CAP. XLVI.

FIt Vinũ e Betonica, quã Cestron psychotrophon appellant. Hærbam semine maturo prægnantẽ, cũ suis ramulis minæ pondo, congijs duobus musti macerant, & post septimum mensem transfundunt. Ad multa interaneorum uitia, ut frutex ipse pollet. Et ut in uniuersum dicatur, facticia uina, sibi misturarum uires adsciscunt. Quare non difficile fuerit, ijs qui illarum naturas norint, uinorum uires coniectura quadam consequi. Verumtamen uinorum usus febricitantibus abdicandus. Fit etiamnum e Betonica Acetum ad eadem uitia utile. κεστρίτης

## De Tragoriganite uino. CAP. XLVII. B

TRagoriganites fit quaternis Tragorigani drachmis, in quaternos musti sextarios coniectis, & post tertium mensem transfusis. Prodest torminibus, uulsis, ruptis, laterum doloribus, spirituum discursationi, ægris concoctionibus. τραγοριγανίτης

## De Vino Bunite. CAP. XLVIII.

ENapis fit uinum nomine Bunites, drachmis duabus tusi Napi in sextarios duos musti additis, & cæteris eodem modo factis: Prodest stomachicis, & dimicatione, aut longo equitatu fatigatis. βουνίτης οἶνος

EX M. VERG. COMM.

NApis inter cætera condiri uinum hic scriptor ait: prodesseq; armorum, & equitandi labore defatigatis: neq; haberet a reliquor; disciplina diuersum aliquid conditura eius, si esset Naporum contra lassitudines priuatim uis aliqua. Aut si ratiocinari liceret, cur magis laboribus illis duobus, q; tot alijs cursus itineris, pilæ, remigij, saltusq; prosit. Omniũ enim idem eũctus est, & ob eam caussam eadem constituenda remedia sunt. Testatur tamẽ id Dioscorides. Fuissecq; id ab antiquissimis Græcis obseruatum & institutum. 23. uolumine, capite secundo Plinius etiam confirmat: & si in græcor; ostentationem totam huiuscemodi ille reijciat rem. Eius uerba sunt. Et alias modum excesserat medicor; in his ostentatio: ueluti e Napis uinum utile esse ab armorum, equitatusue lassitudine præcipientium. &c. Nos ex tam multis hoc signauimus, ut scrupulum legentibus inijceremus, quo cogerentur & ipsi remedij eius ex uini & Naporum uiribus caussam inuenire. Docuit præterea hic scriptor, Marrhubio notissima omnibus herba condiri uinum. Certiorem tamen eius conditurã decimotertio uolumine, capite. 32. tradidit Colu mella. Ea huiuscemodi est. Vinum Marrhubij multi utile putant ad omnia intestina uitia; & maxie ad tussim. Cum uindemiã facies, Marrhubij caules teneros, maxie de locis incul-

Hosted by Google

Ctis & macris legito: eosq; in sole siccato: deinde fasciculos facito, & tomice palmea, aut iuncea ligato: & in seriam mittito, ita ut uinculum extet. In musti dulcis sextarios ducentos Marrhubij pondo libras octo adijcito, ut simul cum musto deferuescat. Postea eximito Marrhubium, & purgatum uinum diligenter oblinito.

δικταμνίτης

## ¶ De Vino Dictamnite. CAP. XLIX.

DICTAMNI drachmas quatuor macerato quaternis musti sextarijs. Facit aduersus stomachi fastidia. Menses & purgamentum a partu subducit.

πρασίτης οἶνος

## ¶ De Vino Prasijte. CAP. L.

MArrhubij adulti folia tundito, & sextarios octo in musti metretam demittito, et reliqua consimiliter facito. Conuenit hoc uinũ pectoris uitijs, & omnibus quibus Marrhubium.

θυμίτης

## ¶ De Vino Thymite. CAP. LI.

THymi tusi & cribrati uncias duas lintheo colligatas, in amphorã musti adijcito. Valet contra ægras coctiones, fastidia, dysenteriam, neruorum & præcordiorũ dolores, hybernos horrores, & uenenata animalia, quorũ morsum frigus insequitur, aut putrescit locus.

θυμβρίτης

## ¶ De Vino Thymbrite. CAP. LII.

SImili modo e satureia uinũ fit, quod eadẽ quæ Thymites præstat.

ὀριγανίτης

## ¶ De Vino Origanite. CAP. LIII.

SIC quoq; Origanites ex Heracleotico Origano conficitur. Facit eadem quæ Thymites.

καλαμινθίτης γληχωνίτης

## ¶ De Calaminthite, & Abrotonite uinis. CAP. LIIII.

ECalamintha, Pulegio, Abrotono uina fiunt eodem quo Thymites modo. Prosunt stomachicis, cibum fastidientibus, et regio morbo: ꝙ urinam moueant.

κονυζίτης

## ¶ De Vino Conyzite. CAP. LV.

FIt & item e Conyza uinũ, contra uenenata ante alia efficax.

ἀρωματίτης

## ¶ De Vino Aromatite. CAP. LVI.

ARomatites ita fit. Palmæ, Aspalathi, Calami, Nardi gallici, singulorum quatuor sextarios sumito, Postq; contriueris musto subigito, coactis ingentibus offis, & in sextarios duodecim austeri musti deiectis, operculato uase, quadraginta diebus quiescere sinito. Deinde ubi fæce expurgatum fuerit, recondito. Alia eius ratio. Calami uncia, Phu drachmæ septem, Costi drachmæ duæ, Nardi Syriaci drachmæ sex, casię uncia, croci drachmæ quatuor, Ammomi drachmæ qnq;, Asari drachmæ quatuor, omnia simul trita, & lintheo colligata in caddũ musti demergunt. Et postq; uinum deferbuerit, transfunditur. Facit ad pectoris, & laterum, & pulmonis dolores. Difficili urinæ, rigoribus, retardatis mensibus, atq; ijs qui per frigora iter faciunt, potum conuenit. Pituitæ crassiciem extenuat, Colorem alit. Somnum conciliat. Dolorem finit. Renum & uesicæ uitijs auxiliatur.

Hosted by Google

BARBARI COROLL. A

VInū Aromatites, hoc eſt, odoratū, parabilius, & ſimplicius Catoni e ſerta, Iunco, Palma. Athenæus auctor eſt, ut in Myrtite diximus, potiōis genus ex aromatis confectū, q̄ ueteres uterent, appellari Trimma. Diximus & de alio Aromatite, q̄d Hippocraticū recētiores uocāt.

EX M. VERG. COMM.

AB Aromatis, quæ odoramēta ſunt, Aromatite uino nomen græci fecerūt. Neq; ab re tam multis odoramētis condit. Nota in conditura eius oīa ſunt, & niſi in ponderū, & menſurarum notis uitiū in græcis fuerit, q̄d fere ſuſpicamur, certa in reliquis ratio erit.

¶ De Vino e Pipere, Myrrha, & Iride. CAP. LVII.

FIt & Vinum ad deſtillationes, cruditates, tuſſim, inflationes, & ſi humor in ſtomacho coīt, Myrrhæ duæ drachmę, Piperis candidi drachma una, Iridis drachmę ſex, Aniſi drachmę tres. Omnia plenius tuſa & linteolo inuoluta in ſex uini ſextarios conīciuntur. Vinum poſt triduum colatur, et in lagena reconditur. Datur poſt deambulationem meraculum cyathi unius menſura.

¶ De Nectarite uino. CAP. LVIII.

FIt quoq; Nectarites ex Helenio hærba, quā alī Medicā, alī Symphyton, alī Idæon Phlomon, alī Oreſtion, alī Nectarion uocāt. Radice ſicca pondo quinq; drachmarum linteolo colligata, & in congios ſex muſti addita, & poſt tres menſes effuſa. Facit ad ſtomachi & pectoris uitia. Vrinam pellit. νεκταρίτης

¶ De Vino e Syriaca Nardo celtica, & Malabathro. CAP. LIX. B

ESyriaca Nardo & celtica, Malabathroq; uinum factitatur hac ratione. Singulorum ſelibram in binos muſti congios mittito. Poſt menſes duos colato. Datur cyathus unus cum tribus aquæ. Hoc Vinum efficax eſt contra uitia renum, hepaticos, regium morbum, & urinæ difficultatem. Prod eſt ſtomachicis, atq; iīs quos pallor decolorat. Alī beſſem, aut ſextantem acori, & celticæ Nardi quadrantem, in muſti amphoram adīciunt.

BARBARI COROLL.

HVic uino pipere & melle addito, fiunt quæ alī Condita, alī Piperata appellant. Acetum quoq; piperatum fieri ſolebat.

¶ De Aſarite uino. CAP. LX.

ASſari quadrantem in ſenos muſti ſextarios itidem demittito. Id uini genus urinam ciet. Hydropicis, & regio morbo laborantibus, hepaticis, iſchiadicisq; conuenit. ἀσαρίτης

¶ De Vino e ſylueſtri Nardo. CAP. LXI.

RAdicis ſylueſtris Nardi recētis & tritę, cribratæq; beſſem, in congium muſti conīcito. Duos menſes quieſcere ſinito. Vtile eſt hepaticis, difficili urinæ, inflationibus, ſtomachicis.

¶ De Daucitate uino. CAP. LXII.

RAdicis Dauci contuſæ drachmas ſex in muſti amphoram im- δαυκίτης

C ponito, & similiter transfundito. Facit ad dolores thoracis, præcordiorum, & uuluæ. Menses pellit. Ructus ciet, & urinam. Prodest tussi, ruptis, uulsisq;.

¶ De Saluiato uino. CAP. LXIII.

ἐλελισφακίτης

SAluiæ unciam in musti amphoram, quod idem cum ceramio est, mittito. Valet contra renum, uesicæ, & laterum dolores, reiectiones sanguinis, tussim, rupta, uulsa, & suppressos menses.

BARBARI COROLL.

SAluiatum uinum, a Saluia dici nouimus. Saluiatum uero quo ueterinarij utuntur, potionis genus est. Poton Græci uocant ex ordeacea, aut triticea farina & sale: a quo fortasse Saluiatum. Quidam in Columella Saluiatum, aut Salinatum legere malunt. Ab eo salinare uerbum deducitur.

¶ De Panacite uino. CAP. LXIIII.

πανακίτης

PAnacis unciam in musti congium mittito, & transfundito. Prodest ruptis, uulsis, fractis, orthopnœæ. Lienis crassciiem extenuat. Contra tormina, coxendicum dolores efficax est. Tardas concoctiões accelerat. Menses & partus extrahit. A quæ inter cutem, & serpentium ictibus auxiliatur.

¶ De Acorite uino. CAP. LXV.

ἀκορίτης

VIna ex acoro & dulci radice consimili modo fiunt. Oportet enim singulorũ uncias in senos congios mittere, tribus mensibus macerare, mox in uas transferre. Faciũt ad pectus & latera. Et urinã mouẽt.

¶ De Selenite uino. CAP. LXVI.

σελινίτης

SEminis apij recentis, maturi, & cribrati drachmæ nouem in musti amphoram demittantur. Appetitum excitat. Stomachicis & difficili urinæ auxiliatur. Oris halitum commendat.

¶ De Marathrite, & Anethino uino. CAP. LXVII.

μαραθρίτης καὶ ἀνήθινος

EX Fœniculo, Anetho, & Petroselino, uina eodem modo fiunt, & ad eadem efficacia.

¶ De uino e flore salis. CAP. LXVIII.

FIt & e flore salis uinum multo ad purgandum efficacius, q̃ uinum aqua marina temperatum. Fauces, uesicam, renes, & stomachum infestat. Quare neq; in secunda, neq; aduersa ualetudine prodest. Fit etiam uinum quod Phthorion uocant, quoniam partus necat, & abortus facit. Veratro aut scammonia, aut syluestri cucumere, iuxta radices uitium sato. Siquidem uites sibi illorum uires adsciscunt. Id uinum partus enecat. Datur ieiunis mulieribus quæ ante uomuerunt, cyathorum octo mensura dilutum.

BARBARI COROLL.

VInum e salis flore, Halosanthiten Græci appellant.

¶ De Vino e Thymelæa. CAP. LXIX.

θυμελαίτης

RAmorum Thymelææ cum suis folijs, & fructu triginta dra-

chmas mittito in congios tres musti, & leui igne coquito, donec congij duo supersint, defæcatumq; recondito. Aquosa purgat excrementa, & lienem absumit. A

BARBARI COROLL.

VInum Phthorion', aliqui Ectromaticon appellãt, ex Elleboro in Thaso fit, ibi & uinũ conditum perhibent, alterũ ad soporem, alterũ ad uigilias. Cato Ellebori radices in pila contundi præcipit, circũ uitem dandas. Vtile id uinum fore ad mouendam aluum, sine periculo. Theophastus in Arcadię oppido Heræa, uinum tradit esse, cuius potu fœminæ pariant: uiri mente commoueantur. In Achaia saltu Cerynienſi uinum & uitem nasci, quę fœminis gustata faciant abortum, in Troezene steriles. Idem auctor, uina quædam scribit Ethica uocari: Theodorus uertit, moralia: etiãsi mendose scriptũ est, molaria quandoq;. Laudantur, q; celeriter purgãt se, ac cõsistunt, quoniã tenuia sunt, & mixturæ immunia, ob id Ethica dici potuere, quasi castigata. Vinũ Phthorion.

## ¶ De Vino e Chamælæa. CAP. LXX.

CHamelæa dum floret, cũ folijs tusa, & cribrata decem drachmarum pondere, in musti congium additur. Post duos menses uinum in uas transfertur. Aquæ inter cutem, hepaticis, & lassitudine confractis efficax est. Item mulieribus quæ a partu ægre purgantur. χαμαιλαίτης

## ¶ De Vino Chamæpityino. CAP. LXXI.

CHamæpityinum simili modo fit, ad eadem conueniens. Vrinam quoq; ciet. χαμαιπιτύινος

## ¶ De Vino Mandragorite. CAP. LXXII.

LIbrum radicis concidito. Segmenta lino trajicito, quod selibram æquat in musti congios decẽ demittito. Ibiq; esse sinito ad menses treis. Media potio heminæ dimidium, bibitur, passo in duplum addito. Aiunt heminã uini congio mistam, potu saporẽ adferre. Cyathus unus cũ sextario uini potus, enecat. Mediocris usus eius, doloris sensum aufert. Fluctiones incrassat. Olfactu, instillatu, potuq; idẽ præstat. μανδραγορίτης B

## ¶ De Vino Elleborite. CAP. LXXIII.

IN congium musti aqua marina diluti, drachmas duodecim nigri ueratri triti in linteo mundo, mittito. Dumq; efferbuerit, in marinæ aquæ congios quatuordecim aut quindecim transfundito. Et ubi pleniuscule fregeris, injicito. Post aliquot dies colato, & utitor. Dato cyathum unum ex aqua in potu ad aluum soluendam ijs qui euomuerunt a cœna. Alia ratio. Veratri drachmas uiginti, iunci odorati uncias duodecim, spicæ syriacæ uncias tredecim, cribratas & linteo colligatas in septem uini cõi sextarios, diebus quadraginta macerandas indito. Postmodum colato. Dabis in potu sesquiheminam. Aliter. Decoctæ marinæ aquæ ex pelago petitæ sextarios duodecim, ueratri candidi libras sex, quadragesimo die q; madefeceris, colato, & utitor. Alia ratio. Veratri drachmas duodenas, & aphronitri quaternas in senis musti sextarijs diebus quinis denis macerato, mox colato, & semestri exacto, utitor. Id uini genus abortus facit, & partus necat. Aut uuas in ἐλλεβορίτης



Hosted by Google

C ſole ſiccatas imponito in muſti metretam (implet autem metreta congios decem) & gypſum in uinum mittito pondo drachmarũ uiginti, et bi duo reſidere ſinito: conijcito ueratri nigri uncias triginta, iunci odorati, calami, ſingulorum drachmas triginta, baccarum iuniperi ſextarios duos & heminam, myrrhæ & croci ſingulorum drachmam, inuoluens linteolo diebus quadraginta appendito: poſtea colato, dabis heminas treis aut duas dilutas. Purgat a partu & abortu fœminas. Menſes extrahit. Contra ſtrangulatus uuluæ efficax.

BARBARI COROLL.

DE altero Elleborite, dictum eſt in Phthorio.

¶ De Vino Scammonite. CAP. LXXIIII.

σκαμμωνίτης SCAMMONites ſic fit. Radicis ſcammoniæ per meſſes effoſſæ, tritæ & linteo colligatæ drachmas quinq;, in uini congium mittito, ad dies triginta. Aluum purgat. Bilem & pituitam extrahit.

BARBARI COROLL.

DE altero Scammonite legitur in Phthorio.

EX M. VERG. COMM.

SAtis per ſe patent quæ fictitij Vini tam multa gña ſupiore capite collecta a nobis ſunt. Nihil ob eam cauſam ultra de eis agemus: ſed feſtinantes ad reliqua, quæ uertẽda in ſcriptore hoc alia ſuperſunt, interpretationis, cõmentationiſq; noſtræ laborem transferemus.

D ¶ De oibus metallicis, et primũ de Cadmia. CAP. LXXV.

καδμία EX Cadmiæ generibus optima eſt Cypria, Botryitis nomine, denſa, modice grauis, et in leuitatem magis declinans, racemoſa facie, colore ſpodij: quę fracta cinerulenta eſt, & ęruginoſa. Proxima habetur foris cærulea, intus candidior, internatis ſegminibus, onychitæ lapidi ſimilis. Cuiuſmodi ſunt quæ e ueteribus metallis effodiuntur. Quædam etiam Placodes, id eſt, cruſtoſa dicitur, lineis quibuſdam perinde quaſi zonis cincta: ob quod eam Zonitin appellauere. Alia Oſtracitis nomine, gracilis, & magna ex parte nigra. Sed quæ teſtaceam faciem habet, terram amplexa eſt. Improbatur candida. Oculorum medicamentis Botryitis nomine, & Onychitis, utiles. Reliquæ ad emplaſtra, & farinas quæ cicatricibus inducendis inſperguntur. Ad eadem Cypria prodeſt. Ex Macedonia uero, Thracia, & Hiſpania delatæ, improbantur. Cadmiæ effectus adſtringere, caua explere, ſordes expurgare, exiccare, corporis meatus infercire, excreſcentia in carne coercere, cruſtas creare, & ulcera quæ cacöethe uocantur, ad cicatricem perducere. Gignitur Cadmia ex ære in fornacibus candente, fuligine egeſta flatu, & lateribus camerisq; fornacum applicata. Prægrandes autẽ ac ferreæ ſunt fornaces, ab officinis appellatæ Aceſtides, per ſumma nullo ſpiraculo relicto, cõ cameratę: ut quæ ab ære iactantur ſurſum corpuſcula cohæreant, & inibi detineant: quę cũ ſpiſſius inſidẽt, in corpus concraceſcunt, & modo genus unum eius, modo alterũ, mõ omnia perficiũt. Extrahitur & Cadmia cremato lapide cui Pyritæ cognomẽ eſt, mõti ſole ſupereminente.

Hosted by Google

In quo etiã quædam quaſi uenæ, chalcitis, myſios, ſoreos, melantheriæ cærulei, chryſocollæ, atramenti futorij, diphrygiſq; inueniunt. Nec deſunt qui Cadmiam in lapidũ fodinis inueniri tradant: falſi quadã lapidum cognatione. Reperitur & apud Cumas lapis nullã ſui uim oſtendens. Ii eo depræhenduntur, q; ſunt Cadmia leuiores, nullumq; alienũ mandentibus ſaporẽ exhibent. Cõmanducatus aũt lapis, dentes offendit. Cadmia, utpote cum cedat, eſum nõ reſpuit. Alio aũt diſcerni poſſunt argumento. Cadmia in farinã detrita, & aceto ſubacta, in ſole ſe cõprimit. Quod in lapide nunq; accidit. Item tritus, & igni appoſitus lapis, proſilit, & fumũ igni ſimilem eiaculatur: Cadmia uero quieta manet, fulginemq; luteo colore, aut æreo ſplendentem expuit, uario zonarum diſcurſu. Inſuper lapis ignẽ expertus, atq; refrigeratus, colorẽ mutabit, ac leuior multo fiet: ſed Cadmia nihil euariat, niſi quis eã aliquot diebus cremauerit. Fit & in argenti fornacibus cãdidior, ac minus ponderoſa, ſed uiribus nequaq; comparanda ærarie. Vritur Cadmia ſuperior carbonibus obruta, donec tranſlucida ſpectetur, & ferrei ſtercoris modo bullet: mox extinguitur uino aminnæo. Sed quæ ad pſorarum medicamenta præparatur, aceto. Alij hoc modo. Exuſtam cõterunt in uino, rurſumq; fictili crudo torrent, donec pumicoſa uideat. Iterumq; tritam ex uino, urunt donec in cinerem redigatur, nihil ſcabriciæ retinens. Hac ſpodij uice utuntur. Lauatur in mortario trita, effuſa ſubinde aqua, dum ſordidũ nihil emergat. Dein coacta in paſtillos reponit. A B

BARBARI COROLL.

CAdmiam uocant & lapidem quendam eroſum, ex quo fit æs, fuſuris neceſſarium, medicinæ inutile: quamq; Galenus lapidoſam Cadmiam circa Solos in Cypro inſula naſcentẽ, fornacariæ prælatam ætate ſua meminit, inuentu raram. Poſſidonius quoq; lapidem Cadmiam ex Cyprio tantum ære fieri commemorat. Fit aũt Cadmia, de qua hic loquimur, etiam in argenti fornacibus, candidior ac minus grauis, ſed minime cõparanda ærariæ. Plinius Capnitin, hoc eſt, Fumariam appellat eam, quæ ſit tenuiſſima, in ipſo fornacium ore inuenta: qua flammæ eluctantur exuſta, & nimia leuitate ſimilis fauillæ. Secunda Botryitin, hoc eſt, Racemariam: quia interior ſit, & cameris dependeat: cui prima dignatio tribuitur, grauior priore, leuior ſequentibus. Duo huius colores, cinerius, & puniceus, qui & melior. Friabilis hęc, oculorumq; medicamentis utiliſſima. Tertium genus Placitis, aut Placodes: & ipſa ex argumento, quoniã cruſta ſit uerius q; pumex. Ponderoſiſſima hæc, & intus uaria. E lateribus fornacis fluunt ex ea duo genera, Onychitis extra pene cerulea. Intus Onychite, modo maculoſa, Oſtracitis tota nigra, & cæterarum duriſſima: unde nomen.

EX M. VERG. COMM.

NOn potuerunt metalla etiã, & ſi naturæ ſolidiſſimæ ſunt, pares iniurias temporũ, & librariorum incuriã, duas bonarũ artium, & antiquorũ ſcriptorum maximas calamitates & peſtes, euadere. Habet emẽ hoc etiam caput, quod ſuſpicemur aliter quondã legi potuiſſe, quod in antiquis exemplaribus uariet, & quod duobus locis neceſſario deſyderetur. Quod ſuſpicamur eo loco eſt quo legitur. Vocatur & Oſtracitis, alia concretione ſua ἰχνὶ. Quam uocem neſcio quomodo gracilem, nos etiã alios imitati diximus. Neq; emẽ Cadmiæ gracilitas congruit. Si enim minore craſſitudine deſcribenda erat Cadmia hæc, tenuem, nõ gracilem dici oportebat. Per latitudinem emẽ Cadmia extenditur: poteſtq; tenuis, aut contra craſſior concreſcere: & nihilominus ἰχνὴν hic dicit: quæ uox per longitudinem ſubtile, & gracile ſignificat. Eapropter dubitauimus eum uertentes locũ, non ἰχνὴν, quod eſt gracilem, ſed ἰχυρὰν, id eſt, ualidam & efficacem legi potuiſſe: ut non ad habitum & figuram, ſed ad poteſtatem & uires referenda ea uox



Hosted by Google

C fuerit. In quo non tam perſuaſit ſuſpicari id, facilis ob literarum & ſoni uicinitatem ex altera in alteram uocem & ſignificationem lapſus, q̃ Plinius de hac ipſa Cadmia agẽs lib. 35. cap. 10. foretiſſimam cęterarum eam eſſe dicens: quaſi ἰχυράν, non ἰχνίν ipſe tunc legiſſet. Cõmunis tamen græcorum omnium ea lectio eſt. Et qui latini ſcriptoris huius codices circumferuntur, his uerbis eam deſcribunt. Eſt & alia quæ Oſtracitis dicitur tenuis, & nigra, eadem fere tenuitatis & gracilitatis ſignificatione: eamq; ob cauſam nihil nos ex cõmuni lectione mutauimus, contenti ſuſpicionem hanc noſtram legentibus indicaſſe, Quod deinde in ſcriptoris huius exemplaribus uariat, coniunctum his ſtatim ſequitur: habentq; uetuſtiores græci, & quibus nos magis deferimus, hæc uerba. γαιώδεις δὲ καὶ ὀστρακώδεις μιχρμίνη ἐπιφανείᾳ, coniuncto ſcilicet cum ſuperioribus ſenſu. Qui ſit, ut nos uertimus, uocari Cadmiam aliquam reſtaceam, gracilem, plærumque nigram, terreſtri, teſtaceaue ſuperficie: quaſi rationem & cauſam hic ſcriptor redderet, cur teſtacea Cadmia hæc appellaretur, quoniam terreſtri, aut marinis teſtis ſimili ſuperficie ſit. Qui uero impreſſi codices paſſim circumferuntur, alium, & qui forte a uero non diſcrepet his uerbis indicant ſenſum. γαώδεις δὲ ἢ ὀστρακώδεις μιχρμίνη ἐπιφανείᾳ. qui ſcilicet ſit, terreſtrem eſſe Cadmiam, quæ teſtacea ſuperficie ſit: ideoque in medicina minus utilem. Nos antiquiores græcos & latinos ſecuti, terreſtri, teſtaceaue ſuperficie Cadmiam illam eſſe deſcripſimus. Nec eo ſecius audiſſe hoc legentes inutile penitus nõ fuerit. Quemadmodum contra pro comperto his eſſe illud oportet, perĩſſe huic ſcriptori aliqua quo loco hic ait, adhærente parietibus & cameris eius fauilla. &c. Quæ enim ſtatim ſequuntur, Grandes hæ, ferreæq; ſunt ab ærarijs aceſtides appellatæ, in ſummis fornacium cameris compactæ. &c. integro & apto ſenſu coniungi nequeunt. Cæteri interpretes nihil deeſſe hoc loco ſuſpicati, ad fornaces rẽ detorſerunt: uerteruntq;, grandes, ferreaſq; fornaces eas eſſe, & ab ærarijs aceſtidas uocari. Nõ animaduertentes, ſi ſic legatur, contra eius artis leges & obſeruationes fieri ex metallo in eũ uſum fornaces: quæ eodem igne candentes & ipſę fluent, aut liquefacto ære concorporabuntur:

D nec ab ærarijs in eo uſu tractari aliqua ratione poterunt. Quod præterea ſequitur, ut rerineant, confidantq; in eis quæ ab ære ſurſum feruntur, ad cameras & earum conuexitatem ſimpliciter referri non poſſe: neq; fornaces a græcis aceſtidas uocari: ſed exquo hic ait, ab ærarijs aceſtidas uocari, oportere aliud quidpiam ea uoce ſignificatum ſuſpicari. Quibus ueluti impedimentis nos admoniti, ſuſpicati uitium primum ſumus: mox ex antiqua ſcriptoris huius interpretatione id manifeſte deprehendimus. Seruant eñ adhuc in ea ueræ lectionis exigua ueſtigia aliqua. Quæ huiuſcemodi ſunt. Multi uero ponunt ferreas haſtas, & longas. &c. Ex quibus ratiocinari facile eſt, conſueuiſſe qui Cadmiam quærerent, ferreas uirgas ueluti axes tranſuerſas in ſumma fornacis camera in eum quem hic docet uſum ſuſpendere. Eritq; ſequax hic ſermonis ductus, ut cum dixerit Dioſc. Fit Cadmia ex ære in fornacibus accenſo, adhærente fornacium parietibus, & cameris eius fauilla: interim ſolere ærarios, ut aptius hæreat & conſidat Cadmia, in ſumma fornacis camera tranſuerſos axes, aut tegulas componere: eſſeq; has grandes ferreaſq;, & ab ærarijs aceſtidas uocari. Qua uoce græci ab Aceſta Siciliæ ciuitate ploſtelli genus huiuſcemodi axibus compactum uocabant. Non longe poſtremo a fine neceſſario deſyderat, quod tamen reſtitui facillime poteſt. Locus eſt ubi de cremanda Cadmia agitur: in quo cum in cunctis græcis legatur, poſt eius cocturam, tum uino amineo reſtinguitur: ſequaturq; ſtatim: quæ uero ad ſcabiem aceto. &c. neceſſario deeſſe aliquid conſtituendum eſt. Dicendi enim modus hic græcis pariter & latinis parum congruus. Nec habet ſequacem ſermonis ductum aduerſatiua particula illa quę ſequitur, quę uero ad ſcabiem aceto. &c. Niſi præceſſerit aliud a quo quod ſequitur ſeparetur. Nec ſane decebat hunc ſcriptorem, aliam reſtinguendi crematam Cadmiam rationem docere, priuatimq; ad ſcabies eius uſum cõtrahere, niſi diuerſam in diuerſo uſu reſtinguendi rationem antea docuiſſet. Habendæ Plinio hoc loco ingentes gratiæ. Oſtendit eñ .34. uolumine, cap. 10. quibus additis et inſertis in integrum reſtitui locus hic poſſet. Verba eius ſunt, & ut nos credimus a ſcriptore hoc acceꝑta. Reſtinguitur uino amineo, quę ad emplaſtra præparatur: quæ uero ad pſoras, aceto. Vocauitq; ille pſoras quas nos ſcabies cutis. ſ. aſperitate omnes. Nihil itaq; certius hoc loco erit: reſpondebuntq; ſibi omnia, ſi quis poſt Cadmiæ cocturam legat: reſtinguitur uino amineo, quæ ad emplaſtra præparatur: quæ autem ad ſcabies, aceto. Fecit id Barbarus ex Plinio accæptum, ut diximus. Verumtamẽ in græcis pars ea nõ legitur: nec nos addere huic ſcriptori eam uoluimus, ſatis fore rati locum ſignaſſe. Volumus legentes in eo etiam monere, quod a principio capitis huius non eſt nobis cum cæteris interpretibus idem: maluiſſe nos rubiginoſum dicere, q̃ eruginoſum, quod in ſcriptore hoc ἰώδης eſt. Scimus quidem ἰὸν in metallicis æruginem plærumq; eſſe, ab ære dictam, quæ metallo illo &

Hosted by Google

humoris alicuius, præſertimq; aceti habitu, quemadmodū non multo poſt hic deſcribet, fiat; cuius in medicina multus eſt uſus, uiridi ſemper colore. Nouimus etiam hunc ſcriptorem in ea ſignificationis æſtimatione hac uoce plærumq; uti. Veruntamen ſcientes duos in Cadmia ab antiquis græcorum medicis laudari colores, cinereum, & puniceum: nec poſſe æruginem quia uiridis ſit, cinereo, aut puniceo colore deſcribi ex altera græcæ illius uocis ſignificatione, nam & rubiginem ἰὸν græci aliquando dicunt, rubiginoſam diximus, in qua uoce puniceus color ſit. A rubore enim, rubigo dicta eſt, & ſcabricies quæ igne ſemper fit: quorum nullum in æruginе dici poterat, quæ uiret, & humoris alicuius aſpergine, non igne conficitur. A

## ¶ De Pompholyge. CAP. LXXVI.

POmpholyx ſpecie ſola, non genere a Spodio diſtat. Siquidem Spodios nigricat, & plærumq; ponderoſior eſt, palearum, pilorumq; plena: quaſi deraſum quiddam, ac detractum ab ærariarum officinarum pauimentis, fornacibusq; uideatur. Pompholyx uero pinguis eſt, & candida, uſqadeo leuis, ut in auras euolare poſſit. Cuius duo fluxerunt genera. Vnum ad aëris colorem uergens, ſuppingue. Alterum magnopere candidum, ſummamq; leuitatem nactum. Candida fit Pompholyx, quoties in perficiundo æte, fabri præſtantiorem facere uolentes, detritam Cadmiam cumulatius inſparſerint. Namq; tenuiſſima fauilla quæ effertur, in Pompholygē cōit. Cæterum Pompholyx nō ex æris modo materia & fabrili induſtria factitatur, ſed ex Cadmia B quoq;, ad gignendā ipſam eximie proflata. Cuius faciundę ratio hæc eſt. In domo binis tectis operta, fornax extruitur: iuxta quam mediocris feneſtra uerſus tabulatum a ſupernis partibus pateat. Domicilij paries fornaci proximus, tenui foramine ad fornacem uſq; perforetur, ad excipiendam follis narem. Oſtium mediocre habeat, pro exitu ingreſſuq; artificis fabricatum. Domuncula altera cōiuncta ſit, in qua & folles & flator ſuo munere fungantur. Deinde carbonibus in camino ſuccenſis, aſſidens artifex, Cadmiam particulatim fractā inſpargit, a locis ſupra fornacis caput extructis. Idem negociū obit artificis miniſter, ſimulq; carbones adijcit, uſqdum indita Cadmiæ copia prorſus abſumatur. Itaq; egeſta ſuffitu, tenuis pars & leuis materię in ſummā domū euolat, & parietibus tectiſq; adhæreſcit: conflatū inde corpus, inter initia erumpentibus aquarū bullis ſimile prodit: poſtea maius incrementum capeſcens, elaboratis lanis ſimile redditur. Ponderoſius autem in ſubiecta pedibus loca ſe recipit. Sed hoc fornacibus offunditur, illud domus pauimento cohæret. Quod tenuiore deterius exiſtimandū eſt, ideo q̄ multum terrę collegerit, & ſpurcicia in aceruatione referciatur. Sunt qui hoc modo tantum fieri Spodium arbitrantur, de qua ante dictum eſt. Optima creditur Cypria, quæ accepto aceto odorem æris præſtat, colore aliquantum piceo, ſapore luti horrido: & ſi fraudem nō experta, flagranti carbone inferueſcit, aëreum colorem contrahit. Ante dictis autem notis, diligenter attendendum eſt. Siquidem a nonnullis



Hosted by Google

C adulteratur taurino glutino, ouillo pulmone, aut marino, aut crematis groſſis, & quibuſdam conſimilibus. Quod facile cognitu fuerit. Quippe nihil in ijs probandis inuenietur eorum quæ antedicta ſunt. Pompholygem ita lauari oportet. Ligatam linteo mundo, modiceq; raram, aut ſiccam, aut aqua reſperſam in labellum demittito, quod imbrem cõtineat, & huc atq; illuc faſciculum deferens, immergito. Ita enim limoſa pars eius ac dulcis effluet, et omne craſſamentum in linteolo remanebit. Poſtea reſidere ſinens, aquam cum cinere colis incernito, & nouam infundens, agitato, & effundito, mutata tantiſper aqua & colata, dum arenoſi nihil ſidat. Demum aquam exprimito, & ſiccatum cinerem recondito. Alij quantum maxime fieri poteſt ſiccant, et manibus in aqua conterunt, dum mellis craſſamentum imitetur. Deinde linteo faucibus excepturi uaſis obtento, aut laxius illigato, colant: & quo facilius tranſeat, infuſa per linteum largiore aqua, cinerem conturbant: mox ſpumoſum quod traiectum eſt & ſupernatat uaſi, concha excipiunt, & fictili nouo ad uſus recondunt. Quod uero reſedit, et ſenſim cribratum, in aliud uas transfundunt, relicto harenoſo quod peſſum ierat. Rurſus la-
D pidoſa ſidere patiuntur, & in uas aliud excolant. Hoc identidem faciunt, donec cinis merus & harenæ expers inueniatur. Alij paulatim integram in aqua reſpergunt, arbitrati arenas lapilloſq; ſuo ponduſculo degrauatos, peſſum ire. Pilos autem & paleas leuitate ſua in ſublime attolli. Cæterum cinerem medium ſeparant, & in pilam coniectũ ut Cadmiam eluunt. Quinetiam lauatur uino Chio marina aqua diluto, modis quos ſupra diximus. Et ita redditur adſtringentior, q̃ aquis elota. Vis Pompholygis adſtringere, refrigerare, explere, purgare, obſtruere, & aliquantum exiccare. Inter medicamenta numeratur quæ ſenſim cruſtas obducunt. Quod ſi Spodium torrere libet, diligenter tritam & irrigatam aqua, colliges in paſtillos: fictilicq; nouo, ſubiectis leuibus prunis orbiculos continuo uerſabis, dum aſſiccati fulueſcãt. Neq; ignorandum, ex auro, argẽto, plumboq; fieri Spodion. Verum poſt Cypriam Plumbea maxime commendatur.

## BARBARI COROLL.

DE Pompholyge, ac Spodio, cõmuni uſu hic agitur: differentia, ut aliqui exiſtimant, q̃ Põpholyx paratur lotura: Spodion, ſiue Spodos illota eſt. Quidam id quod candidum ſit, leuiſſimumq; Pompholygen dixere, & eſſe æris & cadmiæ fauillam, & ut nomen indicat ampullam: qualis eſt bullantiũ aquarũ. Spondiõ uero nigriorẽ, ponderoſiorẽq;, mixtis ſcintillis aliqñ et carbonibus. Optimã e Cypro: ꝓpterea Hippo. Melancypriõ, quaſi atramentũ cypriũ uocatã inter ꝑtant aliq. Nam Poſſidonius e Cyprio tm̃ ære fieri Spodiõ exiſtimauit, ut Straboni placet: fieri q̃ liqueſcentibus Cadmiã ærario lapide leuiſſimã. Hęc euolãs e fornacib. & tectis adhęreſcẽs, a fuligine diſtat cãdore: q̃d minus cãdidũ ex ea fuerit, im̃aturę fornacis argumẽtũ eſt, hoc q̃dã Põpholygẽ uocãt. Q̃d uero rubicũdius ex ijs inueniť, acriorẽ uim habet: exulceratq;, adeo ut cũ lauať, ſi attingat oculos, excęcet. Eſt & mellei coloris Spodos, in qua plurimũ æris intelligiť: ſed q̃dcũq; genus lauãdo fit utilius. Habeť & ĩ argẽti fornacibus Spodos, quã uocãt Lauriotin, fortaſſe quã Illyriotin Hippo. neſcio an corrupte. Lauriõ certe locus erat in Attica, ubi Argẽti fodi

nę quōdā fuere, ut inqt Pausanias. Vtilissima hęc oculis, quę fiatī aurarijs. Spodiō & ex plūbo A
fit, eodē modo quo ex ære Cyprio mōstrauimus. Fit Pompholyx et ex sola quoq; Cadmia, ut Galenus testatur. Aetius inuentu inquit rara est Pōpholyx, & adulterari facilis. Laudatur uero non candida, sed quæ subliuet, quæq; carbonibus insperſa, flammā ignis auream uideri faciat.

EX M. VERG. COMM.

PRæfatus a principio statim hic scriptor, specie solam, genere nullā habere diuersitatem in metallicis Bullam & Cinerulā, promiscuum in medicina monuit utriusq; cum opus erit fore usum: simulq; ueniam dari sibi a legentibus petijt, si mutatis inuicem nominibus his confectionem, loturamq;, & usum toto hoc capite utriusq; docuisset. Quod em̄ in eis differt, color, pondus, & puritas tantum est. Substantia eadē, & uires in utraq; pares: tantūq; abest, ut rei discrimen aliquod antiquitas fecerit: ut Bullam sola lotura differre a Cinerula aliqui testati fuerint. Hic tamē certius rem docens, certas utriusq; notas reddidit. Quæ deinceps ab eo traditæ, repetendæ inutiliter a nobis modo non sunt: indicantibus præsertim earū etiam nominibus, nō rei, sed partium diuersitatem. Pompholyx em̄, quæ a nobis Bullæ nomine reddita est, Bullarum in aqua similitudine cōcrescens, eademq; figura quasi clauso intra se spiritu, ut in offensa aqua fit, tumens, indeq; inuento nomine ui flammæ egesta, & hærens ex materia æris, quod leuissimum purissimumq; erat secū detulit. Contra aūt Spodion, quā Cinerulam uertimus, grauiore pondere, sordidioreq;, non aliter q̄ cinis extincto igne mixtis carbonum reliquijs subsedit. Accessit etiam utriq; color, qui in altera ob eam causam nigricans, in altera candidus, partium itidem, nō substantiæ diuersitatem ostendit. Eoq; pertinet quod in Cinerula hic ait, esse eam ueluti fornacum purgamentū, & quasi quod scopis uerritur. Non aliter q̄ infimi, & pro re rustica stercoris generibus græci συρματίτιν κόπρον uocant, id scilicet, quod undiq; scopis in unū collectum fuerint: quale in purgandis triclinijs, totaq; domo quotidie in certum aliquem conuerritur locum. σύρμα enim, qua uoce hic usus est, nihil indicat aliud. Quemadmodum & σποδός, siue σποδίον, non simpliciter cinerem, sed sordidum, & in quo extinctorum carbonum reliquiæ supersint aliquæ. Id enim nos obseruauimus inter τέφραν, & σποδόν græcorum discrimen. Neq; hic aliquando θερμοσποδιὰν dicens aliud, q̄ feruentem cinerem eumq; in quo ardentium adhuc carbonū exiguæ reliquiæ sunt intelligi uult. Cognouerunt discrimen hoc latini etiam, si Columellæ credimus lib. 2. capite. 15. de generibus stercoris agenti: in quorum censu prodesse eam satis ait cinerem, & fauillam: in altero rem notam significans; in altera cineri mixtos carbones, & eorum quas diximus reliquias. B

## De Antispodo. CAP. LXXVII.

ἀντίσποδος

QVONIAM Spodos sæpenumero desyderatur, necesse est ostendere, quæ simili uirtute polleant, ut in Spodij locū suffici possint, Antispoda uocant, quo q̄ modo sumi debeant. Folia itaq; myrti, cum floribus & baccis immaturis, in fictili crudum coniecta, inditoq; operculo continua foramina habente uruntur fornacibus, donec figlinum percoquatur. Iterum in fictile aliud crudū transferuntur: quod ubi perassatum fuerit, exempta lauātur ad usus. Idem quoq; fit e termite syluestris oliuæ, si habeatur: sin secus, satiuæ cum suis floribus, aut malis cotoneis dissectis, & detractis ossibus, aut gallis, aut laceratis linteolis. Item ex moris immaturis, id est, candidis, in sole prius arefactis, aut terebintho, aut lentisco, œnanthe, aut mollibus rubi foljs, uel e buxi coma, uel pseudocypero cum flore. Alij ficus in sole antea siccatas, eodem modo parant. Alij taurinum gluten. Alij succidas lanas asperas, pice, aut melle irrigatas. Quę omnia in Spodij uicem usurpantur.

BARBARI COROLL.

ANtispodion est & cinis fici, caprificiq;, ac lentisci: e buxi quoq; coma est, pseudo Cyperi, & Terebinthi, & Oenanthes.



Hosted by Google

## ¶ De Aere usto. CAP. LXXVIII.

κεκαυμένος χαλκός

CAes ustum probatur rubrum, quod contritu colore Cinnabarim imitetur. Nigrum uero plus q̄ deceat exustum est. Fit autē e clauis solutarum nauium, fictili crudo compositis, subsperso sulphure, cum sale pari: omnibus uicissim insparsis, fictile circumlito figulari creta spiramento, fornacibus inditur, donec figlinum percoquatur. Quidam pro sulphure & sale alumen insspargunt. Alij sine sulphure ac sale fictili, aliquot dies urunt. Alij sulphure solo utuntur, fuliginem tamen excutiunt. Alij oblitos scissili alumine clauos, cū sulphure & aceto, fictili crudo cremant. Alij in ænea olla aceto resperſos, urunt, & iterum aut tertio idem efficiunt: postea recondunt. Principem locum tenet in Memphide combustum: proximum in Cypro. Adstringit, exiccat, reprimit, extenuat, at trahit. Vlcera purgat, & ad cicatricem perducit, Vitia oculorum emendat. Excrescentia in carne consumit. Nomas cohibet. Vomitus ciet, cum Hydromelite potum, aut cum melle delinctū, illitumue. Lauatur ut Cadmia, mutata quater in die aqua, donec nulla prorsus sordes emergat. Aëris recremētum, stercusue, quam scoriam uocant, eodem modo lauatur, & eandem uim, sed imbecilliorem habet.

### BARBARI COROLL.

AEs ustum, Græci Calchon cecaumenon uocāt: Celsus uero cum Cinerem ęs priū uocat, aut Cypriū æs, crematū, aut Spodion cypriā intelligit. Aegyptus collyrij modo teri in conculis. Fuligo æris, siue ut Aetius appellat, ærariorū fabrorum, Ephestia græce dicitur.

D Scoriam metallorum, Græci, & Scoriam, & Cibdelin uocant: ut Photioni placet.

### EX M. VERG. COMM.

PLinium secutus Barbarus, colorem in cremato ære probauit, qui ad Minij speciem accederet: rubentis quidē, eodemq;, aut non dissimili Cinnabari colore fulgentis: non tamen, ut hic paulo post docebit, re & substantia eiusdem: cum alterū ex Hispania, alterū ex Libya quondā afferreret: uulgareq; Minium & copiosum, Cinnabari autem exiguū & rarum esset: & quo tantum in uariandis lineis pictores uterent. Ex eo quoniā in consimili genere poterant Cinnabari & Miniū diuerso colore esse, alterūq; profundiore, alterum dilutiore rubore uideri, a uocibus scriptoris huius discedere longius ipsū noluimus. Et quoniā in cremato ære colorem hic probauerat, eundem nos etiā probauimus: nec aliter q̄ hic Cinnabaris colore in attritu crematū fieri descripsimus. In cuius confectione non est quod miretur aliquis, probare hunc clauos solutarum nauiū. Fuit enim æris quondā largior, q̄ ferri copia: eousq;, ut arma etiā quibus ad bellum uterent ex hoc metallo fierent: si græcorū poētis, præsertimq; Homero credimus. Erat in fabrica quotidianus itidem æris usus: in qua prelatū diu ferro id est, non ob copiam tantū, quæ maior ferri aliquādo fuit, q̄ quia nulla rubigine perit æs, & in quotidiano attritu contumacius durat. Eaq; est caussa, cur hic æreos clauos in nauigijs dixerit. Cur aūt ex solutis nauibus potius, q̄ nouos quæri præcæperit, aliā habet rationē: quoniā scilicet aptius in eo usu æs illud sit, quod attritu domitū, & cosuetudine laboris ueluti mansuefactū erit. Multa em̄ sunt quæ in nouitatē sua minorem, q̄ in uetustate, ob nimias uires, utilitatē habent. Nec aliūde factum fuisse nos credimus, ut uetusti æris & in clauos iampridem conformati, multoq; labore edomiti, ad hanc rem usus esset. Potuit etiam ex nauigijs magis, q̄ ex ædificijs queri: quoniā ex mari, salecq; eius aliquid bonitatis ad hunc usum æri accreuisset: quod antiquiores illi experti, posteris sua fide tecipiendū tradiderunt. Satis cætera in hoc capite patent.

## ¶ De Flore Aeris. CAP. LXXIX.

ἄνθος χαλκοῦ

FLos Aeris, quem nonnulli clauorum ueterum Pſegma, quasi ramentū, noīarunt, optimus est, friabilis, in attritu fulueſcens, milij

Hosted by Google

effigie, breuis, ponderosus, modice splendens, atq; constringens, qui de limatam æris scobem nõ recepit, qua sæpe adulteratur. Sed id facile deprehenditur cum dentiũ illisu dilatantut ramenta. Fit aũt, cum æs fornacibus fusum, in receptacula delabitur, per cola fistularũ ad ea pertinentiũ. Circa eas em̃ occupati, sordes expurgantes, aquã clarissimam infundunt, refrigerare uolentes. Itaq; repẽtino concretu, ac addensatione, expuit̃, & scatet antedictus flos. Adstringit, & excrescentia coercet. Offusam oculis caliginem emẽdat, sed magnopere mordet. Quaternũ obolorũ pondere datus, crassum humorẽ extrahit. Carnosa narium uitia absumit. Eruptiones papularum cum uino cohibet. Contra diutur nas aurium grauitates tritus, in eas per fistulam flatu impellit̃. Vuam, tonsillasq; reprimit, farina eius cum melle admota. A

## BARBARI COROLL.

FLos æris, ho est, Chalcuanthos, differt a Chalcantho, quod æramẽtum est sutoriũ. Differt & a Squama, quę ui atq; ictibus clauis & panibus æreis excutitur: Flos uero ex ĩsdem cadit sponte. Fit aũt in ærarijs officinis, iam fuso ære atq; percocto, additis etiamnũ carbonibus, paulatimq; accensis. Tum repente uehementiori flatu expuitur æris Pala quædã (ut Plinĩ uerbis utar) quod Pfegma, Floremq; uocãt. Est aũt Pala proprie, ut inquit Strabo, purgatioris auri gleba semilibralis: a quo translatum id nomẽ est & ad alia. Plinius alio loco Palacas in Hispania dici massas auri scribit, in puteis repertas, decussis pondere: quas & Palacranas uocant: sicut minutum quod est, Balancẽ. Democritĩ chymistæ aphrodites sperma, hoc est, Veneris semen. Nã & ipsum æs nõ alio q̃ Veneris uocabulo, pnuncianr. Idem Ascion chalcõ, pro æris flore accipiunt, hoc est, quasi exumbratũ æs interpreter. Sunt qui Florẽ diuersum intelligãt a Pfegmate, sed ratio faciendi eadem. In utroq; solũ quo Pfegma excipiatur, stratum esse iubent. B

## ¶ De Squama æris. CAP. LXXX.

SQVAMA æris excussa clauis cyprio ære fabricatis, crassa quidem ipsa. Bona est quæ Helitis nominatur. Sed ex malo ære, aut candido, uitiosa intelligitur. Quam utpote tenuem & inualidam damnamus, maxime approbantes crassam, ruffam, præsertim si aceti respersu rubiginem contrahat. Vim habet adstrictoriam, extenuantem, reprimentẽ, & erodentem. Nomas cõercet. Vlcera ad cicatricẽ perducit. Pota ex aqua mulsa aquam trahit. Aliqui farina subactam, dant in catapotio. Additur ad oculorum medicamenta. Genarum scabriciam absumit, & fluctiones exiccat. Lauatur hoc modo. Siccæ æris squamæ expurgatæ selibra, cum nitida aqua in mortario manu diligenter conturbatur, quousq; pessum ierit. Abijcitur quod emersit, & effusa aqua, hæmina cœlestis hymbris adijcitur, & distenta manu, squama quasi exiccanda sit, uehementer confricatur. Dumq; lentorem emittere cœperit, aqua sensim ad sex heminas usq; superinfundit̃, terendo ualide. Squama ad latus mortarij colligitur, ibiq; apprimitur. Quo facto, expressus humor pixide ex ære rubro facta, excipitur. Hoc est enim uelut flos Squamæ, ualens uiribus, & ad ocularia medicamenta cumprimis efficax. Inutile quod supereſt. Lauatur, donec nullam prorsus lenticiam excernat, & linteo opertum biduo conquiescere finitur, effusaq; extan-

Cte aqua, ubi ſiccatum erit, reconditur pixidicula. Alij ut Cadmiam lauant, & reponunt.

BARBARI COROLL.

SQuama, hoc eſt, lepis, etiam e ferro in uſu eſt, ex acie, aut mucronibus maxime ſimili, ſed acriore ui, q̃ tubigo. Cyprios clauos, de quibus hic habet mentio, Palladius cuprinos clauos: & cuprinũ æs, pro cyprio ære appellat. Aeris inquit Celſus, duæ ſpecies ſunt: alia tantũ æris: alia rubri æris. Veteres ipſum æs rude impolitũq; dicebant Raudũ, ſiue Rodũ: unde porta Romę, q̃ ærata eſſet Raudera, et Rauduſcula, ſiue Rauduſculana uocaret. Quid ſi pomi genus inter citrea, q̃d Rantiũ uulgo dicit, ab æris colore quaſi Raudiũ uocaris? hoc eſt, fuluũ. Eſt em̃ fuluũ æs, ut inquit Ennius. Q̃q̃ & a Neratio fortaſſis inuentore, Neratiũ dici potuit. Niſi quis non Rantiũ, ſed Araniũ, quaſi Arianũ, id eſt, Perſicũ, a gente uelit appellatũ. Eſt enim Aria, ut inquit Hellanicus, & ſi recte memini, etiã Herodotus, & Plinius, & cæteri, Perſica quædã regio. Quid item ſi malũ Arantium, ab Arantia oppido Achaiæ dictũ conijcias? q̃d & pomis ferule ſcribunt fuiſſe: a quo effectu, poſteri Phliunta noũauere, ut inquit Stephanus: proinde Lacedæmonij mẽſem, in quo terra fructibus abundat, Phliaſion appellãt. Accedit, q̃ Herculem mala Heſperidũ, Arantiam primũ tuliſſe credunt, auctore Pauſania. Sed uereor, ne quis me alias inuidiæ obnoxiũ, etiam nimio iuuandi rem latinã ſtudio, lapſum prædicet.

EX M. VERG. COMM.

QVæ tria ex uno eodemq; ære in medicinæ uſu deinceps a ſcriptore hoc numerata hactenus fuerunt, æs, æriſcq; flos, & Squama, non aliter q̃ de bulla & cinerula non multo ante hic dixit, ſpecie tantũ inter ſe differunt, genere nullã habent differentiã. Ex eadem em̃ materia, eoſdem fere uſus & effectus præſtant. Nec aliter de his ueteres tradiderunt, q̃ ut æris partes haberi tria hæc uellent. Longius de his docuit Plinius uolumine. 34. capite. 11. Qui licet aliter a ſcriptore hoc de his tradere uideatur, re tamen eadem omnia docet. Nec aliud eſſe diſcrimen oſtendit, q̃ q̃ Squama excutitur ictibus, flos ſponte cadit: alterũq; illud Squamæ genus, quod Stomoma dicunt, ſubtilius eſſe, ex ſumma ſcilicet lanugine decuſſum. Eſt em̃ græcis Stomoma ferri acies: & uerbum illis στομοῦν aciem in ferro trahere ſignificat: cum in cote ductũ, reductũq; acuitur, & acuendo exteritur. A quo euentu quæ ſubtiliſſima ex ære detrita eſt, Squama, Stomoma dicta ab ea gente eſt: quaſi in trahenda acie in cote detrita. Squamã æris probauit hic, quæ in Cypriis ærarijs. &c. Damnauit contra, quæ ἐκ τοῦ φαύλου χαλκοῦ ἀ ἐκ τοῦ λευκοῦ de cuſſa fuiſſet: non ex malo ære, promiſcuoue, ut alij interpretes uerterunt, ſed uulgari & uili. Neq; enim malum, promiſcuumue æs ea uoce indicatur, ſed uulgare, quod omnibus locis inuenitur: ideoq; Cyprio comparatum, nullius, aut exiguæ dignitatis & æſtimationis. Sequitur ab hoc loco ſtatim in probatione Squamæ huius participium ἰουμένην. Quod alter ex interpretibus ad rubiginẽ retulit: cum tamen iudicio noſtro ad Aeruginem, quæ propria æris eſt, contrahenda uox illa fuerit. Communis enim metallis omnibus rubigo eſt, quia rubet ſic dicta. Quæ autem in ære concreſcit, aceti, aut alterius etiam humoris aſpergine, aut halitu, ærugo uiret. Quemadmodum in confectione eius mox dicetur.

## De Squama ex acie decuſſa. CAP. LXXXI.

λεπίδιον στόμωμα

SQuamæ ex acie, aut mucronibus decuſſæ, quam uocant Stomoma, eadem uis. Lauatur modo ſimili, & reconditur. Sed ad molliendam alui deiectionem inefficacior eſt.

BARBARI COROLL.

STomoma, genus eſt Squamæ ſubtilius, ex ſumma uidelicet lanugine decuſſum.

## De Aerugine raſa. CAP. LXXXII.

τὸν ξηρὸν

AERVGO raſa fit ijs modis. Super doliolum, aut aliud conſimile uas aceti q̃acerrimi, æneum uas, præſertim concameratum, ſin minus, planum uerſetur: ſitq; exterſum, nullumq; habeat ſpiramentũ. Exempto uaſe quo doliolum obturaueris, decimo quoq; die inſidens Aerugo deraditur. Aut æris lamina in cadis ſuper acetum ita ſuſpen

de erugine eius a recentibus dicitur viride eius

ditur, ne attingat: & totidem post dies raditur. Aut massulæ æris, aut laminæ, uinaceis iam acescentibus conduntur, & simili modo uersantur. Quinetiã ex delimata æris scobe æruginem facere licet. Nec nõ e laminis, quibus bracteę auri concluse malleo ducuntur. Si quis eas aceto respargat, & ter aut quater uerset, donec æruginem contrahant. Tradunt æruginẽ in Cyprijs metallis gigni, lapidibus quibusdã nonnihil æris habentibus, quibus ærugo efflorescit. Adduntq́, nõnunq́ per caniculę æstus e quodã specu manare. Sed hoc exiguum, & optimũ esse: illud speluncis effluens, copiosum quidẽ, & boni coloris, sed uitiosum, quod lapides multos collegerit. Pluribus aũt modis adulterant. Aliq́ pumice, alij marmore, alij atramẽto sutorio. Sed deprehẽdemus pumicem, aut marmor, pollice sinistræ manus madefacto, & æruginis portiunculã in alterũ atterente. Siquidẽ eam diffundi constat. Marmoris aũt pumicisq́ partes cõeunt non dissipatę, demumq́ tractatione crebra & humoris complexu dealbescunt. Quin et dentiũ appressu. Siquidẽ syncera cedit: leuis, sine asperitate. Atramentũ uero sutoriũ, igne coarguitur. Namq́ si fictile, aut lamina, adulterata ærugine illinatur, & feruenti cinere, aut carbonibus incalescat, mutabit colorem. Atramentũ sutorium rubescit, quod ustum suapte natura talem sortitur colorem. A

## BARBARI CCROLL.

AErugo rasilis, quã Græci uocant Ion xyston, minus probatur e squamis. Ocyssime contrahit æruginem coronarium æs. Aeruginem maxime Rhodiam adulterant marmore. Deprehenditur papyro, galla prius macerato. Nigrescit emm statim ærugine illita. Deprehenditur & uisu, maligne uirẽs. Aerugo æris, à Columella est ubi ænea rubigo dicta sit. A Vitruuio Eruca nominatur, eadem quæ rasilis a specie uermiculi eius, ut conjcio, qualis Rhodo fingebatur. Ob id & genus alterum æruginis, ut mox liquebit, Scolex appellabatur. Nam & morbus quidam arborum, nunc Rubigo, ut Plinius, nunc Aerugo appellarus est, ut Hieronymus, quem Græci Erysiben, Rhodij Erethiben uocant, a colore, ut nos Rubiginem: a quo & Robur dictũ sit, quia plurimas huius coloris, quasi uenas habeat. B

## ¶ De Aerugine Scolecia. CAP. LXXXIII.

AEruginis quam uocant Scoleciam, duo sunt genera. Quædam fossilis est. Altera facticia. In mortario cyprij æris dimidiam heminã aceti albi acrisq́, pistillo cupreo conterito, donec strigmenti crassitudinem imitetur. Deinde aluminis rotundi, salis fossitij, transluentis, aut marini q̃albissimi, solidiq́ drachmam unam, aut certe cum nitri pari pondere terito in sole, æstuosissimis diebus, sub sidus caniculę, donec colore ærugineum, & coaugmẽto strigmẽtosum fiat. Vbi aũt se in uermiculorũ speciem contraxerit, recondito. Efficax & boni coloris redditur, si duas parteis urinæ ueteris, cum una aceti adieceris, & alia quæ dicta sunt peregeris. Sunt qui æruginem rasilem, quę in apparatu non respondit, gummi misto digerant in formas, & ita uendãt. Quod genus, ut uitiosum improbatur. Fit & quædam ærugo ab aurificibus, mortario & pistillo cyprij æris, cum urina pueri impubis, qua aurũ fer- τὸν σκώληκα

C ruminant. Antedicta æruginum genera, usto æri correspondent. Sed magis effectu ualent. Sciendum fossilem Scoleciam præstantissimam esse. Derasam sequi. Postremo loco facticiam. Mordacissima tamen est, & magis adstringens. Aurificum autē Aerugo rasæ correspondet. Aerugines omnes adstringunt, extenuant, excalfaciunt. Oculorum cicatrices emendant. Lachrymas cient. Nomas sistunt. Vulnera ab inflammatione tuentur. Vlcera ex oleo, cæraq; ad cicatricem perducunt. Callos & sordida ulcera purgant, cum melle coctæ. Callum fistularum erodunt, cum ammoniaco, collyrij modo in eas adactæ. Ad gingiuarum autem excrescentias, & extuberationem utiles. Magnopere extenuant genarū crassiciem, cum melle illitæ. Verum post illitionem spongia ex aqua calida locus fouendus est. Resina terebinthina excæptæ cum ære & nitro lepras abigunt. Vritur particulatim fracta, in fictili patina, flagrantibus prunis superposita. Versaturq; donec se mutet, & colore subcinerescat. Postea refrigerata reponitur. Sunt qui cruda olla eam urant, uti dictum est, sed non prorsus eundem colorem cremata contrahit.

## BARBARI COROL.

SColecia Aerugo fit & per se rasa, ex ærario lapide quem Chalcithin uocant. Nominatur autem Scolecia, siue Scolex, uel quia se contrahat in uermiculos sponte, uel quia fingatur in eos arte. Aristoteles, In Cypro inquit insula, ærarijs fornacibus, ubi Chalcites lapis pluribus diebus uritur, uermiculi medio igne quadrupedes, & pennati nascuntur, paulo muscis grandibus maiores, qui per ignem ambulent, & saliant quamdiu ibi sunt, uiuentes: cum euasere longius paulo, moriuntur. Pyralides, siue Pyroti nominantur, uel ut in quibusdam Plinianis codicibus, Pyraustæ.

D Aerugo aurificum, hoc est, Santerna, quæ a Græcis Ios Chrysochoon, & Chrysocolla dicitur, gluten est & ferrumen auri eius, quod argentosum uocant. Signumq; est, si addita ea, nitescit. Ediuerso ærosum contrahit se, hebetaturq;, & difficile annectitur. Fit autem id glutinum præter ea quæ a Dioscoride scribuntur, etiam auro & spuma argenti additis, unaq; contritis. Vtrum uero Santerna hæc, an alterum genus intelligatur a Theophrasto, chytos argyros, hoc est, argentū fusile, quum dicat, & mortario, & pistillo æris terēdo confici & aceto, non dum liquet. In Santerna certe sola, q̄d quidem sciā, mortarium & pistillū ex ære cyprio desyderant, sed cū urina impuberis, non aceto. Inuenio & Argentū mentitum, hoc est, Pseudargyron uocari, q̄d ex lapide quodam usto fiat Anderis, in Troade: itemq; in Lydia prope Tmolum: huic æs addendo mixtura prouenit, Orichalcum a quibusdam appellata, ut Straboni placet. Cæterū Chrysocolla dicit & panificij quoddam genus, ut in Tritico docuimus. Santernā fortasse dictam putē, quasi Xanthernā: quippe cum legamus Aeruginē hanc a Græcis quādoq; dici Xanthesin, a colore flauo: qualis aureus est. Ob id & Latex diuinus ille, tingendo auro chymistis tantopere quæsitus, plærūq; Ios Xystos, & Aerugo nominatur.

Aerugo ferri, hoc est, rubigo, deraditur humido ferro, clauis ueteribus. Hac Telephum Achilles sanasse proditur: q̄q; id quidam ex ærea cuspide factū interpretantur.

## EX M. VERG. COMM.

MOnstrauit Victruuius suæ Architecturæ libro septimo cum de coloribus ageret, Aeruginis unam tantum confectionem, eam scilicet quæ secunda huic scriptori est: suntq; eius post conficiendæ Cerussæ disciplinam hæc uerba. Eadem ratione lamellas æreas collocantes efficiunt Aeruginem, quæ Eruca appellatur. &c. Vocatq; insecti, & uermis nomine Erucam, quā cæteri omnes Aeruginem dixerūt. Nec nos scimus, q̄ integra in eo scriptore ea uox sit. Aliqui quoniā insecti, quod Græci Campem dicūt, ea appellatio est, Vermicularem illā Aeruginem ex similitudine ab antiquis Romanis dictā eo nomine fuisse existimāt: nos tamē, quoniā quam Victruuius Erucam appellari ait, a uermiculari distat, nec aliquid illi simile, aut cōmune habet, uerum ut diximus, secundum huic scriptori genus facit, confirmare id non audemus: du-

Hosted by Google

bitamuſq; in Victruuio male Erucam forſitan legi: ueramq; lectionem, æneam, aut æream eſſe: quoniam latini ſcriptores aliqui æruginem nominantes, æneam, aut æream ſemper addiderũt: ut ex quo metallo æruginem dicerent, certius indicarent. Necq; ab re: quando ut in græcis ἰὸς cõmunis ad æruginem & rubiginem uox eſt: ſic forte in latinis aliquãdo fuerit, promiſcueq; æruго in cunctis metallis diceretur, & ſi priuatim in ære ea uox in uſu poſtea eſſe tantum cœperit. Conĩcimus hæc, non decernimus: eamq; ob cauſam poterunt arbitrio ſuo de his legentes ſentire. Quo loco deinde hic ſcriptor ait, fieri itidem æruginem ex delimata æris ſcobe, laminisue illis ἐξ ὧν περιεχόμενα τὰ χρισᾶ πίτταλα ἠλαύνεται. &c. noſq; uertimus, quibus incluſa aurea coronarum folia extenduntur: adiecimus nos coronas, quæ nullæ tamẽ in Dioſc. ſunt: propterea, q; de his neceſſario agebatur: nec poterant aurea folia illa aliter, q; in coronis intelligi. Quod græci aliquot indicant de coronis agentes: breuiſſimeq; Plinius dicens. Ocyſſime uero contrahit coronarium æs æruginem: illud intelligens, quod in extendendis ex auro bratteolis in foliorum figuram, in uſu ea tempeſtate eſſet. Quod nunc alia ratione fit. Vitium non multo poſt ſignauimus, quo loco ſcilicet de deprehendendo raſilis æruginis adulterio agitur. Male em̃ ſequax illic ſermo eſt: nec ſatis (alioquin certa res) patet. Docet enim pumice, aut marmore adulteratam æruginem humore & attritu deprehendi: quorum altero defluit, altero albeſcit ærugo. Quod in ſincera nõ fit. Numerãtur deinde inter alias uermicularis æruginis uires a Dioſc. δάκρυον ἔχειν. quod eſt, lachrymas ciere, trahere & ducere: idq; tam manifeſte, ut in ſcriptore hoc intelligi aliter res nequeat. Neſcimus tĩ nos, q; integer locus ille ſit: non tam quia Plinius de ęrugine raſili, cui uermicularis non adeo diſſimilis eſt, lib. 34. cap. 11. ait. Vis eius collyriis oculorũ aptiſſima, & delachrymationibus mordendo ,pficiens: q; quia in oculorum medicina compeſcuntur, nõ ,pritantur delachrymationes. Erit id medicis diligentius animaduertendum. A

## ¶ De Rubigine ferri. CAP. LXXXIIII.

RVbigo ferri reſtingit. Siſtit fœminarum profluuia admota. Potuq; præſtat ne concipiant. Illita ex aceto, ignibus ſacris, & papularum eruptionibus medetur. Perq; utilis ad ſcabricias genarum, paronychia digitorum, & reduuias. Condylomatis prodeſt. Gingiuas firmat. Podagras illita lenit. Alopecias replet. Vinum aquaue, in qua cãdens ferrum ſit reſtinctum, potu cœliacis, dyſentericis, lienoſis, cholera laborantibus, & diſſolutis ſtomacho auxiliatur. ἰὸς σιδήρου B

### BARBARI COROLL.

FErrum Græce ſideros appellatur: candens hoc, niſi duretur ignibus, corrumpitur. Rubens inhabile eſt tundendo, neq; anteq; albeſcere incipiat aceto, & alumine illitũ fit æri ſimile. A rubigine uindicatur Ceruſſa, & Gypſo, et Pice liquida. Hæc eſt temperatura a Græcis Antipathia dicta. Ferunt quidam & religione quadam id fieri.

### EX M. VERG. COMM.

MAluimus in Ferro ob colorem Rubiginem, q; æruginem dicere, ob eas quas non multo ante tradidimus cauſas. Alioquin idem uitioſus in cunctis metallis euentus eſt, communiq; uoce a græcis omnium metallorum læuori contraria ſcabricies uocata eſt. ἰὸν enim in cunctis metallis uocant, quod uetuſtate, humore, ceſſationeue aſperitatis & mali coloris illis accreuit. Habent etiam ἰουδίζειν qua rubiginem indicent: ſed ut nos obſeruauimus, in frugibus potius q; in metallis. Legentes illud etiam in capite hoc monemus, uidiſſe nos in græcis, nec negligendæ fidei codicibus, in quibus nulla erat extrema eius pars illa, qua iubetur demergi aqua, uinoue cãdens igne ferrum. &c. Nos tamen ut erat ſeruauimus, ex quotidiano rei uſu, & ex eo quod Celſus monuit lib. 4. capite. 9. inter lienoſorum remedia: pro quibus ait, & poſt cibum aqua a ferrario fabro petitur, in qua candens ferrum ſubinde tinctum ſit.

## ¶ De Stercore ferri. CAP. XXXV.

STERCVS ferri, quam Scoriam uocant, eadem poteſt quæ rubigo, ſed inefficacius. Aconito ex hydromelite potum opitulatur. σκωρία τοῦ σιδήρου

C EX M. VERG. COMM.

METallorum ſpurciciam ueteres græci Scoriam uocauerunt: Romani, autore Celſo. lib. 5. capite. 5. Recrementum eam dixerunt. Neq; in metallis modo, uerum in multis alijs recrementi uoce uſi ſunt: ut primo uolumine in Crocomagmate dictũ a nobis etiam eſt. Græci in metallis priuatim Scoriam ſuam ſeruarunt.

¶ De Plumbo eloto. CAP. LXXXVI.

πεπλυμένου μολίβδου

LOtura Plumbi ſic fit. In mortarium plumbeum aquam inijciens, piſtillo plumbeo terito, donec nigreſcat aqua, & ſucci modo craſſeſcat, aut cœnoſa reddatur. Linteolo deinde colato, aquam infundens: quo facilius quidquid eſt reſolutum incerni poſſit. Hoc facito uſq; dum ſatis habuiſſe uidearis. Vbi conſederit, priorem aquam effundens, nouamq; adijciens, ut Cadmiam lauato, donec nulla extet nigricia. Poſtea in paſtillos cogens reponito. Quidã ſcobem mundi Plũbi lima quæſitam, mortario lapideo, piſtilloq; terunt: aut manibus cum aqua paulatim adiecta fricant, donec nigreſcat. Mox ubi craſſamentum peſſum ierit, colligunt in paſtillos. Nam tritum uehementer, ceruſſæ ſimile redditur. Alij elimatę ſcobi modicam plumbaginem adijciunt. Affirmantes ita elotum Plumbum præſtantius eſſe. Poteſt refrigerare, adſtringere, obſtruere, mollire, explere caua. Siſtere oculorum fluctiones, & ulcerum excreſcentia. Sanguinem ſupprimit. Prodeſt contra ſedis ul
D cera, condylomata, & hæmorrhoidas ex roſaceo. Item ad ea quæ ægre cicatricem ducunt. Et in totum ſpodij effectus præbet. Niſi q; non obducit cruſtas. Integrum Plumbum affrictu, marini ſcorpionis, draconiſq; plagis auxiliatur.

EX M. VERG. COMM.

LOturam Plumbi Plinius etiam inter latinos. 34. uolumine, cap. 18. adeo ſimilem huic ſcriptori docet, ut alieni decreti potius interpres q; ſui autor uideri poſſit. Niſi aliqua addidiſſet, q̃bus non uariari rem, ſed certius & aptius tractari aliquis credat. Quale ſtatim eſt quod in eo legitur, cœleſtem exigi aquam: quæ in plumbeum mortarium conijcienda erit, ut plumbeo piſtillo circumacta, mutuo mortarij & piſtilli attritu, plũbi ſubſtantia nigreſcat & craſſeſcat. Quę duo tantum ille dixit, non ut cæteri interpretes addiderũt, donec ſucci modo craſſeſcat, aut cœnoſa reddatur: non animaduertentes quod a Dioſcoride dicitur, unum tantum eſſe χυλὸν γίνεται ἰλυώδεις, id eſt, in limum craſſeſcat: quæ uero ſequuntur, ἢ χυλώδεις ἢ πηλώδεις, gloſſemata & interpretationes illius fuiſſe, Dioſc. codicibus ab aliquo adiectas, dum uult certius indicare quid ἰλυώδεις ſit: quæ deinde ab imperitis librarijs in Dioſc. coaluerint. Idem enim omnes ſignificant: nec Plinius ut diximus, aliud q;, donec craſſeſcat, inquit. Quale etiam non multo poſt quo loco hic ait. Quidam purum plumbum lima deterentes in lapideo mortario, lapideo piſtillo terunt, addidit ille, Thebaico, lapideo. ſ. mortario: ſed ex ea gente lapide, ex qua ad uſum medicinæ mortaria, ut idem Plinius teſtatur, præcipue probabantur. Quod & ſi non multifaciendũ forte alicui uideatur, non tamen inutile penitus nouiſſe fuerit. Quemadmodum maiorem diligentiam exigit, qui ſtatim in Dioſco. ſequitur male ſequax, nec certo ſenſu locus: in quo ſpacium, & in ſpacio uitij nota relictũ a nobis eſt. Cæteri quod ueriſimile erat, & rei neceſſitatem ſecuti, locum iudicio ſuo magis q; ex uocibus quæ illic modo legantur expleuerunt. Quod poterunt græca intelligentes uidere. Nobis non uiſum eſt alienis noſtra miſcere.

¶ De Plumbo uſto. CAP. LXXXVII.

καυτὸν μολίβδου

VRitur Plumbum ſic. Super q; tenuiſſimas Plumbi laminas, fictili nouo inditas, ſulphur inſpargito, additiſq; rurſus laminis,

Hosted by Google

interiecto ſemper ſulphure, uſq; dum uas expleueris, ſuccendito. Flagrã A
te autem Plumbo, ferrea rude uerſato, donec perfecte redigatur in cine
rem, nihilq; non uſtum hæſerit. Tum demum obſtructis naribus, exi=
mito. Alioquin halitus Plumbi noxius ſentitur. Aut elimatam ſcobem
in olla cum ſulphure urito. Alij laminas in fictili crudo, ut dictum eſt,
imponunt fornaci, aut foco, et circumlinentes operculum, dato exili ſpi
ramento urunt. Alij pro ſulphure ceruſſam, aut hordeum inſpargunt.
Alij integras laminas imponentes, acri igne utuntur, & rudicula ferrea
continue mouent, dum in cinerem ſoluantur. Sed difficilis huiuſmodi
uſtio: & ſi uehementius uratur, contrahit ſpumæ argenti colorem. Ma=
gis placet nobis prima. Plumbum uſtum lauatur ut cadmia, & recondi
tur. Eoſdem effectus habet, quos plumbum elotum, ſed multo acriores.

BARBARI COROLL.

PLumbi halitus combuſti, canes ocyſſime interficit, ſicut omnium metallorum muſcas, & Plí. li. 34. ca. 18
culices: q̃obrem non ſunt ea tedia in metallis. Plumbum crematum, cui ceruſſa ſit admixta pa
ri portione, aut hordeum, Spodio cyprio a medicis præfertur. Retoſtum Plumbum eſt, quan=
do uocetur a chymiſtis Helcyſma. Laminis Plumbi ad lumborum renumq; partes adaligatis,
ſomnia Veneris inhiberi prædicant: quod & Caluus orator, & Franciſcus Barbarus auus me=
us fecere. Athletas Galenus eo remedio uti ſolitos affirmat. Plumbum græci Molibdon uo=
cant. Multum aeris in Plumbo eſſe argumentum eſt, quod in ſtatuis aſpicitur. Plumbũ em q̃d
pedes earum lapidibus ferruminat, & annectit, ita plærumq; intumeſcit, ut ex ijs lapidibus cry
ſtalli modo pendeant uerrucæ. Multa Plumbi genera connumerant chymiſtæ græci. Marinum B
ſordet, & aſperum eſt. Sabyeſium, & Dalmatenſe nitet, ac molle dicitur. In Sardiano teneritas,
& æroſitas aſpicitur.

EX M. VERG. COMM.

ERit operepreciũ certiorem adhuc Plumbi coctũram nouiſſe cupientibus, Plinium. 34. uo
lumine, cap. 18. audire. Multa enim quæ deſyderari poſſe nunc uidentur, certius ab eo tradun=
tur. Qualia ſunt, cum ſulphuri quod Plumbi lamellis inſpergendum eſt, minutum adijcit: iu=
betq;, trito ſulphure ad eam rem uti: & cum, non naribus tantum occluſis Plumbi cinerem tol=
li, ſed ſpiritus foraminibus: ut os etiam complecteretur, per quod reſpiratione poterat eadem
contrahi noxa. Et cum in fornacem coniectum fictile, in quo Plumbi delimata ſcobs erit, tam=
diu coqui uult, donec percoquatur figlinum. Et cum ferro miſceri præcipit, præter ferrum, feru
laceis rudibus idem fieri etiam indicans. Nec minus cum ceruſſam, aut hordea pro ſulphure in
ſpergenda pari pondere cum plumbo ſumi monet. Multaq; alia eodem modo docet, quibus
poterit coctura Plumbi certius tractari.

## ¶ De Recremẽto Plumbi. CAP. LXXXVIII.

REcrementum Plumbi, quod Scoriam uocant, optimum eſt dẽ σκωρία μολίβδου
ſum, fractu contumax, ceruſſam plane repreſentans, nihil plum
boſi habens, quod ad mali colorem accedit, & uitri ſplendorem imita=
tur. Eadem quæ plumbum exuſtum poteſt, ſed magis adſtringit. Laua
tur in mortarijs infuſa aqua, & refuſa ſumma a quæ parte, quæ luteum
colorem duxit. Idq; ſæpius, dum recrementum abſumatur. Dein quod
ſubſidit craſſamentum, aqua effuſa, digeritur in paſtillos.

EX M. VERG. COMM.

MOnſtrante id Celſo Romani ſermonis candido autore, græcorum Scoriam Recrementũ
diximus. Locus in eo eſt quinto ſuæ medicinæ libro capite. 18. cum ait. Plumbi recrementum
Scoriam molibdu græci uocant. Quid autem in metallis ſcoria & recrementum ſit, ſatis non
multo ante in Ferro dictum a nobis fuit. Plinius eodem quo in coctura plumbi diximus loco



Hosted by Google

C de Scoria, sed angustius q̃ hic ægit.

## ¶ De Molibdoide lapide. CAP. LXXXIX.

μολιβδοειδὴς λίθος

MOlibdoides lapis a plumbi similitudine dictus. Correspondentem recremento uim habet, & eodem modo lauatur.

### BARBARI COROLL.

LApis plumbarius, hoc est, Moliboides, differt a Molibdęna, hoc est, Plumbagine, ut statim constabit.

## ¶ De Stibio. CAP. XC.

ἐίμμι

Stibium. a recentibus dicitur antimonium

STimmi optimum quod splendissimum est, modoq; nitedularum emicat, confractu crustosum, nihil terræ aut sordidi habens, friabile, quod Stibi appellarunt, alij Platyophthalmon, alij Larbason, alij Gynæcion, alij Chalcedonion. Vis eius adstringere, obstruere, refrigerare, excrescentia in carne cohibere, ulcera ad cicatricem perducere, sordes et ulcera oculorum expurgare. Sistit & sanguinem e cerebri membrana profluentem. Et ut in uniuersum dicatur, uis usto plumbo similis est. Priuatim ambusta igni, in crustas erumpere non patitur, cum adipe recenti illitum. Crustosas exulcerationes ad cicatricem perducit, cum cæra & exigua cerussa. Torretur adipe circumlitum & carbonibus obrutum, donec carbunculetur adeps. Exemptumq; restinguit̃ mulieris lacte, quæ marem peperit, aut uetere uino. Vritur etiam carbonibus succensis efflatum, quoad flagret. Si enim paulo magis concremetur, plumbum fit. Lauatur ut cadmia, & æs. Sunt qui ut plumbi recrementum eluant.

### BARBARI COROLL.

Pli. li. 33. ca. 6.

STimmi, nos Stibium, & Stibi dicimus, in argenti metallis inuenitur, spumæ lapis candidæ nitentisq;, non tamen translucentis. Aliqui Alabastrum uocant, Alabandum, & Alabandicum Aetius. Duo eius genera. Mas horridior, scabriorq;, & minus ponderosus, minusq; radians: & arenosior fœmina, quam magis probant: nitet friabilis scissurisq;, non globis dehiscens: Platyophthalmon uocatur, quia dilatet oculos. Gynecion, quia mulieribus obseruiat, cilia tingentibus, semiorbesq; pingentibus. Vnde scitum illud, geometriam exercere fœminas in cilio, pręsertim in Hispania, Hippocrates certe Stibium significat, ut Galeno placet: aut crustas in eo inuentas, q̃ties Tetragonum in medicina nominat. Democritus Stibium nisi locis distinguit, Italicum, & Chalcidonium prodendo. Quidam non adipe utuntur coquentes, sed fimo bubulo. Habetur & Stimmi cognomento Regis Alexandri: sed cõpositio medicamẽti ea est ad oculos. Rhyadas, hoc est, qui delachrymationem arcere non possunt, q̃n per maxillas defluat.

D

### EX M. VERG. COMM.

STibium hoc est, quod in medicinæ usum a ueteribus inuentum, corruptis moribus paulatim ad formæ lenocinium concessit: cum natiuo decore non contentæ mulieres, ad fucum & amoris illecebras abuti eo inceperunt. Auditur pro muliebri fuco ea uox aliquando in sacris hebræorũ literis, cum præcipitur, ne stibio depinxerit aliquis oculos suos. Quam uocem ignorantes aliqui, a stœbe, quę huic scriptori herba est, Stibium dici & fieri crediderunt: cum tamen in Plinio, & Celso nihil aque notum sit: tradideritq; Plinius. 33. uolumine, cap. 6. principalem illi usum circa oculos esse: ideoq; Platyophthalmon uocari, quoniam eos dilatet, eorumq; fluctiones & lippitudines inhibeat. Et quoniam in cura decoris & formæ eo mulieres utebantur, γυναικεῖον, id est, muliebre etiam dici: & si adiectiuo illi potuisse quondam coniungi substantiuum aliquod nomen, suspicari aliquis possit: Verbi causa, fucũ, pigmentumue, aut simile aliud q̃dpiam. Possunt desyderari alia etiam, quæ multa Plinius quo diximus loco longius tradit, uolentibus in eo scriptore cognoscenda.

Hosted by Google

## ¶ De Molibdęna, ſiue Plumbagine. CAP. XCI.

MOlibdæna optima eſt flaua, argenteæ ſpumæ æmula, modice ſplendens, cum teritur ruffa. Cocta cum oleo iocineris colorẽ trahit. Vitioſa eſt quæ aërem, aut colorem plumbeum refert. Gignitur ex auro & argento. Eſt etiam quædam foſſilis, iuxta Sebaſtiam & Corycum inuenta. Quo in genere probatur quæ lapidoſa non ſit, aut recrementoſa, ſed nitens & flaua. Vim habet ſpumæ argenti, aut recremẽto plumbi ſimilem. Vritur, lauaturq; eodem modo. Miſcetur conuenientiſſime medicamentis, quæ Liparas uocant, atq; emplaſtris minime mordentibus. Carnem recreat, & ulcera ad cicatricem perducit. Glutinantibus tamen medicamentis, aut abſtergentibus non conuenit. A μολίβδαινα

### BARBARI COROLL.

MOlibdęna, hoc eſt, Plumbago, quam & Galenam uocamus, communis eſt plumbi, & argenti uena. Commendantur friabiles, & modice ponderoſæ. Quæ ſint foſſiles, metallicas appellant. Laudatiſſimæ quæ in Zephyrio fiant. Sunt qui Molibdænam inter ſpumas argenti collocent. Foſſilis Molibdęna eſt, & ad uicum Ergaſteriam uocatum, inter Cyzicum, & Pergamũ octo & quinquaginta millibus a Pergamo diſtantem. Nominatur & Molibdæna, id eſt, Plumbago herba Plinio, contra ſerpentes, etiam in aruo, folio lapathi, craſſa radice, hiſpida: quæ cõmanducata, ſi oculis ſubinde religetur, Plumbum, quod eſt, genus uitij, ex oculis tollit. Plí. li. 25. ca. 11.

### EX M. VERG. COMM.

GAlenam bis terue trigeſimo tertio & quarto ſuæ hiſtoriæ uoluminibus græcorum, metallicam Molybdęnam Plinius uocauit: nõ tam ut a Molybdena Plumbagine q; ſui generis herba, quam .25. eiuſdem hiſtoriæ uolumine, cap. 11. priuatim Plumbaginem dixerat, alia appellatione ſecerneret: q; quia ſcribente eo ſuam hiſtoriam, hæc erat priuatim metallicæ Plumbaginis appellatio, ab Hiſpanię Galecia, ut credimus, facta, in qua celeberrimę quondam metallorum fere omnium fodinæ fuerunt. Quæ quoniam noſtra ætate nulla eſt, nec habet ea uox aliquã nũc ſignificationis æſtimationem, impune, & ſine inuidia relicta a nobis fuit: preſertim in re quæ ex ſubſtantia ſua certius indicanda erat. Plumbago ob eam cauſam Molybdęna hæc dicta: & ne cũ herba miſceretur, ex metallo nota illi adiecta eſt. Herbam quo diximus loco Plinius manifeſte Plumbaginem uocauit: cauſamq; addidit: quoniam ſi commanducata oculis ſubinde religet, Plumbum quod eſt in ea parte uitij genus, tollat. Metallum toto hoc capite Dioſc. nihil ſimile communeue cum herba habens, quæ in Plumbi nomen & honorem ex uſu tãtum recepta eſt: id autem ex plumbi ſubſtantia iuſtius Plumbaginis nomen inuenit. Gigni hanc ex auro & argento hic ſcriptor ait: quale autem id ſit Plinius oſtendet, adhereſcere dicens argenti & auri fornacibus. Oſtendet itidem plumbi uenam eſſe Plumbaginem: multaq; alia, quę nos breuitati cõſulentes, relinquimus in eo ſcriptore nouiſſe ea uolentibus expoſita. Fit quod nouerunt metallici, Plumbago alterius metalli, argentiq; preſertim coctura: quodq; excretum ex his plumboſum fuerit, Plumbago ueteribus fuit. Verumtamen foſſilis eadem quondam inueniebatur ad Coryci, ut nos uertimus, Sebaſtiam, in Aſia tunc notiſſimam regionem: cui Corycum hic adiecit, ut a reliquis quæ diuerſis regionibus Sebaſtię urbes & oppida tunc audiebantur, ſepararet. Fuit enim frequens id quondam nomen: numerabaturq; in Armenia Sebaſte ciuitas, numerabatur in Iudæa, numerabantur & alijs locis aliæ: omnes in Romanorum Cæſarum gratiam ſic dictæ. Quas enim Auguſtas Germania, & Hiſpania nominauerunt, eas græci Sebaſtas, & Sebaſtias dixerunt. Eſt enim Sebaſton græcis idem quod Romanis Auguſtum. Intelligitq; hic ſcriptor κατὰ σεβάστειαν χερ κώρυκον ἐυρισκομένη dicens, Coryci Cherſoneſum hoc nomine quõdam in Aſia ſic appellatam. B

## ¶ De Recremento argenti. CAP. XCII.

REcrementum argenti, quod Scoriam uocãt, aut Helcyſma, aut Encauma, molibdænæ uim habet. Quare emplaſtris quæ phęas appellant, additur, ac medicamentis quæ cicatricem obducunt, utpo τοῦ ἀργύρου σκωρία

C te cum adſtringat, extrahatq;.

EX M. VERG. COMM.

COniunctum natalibus plumbagini argẽti recrementũ eſt: ideoq; paulominus q̃ cõtinuata hiſtoria a Dioſ. doceẽ. Fit em̃ ex argento utrũq;. In ſcorię metallicor̃q; recrementor̃ omniũ genere, ſolum argenti recrementũ priuatim Helcyſma grẽcis dictum eſt. Teſtatur id Plinius, 33. uolumine, cap. 6. his uerbis. Scoriam in argento græci uocant Helcyſma. Teſtantur idem græci latiniq; omnes: nec aliunde q̃ ab extrahendi ui quam habet, factum illi nomen eſt.

## De Spuma argenti. CAP. XCIII.

ἀφρὸς ἀργύρου SPuma argenti quædam gignitur ex harena, quam Molibditin uocant, in fornacibus conflata, donec perfecte incandeſcat. Altera ex argento. Tertia ex Plumbo. Probatiſſima eſt Attica. Secunda Hiſpanienſis. Has ſequitur quæ fit Dicæarchiæ, id eſt, Puteolis, Baĳs, in Campania, & Sicilia. Plurima enim hiſce locis e flagrantibus laminis plumbeis gignitur. Quæ flauo colore ſplendet, Chryſitis appellatur, melior cæteris. Quæ in Sicilia, Argyritis. Quæ ex argento, Calabritis, Vis autem adſtringere, mollire, explere caua, excreſcentia in carne reprimere, ad cicatricem ducere, refrigerare, & occludere. Vritur Argenti Spuma, confractis partibus ad magnitudinem iuglandium, ita accenſa follibus. Abſtergitur inſidens ſpurcicia, & reconditur. Aliqui quater aceto, aut uino reſtinguentes, iterum urunt & eadem proſequuti, repo-
D nũt. Lauaẽ ut cadmia: ut Argyritidi nominatę, aut ſi deſyderet, alteri cãdor detur, ea in parteis magnitudine fabarum confracta, chœnicis atticę menſura, fictili nouo ſuperfuſa aqua, adiectis candidi tritici quatuor ſextarĳs, priuatimq; pugillo hordei, linteolo raro auribus uaſis alligato, coquitur, donec hordeum fractum dehiſcat. Deinde omnia in nouum craterem oris ampli transfunduntur. Triticum abĳcitur. Spuma argenti uehemẽter manibus affricando, aqua lauatur, afficcataq; in thebaico mortario teritur, affuſa feruente aqua, donec diſſoluatur. Excolata aqua, iterum tota die teritur, & ueſperi infuſa calida aqua ſinitur. Mane colis excernitur. Alia infunditur, atq; ter die excolatur. Id ſeptem diebus fieri ſolet. Poſtea additis ad ſingulas minas Spumæ argenti, quinis ſalis foſſilis drachmis, infuſaq; calida aqua, ter in die teritur, & addita aqua excolatur. Cumque inalbuerit, calida infunditur, dum nullam ꝑ ſus ſalſedinem reſipiat. Demum ardentiſſimo ſole ſiccata, eiecto prius humore, reconditur. Sin minus, mina Spumæ Argyritidis diligenter teritur, addito ſale foſſili trito, triplicato pondere, in fictile nouum conĳcitur. Aqua infunditur, ita ut ſuperemineat. Mouetur quotidie mane & ueſperi, aquaq; ſuperinfunditur, priore nequaquã effuſa. Hoc fit triginta diebus. Namq; niſi moueatur, craſſeſcit uſq; in duriciẽ teſtę. Poſt hęc effuſa leniter muria, in thebaico mortario Spuma argenti teritur: cõiectaq; in fictile aquam continens, manibus diligenter agitatur, mutata ſubinde aqua, donec nullum ſalſedinis indiciũ præbeat. Deinde quod

Hosted by Google

ex argenti Spuma candidum apparet, in uas aliud transfertur, & redactum in paſtillos, plumbea pixide conditur. Alij Spumam argenti in fabarum magnitudines confractam, in uentre ſuillo crudo ex aqua coquunt, dum uiſcus eliqueſcat, exemptamq; cum ſale pari terunt, & ut ſupra dictum eſt, lauant. Sunt qui ſalis libram unam, & Spumæ argenti tantundem in ſole terant, aqua continue mutata, dum candor ei detur. Alia ratio. Sumito quantamuis Argenti Spumam, ubi lana candida inuolueris, fictili nouo indita aqua, cum pugillo fabarum recentium, repurgatarumq; decoquito. Cumq; fabæ diſruptæ fuerint, lanaq; dealbuerit, exemptam Argenti Spumam, & altera lana inuolutam, iterum coquito, cyathum aquæ & parem fabarum modum adijciens. Eadem tertio quæ ſupra, facito. In ſumma, tantiſper dum lana iam non inficiatur. Inſuper transfundens in mortaeium, ad ſingulas ſalis foſſicij libras adijcito octogenas Spumæ Argenti drachmas atticas, & terito, intermittensq; nitri q̄ albiſſimi cum aqua diuiſi, drachmas quadragintaſeptem indito. Iterum terito, donec ſatis candoris contraxiſſe uideatur. Ita autem fundens eam ex alto in fictile oris ampli, adiecta largiore aqua, ubi conſidere deſierit, colato. Viciſſim eadem proſequere, dum pura aqua dulciſq; effluat, & nullam ſalſedinem præ ſe ferat. Poſtremo in fictile nouum translatam, colato ſenſim omni humore, ſoli quadraginta diebus, ſub caniculæ ſydus exponito, & ſiccata utitor. Elotam autem conſtat ad oculorum collyria prodeſſe, & ad cicatricum fœditates tollendas, ad rugoſas facies, & cicatricoſas, laceratasq; & macularum plenas. A B

BARBARI COROLL.

SPuma argẽti, hoc eſt, Lithargyros, diſtat a Scoria, quo a fęce ſpuma. Lithargyros, purgantis ſe materiæ uitiũ eſt, Scoria purgatæ. Tria Spumæ huius gña noſtri habent. Chryſitin: quæ fit ex ipſa uena, & eſt optima. Secundam Argyritin ex argento. Tertiam Molibditin, plumbi ipſius tuſura, quæ fit puteolis: & plærũq; omnes hi colores, in eiſdem tubulis inueniũtur. Quidam duo genera eius nouere, quæ uocant Stelerythida, & Peumenen, tertium Molibdænam: de qua diximus. Omnis autẽ Spuma, fit ex cocta ſua materia, ex ſuperiore catino defluens in inferiorem: eo ſublata uerruculis ferreis in ipſa flamma conuoluitur uerruculo, ut ſit modici ponderis. Eſt autẽ, ut ex ipſo nomine intelligi poteſt, feruęſcentis, & futuræ materiæ Spuma. Plí. li. 33. ca. 6.

ffert Argyrolithos a Lithargyro, ut in lapide Selenite diximus.

EX M. VERG. COMM.

OPeroſa græcis, ut uidetur Lithargyri ſui confectio fuit: licetq; præter argentũ ex plumbo etiã fieret, a meliore tamẽ metallo nomen ſeruauit. Compoſitaq; ex argento & lapide appellatione, ex qua præcipue fieret, ſubſtantiã græci indicauerunt, Lapidem, uenam eius metalli intelligentes: quæ conflata igne, ut in coctura omni fit, eam ueluti Spumã redderet. Latini coctu ræ eius euentũ, & quod ex ea fieret contemplati, eiuſdem metalli ſeruato nomine, Spumam argenti uocauerunt. Fuitq; non Plinio tantũ, ſed cunctis alijs Romani ſermonis primis auctoribus, in indicanda re hac propria & quotidiana ea uox. Nec dubitandum alicui eſt, non eſſe latinis argenti Spumam, quæ græcis Lithargyros eſt. Vnusq; ſatis in oſtendenda re Plinius erit, qui. 33. ſuæ hiſtoriæ uolumine, capite. 6. omnem Spumæ huius confectionem, diſcrimina, appellationes, coctura, loturamq;, & uſum ſimiliter huic docuit, Argenti Spumam ſemper appellans. Eritq; ſciptorem eum legẽtibus, in tota hac re non paruũ operæprecium. Multa enim anguſtius ab hoc ſcriptore dicta certius audient: & ex his quæ aliter ab eo traduntur, ſuſpicari in Dioſcoride male forſitan legi aliqua poterunt.



Hosted by Google

## ¶ De Ceruſſa. CAP. XCIIII.

C Ceruſſa fit hoc modo. Infuſo in urſeum oris lati, aut fictile labellū cū acerrimo aceto, laminam plumbeam ſupra fictilis ſpiraculū, ſubiecta prius arundinea tegete, firmato: ſuperiectisq; uelaminibus, ne halitum expiret acetum, ubi reſoluta fuerit, defluensq; deciderit, humorem purum ad ſumma delatum colato. Craſſamentumq; transfundito. Debet quoq; ſiccari in ſole, mox truſatili mola teri, alioquin tritum cribrari. Poſtea quod ſupereſt duri, in tenues partes redigendum, cribrandumq;. Viciſſim eadem tertio, quartoq; facienda. Melior quæ primo cribrata eſt, & medicamentis oculorum aſſumenda. Secundum locum tenet ſequens, & reliquæ ſuo ordine. Nec deſunt qui ligneam rudem in medio uaſe appendant, & ſupra cratem plumbum imponant, ita ut acetum non contingat, inditoq; operculo circumlinentes dimittunt. Poſt dies aliquot, laxato obturamento uiſunt. Cumq; reſoluta materia fuerit, reliqua ut ſupra diximus exequuntur. Si autem quis in paſtillos uelit digerere, aceto acri ſubacta diuiditur in paſtillos, qui in ſole ſiccantur. Aeſtate tamen ſupradictum opus obeundum eſt. Ita enim candida atq; efficax redditur. Quinetiam hyeme paratur, urſeis ſupra furnos, balnea, aut fornaces impoſitis. Aſcendēs enim calor, idem quod ſol præſtat. Laudatiſſimam fieri putant Rhodi, & Corinthi, aut Lacedemone. Proximā Puteolis. Torreē hoc modo. Flagrantibus igni carbonibus, fictili nouo, maxime attico, tritam Ceruſſam imponito, & aſſidue uerſato. Cumq; cinere um colorē traxit, eximēs refrigerato, & utitor. Eſt & aliud urendi genus. Trita patinis ſupra prunas imponitur, & ferulacea rude mouetur, donec ſimilis ſandarachæ fiat. Extractaq; ad uſus miniſtratur. Quæ uero ita parata eſt, Sandyx a quibuſdam dicitur. Lauatur Ceruſſa cadmiæ modo. Vis ei adſtringere, occludere, emollire & explere. Inſuper excreſcentia reprimere, & ad cicatricem perducere. Miſcetur cæratis & emplaſtris quæ liparæ uocantur, paſtilliſq;. Eſt autem lœtalis eius potus.

D

### BARBARI COROLL.

Plí. li. 34. ca. 18. Ceruſſa, hoc eſt, Pſymithion, colos eſt e candidis. Fuit & terra per ſe in Theodoti fundo Smyrnæ, ad nauium picturas ueteribus: de qua tamen in terra Melina differendum nobis eſt. Nunc omnis Ceruſſa ex plumbo & aceto fit. Sandyx uero ex Ceruſſa, ſi torreatur æqua portione rubrica admixta. Qq; Virgilius herbam uidetur intellexiſſe uerſu illo,

Sponte ſua Sandyx, paſcentes ueſtiet agnos.

Si Plinio, et Seruio grāmatico credamus, qui herbā dicit eſſe Sandycem. ex qua Sandycinus color fiat. Quidam pro colore ipſo acceptā a poēta Sandycem exiſtimant. Preciū Sandycis in libras aſſes bini, & ſemis, hoc eſt, dimidiū eius quod Sandaracæ. Paulus Sandycē, et Siricon, & Sericon uocari ſcribit. Syricon Aetius, & Plinius: hinc hodieq; Mauritani Sarcon eam nominant. Syricū inquit Plinius, factitius eſt colos, ex Sinopide ac Sandyce mixtis, quo Miniū ſubliniē, adulteraturq;. Nam Scyricū, aliud genus eſt, ut in Ceruleo noſtauimus.

### EX M. VERG. COMM.

DAnt gentibus Ceruſſam plumbariæ officinæ. Conficiuntq; eam huic ſcriptori eodē modo Plinius & Vitruuius: alter hiſtoriæ naturalis. 34. uolumine, capite. 18. alter ſuæ architecturæ. 7. cōmentario. Laudantq; ambo, & cunctis aliis præferunt Rhodiam; non tamen bonita-

Hosted by Google

tis eius censum per gentes ultra faciũt. Hic diligentior, & humanæ saluti certius, & ex professo consulens, post Rhodiam Corinthiam & Lacedæmoniam, & ab his quã Campaniæ Dicæarchia conficiebat, numerauit. Nec aliquid legentibus in Cerussæ confectione desyderandũ reliquit, q̃ dierum numerũ, quo operculatum & circumlitũ uas illud dimittendum sit. In prima siquidem confectione, donec solutũ fuerit plumbum. In secunda, δι' ἡμερῶν ἀφαιροῦσιν. &c. Quã partem deficiente dierũ numero, post aliquot dies, nos uertimus. Potuit quidem numerus ille huic scriptori librariorum incuria perijsse. Verumtamen Victruuius etiã nullo temporis certo decreto spacio (post certũ enim tempus tantũ ait) quæ a Dioscoride incerta relinquuntur confirmasse uidetur: essecq; tempus id, cum solutũ fuerit plumbũ. Plinius rem certius tractans, his uerbis rem docet. Fit & alio modo, addito in urceos aceti plumbo obturatos per decem dies. Credimusq; nos, & paulominus q̃ pro comperto testamur, diebus scriptoris huius adijciendum esse denarium Plinij numerum. Inconcinnus enim, & scriptore hoc indignus sermonis ductus ille est. Necq; enim δι' ἡμερῶν aliud, q̃ post dies, significat. Quæcq; a nobis, & ab alijs indefiniti numeri uox, aliquot, addita est, ad concinniorẽ sensum, & maiorem rei certitudinem addita est. Quemadmodum a principio capitis etiam, cum diximus (uentricosi id uasis genus est) græcorum Gastram certius indicantes, & uasis in medio tumentis formam ostendentes, qua olearij urcei nostra ætate passim uidentur. Quod Plinius intelligẽs, urceos in hoc ipso usu sæpe appellauit. Quã deinde hic μολιβδίνην πλίνθον imponendam uasis ori dixit, Barbarus cõmunem eius uocis æstimationem secutus, laterem plumbeum imponi iussit. Alter aptius, laminam plumbeam. Nos tegulam, cetiore adhuc, ut credimus similitudine, & græcæ uocis seruata significatione. Siquidem πλίνθου appellatione laterem quidem plærunq;, aliquando tamen omnẽ in ædificio necessariam figlinam, lateres scilicet, imbrices, tegulas, & si qua in hoc genere alia sunt antiquiores Græci uocauerunt: & ex tegularum similitudine hic plumbeam Plinthum dixit uasi huic superponendam esse, cuius patentius os lateris unius latitudine totũ tegi non poterit. Quinetiam in columnis architecti Plinthum nominauerunt, quod in earum basi spiris subiacet. Vtq; in superiore capitulo Abacus, sic in inferiore basi Plinthus est, exæquata latitudine ueluti tabula. Sunt & alia his similia in reliquo capite, quæ nobis & alijs eadem non sunt, legentium diligentiæ & censuræ relicta. A

## ¶ De Chrysocolla. CAP. XCV. B

CHRYSOCOLLA laudatissima Armeniaca, colorem Pori q̃ simillime reddens. Secundum locum sibi uendicat Macedonica: & proximum Cypria. Quo in genere præfertur pura. Damnatur quæ terram, aut calculos collegerit. Ratio lauandi hæc est. Tusam infusa aqua, mortario ex passa manu ad pilam uehemẽter fricato, & statim q̃ consederit colato. Alteram infundens aquam, rursum terito. Hæc uicissim prosequere, donec pura, syncæraq; spectetur. Dein siccato in sole, & ad usus recondito. Quod si urere uolueris, ex ea terens quod satis esse uidebitur, patinis supra carbones adponito, & alia facito quæ supra diximus. Dos Chrysocollæ ad purgandas cicatrices. Excrescentem carnem coẽrcet. Adstringit, purgat, excalfacit, & modice corpus mordendo exest. Inter medicamenta intelligitur, quæ uomitiones concitant, & necem inferre possunt. χρυσόκολλα

### BARBARI COROLL.

CHrysocolla, humor est in puteorum scrobibus, per uenã auri canalienſis defluens, crassescente limo rigoribus hybernis, usq; in duriciã pumicis. Laudatiorẽ eandem in ærarijs metallis, & proximã in argentarijs fieri compertum est. Inuenitur & in plumbarijs, utilior etiam auraria. Macedonicam Democritus æris similem ærugini describit. In omnibus autem ijs metallis fit, & cura multum infra naturalem illam, immissis in uenam aquis leuiter hyeme tota, usq; in Iunium mensem: dein siccatis Iunio, & Iulio: ut plane intelligatur nihil aliud Chrysocolla, q̃ uena putris. Natiuam duricia maxime distinguit, Vuam uocant: & tamen illa quoq; herba quam Luteam appellant, tingitur. Natiua est, quæ lino, lanæue ad succum bibendum tundi- Plí. li. 33. ca. 5.

Hosted by Google

Cturin pila: deinde tenui cribro cernit: postea molitur. Demū tenuius sic cribratū, quicqd non transmeat, repetit in pila: & iterū molitur: puluis semper in catinos digerit, ex aceto macerandus, ut omnis duricia soluat, ac rursus tundit, dein lauat in concis, siccaturq; Tum tingit Alumine fissili & herba supradicta, pingiturq; antequā pingat, nisi rapiat colorem. Addunt & Scytanum, & Turbystū. Ita uocant medicamenta sorbere cogentia. Cum tinxere pictores, Turesobi tin uocāt, Medici Acessin, quæ non sit tincta. Duo eius genera: pictoribus luteæ, quæ seruat in lomenta: & liquidę, globulis sudore resolutis. Vtrūq; in Cypro fit. Alij tribus eam gñibus distinguunt. Asperam, quæ taxat in libras septem. Mediā, quæ denarijs quinq;. Attritam, quā & Herbaceā uocant, quæ tredecim. Luteam porro dictā putant, ab herba cognomine, a qua etiā adulterat. Et em̄ Ceruleo uiridiue sublitā, & pro Chrysocolla inducūt, uilissimi gñis, fallacissi micq;. Creta æstimat sestertijs in libras. Nouitius est & anularius, sed candidus, quo muliebres picturæ illuminant ex Creta, & ipse admixtis uitreis gēmis ex uulgi annulis, unde & nomen. Chrysocollam in Hispania copiosissimā haberi narrāt. Sublinunt aūt arenosam, priusq; inducant atramēto, & paretonio. Hæc sunt tenacia eius, & colore blanda. Paretoniū quoniā est natura pinguissimū, & propter lęuorē tenacissimū, attramēto inspergit: ne paretonij candor pallorem Chrysocollæ afferat. Strauit Chrysocolla spectaculis circi arenā princeps Nero.

EX M. VERG. COMM.

DVplex antiquis Chrysocolla fuit, si Plinio in latinis, in græcis uero eius gētis medicis credendū est: Altera, quæ in cunctis fere metallis, laudatior tamē in ærarijs inueniret. Altera, quæ ut græcorum scriptores docent, rubro ære, & impubis pueri urina; ut autem Plinius monuit, Cypria ærugine, & eiusdem pueri urina addito nitro temperaretur. Hanc aurū operibus indu centes, agglutinando auro necessariam sibi uendicauerunt, ab hoc usu nominatā existimantibus cunctis. Siquidem nihil Chrysocollæ uox aliud, q̄ auri glutinū indicat. Metallicam cōtra illam medici sibi seruarūt. Naturalem, per uenas auri defluentem, crassescente limo hybernis frigoribus usq; in duriciem pumicis, de qua tantū hoc capite agitur: indeq; facto nomine. Quāuis ut antiquiores omnes testant, laudatior in ærarijs metallis flueret: proximaq; illi in argentarijs: postrema aūt in plumbarijs, quæ auraria priore illa uilior etiā esset: & nihilominus nomen illi ex auro factum est: ob preciū, bonitatesq; alias, deferentibus auro hunc etiā, ut credimus, honorē gentibus. Nihil metallicam Chrysocollam peritiores aliud esse tradiderūt, q̄ humorē per puteos metallorū defluentē, qui frigore, ut prēmonstratū est, in pumicis duriciem duret. Nec minus cura etiā fiat, sed multo infra naturalē illū, immissis per metallorū uenas aquis leuiter tota hyeme usq; in Iuniū mensem: dein eo tēpore siccatis, ut plane intelligatur, putrē metalli uenā esse Chrysocollā, colore uiridi: ob quā caussam hic primū laudauit, τῇ χροιᾷ κατακόρως πρασίζουσαν. quod redditū a nobis est, usq; ad satietatem uirentē. Satietatē intelligētibus, q̄d abundet, & ex copia facto fastidio minus placeat. Nec ultra id quicq; adiecimus, totidē huic scriptori uerbis rem ostendētes. Cæteri interpretes quæ ab eo non dicunt, plæraq; addiderūt. Alter ad Porri colorē contracta re, ratus πρασίζειν uerbū, quoniā græcis πράσον Porrū sit, eius oleris colorē tantū indicare: cum tamen oēm uiredinē eo uerbo græci indicent: hoc uno ut cætera omittamus, indicio, q̄ πρασιὰς in hortis uocat ea gens, cōsitas oleribus, ideoq; uirentes areas. Alter ex Plinio longius, q̄ oportebat rem descripsit: qui. 33. uolumine, capite. 5. Chrysocollæ huius bonitatē indicans, ait. Summa cōmendationis est, ut colorem herbæ segetis lętæ uirentis, q̄ simillime reddat. Quæ tota, τοῦ κατακόρως πρασίζειν in scriptore hoc summa est. Potuit ille sui auctor, non alieni operis interpres, qua magis placuit rōne, quod scribebat docere. Interpretem contra auctoris sui uestigijs inhęrere oportuit: ne frustra cogeret aliquādo herbā, & uirentes leras segetes, quę nullæ in scriptore hoc sunt, aliqs quęrere. Hęc est Chrysocolla illa, qua Romanæ historiæ scriptores, stratum a Nerone circū maximum dixerunt, qua die concolori panno aurigaturus esset. Bonitatis Chrysocollæ censum per nationes aliter Plinius, quo diximus loco tradidit. Reliquit enim Cypriam: & pro ea largissimā in Hispania inueniri ait. Victruuius septimo suæ architecturæ libro, pingendis parietibus, forte utiliorem solā Macedonicam laudauit. Verba eius sunt. Chrysocolla apportatur a Macedonia. Foditur autē ex his locis, qui sunt proximi ærarijs metallis. Quotidianus & multus fuit quondā in pingendis triclinijs, cubiculis, & porticibus Chrysocollæ usus: quoniā syluarum, & uirentis agri modo oculis color eius blādiret: quemadmodū nūc etiā, sed alio colore, uiridi scilicet creta, passim fieri uidemus. Quod superest, unū adhuc monebimus: contra aliorū æditiones a nobis redditum, quo loco scilicet hic ait, habere Chrysocollā δύναμιν συγκτικὴν, ut fere in cunctis legitur, ὀυλων, quæ uox cicatricū, significat. Ideoq; ab illis, Valet cicatrices exterere, et ad purgādas cicatrices, locus red-

Hosted by Google

ditus est. A nobis aũt, ad extergenda ulcera, cõtracta res fuit. Habuimusq; in ea diuersitate au ctores, ueterũ primo & melioꝝ codicũ fidem: in qbus ἑλκῶν, id est, ulcerũ, non οὐλῶν, id est, cicatricũ legitur. Mox Paulũ Aeginetam. 6. suae medicinae libro testatũ, ἕλκεσιν κακοήθεσιν ἁρμόττειν, id est, dolosis et maleficis ulceribus accõmodatam esse. Et si recipiendũ sit, quod quadamtenus simile fuerit, Plíniũ etiam qui eodem loco ait. Vsus Chrysocollae, & in medicina est ad purgan da uulnera, non adeo dissimili ulcerum & uulnerum natura euentuq; : ut non possit hoc etiam ueluti teste, quod dicimus confirmari. Adiiciemus praeterea, ne suspiciones nostras etiam relin quamus : non penitus ab re forsitan fore cicatrices legi, non tamen simpliciter, sed oculorum. Quoniam idem eodem loco Plinius dixerit, Miscetur & collyriis ad oculoꝝ cicatrices. Quod si recipiendum sit, periisse oculorum uocem eo loco constituendum erit. Verumtamen nullibi in graecis inuentis oculorum cicatricibus aliquibus, & in probatioris fidei inuentis ulceribus, accedente Pauli testimonio, in ancipiti illud elegimus. A

## De Armenio lapide. CAP. XCVI.

ARMENIVS lapis praefertur laeuis, colore ceruleo, perq; aequabilis, calculo carens, & friabilis. Eadem quae Chrysocol la praestat, sed inefficacius. Quinetiam usum habet ad pilos in palpe bris alendos. ἁρμένιον λίθον

### BARBARI COROLL.

ARmeniũ, siue lapis Armenius, & Armeniacus, inter colores floridos uocatos deponitur. Sunt aũt Colores floridi, qs dominus fingenti pstat, Miniũ, Cinnabaris, Chrysocolla, Indicũ, Purpurissum. Ideo eñ q; precioſi sunt, legibus excipitur, ut a domino, non a redẽptore repraesentent. Caeteri austeri nominant. Armenia hũc mittit. Lapis est Chrysocollae modo infectus : optimũq; est quod maxime uiret, cõmunicato colore cum Ceruleo, in libras tricenis quondã nũmis. Nunc inuenta per Hispaniã arena, quae similem curã recipiat, ad denarios senos utilitas redijt. Distat a Ceruleo candore modico, qui teneriorẽ Armenio colorem efficit. Differt sine dubio ab Armenio, ea gleba quã Bolon armeniam uocamus, dicendam inter Cretas. Plí. li. 35. ca. 6.

### EX M. VERG. COMM.

MIttebat quondã Armenia sui nominis lapidem hũc. Chrysocollae modo is infectus erat, colore maxime uiridi, sed cum Ceruleo cõmunicato. Idq; est qd hic ait, καὶ τὸ χρῶμα κυάνου μαλόντε. Vertimusq; nos, in quo ceruleus color aliquis est, & aequaliter cõmunicato sibi eo colore splendet. Meminit Armenij Victruuius etiam libro septimo, sed ut doceret tantũ, quem in architectura, & pingendis parietibus usum quondam habuerit. B

## De Caeruleo. CAP. XCVII.

CAerulei origo ex aerarijs metallis in Cypro. Copiosius ex ha rena littorali, secundum quosdam sub cauatos specus maris in uenitur, quod magis probatur. Eligi debet merum. Vritur ut Chalcitis. Lauatur ut Cadmia. Vim habet reprimentem, & modice erodentem. Crustas gignit, & exulcerat. κυανός

### BARBARI COROLL.

CEruleum, siue lapis Ceruleus, hoc est, Cyaneus a Theophrasto, Galenoq;, Cyanos masculino & foeminino genere pronunciat. In argenti & auri metallis fit, sicut & Sil: de quo prius ut agatur, cõmodius est. Color Sili, ut Ochrae luteus : qui tamẽ cremato Sile marmoroso, ace toq; restincto, abit in purpureum: quod nos experti sumus, & testantur Victruuius, atq; Plíni us. Optimũ Sil, quod Atticũ uocatur. Preciũ in pondo libr. 22. Proximũ Marmorosum, quo tantũ utuntur ad abacos: quoniam marmor in eo resistit amaritudini calcis. Hoc subdimidio Attici precio est. Tertium genus est pressum: quod alij Scyricum uocant, ex insula Scyro. Iam quidem & ex Achaia, quo utunt ad picturę umbras. Cuius preciũ sextertij bini, uel octoni. At quod uocatur Lucidũ, uenit e Gallia, precio Scyrici dupondijs detractis, quo & Attico utuntur ad lumina. Effoditur & ad uigesimũ ab urbe lapidem in montibus: quod quidem crematũ adulteriũ est pressi. Deprenditur amaritudine, & quoniam resolutũ est in puluerem. At Ceruleum non limus, sed lapis, & harena est. Huius genera tria ueteribus fuerunt. Aegyptiũ, quod ad syncera, meracaq; lomenta maxime probaretur. Scythicum, ad dilutiora : & enim hoc di- Plí. li. 33. ca. 13.

Cui facile. Cumq; teritur, in quatuor colores mutatur, candidiorem, nigriorem, craſſiorem, tenuiorem. Qꝛq; hoc Ceruleo in commune Theophraſtus, non Scythico ſolũ tribuit. Tertium quod & præferebaꝫ Scythico, Cyprium. Adulteratur aũt Aegyptium, ut idem Theophraſtus ait, quodã genere, idq; in gloriã regis Aegyptij adſcribiꝫ, qui primus tinxit. Alio loco Plinius hęc tria Cerulei, ſiue Cyanei faſtigia, Aegyptiũ, Scythicum, et Cypriũ, inter gemmas, neſcio q̃ recte collocauit, ut in caſtigatione Pliniana indicauimus. Etenim ſcire oportet, Cyanon etiam gemmã eſſe proximam, & germanã laſpidi. Ea uero, de qua hic agitur, metallicam & arroſam eſſe. Ea res peperit errorem ſcribentibus, ut utrũq; genus pro uno ceu obliti confunderent. Ac ceſſit his Puteolanũ, & Hiſpanienſe, harena ſimiliter ibi cœpta confici. Victruuius Ceruleũ aiꝫ fieri, harena cum nitri flore in farinã cõtrita, & æris Cyprij ſcobe admixta factis orbiculis: qui ſiccati urceo fictili condunꝫ in fornace, ut conſudent, atq; ita Ceruleũ colorem pręferũt. Tingitur aũt omne Ceruleũ, & in ſua coquiꝫ herba, bibitq; ſuccũ. Reliqua curatio eadem, quæ Chryſocollæ. Ex Ceruleo fit quod uocatur Lomentũ. Perficitur id lauando, terendoue. Et hoc eſt Ceruleo candidius. Precia eius. 25. in libras. Cerulei. 18. Vſus in Creta, calcis impatiẽs. Nouiſſime ſuperuenit Neſtorianũ, ab auctore Puteolis id curante. Fit ex Aegyptij leuiſſima parte. Preciũ. 40. in libras. Idem & Puteolani uſus, pręterq; ad feneſtras. Vocant Cyllon. Eſt & ſubtiliſſimũ genus Lomẽti, quinis aſſibus taxatũ, q̃d Atticũ uocant, hoc eſt, ut puto λείωμα. Qꝛq; Lomentũ ipſum a Theophraſto λείωμα dici uideo. Cerulei ſynceri experimentũ, in carbone ut flagret. Fraudaꝫ uiola arida decocta in aqua, ſuccoq; per lintheũ expreſſo in cretã erethriam. Sile primi inſtituere pingere Polygnotus & Mycon Attico dũtaxat. Hoc ſecuta ætas ad lumina eſt uſa. Ad umbras aũt Scythico, & Lydio. Lydiũ Sardis emebaꝫ: q̃d nũc, ut aiꝫ Plinius, obmutuit. Difficillime teriꝫ Sil. Ab hoc, ut arbitranꝫ aliqui, Silatum uinũ: quod & Sil uocaꝫ, & Silaceus color. Sil & Auſonius poẽta nominat, latiaris, an peregrina ſit uox addubitans. De uino Sil, Cornelius mentionẽ habet. Silatũ porro & lentaculũ, & prandiculũ dicebant: quoniã ieiunis & ante prandiũ uinum bibere meracũ moris eſſet. Auctor Feſtus. Ob id Græci Dianeſtiſmon, & Acratiſma id appellabant. Sunt qui a Seſeli, quod Tordilon & Sile dicitur, Silatum uinum deriuent. Sed auctorem nec ꝫ ullum habent. Erat autem ientaculum, ut Athenæus tradit, buccea ex uino: quod genus barbari, a uino & pane Vippam uocant.

## EX M. VERG. COMM.

DColorum duplex quondam, quemadmodum & noſtra ætate, ratio fuit. Naſcuntur enim aliqui, & exigua aut nulla hominis opera ad temperaturam indigent. Finguntur contra aliqui, & ſine hominis opera nulli ſunt. Naſcuntur Ochra, Minium, Chryſocolla, & plæriq; alij. Fingebantur autem quondam atramentum, ærugo, hyalos, pluresq; alij, quibus ſimiles noſtræ ætatis pictura, nunc etiam multos alios fingit. Facileq; erit uolentibus antiquorum in his temperaturas, confectionesq; omnes a Plinio & Victruuio audire. Ceruleum in utroq; genere quondam fuit. Naſcebatur enim & fingebatur. Illud in metallorum fodinis, præſertimq; æris: in quo genere Cyprium hic cęteris anteponit: Hoc littorali harena, nitro, æreq; ui ignis excoctis eoſdem in pictura habebat uſus. Fuitq;, ut fere omnium in natura rerum fortuna eſt, multiplex Cerulei bonitas, ex nationibus confectionisq; temperatura ab antiquioribus obſeruata. Quæ omnia a duobus illis ſcriptoribus certius docenꝫ: ab altero naturalis hiſtoriæ. 33. uolumine, cap. 13. ab altero. 7. ſuæ architecturę cõmentario. Quæ potuiſſent, debuiſſentq; a nobis repeti hoc loco, niſi ꝫſdẽ uerbis cuncta illa in Corollario ſuo Barbarus collegiſſet. Nec eo ſecius noſtra hæc legentes hortamur, hiſtoriæ pigmentorumq; diſciplinæ huius magiſtros ſibi antiquos ſcriptores illos potius feciſſe. Intelligent enim certius, quid nam in Ceruleo hic dixerit. Naſci in Cypro, in ærarijs fodinis, & ex littorali harena copioſiſſimum fieri Ceruleum: quod in toto hoc capite præcipuum eſt.

## ¶ De Indico. CAP. XCVIII.

Indici duo genera. Vnum ſua ſponte naſcitur, tanquã ſpuma germinatione, Indicis harundinibus exiens. Alterum infectoriæ dant officinæ. Et eſt ſpuma purpurea innatans cortinis, quam detractam artifices ſiccant. Optimũ exiſtimatur, quod Cærulei ſpeciem præbet, ſuccoſum, & læue. Inter medicamenta eſt quæ uelociter adſtringunt, & inflammationes, tumoresq; rumpunt. Purgat & reprimit ulcera.

Hosted by Google

BARBARI COROLL. A

INdicum Ceruleo proximum est, ex India nō pridem, ut Plinius inquit, apportari cœptum: cuius precium in libras. 17. alibi denarios uiginti reddit, inexploratę sibi hoc inuentionis fuisse tradens, & inter Cerulei genera constituens. Ratio in pictura, ad incisuras, hoc est, umbras diuidendas ab lumine. Quod ex India inquit uehitur, harundinū spuma est, adhærescente limo, cum teritur nigrū. At in diluendo mixturā purpuræ, Ceruleiq; mirabilē præsentat. Alterū spuma est purpurę. Adulcerant uero Indicum, stercorā columbina, uel cretā selinusiam, uel anularia uitro inficientes, ut Victruuius ac Plinius testātur. Probatur carbone. Reddit em̄ sincerū flammā, excellentis purpuræ, & dū fumat, sapit mare: ob id quidā ex scopulis id colligi putār.

EX M. VERG. COMM.

VNum tantum Indici genus ostendi nūc potest: neq; antiquum forte illud qood ab Indis in quibus nascitur nomen sibi fecit. Alterum ex quo desiit tingi purpura, nullum inter gentes est. Nouerunt nunc omnes Indicum, quem nostra ætas habet, eamq; ob causam in uulgari re nihil ultra nobis laborandum.

## De Ochra. CAP. XCIX.

OChram leuissimam, & uehementer luteam eligere oportet, meram, & aliena materia uacantem, non lapidosam, friabilem, natione Atticam. Vritur hæc, & lauatur cadmiæ modo. Vis eius adstringere, erodere, collectiones & tubercula dissipare, Excrescentia in carne reprimit. Caua cum cærato explet. Et articulorum tofos comminuit.

BARBARI COROLL.

OChram, Luba tradit in insula rubri maris Topazono gigni. Sed inde non peruehitur ad nos, inquit Plinius. Ochram si quis interpretari cupiat, Luteam aptissime conuerterit. Nisi Lutea ut herbæ & Chrysocollę geuus esset. Exoleuit inquit Attica Ochra Victruuius. Inueniebatur autem tum multis locis etiam in Italia. Plī.li.35. cā.6. B

EX M. VERG. COMM.

APallore nomen Ochræ antiquitas fecit. Terra ea est quæ quondā in Attica laudatissima fodiebatur. Vtq; illi precium & honor in pictura maximus fuit, sic nostræ & uulgari multiplex & sine honore aliquo usus est. Quos habuit & habet in medicina usus hic docuit: quos autem in pictura, pictores iampridem quotidiana tractatione nouerunt.

## De Cinnabari. CAP. C.

HAllucinantur qui Cinnabarin Minio eandem esse existimant. Minium em̄ in Hispanijs ex lapide quodam argenteæ harenæ permisto, temperari solet. Alioqui non dignoscitur. Fornacibus autē in florentissimum flagrantissimumq; colorem permutatur. In metallis uero strangulantem halitū eructat. Itaq; facies incolæ uesicis obuelant, ut per illas spectent, nec respirando noxium ăerem attrahant. Ea pictores ad sumptuosa parietū honestamenta utuntur. Cinnabaris, quæ ex Aphrica defert, magno constat. Hactenus inuenitur, ut uix uersicoloribus pictorum lineis satisfaciat. Densum, nec dilutum colorem reddit. Quare quidā Sanguinē esse draconis existimauerunt. Vim habet Cinnabaris Hæmatitæ lapillo eandē, uerum efficaciorē. Conuenit ad oculorum mendicamenta. Magis em̄ adstringit, & sanguinē cohibet. Ambustis igni, & papularum eruptionibus cærato excepta medetur.

BARBARI COROLL.

CInnabari ueteres usi sunt ad monochromata, hoc est, ad ea quæ coloribus singulis pingebantur. Adulterātur sorbis tritis, aut caprino sanguine. Preciū sinceræ nummi quinquaginta.

C Est autem Cinnabari, siue Cinnabaris, uera sanies draconis elisi, elephantorum in pugna com
morientium, pondere permixto utriusq; animalis cruore. Nec q; alius est color qui in picturis p
prie sanguinem referre possit. Pinxerunt & ephesio Minio: ubi primum id repertum est, autore
Theophrasto, ac Victruuio. Vtrumq; omissum est, inquit Plinius: quia nimis acre existimaba
tur. Tum quia curatio magni operis erat, ideoq; transiere ad Rubricam, & Sinopidē. Minium
sane inter pigmenta magnæ autoritatis fuit: quando & Iouis ipsius simulachri faciem, festis di
ebus miniandam censores locabant. Triumphantium quoq; corpora, Minio lini solita legun
tur. Ideo & in unguenta triumphalis cœnæ addebatur. In Aethiopia & totos tingi proceres, &
Deos, hoc colore moris fuit. Inuentū Theophrastus tradit, hāc multo ante se a Callia athenien
se, initio sperante, aurum posse excoqui harena rubente in metallis argenti. Reperiebatur tamē
inquit, iam tum in Hiberia (malo enim ita q; in Hispania conuertere, ut in castigatione Pliniana
diximus) sed durum & harenosum. Item apud Colchos in rupe inaccessa, decutiendum sagit
tis. Sed id esse adulterum. Optimum autem supra Ephesum. Clibianis agris Iliba Minium seri
psit nasci, & in Carmania & Aethiopia Harenā illam Ephesi, quam diximus Cocci colorem ha
buisse, prædicant. Hanc teri solitam: dein lauari, & quod subsidat, iterum lauari. Differentiam
artis esse: qua alij Minium faciunt prima lotura, apud alios dilutius id esse: propterea q; Plysma
dici: sequentis autem loturæ optimum. Minij uenæ Romam ex Hispania signatæ perferebantur, ad dena milia fere pondo annua. Romæq; lauabantur, statuto lege precio, septuaginta in li
bras, officinis eius, inter ædem Floræ & Quirini positis. Atq; hoc uerum erat Minium. Quod
uero Dioscorides commemorat, adulterinum ac deterius. Namq; est alterum genus, in omni
bus fere argentarijs, & plumbarijs metallis, qnod fit exusto lapide uenis permixto. Non ex il
lo, cuius uomicam liquoris æterni Argentum uiuum nominant, sed alijs simul repertis, qui ste
riles etiam sunt plumbi: nedum argenti. Tales cremati tunduntur in farinam: & hoc est secun
darium Minium, perq; paucis notum, multum infra naturale illud fabulum. Hoc ergo adulte
D ratur Minium in officinis: unde præda societati. Item Syrico. Sublimi autem Syrico Minium,
compendij ratio monstrauit, & alio modo furtis opportunum erat: pictoribus plenos subinde
penicillos abluentibus. Sidit enim in aqua Minium, constatq; furantibus. Sincero Cocci nitor.
Secundarij autem splendor in parietibus sentire debet imaginem: quanq; hoc rubigo quædam
metalli est. Sisaponensibus autem miniarijs in Betica, unde ad nos nec aliud fere inuehebatur,
suæ uenę. Harena excoquitur, sine argētoq; eæ, contra quam alijs regionibus. Idq; celerrimum
auri modo probatur ferro, & melius auro candente: fucatum quod est, nigrescit. Sincerum re
tinet miniaceum colorem. Inuenio & calce adulterari. Solis atq; Lunę contactus inimicus. Vin
dicatur ab hac iniuria, si parieti siccato, cera punica cum oleo liquefacta candens, setis inducatur. Iterumq; admotis gallæ carbonibus, aduratur ad carbonem usq;, postea candelis subiga
tur: ac deinde linteis puris, quo modo & signa nuda marmorea nitescunt: quæ Loricatio græ
ce appellat Coniasis. Autor Victruuius. Miniū in uoluminū q; scriptura usurpat, clarioresq;
literas, uel in auro, uel in marmore etiā in sepulchris facit. Int uenena esse Miniū nemo dubitat.

EX M. VERG. COMM.

CRedidit Plinius contra q; hic testatur, saniem draconis elisi elephantorum morientium pō
dere, permixto utriusq; animalis sanguine Cinnabarim esse. Nec solus credidisse id uidetur: cū
hic plures idem sibi etiam persuasisse testetur. Quod ex grauiore Cinnabaris precio factum fu
isse uerisimile est, dum nouitate & miraculo aliquo mercium suarum precia augere mercatores
conantur. Verumtamen arguendo tam impudenti eorum mēdacio satis unus hic scriptor sit,
qui totius naturæ peritissimus, qualis uera Cinnabaris sit, optime cognouisset, & saluti huma
næ consulens, non id tantum monuerit, sed falso etiam existimari Minio eandem Cinnabarim
esse. In quo decæptos quondam fuisse, & decipi adhuc posse homines non adeo difficile fuit &
erit. Rubent enim ambo, & in pictura eundem tunc habebant usum. Discrepant tamen, ut hic
docet, nationibus: q; altera ex Libya, alterum ex Hispania quondam afferebatur: & illa in me
dicinæ usum, hoc inter uenena, aut ueneni saltem maleficium habentia receptum fuerat. Vtri
usq; seruantur nostra ætate nomina. Habetq; gens nostra quo passim utitur, uerbum miniare,
a Minij colore factum: quo pingi, uariariq; libros, & librorum titulos eo colore dicat. Habent
Cinnabaris nomen omnes in nostro orbe fere gentes: quo non rem, sed colorem illum indicēt.
Qui enim nunc ruber color eum habet usum, ex argento uiuo conficitur: quemadmodum ex
Minio argentum uiuum. Quod rotum nouerunt qui hæc tractant: ideoq; a nobis aliud agenti
bus relinquenda huiuscemodi sunt. Satis enim legentibus erit, ex scriptore hoc didicisse, quale
utrumq; fuerit, & qua ratione inter se differant: tamq; nunc ueram Cinnabarim uidisse homini

Hosted by Google

difficile esse, cp quondā Minium facile erat: cuius quotidianus usus & tractatio Romæ quondā fuit, ex Hispania per redemptores eius metalli, ut illic curaretur, allati. Relictum in Cinnabaris & Minij huius historia non procul a principio spacium a nobis est, uitijcp nota signatus locus: quoniam male sequax uerborum & rei ductus illic esset: exigeretcp sibi aliquid, quod ad discernendam a Minio Cinnabarim antea dictum pertineret: a quo statim hic inferret, aliter nō posse cognosci. Siquis aūt totam Minij confectionē, temperaturam, uitia, bonitates, & usum audire optauerit, Plinium & Victruuium auctores habebit: quorū alter. 33. suæ historiæ uolumine, capite. 17. alter suæ architecturæ cōmentario. 7. longius omnia illa prosecuti sunt. A

## ¶ De Argento uiuo. CAP. CI.

ARgentum uiuum fit ex Minio, quod abusiue Cinnabaris dicitur. Patinis fictilibus, imposita ferrea concha Cinnabarin continente, & calice coōperta, argilla superlita, carbonibus succendunt. Siquidem detersa fuligo, quæ calici insidet, refrigerata in Argentum uiuum cōit. Quinetiam inuenitur in argenti fodinarum tectis, stillatim concretū. Alij per sese in metallis inueniri tradunt. Seruatur in uitreis, aut plumbeis, aut stagneis, aut argenteis uasis. Siquidem aliam materiā omnem exedit, & defluere facit. Potum uim pernicialem habet. Suo em̄ pondere interna exest. Remedio est lac multū subinde potum, & uomitionibus reiectum, aut uinum cum absinthio, aut apij decoctum, aut semen ormini, aut origanum, uel hyssopum cum uino. Auri limata scobs, id est, ramentum cptenuissimum epotum, mirabili est auxilio. B

ὑδράργυρος

## BARBRAI COROLL.

HYdrargyros, siue Hydrargyron, ex Minio fit tantum secundario. Aposspermatismū Draconis non desunt qui uocent in arte chymica Hydrargyrum: ut fel Draconis Hydrargyrum, quod e stanno fit, & quod ex auro Discū solis. Fit & ex marmore, ut Victruuius refert Argentumcp id uiuum nominat. Sudor calici detersus in confectura Hydrargyri liquorem aquæ habet, argenteo colore: unde nomen Hydrargyro. Idem guttis facile diuiditur, & lubrico humore confluit. Hydrargyro quemadmodum & Argento uiuo argentum inauratur solum, nunc prope. Cum & in æra simili modo aurum duci legitimum quondam fuerit. Sed alia ratio inuenta est e uiliori materia, ut paulo post dicemus. Quæ aūt hic de noxa Hydrargyri a Dioscoride scribuntur, Plinius Argento uiuo tribuit. Credo Hydrargyri genus haberi duplex. Factitium, quod proprie Hydrargyron dicatur: & Metallicum, cui sit Argenti uiui nuncupatio dicata. Est aūt Argentum uiuum, argentei liquoris uomica: qui in lapide in uenis Argenti reperto, inuenitur: qui & ipse in Argentū excoquitur, & Achrosyalon priuatim uocatur a Chymistis. Quamcp & pro Scitherite lapide Aphrosyalos ab ijs accipitur. Venenū rebus omnibus est Argentum uiuum. Omnia ei innatant, præter aurum. Id unum ad se trahit mere: ideo & optime purgat, cęteras eius sosdes expuens crebro iactatu fictilibus in uasis. Ita uitijs eius abiectis, ut & ipsum ab auro discedat, in pelles subactas effunditur, percp eas sudoris uice defluens, purum relinquit Aurum. Ergo & hoc cum æra inaurantur, sublitum bratteis, pertinacissime retinet: uerum pallore detegit simplices earum, aut prætenues: qua propter id furtum quærentes, oui liquore candido usum eum adulterant: mox & Hydrargyro. Inaurandum uero æs cruciatur ignibus, accensumcp restinguitur sale, aceto, alumine: postea exarenatur, an satis recoctum sit splendore deprēdente. Iterūcp exhalatur igni: ut edomitū, mixtis pumice, alumine, Argento uiuo inductas bratteas accipiat. Argentum uiuum non large inueniri solitum affirmant. Candidum id, & fugaci corpore, nec uscp consistens. Omne tamē corpus fusile recipiens atcp in se contrahens. Qui Metallicas species adulterant, & Chymistæ a fundendo appellantur, siue a succis quos herbarū maxime conquirunt, immutant rebus nomina: siue ut alijs maligne occultent, in quibus ipsi hallucinantur: siue ut præstigias suas uelut quædam mysteria uenerabiliores faciant. Argentum uiuum Hermem, hoc est, Mercurium appellant. Sed aliter quam Græci Aurum Solem, Argentum Lunam, & alia fere ad hunc modum omnia. Multos hue

Plin. li. 33. ca. 6. & 8.



Hosted by Google

CAuaricia ſola compulit fruſtra, nondum inuento, qui non oleum et impenſam perdiderit: ut de iis iure dici poſſit quod Demetrius Phalereus in eos cauillatus eſt, qui aurum per cauernas ſcrutantur, & in eā ſpē patrimonia ſua cōferunt & abſumunt. ἃ μὲν ἐμέλλον ὄνκ ἔλαθον, ἃ δ' εἶχον ἀπέβαλον. hoc eſt, quę capere debuerant, non cœperunt: quæ poſſidebant, amiſerunt, ut Athenæus, et ante ipſum Strabo meminit. Argentum eos uiuū p̄cipue torquet, indignantes tam proximam argenti probi ſpem elabi manibus, nec ſpiſſari, aut inhiberi motum eius ullo fere modo poſſe. Argentū q̄dem iam tingitur tam ſimili colore auri, ut nec marculo, nec coticula, nec pondere, nec alio q̄ſ lateris & ignium argumento deprehendatur. Quæ probatio Cōmentitia & Cupellaria uocari ſolet: qm̄ cōmētū illud laterculis, hoc eſt, in cuppa uratur. Malū hoc iam latę patet: nec Auaricia ſolū, aut Luxuria cenſenda, ſed puerilis quędā uanitas, & oſtentatio diuitiarū ludicra, totis abacis ex hoc adulterio, uel principū epulas ornantibus. Hinc paſſim moneta falſa cuditur, præſertim Veneta: maiore furto, q̄a nullum ſit aurū, uel argentū Veneto ſincerius. Prę-fertur omnibus numis orbe toto Venetus. Huic crimini, Decemuiralis poteſtas, non aliter q̄ſ aut leſæ maieſtatis, aut uiolatæ religionis obiecta eſt. Nihil ferę tū, aut graues pœnæ fontibus conſtitutæ, aut im̄enſa prę̄mia deferentibus propoſita iuuere. Non erat prius cautum, ne cuiliceret metalla cruciare. Monetarios tantum leges oderant, Chymiſtas eſſe patiebant. Hoc ipſo anno quo hæc prodimus, Chymiſtas quoq; ipſos capitales fecere: ſimul ut occaſionem ſceleris adimerent: ſimul, ne quis ætatem ſuam tereret in follibus & uſtrinis et capunculis futilibus, quę iam conuicio deſidiæ Choridiola, ſiue Scoridiola græce nominantur.

EX M. VERG. COMM.

STare loco neſcit, micat, tremitq̄, & ſuo pondere hac & illac facile fertur Argentum uiuum. Vnāq̄ hanc rationem in eo contemplati ueteres Romani, inſenſibili alioquin rei, uitæ ſenſum Argento huic tribuerunt, uiuum uocantes. Græci ediuerſo non motum, ſed fluidum & aquoſum eius habitum admirati, Hydrargyron, quaſi aquoſum argentum nominauerunt. Omnes tū cōmuni conſenſu in Argenti cenſu id conſtituerunt: uel q̄ candore ſuo ſimile argento ſit: uel quod magis ueriſimile eſt, quoniam in argentarijs metallis cū argento inuenitur: uel q̄ priuatim & per ſe ſimilem argento uenam & uomicam habet. Fuit enim hoc primum Argentum uiuum in metallis natum, & a natura gentibus datum. Quo deficiente, ut fuit ſemper urgente ne ceſſitate aliqua ingenioſa humana gens, fingi cœptum eſt, et ex alijs metallis artificioſe cōfectū. In quotidianos uitæ uſus pro illo conceſſit. Quo magis miret aliquis ſcriptorem hunc, a fictitio hiſtoriam Argenti uiui incœpiſſe, quam Plinius a naturali. 33. uolumine, cap. 6. auſpicatus fuerit his uerbis. Eſt & lapis in his uenis, cuius uomica liquoris æterni Argentū uiuū appellat. &c. Et cum longius de eo egiſſet, fictitium ex Minio eiuſdē uoluminis, cap. 8. docuerit, hic tū artem naturæ antepoſuit: nec ſcimus, an bonitatem, efficacioreſq̄ in fictitio q̄ſ in natiuo uires hac ratiōe mōſtrare uoluerit: habereq̄ in artibus & medicina fictitiū aptiorē natiuo uſum. Duplex ex his quæ p̄monſtrata ſunt Plinio Argenti uiui genus eſt, huic uero triplex. Fictitiū ex Minio, quod in foſſura argēti inueniū. Et quod per ſe metallum eſt, perpetua liquoris uomica a Plinio fluere dictū. Eſt prę̄ter hęc quartū etiā genus, eodē fere quo ex Minio modo ex marmoris fragmētis & aſſulis quæ marmorarij diſcīūt, factum. Docet id a Victruuio quo pauloante dixi mus loco. Quæ conficiendi id ratio quoniam multiplex eſt, & longa rerum ſerie tractatur a nobis, legenda in eo ſcriptore uolentibus relinquitur.

DDe Rubrica, ſeu Minio ſinopico. CAP. CII.

μίλτος σινωπικὴ

MInium ſinopicum maxime probatur graue, denſum, ad iocineris imaginem uergens, calculorum expers, concolor, in reſoluti one ſuccoſum. Effoditur in Cappadocia ſpelūcis quibuſdam, expurgatumq̄ defertur in Sinopen urbem, in qua uenditur. Vnde cognomentum accępit. Vim habet exiccatoriam, quaſi inducendo obſtruentem, & adſtrictoriam. Quapropter uulnerarijs emplaſtris, & paſtillis exiccātibus, & adſtrictorijs commiſceri ſolet. Aluum ſiſtit, in ouo ſumptum, aut clyſtere infuſum. Datur iocineris uitio laborantibus.

BARBARI COROLL.

Pli. li. 33. ca. 7. RVbrica Sinopis, quam Celſus Minium Sinopicum appellat, inuenta primum in Ponto

Hosted by Google

dicit. Nascitur Rubrica & in Aegypto, & Balearibus, & Africa: sed optima in Lemno & Cappadocia: ut in mentionibus duabus proximis indicabitur. Species Sinopidis, aut Sinopicæ tres. Rubra. Et minus tubens. Et inter has media. quæ præfertur omnibus: quia minus adulteretur, ob id & Autarcen uocari Theophrastus eam prodidit. Preciũ optimæ in libras. 12. denarij. Vsus ad penicillũ, aut si lignũ colorate libeat. quę plus rubet, utilior est abacis. Idem preciũ eius, quæ Pressior uocat, & est maxime fusca. Vsus eius ad bases abacorũ. In medicina quoq; blandus emplastris & malagmatis, quæ dicunt Phæa. Troianis etiã temporibus, Rubrica hoc est, Miltos in honore fuit, Homero teste: qui naues Miltoparias cõmendandi gratia uocauit. Alioq; rarus in picturis. Rubrica & in ferrarijs metallis nascitur, picturis apta. Fit & ex Ochra, ut dicemus. Quid sit apud Columellã in apum cura lutum punicum, nisi sit Rubrica, non satis uideo. Legitur sane Rubricam ex Africa uenire, quã Cicerculum uocabant, cuius precium octoni asses, Legitur & Lutum uenetũ abluendis maculis quęsitum: de quo & Martialis poeta meminit. Nisi quis hanc intelligat, quam dixi Pressiorem uocari, & maxime fuscam esse. A

EX M. VERG. COMM.

QVod in Sinopide Rubrica maxime optauerit nouisse aliquis, eadem ipsa est: ut optima, & quæ ueteribus cognita tam multis remedijs medicinam instruxit, uti ætate hac nostra liceret. Cætera enim quæ de ea a Diosco. docentur, in hoc ipso, & in Plinio satis per se patent. Eamq; ob causam relictis omnibus alijs, illud tantum monebimus: ob coloris similitudinem, & hanc, & Fabrilem, & Lemniam Rubricam Minium sæpe appellasse uetere res aliquos: non tamen simpliciter, sed adiecto semper gentis, aut usus cognomine aliquo: uerbi causa, Sinopicum Lemnium, & Fabrile, Minium nominantes. Sic Celsus aliquando, sic plures alij usi sunt. Cætera quæ de omni Rubrica dici poterant, ab alijs ex antiquis scriptoribus collecta, sine legentium desyderio a nobis relinquuntur.

## ¶ De Rubrica fabrili. CAP. CIII.

RVbrica fabrilis, ad omnia Sinopide inferior est. Optima Aegyptia, & Carthaginensis. lapidũ expers, friabilis. Gignitur in Iberia quę ad occidentẽ spectat, Ochra exusta, & degenerante in Rubricã. μίλτος τεκτονικὴ B

BARBARI COROLL.

RVbrica fabrilis, hoc est, Miltos tectonice, utilissima fabris est: quæ in Aegypto nascitur & Africana: quoniam maxime sorbetur. Hæc & in Lemno fit, diuerso genere ab ea quæ Sphragis appellatur. Sicut & qua lintearij, fullonesq; utuntur, in lauando extergendoq; uiribus præcipua. Galenus auctor. Ochra excoquitur in Rubricam, ollis nouis luto circumlitis. Commentus hoc esse dicitur Cydius quidam, incensis casu officinis. Quo magis arsit in caminis, hoc melior, quia nigrior, & carboni similis efficitur. Vtcumq;, talis Rubrica deterior q̃ natiua semper, ut Theophrastus inquit. Pli. li. 35. ca. 6.

EX M. VERG. COMM.

LIcebit uolentibus ex Plinio fabris aptæ Rubricæ huius historiã, bonitatem, natales, temperaturã, omnemq; usum. 35. uoluminis, capite. 6. certius intelligere: ideoq; nos parato omnibus eo scriptore, nihil cõmentatiõibus his nostris in re alioqn nota adijciemus. Factũ Rubricę huic cognomẽ a fabrica est, in qua dirigendis lineis, colorandoq; ligno multus semp fuit eius usus.

## ¶ De Lemnia terra. CAP. CIIII.

LEmnia terra, cuniculoso in specu nata e Lemno insula, palustri loco defertur, inibi electa, & caprino sanguini permista. Quam incolæ cogunt in pastillos, & imagine capræ signant. Vnde & Sphragida appellauere. Vim antidoti habet, contra perniciosa uenena singularem. Pota cum uino, & pręsumpta, euomi uenena cogit. Contra ictus morsusq; animaliũ, quæ exitiale uirus eiaculantur, prodest. Autidotis familiaris. Sunt qui hac ad sacrificia utantur. Est & dysenteriæ utilis. λιμνία γῆ

BARBARI COROLL.

RVbrica, siue terra Lemnia, quã Celsus Minij Glebam uocat. Palmam huic dedere Mi- Pli. li. 35. ca. 6.



Digitized by Google

Cnio proximam. Hæc eſt antiquis multum celebrata, cum inſula ſua, in qua naſcitur. Hac Minium ſublinũt, adulterãtq; qualis & in Cappodocia effodiũ ſpelũcis: quę ſaxis adhæſit, excellere exiſtimat. Glebis ſuus color, extra maſculoſus: hac uſi ſunt ueteres ad ſplẽdorem. At Sphragis uocatur inquit Galenus, quoniam Dianæ ſignum habeat a Sacerdote impreſſum: nec animalium ſanguinem miſceri, ſed triticum & hordeum piamenti gratia, illi terræ dari. Rubet ambuſti modo tumulus in Lemno: ubi hęc legitur, prope oppidum Epheſtiada cognominatum: quod in eum locum Vulcanus ceciderit, quo orientem ſpectat inſula. Ibi nihil iuxta naſci, aut uirere. Siccari Lemniam, nec remolleſcere ſub digito protinus tactam, ut Rubrica. Philoctetem ſanatum ea ex Hydri morſu, Philoſtratus ſcribit: ob eamq; rem nouum inſulæ nomen inditum, ut pro Lemno diceret Aceſa. Huius inſulæ uectigalia ſenatus populuſq; Roman. conceſſit Athenienſibus fouendo.

EX M. VERG. COMM.

NOn eſt cæteris græcoq; ſcriptoribus, preſertimq; Galeno eadem huic ſcriptori Lemniæ rubricæ, ſeu terræ hiſtoria. Hic enim ex cuniculoſo ſpecu, paluſtribuſq; eius inſulę locis afferri ait: illi in ea inſula montem eſſe dixerunt, ambuſtorum modo rubentem, ſterilem, in quem poetæ e cœlo pulſum cecidiſſe Vulcanum ferunt: ex quo terra hæc legitur, non procul ab Epheſtiade eius inſulæ oppido: ſignariq; Dianæ, non capræ ſigno a ſacerdote eius hanc terram: nec ſanguinem illi caprarum miſceri, ſed fruges alias, piamenti cauſa monti illi defodere incolęs: pluraq; alia, quę huic ſcriptori non conueniunt. Quinetiam nihil ab eis dictum eſt quale a Dioſco. dicitur, uti ad religionem & initiationes quoſdam hac terra.

## De Atramento ſutorio. CAP. CV.

χάλκανθος

ATramentum ſutorium genere quidem unum & idem eſt, molle & concretum, ſed in ſpecie differentias treis habet. Vnum namq; humoribus ſtillatim in cuniculos quoſdam colatis, concreſcit. Quare ab ijs qui Cypria metalla perficiunt, Stalactis appellatur. Peteſius ipſum Pinarion uocat, alij Stalacticon, id eſt, ſtillaticium: alij Pecton, Ephthon, Aracton, Lonchoton. Alterũ ſimplici ratione fit in ſpeluncis. Poſtea transfuſum in excauatos ſcrobes, concrementũ capeſſit. Quod Pectõ, id eſt, Cõcreticium proprie nominatur. Tertium dicitur Coctile, & ĩ Hiſpania fieri ſolet, ſed inutile, ac inualidiſſimũ eſſe cõſtat. Ratio parandi hæc eſt. Aqua madefactum decoquunt: mox in piſcinas transfundunt, & reſidere patiuntur. Hoc certis diebus cõaleſcit, in complureis formulas digeſtum, teſſerarũ ſpeciem reddẽtes, quæ racematim inter ſe cohæreſcunt. Optimum eſſe creditur, cæruleum, graue, concretum, translucens. Cuiuſmodi Stillaticium eſt. Ab alijs Lonchoton nominatũ. Proximum Concretitiũ. Coctile uero ad infectus & denigrationes aptius cæteris eſſe compertum eſt. Sed ad medicinæ uſum inualidius eſſe, experimenta docẽt. Valet adſtringere, calfacere, & cruſtas inducere. Latas uentris tineas necat, drachmæ pondere deuoratũ, aut cũ melle linctũ. Vomitus ciet. Aduerſus hauſta fungorũ uenena, ex aqua potum auxiliat. Purgat caput aqua dilutum, & in uellere naribus inſtillatum. Vritur, ut paulo poſt in mentione chalcitis oſtendemus.

BARBARI COROLL.

CHalcanthum, aut Chalcanthos, aut Chalcãtes, ut Strabo appellat, a Cornelio Celſo Atramentum ſutorium fere ſemper conuertitur, cognationem æris græci nomine fecerunt. Fit in Hiſpania, e puteis ſtagniſq;, id genus aquæ habentibus. Decoquitur ea, admixta dulci parí menſura, & in ligneas cortinas funditur. Imobilibus ſuper has tranſtris dependẽt reſtes lapillis extẽtę,

Plí. li. 34. ca. 11

quibus adhæreſcens limus, uitreis acinis, imaginem quandam uuæ reddit. Exemptum ita ſiccatur diebus. 30. Hoc Ephthon uocãt, quod ſit & ſalis modo flagrantiſſimo ſole, admiſſas dulces aquas cogente. Color eſt ferrugineus, ſiue ceruleus, perq; ſpectabili nitore, uitrumq; eſſe creditur. Diluendo fit Atramentũ, tingendis coriis. Fit & pluribus modis, genere eo terræ, in ſcrobibus cauato: ut Dioſcorides tradit. Puriſſimũ eſt, q̃d Stalactida, ſiue Stalagmiã, hoc eſt, Stillaticium uocant. Sed ex eo candidum colore uiolam ſentiente, Leucoion nominant, cętera uiolacea. Fit aũt quod Pecton uocatur, & in ſaxorum catinis pluuia aqua corriuato limo gelaſcente: a quo & nomen habet. Factitium pallidius eſt q̃ foſſile: quantum colore, tantũ & bonitate uincitur. Maxime probant Cyprium in medicinæ uſu, quod & ſolum Poſſidonius eſſe credidit. Chalcanthum Galenus in Chalcitin lapidẽ mutari tempore, incipiens a ſuperficie, teſtatus eſt. In harena Vrſorũ & Leonum ora Chalcantho aſpergi ſolita dicuntur: tantaq; erat uis in aſtringendo, ut mordere non poſſent. Differt Chalcu anthos, id eſt, æris flos, a Chalcantho latius q̃ ut monendũ ſit: etiam ſi Democritus in chymicis florem æris dicendo Chalcanthum intellexiſſe uideatur: ut Chalcanthũ nominando, luteum oui ſignificare uoluerit. Atramentũ eſt & quod Melanteriam Græci dicunt, explicandum ſuo loco. Itemq; Melan. Differt Calacanthum a Chalcantho: quod illud herbæ genus eſt, muſcas, mureſq; necans, nec aliud de ea proditum inuenio: quam q̃ Græci uulgo Calacanthum accipiunt pro Chalcantho.

EX M. VERG. COMM.

AEri cognata res eſt Chalcanthum. In ærarijs em̃ metallis, ut metallici docent, plærumq; concreſcit. Indicatq; id in græcis nomen: in quo q̃ primum æs intelligitur. Romani, quoniã eo tingendis coriis gentes uterentur, a nigro colore quẽ reddebat, Atramentũ: & a ſutrinis in quibus coria tractantur, ſutorium nominauerũt. Genera, confectioneſq; eius ſatis hic docuit. Nec nos parum laborauimus in reſtituenda capiti huic antiqua integritate. Qualis aũt ea ſit, & quibus ablatis, mutatisue factum id a nobis fuerit, collatis cum noſtra aliorum ædition ibus, facile uolentes intelligent. Poterunt a Plinio etiam Atramenti huius ſutorij eaſdem confectiones, genera, & nomina intelligere hiſtoriæ ſuæ. 34. uolumine, capite. 12. Eadem enim omnia huic & illi ſunt. Quod in medicina, & remedijs monere uolumus, illud eſt. Quod hic Atramentum ſutorium contra fungos cum aqua bibi ait; non multo poſt cum ex profeſſo de fungorum maleficio agetur, cum aceto bibendum in eo periculo prȩcipitur: ut tunc certius docebitur.

## De Chalcite. CAP. CVI.

CHalcitis præfertur ſimilis æri, friabilis, nec lapidoſa, nec inuetcrata, intercurſantibus oblongis uenis, ſplendentibuſq;. Huic abſterſoria uis ineſt, excalfaciens, & cruſtas ulceribus obducens. Purgat quæ oculis & eorundem angulis hærent. Ad ignem ſacrum, & ulcera quæ ſerpunt, efficax eſt. Sanguinem e uulua & naribut erumpentem, cum ſucco porri ſiſtit. Carunculã gingiuis enatam, depaſcentia ulcera, tonſillaſq;, eius farina compeſcit. Vſta, & cum melle trita, oculorũ medicamentis longe utilior redditur. Callum genarum & ſcabriciam abſumit, abſtergitq;. Fiſtulas tollit, collyrij modo in eas adacta.

BARBARI COROLL.

CHalcitis, hoc eſt, lapis ærarius, ita dicitur, quoniã ex ipſo Aes coquitur. Diſtat a Cadmia foſſili, quod illa ex ſubdialibus petris ceditur, hic ex obrutis. Item q; Chalcitis friat ſe ſtatim, natura mollis, ut uideatur lanugo concreta. Eſt & alia diſtinctio: q; Chalcitis aria præter ſe genera complectitur, Aes, Miſy, & Sory. Habet autẽ æris uenas oblongas. Probatur mellei coloris, gracili uenarum diſcurſu. Putant & recentem meliorem eſſe, quoniã uetuſtate Sory fiat. Maceratur autẽ in fictilibus ex aceto circumlitis ſimo diebus. 40. & colorem Croci trahit. Chalcitis inueterata, ut Galenus inquit, etiam in Miſy tranſit, a ſumma cute incipiens.

EX M. VERG. COMM.

CHalcitim uocant metallici lapidem ex quo æs coquitur. Habet is plures, ut illi uocant, diſtinctiones, nõ repetendas hoc loco: quoniã ex Plinio cunctas alij ſuis Corollarijs inſeruerint. Et ſi uetuſtiores aliquis amet auctores, totam unus Plinius rem lib. 34. capite. 12. docebit.



Hosted by Google

## ¶ De Pſorico. CAP. CVII.

C ψωρικόν

FIt ex ea medicamentum, quod Pſoricon uocant, duabus Chalcitis partibus, cum una Cadmiæ additis, & ex aceto tritis. Oportet autem in fictili obruere ſimo, diebus quadraginta per caniculæ ardores: ſic enim fit acrius. Idem quod Chalcitis poteſt. Alij pares utriuſq; portiones in uino terunt. Vritur Chalcitis fictili nouo, uiuis carbonibus ſuperpoſito. Modus autem uſtionis in humidioribus eſt, dum ipſa Chalcitis bullas excitare deſierit, & perfecte inaruerit. In reliquis uero, dum mutata in floridum colorem fuerit, & ſanguineum, aut miniatum colorem contraxerit, tum demum eximenda eſt. Inſidens autem ſpurcicia flatu expellenda. Mox reponenda. Torretur etiamnum perflatis carbonibus, uſq; dum luteo colore palleſcat. Aut fictili ſubditis candentibus prunis, ſubinde uerſata, donec conflagret, & colorem mutet.

EX M. VERG. COMM.

CONiunxerunt Chalcitidi Pſoricon hoc aliqui: nec ſine cauſſa penitus. Ex ea enim, ut præmonſtratum eſt, fingitur. ficticium enim, non natiuum: nec ſimplex, ſed compoſitum eſt. Nos tamen ueterum græcorum rationem ſecuti, qui ſeorſum a Chalcitide de Pſorico egerunt, diuiſa hiſtoria, & alio capite a Chalcitide, ſtatim Pſoricum proſecuti ſumus. Medicamentum id eſt, ſic dictum, quoniam contra ſcabricies & aſperitates cutis, quas Græci Pſoras, dicũt uim & uſum quondam haberet. Quæ autem ſit huic ſcriptori eius confectio, ſatis ex eo patet. Cæteri tantum græcorum medici ad confectionem eius non Cadmia, ſed Spuma argenti uſi ſunt: neq; ex uiribus eius minus aptam forte uim contra cutis aſperitates Pſoricum habebit. Cætera huic, & alijs omnia eadem ſunt: qui ſimo obrui, &. 40. diebus ſub ſole habendum omnes præcæperunt: quoniam ea ratione maiores in ficcando uires acquireret: ipſum magis extenuaretur, & in erodendo mitius Chalcitide fieret. Eſt illud in medio capite certius cognoſcendum: in cocturæ ſpacio, et q̃diu coqui metallicũ aliquid oporteat, quæ nam hic πολυύγρα, id eſt, humore abundantia, quorum cocturæ finis ſit, cum bullas agere deſierint, & aruerint, dicat: & quæ reliqua intelligi ibidem oporteat, quorum cocturæ finis ſit in ſpecioſiorẽ colorem mutatio: in uno ne Pſorico conſtituendum id ſit, an in cunctis metallicis: decreueritq; hic, & appellauerit humore abundantia Pſorica, quæ copioſo aceto, aut uino temperata fuerint, reliqua uero quæ aridiora: an ſimpliciter de cunctis metallicis, omniumq; coctura intelligere id oporteat. In quam partem inclinat animus nobis, non tam ex concæptis illic uocibus, quæ in hunc ſenſum facile legẽtes ducunt, q̃ quia non uidetur, quo referenda reliqua illa ſint, cum de uno tantum Pſorico agatur. Eamq; rationem nos ſecuti, de cunctisq; præcipi eo loco opinati, ad omniũ metallicorũ coctura rem contraximus. Plinius. 34. uolumine, capite. 12. de eodem Pſorico hoc, ſed nõ eodem penitus huic modo egit. Prius enim ſimo in ſole obruit, q̃ Cadmiam illi miſceat. Cætera huic & illi eadem fere omnia ſunt.

D

## ¶ De Miſy. CAP. CVIII.

MIſy aſſumendũ natione Cyprium, auri ſimile, durũ, quod friando auri colorem imitatur, & ſtellæ modo ſplendet. Vim habet, & uſtionem cum Chalcitide eandem, citra Pſorici compoſitionẽ, exceſſu defectuq; differens. Aegyptium aũt cæteris præſtat, ut pote quod efficacius habeat. Sed ad ocularia medicamẽta multo ſupradicto inferius.

BARBARI COROLL.

MIſy, quidam putauere fieri exuſto lapide, in ſcrobibus, flore eius luteo, miſcente ſe ligni pinea fauilla. Re uera autem ex Chalciti fit lapide, concretum natura, diſcretumq;, optimũ cum teritur: arenoſa qualitas, ſiue terrea, ſimilis Chalcitidi. Hoc miſcent, aurum purgant. Lapidioſius eſt q̃ Sory.

Hosted by Google

EX M. VERG. COMM. A

DEprehenderunt metallici in Chalcitide lapide, ex quo diximus excoqui æs, tria contineri. Aes primũ: mox Misy hoc de quo nunc agitur: & tertium Sory, de quo non multo post agetur: non tanꝯ eiusdem substantiæ partes, sed diuersi generis cõcreta simul, discretaꝙ quasi meralla aliqua, quæ coctura deinde, rationibusꝙ aliꝭ separata in usum uitæ traherentur. Quale aũt hoc Misy sit, satis hic, satis etiam Plinius quo diximus loco docuerunt. Hic breuissime medicinam, & remedia eius numerauit, æquale uiribus Chalcitidi faciens. Plinius tamen longiore certioreꝙ historia multa addidit, quæ uidisse in eo operæprecium fuerit. Docentur autẽ ab eo quo diximus pauloante capite & libro. Cæteri etiam græcorum medici in genere exulcerantium medicamentorum cum ualidiore adstrictione Misy hoc numerauerunt: minus tamen ꝯ Chalcitis erodere, quia tenuius ea sit, Addidit prẽterea Galenus Chalcitim: & quod nõ multo post dicetur Sory, uetustate in Misy hoc mutari a superficie incipiente statim mutatione.

## ¶ De Melanteria. CAP. CIX.

MElanteria geminæ est originis. Quædam in faucibus cuniculorum quibus æs eruitur, salis modo cõcrescit. Alia uero in summa facie supradictorum locorũ cõit, quæ terrena est. Quinetiam inuenitur in Cilicia, & aliꝭ quibusdam regionibus fossilis quædã. Præstat quæ sulphuris colorem trahit, læuis, pura, æquabilis & quæ contactu aquæ confestim nigrescit. Vim causticam obtinet Misy similem. μελαντηρία

BARBARI COROLL.

MElanteria, ex nomine quidem ipso atramentum significat: quemadmodum & Melan: de quo post dicemus. Differt: ꝙ Melan factitium & librarium, siue scriptorium atramentum est: Melanteria uero terra.

EX M. VERG. COMM.

FEcit Melanterię nomẽ color, qui in metallica natiuu, sin fossili contactu aquę illi accedens, semperꝙ & in omni niger est: nõ male a latinis Atramentum metallicum dicta aliquando est. Græcis tamen uocibus in hoc Romana medicina plerumꝙ usa est: uocaruntꝙ latini nõ minus ꝯ græci Melanteriam metallicum hoc atramentum, in ærarijs fodinis concrescens, & ut uerisimile est, æris naturæ. Veteres græcorũ medici in genere efficacissime astringentium eam nominauerunt: facilem ex historia huius in ærarijs metallis inuentu. B

## ¶ De Sory. CAP. CX.

SOry existimarunt aliqui Melanteriam esse, aberrantes. Siquidem sui generis est Sory, ei non absimile. Verum Sory uirus inest graue, & nauseam mouens. Inuenitur etiam in Aegypto, & aliꝭ quibusdam regionibus, ut in Libya, Hispania, & Cypro. Prẽfertur Aegyptiũ, quodꝙ frianti nigrius apparet, spongiosum, suppingue, insup adstringens, & olfactu, deuorationeꝙ magnum uirus olens, ita ut stomachus in uomitiones effundatur. Quod autem friatum scintillas Misyos modo non emittit, & alterius generis esse, & inualidum censendum est. Vim & ustionem supradictis similem habet. Dolori dentium, cauernis inditum medetur. Labantes firmat dentes. Ischiadicis ex uino infusum auxiliatur. Illitum cum aqua uaros extinguit. Medicamentis ammiscetur, quæ capillos denigrant. Hæc autem fere omnia quæ ustionem experta non sunt, perustis ualidiora esse existimantur, præter salem & uini fecem, nitrum, calcẽ, & consimilia, quæ cruda remissiora sunt. Combusta enim uiribus efficaciora redduntur. σῶρι

BARBARI COROLL.

C SOry Cyprium oculis utilius, cætero ſuperatur ab Aegyptio: alterius nationis Sory, q̃ Aegyptium. Si teratur, ſplendeſcit. Sory craſſius eſt q̃ Miſy. Chalcitis mediã inter ea qualitatẽ habet. Galenus auctor. Deſcribitur Sory a Democrito, ceruleum, ſcabrum, ſemper inueniri ſolitum in ipſo Miſye, uocatum ab aliquibus Calchanthum uiride.

EX M. VERG. COMM.

HOc eſt Sory illud nõ multo ante dictũ a nobis in Chalcithite cõtineri. Quodq; ea iuetera fieri etiã Plinius ait, ſatis ab hoc & ab eo deſcriptũ, ideoq; non dicendũ a nobis iterũ, neq; ex ſcriptoribus antiquis repetẽda ad Soreos huius hiſtoriã modo quæ in illis, præſertimq; Plinio parata oĩbus, & expoſita ſunt. Docet em̃ ille longius genera, bonitates, uſusq; eius oẽs.

## ¶ De Diphryge. CAP. CXI.

DIphrygis tria genera eſſe credũtur. Quoddam enim metallicum eſt, quod in Cypro ſola gignitur. Lutoſum namq; defertur, ex luto cuiuſdam inibi regionis, poſtea delatum, ſole ſiccatur, mox circumpoſitis ſarmentis uritur. Diphryges ideo uocatum eſt, q; & a ſole, & a ſarmentis uratur, areſcat, & ferme torreatur. Alterũ perfecti æris, quaſi ſubſidens fex eſt. Siquidem poſt frigidæ aquæ offuſionẽ, ut ſupra retulimus, cum de flore æris diſſereremus, ſublato ære fornacũ ima parte cohærẽs id genus inuenitur, & adſtrictionem, & guſtum æris habens. Tertium ſic fit. Lapidem Pyriten, ut calcem cremant, in camini aliquot diebus, cumq; colorem rubricæ contraxerit, eximẽtes recondũt. Quidam tradunt ex ſola materia lapidẽ æris gignente fieri, quoties in dictis areis aſſata, & in ſcrobes translata peruratur. Tunc enim ambientem ſcrobis locũ comprehen
D dit, & exemptis lapidibus æquale nihil inuenitur. Præfertur quod ſaporem æris reddit, rubiginoſum, adſtringens, & linguam uehementer exiccans. Quod ſibi exuſta ochra non uendicat, quæ cremata Diphrygis uice uenit. Vis eius adſtringere, perpurgare, excreſcentia conſumere, ulcera ſerpentia, & quæ cacoethe uocant, ad cicatricem perducere. Suppurationes terebinthina, aut cærato excæptum diſcutit.

BARBARI COROLL.

Plin. li. 34. ca. 18. QVatuor habent, qui Aes perficiunt, Aes, Scoriam, Florem, Diphryga. Aes ipſum in catino defluit, Scoria extra fornaces, Flos ſupernatat, Diphryges remanet, auctor Plinius. Quidam perhibent in fornacibus globos lapidis qui coquantur, ferruminari: circa hunc Aes feruere: ipſum uero non percoqui, niſi tranſlatum in alias fornaces: & eſſe nodum quendam materiæ, id quod relinquitur ex cocto, Diphryga uocari.

EX M. VERG. COMM.

EAdem huic ſcriptori Diphrygis Plinio undiq; hiſtoria eſt, nec quicq; ab eo felicius ſimul & breuius ex hoc ſcriptore redditũ aliquãdo fuit. Locus eſt. 34. uolumine, capite. 18. Diphryges em̃ uocari ab eo, q; bis torreatur, inquit. Triplicem eius originẽ eſſe. Fieri ex Pyrite primũ lapide in fornacibus cremato, donec in rubricã excoquatur. Fieri itidem in Cypro ex luto cuiuſdam antri arefacto prius, mox paulatim circumdatis ſarmentis excocto. Fieri poſtremo in fornacibus ſubſidente æris fæce. Differentiam eſſe: q; Aes in catino defluit, Scoria extra fornaces, Flos ſupernatat, Diphryges remanet. Addidit præterea, tradi a quibuſdam ferruminari globos lapidis, qui in fornacibus coquũtur: circa eos feruere æs, ipſos uero non percoqui, niſi in alias fornaces tranſlatos, & eſſe nodũ quendam materiæ: idq; quod excocto ſuperſit, Diphrygа uocari. Ex quibus ratiocinari facile eſt, quatuor æraris in coctura æris redire res, æs, ſcoriam, florem, & diphryga: quorũ quemadmodum non diſſimiles, ſic non penitus æquales uires in medicina ſunt. Noſcq; ex antiquo ſcriptore ĩſdem uerbis commentationibus noſtris illa adiecimus: ut ſcirent primum legentes, recæpta a latinis ſcriptoris huius decreta fuiſſe, mox ha-

Hosted by Google

berent uolentes inueniendi & colligendi Diphrygis a Plinio traditā certiorem rationē. A

## ¶ De Auripigmento. CAP. CXII.

AVripigmentum in eisdem metallis, quibus Sandaracha gignitur. Optimū existimatur crustosum, aureo colore micans, nulli materiæ permistum, fissile. Quale Mysiæ & Hellesponto nascitur. Huius duo genera fluxerunt. Vnum supra dictum est. Alterum glandis effigie, pallidum, & colore Sandaracham imitans, gleboſum. Ex Ponto & Cappadocia defertur. Secundum locum tenet, has nactum dotes. Torretur in testa noua, uiuis carbonibus subiectis. Assiduoq; uersat, donec igne flagret, & mutet colorem. Deinde refrigeratum, tritumq; reconditur. Vim habet adstrictoriā & erodentem. Crustas cum uehementi punctione excitat. Reprimit quæ excrescunt, & capillos euellit. ἀρρενικὸν

## BARBARI COROLL.

ARsenicum, siue Arrenici tria genera. Coloris in auro excellentis. Alterum pallidius, & Sandarachæ similius: quod sit deterius. Tertiū quo miscetur aureus color Sandarachæ, quasi ex prioribus duobus iunctum. Vtraq; hæc squamosa: illud uero siccum, purumq;, gracili uenarum discursu fissile. Arsenicum nos, & Auripigmentū uocamus: ut Paulo, & Victruuio, & Plinio, & Celso placet, Democritꝰ Chymistæ Androdamanta quandoq; hoc appellant. In Carmania duos haberi montes Onesicritus tradit, alterum Arsenici, alterum Salis.

## EX M. VERG. COMM.

AVripigmenti in pingendo adhuc usus aliquis est, ex quo Romani quondam illi nomen fecerunt, utunturq; eo nunc passim in pingendis librorum frontibus bibliopolæ. Accessit nostra ætate etiam, qui antiquioribus, ut credimus, nullus erat alius Auripigmenti usus. Trito enim, pediculosos accipitres suos aucupes inspergunt, presenti contra eā labem remedio. Duplex eius genus hic fecit. Alterum quod fulgore auri splendet. Alterum quod βαλανοειδὲς uocauit. Significatq; ea uox, ut omnes uertimus, quod glandis formam & speciem habet. Non tamen respoodere his quæ sequuntur id uidetur. Qui enim potest aliquid glandis figura esse, quod gleboſum paulopost dicitur. Ob eam causam suspicati sumus, ad colorē posse eam pertinere uocem: & eum quidem puniceum, qualis non in glandibus simpliciter, sed qualis in maturis palmulis est: quas græci cōmuni aliarum glandium nomine Balanos aliquando uocant: ut primo cōmentario in Palmulis & Balanis testati sumus. Vbiq; enim & passim coloris hoc discrimen in Auripigmento uidetur, præcipueq; in pingendo apparet: quo tempore dilutum humore aliquo ad eam rem necessario puniceum illum quem diximus colorem representat. Facitq; ad hoc quod coniunctum illi statim est σανδαραχίζον, id est, colore Sandarachæ, cuius color flammeus & rubens describitur. In hanc partem diu inclinauit animus nobis, & adhuc propensiores sumus. Nihil tamen contra aliorum interpretum æditiones mutare in re non satis certa uoluimus. B

## ¶ De Sandaracha. CAP. CXIII.

SAndaracha probatur ruffa, & aliena materia uacans, friabilis, Cinnabaris colore, sulphuris uirus redolens. Dos eadē & ustio, quæ Auripigmento. Explet alopecias, resina excepta. Scabros ungues eximit. Contra phthiriasin ex aceto efficax est. Tubercula cum adipe discutit. Prodest ad narium oriscq; ulcera, & cæteras papularum eruptiones cum rosaceo. Item condylomata. Datur ex mulso purulenta extussientibus. Suffitur quoq; cum resina, aduersus ueterem tussim, rapto per fistulam nidore. Vocem expedit, cum melle delincta. Suspiriosis cum resina in catapotio, optime datur. σανδαράχη

BARBARI COROLL.

CSAndaracha inuenitur & in insula rubri maris Topazono: ut Ochra. Sed inde ad nos importari negant. Inuenitur autem & in auraryjs, & argentaryjs metallis: ut in Paphlagonia Pimoliseno tractu, urbe Pompeiopoli. Sed & in Scythia proxime flumen Hypanin optima. Fit & adulterina ex Psimythio, in fornace cocto: idq; incendio facto ex casu repertum est. Colos esse debet flammeus, precium in libras asses quini. Victruuius multo meliorem usum præstari ex ficticia, q̄ ex fossili Sandaracha pictoribus existimat.

EX M. VERG. COMM.

DVplex quondam græcis & latinis scriptoribus cunctis Sandaracha fuit. Metallica pluribus locis fossilis, ut testati Plinius, Victruuius, pluresq; alij sunt: qui ad Hipanim Scythiæ fluuiū optimam omniū inueniri tradiderunt. Ficticia deinde & adulterina, quæ excocta cerussa fieret. Illa aptius medici, hac pictores felicius usi sunt. Auripigmento æqualem in censu remediorū uitæ græcor; medici eam fecerunt, discutientibus & repurgantibus medicamentis eam miscentes. Cerussæ substantia Sandaracha est: indicatq; id Victruuius septimo suæ architectu ræ cōmentario, dicens. Cerussa uero cum in fornace coquitur, mutato colore ad ignem incendij Sandaracha fit. Id autem incendio facto ex casu didicerunt homines, & ea meliorem usum præstat, q̄ quæ de metallis per se nata foditur. Et hæc Victruuius. Plinius addidit, flammeum debere in ea esse colorem: & si hæc ipsa torreatur, æqua parte admixta rubrica, Sandycem fieri: qui ueteribus poētis, præsertimq; Maroni color notissimus est. Et si crediderunt aliqui herbam Maroni Sandycem esse cum cecinit, Sponte sua Sandyx pascentes uestiet agnos. cum tamen id nullam eius intellectus necessitatem habeat. Quod enim ab eo dicitur est, fore eam tunc felicitatem, ut sponte sua colores in ouium uelleribus nascantur, & inter pascendum agni colorentur: neq; id pastu Sandycis futurum, sed quod nos credimus, colorem Sandycis contrahendum simpliciter ab eo dici.

## ¶ De Alumine. CAP. CXIIII.

OMne Aluminis genus fere in Aegypto, & eisdem metallis inuenitur. Est enim scissile quoddam, quasi flos sudorue eiecticius terræ. Gignitur & in alijs quibusdam locis, in Melo, in Macedonia, in Liparis, Sardonia, Hierapoli Phrygiæ, Aphrica, Armenia, & plærisq; alijs regionibus, Rubricæ modo. Plurimæ eius species, uerum ad medendi usum scissile, rotundum & liquidum expetuntur. Optimum est scissile, præsertim recens, candidissimum, gustu perq; adstringens. Calculorum expers, nec glebulose, aut assulose compactum, sed sigillatim in capillamenta quædam canescentia dehiscens. Quale est quod Trichitis, quasi capillare nominatur, in Aegypto natum. Reperitur quoq; lapis huic Alumini persimilis, qui gustus iudicio dignoscitur, q̄ non adstringat. Damnat in rotundi genere, q̄d manu confictū est. Sed ex figura deprehendit. Assumēdum aūt suapte natura rotundū, bullis turgens, albo propius, atq; ualidius adstringens. Præterea nōnihil palloris cū quadam pinguedine præ se ferens, sine harenis, friabile, natiōe Aegyptiū, aut ex insula Melo. Liquidi probatio, ut sit lympidū, lacteum, æquale, & semper succo madens, sine lapidibus, atq; quendā caloris igniculū expirans. Vim habent excalfaciendi, stringendi, sanandi, & expurgandi, quæ caliginē pupillis oculorū offundunt. Genarū carnem, cæterasq; excrescentias extenuant. Scissile rotundo efficacius intelligit. Vri & torreri Chalciti dis modo debent. Putrescentia ulcera cōpescunt. Sanguinis fluctiones inhibent. Gingiuas humore prægnātes comprimūt. Motus dentium cum

aceto et melle firmant. Prosunt cum melle ulceribus oris, eruptionibus papularum, & fluctionibus aurium, cum sanguinalis hærbæ succo. Lepris conueniunt cum brassicæ foliis, aut melle cocta. Item prurituí & unguium scabriciis, pterigiis & pernionibus, aspersa cum aqua. Valent cum aceto, fæce & galla, pari pondere cremata, ad phagedænas ulcerũ, & cum salis duabus partibus, ad uitia quæ pascunt. Furfures cum eruo & pice illita abstergunt. Ad lendes, pediculos, ambusta, cum aquæ illita auxilio sunt. Contra tumores, et graue alarum inguinumq; uirus, illinuntur. Ex melo autem aduectum, mulieribus præstat ne concipiãt, ante coitum ori uuluæ inditum. Partus quoq; extrahit. Gingiuis si caro excreuit, uuæ, ac tonsillis accommodantur. Auribus & uerendis cũ melle illinitur. A

## BARBARI COROLL.

ALumen Græcis ab astringendo Stypteria dicitur. Qui uolunt hoc exprimere, salsuginem terræ finiunt. In Cypro candidum, & nigrum, exigua coloris differentia, cum sit usus magni: quoniam inficiendis claro colore lanis, pellibusq;, candidum liquidumq; utilissimum est, contra fuscis, atq; obscuris nigrum: ob id Byrsodepsicon utrumq; cognominatur. Et aurum nigro purgatur. Fit autem omne ex aqua limoq;, hoc est, terræ exudantis natura, corriuatũ hyeme. Solibus æstiuis maturatur. Quod fuerit ex eo præcox, candidum efficitur. Laudatissimum in Aegypto Alumen: proximum in Melo. Quanq; in medicina Aegyptio prælatum. Nascitur & in Hispania, & Ponto, & Strongyle insula. Phorimon uocatur liquidum, cui notæ optimi respondeant. Quod an sit adulteratum, deprehendit succo punici mali. Sincerum enim mixtura eius nigrescit. Est & genus alterum, quod Paraphoron uocant, pallidæ, & scabræ naturæ, & q̃d inficitur galla. Concreti uero Aluminis genus id quod Trichitin appellauere: fieri arbitrantur ex lapide, propterea & Chalcitin uocant, quem Hippocrates Meliada, quia fit e Melo, nominat: ut sit sudor quidam eius lapidis, in spumam coagulati. Strongyle duas habet species. Fungosum, atque omnium ore dilui facile: quod in totum reiicitur. Melius pumicosum: & foraminum fistulis simile spongiæ: nec inficiens nigritia. Optimum ex omnibus rotundis, Melinon. Aluminis, ut breui comprehendam, sex habentur Galeno summa genera. Scissum, siue scissile. Rotundum, Astragaliotes, hoc est, talare. Hygron, id est, liquidum. Placitis, & Plinthitis, hoc est, crustarium. Et Latercularium. Alumine prælita non incenduntur: id quod & obsidione Athenarum sub. L. Sylla Quadrigarius compertum scribit. Pli. li. 35. ca. 14 B

## EX M. VERG. COMM.

QVæ sit uniuerso Alumini præcipua dos & uis, nomen indicat. Ab astringendo em̃ quã multam & egregiam potestatem habet, græci Stypteriam uocauerunt. Longe plura q̃ hic discrimina eius & genera Galenus & Græcor̃ medici alij numerauerunt: monstrante, ut par est, quotidie nouum aliquid natura, & adiiciente antiquorum inuentis experiẽtia quod ab illis nondum inuentum, aut obseruatum fuerit. Ea nos in scriptoribus illis cognoscenda relinquimus. Scriptori huic tantum inseruientes, qui a principio statim dicens esse Alumen scissile, ὁιονεὶ τῆσ βολίτιδοσ ἄνθοσ. Quod ab alijs, nobisq; pariter ueluti gleboſi flos uersum est, non leuẽ suspicionem nobis iniecit, potuisse quõdam aliter legi: quoniam in toto Aluminum censu nullum Bolitidis nomine indicatur. Præterea glebam βῶλον græci dicunt, &, ω, litera scribunt. In cũctis autem, quos hactenus uidere licuit, scriptoris huius græcos codices, o, paruo uox illa legitur. Accessit his Plinius etiam lib. 35. cap. 14. de scissili Alumine hoc his uerbis agens. Concreti Aluminis unum genus Schiston, id est, scissile græci appellant, in capillamenta quædam canescentia dehiscens. Vnde quidam Trichitim potius appellauere. Hocq; fit ex lapide: exquo & id Chalcitim uocant: ut sit sudor quidam eius lapidis in spumam coagulati. Hæc nescio quo modo historiæ & uocibus scriptoris huius respondere omnia uidentur. Id quidem in confesso est, de eodem scissilis Aluminis genere ambos agere. Potuitq; hic florem, quem ille sudorem nominat, dicere. Et si id sit, non sine ratione dubitauerit aliquis, Bolitidẽ scriptoris huius in Chalcitidem Plinij mutandam esse: qui Chalcitim uocari alumen etiam hoc ait, q; ex lapide fiat: fitq;

ueluti sudor quidam eius lapidis in spumam coagulati. Hoc nos monemus, eruscandæ ueræ lectionis & inueniendæ rei non contemnendam occasionem hanc legentibus porrigentes.

## De Sulphure. CAP. CXV.

SVlphur optimum existimatur uiuum, quod Apyron uocant, nitedulæ modo splendidum, perlucens, minime lapidosum. Probatur in genere Sulphuris ignem non experti, quod uiret ac præpingue spectatur. Plurimum in Melo & Lipara gignitur. Supradictũ Sulphur calfacit, discutit, & celeriter concoquit. Prodest tussibus, suspiriosis, purulenta extussientibus, in ouo sumptum, aut suffitum. Pręterea partus, usti nidore extrahit. Lichenas, scabros ungues, cum resina terebinthina mistum, aufert. Cum aceto autem illitum, ad lepras efficax est. Vitiligines tollit. Scorpionis ictibus addita resina medetur. Cũ aceto uero, draconis marini, scorpioniscq; plagas sanat. Pruritus toto corpore erumpẽtes, cum nitro detersum sedat. Regiũ morbum emendat, insparsum frõti cochlearis mẽsura, aut in sorbili ouo sumptũ. Facit ad grauedinẽ, & destillationes. Sudores quoq; cõsperſum inhibet. Podagricis cum aqua & nitro illitũ, cõducit. Grauitatẽ auditus, suffiti nidore raptim per fistulã hausto, sanat. Lethargicos suffitu excitat. Erumpentẽ undecũq; sanguinem sistit. Fractis auribus cum uino & myrrha illitum medetur.

## BARBARI COROLL.

SVlphur Græce Thion, nascitur in insulis Aeolijs, inter Siciliam, & Italiam, quas ardere cernimus. Nobilissimũ in Melo. Sed & Neapolitano, Campanoq; agro collibus: qui uocant Leucogæi. Libyæ cuniculis effossum, curatur igni. Genera quatuor. Viuum, hoc est, Apyron, siue ignes non expertum: gignitur solidũ, id est, glebosum, eoq; uno ex omnibus generibus medici utuntur: cętera liquore constant, & perficiuntur oleo incocta. Viuum effoditur, transluceteq; ac uiret. Alterum genus appellant Bolon. Quidam pro Sulfure tantum crudo Bolõ capiunt. Tertium uocat Egula, cuius unus dũtaxat usus, ad suffiendas lanas fullonũ officinis, qm candorẽ tm̃ molliciẽq; cõfert. Quarto utunt ad Ellychnia maxime conficienda: ex eo Cautõ uocant. Cętera tanta ei uis est, ut morbũ sonticum deprehendat nidore. Lusit & Anaxilaus eo, condens in calice nouo, prunaq; subdita circũferens, exardescentis repercussu, pallorẽ dirũ, uelut defunctoq; effundente conuiuis. Harpacticon, siue Harpax appellat in medicamẽtis, a celeritate uel lendi. Habet & in religionibus locũ, ad expiandas suffitu domos. Sentitur uis eius & in aquis feruentibus. Neq; alia res facilius accenditur. Fulmina qdem, & fulgura Sulfuris odorẽ habẽt. ac lux ipsa eorum sulfurea est. Porro sulfur in uenis terræ ceu decoctus quidã adeps est, tã ualida & firma confusione partium, ut oleũ eius arte nulla separari possit in rebus cęteris. Propterea cũ oleacea, & ignea, nõ salsuginea sit eius natura, haud facile diluitur. In spiritũ, siue nebulã facile attollit, ac sublime fit. Crematũ cum ære, uiolaceum colorẽ: cum hydrargyro, ceruleum facit. Sunt hæc chymistis notissima, non aliud magis in conficiendo auro cõmendãtibus, cq; Sulphur: quippe quod splendorẽ, & colorẽ metallis afferat: ut corpus, & materiã hydrargyros: p indeq; sit maris uice Sulphur, Hydrargyros uero, id est, Argentũ uiuum fœminæ: ut Democritus propterea omnis generis metallici spumã esse Argentũ uiuũ prodiderit. Duobus ijs, pharmacum illud famigeratũ potius cq; compertũ etiam, Philosophici lapidis nomẽclatura nobile. Conficit ab Osthane, Mercurio, Chane, Zosimo, Agathodęmone, Democrito. Quanq; & alij scripserũt de miris, ne dicã figmẽtis huius peritię, Orus, chrysorychites, Pebichius, Comerius, Ioañes, Apuleius, Petasius, Pelagius, Africanus, Theophilus, Synesius Olympiodorus Alexãdrinus: recentiores ijs Stephanus ad Heracleũ Cęsarẽ, Heliodorus ad Theodosiũ. Iã fœminę. s. Cleopatra uirgo, Taphnutia, quę minus pbat, & Iudeę gẽtis Maria, quã plurimi sequunt. Autores ij, occulẽdę rei gratia, nihil fere suis nominib. appellãt: ut ipsam Sulphuris, & Hydrargyri fuliginẽ Argyriõ nama, hoc ẽ, Argenteũ fontẽ dicant. Asemon uero, fuliginis eius ferruginẽ.

Pli. li. 35. ca. 14.

Hosted by Google

EX M. VERG. COMM.

FEcerunt Sulphuris quatuor alij genera, quæ ut græcos omittamus, a Plinio.35. suæ historię commentario cap.14. suis nominibus, notisq; priuatim indicantur & numerantur: hic duo tãtum: alterum ignem non expertum, quod uiuum nominant: alterum uero quod igne confectũ fuerit. Diuersitatisq; eius non alia fuit causa, q̃q; cæteri pluribus locis & multiplex nascens Sulphur, quale in plęrisq; artibus & uitæ necessitatibus aliquot quæsijsse id oporteat, docẽt: hic medicinam tantum tractans, ex omnibus generibus uiuo, & ignem non experto illo præcipue indigebat. Eo enim medici plærumque utuntur: quoniam natiua, & sua uis efficacior illi quam cæteris est. Eamq; ob causam in uniuerso Sulphure una illa differentia merito usus est. Græci ἄπυρον uiuum illud uocant, non alia uocis indicatione q̃q; igne careat. Celsus libro qnto, cap.18. altera nota idem indicauit, Sulphuris ignem non experti quod Apyron uocatur, dicens. Maro contra Georgicorum suorum.3. commentario, in pecoris medicina uiua Sulphura appellauit. Contrarium uero illi alterum genus ijdem græci πεπυρωμένον uocãt, igne incoctum intelligentes. Quotidianus, & numerosus inter homines Sulphuris usus est. Indigẽt em̃ eo plæręq; artes. Indiget & ad q̃tidiana igniaria, expiationesq; domus: sed nullibi utilius q̃q; in morbis, q̃bus numero multis, & periculo grauibus medet̃. Quæ omnis ratio ab hoc scriptore, & quo pauloante diximus loco, a Plinio copiosissime tractata, repeti a nobis inutiliter non debet.

## ¶ De Pumice. CAP. CXVI.

PVmicis probatio, ut magnopere leuis, spongiosus, teri facilis, nec harenosus, item fragilis, & candidus. Crematur flagrantissimis carbonibus obrutus, et ubi canduerint, extractus, uino restinguitur odorato. Iterumq; incensus extinguitur: & tertia ustione exemptus, & per se refrigeratus, ad usus conditur. Vis eius adstringere, gingiuas abstergere. Purgat cum calfactione, quæ caliginem pupillis offundunt. Explet ulcera, & ad cicatricem perducit. Excrescentia cohibet. Fit ex farina eius dentifricium. Corpori crustam obducit. Auellendis capillis aptus. Theophrastus autor est, si quisq̃ in bullientem urseum uini Pumicem iniecerit, feruorem statim sedari.

κίσκριο

vulgo piedr esponza

BARBARI COROLL.

PVmicis farinam, potores in certamine bibendi præsumere, sed nisi uniuerso potu impleantur, periclitari Theophrastus autor est: qui & Eudemum pharmacopolam, in uigesimas secundas uices durasse scribat. Ingressumq; balneas, nihil omnino reiecisse: sed quasi non bibisse, ita cœnitasse, Pumice uidelicet, ab septima statim potiõe hausto, primum ex aceto aspero, mox ex uino. Vt errauerint qui locum eum in Theophrasto de uiginti duabus Ellebori potionibus accęperunt, cum ex Plinio id facile deprehendi possit. Pumice in musti cados addito, non ad pręsens modo, sed in totum feruere uina desinunt ui siccifica. Pumicis duo significatus. Alter notus omnibus. Altero dicuntur ita & cætera saxa erosa annis, qualia in ædificijs, ut Plinius inq̃t, Musæa uocant dependentia, ad imaginem specus natiui arte reddendam. Nunc inde Musaica uulgo nominantur, preciosissimis dicata templis. Inuentum id Agrippæ quidam referunt acceptũ. Huiusmodi operis artifices Musearios Cassiodorus, & Iustiniani leges uocãt, etiãsi muscarios corrupte multi lectitent. Am̃ianus Marcellinus, Musiciũ opus nominat. In uitis cęsarũ, quas ab Adriano Iulius Capitolinus, & alij cõplures scripsere, pictura de Musęo nominat̃, etiãsi mendose legebatur, de musco. Laudatissimi Pumices sunt in Melo, Scyro, Aeolijsq; insulis. Probantur teri faciles. Poliendis libris accom̃odãtur: unde Repumicatos appellamus. Pumex græce Cisseris uocat̃: q̃d nomen aliud nihil significat, q̃q; erosum. Etem̃ uermiculus triticarius, et ordearius Cis dicit̃, ut Ips cornicularius, Trips lignarius, Sis uestiarius, Ix nitiarius, si Photiõi grãmatico fides habenda est. Pumicem ueteres etiã spongiã uocabãt. Nã & e maris quoq; spuma coalescit aliq̃n: itemq; ex arena littorali: ut in insula Cyclade Nisyro. Victruuius, quæ nũc inquit, sub Vesuuio monte Spongia, siue Pumex Pompeianus uocatur, ex cocto alio genere, lapidis, in hãc redactus uidetur generis qnalitatem. Talis autẽ Pumex inquit, & circũ AEtnam gignitur, & collibus Mysiæ, qui catacecaumenos a græcis, hoc est, deustus appellatur. Talis &

Pli. li. 36. cã. 16

C Lipareus eſt, ut inquit Theophraſtus: alioquin antecꝫ uratur, niger, leuis, atcꝫ farctus. In Melo quocꝫ inſula, idem autor eſt, Pumices quandocꝫ in altero gigni lapide: ponderoſum, & nigrũ eſſe Siculum: qui & cæteris præfertur.

EX M. VERG. COMM.

CRedimus ſcriptoris huius Pumici ab aliquo, qui omnem eius hiſtoriam eodem loco habere uoluerit, accreuiſſe quod in extremo capite ex Theophraſti. 9. de plantarum hiſtoria acceptũ legitur. In uetuſtioribus enim græcis nulla eſt ea pars, necꝫ in medicina neceſſitatem aliquam habet. Nec Dioſcoridis etiam hiſtorię, decretiſcꝫ omni ea reiecta parte nocuerit aliquis. Retulit id Theophraſtus quo diximus loco: acceptamcꝫ ab eo rem eam omnem Plinius etiam docuit. 36. uolumine, cap. 16. quo loco tractata itidem omnium Pumicum hiſtoria & medicina, ſcriptoris huius decretis omnibus ſubſcribit: additiſcꝫ aliquibus, cocturæ, uſuicꝫ Pumicum non parum profuiſſe uidebitur. Nos breuitati conſulentes, ea relinquimus: monemus tamen omnes, non fore inutilem eadem hæc in eo ſcriptore legentibus operam. Aut ſi Plinium audire noluerint, Barbarum ſaltem uiſere, in quo omnia ex Plinio ĩſdem uerbis tradita legũtur. Notiſſimus nunc etiam omnibus Pumex, a græcis Ciſſeris, ob fiſtuloſas concauitates quas habet, nominatus. Cis enim ab eis dicitur, qui in tritico & hordeo cum referbuerunt, naſcitur uermis. Cui natura eſt, ſemina illa cuſpide potius, cꝫ ore quam habet exiguis foraminibus terebrare: quibus foraminibus quoniam ſimilis ſit fiſtuloſus ille Pumicum habitus, quaſi ab his uermibus p foratus fuerit, Ciſſeris Pumex dictus eſt.

## ¶ De Sale. CAP. CXVII.

ἅλς SAl foſſilis efficacior eſt, communiter ſi eſt candidus, calculis uacãs, & perſpicuus, denſus, æquali compage. Peculiariter Aũoniacum genere laudatur, ſi modo findi facile poſſit, rectiſcꝫ ſegminibus diduci. In marino Sale eligendius eſt cãdidus, æqualis. Probatiſſimus in Cypro fit, & Salamine Cypri, & Megaris, in Sicilia & Aphrica. Sed inter
D dicta ſalis genera lacuſtris præfertur: ſed multo ualidiſſimus eſt Phrygius, nomine tapęus, ut tritæus, aut ganteus. Salis natura, in commune pcꝫ utilis eſt. Adſtringit, abſtergit, expurgat, diſſipat, reprimit, extenuat, & cruſtas inducit. Sed hoc intereſt, cꝫ alius alio ſit pręſtantior. Quin & a putredine uindicat. Ammiſcetur medicamentis pſoras abſtergentibus. Excreſcentia in oculis reprimit, & pterygia cõſumit. Cæteraſcꝫ carnis extuberationes tollit. Clyſteribus infunditur. Diſcutit laſſitudines ex oleo illitus. Contra hydropicorum tumores auxiliatur. Dolores in ſaccis fotu mitigat. Et pruritus ſedat, ex oleo & aceto infrictus, donec ad ignem ſudent. Item lichenas, lepras, pſoraſcꝫ. Anginam ex melle, aceto, & oleo illitus leuat. Tonſillis, uuæcꝫ cum melle toſtus, ulceribus in ore manantibus, gingiuis quas humor uexat, & phagedænis ulcerum cum polenta crematus illinitur. Aduerſus ſcorpionum ictus cum lini ſemine. Contra ſerpentium morſus cum origano, melle, hyſſopo. Aduerſus ceraſten cum pice, aut cedria, aut melle auxiliatur. Contra ſcolopendręcꝫ morſus cum melle & aceto. Aduerſus ueſparũ ictus, & crabrones, albidaſcꝫ capitis puſtulas, thymos, & tubercula cum ſeuo uitulino. Furunculos cum uua paſſa, aut ſuillo adipe, aut melle diſcutit, Teſtium tumores cum origano & fermento maturius concoquit. Crocodilorum morſibus auxiliatur, tritus in linteolo & intinctus aceto, ita ut uinculis loca conſtringantur. Prodeſt ad beſtiarum morſus, ſugillationes in fa-

Hosted by Google

cie, ex melle. Contra hauſtum opium & fungos, cũ aceto mulſo bibit. A
Luxatis imponit cum farina & melle. Ambuſtis igni cum oleo impoſitus, puſtulas erumpere non patit. Podagricis itidem imponitur, & aurium doloribus cum aceto. Ignes ſacros & ulcera quæ ſerpunt cum aceto, aut hyſſopo illitus ſiſtit. Vritur fictili, diligenter opertus, conditusq; prunis, uſq; dum efferueſcat. Aliqui foſſilem ſubacto polline, obliniunt, & carbonibus ſubijciunt, uſq; dũ pollen exuratur. Solet & ſal cõmunis eodem modo uri. Sed aqua ſemel abluitur & ſiccatus in ollam cõopertam mittitur, ſubdito igne, moueturq; donec iam non exiliat.

## BARBARI COROLL.

SAl omnis, græci halas uocant, Panaceam Lucretius, a remediorum multitudine. Aut fit, ut paluſtris, & maritimus: aut gignitur, ut foſſitius: utrumq; pluribus modis, ſed cauſa gemina. Coacto humore, aut ſiccato, ſiccatur in lacu Tarentino. Item lacu Cocanico, in Sicilia, & alio iuxta Gelan, & Pachynum, tanti ſplendoris, ut ſentiat imaginem. Item in Phrygia, Cappadocia Aſpendi, ubi tantum noctu ſubuenit, quantum inrerdiu auferas. Omnis eſt alius Sal minutus, atq; non gleba. Lacus duo in Bactris ſale æſtuãt. In Cypro, Cittieum, ab oppido id nomẽ. Extrahũt & Memphi, e ſtagno: dein ſole ſiccant. Apud Caſpias portas, quæ Salis flumina appellantur, ſuperficie denſantur in ſalem, amne reliquo fluente uelut ſub gelu. Itẽ circa Mardos, & Armenios, & in Bactris amnes Ochus, & Oxus, ex appoſitis montibus deferunt Salis rameta. Lacus in Africa, & quidem turbidi, ſalem ferunt. Calidi quoq; fontes, ſicut Pegaſe. Oromenus, ſalis mons natiui eſt apud Indos, in quo ceditur renaſcens, magno uectigali Regũ. Carris Arabiæ oppido muros, domoſq; maſſis ſalis faciunt, aqua ferruminãtes. Inuentus & iuxta Peluſium, inter Aegyptum quoq; & Arabiam etiam per Africæ ſqualẽtia detractis harenis, uſq; ad Hammonis oraculum, qualis creſcere affirmatur cum luna noctibus. Hammoniacus tractu Cyrenaico celeberrimus, ſub harenis, unde nomen, ſimilis eſt colore alumini fiſſili, longis B
glebis, neq; perlucidis, ingratus ſapore, ſed medicinæ utilis, leuiſſimus, intra ſpecus ſuos in lucẽ uniuerſam prolatus, uix credibili pondere ingraueſcens. Adulteratur cocanico & cyprio, mire ſimili. In Hiſpania citeriore Egeleſtę, ceditur glebis pene tranſlucentibus, cui iampridem palma a plæriſq; medicis tributa. In Medis Atropatena regione, ſtagno cui Spauta eſt nomen, ſal coit, prurítum & dolorem tactu ciens. Remedium, oleo inungere. Omnis locus in quo reperitur ſal, ſterilis eſt. Vulgaris plurimus in ſalinis, mari affuſo, non ſine aqua dulci, ſed imbre maxime iuuante, ac ſuper omnia ſole multo. Africa circa Vticam, conſtruit aceruos ſalis ad collium ſpecie m: & in agro Rauẽnati, Ceruia: ob id, ita ut puto, nominata, quaſi Aceruia: qui ſole & luna indurati, nullo humore diluuntur, uix ut ferro cedi poſſint. Fit tñ & in Creta, ſine riguis aquæ dulcis, & in Aegypto. Fit & puteis in ſalinas ingeſtis. Prima denſatio Babylonię, in bitumẽ liqdum cogit oleo ſimile, quo et in lucernis utunt. Detracto ſubeſt ſal. Et in Cappadocię puteis, ac fonte quem in ſalinas ingerunt, ubi & ſpecularium modo lapidum effodit, magno glebarum pondere: quas uulgus Micas uocat. In Chaonia excoquunt aquã ex fonte, refrigerandoq; ſalẽ faciunt inertem, nec candidũ. Galliæ, Germaniæq; aquam ſalſam lignis ardentibus infundunt. Hiſpaniæ quadam ſui parte puteis hauriũt ſalſuginem, Muriã appellantes. Quercus ad id optima, alibi Corylus laudat. Carbo etiã in ſalẽ uertit. Quicũq; ligno conficit ſal, niger eſt. Vmbri harundinũ, & iuncorum cinerem excoquũt aqua, donec exiguũ ſuperſit humoris. Quin & muria ſalſamentorum recoquit ad naturam ſuam conſumpto rediens liquore, uulgo e menis iocundiſſimis. E ſtagnis maxime laudat Phrygius, Tattæi cognomento: et Tarentinus, quẽ antiq ad medicinæ uſum uehementer probant. Tatteus e Cappadocia, magna Phrygię parte ſtagno. Tatta Morimenorum gente naſcit. Nam q foſſilis in Cappadocia ſal eſt, in laterculis affertur. Colopeno et Camiſeno tractu multus, ut Straboni placet, fœminis gratiſſimus, qa cutis nitorẽ faciat. Magis tamen extendit Cittieus. Salſiſſimum Salem putant, q ſit ficciſſimus. Suauiſſimũ eſſe Tarentinũ, eundemq; candidiſſimum. Fragilis qcunq; candidus, pluuia dulceſcit oĩs. Suauiorẽ rores faciunt, copioſum aqlones. In Igni nec exilit, nec crepitat Acãthius, ab oppido ubi naſcit uocatus. Nec Tragaſeus ppe Smynthiũ in Troade, ab aqs, quę Tragaſa dicunt, appellatus: ſiue ut Iulius Pollux, a Tragęo, cui Neptunus agros in Salẽ uerterit. Licebat hũc omnibus.

Plí. lí. 31. ca. 7. & 9.



Hosted by Google

C gratuito colligere. Vectigalem fecit Lysimachus, obaruit: uectigalibus remissis, denuo erupit. Sed nec ullius spiritu crepitat in igne, nec ramẽtum, aut tenuis Sal. Agrigentinus, ignis patiẽs, ex aqua crepitu exilit. Rubens Memphi, croceus in Cappadocia, idemq; odoratissimus. In Bactris ruffus circa Oxum Cẽturupis, et in Aetna purpureus, & in Lusitania, ut inqt Strabo, purpureus albet. Iumentoꝝ, & boũ oculis Tragaseus, & Beticus p̃ferr. Ad obsoniũ, & cibũ utilior quisq; facile liquescit. Item humidior. minus em̃ amari sunt. ut Atticus, & Euboicus. Seruãdis carnibus aptior Megaricus: qm̃ acer, & siccus est. Condit Sal odoribus, quo & pulmentarij uice usi ueteres. Adeoq; necessariũ elementũ est, ut transierit intellectus ad uoluptates animi q̃q;. Nam ita, ut inqt Plinius, Sales appellant. Hinc dicta salsa, & uia salaria: qm̃ ea sal ad populos portari consueuisset. Ancus Martius salinas primus instituit, & populo congiarium e Sale dedit. Sine Sale, hoc est, mola salsa, nullũ sacrũ fiebat. Caunites efficax ĩ collyria. Tebaicus ad prurium. Laudat & a Sodomis Galeno. Sal, uitrũ, atq; nitrũ, sulfuri cõcoctũ, in lapidẽ uertit. Cornea piscatoꝝ corpora dicunt, qa sole, & sale obduruerũt. De Agrico sale mentionẽ in Columella inuenias: nisi, p gñe nitri capiat, q̃d Agrion uocari docebimus: haud scio p̃terea qualis sit.

## ¶ De Spuma salis. CAP. CXVIII.

ἅλὸς ἄχνη

HAlos achne spumosi salis ramentum, in exilibus petris inuentum, cui uis eadem quæ sali.

### BARBARI COROLL.

Plí.li.31.ca.7. HAlosachne salis genus, & hoc sponte natum, spuma ex aquis maris in extremis littoribus ac scopulis relicta. Hæc enim omnis rore densatur, & est acrior quæ in scopulis inuenitur. Igni nec crepitat, nec exilit. Ad omnia in quæ sales, probatur: spuma iocundior & utilior, Halosachnen uocant, & unum e quinq; Alcyonij generibus.

### EX M. VERG. COMM.

SAtis seipsam solo nomine cõcrescens in littoralibus petris, & in mari scopulis, fluctuũ aspergine, salis lanugo potius q̃ spuma indicat. Plinius Spumam. 31. uolumine, cap. 7. appellat, ex propria achnes in græcis significatione. Hic tamen ἐπίφυγμα eam esse dicens, lanuginem magis, cum iam in saxis concreuit, describere uidetur, facilem cognitu & inuentu rem.

## ¶ De Muria. CAP. CXIX.

ἅλμη

DMVria effectus salis præbet. Abstergitq;. Dysentericis infundi-
tur, etiãsi nome intestina corripit. Ischiadicis ueteribus ad fotus, aquæ marinæ usum præstat.

### BARBARI COROLL.

Plí.li.31.ca.8 SAlsugo, id est, Halme, itẽq; Muria uocari põt, q̃q̃ & aliud genus Murię inter sales diximus. A Garo differt Halme, etiãsi utrũq; ad pisces Galeno teste ptinet. Garus est sanies intestinorum ipsa, ut diximus secũdo libro. Halme uero muries & salsilago piscĩũ inueteratoꝝ, hoc ẽ, ius salsum in q̃ seruant, quã mulieres nostræ uulgo Salimuriã appellant. Hęc a ueteribus & Salsugo thasia uocari solita est: ita condebant, inueterabantq; pisces ĩ, qcũq; in pruna et craticula cõmode coq; possent. Ob id eos Aristophan. Anthracidas, hoc ẽ, prunarios & carbonarios uocauit. Nos ut arbitror Aleculas. Huiusmodi sunt Smarides, & Menę. Itẽ Chalcides, quas & Chalcidicas, & Sardas, & Sardinos q̃q; appellãt. Nã Chalceus. i. Saber, alius piscis ẽ orbiculari specie, Cyzici frequẽs. Carbonarij sunt & Trichides, quas & Trichias uocãt. Nã Trichiades ab Aristot. dicunt quę Thyñides sint: quas tñ ipsas, ut Athenęus, qnto de partib. animaliũ uolumine Trichidas nominat. Eiusdẽ sortis arbitror Epsetos, a coquẽdo nomiatos, q̃s Artemidorus etiã Plestos uocauit. Sed in Aristot. Theodo. Naricas interp̃tatus est, nescio q̃ uere. Piscis certe minutus ẽ Narica, ut Festus inqt. Plautus muriaticã Naricã ĩ uasis stagneis apportat ĩ comœdia. Illud in transcursu dixerim, Sardinos ab Aristot. intelligi nõnunq; eos, q a nõnullis Eritimi uocant. Differũt porro Eritimi, ab Erythinis. Nã Eritimos, ut dixi, farda ẽ, uel fardę similis. Erythinus aũt is ẽ, q a nostris uocat Rubellio. His gñibus, pximę sunt & Thryssę, quas Gaza noster, et ante Gazã Georgius tiphernas, in Strabõe Alosas, cõi piscĩũ cũ mugili & delphinis Nilo. Sed ita eur uocẽt, nondũ cõpi. A qbus distãt, q Thrattę siue Thrassę nominant, et a qbusdã Thettę. Pisciculus et hic pusillus ac uersicolor. De Alosis ẽ q̃d dubitẽ, sint hę q̃s Romanũ uulgus Latias appellat, Alosas Gallia & Germania, Culpeas Venetia, in imẽsum p̃latis, quę Tiberino amne capiant: an genus aliud. Athenæus q̃dem Laton piscem cõmemorat, quem Archestratus

Hosted by Google

poëta præſtantiſſimũ in Italia naſci cecinit, præſertimq; freto ſiculo. Hunc in Nilo grandiſſimũ euadere ducentas excedentẽ quandoq; libras. Eſſe aũt candidiſſimũ, & ſuauiſſimũ, oĩbus modis paratũ, ſimilem glandi uocato, qui amne Iſtro capiat. Ex aceto & muria fit, q̃d oxalme dicitur. Sicut apud Cratinũ ex allio & muria Scorodalme. Qui iocularem quæſtionẽ, ſiue gryphum in cõuiuio propoſitũ non ſoluiſſent, multabantur hauſtu muriæ, ſed ita, ut in uino paulatim, & cum interſpiratione biberet. Apud alios uictis meracũ, uictoribus oſculũ dabatur. A

EX M. VERG. COMM.

PRo comperto nobis eſt, deeſſe huic capiti uires, poteſtatesq; illas oĩs, quas ſali hic idẽ ſcriptor paulo ante aſſignauit. Neq; em̃ ueriſimile eſt, ex tã multis, unã tantũ exterẽdi ſcilicet dictã ab eo fuiſſe. Perſuadetq; id non tã antiqua ſcriptoris huius interp̃tatio, in qua deinceps multæ aliæ numerãtur, q̃ Plinius. 31. uoluminis, cap. 8. plures & ipſe numerãs, ſpiſſare, mordere, extenuare, ſiccare, & quæcũq; alia hic ſcriptor toto hoc capite docet: a quo ĩſdem uerbis oĩa reddita ſunt. Credimus nos factũ id ab aliquo, cui ſatis eſſet, in ſale ea audiſſe, laboriq; in ſcribendo iterũ quæ ſemel ſcripta fuiſſent parcens, eas neglexerit. Repetẽdæ itaq;, et in hoc caput reuocandæ ex ſale oĩs illę erũt. Barbarus græcor̃ Halmen Salſuginẽ uocauit, latioris forte ambitus, q̃ greco r̃ Halme certa res exigeret, uoce uſus. Nos Muriã auctoribus Columella, Plinio, Romanisq; ſcriptoribus alĩs appellauimus: qui in medicina, & domeſtica re Muriã ſemp uocauerũt. Ea duplex ueteribus fuit. Altera, qua in cõditura uini uterent: cuius cõfectionẽ & uſum Columella docuit. 13. uolumine, capite. 26. Altera, quæ dura ab illis uocabatur: cuius confectionẽ & uſum idẽ ſcriptor eodẽ uolumine, ſed capite. 6. & 7. tractauit: qua in condituris olerũ, radicũ, pomor̃, ſalgamorũq; omniũ uſa antiquitas eſt. Solũq; hoc genus Halmẽ Dioſcorides uocat: quoniã altera illa admixto ſibi melle, nullũ niſi in uindemia habebat uſum. Eius confectio a Columella his uerbis docet. Dolium q̃ patentiſſimi oris, locato in ea parte uillæ quæ plurimũ ſolis accipit. Id doliũ aqua cœleſti impleto, ea eſt em̃ huic rei aptiſſima: uel ſi non fuerit pluuialis, fontana dulciſſimi ſaporis ſit. Tum indito ſportã iunceam, uel ſparteã, quæ replenda eſt ſale candido, ut candida Muria fiat. Cum ſalẽ per aliq̃t dies uidebis liqueſcere, & ex eo intelligis nondũ eſſe Muriam maturã, alium ſubinde ſalẽ tamdiu ingeres, donec in ſporta permaneat integer ſal, nec minuat. Quod cum aniaduerteris, ſcias habere Muriã maturitatẽ ſuam. Et ſi meliorẽ adhuc uolueris, in uaſa bene picata diffundes, & opertã in ſole habebis. Omnẽ enim mucorẽ uis ſolis aufert, & odorẽ bonũ prębet. Eſt illud etiã maturæ Muriæ experimentũ, ubi dulcem caſeum in eam dimiſeris: ſi peſſum ibit, ſcias eſſe adhuc crudã: ſi innatabit, maturã. Et hæc cura antiquor̃ Muria fuit, qua in condituris ſalgamor̃ uillici & patresfamilias utebant. Medicina aũt in plærisq; morbis, præſertimq; interaneor̃ exulcerationibus, & coxẽdicis doloribus eadem rõne, qua ſecundo uolumine in Garo idem hic ſcriptor monuit: ut exulcerata ad cicatricem perduceret, & quæ exulcerata non eſſent, ad ducendum ulcus proritaret. B

## ¶ De Flore ſalis. CAP. CXX.

FLos ſalis flumine Nilo defluit. Lacubus tamẽ quibuſdam innatat. Aſſumendus qui crocei coloris eſt, odore ingrato, ceu Gari. Interdum longe magis uirus olet, guſtuq; mordacior, & pinguiter lentus. Fucatus aũt rubrica, aut ſcrupuloſus, improbatur. Prętera ſyncærus nõ niſi oleo reſoluitur. Adulteratur nõnulla ex parte, etiã aqua diluente facticiũ colorem. Ad ulcera quæ cacoëthe uocant, & phagedænas, genitaliũ nomas, & purulentas aureis efficax eſt. Oculorũ hebetudines, cicatrices, albugineſq; tollit. Emplaſtris, unguentiſq; coloris cauſſa, ut roſaceo, miſcetur. Sudorem cit. Aluũ turbat in uino, aut aqua ſumptus. Stomachũ male habet. Additur acopis & ſmegmatis, quæ albandi capilli gratia componuntur. Et in uniuerſum, acris eſt, & feruentis naturæ, ut ſal. ἄλος ἄνθος

BARBARI COROLL.

FLos ſalis, id eſt, Haloſanthos, ſiue Halyſanthon, & Halaſanthion, non fit, niſi aquilonibus. Eſt autẽ faũilla ſalis, quæ leuiſſima: ex eo eſt & candidiſſima, in totũq; diuerſa res a ſale, humidioriſq; naturæ, & crocei coloris, aut ruffi. Si fæces imæ concutiant in uaſis, uelut rubigo ſalis Plí. li. 31. ca. 7.



Hosted by Google

C adulteratur, & testa trita. Florem Salis Cato uocat, qui e populari Sale candidus arte factus sit. Propterea & Alabaster a Democrito quandoq; dicitur.

EX M. VERG. COMM.

PEregrina, nec satis certa res Italiæ quondã salis hic Flos fuit. In Aegypto inueniri ab hoc, & ab alijs dictus, paludibusq; & fontibus quibusdam innatare. Quo minus demiretur aliquis, nũc in medicina parum cognosci, & nullum eius esse usum. Salis ueluti rubigo quædam ab alijs dictus salis Flos est, quoniam colore ruffo sit. Commendabatur tunc, qui olei pinguitudinem quandam redderet. Quod sane miretur aliquis, ab olei pinguitudine diuerso penitus sale. Certissime de eo Plinius. 31. uolumine, capite septimo egit: nihilq; nõ ab hoc scriptore traditum, ijsdem reddidit uerbis. Ob quam caussam longius de eo non agimus, in scriptore eo cognoscenda relinquentes, si qua nouisse alia de eo aliquis optauerit.

## ¶ De Nitro. CAP. CXXI.

νίτρον PRæfertur Nitrũ læue, roseo colore, aut candido, in foramina dehiscens, perinde quasi spongiosum quiddã. Quale ex Illyrico affertur, a Buniorũ ciuitate. Humores transfert qui alicubi concreuerũt.

BARBARI COROLL.

Plí. li. 31. ca. 10. NItrum, Græci & Litron, uocãt attice. Veteres hoc ignorauere medici. Non multũ a Sale distat, nec quisq; Theophrasto diligẽtius de eo prodidit. Exiguũ fuit apud Medos, canescentibus siccitate conuallibus, uocabant Halmirhaga, minus etiã in Thracia, iuxta Philippos. Sordidum terra, quod appellant Agrion. Omissum est e quercu cremata fieri, propter impendia. Nitrosæ uero aquæ, multis locis reptæ, sicut & sulphurosæ, aluminosæq;, sed sine uiribus dendi. Optimũ, copiosumq; in Clitis Macedoniæ, q̃d uocant Chalæstricũ, quo in pane utũtur pro sale: cui & proximũ est natura, purũ & candidũ, nitroso ibi lacu exiliente, e medio dulcis aquæ fonte: quo semp emicante, nec augeẽ tamen, nec effluit. Ibi fit Nitrũ Canis ortu, nouenis

D diebus. Si fuere imbres, falsius, per aquilones deterius: totidẽq; cessat, ac rursus ĩnatat, ac deinde cessat. In Aegypto non nascit, sed conficit fuscũ, lapidosumq;, nitrarijs Nilo infuso. Siccant excedente eo, decedente madẽt. Succo Nitri. 40. diebus cõtinuis, non ut in Macedonia fiatis, protinusq; ut densari est cœptũ, rapitur: ne liqueſcat. Conditũ in aceruis durat in lacu Asanio, & quibusdã circa Chalcidem fontibus. Sũmas aquas dulces, et poculentas tradunt: inferiores nitrosas. In Nitro optimũ quod tenuissimũ, & ideo Spuma melior, Aphronitrũ uocata. Sordidum tantũ probãt ad inficiendas purpuras, tincturasq; oẽs. Nitrariæ circa Memphim peiores, ubi & circa Naucratin dũtaxat solebant esse in Aegypto, nunc multis in eadem prouincia locis egregie uisunt. Lapidescit circa Memphim, multis ibi tumulis ex eo saxeis. Faciunt ex ijs uasa. Liquatũ cum sulphure coquẽtes, carbonibus ferruminãt in lapidem. Ruffum ibi exit a colore terræ. Adulterat calce, quod & pungit gustu, odoremq; reddit uehementẽ. Syncerũ uero facile resoluit. Inueterant ibi Nitro res pro sale. Igni non exilit Nitrum, nisi e testa: nihilq; gignit, aut alit. Cum in salinis herbæ, in mari tantũ algæ tot animalia nascant. Nitrariæ calciamẽta protinus consumũt. Vlcera allata, eo celerrime sanant. Ibi facta tarde. In Nitrarijs, non lippiunt. Aegyptiũ teneriores facit Rhaphanos, sed obsonia alba, & olera uiridiora. Salnitrũ uocabulo uulgi dicit, pulueri conficiendo necessariũ: quo ad bellica tormẽta utunt, nouitia, pœnitendaq;, ac pessimo publico inuenta. Diuersum a Nitri generibus existimo, indictũq; ueteribus, etiamsi locus in Plinio est, ubi de hoc gñe loqui uideat. Sed eum nos mendosum credimus.

EX M. VERG. COMM.

FVerunt quondam Nitri pluribus locis non aliter, q̃ alioꝝ metallorũ nitrariæ fodinæ: aliquibus etiam siccatis sole nitrosis aquis & paludibus fiebat. Et ne longiores simus, nullũ quale nostra ætate est, ficticiũ Nitrum tũc erat: nec eum quem nostra ætate usum, in missilibus igne tormẽtis habet, in antiqua militia habuit. Vtebatur eo medicina tantũ. Nihilq; Apsyrto in ueterinaria medicina frequẽtius est. Quoniã salis modo auiditatẽ cibi morboso pecori excitaret. Simulq; quã habet pellendi ui purgaret. Vtebat & ganea, in qua periti eius obseruauerãt, tenescere Nitro multa, præsertimq; herbaꝝ radices, candorẽ obsonia contrahere, & olera uiridiora fieri. Ex quo usu Martialis etiã cecinit. Ne tibi pallentes moueant fastidia caules, Nitrata uiridis brassica fiat aqua. Quod totũ legentes monuisse placuit, ne quis ab hoc, et ab alijs de Nitro dicta, de Nitro nostræ ætatis, quẽ Salem Nitrum oẽs passim noĩant, dici existimet. Laudauit antiquitas Nitrũ ob diuersos usus, diuersis locis nascens. Hic ex bunis spongiosum alijs an te-

Hosted by Google

posuit: non satis certa loci indicatione. Omittimus quæ Plinius, iii. uolumine, capite. 10. retulit, optimũ, copiosumq; in Clitis Macedoniæ nasci. Nihil enim quod ille ait ad scriptoris huius Bunos pertinet. Qui si hoc loco colles simpliciter significant, fossile & ex montanis erutũ cæteris uidetur Dioscorides antepositisse: sin contra, non colles ea uoce, sed certũ aliquem significauit locũ: in ambiguo tunc res est. Plures em̃ diuersis regionibus urbes, & oppida hoc nomine in antiqua Geographia audiuntur: quia in collibus ædificatæ habitarentur sic nominatæ. Bunos enim Græci cespitibus erectas aras & tumulos uocant. Siquidem in Illyrico, in Epiro, nec procul ab Antycira eodem nomine Buni urbes & oppida fuerunt: ut testati Stephanus Bizantius, Plutarchus, pluresq; alij sunt. Nobis inclinat animus in eam quæ non procul ab Antycira a Plutarcho describitur, in commentariolo, cui titulus est, utrobi, in terrestribus, an in aquatilibus brutis maior sit prudentia. A

## ¶ De Spuma Nitri. CAP. CXXII.

SPuma Nitri optima esse putatur leuissima, gleboſa, friabilis, colore pene purpureo, aut spumosa, & mordens. Qualis ex Philadelphia Lydiæ defertur. Secunda est Aegyptia. Quin & in Magnesia Cariæ gignitur. Vim & ustionem salis habet tam Nitrum, q̃ Spuma eius. Præterea Nitrum tormina sedat, si tritum cum cumino bibatur, in hydromelite, aut sapa, aut aliquibus quæ inflationes discutere possunt, uti Ruta, uel Anetho. Febribus circumitu redeuntibus illinitur, ante suspectam accessionem. Miscetur emplastris, quę extrahunt, & discutiunt, extenuant, & lepras abstergunt. Cum aqua autẽ calida, aut uino infusa, inflationes, purulentas aureis, & sonitus earundem sanat. Sordes expurgat cum aceto instillata. Canum morsibus ex asinino adipe, aut suillo medetur. Resinæ admista furũculos aperit. Aquæ inter cutem cum fico illinitur, opisthotonisq; iam remissioribus, & luxatis cum cærato. In resolutione linguæ pani cõmode permiscetur. Aliqui supradicta carbonibus urũt, subiecta prius testa noua, donec incandescant. ἀφρὸς νίτρου B

### BARBARI COROLL.

APhronitrum, siue Aphrolitron maxime laudatur, quia sit Nitri pars tenuissima. Hoc ueteres negabant fieri, nisi cum ros cecidisset prægnãtibus nitrarijs, sed nondũ parientibus: itaq; non fieri incitatis: etiã si caderet. Alij operimẽtorũ, aceruorũq; fermẽto gigni existimauere. Proxima ætas in Asia colligi tradit, in speluncis distillans molibus: specusq; eos Colycas uocant. dein siccãt sole. Lydiũ in pastillis affert. Aegyptiũ in uasis picatis, ne liquescat. Vasa quoq; ea sole inarescentia perficiunt. Differt Aphronitrũ, ab Aphonitro. Id q̃d Spuma sit, tritum esse in pollinẽ affirmãt. Candidũ, & triticeæ farinæ simile. Aphonitrũ uero, siue Apholitrũ congelati specie coit: eoq; in balneis quotidie, ut Galenus inquit, ad exterendas sordes utimur. Plin. li. 31. ca. 10.

### EX M. VERG. COMM.

NEc eadem, nec diuersa Nitro penitus nitri Spuma antiquis fuit: ijsdem locis cum Nitro nascens, & æquali illi potestate: aspectu tamen alia, quo tenuior Nitro, eo etiã melior. Discrimen in nascendo potius q̃ substantiæ eius erat. Prægnantibus enim, sed nondũ parientibus nitrarijs, ut Plinius ait, Spuma colligebatur. Eratq; ob tenuitatem suam Nitri Spuma præuius, & in summũ emergens, simulq; concrescens humor. Sunt tamẽ in grẽcis, qui testentur fieri Nitri Spumã, a ceruorũ nitri, ueluti fermẽto quodam, ex quibus referuẽtibus hæc ueluti Spuma emergeret. Quod in multis alijs fit, feruore suo se purgãtibus. Addiderũt alij, in priore illa colligendę nitri Spumæ rõne, non concerni eã in nitrarijs, nisi nocturni accesserint rores. Quocũq; aũt modo se res habuerit, q̃d tenuissimũ ex Nitro se proferebat, id nitri Spuma quondã dicebatur: multi, ut uideꝛ in medicina usus, a Nitro sola bonitate diuersa. Ob quã causſam, & si forte uno, eodẽq; capite continuata historia de utroq; traditũ quondã a Dioscoride fuerit, nos tamẽ alioꝛũ omniũ rationem secuti, seorsum de utroq; egimus. Neq; est quod ultra moneamus, q̃ fuisse quondã pro sale aliq̃bus locis Nitri huius usum: tanta illi similitudo coloris, saporis, & to-

Ctius ſubſtantiæ eſt. Poſſeq; adhuc inueniri, & in eodē uſu gentibus aliquibus eſſe: id tamen pro comperto nobis nō eſt. Quemadmodū ſine controuerſia a cunctis recipit, nullū fuiſſe uſum, nec confectionē aliquam eius, q̄d nunc decocta terra ad uſus bellor; fingit, & Salem Nitrū uocant. Magna cum illo ſimilitudine, & naturæ id generantis imitatione excogitatū.

## ¶ De Fæce. CAP. CXXIII.

τρυξ ELigenda Fæx maxime a uino uetere, Italico: ſin minus, ab alio conſimili. Fæx aceti uiribus longe acrior eſt. Crematur ut alcyonium, ante diligenter ſiccata. Sunt qui noua teſta igni largo urant, uſquedum penitus incandeſcat. Alij uiuis carbonibus Fæcis glebam obruunt, & idem opus proſequuntur. Experimentum eſt legitimæ uſtionis, ut aërio nitore inalbeſcat, linguamq; tactu urere uideatur. Eadem urendæ Fæcis aceti ratio. Vis ei ſupra modum urens, & abſtergens. Vlcera ad cicatricem perducit. Vehemēter exeſt, ſiccatq;. Sed recenti utendum eſt, quoniam celeriter exanimatur, aperta, & nullo uaſe condita. Lauat ut Pompholyx. Quæ uſtionem experta non eſt, tumores & per ſeſe, & cum myrto cohibet. Ventris, ſtomachiq; fluctiones illita ſiſtit. Muliebre profluuium, imo uentri, aut genitalibus impoſita, mitigat. Panos diſcutit, nondum exulceratos, & tubercula. Turgentes mammas ſuiq; lactis impatientes, cum aceto peruncta extinguit. Cum reſina uero ambuſta, & ſcabros ungnes aufert. Addito lentiſcino oleo illita nocte tota, ruffat capillum. Elota, oculorum medicamentis, ut ſpodos adijcitur. Cicatrices,
D & eorum caligines eadem abſtergit.

### VBARBARI COROLL.

VIni Fæx, greçe Tryx uocatur, utiq; nō uſta, ſicut uſta Sphecle, quaſi fæcula, interim Sphecle pro fæce cruda quoq; Græci capiunt, ut Paulus. Fæci tanta uis eſt, ut deſcendentes in cupas enecet. Experimentū dimiſſa præbet lucerna, q̄diu extinguatur deſcenſionis periculū denuncians. Siccata recipit ignes, ac ſine alimēto perflagrat, cuius uis & natura quæ Nitro. Fæx cum expirauerit, lauandis corporibus, & ueſtibus eſt utilis. Fæx aceti pro materia acrior ſit oportet. Vtiq; multum adijcit uirium crematio. Habet & ſuam ſapa fæcem. Cratinus poēta comicus, hoc eſt, Tryga, pro uino quoq; accipit aliquando. Apud nos quoq; Fæculam, qui dixerit, pro uino meminiſſe uideor.

### EX M. VERG. COMM.

SEdimentū uini, cum in dolio deferbuit, Fæx eſt: nota omnibus, & niſi in medicina uires aliquas habeat, homini penitus inutilis. Crudę pariter & coctæ uſus quondam fuit. Vocauit Fæcem poſterior græcor; medicina etiam Pheclam. Copioſaq; in græcor; medicis ea uox eſt, qua crematā priuatim ſignificant. Eius non meminit Dioſcorides, quoniā ſua ætate nullū erat forte adhuc id nomen. Illud humaniores literas profitentes nouiſſe, & obſeruaſſe uolumus, quod a nobis dictum eſt. Vtendum recente eſt: citiſſime em̄ efflata ui languet: eamq; ob cauſſam diligentiſſime operculanda: nec niſi uaſe aliquo clauſa ſeruanda eſt: a Plinio breuius & aptius dici, Celeriter exanimatur, non incluſo condita. In quo exanimandi uerbo uſus, animam ad omnem halitum, & ut Græci dicunt, ἀποφύσιαν, contraxit.

## ¶ De Calce. CAP. CXXIIII.

CALX HOC modo fit. Marinorum buccinorum teſtas igni condito, aut feruenti clibano nocte dimittito: poſtera die ſi candidiſſima fuerit, extrahito. Sin aliter, iterum urito, uſquedum uehementer inalbuerit. Dein ubi in aquam frigidam immerſa fuerit, in fictile nouum conijcito, & exacte pannis operiens, noctem unam conquieſce-

Hosted by Google

reſinito. Mane eam extrahens, ſi ad intentum finem perducta eſt, recondito. Fit & e glebis lapidum crematis, necnon e uili marmore: quæ cęteris præfertur. Vis omni Calci in commune ignea, mordens, adurens, & cruſtas inducens. Quibuſdam aliis immiſta ut adipi, oleo, concoquendi uim aſſumit, & diſſipat. Vlcera ad cicatricem perducit. Efficacior exiſtimatur recens, nec aſperſa aquis. A

BARBARI COROLL.

CAlx uiua, id eſt, Asbeſtos. Differt ab ea Calce, quā Gręci Titanon appellant, ut ſpēs a genere: item a Maltha, quæ fit ex Calce recenti. Vino reſtinguit, mox tundit cum adipe ſuillo, et ficu duplici linamēto: quæ res omniū tenaciſſima, & duriciā lapidis antecedens. Quod malthatur, oleo perficitur ante. Galenus in Hippocrite, Maltham pro cera capit. Plī.li.36.ca.24

EX M. VERG. COMM.

TItanos inter uenena ab hoc ipſo ſcriptore ſequenti commentario nominatur, quæ hoc loco Asbeſtos ab eodem dicta eſt: ſpecie tantū, ut aliqui crediderunt, diuerſa: ut nos autē in græcis obſeruauimus, ſolo architectorum uſu: qui Titanon intellexiſſe uidentur, eam qua parietibus tectoria inducerentur. Et quoniam Gypſo id aliquando fieret, Gypſum ſæpenumero ea uox græcis etiam ſignificat. Quinetiam τιτανίσθαι uerbum illis inter cætera, Gypſo inducto tegere & oblinire eſt. Verumtamen ſola Calx utraq; appellatione illa indicatur. Quæ potuit ex diuerſa materia, ut hic ait, facta, in architectura diuerſos habere uſus. In medicina tamen contraq; in ueneni maleficio, utrumq; enim Calx præſtat, nullum huiuſcemodi diſcrimen a natura accæpit. Omnis enim Calx ſine generis diſcrimine nocet, & prodeſt.

## ¶ De Gypſo. CAP. CXXV.

GYPSVM VIM habet adſtringendi, obſtruendi. Sanguinis eruptiones, ſudoresq; cohibet. Sed potum ſtrangulat, quodam ſuffocationis modo. γύψος

BARBARI COROLL.

GYpſum, ſiue Gypſus, ſiue Spygos, ut Theophraſtus quoq; noīat, plura habet gña. Nam & coquit e lapide, ut in Syria, & Phœnice, ac Thuriis. Et terra fodit, & quidē ſummæ eius cute, ut in Cypro. Copioſa itē Aetolia, circa Perœbiā, atq; Tymphem: a quo & Tymphaciū, ſiue Tympheticū uocatur. Qui coquit lapis, non diſſimilis Alabaſtritæ eſſe debet, aut marmori eroſo. In Syria duriſſimos ad id eligūt, coquūtq; fimo bubulo, ut celerius urant. Optimū fieri compertū eſt ex ſpeculari lapide: qui & Diapahnes uocat, ſquamam uitalem habente. Gypſo madido utendū eſt, quoniā celerrime coit. Inepta fit operi duricies: tamē rurſus tundi, & in farinā reſoluī patitur. Natura Gypſi caloris in terendo tanti, ut rudiculis non manibus tractari poſſit. Tenaciſſimus ob id uſus eius in albariis ſigillis ædificiorū & coronis gratiſſimus, & ad uaporaria conclauiū apud nos, quæ Mappas ex noſtra conſuetudine uocamus. Gręci pro Cymolia, ueſtibus poliendis, Tymphacio utebant Gypſo, Theophraſti ætate. Hinc Gypſati uenalitioq; pedes, ut in Cymolia dicet. Eſt & in Gypſo q̄d flos appellat, ueteres Chymiſtę, Argentum uiuū, gelu aſtrictum, hoc eſt, ſpiſſatum, iam addenſatumq;, Gypſon uocabant. B Plī.li.36.ca.24

EX M. VERG. COMM.

COgnata calci res Gypſum eſt. Plura numerantur eius genera, priuatimq; a Plinio libro 36. capite. 24. Poterunt uolentes ab eo ſingillatim omnia audire. Poſteriores græcorū medici de uiribus eius certius docuerūt, ſiccare, & opplere Gypſum dicentes, & in compeſcendis ſanguinis profluuiis cum farinæ polline, & oui albo uſum eius eſſe. Cremari ut cætera Gypſum etiam, crematumq; opplendi uim amittere, ſed in ſiccando efficacius fieri.

## ¶ De Sarmenticio Cinere. CAP. CXXVI.

SArmentorum Cinis urendi uim habet. Cum axungia autē, uel aceto illitus, fractis neruis, articulorum colliſionibus, & neruorum nodis prodeſt. Cum nitro & aceto excreſcentias carnis in ſcroto reprimit. Serpentium canumq; morſibus illitus ex aceto medetur. Cruſtas obdu- τέφρα κλιματίνη

Centibus medicamentis ammiſcetur. Fit ex eo lixiuium contra præcipitationes, & fungorum uenena, cum aceto, ſale, & melle.

BARBARI COROLL.

Plí. li. 17. ca. 9. Cinis, Græce Conis, & Spodion, & Tephra dicitur, & Coloſcertos poetice. Sed lixiuium Conia. Apud nos Lix: unde Lixiuiũ, & Lixiua, & ut Columella uocat Lixiuia. Cinis foci uocatur: dictus forte, quia luxatis in potu profit. Vnde Gladiatores cum deluſiſſent, hac iuuari potione uidebantur. Cineri omni uim aſtrictoriam ineſſe, Dioſcorides uoluit. Negat id Galenus: utiq; ficulneo. Ipſum quoq; uinum, quod anteq; prælo preſſum ſit, aut nimium calcatæ uuæ in lacum muſti fluxerit, Lixiuum, aut Lixiuium muſtum appellatur, a Græcis uero Prochyma. Nam & Protoſtactum inuenio apud Paulum. Sed pro cinere Lixiuio, qui primus diſtillauerit, ut coniectura capio. Calidum cinerem Hippocrates Marilem appellauit.

## ¶ De Alcyonio. CAP. CXXVII.

ἀλκυόνιον

Alcyonium quinq; eſſe genera, compertum eſt. Vnum enim ſpiſſum, acerbi ſaporis, ſpongioſa facie. Item tetri odoris, ponderoſum, & piſcem olens, quod plerũq; in littoribus inuenitur. Alterũ pinnularum oculorũ, aut ſpongiæ ſimile, fiſtuloſum, & læue, odorẽ algæ referens. Tertium uermiculi forma, & colore, magis purpureum, quod Mileſium uocant. Quartum ſuccidis uelleribus non diſſimile, ſpongioſum, læue. Quintũ figura fungi, ſine odore, aſperum, parte interna quodammodo pumicoſum, foris læue, acre. Quod plurimum in Propontide iuxta inſulam Besbicon appellatam gignitur. Patrio nomine Halos achnen uocãt.

D Duo priora, in fœminarũ ſmegmata aſſumuntur. Contra lentigines, lepras, uitiligines, nigricias, & maculas in facie reliquoq; corpore. Tertiũ ijs qui difficili urina uexantur, aut harenulas in ueſica colligũt, idoneum eſt. Item renibus affectis, aquæ inter cutem, lieni. Vſtum autem, & ex uino illitum, alopecias replet. Poſtremum dealbandis dentibus aptum eſt. In alia abſterſoria, pſilotraq; aſſumitur cum ſale miſtum. Si quiſquam Alcyonium cremare uelit, in crudum fictile mittat: & oblinens uaſis ſpiraculum luto, ita fornaci mandet: & cum figlinum percoquetur: extrahens ad uſus recondat. Lauatur ut Cadmia.

BARBARI COROLL.

Plí. li. 32. ca. 5. Fit in mari Alcyonium ex nidis, ut aliqui exiſtimãt Cæicum & Alcyonum: quas noſtri Alcedonas uocant, quaſi Algedonas, ab Algore, ut alij, e ſordibus Spumarum craſſeſcentibus, alij e limo, uel quadam maris lanugine. Quo candidius, hoc minus probabile. Dioſcorides quinq; genera dinumerat. Plinius quatuor. Primũ quale Dioſcorides. Secundum molle, lenius, odore fere algæ. Tertium candidioris uermiculi. Quartũ pumici & ſpongiæ putri ſimile, pene purpureum: quod optimum: hoc & Mileſium uocatur.

EX M. VERG. COMM.

Non auſim ego nunc cenſere, an quæ in antiquis græcorũ & latinorum poẽtis, diſcedentibus a ſe mari, aut eodem elemento ad ſe reuerſuris coniugibus, & amoribus ſuis Halcyonios precabantur dies amicæ & uxores, bona fide pro ſalute eorũ uota, precesq; conciperent: An ut liceret illis per brumam ſeptem diebus, tranquillo mari, ad nitorem læuorẽq; cutis Halcyonium tuto expiſcari. Mala enim mulieris mens, & ad nouas uoluptates ſedulus animus, conciliandis nouis amoribus continue ſtudet: gaudetq; aliud agere credita, quibus ſubinde placeat formę ſuæ lenocinio quærere. Id certe ueriſimile eſt, & facile credat aliquis: Halcyonium, quo quotidie ad uultus decorem uterentur, certius q; Halcyonios dies nouiſſe fœminas: relictaq; uiris tota maris & nauigationis obſeruatione, unde ſpeciem ſuam augerent diligentius curaſſe: neq; ex fabuloſa Ceycis, & Halcyones hiſtoria aliud, q; Halcyonium nouiſſe lenocinio for-

Hosted by Google

mæ naſcentem in mari rem: ſiue ex Halcyonum nidis reliquiæ, ſiue craſſeſcentes ſpumarũ ſordes, ſiue limus & maris lanugo quædam id ſit. Nomen illi Halcyones marinæ aues fecerunt, haud ſane quia ex earunt nidis Halcyonium mari innatet, ſed quia ex eo mari innatanti & fluitanti Halcyones aues nidos ſibi ad fœturam faciant. Prius enim Halcyonum nidis ſpuma & lanugo illa maris eſt: tum ex ea Halcyonum nidi: & quoniam Halcyonibus ad fœturam inſeruiat, Halcyonium dictum eſt. Diſcrepat in generum numero ab hoc ſcriptore Plinius: ille quatuor, hic quinq; genera eius facit, nec ijſdem notis ambo quotcunq; ea ſint indicant. Quodq; a Plinio non numeratur, quintum illud nobis uidetur fungorum figura, ſine odore, & aſperũ. Poterunt id certius uolentes in Plinio uidere lib. 32. capite. 5. A

## ¶ De Adarce. CAP. CXXVIII.

FIt in Cappadocia quod Adarces appellatur. Eſt aũt concreta ſal ſilago, humidis & paluſtribus locis ſiccitate emergens, & harundinibus ac hærbis agglutinata, colore flori lapidis Aſiatici ſimilis, & omni forma molli Alcyonio, & aliquantum cauo proxima, tanq; lacuſtre Alcyonium eſſet. Ad euellendas lepras, lentigenes, lichenas, & uicia cutis in facie accomodatur. Et in ſumma, uis ei acris. Humorẽ euocat, qui in aliqua parte concreuit & iſchiadicis prodeſt. ἀδάρκη

BARBRAI COROLL.

ADarca, & Adarcion, & Adarces, & Adarcos dicitur. Item Calamochnus, id eſt, calami lanugo. Plinius latinum Adarcæ nomen putauit, in Italia naſcentis circa tenues harundines, hoc eſt, in cortice calamorum, ſub ipſa coma, e ſpuma aquæ dulcis ac marinæ, ubi ſe miſcent. Plí. li. 16. ca. 37

EX M. VERG. COM M.

CAlamochnum, id eſt; harundinũ lanuginem Adarcem hunc in græcis aliqui nominauerunt: facto, quia in harundinibut concretæ lanuginis modo inuenitur, illi hoc nomine. Credi muſq; nos, non excuſandi lapſus Plinio occaſionẽ eam dediſſe uocem. Is enim quod ante nos alij etiam deprehenderunt, lib. 16. capite. 37. inter harundines Adarcem his uerbis numerat. Eſt & in Italia naſcens Adarca nomine paluſtris. &c. Tum eum totã fere naturã percurriſſet, ageretq; de aquatilibus. 32. capite. 6. inquit. Inter aquatilia dici debet & Calamochnus, latine Adarca appellata. Naſcit circa harundines tenues, ſpuma aquæ dulcis, & marinæ, ubi ſe miſcent. Plura ſunt duobus his locis eius ſcriptoris errata. Primum, q plantã cum hærente & adnata illi ſpuma miſcet, confunditq; rei intellectum: tum q Adarcam latinã uocem eſſe affirmat, cum græci paſſim pro ſua ante latinos uſi ea fuerint: mox in Italia naſci, contra Dioſcoridis, & aliorum omnium decreta. Barbarus etiam hoc capite quod Dioſco. περὶ πιγνύδιον καλάμοιο καὶ χορταρίοιο ait, monetq; concreſcere Adarcem in harundinibus, & herbarum cremijs, farraginẽ dixit, contra rei ruſticæ auctores omnes, farraginis uoce in ea re uſus. Habet enim farrago certæ rei in pecoris pabulo ſignificationem: ut certius illi docuerunt. B

## ¶ De Spongijs. CAP. CXXIX.

ESpongijs alias mares appellauere, tenui fiſtula, ſpiſſas, quarum duriores Tragos nominarunt. Fœminas autem, quæ contrarias dotes habent. Vruntur eæ ut Alcyonium. Recentes ſine pinguitudine uulnerariæ ſunt, & tumores reprimũt. Recentia uulnera ex aqua poſcaue conglutinant. Veteres ſinus ex decocto melle iungunt. Vetuſtæ autem inutiles. Aridæ & ligatæ lino, ſi penicilli modo adigantur, occluſa ulcera, calloſq; laxant. Recentes & uacuæ ſenilia ulcera, & quę fluctione laborant, aut cuniculatim exedunt, impoſitu ſiccant. Sanguinis profluuium ſiſtunt. Crematarum cinis ex aceto, aridæ lippitudini auxiliatur. Et ubi quid abſtergere, aut adſtringere opus eſt. Vtilius, τράγοι

Ç in oculorum medicamentis lauare cinerem. Omnium cinis cum pice crematarum, profluentem sanguinem sistit. Candidæ cura fiunt, e mollissimis recentes, per æstus tinctæ salis spuma, quæ petris cohæret. Insolantur inuersæ, hoc est, parte caua sursum spectante: et qua adhæsere, deorsum. Si uero æstiua serenitate ad lunam sternantur, perfusę salis spuma, aut maris aqua, maximum candorem referent.

## BARBARI COROLL.

Plí. li. 9. ca. 35 lib. 32. cap. 11.

SPongia, græce spongos appellatur, itemq; Spongia, ut dicunt Attice. Inter Zoöphyta, hoc est, quę nec animalium, nec fruticum naturam, sed tertiam ex utroq; sortiantur. Nascuntur oēs in petris. Aluntur conchis, pisce, limo. Vbi auulsorem sensere, contrahunt se, ac multo difficilius uelluntur, exprimentes abundantiam humoris, abscisse uero sanie emittentes. Circa Toronem, ut inquit Aristoteles, uesci conchis minutis intra eas repertis cōstitit, auulsasq; aiunt, & ex relictis radicibus recrescere. In petris cruoris quoq; inhæret color, Africis p̄cipue, quę generant in syrtibus. Maximæ fiunt Maucæ, sed mollissimi circa Lyciam penicilli: in pfundo autem nec uentoso molliores, unde ablatæ sint spongię. In Hellesponto circa Maleam uero aspę ac densę, putrescunt in apricis: ideo optimę in gurgitibus. Viuētes, madētesq;, ac illotę, nigricant. Adhę rent nec parte, nec toto. Intersunt em̄ fistulę quędam inanes, quaternæ fere, aut quinæ, per quas pasci existimantur. Item alię, sed superne concretæ: & subesse membrana quædā radicibus earū intelligitur. Viuunt longo tempore. Pessimæ sunt Aplysię, quia eruí nō possunt, in q̄bus maximę sunt fistulæ, & reliqua densitas spissa. Cęterū aliter discreuere genera. Earum q̄dam tria faciēdo. Spissum ac predurū & asperū, q̄d Tragos, idest, Hirculus uocetur. Alterum spissum & mollius, quod Imauos. Tertium tenue, densumq; Achilleū, inuentu rarū. Hoc galeis & ocreis inseritur, ne strepitum gestatu cieant. Ex eo peniculi fiunt. Medici inscitia, ad duo eas genera redegere. Africanas, quarū firmius sit robur. Rhodiacas, quę ad fouendū molliores. Nunc aūt mollissimæ circa Lyciæ urbis Aniphelli muros inueniuntur. Mares quę dicuntur persorbent, tingū turq; in delicijs aliquando & purpura. Fœminis fistulę maiores, ac perpetuę: Tragis tenuissimę ac densissimæ. Ab aquilone genitas ceteris p̄ferunt. Nec usq; diutius durare spiritum medici, q; in Spongijs affirmant. Sic & prodesse corporibus, quia nostro suum misceant. Hoc genus remedij Apospongismō Archigenes, & secuti eū medici appellant. Quia uero de peniculis diximus, scire oportet, nō Spongias mō, sed & e codis q̄q; setas, Penicillos a ueteribus esse nominatos, quibus calciamenta tergebant: ob id & Tergenteas uocabant eas aliq;: nos uulgo Setulas. Est em̄ penis, idem q̄d cauda. Vnde Penita ossa, obsegmen carnis porcinę cū coda significat.

D

## EX M. VERG. COMM.

TErtium habēt in natura Spongiæ ordinem nec frutices, nec animalia, sed inter utrūq; hoc genus medium quiddam, in quo mixta simul animalis, & plantæ natura est, Zoöphyta græci omnia appellant. Pluribus locis in mari nascentes, diuersisq; nominibus ab antiquis distinctæ: quoniam non una sit earum forma, bonitas, & usus. Hic quod ad faciendam ex eis homini medicinam pertineat, satis hoc capite tradidit. Quod autem ad historiam, certius Aristoteles libro quinto de animalium historia, a quo accepta omnia Plinius lib. 9. primum capite, 35. tum. 31. capite undecimo ijsdem retulit uerbis. Quæ a Barbaro in Corollario suo etiam collecta, sine detrimento legentium a nobis relinquuntur. Quomodo autem uulnerariæ Spongiæ sint, manifeste docuit eodem loco Plinius, dicens. Fracturæ, & uulnera spongijs utilissime fouent. Sanguis rapitur in secando, ut curatio perspici possit: & ipsæ uulnerum inflammationibus imponuntur. Multaq; alia, quæ idem scriptor & alij in uulnerum curationibus tradiderunt. Quod dictum a nobis est: ut scirent legentes aliter uulnerarias esse Spongias, q; plura alia sint quę toto hoc opere a Dioscoride τραυματικὰ, id est, uulneraria dicuntur.

## ¶ De Corallio. CAP. CXXX.

κοράλλιον

COrallium, quod aliqui Lithodendron appellarunt, marinum esse fruticem constat, qui imo extractus duratur statim, atq; emergit, tanq; offuso aere protinus concrescat. Plurimum inuenitur Syracusis, in promontorio cui Pachino nomen est. Laudatissimum rubens, co

Hosted by Google

lore Haſtulæ regiæ, aut Sandycis meri, nec ſecus terenti facile cedens, æquabili uſquequaq; cõcremento, rurſus algæ, aut fuci marini odore, q̃ ramoſiſſimum, cinnamomi æmulum, forma fruticis. Quod autem in lapidis duriciam cõit, ſcrupuloſum, inane, & lacunoſum, uitioſum exiſtimatur. Adſtringit & mediocriter refrigerat. Excreſcentia cõ ercet. Oculorũ cicatrices abſtergit. Vlcerum caua, & cicatrices explet. Contra ſanguinis reiectiones magnopere efficax eſt. Vrinæ difficultati auxiliatur. Quin & potum ex aqua lienem abſumit. A

BARBARI COROLL.

QVantum apud nos Indicis margaritis precium, tantum apud Indos Corallio. Gignitur & in rubro mari. Sed nigrius. Item in Perſico uocatur Iace. Laudatiſſimum in Galli co ſinu circa Orchadas: & in Siculo circa Heliam, & Drepanum. Naſcitur & apud Grauiſcas in Italia, & ante Corniculum, & Neapolin Campaniæ, maximeq; tubens: ſed molle, & ideo uiliſſimum Erythris. Color ſub aqua uiridis. Baccæ eius candidæ ac molles. Extra rubeſcunt, induranturq;, ceu corna ſatiua magnitudine ac ſpecie. Aiunt tactu protinus lapideſcere ſi uiuat. Itaq; occupari, euellicq; retibus, aut acri ferramento præcidi, a quo & Corallio, quaſi curallio ἀπὸ τῆς κουρᾶς nomen inditum: nec aliter ſane Theophraſtus, q̃ Curallium appellat, a radendo ſcilicet: ob id & Gorgonia quoq; dictum putatur: itemq; Dendritin, hoc eſt arboreum. Probant q̃ maxime rubens, & q̃ ramoſiſſimũ. Damnant inane, aut concauũ. Auctoritas Bacarum Indis, utroq; ſexu precioſa. Religioſum etiã id geſtamen Haruſpices eorũ, uateſq; inprimis habent, priuſq; hæc noteſcerent. Galli gladios, ſcuta, galeas adornabant Corallio: poſtea Indis Vniones ſuas pro Corallio mutuantibus, in penuria eſſe cœpit. Surculi eius infantiæ ad alligati, tutelam habere creduntur. Ignibus diu repugnant. Eſt & lapis Corallius, uel ut q̃dam ſcribunt Colaris, multũ a Corallio diuerſus, Pyrites s quibuſdam appellatus: quoniã ſit pluri mus ignis illi. Sed eſt alius etiamnum Pyrites, in mentionẽ ſuam ſeruandus. Qualis porro lapis Erythros, hoc eſt, rubens, ab Hippocrate ſignificetur, quo mulieres inquit explorantur, an ſint prægnantes, niſi aut Corallium ſit, aut Pyrites, aut etiã Hæmatites, affirmare nihil habeo. Plí. li. 32. ca. 2. B

EX M. VERG. COMM.

CReſcit arboris modo, & in duriciem lapidis duratur in mari Corallium. Nota nunc res omnibus, ſed in nullo fere honore, ſi antiqua repetatur eius gratia, qua precioſiſſimis in natura gemmis prælatum in gentibus aliquibus diu fuit. Siccandi, & mediocriter repurgandi uim illi ueteres græcorum medici tribuerunt: ideoq; cruentis ſputis, ut illi etiam tradiderunt, utile.

## De Antipathe. CAP. CXXXI.

QVod Antipathes uocãt, Corallium eſſe arbitrantur, ſpecie tantum diſtans. Eſt autem colore nigro, arboris figura, ramoſum magis. Vires ſupradicti habet. ἀντιπαθὲς

BARBARI COROLL.

ANtipathes, pro genere Corallij, quale ſit in Plinio, haud facile docuerim: niſi quis intelligat fruticem circa Troglodytarum inſulas, naſcentẽ in alto, quẽ Iſidos Plocamon uocari tradit, Corallio ſimilem, ſine foliis ſentiri eum, ſe capi, duraricq; colore in nigrum, cum cadat frangi. Theophraſtus Corallij duo uidetur ſtatuere faſtigia. Vnum quod rubens, rotundumq; eſt, ut Radicula in mari naſcens. Alterum huic nõ multũ diſſimile: quod Calamus inquit uocatur Indicus: qui duratur in filicem. Plinius inter gẽmas enumerat Corallida, minio ſimilẽ: quæ in India, Syeneq; gignatur. Fortaſſe per Theophraſti tẽpora, minus erat Corallij uulgatus uſus. Plí. li. 37. ca. 2.

## De Phrygio lapide. CAP. CXXXII.

PHrygius lapis quo infectores in Phrygia utuntur, a qua nomen accæpit. Naſcitur in Cappadocia. Optimus habetur pallidus, modice grauis, inæquali compage corporis, intercedentibus albis ſegmentis, ut in Cadmia. Vritur autem uino optimo perfuſus, uiuiſq; car λίθος φρύγιος

C bonibus obrutus perflatur assidue follibus, donec mutato colore ruffescat. Rursus eodem uino restinguitur. Hoc iterum & tertio faciendum. Attendēdū tamen, ne minutim confringatur, et in fuliginem euanescat. Vis crudo ustoq; adstrictoria, expurgans. Vlceribus crustas quadamtenus inducit. Ambustis cum cærato medetur. Lauatur ut Cadmia.

BARBARI COROLL.

Plí.li.36. ca.19 LApis Phrygius, gleba est pumicosa. Plinius medicinæ utilem negauit.

EX M. VERG. COMM.

GEntis nomen habet Phrygius lapis, pumicosa, ut Plinius ait, gleba: Italiæ semper peregrinus, nūc aūt nulli cognitus: & ex eo, quod præcipuum habere fertur, in nullo nostra ætate usu.

## ¶ De Asio lapide. CAP. CXXXIII.

ἄσιος λίθος ASius lapis assumi debet pumicosus, leuis, fungosus, item friabilis, scissiles uenas melini coloris ad imū actas habens. Eius flos, salsugo subflaua est, summo lapide insidens, compagine tenui, colore in aliquibus albo, in alijs pumici simili, ad luteum uergētc. Admotus linguæ aliquantum mordet. Vim habet uteroq; adstrictoriam, et modice erodentem. Ammistus liquidæ pici, aut terebinthinæ, tubercula discutit. Longe ualidior flos existimatur. Cæterum siccatus flos, uetera ulcera et cicatrici repugnantia sanat. Excrescentia cohibet. Tetra ulcera & fungis similia, cum melle expurgat. Vlcerum caua explet, depascentiaq; cū cerato sistit. Fit cataplasma ex eo podagris, misto fabę lomento, & lieno

D sis ex aceto & calce. Prodest phthisicis linctu. Podagrici iuuantur pedibus in solio, ex eo lapide excauato inditis. Fiunt quoq; loculi, qui corpora erodunt, & luxuriantem carnem, & corporū crassiciem absumūt, uice nitri in balneo. Si lauare libet, cadmiæ modo lauatur.

BARBARI COROLL.

Plí.li.36. ca.17 ASius, et Asia petra dicitur. Est et Assius per duplex, ss, ab Asso Troadis, ut inquit Plinius. Sed ab Asio diuersus. Ille Sarcophagos quoq; nominatur, ab effectu: qualis & in Lycia, & in Oriente habetur. Et in Mysia quoq; inueniri eum Stephanus affirmat. At noster hic per simplex, s, fere scribitur ab autoribus, gustu salsus. Corpora defunctorum condita Sarcophago, consumi intra. 40. diem, sed illata quoq; mortuis, lapidea fieri traduntur. In Oriente adalligata uiuentibus eroduntea.

EX M. VERG. COMM.

LOnge breuius q̄p hic cæteri græcorum medici lapidis Asij, floriscq; eius uires tradiderunt: ex tenuare qdem, sed sine erosione dicentes. Eamq; ob causam humentes & flaccidas carnes absumere una πλαδαρῶν σαρκῶν uoce complexi, quę tam multa singillatim a Dioscor. numerantur.

## ¶ De Pyrite lapide. CAP. CXXXIIII.

πυρίτης PYrites lapidis genus est, a quo æs extrahitur. Eligi debet æris similitudine, facile scintillas ædens. Vritur sic. Melle irrigatus molli pruna continuo flatur follibus, donec ruffescat. Alij in carbones igni candentes, lapidem melle perfusum deijciunt, & ubi ad fuluum colorem uergere cœperit, extrahunt. Efflatoq; cinere, rursus madefactū cremant, donec æquabili tenore afficcatus, friabilis reddatur. Siquidem sæpe facies summa solum uritur. Ita crematus, siccatusq; reconditur. Si eloto opus sit, lauari debet ut cadmia. Tam crudi, q̄p usti uis est excalfa-

Hosted by Google

cere, abſtergere, offuſam oculis caliginem expurgare, duricias concoquere, & concoctas diſcutere. Reſina exceptus excreſcentia in carne cohibet, ſed calorem quendam & adſtrictionem parit. Ita uſtum nonnulli Diphryges appellant. A

## BARBARI COROLL.

PYriten, ſunt qui & Sideriten uocitent, & Androdamanta, & Boſtrychiten. In Cypro reperiri uolunt, & in metallis, quæ ſunt circa Acamaniam. Vnum argenteo colore, qui & Argyritis a Democrito cognominatus uiderur. Alterum aureo. Aliqui tertium genus faciunt, quod plurimum ignis habeat, ponderoſiſſimumq; ſit: quos & uiuos appellamus. Hi exploratoribus caſtrorum maxime neceſſarij: quia clauo, alteroue lapide percuſſis, excutiuntur ſcintillæ, quæ ſulphure exceptæ, aut fungis aridis, aut foliis celerrime ignem trahunt. Pyrites & gemma eſt, nec ſcio an diuerſa ab hac. Nigram eſſe inuenio, & attritu digitos urentem: Pro Pyrite, in medicinas uenit Mylios, ſiue Mylitis, Cochlax appellatus, hoc eſt, molarius, inſula Niſyro plurimus, ab Hippocrate Lapis niger, ut Galeno placet. Mylias ab Theophraſto & Heliano, ex Aethna monte fluens, luti nigri modo in Sicilia, poſt dureſcens colore cuſtodito. Fluunt & Pyromachi dicti, ut idem Theophraſtus ait. Plí. li. 36. ca. 19.

## EX M. VERG. COMM.

IGniarium fuit quondam, quemadmodum & nunc etiam eſt Pyrites lapis. Factumq; illi ab igne nomen, haud ſane quia caleat, aut ignis modo fulgeat, ſed q; inuicē attritus, aut ferramento aliquo percuſſus, ignis modo igneas ſcintillas ex ſe mittit. Dico aūt igniarium, quodcunq; ad inſtaurandum nouum ignem homines excogitarunt, Semina ſiquando heſternæ male condita flammæ, Vt prima ſub luce ſolet cinefacta, periſſent. Habent, præſtantq; id uulgares lapides omnes, ſed omnium maxime qui duriſſimi & metallici ſunt: qualis Pyrites hic eſt, cuius ab hac poteſtate bonitas probatur. Antepoſuit enim hic cæteris eum qui concoloræri eſt, & qui facillime, & quantum uoluerit aliquis leui pulſu ſcintillas ignis aget. Quod ideo adiectum illi a Dioſco. eſt, quoniā plura ad inſtarandum nouum ignem lapidis huius genera & bonitates ſunt, Quæ ex eadem ignis poteſtate & natura eodem nomine omnia tunc cenſebantur. Egit de his Plinius libro. 36. capite. 19. plures & ipſe Pyrites numerans lapides: & inter eos genus unum faciens plurimum habentium ignem, quos uiuos tunc uocabant, ponderoſiſſimos: quibus exploratores in caſtris uterentur: quoniam clauo, uel altero lapide percuſſi, ſcintillas ſtatim ederent: quæ ſulphure exceptæ, aut fungis aridis, uel foliis, dicto celerius ignem traherēt. Quos Maro etiam feliciſſime in primo ſuæ Aeneidos deſcripſit dicens. Ac primū ſilicis ſcintillam excudit Achates, Succepitq; ignem foliis, atq; arida circum Nutrimenta dedit, rapuitq; in fomite flammam. Validiſſimum in diſcutiendis tumoribus, concretionibuſq; Pyritem lapidem hunc ueteres græcorum medici dixerunt. Contra duricies, quas Scirros ea gens uocat utentes, cremato primum, mox acerrimo aceto reſtincto. Nec minus contra concretum in grumos puerperarum lac. B

## ¶ De Hæmatide lapide. CAP. CXXXV.

HAematites optimus habetur friabilis, puro colore niger, durus in ſe, & æqualis, nulla ſorde ammiſta, nulloq; zonarum diſcurſu. Vim habet adſtringentem, & excalfactoriam aliquantum. Oculorū cicatrices & ſcabriciam cum melle purgat. Cum lacte aūt muliebri, lippitudini, colliſionibus, & oculis cruore ſuffuſis conuenit. Bibitur contra difficultatē urinæ, & fluctiones mulierū in uino, & ab iis qui ſanguinem reiecerunt, cum ſucco punici mali. Fiunt ex eo cotes & collyria oculorū uitiis apta. Vritur ut Phrygius, uino tantū ſubtracto. Modus uſtionis eſt, ut modice leuis fiat, & bullis quibuſdam inturgeſcat. Sunt qui Hęmatiten ita adulterant. Denſam glebā rotundamq; ſchiſti lapidis, cuiuſmodi ſunt quę radices uocantur, uaſe figlini operis, quod αἱματίτης

C feruentem cinerem contineat, condũt, paucaq; interiecta mora eximũt, experiunturq; si trita ad cotem Hæmatitæ colorem reddat: ꝙ si ita res se habet, reponunt: sin minus, iterũ obruũt, & subinde conspiciẽtes periculum faciunt. Siquidem in cinere diu dimissus, colore mutato dissipatur. Coarguitur male confictus, scissilibus uenis. Quippe in rectos uenarum discursus refringitur, & longe secus se in colore habet. Namq; floridũ reddit, Hæmatites uero sanguineum atq; Cinnabarin imitantem, inuenitur in sinopico minio. Fit & e magnete lapide, uehementer ambusto. In Aegypto sponte naturæ cum metallis enascitur.

BARBARI CORROLL

Pli.li.36. ca.20 HAematites reperitur in metallis. Vstus Minij colorem imitatur. Adulterant Schisto: sed distinguũt uenæ rubentes. Est & Magnetis genus unum Hęmatites appellatum. Præter hoc quq; genera Hematitarum traduntur. Aethiopicum, cui & principatus datur. Alterum Androdamanta uocant, colore nigro, pondere ac duricia insignem: & inde nomen, præcipueq; in Africa. Trahere autem in se argentum, æs, ferrum. Experimẽtum eius esse, in cote ex lapide Basanite. Reddere enim succum sanguineum. Tertium genus Arabici, uix reddentis succum sanguineum. Tertium genus Arabici, uix reddentis succum ad cotem aquariam, aliquando croco simílem, pari duricia cum secundo. Quarti generis Helatites uocatur, q̃diu crudus sit. Coctus uero Milites, aut etiam Miltites, ad omnia utilior q̃ Rubrica. Quartum ꝝs adꝝcitur Schistos, de quo protinus mox agitur.

EX M VERG COMM.

CRuento sanguinis colore cõspicitur Hæmatites: & inde illi nomẽ. Plura eius gña numerat Plinius li.36.ca.20. oĩa Italię peregrina, ut ex eoꝝ nominibus cõꝝcere licet. Idem bonitatis oĩm notas eodẽ loco docet: multaq; alia, quę uidisse in eo inutile nõ fuerit. Vtilis medicinæ & interuitę remedia q̃ndam lapis hic fuit: medebaturq; inter cætera oculis. In quorum usum fiebãt ex eo collyria, ut hic ait, & Aconia: quæ a cotibus, quas græci aconas dicunt, dicta in Hebeno primo uolumine certius descripta a nobis fuerunt.

D

## De Shisto lapide. CAP. CXXXVI.

χιστὸς λίθος SChistos lapis in Iberia Hispaniæ contermina gignitur. Probatur maxime, qui croci colorem æmulatur, friabilis, suapte natura fissilis, concremento & serie cohærentium uenarum, Ammoniaco sali simílis. Vim exhibet Hæmatitæ, sed ad omnia infirmiorem. Quin & caua replet, muliebri lacte perfusus. Ad procidentia, rupta, item genarũ crassiciem, & uuas oculorum, magnopere efficax est.

BARBARI CORROLL.

Pli.li.36. ca.20 LApis Schistos cognationẽ cum Hæmatite habet, sed peculiare in Schisto, ꝙ splendet. Est & Schistos alteriusomnino generis q̃ Hęmatites, quem cognominant Anthracitin, nasci tradentes in Africa nigrũ: qui attritus reddat aquarꝝs cotibus ab ea parte quæ fuerit ab radice, nigrum colorẽ, ab altera parte croci. Sunt & gemmæ plures hoc nomine carbunculi: quarum aliæ precioſæ sunt, aliæ uiliores, ut quæ nascuntur in Græcia: Theophrastus autor, ac Plinius.

EX M. VERG. COMM.

OValis habitu, concretioneq; sua lapis hic sit, nomen, sed longe certius hic scriptor ostendit. Illud a scissili crustarum eius diuisione factum est: hic Hammoniaco sali comparans, certissima nota totam speciem eius indicauit. Plures in græcis Hæmatitæ congenerem Schistum hunc lapidem fecerunt. Sotacus tamen ex antiquissimis scriptoribus, alterius generis tradidit. Plinius duplicem colorẽ illi tribuit, ab altera parte nigrum, ab altera croceum. Vocaricq; a carbonum nigro colore Anthracitem: hic tamen simpliciter κροκίζοντα, id est, croci colore esse dixit. Noscq; ad certiorẽ coloris eius intellectũ, luteũ addidimus. Vtilẽ oculoꝝ medicamẽtis tm Plin. Schistũ lapidẽ hũc testatus ẽ. Ideoq; nos credimus, quę multa numerata a Dioſc. mala hoc capite sunt, cõcaua, rupta, pcidẽtia, crassas palpebras, & uuas, oĩa ad oculos ptinere.

Hosted by Google

## ¶ De Gagate lapide. CAP. CXXXVII.

A γαγάτης

IN Gagatarum lapidum genere præferendus qui celeriter accendi tur, & odorem bituminis reddit. Niger est cõmuni ex parte, squalidus, cruſtoſus, perꝯ leuis. Vis ei molliendi & diſcutiendi. Deprẽhendit ſonticum morbum ſuffitus. Recreatꝯ uuluæ ſtrangulationes. Fugat ſerpentes nidore. Podagricis medicaminibus, & acopis additur. In Cilicia naſci ſolet, qui influens amnis in mare effunditur, proxime oppidum quod Plagiopolis dicitur. Vocatur autem & locus & amnis Gagas, in cuius faucibus ſ̃ lapides inueniuntur.

GAgatẽ aiunt & in Leuco Pamphyliæ (ut arbitror) promõtorio, aut Lyciæ, ppe Cyprũ inſulã, expelli mari, atꝯ infra duodecim ſtadia colligi. Solinus & in Britania Gagatẽ gigni tradidit. Planus eſt, pumicoſuſꝯ, nõ multum a ligno differens, fragilis odore, ſi teratur grauis. Fictilia ex eo inſcripta nõ delentur. Accenditur aqua, oleo reſtinguitur. Deprehendere dicitur uirgines ſuffitu. Hoc & magi utunt in ea quã a ſecuris argumento uocant Axinomanciã: peruri eũ negantes, ſi euenturũ ſit, quod quiſꝯ optet. Dictum a fluuio in Lycia cognomine, Dioſco, affirmat. Nullum ſe Galenus in Lycia cõperiſſe tradit amnẽ, qui Gages, aut Gagates uocetur. Photion grãmaticus, oppidũ in Lycia fuiſſe Gagas a Rhodis conditũ ſcribit. Plinius Rhodiopolin a Gagis diuerſam facit. Stephanus Gagas oppidũ in Lycia fuiſſe, q̃d Paleonticchos ante diceret. Cruſtaceos uero lapides, atꝯ nigros, & q̃ in ignẽ additi exilem flãmam ederent, bituminis odore in Syria Coele inuẽtos ſibi meminit, in collibus mari mortuo circũdatis ad orientẽ ſolẽ ſpectãtibus: ubi & Bitumẽ q̃ꝯ naſcit: utiliſſimos tumoribus in genu diuturnis. Plí.li.36.ca.19

EX M. VERG. COMM.

QVi Gagatem ſtatim ſequitur Thracius lapis, a Dioſco. & ab alijs dictus Gagate eadem oĩa poſſe, miſcendi ſimul utriuſꝯ noras & euentus Plinio cauſam dedit, tradendiꝯ libro. 36. capite. 19. Accendi aqua, oleoꝯ reſtingui: q̃d non Gagatæ, ſed Thracio lapidi Nicander in Theriacis ſuis, & hic in lapidum hiſtoria aperte tribuerunt. Nicandri de utroꝯ uerſiculi ſunt, primumꝯ de Gagate. ἄλλοτε δ' ἀζαλέην καίων ἐγγαγγίδα πέτρην, ἣν οὐ δὶς μαλερῷο πυρὸς πειρήσαι γυναῖ ὁρμή. Quorũ ſenſus eſt. Aliquando aũt Gagatem ſiccũ lapidẽ urens, quẽ ualidi ignis impetus non domat. Accendi quidẽ igne Gagatem Nicander ait: non tamẽ ut cætera eo abſumi, ſed in urendo bituminis odorem tantum ſentiri. Paulo deinde poſt de Thracio agens, inquit. ἃ ἐσύγε θρηίσσαν ἐνὶ φλέξασ πυρὶ λᾶαν· ἡ δ' ὑδατι βριχθεῖσα σιλάσεται ἐσσομένῃ· αὐτὴν τοῦτόν ὅτ' ὀδμήσεται ἐπιῤῥαυθέντος ἐλαίου, τὴν ἀπὸ θρηΐκιον νεκίης ποταμοῖο φέρουται, ὃν πόντον καλέουσι. Quorum ſenſus eſt. Aut Threicium in igne lapidẽ urens, qui aqua reſperſus flãmas agit. Extinguitur aũt exiguo inſperſo oleo. Lapidẽ hunc a Thracio flumine paſtores quẽ Pontum nominant afferunt: quę tõta eſt in ſcriptore hoc Thracij, non Gagatæ lapidis hiſtoria. Plinius aũt quo diximus loco de Gagate inquit. Mirumꝯ accenditur aqua, reſtinguitur oleo. Quod, ut præmonſtrauimus, in Nicandro, & ut mox in ſcriptore hoc in Thracio lapide patebit, nõ Gagatæ, ſed Thracio cõpetit. Diximus nos comitiales ſuffitu deprehẽdere Gagatẽ, quos hic ἐπιλαπτικοὺς palã nominauit. Cęteri interꝑtes acceptã ex Plinio uocẽ, ſonticũ morbũ deꝑhendi eo dixerunt: cõiore mali illius indicatione q̃ꝯ nunc forte oporteat uſi. Alter etiã comunem ſecutus lectionẽ, in Cilicia naſci Gagatem ait: cum ex Geopraphis, Plinio, melioribuſꝯ græcis in Lycia uertendum fuerit. B

## ¶ De lapide Thracia. CAP. CXXXVIII.

LApis Thracias dictus, naſcitur in flumine quodam Scythiæ, cui Ponto nomen eſt. Vis ei Gagatæ. Traditur aqua accendi, & oleo reſtringui. Quod in bitumine accidit. θρακίας

FIt lapis Thracias, qui exemplaribus Plinij quibuſdam Meitulla dicitur, trium generum, uiridis, pallidę, ſanguineis guttis. Non habeo certum proferre. Nomen gentis ſuę habet, ut cecinit Nicander: quemadmodum & Cappadoces in Argæo Cappadocię naſcentes, ſimili cum prioribus natura, qui & in lacteum cremorem ſoluãtur, ut Galenus & Paulus ægineta ſcribũt: qui & Ageroton lapidem cõmemorant, aſtrictoriam, & diſcuſſoriam uim habentem, & guttu ris inflammationibus auxiliarẽ: quo ſutores uti ſoleant ad dandum calceis nitorem. Præter- Plí.li.37.ca.10

Cea & Hieracitin, ut Diogenes ſcriptū reliquit, ſubuiridem ex atro coloribus itē alijs reſperſum, quē qui geſtet, muſcæ non infeſtent. Hunc literis quibuſdā inſcriptis, contra ſanguinis eruptiones ualere perhibent. Addiderūt ijs & Indicū, ſubruffum colore, attritucꝙ, ſucco purpureo manantē, nec ualido, nec denſo corpore. Inuenio & Perdicitin, ſiue Perdiciatin, et aliū a ſorbi ſimilitudine, ut uitrū cognomēto Scythicū, ad oēs duricias pollentes. in compoſitionē illam quæſitas quæ Pamplethes, & Diacinnabareos uocat ab Aegineta Paulo. Vitem ad oculoꝝ quocꝙ ſuffuſiones cōmendāt, cum felle aſpidis acontiæ uocatæ, mirabili effectu, poſt quintum diem repræſentata curatione. Id fel, in ſerpentis eius dorſo, iocinori annectitur, ut Aetio placet.

## ¶ De Magnete lapide. CAP. CXXXIX.

μαγνίτης

MAgnes lapis optimus eſt, qui ferrum facile trahit, colore ad cæruleum uergente, nec admodum grauis. Datur cum aqua mulſa, trium obolorū pondere, ut craſſos humores eliciat. Sunt qui Magnetem crematum pro Hæmatite. uendant.

### BARBARI COROLL.

Pli. li. 36. ca. 16

LApis Magnes, quē & Magnitin Græci dicunt. Itē Sideritin & Heraclion, id eſt, Herculeū. Magnes ab inuētore uideī appellatus. In India nunc, & paſſim inueniī in Hiſpania quocꝙ. Repertus aūt ſcribitur clauis crepidarū, & baculi cuſpide ferrata hærentibus, cum armenta paſceret. Quincꝙ genera eius ferunī. Aethiopico principatū dant, argentocꝙ rependiī. Inueniī in Aethiopia Smiri. Ita uocaī regio harenoſa. Ibi & ſanguinei coloris, ſanguinēcꝙ reddēs, ſi teratur. Sed & crocum, Hæmatites cognomine, in trahendo ferrū, non eadē natura, qua cæteri Magnetes. Aethiopici argumentū eſt, cꝙ Magnetem quocꝙ aliū ad ſe trahit. Secundū genus Magneſia cum, e Magneſia, & contermina ei Macedonia, a Bebonea locatum petentibus dextra. Tales ruffi, nigricꝙ ſunt. Tertiū in Echio Boētiæ, ruffi coloris plus habens cꝙ nigri. Quartū circa Alexandriā Troadem, nigrū, & fœminei ſexus, ideocꝙ ſine uiribus. Quintū in Magneſia Aſiæ, deterrimū (nam & candidus eſt) necꝙ attrahit ferrum, ſimilis pumici. In eadem Aethiopia mons haud procul gignit lapidem Theamedem, cui contraria Magneti natura, ferrum omne abigens reſpuenscꝙ. Trahitur ad Magnetem ferrum, quia ſola fere materia ea, uires ab eo lapide conceptas diu retinet. Aliud apprehendens ferrū, ut annulorū catena uideatur: quod quidem imperitum uulgus appellat, ferrum uiuū, uulneracꝙ ex tali aſperiora fiunt. Lapis hic & in Cantabria eruitur. Non ille Magnes uerus, caute continua, ſed ſparſa, Bubbatione (ita appellant) neſcio, an uitro fundendo perinde utilis: nondū enim expertus eſt quiscꝙ. Auctor Plinius. Ferri uticꝙ inficit aciem, ut Magnes. Dinocrates architectus Alexādriæ templū Arſinoēs concamerare cœperat Magnete lapide. Interceſſit mors, & ipſius, & Ptolomæi regis, qui id ſorori ſuæ fieri cupierat, ut ſimulacrū eius e ferro pendere in aēre uideret: quod genus præſtigiæ, ad ſuperſtitionem ſuam Arabes cōmenti dicunt in eo feretro, ubi auctor eius ſectæ conditus exiſtimatur. Diogenianus Magnetem uerum argento ſcribit eſſe tam ſimilem, ut decipiat. Nec hunc lapidem, qui ferrum ad ſe trahat, Magnetem, ſed Heracleoten appellandum eſſe.

## ¶ De Arabo lapide. CAP. CXL.

ἀράβιος λίθος

ARabus lapis elephanti maculæ ſimilis. Is tritus illitu Hæmorrhoidas exiccat. Eius cinis dentifricio optimus.

## ¶ De Galactite. CAP. CXLI.

γαλακτίτης

GAlactites appellatur, cꝙ lacteum reddat. Cinerei tamen eſt coloris, ac guſtu dulcis. Ad oculorum fluctiones conuenienter illinitur. Oportet autem in aqua tritum, pixide plumbea recondere, propter uim glutini, quod obhæret.

### BARBARI COROLL.

GAlactites, ait Plinius, ex uno colore lactis eſt, ſucco quocꝙ eius & ſapore, a quo nomē: de hac intelligat, an diuerſa, dubium: quando cineris colore traditur a Dioſcoride, non lactis. Eſt & Galaxia, quam aliqui Galactitem uocant, intercurrentibus ſanguineis, aut candidis uenis. Nam Chalaxia, grandinū & colorem, & figuram habet, unde appellata eſt, adamātinæcꝙ duricie. Narrant etiam in ignem additæ, manere ſuum frigus. Ergo Pliniana Galactites, quam

Hosted by Google

aliqui & Leucogageam, & Sinephyten, & Leucographin appellant, uidetur ei proprior. Quæ & Morochthos, & Leucographis, & Galaxia Dioscoridi & Galeno dicit, ut paulo post liquebit. Vtcunq; infantium adalligata collo, saliuam facere dicitur. In ore aũt liquescere: memoriam adimere uel iniuriarum. Mittit eam Nilus, & Achelous quoq; amnis. Sunt qui & Smaragdum, albis uenis circumligatũ, Galactiten inquit uocent. Est & gemma Galaicos, distans ab hac, Argyrodamanti similis, paulo sordidior. Inueniuntur aũt binæ, aut senæ. A

## ¶ De Melitide. CAP. CXLII.

MElitites omnia Galactitæ similis. Hoc tantum interest, q̃ dulciorem succum remittit. Eiusdem ut Galactites effectus. μελιτίτης

### BARBARI COROLL.

MElitites lapis dictus, quia succũ tonsus melleum emittat. Differt ab hoc Melichrus: cuius plura sunt genera. Melleus colore. Differt & Melitis a malo, cuius imitatur colorẽ appellatus.

## ¶ De Morochtho lapide. CAP. CXLIII.

MOrochthus lapis, quem aliqui Galaxiam, aut Leucographida uocauerunt, in Aegypto nascitur: quo utpote molli, & facile liquescente, linteones dealbandis uestibus utuntur. Spiracula corporis obstruere uidetur, conueniens ijs qui sanguinem expuunt, cœliacis, & uesicæ doloribus, cum aqua potus. Itidem fluctionibus uuluæ, impositus uelleri. Mollibus oculorum collyrijs miscetur. Explet enim caua, atq; delachrymationes sistit. Idem cærato exceptus, ulcera quæ fiunt in teneris partibus corporis, ad cicatricem perducit. λίθος μόροχθος

### BARBARI COROLL.

LApis Molochthus, aut Morochthus, siue ut Galenus & Paulus uocauit, Moroxus, & Graphis, haud uideo eundem cum eo esse, qui Molochitis, a colore maluæ dicitur, spissius uirens: nec translucida, reddendis laudata signis, & infantium custodiæ. Sit autẽ Morochthus, quem Plinius in ore ait liquescere, de quo in Galactite diximus, ex collatione Dioscoridis subodorari potest aliquid, dicentis mollẽ eum esse, diluiq; facilem, ut uel idem cum Pliniano, uel similis esse uideri possit. Nominatur & Morochthos Plinio, sed inter gemmas, lacte sudans porraceo. Idem auctor & Leucographin inter herbas collocat: nec qualis ea sit, reperisse unq̃ fatetur, eosdem ei effectus reddens, quos hoc loco Dioscorides, Galenus, cæteri, ut propterea non desint, qui Plinio quasi pro herba lapidem acceperit, increpitent. Sed auctor grauissimus, aliorum sententiam, non suam opere toto recitat. B

## ¶ De Alabastrite lapide. CAP. CXLIIII.

ALabastrites uocatus Onyx, crematus, resina aut pice assumpta duricias discutit. Stomachi dolores cum cærato læuat. Gingiuas comprimit. λίθος ἀλαβαστρίτης

### BARBARI COROLL.

ALabastrites, siue Onyx in Alabastro Aegypti, circa Thebas nascitur: quem in ædificiorũ quoq; ornamentis includunt. Nascitur in Syrię Damasco, candore intercincto, uarijs coloribus. Cæteris omnibus candidior. Probatissimus in Carmania: mox India. Iam quidem & in Syria, Asiaq;. Vilissimus, & sine ullo nitore in Cappadocia. Probatur maxime mellei coloris, in uertice maculosi, atq; non translucidi. Vitia in ijs corneus color, atq; candidus, & quicquid uitro simile est. Alabastrites, ad unguentorũ fidem laudatissimus: unde uas, id est, Onycem unguentarium uocamus, quod & Alabastum, & Alabastrũ quoq; dicitur, etiã e uitro interim. Est & Onyx inter ostrea, ut uolumine secundo patuit. Habet & Onyx gẽma: in qua unguis humani similitudine candorẽ esse dicũt. Alabastrites porro, & in Arabię montibus, & Germania quoq; reperit, ex quo & uasa potoria, & pedes lectorũ, & sellę delitijs factę. Itẽ amphoræ, & urcei cadorũ magnitudine. Iã columnæ. 30. duos pedes longę. Sunt q hac amplitudine, nõ Onycem, sed Onychitin uocẽt. Differt ab Alabastrite Alabandicus, siue Abalandicus: & em̃ utroq;

Hosted by Google

C modo legitur. Color Alabandico subnigrat ex ruffo. Perspicuus est, ut ignis, & quibusdã qua si rimulis uenisq; dehiscit. Capillos albos, attritus inficit. Dicitur Alabastrus Democrito, & sal omnis, & calx uiua: quæ de putaminibus ouorum conficitur. Hæc ipsa Encephalos quoq; dicitur a chymicis, & marmor Thebaicum, & Claudianum.

## ¶ De Thyite lapillo. CAP. CXLV.

λίθος θυΐτης

LApis nomine Thyites, in Aethiopia gignitur, subuiridi colore, Iaspidem imitatus. Liquescens tamen lacteum succum reddit. Vehementer mordet. Tenebras quæ pupillis obuersantur expurgat.

BARBARI COROLL.

LApis Thyites, a Plinio Mortarium uocatur, quoniam Thya mortarium significet: etiam Acone dictum Hippocrati, ut Galeno placet.

## ¶ De Iudaico lapide. CAP. CXLVI.

ἰουδαϊκὸς λίθος

IVdaicus lapis in Iudæa nascitur, glandis effigie, candidus, scita admodum configuratione, discurrentibus lineis quasi industria detornatis. Solutus nullam qualitatem manifestam gustui repræsentat. Potest ciceris magnitudine tritus ad cotem, ut collyrium, cum calidæ aquæ cyathis tribus, potu difficultati urinæ auxiliari, & calculos in uesica comminuere.

BARBARI COROLL.

HIc & Tecolithos uocari cœptus, quia calculos absumat: qd a Galeno falsum existimat.

## ¶ De Amianto. CAP. CXLVII.

λίθος ἀμίαντος

AMiantus lapis in Cypro nascitur, sciſſo Alumini similis, quo ut pote flexili, pannos tantum ostentationis gratia texunt, qui ad ignes coniecti ardent quidẽ, sed flammis inuicti splendidiores exeunt.

BARBARI COROLL.

LApis Amiantus, ueneficijs resistit omnibus, præsertim magorum. Hoc qd de lapide Adiantho dicitur. Texi ex eo uela, quorum ignis uelut aqua sordes eluat. De lapide quodam nascente in Carystho Euboëæ, Strabo retulit.

## ¶ De Sapphiro. CAP. CXLVIII.

SApphirus lapis, percussis a scorpione potu prodesse existimatur. Contra intestinas exulcerationes bibitur. Excrescentia in oculis, uuasq;, & pustulas inhibet, & ruptas membranas cogit.

BARBARI COROLL.

SApphiri aureis punctis collucent, ceruleæ, raroq; cum purpura. Optimæ apud Medos, nusquam tamen perlucidæ. Præterea inutiles sculpturæ, interuenientibus cristallinis centris. Sapphirum gemmarij inter Iaspides collocant.

## ¶ De Memphite. CAP. CXLIX.

μεμφίτης

MEmphites in Aegypto iuxta Memphin inuenitur, calculorũ magnitudine, uersicolor. Tradunt trito & illito, quæ urenda, aut secanda sunt, sine periculo obstupescere, ita ut non sentiant cruciatũ.

BARBARI COROLL.

LApis Memphites, gemmantis est naturæ.

## ¶ De Selenite lapide. CAP. CL.

σελενίτης

SElenites lapis, quem aliqui Aphroselenon appellarunt, quoniã noctu plenus, crescente luna reperiatur. Nascitur in Arabia, candidus, transluces, læuis. Huius ramẽta comitialibus in potu dari iubent. Eo ad

amuleta mulieres utuntur. Arbores adalligato eodē frugiferę reddunt. A

BARBARI COROLL.

SElenites, fulgore melleo pſpicuus nomine accepto, quia imaginem Lunæ reddat in dies ſingulos augeſcentis, minuentiſq; numero. Hunc ſemper Galenus Aphroſelenon appellat, Chymiſtæ Aphroſelenon, etiam Comarin, & a leuitate ponderis Cupholithon, & Argyrolithon quandoq; uocitant. Habetur & Comaris apud eos Scythica, pro Arſenico & ſulphure. Itemq; pro lapide philoſophico, toties a nobis indicato, coarguendi potius & irridendi propoſito, q̄ monſtrandi. Seleniten Euſtathius alium quoq; lapidem intelligit, qui & Aſterius, & Lychnites uocetur, naſcens in Thracia Pallenes littoribus, auctore Dionyſio. Plinius Lychniten ab Aſterio diuidit, itemq; Selenite. Sed ut herbarum, ſic & lapidum uocabula confundimus.

## De Iaſpide lapide. CAP. CLI.

IAſpidum quędam Smaragdum imitatura. Alia Chryſtallū, ſimilis pituitæ. Alia nō diſſimilis aeri: ob id uocatur Aerizouſa. Alia ueluti fumo infecta, quæ Capnias ex argumento uocatur. Quædā lineis albis & reſplendentibus præcingit̄, Aſſyrios appellata. Alia Terebinthinæ ſimilis, quæ Terebinthizouſa dicitur. Alia colore Calaida gemmā æmulatur. Omnes amuleta eſſe traduntur, & accelerare partum femoribus appenſæ.

BARBARI COROLL.

LApis ſępe trāſlucet ac uiret. Smaragdo ſimilis Indica eſt. Cypria, colore glauco & pingui: Perſica, ſimilis aeri: quæ ob id Aerizuſa uocatur. Thermodontiaca, cerulea: & Scythica inter ceruleas omnes optima. Phrygia purpurea. Cappadox ex purpureo cerulea, atq; non effulgens. Thracia Indicæ ſimilis. Chalcidica turbida, præfertur omnibus, quæ purpuræ quicq̄ habet: ſecunda quę roſæ: tertia quę Smaragdi: quarta cœlo autumnali matutino ſimilis: quę Boëa appellat, & Aerizuſa. Similis eſt & Sardæ, imitata & uiolas. Non minus multæ ſpecies reliquę: ſed omnes in uitro ceruleæ, aut chryſtallo ſimiles, aut pituitæ, atq; muco, ſiue ut Plinius, Myxis. Item Reſinę Teberinthi, quā & Terebinthi Zuſam uocant, inter ceruleas & ipſam marē exiſtimātes. Nam quę Iaſpachates appellatur, ex Iaſpide Smaragdo ſimili, et Achate proprietatem ſuā habet. Pręſtantiores Sphendone, id eſt, funda cludi ſolent, id eſt, patentes, nec prætereq̄ margines auro amplectente. Vitiū eſt & breuis nitor, & longe ſplendēs, & ſal & omnia, quę in cæteris gēmis nitro adulterata coarguitur, extra fulgorē ſpargendo, atq; nō continendo in ſe, nec in diuerſa. Quæ Sphragides uocantur, quoniā optimæ omniū ſignent: ea quæ Smaragdo ſimilis p tranſuerſum linea candida p̄cingitur. Orienti familiariſſima, pro Amuleto Garāmantās uocat, quæ pluribus Polygrāmos. Eſt & Onychi puncta, quæ Iaſponyx dicitur, & nubē cōplexa, & niues imitata, quæ ſtellata rutilis punctis eſt, & ſali megarico ſimilis, & fumida, Capnias, ſiue Capnitis appellata. Magnitudinē Iaſpidis, undecim unciarū uidit antiqtas, effigie Neronis thoracata. Inter ceruleas, poſt Scythicā Cypria: poſt quā Aegyptia. Adulterat̄ maxime tinctura. Idq; in gloriā Regū Aegypti aſcribitur ei, q primus tinxit. Ineſt aliquando ceruleis aureus puluis: nō ut in Saphiris puncta. Galenus Iaſpidē medicinę utilē, Chloron Iaſpin, hoc eſt, uiridem cognominat. Inſcribi iuſſit in Iaſpide draconem radios habentē Necepſos Rex, ad ſtomachi fulturā. Sed idem pfectus eſt, in torque ſuſpenſo eo rudi, ita ut os ſtomachi attingat.

## De Aētide lapide. CAP. CLII.

AEtides lapis eſt ueluti prægnans, cum quatitur alio in utero ſonante. Grauidis continet partus, cum lubricæ ſunt uuluæ & parū tenaces, ſiniſtro brachio adalligatus. Sed parturientibus e brachio amoueatur, & feminibus alligetur, ut ſine doloribus pariant. Furem deprehendit, ſi quis in pane conditū offerat. Fur em̄ manſum deuorare nō poterit. Quinetiam concoctus, furem coarguit. Quippe decocta cū eo, deuorare non poterit. Tritus & cærato exceptus, cyprino, aut gleu-

Cino, aut alio excalfaciente, comitiales magnifice iuuat.

BARBARI COROLL.

LApis Aëtites, quem aliqui Gagiten dixere, Strabo Gangiten, in Armenia repertũ ſcribit: quo ſerpentes fugant: hunc, an alium accipiat, nondũ liquet. Inædificatur nido aquilas, non tamen omniũ, nihil igne deperdens: ſed uis eius medica, non niſi nido direpti. Aiunt binos inueniri, marem, & fœminam: nec ſine iis parere Aquilas, & ideo binos tantũ. Genera eius quatuor ferũtur. In Africa puſillus & mollis, ac uelut in aluo habens argillam ſuauem, candidam. Ipſe friabilis: quem fœminam exiſtimant. In Arabia mas durus, & ſimilis gallæ, aut ſubrutilus: in utero continens lapidem durũ. Tertius in Cypro, colore Africani, amplior tamen atq; dilatatus. Cæteris enim globoſa facies. Habet in aluo harenam iocũdam, & lapillos. Ipſe tam mollis, ut etiam digitis fricetur. Quarti generis Taphiuſius uocatur, naſcens iuxta Leucadem in Taphiuſa: qui locus eſt dextra nauigãtibus ex hac ad Leucaden: inueniturq; in fluminibus candidus ac rotũdus. Huic eſt in aluo lapis, qui uocatur Callimus: nec quicq; tenerius. Nam Calais, aliud genus eſt lapidis, a quo & Calainus color, pro Veneto, ſi Photioni credendum eſt. Ego etiam ſordidũ colorem, Plinii ſecutus, Calaini appellatione poſſum capere. Amplitudine inquit conſpicua, ſed fiſtuloſa & ſordiũ plena eſt Calais. Hic & Augites a multis dicitur. Quæ uero Calaina oſtraca nominat Aetius, pilos extenuantia, conſiderantibus relinquo. Apud chymiſtas uiuæ calcis aquam inuenio Calaion uocari. De Calaino etiam colore, Dioſcorides in Iaſpide ſupra mox cõmeminit. Iidem Aetiten pro Chryſolitho, & Porphyrite, & Chryſochromo cognomine Macedonico, & Polychromo accipiunt.

## De Ophite lapide. CAP. CLIII.

ὀφίτης

OPhitæ genera multa. Quidam grauis eſt odoris, niger. Alter cinereo colore ſpectatur, punctis diſtinctus. Tertius lineis quibuſdam candidis intercinctus eſt. Omnes contra capitis dolores, & ſerpentium ictus proſunt. Feruntur qui lineas habent, lethargo, & capi-
D tis doloribus auxiliari.

BARBARI COROLL.

OPhites, marmor eſt ſerpentiũ maculis ſimile: a quo nomen. Duo eius genera: molle candidum: nigricans durũ. Ex Ophite, columnæ niſi paruæ admodũ inueniuntur. Inter Ophitas exiſtimari fere poſſunt, propter colorem, quod Auguſteum uocãt & Tiberiũ, In Aegypto utri uſq; principis temporibus reperta. Differunt, & maculas diuerſo modo colligũt. Auguſteum undatim criſpatur in uertices: Tiberium ſparſim, conuoluta canicie ſpectatur. Theophraſtus lapidem Chiũ uocando, uidetur Ophitem intellexiſſe. In Aegypto inquit, naſcitur lapis niger, tranſlucidus, Chio ſimilis. Quem locũ Plinius ita uertit. Theophraſtus inquit auctor eſt, trãslucidos lapides in Aegypto inueniri, quos Ophitæ ſimiles ait. Fortaſſe, quia uerſicolores illas maculas, ut ait Plinius, primæ Chiorum lapidicinæ oſtenderunt.

## De Lapidibus Spongiarum CAP. CLIIII.

LAPIDES in Spongijs inueniuntur, qui ueſicæ calculos rumpunt, in uino poti.

BARBARI COROLL.

LApides, qui naſcuntur in Spongijs, & ipſi uocantur Spongiæ, quidam eos Cyſteolithos uocant: quia ueſicæ medeantur. Sunt & Pumicum in genere, quos Spongias uocant: ut in Pumice docuimus.

## De Lithocolla. CAP. CLV.

λιθόκολλα

LIthocolla glutinum, quo lapides coniunguntur. Fit autẽ ex marmore, lapide pario, & taurino glutino. Poteſt candente ſpecillo admotum, incommodos oculis pilos replicare.

BARBARI COROLL.

LIthocolla nomine, ſignificat glutinum ex lapidibus.

Hosted by Google

## ¶ De Ostracite. CAP. CLVI. A

OStracites testæ similitudinem habet, glebosus, & in laminas fissilis, quo mulieres ad detrahendos pilos, pro pumice utuntur. Menses drachmæ pondere potus ex uino sistit. Si quattuor diebus a coitu bibatur sicilici pondere, fœminis prestat ne coucipiant, Cum melle autem impositus, mam̃arum inflam̃ationes lenit, & nomas cohibet. ὀστρακίτης

BARBARI COROLL.

OStracites a testa nomen habet. Transilit & ad gemmas. Si quidem, ut Plinio placuit, Ostracias, siue Ostracites, altera est testacea & durior, altera Achatæ similis. Nisi quod Achates politura pinguescit. Duriori tanta uis inest, ut aliæ gemmæ scalpantur fragmentis eius. Habetur & Ostracides, cui Ostrea nomen, & similitudinem dedere.

## ¶ De Smyride. CAP. CLVII.

SMyris lapis est, quo annularij scalptores lapides expurgãt, ad erodendum, et urendum utilis. Gingiuis quas humor uexat, prodest. Dentifricio commendatur. σμύρις

BARBARI COROLL.

NOta uulgo Smyris, uel ipso nomine, quanq̃ Smyrium potius q̃ Smyrin officinæ appellant: cuius fragmentis gem̃æ aliæ scalpantur: quo usu Plinius secundus non Smyrin, sed Ostraciten uocauit, ut superius proxime notauimus.

## ¶ De Harena. CAP. CLVIII.

HArena e littoribus sole feruefacta, hydropicorum tumores exugit, si capite tenus in ea obruãtur. Torreri solet ad aridos fotus, pro milio, aut sale. ἄμμος B

BARBARI COROLL.

HArena littorum, grece Psammos, & Hammos Aegialitis uocatur. Quę porro calculosa lapidiosaq; est, Acholax poetis dicitur. Harena secantur marmora premente eam serra, in prætenui linea uel sando, tractuq; ipso diuidente. Aethiopica ad hoc maxime probatur. Proxima Indica, & scabrior: qua combusta poliunt marmora. Scabra est & Naxia, & a Coptis quæ uocatur Aegyptia. Postea inuenta est, non minus probanda, ex quodam Adriatici maris uado ęstu nudante, obseruatiõe nõ facili. Fraus deinde secandi, quacunq; harena fluuiatili, quæ quod crassior est laxioribus segmentis terit, ita sectæ attenuantur crustæ. Polituris accõmodant̃ Thebaica, et quę fit e pumice, aut Porro lapide, hoc est, Toso. De Sabulo puteolano, Cãpanoue, itẽ de Ethrusco, q̃d ꝓprie Carbunculus uocat̃, nihil dicturus sum, nisi q̃d Campanũ ex usta terra, Carbunculus ex cocta materia efficitur. Autor Victruuius. Romę uulgo Puteolana dicitur harena quocunq; loco fossilis, modo quæ in calcem conueniat. Pli. li. 36. ca. 23

## ¶ De Cote. CAP. CLIX.

ECote Naxia, quod exacuẽdo ferro detetitur, illitum alopecias ad pilum reducit. Virginum mammas cohibet, nec increscere patitur. Potum ex aceto lienem absumit. ἀκόνης ναξίας

BARBARI COROLL.

COtes, siue lapis Naxius, id est, Acone, sicut olearis Cotes, Elæa cone. Diu placuit Cotes, e marmore Naxio, ut & simpliciter Naxium dicatur. Ita uocant in insula Cypro genitas. Vicere postea ex Armenia. Differre putant Cotem a lapide Coticula: uon solitum inueniri, nisi in flumine Timolo, siue Tmolo (nam utroq; modo recte dicitur) a mõte, ut arbitror, cognomine in terra Lydia. Nunc uero passim quæ alij Heraclium, & Lydium appellant. Sunt autem lęues, & calculis similes, quaternas uncias longitudinis, binasq; latitudinis non excedentes: siue ut Theophrastus inq̃t, calculi amplissimi, dupla magnitudine, p̃eterea specie lata, nõ rotũda: q̃d a sole fuit in ijs melius, q̃ q̃d a terra. Sed & caloribus im̃odicis deterius respõdẽt. Fiunt em̃ aspergi Pli. li. 36. ca. 22

Cne quadã ex alto reuocata, quasi lubricę, ut idẽ Theophrastus ait. Iis Coticulis periti cũ euena siue nũmo lima rapuerint, experimentum protinus dicunt, quantum auri, quantũ argenti aut æris habeant scrupulari differẽtia, nunc̃ fallente ratiõe: incipientibus a minimis notis, hoc erat granũ, post colybus, tũ duo chalchi, dein quatuor moria, ut Theophrasti uerbis agã. Lapis & Chrysitis, & Basanos chrysochoice, hoc est, index aurarius uõcat, quo, ut grẽci aiunt, aurũ explorat, obryzũ sit, atc̃ probũ, an improbũ uitiosumc̃. Quanc̃ Basanistes & ꝑ mortario qñc̃ accipit. Porro dicitur Obryzũ, quasi abryzũ, hoc est, delicatũ sincerũc̃. Vt Photionis etymologiatur. Vocãt aũt Obryzũ, q̃tiens simili colore rubet ignis, ut inqt Plinius, & aurũ q̃d apyrõ appellãt, purum est: idc̃ habet nomen, qa igne nõ egeat: quale arabicum esse Diodorus tradit: q̃d inter Abileos, Gasandosc̃ foditur. De arabico Auro & literis sacrę meminerunt.

## ¶ De Lapide Geode. CAP. CLX.

λίθος γεώδης

GEodes lapis, adstringit, siccat. Caligines oculorum discutit. Illitus autem ex aqua, testium mamarumc̃ inflamationes sedat.

EX M. VERG. COMM.

GEoden ex argumento appellant, quoniam amplexus est terram.

EX M. VERG. COMM.

REpetemus & id quidem c̃ breuissime licebit, ex græcorum decretis, quas uniuerso lapidũ generi uires, priuatimc̃ singulis, & his præserrim quos deinceps ex toto eorum genere hic scriptor numerauit, naturam dedisse antiquiores deprehenderunt. Quæ huiuscemodi sunt. Siccãt non aliter c̃ Terra omnis lapides omnes. Priuatim tamen Magnes, quem & Heracleum lapidẽ uocant. Hæmatitæ æquales habere uires dictus est. Notus ubic̃ hic lapis, mirabili naturæ euentu, ex interuallo ferrum ad se trahens: & quasi sensus, manusc̃ illi sint, omnium rerum domitricem materiam illam cedere & parere sibi cogit: non aliter c̃ toto orbe monstra cessisse quondã uiribus Herculis traduntur. Ob quam causam ab Hercule Heracleum credidere aliqui dictũ fuisse. Verumtamen non desunt qui non ab Hercule, sed ab Heraclia Magnesiæ dictum uelint. Et quemadmodum a Magnesia Magnes, sic Heraclius ab Heraclia dictus fuerit. Sic Lucretius libro. 6. credidit dicẽs. Quod supereſt agere incipiam, quo fœdere fiat Naturę lapis hic ut ferrum ducere possit. Quem Magneta uocant, patrio de nomine Graij, Magnetum quia sit patrijs in finibus ortum. Et si Plinius autore Nicandro, a Magnete inuentore nominatum testetur. Euripides non hunc Magnetem in carmine suo uidetur uocasse, sed Indicem, quo argentarij utuntur. Versiculus eius est. τὰσ βροτῶν γνώμασ σκοπῶν ὥστι μαγνῆτισ λίθοσ. Quod est, Hominũ mentes ueluti Magnes lapis probans. Arabicus Ebori similis, siccandi repurgandic̃ uires habet. Lactarius scissili eadem omnia, sed minore efficacia potest. Melitites a sapore mellis nominatus quadã tenus calefacit. Morochthos, quem a candore lactis Galaxiam, & Leucographida uocari Dioscorides ait: quo prędictis omnibus mitior est, quia nullas habet efficaciores uires, eo magis sine dolore curat. Eamc̃ ob causam, in mollibus corporũ partibus ad inducendas cicatrices usa eo antiquitas est. Plinius tertiam lapidis huius appellationem inter herbas numerauit lib. 27, nominis uicinitate cum leuce deceptus. Poterunt uidere id uolentes. Nos enim festinantes hęc tm signamus: præsertim, cum ante nos alij id etiam deprehenderint Alabastritæ cinerem q̃dam ex ueteribus bibendum dederunt cibum in stomacho non continentibus. Hunc primo Onychẽ, ab humani unguis similitudine ueteres græci nominauerunt: quemadmodum secundo uolumine in Indico Onyce diximus. Nunc eo loco dictis adhiciendum est, græcos præter Onychem Alabastritem etiam uocasse, ab usu. s. qm̃ ad Alabastra unguentorũ usus eius esset. Fuerunt aũt græcis Alabastra lapideæ pixides, in quibus ob frigiditatem suam diutissime & felicissime odores seruarent: sic dicta, quoniã ob læuorem suum e manibus laberentur. Et qm̃ ex Onyche hoc alabastra illa fierent, ideo Alabastrites lapis dictus est: priusc̃ Onyx fuit: tum facta ex Onyche alabastra Alabastritẽ uocari lapidẽ fecerunt. AEquiuoca in græcis, ut uidetur, ad unguem & lapidem Onycis uox est: poteritc̃ aliquando ubi parum certa res sit, legẽtes fallere: quemadmodum primo uolumine in Bdellio dubitari potest, lapidi ne, an ungui id Dioſc. comparauerit. Simpliciter enim ὄνυχι ὁμοιοῦσθαι esse ait. Nos nihil illi aliud adiectum inuenientes, unguem uertimus: id enim tutius usum est, & si Alabastritæ huic lapidi simile forte Bdellium ille fecerit. Qđ tunc relictum monuisse nunc satis sit. Quemadmodum a mortariorum usu Thyitem eum qui statim sequitur dici intellexisse. De quo pręter tradita a Dioſc. nihil certum in antiquis græcis inuenimus. Disjcere renum calculos dictus ab illis Iudaicus est. Ob easc̃ uires posteriores græcorum medici Tecolithon, id est, calculos absumentem eum uocauerunt. Sapphirũ cõtra scorpio

num ictus bibi utiliter, ñdem græci dixerunt. Lunarem comitialibus utilem. Iaspidem, qui uiri di colore sit, alligatum, & in anulo gestatum, cibum in stomacho non continentibus prodesse. Qui autem subuiridi, qm̃ efficacior sit, oculorum cicatrices & pterygia extenuare. Ophitẽ ad alligatum, contra uiperarum morsus prodesse. Calculos in uessicis frangere, in spongijs inuentos lapides. Ostracitem, & Geodem, id est, terram intra se complexum, efficaci ad siccãdum ui esse: ideoq; inflammatis tumoribus egregie prodesse. Smyrim repurgandi uim habere: ideoq; dentifricijs accõmodatum esse. Refrigerandi uim habere etiam crediderunt ueteres græci, quod ex Naxia cote confricato ferramento detritum fuerit: eaq; ui crescentibus uirginum mamis, & puerorum testibus utile. Quod uero ex olearia Cote detritum pariter fuisset, capilli defluuia, quas alopecias dicunt, explere. Plures alios etiam medicinæ utiles lapides numerauerunt post hunc scriptorem posterioees græci: uerum ab eo relictos, nos etiam relinquimus: in re quæ iam pridem desijt in honore esse, legentes monuisse hactenus contenti. A

## ¶ De Terra. CAP. CLXI.

OMnis terra ad medendi usum recepta, sum̃am & primam uim habet occludendi. Sed specie distant, cum alia adiũctis quibusdam, ad alia sit utilis.

### BARBARI COROLL.

TErra, hoc est Ge, omnis sicca est in medicina ui, præsertim appellata Georgumene, hoc est, agricolaris. Nam terra Aegyptia, e luto eius fit. Sunt qui Aegyptiam, pro singulari terra interpretentur. In nomine est & Cretica, minus pollens, & plus habens aĕris q̃ ceteræ: usus ad exterendas sordes argenteis uasis celebratissimus. Et Armenię glebæ locus, siue lapis ea, siue ut Galenus mauult terra nominetur: quia madescat aqua interius, non sum̃a tm̃ cute, ut lapides. Vulgato eius usu, contra pestilentiam, quæ Galeni ætate fuit, & contra deploratos phthisicos: ob id in Africã & Alexandriã nauigare solitos, ex Armenia Cappadocię cõtermina inuehit: ui maxime siccifica, luteo colore, aut pallido, teri facilis, usti mõ lapidis: minimũ tm̃ harenosa lapido saue, sed Samio Asteri lęuore similis, uerũ põderosior ac densior. Syri eã Zazinacha appellãt, ut Aetius inqt, urbẽ in cuius mõte nascit Vagauanaga uocari: agrũ in q̃ mõs ille sit Agaraces uulgo dici, cui similis ẽ effectu, quę Alanę cognominat. Est & Carasenia ex oppido Tauricorũ peninsulę, qua uulnera oĩa sanant. Quod aũt genus Cretæ sit, quã Hipyocrates Schediada nominauit, duorum discriminũ, haud plane scio: quemadmodũ nec illam quam Conchyliũ Xenophon, alĩ Cenchyliũ uocant lapidem, ut inqt Pollux. Agricolaris duæ sum̃æ differentię, in finitis inter eas medijs. Nigra, quæ & pinguis est. Alba, quã græci uocant Argilon, hoc est, Argillã, Sabuloni similẽ, acieiunã, sordidã, famelicã. Sunt & alia duo Terræ gña. Pharmacitis, hoc est, medicata: cuius species Eretrias, & Samia, & Rubrica, & Lemnia, & quæ sequuntur cæterę: Metallicum: in quo lapides, & fere quæcunq; supra diximus, orti a Cadmia. B

Pli. de terræ generibus lib. 17 capite. 8.

de bolo dicm

## ¶ De Eretriade. CAP. CLXII.

ERetriæ duæ sunt, una uehementer alba est, altera cinericia. Optima habetur ad cinereum colorem uergens, perq̃ mollis, quæ si per æramenta tractim ducatur, lineam uiolaceam refert. Lauatur ut Cerusa, aut hunc in modum. Teritur ex aqua, & ubi pessum ierit, humor leuiter excolatur. Siccata solibus iterum teritur, interdiu adiecta aqua, ut uespere considat. Antelucanis colo excernitur, & demum in sole trita, si fieri potest, digeritur in pastillos. Quod si tosta desyderetur, pastilli magnitudine Ciceris in fictile perforatũ conijciuntur, oreq; uasis diligenter obturato, supra carbones continenter follibus perflantur. Vbi uero cinis in fauillas se conuertit, aut æreum colorem contraxit, exempti reconduntur. Vim habet adstringentem & refrigeratoriam, leuiter mollientem. Caua explet, & sanguinolenta conglutinat.

### BARBARI COROLL.

ERetria, & Eretrias terræ suæ nomen habet. Hac Nicomachus & Parasius usi.



Hosted by Google

## ¶ De Terra Samia. CAP. CLXIII.

γῆ σαμία

C Samia præfertur candida, leuis, tangenti linguæ glutinosa, mollis, succosa, friabilis. Cuiusmodi est quam aliqui Collyrion, & uocarunt & uocant. Duę enim species eius. Vnam ante diximus. Altera Aster appellatur, crustacea, & cotis modo prædēsa. Vritur ac lauatur ut Eretria. Vimcę consimilem habet. Sanguinis reiectiones sistit. Fœminis fluctione uuluę laborantibus, cum flore syluestris punici datur. Testiū & mamarū inflammationes illita ex rosaceo & aqua refrigerat. Suffusiones arcet. Contra serpentiū morsus et uenena pota ex aqua auxiliat.

### BARBARI COROLL.

TErra samia, genus est candidi coloris, quemadmodum & Melinon, de quo in Crea melina differitur. Porro Samia quæ Aster uocatur, globosior est cę species eius altera Collyrion, utracę tamen candida. Nascitur & in Samo quocę Melinum, sed pictores eo quod sit e Samo nō utebantur, propter nimiam pinguitudinem, sed eo quod e Melo. Accubātes effodiunt ibi, hoc est, nō stantes, sed aut in obliquum, aut supini uenas scrutantur in saxis, autore Theophrasto: quæ ut Iulius Pollux inquit, Geophania uocantur. Aster, non nisi quārta demum aggressione proditur.

## ¶ De Samio lapide. CAP. CLXIIII.

SAmius lapis, in Samia terra inuenitur, quo aurifices utuntur poliendo auro, ut resplendeat. Probatur candore & duricia. Vis ei adstrictoria, et refrigerans. Prodest stomachicis potus. Sensus hebetat. Verum ad lachrymationes oculorum & ulcera cum lacte efficax est. Partus, ut tradunt, adligatus accelerat, & conceptus fœminarum custodit.

## ¶ De Chia terra. CAP. CLXV.

χία γῆ

D CHia eligi debet candida, uergens ad cinereum, Samiæ similis. Est autem gleboſa, albacę. Sed ficticijs formis differens. Vis eadem quæ & Samię. Extendit faciem, & erugat, atcę splendidam reddit. Colorem in facie & corpore toto commendat. In balneis pro nitro deterget.

## ¶ De Selinusia terra. CAP. CLXVI.

σελινουσία γῆ

EAdem præstat Selinusia. Maxime laudatur quæ uehementer resplendet, candida, friabilis & aqua dilui celerrima.

### BARBARI COROLL.

SElenusia, lactei coloris est, eadēcę lacte diluta, renouandis albarijs tectoriorū probatur.

## ¶ De Cimolia. CAP. CLXVII.

κιμωλία

CImoliæ duo genera, candida, & ad purpureum inclinans. Optima existimatur quæ innatam habet pinguitudinem, tactucę frigida sentitur. Vtracę aceto diluta, parotidas, & alia tubercula discutit. Ambusta igni si statim Cimolia oblinantur, pustulas non sentient. Testium duricias, & totius corporis collectiones cohibet. Igni sacro imponitur. In summa, utracę multum in medicina commendatur, si incorruptæ originis, nec spuria assumatur.

Hosted by Google

BARBARI COROLL. A

TErra Cimolia, ſiue ut Hippocrates & Pollux & Nicocharis appellant, terra Mectis, ſiue Smectis, ab exterſu a Cimolo quidem, una Cycladū. Sed tñ laudatur maxime Theſſalica. Naſcitur & in Lycia, circa Bubonem oppidum. Eſt & alius uſus Cimoliæ in ueſtibus. Nam Sarda, quæ affertur de Sardinia, candidis tantum probatur, inutilis uerſicoloribus: & eſt utiliſſima omniū Cimolię generū. Precioſior Vmbrica, & quam uocant Saxū. Proprietas Saxi, q̄ creſcit in macerando, atq̄ pōdere emit: Illa uero menſura. Vmbricā nō niſi poliendis ueſtibus aſſumebant. Primū igit ueſtibus abluebat Cimolia Sarda, dein ſulphure ſuffiebat: mox deſquamat Cimolia, quæ eſt coloris ueri. Fucatus enim nigreſcit, & effundit ſulfure: ueros aūt & p̄cioſos colores emollit Cimolia, & quodā nitore exhilarat contriſtatos ſulfure. Candidis ueſtibus Saxū utilius a ſulfure, inimicū coloribus. Græcis uicem Cimoliæ Gypſum tymphaicum implebat.

## ¶ De Pnigite terra. CAP. CLXVIIII.

QVæ Pnigitis dicitur, colore Eretriæ ſimilis eſt, grandioribus tantum glebis. Manum ſi quis admoueat, refrigerabit. Tactu linguæ uſq̄adeo glutinoſa, ut penſilis hæreat. Cui effectus idem qui Cimoliæ, paulo tamen infirmior. Hanc aliqui pro Eretria de uendunt. πνιγῖτις

BARBARI COROLL.

PNigitis, nigra eſt, ut Ampelitis, glutinoſior quandoq̄ q̄ Samia.

## ¶ De Teſtis. CAP. CLXIX.

FOrnaceæ Teſtę, uehementer toſtæ, cruſtas ulceribus obducunt. Quare prurigini, & pabularum eruptionibus medentur. Podagricis proſunt. Strumas diſcutiunt, cærato exceptæ. ὄστρακα B

BARBARI COROLL.

TEſtas, Oſtraca uocant græci.

## ¶ De Terra fornacum. CAP. CLXX.

FORNACVM terra, quę retorrida fulueſcit, eiuſdem cum Teſta effectus.

BARBARI COROLL.

TErra uſta, ſiue toſta, itemq̄ ruffa, quæ a græcis Caropos & Caminitis atque Pyrra dicit, nō eadem eſt cū ea, de qua Plinius ita meminit. Vſta caſu primū repta incēdio, Pyræ ceruſſa in orcis cremata, quam primus Nicias tabulis inuſſerit. Optima nunc Aſiatica habetur uſta, quæ & Purpurea inquit uocatur. Preciū eius in libras æris quinq̄. Fit & Romę uſta cremato ſilice marmoroſo, reſtinctu aceti, purpureo colore, ut inquit Victruuius. Sine uſta non fiunt umbræ. *

## ¶ De Melia terra. CAP. CLXXI.

MElia colore cineream Erethriam imitantur, aſpera tactu. Ea digitis friata, deraſi pumicis modo crepitat. Vim habet aluminoſam, ſed remiſſiuſculam, id quod guſtu deprehenditur. Modice linguā ſiccat, purum corpus reddit, & colorem cōmendat. Pilos extenuat. Viti ligines & lepras abſtergit. Pictoribus uſum præbet, ut colores diutius perennent. Emplaſtris quæ Chlorę dicūtur, efficaciter inſeritur. Ex omni Melia terra, & omni alia in uniuerſum, eligi debet recens, mollis, non lapidoſa, friabilis, quæ cum humorem attigerit facile reſoluatur. μηλία γῆ

BARBARI COROLL.

COlores, præter Ceruſſam, candidi erant antiquitus duo. Melinum, ab inſula Cycladū Melo dictum: quod & in Samo quoq̄ naſcitur, ut diximus. Linguam tactu ſiccat omne Melinum. Taxatur in libras, ſingulis ſextertijs. Melinum porro, a terra Melina, ſiue ut græci appellant, Me

Cliade, atq; Melia nihil diſtat. Alterum candidi genus, Paretonium uocatur. Nomen loci habens ex Aegypto. Spumam maris eſſe dicunt, ſordidatam cum limo, propterea & minuras in eo ſpectari conchulas. Fit & in Creta inſula, & Cyrenis. Adulteratur Cimolia decocta, cõſpiſſataq;. Preciũ optimo in põdo ſex librarum. E candidis coloribus pinguiſſimo, & ppter lęuorẽ tenaciſſimo tectorijs. Fuit & Smyrnæ terra, Theodotios ita nominata, quia Theodoti fundus is erat, in quo id genus Cretæ primo ſit inuentum. Hanc Plinius inter candidas enumerat, qua ueteres inquit, ad nauium picturas utebantur. Vitruuius inter uirides, optimã credi uoluit.

## ¶ De Ampelitide terra. CAP. CLXXII.

ἀμπελίτις EX Ampelitide terra, quæ Pharmacitis nomine, in Seleucia iuxta Syriam naſcitur, laudatur inprimis nigra, piceę carbones referẽs, aſſuloſa, æquabili ſplendore, quæ detrita, accæpto oleo ſtatim eliqueſcit. Vitioſa cenſetur candida, & cinerea, quæ in liquorem non reſoluitur. Vim diſſipandi & refrigerandi habet. Ad calliblephara additur, tingendis capillis idonea. Vſus ad illinendas uites ſub germinationis tempus. Vtpote cum innaſcentes uermiculos enecet.

### BARBARI COROLL.

AMpelitis, bitumini eſt ſimillima. Vocatur ita, quoniam uitibus, qua gemant illitis, arcere creditur uermes Ipas, ſiue Senipas a grẽcis appellatos, a nobis Voluoces, & Conuoluolos: etiamſi Voluocem alij dumtaxat intelligunt, qui prærodat pubeſcẽtes uuas. Theophraſtus hãc in Cilicia coqui tradit, atq; ita lenteſcere, uiteſcq; obungere. Hæc & Pharmacitis dicitur, etiamſi nomen hoc medicatis omnibus commune eſt, ut inquit Galenus.

### EX M. VERG. COMM.

QVod ad omnem terram cõmuniter priuatimq; hanc, aut illam a grẽcis traditum pertinet, ſic ſe habet. Siccat omnis terra: & niſi mixtam, coniunctamq; ſibi aliam habuerint qualitatem, nullam habet erodendi uim. Sin autem feruida illi qualitas aliqua acceſſerit, eã omnem lotura amittit. Primumq; a ueteribus grẽcorum medicis efficaciſſime adſtringere Eretria dicta eſt. Crematamq;, & lotam ſine eroſione ſiccare, & in toto eius genere probari & anteponi cunctis alijs quæ cinereo colore eſt. Samiam, quoniam glutinoſo lentore ſit, utilem omnibus quæ leniri oporteat. Omneſq; ſanguinis eruptiones, quacunq; parte erumpant, compeſcere. Chiam & Selinuſiam maiore & efficaciore repurgãdi ui eſſe: ideoq; mulieribus ad nitorem & læuorem cutis uſum eius fuiſſe. Quinetiam carnibus ulcera explere, & ad cicatricem perducere, preſertimq; ambuſta. Cimoliam, quam a Cimolo inſula nominauerunt, mixtas refrigerãdi diſcutiẽdiq; habere uires: & hoc ſimplicẽ, nec lotã: lotã uero magis refrigerare, & ambuſtis ex poſca mederi. Pnigitim deinde pares Cimoliæ uires habere. Hanc nigro colore eſſe tradiderunt ueteres græci. Ampelitidem a uineis appellatam ferunt: q; contra inaſcentes uitibus uermes, gemmaſq; earum erodentes, uſus quondam eius eſſet: ſiccandi diſcutiendiq; egregias habere non ſine eroſione uires. Numerauerunt & alias aliquot relictas ab hoc ſcriptore poſteriores græci. Aegyptiam, cuius luto contra incipientes cutem ſubire aquas, & duratos lienes uterẽtur. Creticam, quam ſine eroſione ſimilem Ampeliti conſtituerunt. Alanam, quam Armeniæ glebæ æqualem fecerunt. Omniumq; poſtremam Armeniam glebam, quam adhuc Armenium Bolum uocant. Cuius multiplex fuit & eſt in medicina uſus. Numerabantur ab eis etiam in Terræ cẽſu Lemnia, Sphragis, Sinopis, Rubrica, & Fabrilis. De quibus quoniam nõ multo ante priuatim actum ab hoc ipſo ſcriptore, & a nobis eſt, nihil ultra hoc loco agetur.

## ¶ De Fuligine pictoria. CAP. CLXXIII.

ἀσβόλη FVligo qua pictores utuntur, ex uitrarijs officinis colligi ſolet. Siquidem ei palma tribuitur. Vis ei ad ad ſtringendum & erodendum efficax, Fracta cum roſaceo cærato, ad cicatricem perducit.

### BARBARI COROLL.

Plí. li. 35. ca. 6 FVligo hæc a grẽcis Asbolon, & Asbole uocari ſolet. Inuenti ſunt pictores, qui e ſepulchris carbones infectos effoderent ad attramentũ tectorium, ſiue quod idem eſt, Pictorium. Sed cõmodius tñ fit ex fuligine, reſina exuſta, aut pice: propter quod officinas & laconica etiam ædifi

Hosted by Google

cauere, fumo excipiendo. Fit ex sarmentis, sed laudatissimum e tædarum Schedijs, ita enim uocat assulas Victruuius. Igitur Fuligo quæ parieti & cameræ curuaturis adhærescit collecta, partim componitur ex gummi subacto ad usum atramenti librarij, partim tectores glutino admixto in parietibus utuntur. Adulteratur fornacium, balnearumq; Fuligine, quo ad uolumina scribenda utuntur. Sunt qui & uini fæcem arefactam excoquant: quæ si ex bono uino fuerit, Indici speciem imitari uideatur. Polygnotus & Mycon e uinaceis fecere, Tryganon uocatum. Apelles commentus est, ex ebore combusto, quod Elephantium uocant. Fit & e tædis ligno combusto, tritisq; in morario carbonibus. Mira in hoc Sepiarum natura: sed ex ijs non fit. Omne autem Atramentum sole perficitur, librarium, & tectorium, glutino admixto: quod autem aceto liquefactum est, ægre eluitur.

EX M. VERG. COMM.

FAcilis cognitu pictoriæ Fuliginis huius in Victruuio confectio est. Eam longius scriptor ille septimo suæ architecturæ libro tractauit. Poterunt uolentes ab eo non eius tantum, sed librarij Atramenti etiam, quod statim sequitur, certam audire rationem: ideoq; nos nihil ultra de his agimus. Monemus tamen, quod in hoc capite a Barbaro uersum est, fracturas perducere ad sanitatem Fuliginem hanc, assumpta cęra Rhodia, longissime a Dioscoridę sensu abesse. Neq; enim quod hic ait, σὺν ῥοδίνῃ κηρωτῇ ad gentem & insulam Rhodum pertinet, sed ad cæratum quod rosaceo unguento coactum fuerit. Notior res, & toto hoc opere totiens repetita, ut ostendi a nobis aliter non debuerit.

## ¶ De Atramento librario. CAP. LXXIIII.

ATramẽtum quo scribimus, Fuligine e tedis coacta colligitur. In singulas libras gummis, ternæ Fuliginis unciæ adijciuntur. Fit etiam e Resinæ fumo, & pictoria Fuligine, de qua paulo ante diximus. Assumitur autem Fuliginis mina, Gonus sesquilibra, Glutinis taurini, Atramenti sutorij, singulorum sesquuncia. Additur conuenienter erodentibus medicamentis. Ambustis ex aqua commode illinitur. Sed non ante soluatur q̃ cicatricem iuduxerit. Sanatis siquidem ulceribus, sua sponte decidit. Cæterum habes amicissime Ari abunde, quæ tradenda duximus, non pro operis modo, quem destinaueramus, sed pro materiæ & auxiliorum medicinalium copia.

BARBARI COROLL.

DE Atramento scriptorio, quod & librarium uocatur, & græce melan graphicon, dictum est in Fuligine pictoria, Chalcantho, Melanteria.



¶ Finis LIB. Quinti.

DIOSCORIDIS

# PEDACII DIOSCORIDIS

De Medicinali materia. LIB. Sextus.

IO. RVELLIO interprete.

SVPERIORIBVS amiciſſime Ari libris, tradidimus de aromatibus, oleis, unguẽtis, arboribus, & eorundem fructibus, lachrymiſq; : Item animalibus, melle, lacte, ſeuo, frumentis, oleribus, hærbis, radicibus, liquamentis, uinis, metalliſq;. In hoc uero totius operis ultimo, facultates eorum recenſebimus, quæ prodeſſe nobis, aut officere poſſunt. Vitantes itaq; nomenclationis tædia, ad inſtitutum reuertemur. Huiuſcemodi autem Tractatus, cum bifariam diſtributus ſit, in partem uenena præcauentem, ita ut ne fallant ſumentes: aut ſiquando per imprudentiam dentur, ut tum quoq; innoxia fiant, irritaq;. Et in partem auxiliatricem. Primum diſſeram de præcauendi modo: quem eſſe difficillimum plærique Maiorum arbitrantur, quippe dantes clam uenena, ita inſidias temperant, ut peritiſſimum quemq; decipiant. Siquidem uenena ſua amaritudine, permiſtis dulcibus ſpoliant, & graue odoris uirus miſtura odoramentorum eximunt. Aut medicamenta immiſcent, quæ leuandæ ualetudinis gratia dari ſolent, & præſertim quæ infirmioribus, ut Abſinthium, Tragoriganum, Cunilam, aut Hyſſopum. Quinetiam Thymum, Irim, Origanum, Caſtorium, aut ſi quid medicamentis cognatum habere ſaporem uidentur. Aut potionibus inſerunt, aut uinis, aut iuribus, aut paſſo, aut mulſis aquæ, muſto, ſuccis, lenti, polentis, aut medicaminibus. Aut concinnantes ipſi, edulijs admiſcent. Quare qui in ea ſuſpicione ſunt, condita edulia uitare debent, omniq; intenſa ſaporis qualitate, dulcium, aut ſalſorum, aut acrium abſtinere, nec ſitibundi affatim bibere, aut eſurientes uoraciter comeſſe, ſemperq; ad ſaporem eſitatorum diligenter attendere: præſertimq; bibentes, frigidam aquam præſumere. Satiato enim appetitu, qualitates ægerrime concoquuntur. In infirmis quidem facile uitare poſſumus potiones auxilij gratia dari ſolitas, quas offerunt improbi, qui beneficia moliuntur. Itaque ob id laborantes morbo, non perinde audentium iniurijs patent. Et hæc quidem, ne facile ſeducti homines, capiantur dolis ueneficorum, occaſio eſt & facultas. Sed alia expeditior, ut ſuſpitioſi aliqua præſumant, quæ uenenorum uires hebetent, & inefficaces irritasq; reddant. cuiuſmodi Caricæ ſunt cum Iuglandiũ nucibus manducatæ, & quæ Cedromela uocant, id eſt, Citria, ſemi-

Digitized by Google

nis Napi drachma cum uino. Item folia Calaminthæ, aut terra quæ Lemnia sphragis appellatur, pondere pari cum uino. Aut Rutæ folia, & nucis Iuglandis nucleum, aut Caricas duas, & salis callum ieiuni sumant, & nullo ueneni genere lędentur, Antidota ex uino sumpta eundem effectũ præbent. Inter quæ intelligitur magnum metridatium, quod scinco & sanguine temperatur. Quin & sæpe uenenis obsistũt peculiares affectus in corporibus, certo quodam modo constitutis, & quadam cibi potusq; qualitate, aut uini copia ita temperatis, ut cum uenenis dissentiant. Siquidem ingesti ueneni uires frangunt, atq; iam priore alimento farctis, præclusisq; meatibus, obstant ne membratim per digestionem insinuetur. Verumenimuero quoniam fortunæ temeritas interdum similia discrimina, peregre agentibus affert, absq; ullis insidijs hominũ, nonnihil disserendum mihi de hac re necessariũ duco. Iamprimũ igitur culinam apparare loco sub diali conuenit, cibosq; & potus in huiuscemodi loco struere. Si id fieri cõmode nequit, secunda erit conditio hæc, apparandi, apponendiq; sub tecto. Sed tum diligenter laquearia animaduertenda. Frequenter enim a superioribus contabulamentis animalia decidũt, exigua quidem, sed quæ non modicam perniciem moliantur, ut phalangia, stelliones, & alia quædam reptilia. Porro uinaria uasa diligẽter intueri oportet. Namq; reptilia odore uini illiciuntur, quæ interdum sorbentia, noxium uirus eructant: interdum uero delapsa, immersaq; moriuntur, & exitij caussas haurientibus afferũt. Sed hæc hactenus dicta sint, cauti & prouidi, insidijs ne pateant. Quod si qui sua sponte, aut ex quorundam insidijs sumpserũt, auxiliari primo quoq; tempore oportebit. Siquidem dum comites singulorum uenenorum notæ expectantur, immedicabile fit uenenum, & paulisper neglectum, medicamentis ægre cedit. Quare si qui compotes mentis, se uirus sumpsisse fateantur, aut eorũ qui aderant testimonio constet, protinus ad idonea remedia transeuntes, facile peculiari natiuæq; constitutioni restituemus. Neq; enim ijs assentimur, qui prorsus auxilia in huiuscemodi frustra adhiberi contendunt. Quo enim modo uitia, quorum caussæ corporibus insident, medicinam admittunt, & quæ forinsecus incurrunt uenena, medendi rationem aspernantur? Aeque uero omnes morbi pro caussarum ingruentiũ magnitudine, aut pristinis affectionibus, qualitatibusq;, quibus sit opportunũ corpus, uel medicabiles sunt, uel nullis cedunt medicamentis. Quod si qui forsan obmutescentes, aut temulenti, aut nolentes alioqui uenenũ egeri, nullam nobis eius cognitionem præbeant, tum protinus accedendũ ad ea quæ communiter epotis quibuscunq; uenenis opitulari consueuerũt. Atqui nullum magis in omnia ualens auxilium dari potest, quam ut proximo loco uirus foras exhauriatur, priusquam inualescat. Quare sine mora, calidum oleum ex aqua, aut seorsum, ut uomitare cogantur, da-

A

B

auxilium commune omni venenis

Cri conuenit. Aut ſi oleum natura loci negat, butyrum cum aqua calida, aut malua, aut lini ſemine, aut trago, urtica, fœnogræco, aut halicæ decocto uicem eius exhibebit. Hæc enim non modo uomitionibus exigent ui illa ſua laxatrice, aut nauſeam ciente, ſed aluum quoq; ſubducent, & corporum inanitione ita aduerſabuntur, ut acrimonias eorum hebetent. Id quod euidenter huiuſcemodi argumẽto deprehendere licet. Eſto ut quiſquam uiua calce, uel uini fæce, aut cantharidibus, aut alio quouis acri corpus exulcerare ſtatuerit, is ſi ipſum oleo leniter illinat, exulcerationẽ non accipiet. Atqui neq; uehementer adſtringi corpus, neq; refrigerari poterit, ſi antea perungatur. Quinetiam uomitus non ob id modo q̃ uacuet, & noxium humorem excernat, iuuamentũ adfert, ſed quod aſſumptum uirus nonnunq; odore, coagulatis globulis, aut colore, prodat. Quippe cum odore & amaritudine meconium, colore ceruſam gypſumue, globulis lac, aut ſanguinem animalis recens iugulati oſtendat. Nam grauis odor regeſtorum, leporis marini, aut rubetæ ueneficia deprehendit: ita ut nonnulla ab ijs remedia peti poſſint, ad idonea ſingulorum auxilia tranſeuntibus. Oleo, maluæ decoctum ammiſcẽtur, aut glaucium, aut adeps anſerinus, aut pinguiũ carnium iura, lixiuium lignorum cinere factum. Vbi uero uomitus diligenter citatus fuerit, ne quid in uentre coierit, quæ hæſerunt inteſtinis reliquiæ clyſtere acri deuocentur. Facit & nitrum tritum, & cum hydromelite ſumptum. Vina uetera liberalius epota, gallinacea iura, præpingues piſces, uetuſtæ carnes, pinguesq;, & quæ adipe aut recenti butyro parantur. Aluum namq; ſubducunt, uti diximus, & ſtomachum reſoluentia, proniorem ipſum ad uomitionem reddunt. Et uenenorum acrimonias hebetant, atq; meatus obſtruentia, celerem uirium penetrationem inhibent. Quinetiam medicamẽta dantur, quæ cõmuni dote proſunt, ut Lemnia terra, Agaricum, Abrotonũ, Irio, radix Eringij, ſemen Paſtinacæ & Calaminthæ, Nardum gallicum, Caſtoriũ, Ferulæ uirentis medula, flos Rhododendri, ſuccus Marrubij, Laſer aut Laſerpitium, Sagapeniũ, Peucedani ſuccus, aut Panacis, & radix quã Magudarim appellarũt, Ariſtolochia longa, ſylueſtris Rutæ ſemen, & Betonicæ (quã Ceſtron noĩant) folia. Singula cũ uino drachmæ pondo ſumi debent. Effectum præbet Polij decoctũ, & Seſeli, & liquida Pix lincta. Magnifice ferũt opem, antidota quæ in calce operis ſcripta reliquimus. Cõmunis ratio præſtandi auxilij, ita ſe habet. Cęterũ ab ijs quæ conſueuerũt euenire, cõmunia remedia ſumptitari poſſunt. Fere enim uires uenenorum quam plurimorũ, in affectus conſimiles, corpus tandem redigunt. Quam ob cauſſam plærisq; cõmunia conducũt auxilia. Permulta etenim uenenorum genera, cõmunes tamen, nec multi ijſdem affectus oriuntur. Neq; fieri poteſt, ut omnia quæ contingere ſolita ſunt, unũ uenenum ſequantur. Alioquin ſuperuacaneus eſſet uenenorũ tractatus, ſi-

Hosted by Google

gillatim remedijs ab authoribus traditis. Neq; uero in uno eodemq; promptum est inuenire, ut stomachi, iecoris, renum & uesicæ dolore uehemēter crucietur, ut singultuat, erodatur, contremiscat, refrigeretur, obmutescat, conuellatur, pulsus elanguescat, ueterno prematur, caligent sensus, stranguletur, sitiat, sanguis erumpat, febre conflictetur, ægre lotium reddat, torminibus uexetur, crebro uomitet, nausea prematur, rubescat, liuore suggilletur, pallescat, desipiat, stertat, uiribus deficiatur, & plæraq; alia eueniant. Vnumquodq; uenenū in generales affectus diducitur: ut pauca numero & communia demonstrentur, quæ enenire consueuerūt. Quare in singulis quæ supra diximus, non facile fuerit deuoratum uirus cognoscere. Nam stomachi & linguæ erosio, uentris ac renum inflammatio, uehemens urinæ difficultas, & interdum cruoris exitus, laceratio, & in plurimis partibus quiddam adustionis sensus, non in Cantharidibus modo potis reperiuntur, sed in Erucis quoq; pinorum, & Bupreste, & Salamandra. Porro eos qui Meconium hauserunt, non modo ueterno, aut sopore premi, stertere, liuore, suggillari, torpere, refrigerari, stupescere, sensu priuari constat, sed eos etiam qui Mandragorā, aut Cicutam deuorarunt. Delirium non Hyoschyamus tantū infert, uerūetiam quæ Toxica appellantur. Itidem aconitum, & mel quod in Heraclęa pontica gignitur. Strangulatio non minus in fungis, q̄ in sanguine taurino, lacte, aconito, cerusa, gypso conspicitur. In summa, difficile unum uni ueneno proprium inuenire signum, quod haustum uirus prodere possit. Maxime, q̄ hæc cæterorum etiam uitiorum, quæ in corpore exoriuntur, communia sequi solent. Cæterum in his, quæ celeriter enecant, adnotari fortasse, quod inspectum fuerit, licet, ut postea trademus. Sed ijs qui ad longas ægritudines spectant, nihil ad medendi rationem difficile, dumtaxat, quod pertineat ad indicia noxæ, utpote cum uenena statim atq; præsentaneam uim illam perdiderunt, transmutata in longos affectus communia reliquorum uitiorum remedia, compositionesq; flagitent: cum uenefica proprietas non amplius insit. Si uero longa sit affectio, in aliquod diuturniorum morborum genus recidet, a quibus facile fuerit medendi rationem assumere. Sed de ijs quæ generaliter auxiliantur, hactenus. Consequenter quæ priuatim singulis prosunt, scriptis mandabimus: si prius simul exposuerimus, quæ ex singulis ordinibus exitialem, aut maleficam uim sortiunt̄: ut medicinæ studiosi, intra obseruationē cauti, quibusdam eorū medicamentorū misturis utant̄, quæ memoriæ literarū tradita sunt, & ab authoribus descripta. Imprudentia em̄ magnas adfert noxas, & sæpe continuo usu eorū, homo in perniciem agitur. Proinde animalia quæ exitiosam uim habent, hæc sunt. Cantharides, Buprestis, Salamandra, pinorum Erucæ, Lepus marinus, Rubeta, & Rana palustris muta, deuoratę Hirudines. Semina sunt, Hyoscyamus, Coriandrū, Cicu

A

B

animalia ben
nosa./

seia benen

Cta, Gith, Mandragora, Pſylion. Liquamẽta, Meconium, Opocarpaſon, Thapſiæ ſuccus, Elaterium. Radices quas mittit chamæleo, aconitum, thapſia, ueratrum, ixia, agaricum nigrum, ephemerum, quod aliqui colchicum uocant, ꝙ in Colchide naſcatur. Hærbæ oleracꝫ, Smilax, quam aliqui thymion appellant, Romani Taxum: Solanum manicum, quod et doricnium dicitur: Sardonia herba, quæ ranunculi genus eſt: corniculatum Papauer, Phthariçumt, Toxicum, Ruta ſilueſtris, Fungi. Ab animalibus taurinus ſanguis recens, coagulatum lac, mel Heracleæ in Ponto genitum. Metalla, gypſum, ceruſa, calx, auripigmentum, duo Sandarachæ genera, ſpuma argenti, adarce, plumbum, &quod argentum uiuum dicitur. E uitibus uinum abunde poſt balneas potum, aut paſſum, & frigida aqua ſimiliter.

## ¶ De Cantharidibus. CAP. I.

κανθαρίδια QVibus datæ ſunt Cantharides, ſigna eueniunt grauiſſima. Ab ore enim ad ueſicam uſqꝫ cuncta erodi ſentiuntur. Picem, aut ſimile quiddam Cedriæ reſipiunt. Dextra præcordia inflammantur. Vrinam ægre reddunt. Et ſubinde cum lotio ſanguinem emittunt. Strigmenta non ſecus atqꝫ dyſentericis, aluo deferuntur. Faſtidia urgent. Animo linquũtur. Obortacꝫ uertigine concidunt. Poſtremo mente abalienantur. Ergo anteacꝫ tale nonnihil accidat, dato oleo, aut ſupradictorum aliquo, uomere cogantur. Mox ubi uomitione plurima reiecerunt, halicæ aut oryzæ, tragi aut ptiſanæ cremor, aut decoctum maluæ, aut ſeminis lini, aut fœnigræci, aut radicum altheæ, quam latinus ſermo Ebiſcum appellat, clyſtere infundatur. Præterea Nitrum eiſdem dandum, ex hydromelite: ut quæ ſtomacho adhuc, aut inteſtinis adhærent, lingendo excernantur, ac deſcendant. Quæ niſi intercidantur, ingeſta ex Nitro aqua mulſa uacuari debent. Detur deinde uinum, aut paſſum, in quo pineoli nuclei, aut cucumeris ſemina contrita ſint, aut ex lacte, aut mulſa, aut anſerinus adeps in paſſo liquefactus, inflammatæ aut partes hordei farina aut mulſa perunganter. Ab initio admota cataplaſmata nocent: ꝙ citatus ab eis calor, illapſum uirus ita remoratur, ut in principes ſe parteis inſinuet. Ipſa tamen interiecto tempore, moleſtiſſimis inflammationibus opitulantur. Vtpote quæ dolores & permulceant & leniant. Quo tempore corpus calfaciente oleo, quo facilius introeat, eluere par eſt. Cæterum omnibus medicina, ut noxium uirus per ſumma corporis excernatur. Deiectiones multifariam moliri oportet, ne affectus infigatur, & ſtabilitatem capeſſat. Gallinaceis carnibus, & hædinis, aut ſuillis, catulis, maxime pinguibus. & tenerrimis ueſci debent. Siquidem aluum cient, atqꝫ uenenorum acrimonias hebetant. Vinum dulce liberalius ebibatur. Prodeſt Thuris cortex, & Samia terra, quæ Aſter appellatur: ſi quaternæ ſingulorum

Hosted by Google

drachmæ cum passo sumantur. Item Pulegium, ex aqua tritum. Irinum aut rosaceum cum rutæ decocto, recentes uitis ramuli, cum passo detriti. Longe omnium potentissime antidota auxiliantur; in quatuor drachmis aquæ mulsæ pota. A

EX M. VERG. COMM.

INfames quotidianis experimentis, & in interiore usu a cunctis damnatę Cantharides semper fuere. Quales autem hæ sint, satis. 2. uolumine a scriptore hoc, & a nobis dictum est. Tractataq; tunc omni earum medicina & historia, nihil nisi maleficium, in quo diligentiorem esse hominem oporteat, relictum modo est. Quale autem id sit, satis in scriptore hoc patet. Patent & remedia, quæ ab eo deinceps tradita sunt. Idq; tam certe & diligenter factum est, ut nihil monuisse legentes nos oporteat: & si plurima in nobis aliorũ æditionibus contraria, aut diuersa saltẽ legantur. Quę diligentius, & exactius prosequi posthac nobis animus non est. Festinamus enim longiore q̃ a principio credidimus, opere hoc defatigati. Cupimus tamen pro nobis in eo legentes laborare: collatisq; aliorum in hac parte æditionibus, scriptori huic, & in eo humanę saluti opem ferre. Ipsi interim in Cantharidibus his non tacebimus, discrepare alterius interpretis æditionem a nostra, quo loco Diosc. negat inflam̃ationibus potu Cantharidum factis, imponenda a principio ex hordeacea farina fomenta: caussam afferens, διὰ τὸ ὑπὸ τῆς γενομένης θερμασίας κατέχεσθαι τὸ δοθὲν σκρίζον ἐπὶ τοὺς τόπους ὄντας κυρίους. Quod uersum ab eo est. Quia excalfactis corporibus remedia contineantur, quæ muniendis & defendendis illata uitalibus fuere. Nos autem contrarium concipientes sensum, diximus. Propterea q̃ accedente calore retinetur quod datum fuerit, uenenum uitalioribus partibus inhærens. Retulit ille τὸ δοθὲν, id est, quod datum est ad remedia: in quo rei, & sibijpsi, ni fallimur, aduersari uidet̃. Negat hic ob calorem a principio fomentis utendum esse: reddiditq; causam, qm̃. s. retineatur. &c. Manifesto argumẽto sumpta a contrario ratione, uelle conarique Dioscoridem, pelli & excludi pro hominis salute quæ intra eum sunt. At in remedijs optandum quęrendumq; id non est. Quæ quo diutius intra hominem fuerint, eo certius medebuntur. Idq; nos cogitantes, de ueneno intelligi oportere in eo participio credidimus: eamq; rationem secuti, locum ut in æditione nostra legitur uertimus. Dicet forte aliquis, de remedio intelligendum ob eam causam esse: quoniam nisi descendat, egrediaturq; uomitione, aut alui deiectione sumptum id remedium, uenenum una non educet, simulq; cessans nullam afferet in hoc periculo opem. Non spernendum penitus id esset, nisi hic subiecisset, retineri quod datum fuerit uitalioribus partibus inhærens: quod nisi de ueneno apte intelligi non potest: & si intellexisse hoc modo etiam id oporteat, ad uenenum & unde mali principium est tota reuertitur res. Non conuenit etiam nobis cum cæteris interpretibus quo loco hic scriptor ait, dandas cõtra Cantharidum maleficium animalium pingues carnes, καὶ ἀπαλώτατα. Eam uocem cæteri ex cõmuni eius æstimatione uerterunt, tenerrimas: nos autẽ, longiore coctura flaccescentes. Fecimusq; id autoribus græcorum medicis, qui in scriptore locũm hunc signantes, τακερὰς in hoc usu carnes exigunt. Significat autem id quod diximus, lõgiore coctura, & eousq; tenerescẽtes, ut diminutę primum a sua quantitate, omnem etiam amiserint duriciem. Suntq; coctura, non ætate tenerrimæ hoc loco intelligendæ carnes. Iidem etiã dulcis aquæ balneis in hoc periculo uti iubent. B

## ¶ De Pinorum Eruca. CAP. II.

IIs qui Erucas Pinorum hauserunt, ilico dolor in ore & palato exoritur. Vehemẽs alui, linguæ ac stomachi inflam̃atio torquet. Intestina dolor excruciat, ita ut pruriginem sentire uideantur. Corpus totũ exæstuat, fastidium urget. Quibus est succurrendũ, remedijs quæ deuoratis Cantharidibus dantur. Peculiariter tamen pro simplici Oleo et Irino, Melinum quod e cotoneis pomis & oleo temperat̃, accipiemus. πιτυοκάμπη

EX. M. VERG. COMM.

SAtis secundo uolumine de Erucis dictum a nobis est. Nũc legentes monuisse aliud nõ oportet, q̃ tunc de olerum, nunc priuatim de Picearum Erucis agi: simili q̃dem, & natura congenere insecto, uiribus tñ & maleficio dissimili. Siquidẽ quæ in piceis nascunt̃, pręsentem mortis hãbent causam, ab oĩbus passim dãnatę: priuatiq; a scriptore hoc, q̃ saluti humanę cõsulẽs, notas

C ueneni earũ et remedia breuiť q̃dẽ, ſed certiſſime tradidit. Meminiſſe illud tñ legẽtes uolumus, quę cognomines his in mari naſcunť, Erucęq; adhuc paſſim aliq̃t gentibus uocanť, nullũ habe re ueneni maleficium, ſed mare incolentibus gentibus in menſarum precio & honore eſſe.

## ¶ De Bupreſte. CAP. III.

βούπρηστις

QVi Bupreſtin biberunt, non diſſimile Nitro uirus ſapiunt. Sto machi, uentriſq; uehemens dolor inſequitur. Tam uẽter q̃; ſto machus mirum in modum ut in aqua intercutem diffiatus, inturgeſcit. Vniuerſa corporis facies contendiť. Vrina ſupprimiť. Qui bus eadem quæ potis Cantharidibus auxiliantur. Priuatim poſt uomi tus & uacuationes, quas clyſteribus molimur, aridę ficus ꝓſunt. Itẽ ea rum decoctũ ex uino. Vbi uero iam fere pericula inclinantur, thebaica rũ Palmularũ cibo, aut earũdem tritarum in mulſo, aut lactis potu iuuã tur. Pyrorũ etiamnũ omne genus eſſe, & lac humanũ bibere, cõuenit.

EX M. VERG. COMM.

PEſtis acerba boũ Bupreſtis eſt: & inde illi a grẽcis nomẽ. Rarũ in Italia animal, antiq̃ autto res aliqui hoc tradiderunt. Nunc frequẽtius q̃; agreſtis fortuna & res patiatur, interempto quo tidie boue, ruris colono, inueniri agricolę lamentantur. Scarabeo lõgipedi ſimillimum tradũt. Fallit inter herbas, bouẽq; maxime: hauſtumq; ita inñamat, ut rumpat. Vniuerſo q̃dem pecori nocet, ſed in maiore bouis q̃; aliarum quadrupedum iactura: ab eius noxa priuatim nominatũ eſt. Cecinit in Alexipharmacis ſuis notiſſimos de eo uerſiculos Nicander: nihilq; non ab hoc, & ab aliis dictum & ipſe etiam in notis & remediis monuit. Addidit tamen, colorari labra eius qui Bupreſtidem hauſerit. Verſiculus eius eſt. ἀλλ' ἢ τοι λίτρῳ μὲν ἐπιχρώζουσα χαλινὲ. Ex quo in iecta nobis ſuſpicio eſt, quod nitrum in ſcriptore hoc legitur, in Nicandro autem λίτρῳ, potuiſſe
D quondam forte aliter legi: nec maleficij Bupreſtidis notam in uiroſo tãtum odore nitri eſſe, ſed in putris corruptiq; tabi colore ſimul & odore. In cõmuni tamen græcorum omnium lectione nihil mutauimus. Relinquimuſq; in bubus ſaltem diligentioribus obſeruandam rem. Quos eti am monere uolumus. 22. uolumine eiuſdem numeri capite, Bupreſtim Plinio herbam eſſe, quã tamen ille non deſcribit: & ſi Græcos, magna inconſtantia, in ciborum laudibus eam habuiſſe dicat: eoſdemq; remedia tanq̃; contra uenenum prodidiſſe, boumq; uenenum eſſe ipſo nomine indicari, quos diſſilire deguſtata fatentur. Quod quale in eo ſit, legentes uiderint. Nobis enim conſtitiſſe ſibi græci uidentur, nec niſi in uenenorum cenſu Bupreſtim conſtituiſſe.

## ¶ De Salamandra. CAP. IIII.

σαλαμάνδρα

SI Salamandram hauſerunt, linguæ inflammatio conſequitur, mens præpeditur. Tremor cum torpore, aut horrore quodam ac exoluti one accedit. Partes nonnullæ corporis liuoribus circumquaq; ſuggil lantur. Sæpeq; diutius immorante ueneno, putreſcentes defluunt. Qui bus præſtabimus cuncta quæ potis Cantharidibus. Peculiaria uero re media, reſina, pinus, aut galbanum ex melle linctum, & triſaginis deco ctum, in quo nuclei pinei conterantur, urticæ quoq; folia, cum liliis & oleo decocta. Proſunt etiam oua teſtudinis marinę, aut terreſtris, cocta. Item ranarum ius, cum quibus eringij radix incocta ſit.

mentis impe imentus

EX M VERG. COMM.

DEſcribitur a ueteribus Salamandra Lacerti figura, ſtellato corpore, nunq̃; niſi magnis & continuis imbribus proueniens: tanta natiui & intra ſe congeniti gelu ui, ut ignes non aliter q̃; glacies extinguat. Retulerunt iidem, ſanie, quæ lactea ore eius euomitur, quacũq; hominis par te contacta, defluere pilos: quodq; contactum fuerit, natiuum colorem in uitiliginem mutare. Addiderunt alij, inter quos & Plinius eſt. 29. uolumine, capite. 4. inter omnia uenenata maxi mum Salamandræ ſcelus & maleficium eſſe. Siquidem aliorum uenenis ſinguli, nec plures pa

Hosted by Google

riter intereunt: Salamandra improuidos necare totos populos poteſt. Nam ſi arbori irrepſit; omnia poma ueneno inficit: & eos qui ederint, frigidiſſima ui enecat: Idem familiæ periculū eſt, ſi contacto ab ea ligno panis incoquatur. Vel ſi in puteum decideriť. Habet tamē talis, & tanti mali uis remedia aliquot, quæ capite hoc a Dioſ. docentur. In quibus a principio ſtatim non eſt cum aliis idem nobis, quod ad notas hauſtam Salamandram ſequentes pertinet: Illi enim quod nunc in Dioſ. legitur καὶ διανοίας ἐμποδισμόν, ſignificatq; uſus mentis impedimentū; ut in eo legebatur uerterunt. Nos autem ad ſermonis impedimentum, auctoribus græcorum medicis eam tranſtulimus rem. Siquidem Paulus Aegineta de Salamandræ maleficio agens, καὶ λαλιᾶς ἐμπόδισμόν ait: ſignificatq; illi, nō mentis, ſed linguæ ad ſermonē impedimētum: quod aliis eius mali notis magis cōgruit, linguæ inflāmationi, reſolutioni, tremoriq;, quæ omnia ſermonis potius q̄ mentis uſui officere uidentur. Acceſſit his etiam in Alexipharmacis ſuis utriuſq; ſane euentus teſtis Nicander, ſed in eo quod nos dicimus certior. Verſiculi eius ſunt. ἀιστὰ μὲν ἐμπρήσθη γλῶσσα βατος, ἀτὰρ ὑπομάλκυσ δάμναται, ἐμβαρύθων δὲ κακοῦ τρόμος ἄψεα λύει: οἱ δὲ περισφαλέοντες ἀτιθρίφοσ ἑρπύζουσι τετραπόδεσσ, νοεραὶ γὰρ ἀπόφρενες ἀμβλύνονται. Eorū ſenſus eſt. Statimq; incenditur lingua: & torpore contrahitur. Vrgenſq; malus tremor, membra ſoluit. Illi uero aberrantes, ueluti infantes quadrupedes repunt. Mens enim illis hebetatur. Vtraq; a Nicandro ueneni Salamandræ nota numeratur, & linguæ, & mentis impedimentum. Sed nos magis amauimus, quod Aeginetam & Nicandrū teſtes & auctores habet: præſertim dicente hoc impedimētū, quod linguę & ſermoni aptius q̄ menti tribui uideť. Perſuaſitq; id etiā quod Nicander ait, inflammari linguam, & torpore contrahi. Quo loco aduerbio ἄψ uſus eſt, quod retrō ſignificat: & μάλκη uoce, quæ in contractione ex gelu facta apte dicitur. Eſt enim ut græcorum grammatici docent, μαλκεῖν, frigore contrahi manus & torpere: quod ſuo gelu Salamandra in lingua facit: torpentecq; ea impeditur eius uſus. At Nicander ait, hebetari eis mentem. Fatemur id quidem, nec multo ante diximus, probaſſe nos hoc magis q̄ illud, quia plures id teſtarentur: & q̄ aptior hic ſermonis ductus nobis uideretur. Nunc autem illud addimus, non aduerſari huic ſententiæ Nicandrum, ſed hanc ultra alias notam mali huius eum oſtendere. Nos ſic ſentimus, & nihilominus poterūt uolentes quod magis probauerint ſequi. Nobis grauiſſimus teſtis Paulus Aegineta eſt, toto huius ſcriptoris capite hoc in cōmentariis ſuis exſcripto. Teſtati cæteri omnes ſunt, nō tam qui ex profeſſo hæc docuerunt, ſed qui obiter Salamandræ meminerunt poetæ, ſcriptoreſq; alij, ueneno eius defluere humani corporis pilos omnes. Sic Martialis mulieri imprecabatur. Hoc Salamandra caput, uel ſæua nouacula nudet. &c. Et nihilominus a ſcriptore hoc, alioquin diligentiſſimo, nihil huiuſcemodi traditur. Non tamē negligentiæ, ignorantiæue eius aliquis id adſcripſerit. Qui cum bifariam nocere, foris ſcilicet contactu, & intus hauſtu Salamandram ſciret, alterumq; illud malum leuius eſſe, nec niſi dehoneſtamentū decoris facere, alterum in quo de uita ageretur diligentius obſit. Quam rationem ſecutus Plinius. 10. uolumine, capite. 67. quomodo cōtactu foris Salamandra homini nocet, breuius docuit. Ait enim. Sanie eius quæ lactea ore uomitur, cōtactas hominis partes totum amittere pilum, idq; quod contactum fuerit colorem in uitilignem mutare. Reliquo deinde opere, multis locis intra hominem inſecti huius maleficium hoc, aut illo remedio curari precæpit: hic autē, ut diximus, τοῖσ σαλαμάνδραν λαζοῦσιν id eſt, his qui Salamandram hauſerint, remedia inſtituit. Crediderunt aliqui etiam, male in hoc capite legi, remedium illud quod ad Vrticæ folia cum Liliis decocta pertinet: aſſerētes, auctore Appollodoro, ut Plinius teſtatur, non cum Liis, ſed cum teſtudine legi oportere. Plinij uerba ſunt lib. 22. capite. 23. Appollodorus & Salamandris cum iure decoctæ teſtudinis. Ratiocinatiq; in eo ſunt, ἀπὸ τῶν χελωνῶν, quæ uox teſtudines ſignificat, facile κρίνων, id eſt, Liliorum fieri potuiſſe. Verumtamen in cunctis græcis eadem lectio eſt, & Paulus Aegineta inquit, ἢ κνίδησ φύλλα συνεψηθέντα κρίνοισ. Quod eſt, Vrticæ folia cum Liliis decocta.

## ¶ De Ephemero. CAP. V.

ἐφήμερον

SVmpto Ephemero, quod aliqui Colchicon, aut ſylueſtrem Bulbū appellant, pruritus in toto corpore excitatur, nō ſecus atq; iis qui urtica, aut ſcylla laceſſuntur. Interna roſionem ſentiunt, Stomachus cum ingenti grauitate exæſtuat. Cæterum inualeſcente morbo, cruor ſtrigmentis amniſtus, per aluum exigitur. Quibus ut iis qui Salaman

C drã hauſerunt., uomitione, aut clyſteribus auxiliari conueniet. Sed antea cꝫ uenenum inualeſcat, dandum eſt decoctum frondium Quercus, aut glandium, aut florum mali granatæ. Lac bibere prodeſt, in quo ſerpyllum ſit decoctum. Itẽ ſuccum ſanguinalis hærbæ, aut ramorũ uitis, aut rubi, aut medullę recẽtis ferulæ, aut myrti. Baccæ autem myrti tuſæ tritæcꝫ, & aqua maceratæ, ut liquor inde ſumatur, opem ferunt. Medius ſardoniarum glandium liber, ſimilẽ effectum prębet, ſi crudus in aliquo ſupradictorum ſucco ſumptitetur. Origanum quocꝫ cum lixiuio epotum. Eximie iuuantur aſinini lactis, aut bubuli potu, etiamſi in ore cõtineant. Ita, ut quibus copia lactis huius adſit, nõ aliud deſyderetur.

EX M. VERG. COMM.

QVale Ephemeron hoc ſit, & quibus locis frequens naſci quondam diceretur, ſatis dictũ quarto uolumine ab hoc ſcriptore, & a nobis eſt. Potuit, quia ſumptum ad unam diem uitam proroget, ſic a grẽcis nominari. Non aliter cꝫ multa alia, quę ob hanc ipſam cauſam Ephemera, ab eadem gente appellantur. Obſeruatum in hoc capite illud a nobis eſt: uomitiones, & clyſteribus inteſtinorum inundationes, quas hic ex Salamandra ad Ephemeri remedia repeti iubet, nullas in ea legi. Oportereꝫ ob eam cauſam ſuſpicari, aut in Salamandra remediorum eorum rationem deeſſe, aut (in quam partem nobis inclinat animus) quoniam Cantharidũ modo curatur Salamandra: in ea em̃ hic ait, cũ fecerimus omnia quę in Cantharidibus iuſſa ſunt. &c. non ex Salamandra, ſed ex Cantharidibus uomitiones, clyſteribuſꝫ exinanitiones illas repetendas eſſe. Vtriſꝫ enim pariter competunt, & ex utriſꝫ pariter imperari poſ-
D ſunt. Licetꝫ non legantur in ea: quia tamen fiunt, non male id fieri percipitur. Eſt illud etiam animaduertendum, quam Dioſ. ait caſtanearum mediam tuniculam. &c. eam intelligi oportere, quæ inter corium & carnem eius ferrugineo colore eſt. Et pręter id, quemadmodum primo uolumine in Caſtaneis hic monuit, non tuniculam eam tantum, ſed carnem ipſam etiam contra Ephemerum uim habere: efficaciorem tamen tuniculam hanc eſſe. Quod & Nicander in Alexipharmacis ſuis etiam teſtatur.

## De Dorycnio. CAP. VI.

δορύκνιον

DOrycnion, quod & aliqui Manicon Solanũ appellarunt, epotum, lactis ſaporẽ in guſtu refert. Vehementes ſingultus ciet. Humor linguã uexat. Sanguis ſubinde reiicitur. Strigmentoſa quędã perinde quaſi dyſentericis, aluo egeruntur. Itaꝫ anteꝫ aliquid ex iis eueniat, auxilio ſunt antedicta, uomitus, clyſter, & quęcunꝫ potum uenenum expellere poſſunt. Priuatim iis opitulatur aqua mulſa, lac caprillum, aut aſininum, dulce uinum, quod tepidum cum aniſo bibatur, nuces amaræ, gallinacea pectora decocta. Quinetiam conchylia omnia tam cruda quam toſta eſſe ſalutare eſt. Conueniunt & locuſtæ mariną, & gammari, & pota eorundem iuſcula.

EX M. VERG. COMM.

POteſt, nec male quidem, falſoue Dorycnium uocari quodcunꝫ tela, cuſpides, & ut Poeta cecinit, ferrumꝫ poteſt armare ueneno. A ferratis enim lancearum cuſpidibus, quas græci dorata uocant, factum illi nomen eſt. Præſtiterunt id, & adhuc præſtant multa. Antiquitas tamẽ, ſi Plinio credimus, furioſi Solani ſucco ad eam rem primatim uſa eſt: uocauitꝫ ob id Dorycnium. Verba Plinii ſunt. 21. uolumine, capite. 31. Hoc eſt uenenum, quod innocentiſſimi auctores ſimpliciter Dorycnion appellauerunt, ab eo, ꝙ cuſpides in prælijs tingerentur illo paſſim naſcente. Eſſeꝫ Dorycnium furioſo Solano idem, hic primum teſtatur, dicens: Dorycnium, quod quidam furioſum Solanum dicunt. Teſtatur Plinius quo diximus loco certius: teſtantur græcorum medici & herbarij omnes. Vtꝫ ab hoc ipſo ſcriptore. 4. uolumine lœtale ſim-

Hosted by Google

pliciter dictum Dorycnium est, sic certius, & ex professo nunc notæ & remedia eius docẽtur. In quibus duo tantum, ex Nicandro alterum, alterũ ex Paulo Aegineta monebimus. Sequi haustum Dorycnium hic ait, ὥσπερ γάλακτος ποιότητα ἐν τῇ γεύσει. Quæ uoces nihil significant aliud, q̃ lactis in gustu qualitatem, quæ nulla alia q̃ sapor est. Pertinet enim ad gustum ea tantum qualitas. Nicander tamen in Alexipharmacis de hoc ipso Dorycnio agens, inquit. ἀλλὰ ἄγελὴ φράζοιο λορύκνιον οὔτε γάλακτι ὠπὴ τε ῥῶσιν τε περὶ σωμάτεσσιν ἴκηται. Quod est. Sed age Dorycnium etiã cõtemplare. Cuius circa os lacti similis est aspectus & cibus. ὠπὴν enim ille uocat, quod uidetur; & oculis sentitur: id aũt color est: ῥῶσιν uero q̃d estur: & ex eo saporem, duasq; notas has numerat colorem & saporem, & utrunq; lacti similem. Hic tamen solum saporem indicasse uidet. Nisi aliquis in cõmuni illa qualitatis uoce qua usus est, colorem etiam intelligi uoluit: uerumtñ eam qualitatem ad gustũ hic tm̃ contraxit. Alterũ q̃d ex Paulo Aegineta monemus, ad remedia pertinet. Quod enim hic ait, cum aniso tepidum passum, ab eo cum exiguo aniso dari præcipitur. Potuit ea uox scriptori huic perñsse. Eãq; ob causam ignotã legentibus esse noluimus. A

## ¶ De Aconito. CAP. VII.

ἀκόνιτου.

AConitum statim in lingua inter bibendum, cum adstrictione quadam dulcescit, gustantibusq; maxime cum exurgere conãtur, uertigines offundit. Lachrymas ciet. Grauitatem pectori & præcordijs adfert. Simulq; crebri spiritus deflantur. Quare uenenum uomitione abigi, aut clystere per aluũ egeri opus est. Vtimur inter arcentes potus origano, ruta, marrubio, uel absinthij decocto, cum uino absinthite, uel semperuiuo, uel abrotono, uel chamælæa, aut trisagine. Prodest etiamnum opobalsami drachma, cum melle aut lacte, cum castorio, pipere, & ruta, æquis ponderibus ex uino. Coagulum hædi, leporis, aut hinnuli cum aceto. Ferri quoq; stercus. Item uinum in quo aurum, ferrũ, argentumue candens restinguatur potum. Lixiuiaq; cum gallina & uino decocta, aut carnium præpinguium iura cum uino sumpta. Ferttur & aiuga priuatim ipsis subuenire. B

EX M. VERG. COMM.

ATestibus contra testes, ut in iudicijs quotidie fit, pro Aconito agendum nobis est: & unus contra multorum fidem audiendus, haud sane quale Aconitum sit dicentibus: lœtale enim oẽs esse affirmant: sed unde facto nomine in poetis, scriptoribusq; alijs tantopere infamis sit. Grammatici siquidem, poẽtę, & qui plantarum historiam aliquando scripserũt, a cotibus & petris, in quibus nasci fertur dictum esse uolunt. Naso in Transformationibus suis lib. 7. notissimos ceciuit uersus. Quæ quia nascuntur dura uiuacia caute, Agrestes Aconita uocant. Plinius. 27. uolumine, cap. 3. eosdem natales illi tribuens, ait. Nascitur in nudis cautibus, quas Aconas uocant: & ideo Aconitum aliqui dixere, nullo iusto ne puluere quidem nutriẽte. Secuti hos plures alij, idem tradiderunt. Tamq; a grammaticis id recæptum est, ut non facile sit decreta eorum conuellere. Conabimur tm̃, ueritati consulentes: unusq; cunctis his uelut in acie obijcietur Theophrastus. Qui lib. 9. de plantarum historia nasci quidem petrosis locis Aconitum tradit: nõ tamen a petris nominari, sed a Periandynorum uico, quem Aconas uocabant: ad quem copiosum & efficacissimũ nasceretur. Verba eius sunt. φύεται δὲ παντα χοῦ καὶ οὐκ ἐν ταῖς ἀκόναισ μόνον ἀφ' ὧν ἔχει τὴν προσηγορίαν, αὕτη δὲ ἐστὶ κώμη τις τῶν περιανδρίνων, φιλεῖ δὲ μάλιστα τοὺς πετρώδεισ τόπουσ. Quorum sensus est. Nascitur autem ubiq; Aconitum, non in Aconis tantum, a quibus appellationem habet. Vicus autem Periandynorum Aconæ sunt. Amat præcipue petrosa loca. Aequinoca loci & cotis appellatio, diuersitati huic causam dedit: multoq; magis ī petris natales eius. Vtris autem magis credendum sit grammatici censebunt. Est enim omnium grauis, nec damnanda fides. Theophrasti tamen autoritatem poetis, Plinio, grammaticisq; nunq; ego ex æquo contulerim. Anceps in hoc capite etiã locus est: illic scilicet ubi contra Aconitũ remedia docentur. Dubitari enim potest: iubeat ne Dioscorides sumi cum uino Lixiuiam, & elixos gallinaceos: an potius contra Aconitum prodesse lixiuiam, in qua una cum uino elixati gallinacei fue-

C rint. Nos in ambiguo id elegimus quod ab alijs græcorum medicis confirmatur.

## ¶ De uenenato Heraclíæ melle. CAP. VIII.

μέλι ἐν τὸ ἡρα-κλείᾳ

MEl Heraclíæ in Ponto, ubi aconitum gigni ſolet, Athenis Ionia, Euboice Siderites nominatur: quod qui edunt, bibuntue, non ſecus afflictantur, ꝙ qui Aconitum ebiberunt. Iis eadem quæ poto Aconito conueniunt. Adiuuantur in primis cõtinuo uinĩ mulſi potu, cui rutæ folia ſint adiecta.

## ¶ De Coriandro. CAP. IX.

κόριον

COriandrum ob odorem latere non poteſt. Epotum autem, denſam uocem facit. Inſaniam adfert, a temulentis non aberrantem. Qui ſumpſerunt, pudenda dictu blaterant, totiuſq; corporis odore uenenum fatentur. Quibus poſt uomitionem irino oleo concitatam, uti retulimus. Merum & per ſeſe, & ex abſinthio potum auxiliatur. Item oleum. Nec ſecus oua in eodem exinanita, ſi liquefacta in muria ſorbeantur, & epota muria, & ius ſalſum ex gallina & anſere. Paſsũ quoq; cum lixiuia ſumptum.

### EX M. VERG. COMM.I

FAmoſa in Carmine ſuo Coriandra appellans Columella, ancipiti uoce uſus, cogitandũ poſteris reliquit, quotidianum ne eorum uſum laudauerit: an magis in ueneni maleficio, q̃d habent, monere legentes ea ratione uoluerit. Vtrumq; enim nouiſſe hominem ueriſimile eſt, præcepiſſeq; eorum inter hortenſia conſitionem: & nihilominus quoniam homini nocerent, una illa uoca, nimium, ut hic in Coriandro ait, uſum eorum damnaſſe. Quod ab hoc ipſo .3. uolumine factum eſt, cum monuit, maiore copia ſumptum Coriandrum graui periculo mentem cõ mouere: ideoq; nimium, & continuum uitandum eius uſum. Factum & ab alijs græcorum medicis & herbarijs omnibus, inter quos & Nicãder poeta eſt. Cuius antiquiſſimus interpres, ſyl ueſtri Coriandro, non ſatiuo ueneni maleficium aſſignat. Nos tamen in plantarum, & medicæ materiæ hiſtoria, ſylueſtre in hoc genere hactenus non inuenimus. Et quoniam omnes Coriandrum ſimpliciter nominant, unum tantum genus eius credendum. Plura ꝙ Dioſc. numerauerit remedia contra Coriandri furorem a Nicandro tradũtur. Nolumus nos ea docere. In eo em̃ ſcriptore parata omnibus ſunt. Quod autem nobis cum alijs nõ conuenit, ex eo, et Paulo Aegineta confirmandum eſt. Id ſcilicet quod hic ait ὡὰ κενωθέντα ἐι τὸ ἀυτὸ καὶ λιεθέντα σὺν ἅλμῃ ἑφθούμενα. Qui locus quomodo ab alijs & a nobis redditus fuerit, facile erit uolentibus cognoſcere. Quod autem cum altero eorum nobis non conuenit, remedij huius ratio & uſus eſt. Ille em̃ quæ Dioſcorides ὠὰ κενωθέντα, id eſt, oua omni intrinſeco humore uacua appellat, nec ultra qcq̃ illis adijcit, Oua in patinam depleta & ſubacta cum ſalſugine, uertit. Remediumq; inſtituere uidetur, quaſi deplere oua oporteat: & quod ex eis depletum eſt, ſubigendum eſſe, & cum ſalſugine ſorbendum. Nobis contra uiſum eſt non quod in ouo clauditur quærendum eſſe, ſed depletis omni ſuo humore ouis, eorum putamina. Vtimurq; ad hanc ſententiam rationibus his: ꝙ in cõſtituendo ouorum uſu, huic & alijs, ſemper ſatis fuit ouis uti præcepiſſe. Quod enim in illis uſum plærumq; habet, interior liquor eſt: & ſi hac magis ꝙ illa parte uti oporteat, tunc uitellum aut albumen ſeorſum imperari. Idq; tam late in hoc ſcriptore & alijs patet, ut certius oſtendi non ſit opus. Hoc autem loco cum iubeat hic ſcriptor, depletis, id eſt, uacuis ouis contra Coriandrum uti, putamina eorum tantum imperari opinati ſumus. In eamq; ſentẽtiã nos primum traxit Paulus Aegineta, qui ὠὰ κενωθέντα ἐπὶ τὸ ἀυτὸ λιανθέντα, in hac ipſa re itidem dixit, id eſt, euacuata oua, & in ſeipſa, id eſt, nullo alio in loco trita & infracta. Traxit & Nicader, qui in Alexipharmacis ſuis inquit. πολλάχι δ' ὀρταλιχων ἀπαλὴν ὠδῖνα κενώσας, ἀφρὸν ἐπισκεράσαιο. &c. Qd̃ eſt. Sæpiuſq; gallinarum mollem partum euacuans, ſpumam ſuperinfundens. Manifeſte iubet is, gallinarum oua deplenda eſſe: depletiſque his nihil ſupereſt quod intelligi poſſit, quam putamina. Accedit his communis deinde ſenſus, in quo auditis depletis ouis, nihil quam putamen

Hosted by Google

intelligi relinquitur. A

## De Psyllio. CAP. X.

PSYLLION epotum, corpori toti frigus & torporem cum exolutione & mœrore quodam affert. Cui omnia quæ exhausto Coriano auxiliantur. ψύλλιον

EX M. VERG. COMM.

REfrigerat Psyllion, quę Pulicaris herba est. 4. uolumine a Dioscoride tractata: suoq; frigore uitæ noxias perfrictiones & algores facit. Et præter algores corporis resolutiones, & mentis tristiciam. Qualis ea sit, & quomodo uenení maleficiū hominis uitæ afferat, ex historia eius facile legentibus patebit.

## De Cicuta. CAP. XI.

CIcuta pota, uertiginem excitat, oculisq; caliginem offundit, ita ut eminus non cernatur. Singultus ciet. Mentem turbat. Extremi artus gelantur. Denicq; conuulsi suppresso arteriæ spiritu, strangulantur. Quare inter initia, uti in reliquis, Cicutam uomitu excutiemus. Postmodum deiectionem moliemur: ut quod ad intestina prolapsum sit, excernamus. Tum demum in meracam potionem, quæ maximo est auxilio, deueniemus, dantes nonnihil intermissionis. In qua proderit lac bubulum potui datum: aut absinthium cum pipere, & uino castorio, ruta, mẽtha cum uino: aut amomi, cardamomi, aut styracis uncia: aut piperis cum semine urticæ & uino: aut lauri folia. Item laser ex oleo & passo. Passum per sese largius potum proficit. κώνειον

EX M. VERG. COMM. B

SVnt scriptori huic, & grecorum medicis in Cicutæ remedijs omnia eadem: plæraq; tamen illi adijciunt, quibus tota certius tractetur res. Quale uerbi caussa est, quo loco hic Piper simpliciter instituit, illi commune addiderunt: utendumq; communi Pipere iubent, ut longum & album ab hoc usu excluderent. Quale itidem cum Lauri foliis teneritudinem adijciunt, tenerisq; eius arboris foliis uti præcipiunt, summos ut nos credimus coliculos eius intelligentes. Quale etiam cum decernente hoc Amomi, Cardamomiq;, aut Styracis drachmam, illi unciam constituunt. Similiaq; his plæraq; alia, quæ uolentes diligentioribus in hoc studiorum genere relinquimus.

## De Taxo. CAP. XII.

SMilax a quibusdam Thymion, a Latinis Taxus appellatur. Frigiditatem uniuerso corpori, strangulatus & celerem interitum infert, cui eadem quæ Cicutæ conueniunt. σμίλαξ

EX M. VERG. COMM.

DIcta a nobis quarto uolumine de Taxo arbore fuerunt, quæ satis nunc fore credidimus. Nihil nunc monuisse aliud legentes oportet, q̃ ex eo loco repetendam eius historiam: cognoscendamq; arborem, quam ueteres græci non Smilacam tantum, sed Thymion etiam uocauerint. Hæc enim altera eius appellatio quondam fuit, & si uarie in antiquis exemplaribus legatur: solaq; umbra, non succo tantum homini lœtalem: non tamen semper, sed ut Plutarchus Symposij sui tertio commentario monuit, quo tempore prægnãs flores profert. Ex qno quod in historia scriptoris huius, quo diximus loco legitur, lœtalem umbram homini Taxum esse, non nisi cum floret, intelligendum est. Nec caret ratione aliorum quorundam florum exemplo, quorum halitu homini sæpenumero nocetur.

umbra taxi mortifera



Hosted by Google

C ¶ De Carpasi succo. CAP. XIII.

EPotus Carpasi succus, soporem, citamq; strangulatiõem adducit. Adiuuantur autem qui hauserunt, epotæ cicutæ remedijs.

EX M. VERG. COMM.

CArpessiã quinto suæ medicinæ cõmentario uocat Paulus Aegineta, cuius liquorẽ oẽs homini lœtalẽ faciunt. Meminit eius aliquãdo Plinius. Nobis de gñe herbę nõ satis cõstat. Verũtamẽ frigore noxiã intelligere oportet, exquo ijsdem Cicutæ remedijs illi succurritur.

¶ Sardonia hærba. CAP. XIIII.

σαρδόνιον πόα SARDONIA Ranunculi herbæ generi assignatur, quæ uescentibus mentem adimit, & quadam neruorum distentione labia in rictum contrahit, ut risus speciem præbeant. A qua quidem affectione, de Sardonio Risu adagium in uulgus aperte manauit. Post uomitum peculiariter conuenit aqua mulsa liberalius epota, lac, irrigatio, perunctioq; a pinguibus totum corpus excalfacientibus. In calidam aquam, oleumq; descendant. Sed tum multum perfricare & inungere expedit. Et in summa, curam omnem quæ conuulsioni neruorum adhibetur, exequi oportet.

EX M. VERG. COMM.

NOuerunt nostræ ætatis herbarij Sardoniam herbam, Risus Apium appellantes. Apuleius in commentario illo de herbis, Sceleratam herbam nominat, manifesta a maleficio eius nominis rõne. Nos longius de ea secundo uolumine in Ranunculo herba egimus: quodq; tunc factum est, inutiliter agi iterum hoc loco non debet. Poterunt uolentes ex commentationibus
D illis nostris quæcunq; opus erunt in hunc locum reuocare.

¶ De Hyosciamo. CAP. XV.

ὑοσκύαμος HYosciamum potum, aut comesum simílem ebrijs abalienatiõem mouet. Sed facile medicamentis cedit. Auxiliatur aqua mulsa copiose data, lacq; præsertim asininum, si id desyderatur, caprillum, uel bubulum, uel aridarum ficuũ decoctum. Faciunt ad id etiã nuclei pinei, aut cucumis semen ex passo sumptum, & uinum salsum cum adipe suilla recenti passoq;: itidem urticæ semen, aut nitrum ex aqua, & intubus erratico, & sinapis, & nasturcium, radix cepæ, & allium. Et hæc singula cum uino sumantur: post conquiescant, ut uinum concoquatur.

EX M. VERG. COMM.

QVæ cognoscendæ Apollinari herbæ necessaria erant, quarto uolumine in historia eius dicta iampridem ab hoc, & a nobis fuerunt. Quo loco, cum dictum a Dioscoride fuerit μανιώδη καὶ καρωτικὸν esse Hyosciamum. Quarum uocum altera insaniam, altera soporem significat, dubitandum, quærendumq; legentibus reliquit, an desit hoc loco, an abundet illic altera illa soporis uox. Ex his sane quæ hoc capite traduntur, abundare illic uidetur. Exquo inquit imperandam esse quietem, ut potum ebriorum modo uinum concoquant. Quæ imperanda non erat, si κάρον, id est, soporem Hyosciamus faceret. In maleficio eius præterea a græcorũ medicis nihil aliud, q̃ ebrietati simílis amentia numeratur. In angusto uersatur res, ut aut ex Hyosciami historia eam expunxisse uocem oporteat, aut quod illic καρωτικὸν est, contra cõmunem uocis eius æstimationem ad capitis affectionem aliam transferendum sit. Omnia toto hoc capite, omnibus eadem sunt: præterq; in extremo calce, in quo aliter uoces suas concipit Paulus Aegineta: monetq;, imperandã esse quietem, ut non aliter q̃ ebrij potum somno concoquũt uinũ. Sic etiã quiete sua qui Hyosciamũ hauserint, ueneni eius uim pariter concoquãt. Nihil emẽ in re alioquin haud multifacienda mutauimus, satis imperatã quietẽ fore opinati.

Hosted by Google

## ¶ De Mandragora. CAP. XVI. A

μανδραγόρας

MAndragora si bibatur, confestim sopor insequitur, exolutio, ac uehemens ueternum, nihil temere distans a lethargo. Cui antecp aliquid ex ijs accidat, uomitus ex aqua mulsa proderit. Postea nitrũ, & absinthium, ex uino dulci aut passo sumantur. Caput rosaceo & aceto perfundatur. Proficit excitatio & motus corporis, & olfactus eupatorij, & piperis, sinapis, castorij & rutæ, tritorum in aceto, & liquidæ picis, & odor e lucernarum extinctu. Quod si ægre ij reuocentur, sternutamenta mouere, alijscp communibus auxilijs uti conueniet.

EX M. VERG. COMM.

SOpit cp primum malo somno hominem Mandragoras. Idcp non tantũ hoc loco Dioscori. sed in historia. 4. uolumine longius ab eo traditũ est. Remedia nunc tam noxiæ quietis traduntur. Primũcp locum uomitiones, & mulsa aqua sibi uendicauerunt. In quibus non cõuenit nobis cum alijs interpretibus. Illi enim uomitiones, & aquã mulsam coniunxerunt, uomitus ex aqua mulsa prodesse, & uomitiones moueri, & aquã mulsam dari dicẽtes. Nos ex Græcorum medicorum disciplina, conferre quidem uomitiones diximus, sed a uomitionibus statim mulsam dari aquam. Habuimuscp in eo auctorem Paulum Æginetam, qui scriptoris huius caput hoc exscribens ait, ἁρμόζει δὲ πρὶν τούτων τὶ συμβῆναι ὅτε ἐμεῖσθαι, καὶ μετὰ τοῦτον μελίκρατον. Quod est. Prodest priuscp quicp horum fiat uomitus, & post hunc aqua mulsa. Cogitauimus etiam, quoniã ab eodem scriptore inter Mandragoræ remedia non numeratur Eupatorium, multocp magis, quoniã nihil quod ad hoc faciat in decretis Eupatorij a Dioscoride traditur, aut abundare eam uocẽ, aut pro quapiã alia male eam illic legi. Quod signasse tantũ uoluimus.

## ¶ De Meconio. CAP. XVII. B

μήκων

EPoto Papaueris succo, quem Meconion uocant, consequitur ueternum, cum perfrictione & pruritu uehementi: ita ut sæpe inualescente ueneno tanta erumpat prurigo, ut hominem excitet. Corpus id medicamentum olet. Post citatam oleo uomitionem, acres clysteres auxiliantur, acetumcp mulsum cum sale potum, aut mel cum rosaceo calido, merum cum Absinthio aut Cinnamomo copiosum, aut calidum per sese acetum, nitrum ex aqua, & origanum cum lixiuia, aut passo, & rutæ syluestris semen cum pipere, uino & panace, piperep cum castorio & aceto mulso, uel cum satureia, aut origani decocto cum uino. Ii olfactilibus excitandi. Ob enatam pruriginem in balneas descendãt, & foueantur. Post lauacrum prodest iurium pinguium usus, cum uino, aut passo. Medulla etiam ex oleo pota.

EX M. VERG. COMM.

NVmerant a Nicandro in Opij potu, pter pfrictiões, soporẽ, languorem, prurigĩẽ, & toto corpore Opij odorẽ, notæ aliæ plures: pallida facies, labror: igneus color, exigua & frigida respiratio, liuescentes ungues, distortæ nares, & concaui oculi. Addidit illud etiã, odorem quẽ Dioscorides ait toto corpore reddi una cum sudore, ueluti ex labore euaporari.

## ¶ De Corniculato Papauere. CAP. XVIII.

κερατίτις μήκων

PApauer quod Corniculatũ appellãt, & potu, & cibo eadẽ inferre cõsueuit quæ Papaueris succus. Nec alijs expugnat auxilijs.

## ¶ De Pharico. CAP. XIX.

φαρικὸν

PHARICON, quod uocant, sapore syluestre Nardum imi-

C tatur. Resolutionem neruorum potum adfert, cum conuulsione & delirio. Oportet autem post uacuationes uinum Absinthiten potui dare, cum Cinnamomo, aut Myrrha, aut Nardo gallico, quod Serinē aliqui uocauerunt, aut Spicæ nardi duas drachmas, & myrrhæ totidem obolos, cum passo, iri, & rosis ex uino. Derasumq; caput illinire hordeacea farina cum aceto, & trita ruta.

EX M. VERG. COMM.

QVid, qualeq; fuerit Pharicum, non satis inter antiquos scriptores constat: simplex alijs, alijs contra compositū tradentibus: & quod hactenus legisse me meminerim, nullo eorū, siue simplex, siue compositū fuerit genus eius, & substantiā indicante. Incerta posterioribus græcis ratio nominis etiā fuit, & si a gentibus & locis aliquot Græciæ dictum oēs testent̄. Quidam em̄ a Pharis in Arcadia: quidā a Pheris in Thessalia: quidā postremo a Pharide in Laconia, cuius meminit Homerus, Pharicū dictum uoluerūt. Nec desunt, qui ab inuētore sic uocatū putent. Athæneus in tertio sui Dipnosophistæ, quo loco de Cotoneis malis agit, nisi uitiū in eo sit, non Pharicum, sed Phariacum noīauit. Verba eius sunt, τὸ γοῦν φαριακὸν φάρμακον. &c. Nec ipse etiā, alioquin in huiuscemodi multus & diligens, quicq̄ de nomine, aut substantia ueneni huius docet. Refert tamē, quod miretur aliquis, in cæteris non legi, neq; inter remedia a quoq̄ numerari, infringere ueneni huius uires mala Cotonea: & ex Philarcho in. 6. historiarū suarum narrat, Cotonea hæc mala odoris sui bonitate lœtalium uenenoꝝ uires hebetare: Pharicumq; hoc uenenū, Cotoneis malis mixtū, amissa nocendi potestate euanescere: deprehensumq; id fuisse, dato homini Pharico q̄d inter Cotonea mala fuisset, nullo mortis, aut ueneni maleficij secuto euentu. Cæteri itidem oēs proposito Pharico, descriptisq; notis, & traditis remedijs nihil ultra de eo docuerunt. Quo fit, ut credamus, tam notum tunc oībus fuisse Pharicum, q̄ nunc nobis incognitū est: & ut in re nota fit, tacuisse cætera omnes qui de eo agerent. Ne descripta re, male & scelerate agere, & uenenis uti discerent homines.

D ¶ De Toxico. CAP. XX.

τοξικὸν

TOxicum ex eo nominari uidetur, ꝙ barbarorum sagittæ eo illinebantur. Qui biberint, labiorum & linguæ inflatione torquentur. Incoërcitus furor uarias ijs imagines obuersat. Quare uix medicinæ locus est, raroq; qui hauserunt, euadent. Vinculis ergo cohibendi, ut uinum dulce cum rosaceo bibere, & reuomere cogantur. Rapi semen bibendum. Priuatim ijs conuenit quinquefolij radix, & hircinus sanguis, aut caprillus, eodem modo sumptus. Roboris, fagi, aut ilicis cortex cum lacte tritus. Malaq; cotonea trita esse, aut cum pulegio & aqua bibere, conueniet. Amomum & balsami semen ex uino. Sed qui periculis defuncti sunt, diu lecticis decumbunt: & ubi surrexere, stupidi reliquum uitæ tempus degunt.

EX M. VERG. COMM.

PLinius. 16. uolumine, capi. 11. de Taxo arbore agens, his uerbis Toxica descripsit. Hanc Sestius Smilacem a Græcis uocari dixit, & esse in Arcadia tam p̄sentis ueneni, ut si qui dormiāt sub ea, cibūue capiant, moriant̄. Sunt qui & Taxica hinc appellata dicāt uenena, quæ nūc Toxica dicimus: q̄bus sagittæ tingunt̄. Sunt, ut uidet̄ Plinio, Toxica ex Taxi arboris succo confecta uenena. Huic aūt ægre credat aliq̄s, idem Plinij Toxicis hoc esse. Siquidē non multo ante priuatim de Smilace. i. Taxo arbore egit, perfrictionesq; & strangulationes suo frigore facere dixerat: ideoq; non credendū aliter, & iterū de ea ab eodē nunc agi: p̄sertim non congruētibus, nec ijsdē in utroq; ueneno notis. Relinquit̄ ob eā causam, ut credamus a sagittis Toxicū noīatū fuisse, certi quondā gn̄is uenenū, q̄d ex q̄tidiano frequētioreq; usu antiq̄tas sic appellauerit: scisseq; tunc oēs uenenū, & ueneni propriū genus. Nunc aūt in multiplici ad tingēdas sagittas, cuspidesq; alias ueneno, quo passim uti, nisi obstarent leges, liceret, non facilem habet intellectum, nec discerni ex eo usu, & ab alijs potest, quē multis cōmunem & eundem habet.

Hosted by Google

## De Ixia. CAP. XXI.

A

IXia quæ Vlophonon appellatur, inter potandum aliquid Ocimo ſimile redolet. Vehementem linguæ inflammationem excitat. Mentem mouet. Omnes excrementorum exitus ſupprimit. Strepitum cum animi deliquio ciet. Iis inteſtina latrant, nec ſecedit quicq̃. Poſt uomitionem, aluumq; reſolutam, auxilium præſtat, aqua in qua Abſinthiũ maduerit, ex uino largiore, aut aceto mulſo pota. Rutæq; ſylueſtris ſemen, aut laſeris radix. Item Tragorigani decoctum, cum aliquo ſupradictorum, aut lacte, aut reſina terebinthina, aut nardo, aut caſtorio, aut laſerpicio, quorum ſinguli oboli conueniunt. Quin & nuces Iuglandes, cum reſina, caſtorio, & ruta tritæ, ita ut ſingula drachmæ pondus æquent. Itidem Chamelææ, aut Thapſiæ, aut Abſinthij ſucci ſicilicum cum aqua mulſa, & acetum calidum potum.

### EX M. VERG. COMM.

VIſcum pluribus locis Plinius græcorũ Ixiam hunc uocauit: duo diuerſi generis in plantarum hiſtoria, nulla diſcriminis adiecta nota, eadem appellatione indicans. Quod an uicinitate nominis in græcis deceptus fecerit (Ixon enim illi arborum Viſcum, Ixiam uero quod nunc tractamus uocãt) an ſciens, uolensq;, negata ſibi in latina re appellatione, qua Viſco penitus ſimilem rem indicaret, non eſt propoſitũ nobis modo oſtendere. Fecimus enim id in Chamæleone: & ante nos certius, longiusq; non multo ante hæc tẽpora Leonicenus diligentiſſimæ lectionis, & egregię eruditionis homo, in Epiſtola ad Menocium Lucenſem medicũ idem etiã fecerat. In qua multa breuitate, ſummaq; diligentia ueterũ & poſteriorũ ſcriptorũ, de tota hac re dicta collegit. Quorũ ſumma eſt, aliud ab Ixia hoc Viſcum eſſe: hoc in multarũ arborũ ramis naſci, nec ueneni maleficiũ habere: illum ad radices Chamæleonis, albi ſpinæ noxiũ adnaſci, pluribusq; aliis inter ſe notis & uiribus diſtingui: patereq; id in græcis, quibus Viſcum ἰξὸς ſit, non ἴξιον: quæ uox a Viſco quidem facta fuerit, non tamẽ Viſcum ſignificet, ſed quod paulo ante diximus, Chamęleonẽ album: cui, quemadmodũ hic tertio uolumine tradidit, aliquibus locis Viſcum adnaſcitur: quo pro Maſtiche ad nitorẽ cutis mulieres quondã utebantur. Et hũc non in arboribus natũ, illud inter uenena numeratũ quondã eſt: ideoq; Vlophonos dictum: quoniã, ut in hiſtoria utriusq; Chamæleonis hic docuit, canes, ſues, quadrupedesq; alias in cibo enecet. Non debuerat, ut uidet, cũ Viſco miſceri Ixias, qui Viſcarius potius adiectiua forma, q̃ Viſcum a Græcis noĩatus fuiſſe uideri poteſt: ideoq; nos, ne ſimul æquiuoca uoce duo diuerſa miſcerent, alterum Viſcum, alterũ uoce græca Ixiam noĩauimus. Barbarus Plinij ſecutus, maſculino gñe græcorũ exẽplo Viſcum Ixiã hunc uocauit: q̃d in diſpeſcenda re non ſemper ſatis eſt. Illud uolumus legẽtes monere hoc loco, cũ proponeret a principio uoluminis huius Dioſco. quæ in tota natura ueneni maleficiũ habent, inter radices Chamęleonẽ, non Ixiam numeraſſe: in reddendis deinde notis & remedijs, Ixiã, non Chamęleonẽ noĩaſſe. Nec dubitandum alicui erat, hoc, aut illo loco uitiũ eſſe. Idem eñ Ixias, & Chamęleon eſt: niſi Paulus Aegineta quinto ſuæ medicinæ, uolumine ijſdem oĩbus uerbis ſcriptorẽ hunc cõmentarijs ſuis miſcens, Ixiæ & Chamęleonis duo ſeorſum capita legẽtibus cognoſcenda reliquiſſet. In quorũ altero albi, in altero nigri Chamæleonis maleficia traderet notis & remedijs penitus diuerſa. Reſpondetq; id duorũ Chamæleonũ hiſtoriæ. Vterq; enim Vlophonos æqua nocendi poteſtate noĩatur. Eamq; rõnem, ut credimus, ſecutus Paulus Aegineta, ſeorſum de utroq; inter uenena etiã docuit. Quod ſi eaſdẽ notas ambo haberent, ijſdẽq; remedijs curarent, crederẽ ego hunc ſcriptorẽ breuitati conſulentẽ, uno eodẽq; capite de utroq; egiſſe. Sed cũ diuerſa in eis oĩa ſint, uitiũ ſuſpicari oẽs cogimur: relictũq; in uenenorũ cenſu Ixiã, in notis deinde & remedijs Chamæleonẽ. Neq; eñ ueriſimile eſt, reliquiſſe hunc, q̃d alij cõmentaria eius exſcribentes, tradiderunt. Irrepſiſſeq; id uitiũ ueriſimile eſt, ab aliquo, qui medicæ materiæ, & plantarũ hiſtoriæ parum peritus, bis repetitũ idem eſſe ratus: tanq̃ ſuperuacaneam utrobiq; alteram reliquerit uocem. Perſuademur nos hoc facile, ex eoq; præſertim, q̃ in cenſu uenenorum propoſitus Chamæleon, in remedijs deinde redditus Ixias eſt. Quod futurum non erat, niſi propoſi-

C tus a principio Ixias cum Chamæleone fuisset. Nec proponendus Chamęleon, si reddendum aliquid in eo postea non erat. Ixiæ tota res in scriptore hoc patet: nec repetere quæ pręmonstrata sunt, opus est. Quid autē in Chamæleone desyderari possit, id nos ex Paulo Aegineta repetemus: qui ut cætera ab hoc scriptore accæpta cōmentarijs suis inseruit, sic Chamæleonē etiā exscripsisse credendus est. Verba de Chamæleone nigro eius hæc sunt. Haustum Chamæleonem nigrū erosio, dolorq; ingens sequitur: & cum stomachi euersione totius corporis tremor. Accedit mox & conuulsio, biliosiq; & spumosi uomitus. Sunt etiā quibus singultus cum priuatione uocis, distortiq; uultus fiunt. Confert triticeæ farinæ cremor pinguis calidusq;. Tum uomitus & lactis potus. Prodest clysteribus etiā infundi quod lene sit. Prosunt & fomenta emplastri modo imposita. Verū contra strangulationes, liuoresq; facientē Chamæleonē, proderit potum Absinthiū, nitrumue cum aceto mulso, aut Raphanis. Proderunt & præcordijs imposita fomenta. Sunt hæc nigri Chamæleonis ex Paulo Aegineta notæ & remedia. Quæ ob eas, quas paulo ante diximus caussas, ne quid huic operi deesset, addere placuit.

## ¶ De Cerusa. CAP. XXII.

ψιμμίθιον

CErusa suo colore proditur. Quippe palatum, gingiuæ, lingua, & commissuræ dentiū, candamore quodam inficiuntur. Singultus, tussim ac linguæ ariditatem excitat. Iis extrema frigescunt. Mens labat. Membra torpescunt. Quibus dare conuenit aquam mulsam, aut ficuum, aut maluæ decoctum, aut lac calidum, aut Sesamam ex uino tritam, uel lixiuiam ex sarmentis factam. Amaracinum oleum, aut Irinum, Persicorum ossa cum Lilij decocto. Columbina oua cum thure, aut hordei decocto, aut prunis, aut gummi quod ulmus plorauit, aut humore quem ulmea folia reddiderunt, cum tepida aqua. Sed tum quoq; uomant. Conuenit etiam Thapsiæ succus, aut Scammoniæ
D cum aqua mulsa potus.

EX M. VERG. COMM.

SVnt toto hoc capite plura, quæ alijs interpretibus, & nobis eadē non sunt. Diuersitatisq; nostræ una est causa, q; impressum scriptoris huius illi codicem secuti, alios eiusdem rei auctores non consuluerūt, nec quæ aptius & uerius dici poterant, cogitauerūt: ideoq; qualia se oīa obtulerūt, talia etiā reddita ab eis sunt. Nos contra auctore Nicandro, & antiquis græcoꝝ medicis, q̄d in scriptore hoc erat, & Persicorū ossa cum Liliorū decocto, cum hordei decocto uertimus. Illi enim non σὺν κρίνου ἀφεψήματι, quod est, cum Lilij, sed σὺν κριθῶν, quod est, hordei decocto dixerūt. Eadem rōne quod legebatur, ἢ κοκκυμήλοισ, significatq;, cum prunis, cum prunorum gūmi uertimus. Quiq; folijs ulmi cōtineri humor dicebatur, foliculis eius arboris contineri diximus. Illis enim, non folijs continetur. Pluraq; alia mutauimus, quæ monētibus illis naturæ rerum, & ueneni huius remedijs male respondebant. Quæ poterunt uolentes per se certius uidere. Cogitabunt etiam, in Persicorum ossibus, quæ Cerussæ aduersari hic ait, an trita ossium eorum putamina, an interiores nucleos intellexisse oporteat Nicander sane in Alexipharmacis suis putamina intellexisse uidetur. Versiculi eius sunt. καίτε κατατριφθέντα μετ' ἀργέοντος ἐλαίου σκλῆρ' ἀπὸ περσείης κάρυα βλάβος οἷον ἐρύζει. Quod est. Quinetiam tritæ cum splendente oleo duræ Persicæ arboris nuces malum egregie disijciunt.

## ¶ De Fungis. CAP. XXIII.

μύκητες

FVngorum alij genere, alij copia lædunt. Omnes tamen strangulatus suspendio similes concitant. Quibus confestim succurrendum. Communiter ex oleo uomere cogendi. Mirifice iuuat lixiuia ex sarmentis, aut pyrastri surculis, epota cum sale, posca, & nitro. Pyra, aut folia pyrastri cum fungis decocta, strangulantem illam uim auferunt, mansaq; eisdem auxiliantur. Aduersus Fungos gallinacea oua cum po-

de quatr pi auferunt m strangulan

ſca proficiunt, adiecta ariſtolochiæ drachma. Item abſinthium cum ui- A
no mellecꝙ ſumptum, & ex aqua potum. Apiaſtrum ex nitro, Panacis
radix in uino, Fæx uini cremata cum aqua, Aeris flos ex aceto, Radix
ſinapis & naſturtium eſu proſunt.

EX M. VERG. COMM.

NAſcuntur ab æſtiuo & autumnali imbre ſtatim euocante ſole Fungi omnes. Nec minus q̃ tonitrua tubera, optabiles Fungi pluuias eo tempore hominibus faciunt: haud ſane omnibus, ſed his qui, ut Heſiodus cecinit, infelicitatem ſuam & malum amantes, naturæ potius monſtris & uenenis q̃ melioribus & tutioribus cibis ueſci gaudent. Male, exceptis pratenſibus, autore Flacco, aliis creditur Fungis. Male etiam, autoribus græcorum & latinorum medicis, in cibos receptis ueſcimur. Omnes enim, ut hic a principio ſtatim monuit, uel genere, uel copia nocent. Eamcꝙ ob cauſam debueramus tam male tuto cibo abſtinere omnes. Verum quoniam noui- tate potius q̃ ſuauitate eius illecti, preſenti uitę periculo æſtiuas & autumnales cœnas hoc cibo etiam inſtruimus, debuerant cæreri interpretes in docendis factarum a Fungis ſtrangulationũ remediis, diligentiores eſſe: meminiſſecꝙ ambo, non precipere Dioſco. contra Fungos bibendũ ex aceto æris florem, ſed atramentum ſutoriũ. Nec ſi etiam χαλκοῦ ἄνθος paſſim in ſcriptore hoc legatur, pluris librariorum incuriam, q̃ ſcriptoris huius decreta facere: in quo cum reſpondeant primis ultima, & ſibi inuicem omnia, facile erat ex Atramẽto ſutorio, quod Chalcanthum græci uocant, locum emendare. Quæ enim ipſe hic ſcriptor pro Fungorum maleficio ilic monet, huiuſcemodi ſunt. καὶ μύκησι λαβοῦσι βοηθεῖ. Quod eſt, Et his qui Fungos hauſerint opem fert. Priuatim inter cęteras quas habet Atramentum ſutorium uires, Fungis opem ferre a Dioſco. dicitur. Quod Flori æris necꝙ ab hoc, necꝙ ab aliis tribuitur. Oportebat etiam alterum eorum non coniungere, copulareꝙ ſimul, ſalem, & nitrum, ſed hoc, aut illud precipere. Hic enim alterutro uti monet. Habetcꝙ res certam ex natura rationem: quando ſimilis, aut non adeo diuerſæ naturæ ſunt nitrum & ſal. Sunt etiã plæracꝙ alia, quę non ſunt nobis cum illis eadem, ſed B
leuiora, & ob eam cauſam relicta. Monemus illud etiam, quod a legentibus forſan deſyderari poterit. Quæ hic iubet ſimpliciter, gallinarum oua cum poſca bibi, non uideri nobis integrũ. Siquidem grecorum medici ἀφεψημένα ἐν ὀξυκράτῳ ſumi iubent. Quod eſt, in poſca elixa. Quinetiam quod hic ait, μέλι ἐσθιόμενον, id eſt, mel in cibo, illi ἐκ λειχόμενον, id eſt, in eclegmate dicunt. Et quam hic Panacis radicem tantum, illi radicem & ſemen. Addiderunt preterea, quoniã in Fungis a uenenatis corroſi aliqui non tãtum ſtrangulant, ſed ex diuerſa alterius ueneni ui inteſtina exulcerant, dandum in eo periculo copioſum abſinthium, caricarumcꝙ, & origani decoctum: mulſa aqua cogendos ad uomitum qui in periculo ſunt: calida lauari aqua: imponendãcꝙ præcordiis emplaſtri modo farinam hordeaceam, hydreleo maceratam. Relictum hoc ut credimus a Dioſco. eſt: quoniam ad aliud ueneni genus pertineret. Quod ex ſuis notis cognitum ſuis remediis etiam curandum eſſet. Hoc enim capite de Fungis, eorumcꝙ maleficio, non uenenatorũ uenenis agebat. Monuerunt iidem græcorum medici nos etiam, ut in extremo capite contra q̃ alter ex interpretibus fecit, non Cardamomũ, ſed Naſturciũ uerteremus. Illi enim manifeſte καὶ κάρδαμα ἐσθιόμενα, id eſt, in cibo Naſturcia Fungorum maleficio aduerſari teſtati ſunt.

## ¶ De Gypſo. CAP. XXIIII.

LApideſcens Gypſum ſtrangulationem creat. Quare eadem pro- γύψος
ferenda ſunt, quæ manſis Fungis auxilia. Inter quæ habetur maluæ decoctum, quod etiam olei uicem penſat. Vtpote cum pingue ſit, euomendocꝙ lubricitatem inducens, deradi corpora non ſinit. Quod ubi duratur in lapidem, efficit. Quinetiam prodeſt oleum ex aqua mulſa, aut ficorum decocto. Lixiuia e ficulneo cinere, aut ſarmentis facta, cum uino copioſiore pota. Origanum, aut thymum cum lixiuia, aut aceto, aut paſſo. Loca decocto maluæ proluenda.

EX. M VERG. COMM.

NOn eſt quod in Gypſo legentes moneamus, præterq̃ autoribus iiſdem græcorum medicis paſſum clyſteribus infundi, nõ cũ origano, aut thymo, lixiuiacꝙ & aceto bibi a nobis in ex-

C tremo capite dictum fuisse. Illi enim remedium sic docent: uisumq; est rationem habere, q; male uidentur similiter coniungi posse, & alternari diuersarum uirium acetum, & passum. Poterunt tamen legentes quod magis probauerint sequi.

## ¶ De sanguine Tauri. CAP. XXV.

ἅιμα ταύρειος

TAuri recens iugulati sanguis epotus, spirandi difficultatem strãgulatumq; concitat. Faucium meatus cum neruorum distentione præcludit. Lingua rubescit. Cruore dentes inficiuntur. Quædam concreti sanguinis uestigia, inter eorum cõmissuras restant. Quare uomitum uitabimus. Sanguinis enim globi per extractionem eleuati, magis stomacho inculcantur. Dari ergo opus est quæ concretum sanguinem discutiunt, aluum subducunt. Grossi lacteo succo turgentes ex posca, & nitrum per sese auxiliantur. Nec secus coagulum omne, cum aceto & laserpitij radice, aut lasere. Itidem & brassicæ semen, cinisq; ficul neus. Conyzæ folia, cum pipere, & rubi succus ex aceto. Aluus resoluẽda. Seruatis fluida per sedem ingeri consueuerunt. Stomachũ, aluumq; hordeacea farina ex aqua mulsa perungere oportet.

EX M. VERG. COMM.

SVnt hominis & brutorũ sanguinis notę, uires, & euentus uarij. Quemadmodũ. 2. uolumine longius dictũ in sanguinibus a nobis est. Nunc unius tm̃ describenda malefica uis, & in tota

D sanguinũ historia damnandus Tauri nup iugulati: q qm̃ celerrime coit atq; durescit, ideoq; pestifer homini, præsertimq; potus. Veneni maleficio infamis, miserabili genere mortis græcorũ historias & poetas implet. Deprehenderũt id in diuina re mortales, cũ iugulatis ad sacrificiũ tauris, q aderant superstitiosiores calentem adhuc biberent: noua & indigna deo ratione hac sanctitatẽ incolumitatẽq; suã augere se existimantes. Nullus tm̃ clarius hoc genus mortis q̃ Themistocles fecit, q post pulsum e græcia Xerxẽ, exul a patria, accępto ab Artaxerxe exercitu, siue nolens, siue desperans quę illi cõtra gręcos pollicitus fuerat p̃stare: in Ionię Magnesia decerpto cultrario ipse taurũ in sacrificio tenens, exceptũ poculo sanguinẽ repente hausit: ut esset eo tempore anteposita uitę mors, perpetuũ uoluntatis honorisq; sui testimoniũ, q̃d semp ciues sui meminissent. Caneretq; pro se in Helena Sophocles ἐμοὶ δὲ λῶστον ἅιμα ταύρου γ' ἐκπιεῖν. καὶ μήγεπλείω τῶν δ' ἔχειν δυσ φημίας. Et Aristophanes in eqtibus suis. βέλτιστον ἢ μῖν ἅιμα ταύρειον πιεῖν. ὁ θεμιστοκλέους γὰρ θάνατος αἱρετώτερος.

## ¶ De Coagulato lacte. CAP. XXVI.

γάλα ἐμπυτιασθείς

EOs qui coagulatum lac hauserunt, frequens strangulatio inuadit, q; in globulos quosdam lac cõalescat. Quibus pro antidoto iuuandis, coagulum ex aceto damus. Et bibere sæpius cogimus. Damus & calaminthæ folia arida, item succum. Aut laserpitij radicem, aut laser cũ posca. Thymũq; ex uino, & lixiuiã. Sed nulla salsilago obijciat̃: qm̃ magis lac coiret, & in caseũ densaret̃. Neq; illos uomere conuenit. Siquidem concretũ lac sese in stomachi angustias insinuans, strãgulat.

EX M. VERG. COMM.

NOn habet ueneni maleficium Lac simpliciter coagulatum, alioquin nullus esset in cibo eius usus: sed quod anteq̃ concreuerit admixto illi coagulo aliquis biberit. Coit enim in stomacho, & coaguli ui, quod illi admixtũ est, concrescit in grumos: concretioneq; illa interiores obstruit meatus: obstrusisq; his, strangulationes facit. Plinius mali periculiq; huius genus diuersis locis diuersis uocibus indicat. Nos ex re, & ex gręci nominis ui, lac proposuimus q̃d admixtũ habebit coagulum. Id em̃ ἐμπυτυασθὲν participium indicat. Cęteri interpretes coagulatum simpliciter lac uerterunt. Nobis placuit certiorem illam rei indicationem sequi. Placuit etiam inter remedia nihil potius q̃ quod ignoraremus asserere, quo loco, s. relictum inane spacium nõ pro,

cula fiine capitis est. Quem alter interpretum dissimulauit, alter lutum simpliciter dixit. Dioscoridis uerba sunt, κὴ τὴν πηλοποικτικὴν κονίαν. Pertinetq; id ad lixiuiæ genus aliquod: quale autem, non satis nobis constat: nisi forte hic præceperit utendum lixiuia quæ non per cinerem, sed terram traiecta fuerit. πηλὸν enim lutum & aqua dilutam terrā græci uocant. Sed nihil in ea re cōpertū aliqñ nobis est. Potuit forte etiam ea imperari lixiuia, quę non traiecta per cinerē aqua, sed uino facta esset. πηλὸν enim antiquissimi uinum etiam uocauerunt. Et in hanc partem inclinat nobis animus. Nihil tñ constituimus, integram rem peritioribus seruantes. A

## De Argenti Spuma. CAP. XXVII.

SPuma argenti pota, stomacho, uentri, & interaneis grauitatem cum magnis torminibus adfert. Et noñunq; põdere suo intestina uulnerat. Vrinam supprimit. Corpus intumet, plumbeamq; deformitatem cõcipit. Quibus subuenit secundum uomitionem, potum sylueſtris horminiñ semen, myrrhæ drachmæ septem. Absinthium, hyssopum, apiñ semen, aut piper, aut liguſtri flos ex uino. Aridum palumbis fimum, cũ nardo & uino. λιθάργυρος

manardy legi thezebintij.

EX M. VERG. COMM.

VNa tantum litera Cypros, quæ latinis Liguſtrū est, à Cypero, q quadratus odoratus lucus ñsdem dicitur, differt. Ideo facile fuit in antiquis exemplaribus scriptoris huius alteram uocem pro altera scribi. Diuq; nos anxiñ, cum uariarent in his antiqui etiam græcorum medici, Nicandrum testem secuti, Liguſtrum uertimus. In eo em̃ carminis necessitas non aliter q̃ liguſtrū legi posse & debere ostendit. Versiculus eius est, κύπρου τε βλαστὸς νεανθέα. Quod est, Et Liguſtri nuper florentes germinationes. B

## De Argento uiuo. CAP. XXVIII.

ARgentum uiuum potum, eadem quæ Spuma Argenti infert. Eisdemq; utendum auxiliis. Lac copiose potum auxiliari constat, sed postea euomant qui hauserunt. ὑδράργυρος

Con manardy l tentia dios cai d est & pery q̃ lac bant & euo mueri

## De Calce, Sãdaracha, & Auripigmẽto. CAP. XXIX.

CAlx, Sandaracha, & Auripigmentum, pota, aluum et intestina cum uehementi erosione excruciant. Præbenda cuncta quę suffrenare & soluere possunt, & facilem lubricamq; aluum reddunt. Cuiusmodi maluæ succus est. Dandum decoctum seminis lini, uel fructus Tragi hærbæ, uel Orizæ, lacq; cum aqua mulsa copiosum, iura pinguia, & boni succi. τίτανος σανδαράχη ἀρσενικόν

## De Lepore marino. CAP. XXX.

QVi Leporem marinum biberunt, piscium uirus olẽt. Intercedẽte aliquo tempore, aluus dolore afficitur. Vrina sistit. Et si quãdo eam reddere contingat, purpureum colorem referet. Omnẽ piscis genus auersantur, & odio habent, Fœtido ac graui sudore manant. Bilioſus uomitus, interdum sanguini promiscuus subsequitur. His dandũ lac asininũ, uel passum cõtinue, aut radicis maluę, foliorũq; decoctũ, aut trita cyclamini radix cum uino, aut ueratri nigri, aut scamoniñ drachma cũ aqua mulsa, punicíq; mali acinis. Cedria cõtrita cũ uino efficax ẽ. Anserinus sanguis ut tepebit potus. Sed cũ pisces oẽs respuant, aspernenturq;, solis fluuiatilibus cancris uesci possũt, bibuntq; eos admisto uino, adiuticq; præcoquunt. Cumq; comesse pisces cœpe- λαγὼς ὁ θαλάττιος



Hosted by Google

Crint, ſuæ ſalutis indicium eſt.

## De Rubeta. CAP. XXXI.

φρυὸ

RVbeta, aut Rana paluſtris aſſumpta tumores ciet. Pallor corpus uehemẽter decolorat, ut plane buxeum ſpectetur. Spirãdi difficultas torquet, & grauis halitus oris, ſingultuſq; Inuita genituræ, profuſio conſequitur. Adiuuantur ſecundum uomitionem multo meri potu, & harundinis radicis binis drachmis, aut cyperi. Breuiter cogendi unt, ut exercitationi & curſui ſe credant, ob torporẽ quo corripiũtur. Quinetiam quotidie lauandi ſunt.

## De Hirudine CAP. XXXII.

βδέλλαι

DEuoratæ cum aqua Hirudines, ſi ori uẽtri adhærent, tractione partium, nonnullam ſuctionis imaginem præbent. Eo enim argumento hauſta Hirudo deprehenditur. Has muria ſorbitione excutit, & ſyrenaicus ſuccus, aut laſerpitij folia, aut betæ, cũ aceto, aut pota niuis glebula, cum poſca. Nitrũ ex aqua gargarizetur, aut atramentum ſutorium aceto dilutum. Si faucibus hæreant, iniecta lupinorum farina, aqua frigida ore contineatur, et ad eam Hirudines exilient. Prouidendum etiam ijs, quæ &ſi ferendi auxilij gratia tradantur, non mi-
D nora tamen cæteris uenenis pericula ſæpius adferunt. Qualia ſunt album Veratrum, Tapſia, Elaterium, Agaricum nigrum. Siquidem ea ſtrangulatus concitãt. Aut immodicas deiectiones mouent. Quibus ea medentur quæ in Fungorum mentione & ſimilibus retulimus. Nimios autem deiectionum impetus, medicamentis quæ excrementa ſupprimunt cõercebimus. Neq; negligenda quæ gliſcente ſenſim nocumẽto, pericula ingerunt. Quo in numero ſunt ſyluestris Ruta, Gith, et nouæ Glacies.

EX M. VERG. COMM.

PLura & certiora pro hauſtis Hirudinibus docent græcorum medici. Primum q; inter notas numerant quæ nullæ in hoc ſcriptore ſunt, floridi, ut illi aiunt, ideſt, uiui ſanguinis excreatiões. In remedijs etiam lupinorum farinam addunt. Ex eorumq; diſciplina, ut uidetur, nouiſſimorũ alter interpretum ſcriptori huic remedium illud addidit, quod alioqn in ſcriptoris huius codicibus inuentum a nobis hactenus non eſt. Cauſam etiam afferunt, cur frigidæ aquæ ſenſu, quæ ore contineatur, proſiliant faucibus hærentes Hirudines. Ea eſt, q; frigidæ aquę appetentes, ad eam feſtinant. Adijciunt & illud, Cimices dediſſe aliquos: quod hic ipſe ſecundo uolumine in Cimicibus præcæpit. Nec male ſuſpicetur aliquis, deeſſe huic ſcriptori hoc loco inter remedia, quod alibi in hiſtoria cognitum, imperatumq; fuerat. Galenus priuatim Allijs uſum ſe ſuiſſe teſtatus eſt, nec alio indiguiſſe remedio.

## De Axe. CAP. XXXIII.

ἄξος

AXos flos eſt ſpinę eiuſdem nominis. Eos qui ueſcantur, ſola uomitio recreat.

## De Aqua frigida. CAP. XXXIIII.

ψυχρὸν ὕδωρ

AQua frigida habunde pota, aut meracũ uinum liberalius epotum, aut paſſum, præſertim a balneo, aut curſu, aut uehementi

exercitatione, strangulatus, & dolores infert. Vbi sanguinis missio protinus, & uacuatio imminentia soluũt pericula. Sed de notis ueneficiorum remedijs, & cauendi modo, hactenus dicta sint. Subiungeremus etiã antidota necessaria quæ præclare auxiliantur, quibus utimur, quale metridatium est, præsertim quod sanguine & scinco temperatur: uerum quoniam alijs in locis diligentissime scripta sunt, hic ab eorum descriptione supersedemus. A

EX M. VERG. COMM.

MOnendi hoc loco legentes sunt, quas hic scriptor Antidotos tam sæpe laudauit, & quas subiecturum se commentarijs his in fine pollicetur, nullas ætate hac nostra in eius exemplaribus, quæ uidere hactenus licuit, inueniri, ideoq; non expectandas a nobis.

¶ Finis LIB. Sexti.

# PEDACII DIOSCORIDIS

De Venenatis animalibus, & rabioso Cane, LIB. Septimus.

IO. RVELIO interprete.

DE BESTIIS quæ uirus eiaculantur, & exitialibus uenenis, ut circũitus medicinalis ad umbilicum perueniat, sermonem facere proposuimus, & quidem cæteris non minus necessarium, ijs qui medicinæ artem exercent. Vtpote cum adminiculo eorũ quę in eo traduntur, doloribus, periculis, & cruciatibus, homines liberari conueniat. Hic Tractatus in summas parteis duas, sicuti ab initio relatũ est, distribuitur. Nam qui de feris uirus inspuentibus disserit, Theriacus dici solet. Qui uero de amoliendis ueneficijs, Alexipharmacus: de quo cõmentabimur, simul quæ sequi consueuerunt, quęq; nonnihil auxilij ferunt, explicabimus. Omnia in promptu & ad manũ artificem habere oportet, propter urgentem sæpenumero uecessitatem. Siquidem pauca e uenenis & uirulentis animantibus, tarda & grassantia sensim pericula cient, ita ut dilationẽ admittant. Plæraq; uero pręsentaneam perniciem afferunt. Hominum aũt partim male alteris cogitantes, ingenita prauitate maleficiũ ita temperare statuerũt, ut spacium curanti liberũ non relinquant: partim tristi aliquo euentu oppressi, hausto sponte ueneno, mortem sibi cõciscere conantur: qui postea deprehensi, aut resipientes, & uitæ cupidi, præsentaneã opem poscunt. Non desunt qui hostiles sagittas illinentes, aut fontes, aquasq; puteanas hac labe poluentes, citam aduersa B

qualis theri cus & qualis xipharmacus

C rijs perniciē moliunt̄. In quibus ipsis maleficiū nō subito, sed aliquāto post respōdere natura sua cōparatū est, tū nisi primo quoq; tēpore cōerceat̄, & remedijs subīde excipiat̄ ueneficiū, frustra postea succurrit̄, occupatis iā corporibus exitiali ui ueneni. Proīde nō uulgari industria diligētiaq; in ea re utendū est: ut quod in alijs incōmodis ars cōsueuit, in his quoq; salutē mortalibus præbeat. Quin & apud priscos modus hic unus existimabat̄ eius partis. Sed recētiores ipsum discreuerūt, nominātes præcautionē & modū præcauētē, salubris sanātisq; mediū statuētes. Qui parua & leui supra modū persuasione freti, magno in errore uersant̄. Siquidē treis in humanis corporibus cōstitutiōes esse cōtēdūt. Vnā, qua sani degimus. Alterā, qua sinistra ualetudine corpora laborāt. Tertia, mediū inter utrāq; locū sibi uēdicat. In qua positi, sanitatē specie mētiunt̄, facileq; in morbos & pericula cōcidūt, ꝓpter mortiferā uī quæ in eorū corpus incūbit. Quēadmodū in ijs uidere licet, quos excādescēs rabie canis momorderit, necdū tamē aquā horrēt: in ijs quoq; qui cātharidas hauserūt, sed nōdū urinæ tormēto cruciantur. Tripartito igit̄ artē digeri, triplicīq; cōstitutiōi respondere tradūt. Salu-

D brē partē esse uolūt, quę sanitatē tuet̄. Pręcauētē, eandēq; ꝓhibentē, quę obstat q̊ minus in morbos incidant. Et in sanitatē, qua uitia discutiunt̄. Quibus ita respōderi pōt. Qd̄ primū ꝑ illud additamētū nō treis corporis tm̄, sed quatuor haberi cōstitutiōes fatendū esset. Quippe ut aliq sunt, q necdū morbo laborāt, morbo tn̄ maxime ob impendentē causam sunt obnoxij: ita sunt q iā priore morbo defuncti, nondū tn̄ secūdę ualetudini restituti sūt. Id q̊d a morbo ꝓximo sese recolligētib. cernere licet, q uiriū recreationē et robur desyderāt. Sed quēadmodū ægrotātiū cura ad partē medicamētariā ꝑtinet, ita q̊d morbos amolit̄, eidē subijci par ē. Ad arcēdas em̄ ualetudines uehemētib. utimur auxilijs, altiore scarificatu, ustionibus, amputatiōe, derodētibus epithematis, potionibus ꝑniciei occurrentibus, et plęrisq; alijs. Verū enimuero sunt usq; eo rudes nōnulli, ut ne remedia qdē appellent, quæ morbos arceāt. Cuius sentētię inire rationē haud ꝓmptū est. Etem̄ cū uerbū ipsū, p̄cauere, tū opus p̄cauētis, modū omnino auxiliarē remediariūq; p̄seferūt. Mirū uero, nisi etiā sua illa distributione partiū, eos cōplectunt̄ q in pestilentis cœli statu morbo nondū correpti sunt, pesti tn̄ ꝓpter obuersantis āeris occasionē, opportuni, & in morbum proni reddunt̄. Dicere forsitan qs posset, salubris institutionis alimētaria pręcepta nō aliud esse, q̄ arcendorum morborum rationē. Quippe cum firma reddere corpora, et minus uitijs obnoxia nitamur, ut inoffensa ualetudine degāt, nec morbis conflictentur. Neq; id silentio prætereundum, quod peculiariter ad rē pertinet: non oportere medicinæ partium distributionē, totidē corporis cōstitutiōibus respōdere, sed naturas peculiarib. uniuscuiusq; notis

conijcere: ut ſuis locis oſtendimus. Cum ijs igitur, non pluribus agendum. Illud magis adnotare cõuenit, affectus qui a uirulentis animalibus, uenenisq; contrahuntur, cæcos uocari. Quin & ea quæ eiſdem auxiliantur, nulli ſunt addicta cauſſæ. Quapropter queſtionibus obſeruatoriæ artis, quæ ratione fulciatur, annumerari ſolent. Neq; ex ſe uerũ deprehenditur, affectus huiuſmodi cęcos eſſe. Nam quod ſemper ſe protrahit, & nullum in quibuſdam neceſſarijs uſum exhibet, non facili coniectura colligi poteſt. Et ſi ſecundũ proprietates prorſus cęcos eos affectus concedimus, qui ab exitialibus uenenis, & animãtibus quæ uirulento morſu ſæuiunt, contrahũtur, non tamẽ quod ad opus nonnullũ uſum præbet, datq; medendi occaſionem, aut imperceptibile, aut cęcum, nulliue cauſſæ obnoxium reputatur, ſed magis ab ipſo quis impulſus, fidem quam habet & opinionem de abditorũ cognitione confirmare poterit. Nam etſi ſæpe minora ſunt, q̃ ut ſenſibus percipiantur, euidenter tamẽ ex alijs correſpondentibus deprehenduntur. Diocles autem in eo commentario, quem Pliſtarcho dicauit, ſatis modos perſtrinxit, ad hanc uerborũ ſententiam ſcribens. Noſſe quis hoc poteſt, cum in alijs non paucis, tum in uiperis & ſcorpionibus, & reliquis id genus, ſecum animo reputans: ut quamuis exiguo ſint corpore, uixq; conſpectui ſubijciantur, magnorum tamen diſcriminum ac dolorum cauſſas inferunt. In quibus nihil præter quandam corporis exiguitatem, uehementiamq; præ cæteris animantibus datam illis, facile fuerit ſpectare. Quanta enim ſcorpij magnitudo, aut corporis moles exiſtimari poteſt? ſi ad eius ictum comparauerimus, aut reliquorum id genus carne perimentium, Quorum aliqua uehementes cruciatus excitant. Alia erodunt, & putredines cient. Nec deſunt quæ præſentaneam perniciem moliantur. Nonne quod a phalangij morſu uirus ingeritur, uniuerſum corpus excruciat? At neq; quis uehementiam ipſorum a mole deprehendere poſſet, cum prorſus exiguo corpore cõſtent. Ergo q̃ hæc ad affectus referantur, conſtitit inter omnes. Verum q̃ exacte deprehenſum ſit, uim quandam ipſis ineſſe mortiferam, quæ permiſta corporibus moleſtiarum quæ exoriuntur, cauſſa ſit, in confeſſo eſt, & omnium conſenſu defenditur. Nec quisq; offendi poſſet uſqueadeo contentionis ſtudio flagrans, qui aliunde exoriri moleſtias aſſeueraret, q̃ a materia mortifera partem corporis attingente. Porro id fuit quod inter utilia artis opera dicere cogit, nos nihil prorſus lædi ab incomprehenſione per proprietatem communis cauſſæ, cum euidenter, tum indicari poſſit, cum deprehenſa eſt. Ideo Eraſiſtratus empiricorum pertinaciam graui cauillatione inceſſens, cæcis affectibus cauſſas aſſignauit, inficiatus, communem cauſſam, quæ morbis acceſſit, eſſe incomprehenſibilem. Et hanc in eo quem de cauſſis ſcripſit commentario apriſſime prodidit. Nec ferendos eos eſſe cenſuit, qui ſe dicant in quibuſdam, ut

A

B

C in uenenis, ſerpentium ictibus, & cæteris id genus trita medendi ratione contentos eſſe. Obſeruatio igitur comprehenſionis cauſſarum, nobis perfecte diuidentibus ſatisfaciet. Primum enim per genus comprehendi non poſſunt. Quod autem ſit lœtifera uis, corporaq; permutans, ita ut perimat, ex iſs quæ per genus, non per ſpeciem uagantur, medelam ſubſcribit, qua hæc hebetare, & prorſus expugnare liceat. Quando ſubiunxit. Ad aquam dulcem, & potui idoneam uenit quis, & ante obſeruationem in uomitũ, propter ferientis uehementiam, & demorſæ partis fracturam, Cucurbitulas adfixit: urentia medicamẽta, aut ea quæ uim eandem adipiſcuntur admouit: poſtremo partem amputauit. Secum reputauit medicamina, quæ ad ſumma cutis adiiciuntur, immiſſæ ad intima perniciei repugnare. Hæc itaq; quæ propoſuit Eraſiſtratus, ueritati conſentanea ſunt, nec arti refragãtur. Sed methodicos demirari licet, qui mortiferam uim corporibus illapſam, negociorum, quę ipſa faceſſit, eſſe cauſam diffiteantur. Verũ rudiuſcule nomini attendũt. Nam apud ipſos palam immiſa uis φθοροποιὸς, id eſt, mortifera nominatur, φθοροποιὸν autem aliquid eſſe uolunt, quod nullius rei ſit cauſſa. Aiunt hæc nomina μάρσιππος, & ἀνακαλίπτειν, eſſe reliquis omnibus ſimilia, in quibus partes quædam dictionum non pro uirtute, ſed nuda prolatione comprehenduntur. Enim uero quemadmodum in his uocibus μάρσιππος, & ἀνακαλίπτειν, partes uernaculos & præcedentes non retinent ſignificatus, ſic in hoc uerbo φθοροποιῶ
D partes productionis gratia non pro uirtute coaluerunt. Hinc ad cauſſarum differentias tranſeunt. Affirmantq; cauſſarum aliquas euidentes eſſe, quæ dum aduerſam ualetudinem crearũt, ſeparantur, cuiuſmodi ſunt frigus, labor, inſolatio, æſtus, & ſimilia. Quaſdam continentes, quæ permanent poſtq; morbum excitarunt, hoc eſt, cum præſentes ſunt, & effectus eorũ adſunt: cum increſcunt, effectus augentur: cum decreſcunt, minuũtur: & cum deſinunt, finiuntur. Quin per ſe prodeuntes effectus, alicuius finis gratia eſſe poſſunt. Tales quidem probatiſſimæ ſunt cauſſarũ differentiæ, quarũ nulli phthoropœon ſubiici poteſt. Euidens em̃ cauſſa non eſt, quoniã morbus ipſe permanet, nec corpore ſeparatur. Nec continens cauſa dici poteſt, cum magna ex parte hæc adſit. Quemadmodum accidit iſs qui a rabioſo cane ſunt demorſi. Quod ſi neq; euidens cauſſa, neq; continens fuerit: neq; ad finem coadiuuantẽ cauſſam referri poteſt. Si uero a nulla cauſſarũ differentia phthoropœon deducere poſſumus, cauſſam non eſſe fatebimur. Quod autem aſſerunt, nomina quædam in ſe non habere parteis rerum ſignificatiuas, ſed nuda & ſimplici prolatione ficta eſſe: fateri neceſſe eſt. Verũ non omnia, ſed perpauca talem nanciſci conditionem exiſtimandum eſt. Nanq; ποιῶν, in hoc nomine φθοροποιὸν, perinde atq; adſumpta profertur: ſed peculiariſſimam uſurpat ſignificationem. Quemadmodum enim φθορᾶς, id eſt, corruptionis nomen

mutationem in peius ſignificat, ſic hoc uerbum ποιεῖν ſumi debet, ut nihil A
in dictione φθορὰ ſortiri ſe declaret, neq; prorſus id ſignificat, quod omnes
audiunt: & hinc ſimile redditur, παιδιὰ ἔχειν δίκην. Si dant a corruptione ſa-
lubrem fieri morbū, concedunt utiq; ui huiuſce uerbi ποιεῖν, niſi quid cor-
ruptionem efficiat. Omne autem quod aliquid efficit, oſtenditur per ſin-
gulas cauſſas, quæ corporibus ſubijciuntur, præſertim in immiſſis uene-
nis. Verum nō nihil ſubiacere cauſſarū differentijs produnt. Quinetiam
aberrarunt, non exactam diuiſionem aſſumentes. Qui uero ſe dogmati-
cos profitentur, cauſſam eſſe partim præparantem, partim continentem
aſſerunt, ut inguinum ulcus, & inguinariam febrim, quod effectui tum
aſſiſtant, tum etiam ſeparentur, ut a fractis præcipitatio. In ſumma, quo-
ties quidpiam ſuapte natura cauſſa fuerit, nec ulla diuiſione comprehen-
ditur, uitioſum eſt, neq; cauſſæ adſcribitur eorū quæ idem genus ſortiun
tur. Sed quod phthoropœon, id eſt, mortiferū cauſſa ſit, nomen ipſum ar
gumento eſt, & in ijs quæ contingunt apertius oſtenditur. Quid aliud
cauſſæ arbitrant eſſe poſt impreſſum a ſerpentibus ictum, q̄ ex aiman
te uim & illapſum in corpora uirus? Neq; enim frigus, neq; æſtum, neq;
cruditatem, neq; aliud quic q̄ cauſſari poſſunt. Verum quoniam cauſſa-
rum differentijs gaudent, & aliquas continentes, alias euidentes appel-
lant: ipſis dicendum, altero iſtorū modorum euidentem dici cauſſam, q̄
effectum præcedit, & corporis compagem occupat: continentem uero, B
q̄ morbis præſentibus adeſt: qua ſeparata recedunt, quæ cum ipſa eue-
nerant. Sed de ijs hactenus. Fatēdum itaq;, mortiferam uim intrinſecus
manifeſtiſſimam eſſe cauſſam. Ipſamq; principem facere ſcopum opor-
tet. Et antec q̄ morbis conflictentur, uarijs modis eſt certandū, donec uis
tota corporibus excutiatur. Modo in loco præſertim principatum non
obtinente, ante coërceatur, q̄ altius irrepens uiſcera tangat: aut eius per-
nicies eluatur: aut iam membratim peruagatura ſuffrænetur. Itaq; uene-
na ſi hauſta ſunt, crebris uomitionibus: ſi morſu impreſſa, ſcarificatio-
ne, affixis cucurbitulis, exuctu, carnis circumſcriptione, nonnunq̄ am-
putatione extremæ partis, euocantur: clyſteribus, & impoſitu medica-
mentorū acrium cohibentur. Hæc ſimul utiq; arcere uirus & eluere poſ-
ſunt. Reſtinguūtur meratiore potu, aut paſſo nulla aqua diluto, uel con-
trariorum eſu, quæ acrimonia ſint prædita. Poſtremo deiectio alui, euo-
catus ſudor, & alia quædam in commune, quæ membratim demonſtra-
bimus, auxiliantur. Verumenimuero non lœtiferam modo materiam,
ſed & magnitudinem, & tempus efficere ſcopum & propoſitum opor
tet. Etenim ab ijs remedia q̄ plurimum diſcrimen capeſſunt. A magni-
tudine quidem, cum nonnulla ex uenenis, & uiroſis animalibus pericu-
la minantur. Alia putredines altas, aut exteriores excitant. Alia uehe-
mentiſſimos dolores, aut cæcos cient. Alia uix medicamentis cedunt,

C & magis minusue moleſtias excitant. Oportet aũt ea quę pericula ferunt euincẽtibus auxilijs expugnari, & minus infeſta mitioribus. Quippe abſurdũ fuerit, in maioribus tardiore medicamentorũ uſu homines in diſcrimen afferre: in minoribus uero, uehementiũ auxiliorũ iniuria laceſſere. Finitio a tẽporibus in promptu eſt. Aut em̃ ſubito in pericula & præſentes moleſtias adducit, aut ſenſim & dilatas in tempus. Itaq; præſentibus multa ſimul auxilia repræſentari oportet: reliquis paulatim. Hæc quadã artis formula breuiter definita ſint. Iam membratim procedamus.

## ¶ Signa rabioſi Canis & demorſorũ ab eo. CAP. I.

DE rabioſi Canis morſu ſermonem alijs præpoſuimus, q̃ id animal domeſticum ac frequens eſſe conſueuit, & rabie ſæpius corripitur, ac perit, ab eoq; caueri difficile. Inde periculum ineuitabile homi nem manet, niſi multis utatur auxilijs. Canis plærumq; flagrantiſſimis æſtibus in rabiem effertur. Interdum quoties frigora inceſſerunt. Rabioſus autem, potum & eſcam auerſatur. Largam ſpumantemq; pituitam naribus & ore proijcit. Torue, et ſolito triſtius intuetur. In omnes paſſim ſine latratu irruit. Aeque feras, hominesq; tam familiares, q̃ ignotos mordet. Nec protinus infeſtum quicq̃ infligit, niſi ut uulnus dolorem. Exinde morbus ille, qui ab aquæ metu Hydrophobicus graia eſt uoce appellatus, contrahitur. Euenit autẽ cum diſtentione neruorũ, totiusq; corporis
D rubore, præſertim faciei, cum ſudore & languore quodam. Aliqui auræ ſplendorẽ fugiunt. Alij ſine ulla doloris intercapedine uexant. Sunt etiã qui canũ more latratus ædant, interuenientesq; morſu adoriũtur, ac mordentes ſimili uitio labefactant. Niſi forſitan narratione unũ, aut alterum euaſiſſe audiamus. Siquidem Eudemus ſuperaſſe quendã affirmat. Themiſonem aliqui demorſum in idem uitium incidiſſe, & euaſiſſe fatentur. Alij amico aquam expaueſcenti, morem gerentem, & officium exhibentem, quadam naturarum concordia ſimilem ſubijſſe affectum: ſed poſt multos tandem cruciatus, ſeruatum extitiſſe. Moleſtiſſimum itaq; genus morbi, a quo multos anteq̃ ipſum experirentur, uindicauimus. Et complures ab alijs medicis ſeruatos nouimus.

EX M. VERG. COMM.

NVmerãtur ab antiquis græcoꝝ medicis, præter dictas ab hoc ſcriptore plures aliæ rabidi Canis notæ. Sitire ſcilicet tunc eos, non tamẽ bibaces eſſe. Quod Celſus libro. 5. etiam in timente iam aquã homine teſtatur. Anhelos præterea, ſuſpirioſosq;, & languidis flaccidisq; auribus uideri. Quinetiã, quod hic ait, ſine latratu omnibus pariter inſilire, copioſius illi explicãt, docentq; mutos tunc penitus, & ueluti inſanos fieri: eouſq;, ut nec domeſticos etiam noſcant. Quod licet a Dioſcoride conſtitutũ etiam fuerit, cum inquit, ſine latratu omnibus pariter inſilire, beſtijs, hominibusq;, contubernales, & alienos mordere: neſcio tamẽ, quomodo certius illud eſt. Occaſionem ſane obtulit, ut quod male inter notas timẽtis iam aquã hominis in Dioſcoride legebatur καὶ ἀπυρίας, quã uocem alter interpretũ, cum languore, alter, cũ faſtidio uertit, ad ignorantiã huiuſcemodi nos transferremus: & quaſi ἀποριας legi oporteret, cum ſui, domeſticorũq; ignorantia, uerteremus. Inter cætera enim quæ docent græcorum grãmatici, ſignificare aporian, ἀγνωσία, id eſt, cognitionis priuatio eſt. Aniaduertimus etiã, quo loco inane ſpa-

Hosted by Google

cium relictũ, & uitij nota adiecta a nobis est, in male sequacis sermõis ductu deesse aliquid. Ab excæptione eñ quod sequitur statim membrũ principium habet: non ineleganti tantũ, sed infirmo penitus sensu. Oportuit enim prius constitui aliquid, unde quod sequitur, exciperetur. Quale autẽ id quondam fuerit, manifeste Paulus Aegineta indicauit, qui ijsdem huic scriptori uerbis eadem docens, cum eo produxisset rem, moneretq; iam & ipse accurrentes mordere rabientes homines, morsuq; suo suã in alios affectionem transferre, subiecit statim plæraq; alia, & inter cætera, τῶν δὲ ἐμπεσόντων εἰς τὸ πάθος οὐδένα ἴσμεν περισωθέντα, πλὴν ἐξ ἱστορίας ἕνα ἢ δύο. Quorum sensus est. Omniũ uero qui in hanc affectionem deuenerint, nullum nos seruatũ scimus, præterq; ex historia unum, duosue. Quæ si scriptori huic inserantur, apte spacium id totum explebunt. Nos ea signamus, ut habeant uolentes, unde locum instaurare possint. Docent præterea ijdem græcorũ medici, aliorũ quidem accidentiũ manifestam esse caussam, occupatis scilicet ueneno illo partibus cunctis. Metum uero aquæ fieri aliqui eorũ dixerunt, ex nimia siccitate: quasi in contrariũ habitum mutata penitus humida eorũ substantia. Verũtamen Ruffus antiquæ medicinæ grauis auctor, insanię ex atra bili genus id esse, testatus est, magna ueneni eius cum humore illo similitudine: nec secus q̃ atra bile insaniẽtes scimus alios alia timere. Idq; sentire etiã uidentur, qui dicunt, Canis qui momorderit imaginem in aquis, opinari eos se uidere: eoq; metu territos aquã fugere, & auersari. Monent etiã, quoniã non statim rabidi Canis morsum sequitur metus aquæ, sed circa quadragesimã fere a morsu diem adest, & aliquando serius, opinãtes aliquãdo homines non rabire Canem qui momorderit, festinata morsus cicatrice caussam affectioni huic dedisse. Id ne fiat, docuerũt qua indicatiõe usus aliquis rabire, aut non rabire Canẽ intelligat. Iubentq; iuglandis concidi nuces, diligenterq; his uulnus obstruere & circũligare. Mox sequenti die solutas & ablatas, gallinaceis in cibo apponi: & si his a principio non pascantur, fame ad uescendũ cogi: futurũ enim superstites uiuãt, si nõ rabierit Canis. Sin cõtra, postera die peribunt. Tuncq; ad uulneris dilatatiõem festinandũ. Iterumq; post paucos dies eadem indicatione utendũ: & si non perierint gallinacei, tunc a periculo tutũ uulnus ad cicatricem perducendũ. Creditur indicationis huius auctor quondã fuisse Oribasius. Nolumus illud etiã relinquere, uideri nobis, quod hic ait, nullum a metu aquæ seruatum sciri. &c. credidisse aliquos de his intelligendum esse, qui non a rabido Cane, sed rabiente & aquã iam timente homine morsi fuerint. Hic tamẽ simpliciter tradidisse id uidetur.

quare metuunt aquam

## ¶ Remedia demorsorum a Cane rabioso. CAP. II.

RAtio medẽdi duplex. Vna cõmunis, qua utendũ in omnes morsus, quos uirulentæ animãtes impresserunt. Alia peculiaris priuataq;, eorum dumtaxat, quos rabiosi Canes momorderint. Quæ nõnullis quidem summã opem ferre consueuit. Alijs uero inutilis, maxime qui ex multo iam tempore ictũ accæperunt. Quæ ad hanc pertinent, primũ exponemus. Deinde cursim perstringemus, quæ ad cõmunem medendi rationẽ pertinent. Cancros itaq; fluuiatiles, cum sarmentis albæ uitis cremare oportet, & cinerem eorum q̃ minutissime tritum habere reconditũ. Itidem gentianæ radicem tusam, cribratamq; reponere. Quoties aũt Canis rabiosus morsum intulerit, in quaternos cyathos uini bina cineris cancrorum cochlearia, unumq; gentianæ conijciantur. Hæc in polentæ madefactæ modũ subacta, quatriduo bibantur. Inter principia medicamentum hoc modo detur. Atqui si ab illato morsu duo, aut tres dies fluxerĩt, curationem auspicabimur a triplicato pondere, supra id quod ab initio retulimus. Optimũ hoc aduersus rabiosorum morsus auxilium, quod & multis unum satisfecit, eoq; cum fiducia uti licet. Sed ut alijs etiamnum auxilijs contra ineuitabile periculum muniamur, nihil cæteris uti prohibet. Satius autem multo fuerit, medicamentorum sæuitiam tolerare, q̃ propter negligentiam in discrimen adduci. Nec ita in demorsis

C a rabioso animali maiora uulnera uereri oportet, uti minora, & ulcusculis cutis similia. Quippe maiori uulnere copiosus sanguis emanans, potest nonnihil uirulenti liquoris exhaurire: quod in minoribus non accidit. Quin a maioribus abscedentes carnes hinc auferre, & labia acie scapelli circumscribere, & præhensam hamo carnē amputare oportet. In utrisq; circūstantia loca altioribus ulcusculis scarificanda: ut sanguinis uacuatio resistat, ne uenenū membratim insinuetur. Cucurbitulæ cū multa flāma agglutinatæ id iuuamenti præstant, ut ueneni uis extrahatur.

EX M. VERG. COMM.

QVos hic iubet, Vitis albæ sarmentis crematos simpliciter seruari fluuiales cancros, nec qua ratione seruandus per se eorum sit cinis monet: græcorum medici cremari quidem præcipue, sed in æneo cyprio uase, ut purus, & per se colligi cancrorū cinis possit. Et quia forte ex eo ære medica uis aliqua contra canis rabiem esset. Ex ea enim insula in omnes medicinæ usus æs laudabatur. Relinquimus hoc capite etiam cogitandum, quod in eo instituitur remedium cancorum cineris cochlearia duo, gentianæ uero unum, meraci uini cyathis quatuor mixta a prima die usq; ad quartam bibenda esse: quotidie ne hac mensura bibenda ea sint: an exquo quatuor cyathi uini sunt singulis diebus usq; ad quartā, bibendus cyathus unus tantū sit. Nobis in priorem illam rationem inclinat animus. Credimusq;, singulis diebus totam esse illam bibendam mensuram. Arbitrarium tamen legentibus id relinquimus.

## ¶ De Vstione. CAP. III.

COntra uirulentos ictus, Vstio expeditissimum est auxilium, utpote cum ignis cætera uiribus pręstet. Simul quod uirus domet,
D & ferri penitus non patiatur: simul q̄ pars ignem experta, deinceps non uilem, nec indecoram loci instaurationem efficiat, manente diutius exulceratione. Animaduertendū ex eo tempore cum crustæ decident, ne ulceris oræ coälescant, & cicatrice induantur: sed si fieri potest, ad præfinitū tempus ulcerationes, & sordidas adhuc, & inflammationē minantes, prorogari conuenit. Quod inditum ijs salsamentū optime præstabit, & syluestre allium detritū. Item cæpe, succusq; præsertim cyrenaicus, aut qui medicus, aut parthicus appellatur. Tritici grana tam mansa, q̄ non mansa imponantur, siquidem subacta pistaue, ob perfusionem uulnera dilatant. Sunt qui a mandentium ieiunio sibi aliquid assciscere arbitrentur, quod suapte natura resistat. Verumtamen id non constat. Cæterum tempestiue his utendum. Si uero, quod persæpe accidit, ante dies præfinitos cicatrices coirent, committerenturq;, manum postulabunt. Namq; eas diducere, carnemq; scapello circinare, aut iterum inurere expediet. Vbi uero propositum tempus præterijt, ulcus ad cicatricem ducendum, & emplastro quod e salibus conficitur, locus comprehendendus. Nec multo post sinapismo utendum.

EX M. VERG. COMM.

QVæ de Adustione toto hoc capite a Dioscoride præcipiuntur, a Nicandro longe prius instituta pariter fuerant. Versiculi eius in theriacis sunt. ἢ ἐκράδης γλαγοέντα χέας ὀπὸν, ἢ ἐσίδηρον καυστρῦσ θαλφεῖαν ὑπὸ στέρνοισι καμίνου. Iubet & Columella septimo rei rusticæ suæ uolumine, capite undecimo contra rabidi Canis morsum uetere salsamento uti. Nihilq; non idem omnibus in eodem periculo remedium est.

¶ De Ratiõe uictus in morſu rabioſi Canis CAP. IIII. A

QVæ ad partem ictam pertinent præſidia, ita ſe habent. Cæterũ uictus rationẽ ex ijs quæ ueneno aduerſantur, coniectura quadam colligere oportet: ſimul ut ueneni uires hebetet, reſtinguatq́, ſimul ut arceat, quominus ad intima pernicies illabatur. Etenim aſſumpta, pernicioſarũ uirium penetrationi reſiſtunt. Quorũ utrumq́ præſtare poteſt uini meracioris paſſi, & lactis potus. Quippe qui hæc oĩa capiunt ad curã, nonnihil ueneno obijciunt, quod omnẽ eius acrimoniã obtundat. Simili modo alliorũ, porrorũ, cæparumq́ cibus: q́ ea difficulter cõficiantur & aboleantur. Nam multos dies huius cibi qualitates remanent: quo tempore nec euincuntur, nec permutant a morti fera ui. Cõtrarijs illa uis expugnatur. Cui rei antidotorũ uſus accõmodatur, & theriaces, metridatij, & eius quod eupatorio temperat, denicq́ omniũ quæ magnã aromatum partẽ ſibi uendicant. Quippe aromata omnia uiribus & ſubſtantia ægre permutantur. Quare in corporibus euincunt. Victus ratio hoc modo ſe habet. Noſſe conuenit, pauorem aquæ nõ ſtato, definitoq́ tempore exoriri. Plurimũ tamẽ ad quadrageſimũ uſq́ diem neglectis deferri cõſueuit. Poſt ſemeſtre etiã nonnullos inuadit. Quendã poſt annũ aquã horruiſſe, nobis præſertim cõpertũ eſt. Narrant & aliquos poſt ſeptenniũ aquæ metu fuiſſe tentatos. Inter B principia demorſorũ a Cane rabioſo curandi ratio talis eſt. Verũenim uero ſi ea quæ retulimus auxilia primis diebus prætermiſſa fuerint, nec ſcalpro carnẽ circinare, nec uſtionẽ experiri operæpreciũ eſt. Non eñ quod iam ptranſijt ſatis euocare poſſent. Nulla utiq́ adiectionis utilitas, ſed in caſſum corpora doloribus ſternentur. Alter uero curationis modus accedat. Deiectio magnũ præbet iuuamentũ: utpote cũ mouendo, corporis habitũ traſmutet. Et quæ colocynthidẽ recipit hiera, item lac ſciſtum quod ſimul deiectionẽ moueat, & uenenum domare poſſit. Cibi acres, & meraculi potus, quibus uis ueneni uehementer retunditur, quotidie ſumi debent. Cæterũ ſudores ante cibos, & poſt etiã cien di. Dropaciſmi, ſinapiſmiq́ particulatim per corpus totum adijciendi. Sed longe omniũ efficaciſſimum auxilium, Elleboriſmus cognoſcitur, quo cum fiducia nõ ſemel atq́ iterũ, ſed frequentius ante quadrageſimum, uel poſt hoc tempus uti licet. Tantam eñ uehementiã hoc auxilium habere fertur, ut quidã qui iam aquæ metũ ſentirent, ſumpto Elleboro, ſimulac primum morbi impetum experirentur, fuerint ſeruati. Nam & iam uitio tentatos neq́ parũ adiuuare poteſt. Itaq́ primũ curam contra rabioſi Canis morſus, breui ſermone expoſuimus. Iam ad alia quæ uenenatis morſibus ſæuire conſueuerunt, tranſeundum. Notas uno prætextu, deinde cõmunem medendi modũ, qui omnibus conuenire poſſit, explicabimus. Curſim poſtremo ſubiungemus ea, quæ

aromata tan bin runtur



Hosted by Google

C sua proprietate nonnullis auxilium præstare possunt. Subnectemus etiam uenenata quæ nullis cedunt remedijs.

¶ Finis LIB. Septimi.

# PEDACII DIOSCORIDIS

De notis eorum qui a uenenatis demorsi sunt, LIB. Octauus,

IO. RVELLIO interprete.

## ¶ De Phalangijs. CAP. I.

φαλάγγια

DEmorsis a Phalangijs, locus quidē ipse, quasi ab impacto aculeo rubet, non intumescens, nec p̄ ambitum calidus, sed mediocriter subrubens. Vbi uero contrariorum occursu refrixit, cōsequit̄ corpore toto tremor, distētiones circa poplites et inguina, cōuulsionib. nō dissimiles. In lūbis collectio exorit̄. Perpetua

D urinę libido lacessit, multaq; reddēdis excremētis colluctatio. Vniuersa cute frigidus sudor emanat. Collachrymāt oculi, offusisq; nebulis caligāt

## ¶ De Scolopendra. CAP. II.

σκολοπένδρα

SI Scolopēdra, aut dicta Ophioctene morsum intulit, locus per ambitū liuore sugillat̄ & cōputrescit, interdumq;, licet raro, fęculētus atq; ruber cernit̄. A morsu ipso exulcerari locus incipit. Vlcus id negocium exhibet, fere remedijs inuictū. Prēterea toto corpore prurigo sentit̄.

EX M. VERG. COMM.

HAbet mare Scolopendras: de quibus secundo uolumine ab hoc, & a nobis longius actū est. Habet & terra: uerum multiplices, nec eiusdem formæ, maleficijq; omnes. Eam ob causam hic inter uenenata tantum numerat. Quę quondam ab enecandis anguibus Ophioctene priuatim dicebatur. Notū omnibus Scolopendarum genus: priuatim tamen incognita nobis Ophioctene, quam unam in eo genere uenení maleficium habere hic ostendere uidetur. Etsi posteriores græci marinæ etiam huiusce modi uim aliquam assignarint, discreuerintq; utriusq; morsus notas: a marina dicentes tumorem aliquando fieri pellucidum, & aquę simílem: a terrestri uero rubentem: quam hic tm̄ proposuisse credi debet, nec nisi de terrestri monuisse. Addiderūt ueteres græci aliqd, nec tm̄ morsus eius liuescere, sed tumere, & extolli etiā locū tradiderunt.

## ¶ De Scorpione. CAP. III.

σκόρπιος

SCorpionis morsu inflammari statim incipit locus, & indurescit, ac intentus rubet, uicissimq; dolore premitur. Modo siquidem exæstuat, modo frigore occupatur, labor repente fatigat: aliquando meliuscule habet, aliquando recrudescit. Consequitur sudor, horroris sensus, & tremor. Extremæ corporis partes refrigescunt. Inguina extolluntur. Tubercula in sede prosiliunt. Capilli eriguntur. Pallor membra decolorat. Dolor tanq; ex pungente acu, per uniuersam cutem sentitur.

Hosted by Google

## ¶ De Paſtinaca marina. CAP. IIII.

SI marina Paſtinaca percuſſit, protinus accidunt moleſti dolores, aſſiduæ conuulſiones, labor, & imbecillitas. Mens percuſſis labat. Poſtea obmuteſcunt. Oculi caligant. Percuſſus autem locus in ambitu cum uicinis partibus denigratur, & ita obſtupeſcit, ut tangentem non ſentiat. Hunc ſi quis premat, atra ſanies, craſſa & male olens excernitur.

EX M. VERG. COMM.

NOn adeo ueneni maleficio infamis marina Paſtinaca eſt, ut non eadem naturæ & morbis aliquando utilis, ſuas ab hoc ipſo ſcriptore laudes ſecundo uolumine inuenerit. Eas, omnemq; eius hiſtoriam poterunt uolentes illinc, & ab aliis de natura animalium ſcriptoribus facile audire. Græcos medici nullas ex morſu eius notas deſcripſerunt: qm̃ nõ poſſet piſcis quod poſſunt uenenata alia latere, ſed ex morſu eius ſtatim mali cauſa omnis pateret.

## ¶ De Mure araneo. CAP. V.

A Mure araneo percuſſis, circa morſum in orbem inflammatio exoritur, nigraq; puſtula diluta ſanie turgens exurgit. Proximæ partes liuent. Rupta puſtula, deuorans ulcus, nõ ei diſſimile quod ſerpit occupat. Inteſtinorum quoq; tormina, difficultas urinæ, et humoris offuſio conſequuntur.

EX M. VERG. COMM.

ADdiderunt ueteres græcorum medici Muris aranei morſibus, quę ab hoc ſcriptore nõ dicuntur has etiam notas. Dolores, qui pulſuum modo per interualla pulſent: & in ſingulis dentium eius animalis ictibus rubores: diſruptam præterea puſtulam illam candidum oſtendere ulcus: nec ſolum propinqua depaſci loca, ſed corruptas etiam decidere ex his locis partes. Erãt de araneo Mure dicenda multa quę ueteres tradiderunt, niſi quę ſatis eſſe poſſint ſecundo uolumine dicta a nobis iampridem fuiſſent.

## ¶ De Vipera. CAP. VI.

SI Vipera momordit, corpus intumet, uehementer areſcit, ſubalbidumq; colorem concipit. Sanies a uulnere profunditur, ſuppinguis, mox cruenta. Puſtulę aduſtis ſimiles erumpunt, & antea depaſcẽs ulcus, quod in proxima repens non ſumma modo corporis, ſed intima quoq; corripit. Gingiuæ iis cruore ſuffunduntur. Inflammatio circa iecur erumpit. Tormina & bilioſi uomitus ſequuntur. Sopor, & urinæ difficultas accedit, & frigidus ſudor offunditur.

EX M. VERG. COMM.

FIeri in Viperę morſu prẽter numerata a Dioſc. græcorum medici hæc etiam dixerunt. Dolores a principio in morſu ipſo: mox toto corpore etiam: uideriq; in morſu exiguo ſpacio inter ſe diſtantia exigua duo foramina: fluereq; primum ex his ſanguinem, & aquoſum humorem: tũ oleoſum tantum humorem: poſtremo uiridi æruginis colore, quod Viperæ uenenum aliq eſſe crediderunt. Tumoribns prẽterea, quos hic numerat, liuores illi addiderunt: rubores itidem, oculorum uertigines, ſtomachi reſolutiones, & animæ defectus. Cuncta hæc tamen illi περὶ ἔχεως, ἢ ἐχιδνῶν tradiderunt, nõ ſatis certa nobis indicatione, duo ne illi ſerpentium genera, an unũ tantum duobus nominibus indicent. Nobis, quatenus obſeruauimus in ſcriptoribus aliis, nõ uidentur differre Echis, & Echidna: duplexq; unius animalis potius nomen q̃ duorum duo eſſe uidentur. Paulus Aegineta duo manifeſte genera conſtituit. Inquit enim, ἀκινδυνώτερον δὲ δοκοῦσιν ἀπαλλάττειν οἱ δηχθέντες ὑπὸ ἐχίδνης ἢ ἔχεως. Quod eſt. Minore autem periculo euadere creduntur qui ab Echidna, q̃ qui ab Echi morſi fuerint. Cęteri tamen, ut diximus, duo hæc genera

C miſcent, pſertimq; latini, Viperam utrūq; appellantes: tanta eſt ſimilitudo, tamq; in cūctis congener earum natura. Barbarus inter peſtis huius notas, κάρον ab hoc ſcriptore fieri dictum, capitis grauitatem interpretatus eſt. Cum tamen ad ſoporem, ut ſæpe alias teſtati ſumus, ea uox tantum in græcis pertineat. Alter ne bis de uomitu ageret, tremores reliquit: neſciens ἔμετον cor ruptam illic uocem, τρόμον legi oportere: quod meliores græci omnes indicant.

## ¶ De Amphisbæna. CAP. VII.

σκυτάλη ἀμφισβαίνη

COnſimilia eueniunt iſs qui ab Scytala nomine, aut Amphisbęna demorſi ſunt. Eademq; fere auxiliantur. Quare hoc uenenū priuatam deſcriptionem ſortitum non eſt, q̄uis non eidem generi aſſignandum ſit.

EX M. VERG. COMM.

DIuerſa duo hęc animalia ſunt. Indicant id Lucanus poeta in. 9. omneſq; alij. Eapropter cū male in ſcriptore hoc locus hic legeret, coniungerentq; ſimul Scytale, & Amphisbæna, quaſi duplex unius tantum nomen eſſet, nos & rei ipſius, & aliorum ſcriptorū auxilio, locum in integrum reſtituimus.

## ¶ De Druino. CAP. VIII.

δρυΐνου

A Druino morſis puſtulæ, moleſtiq; dolores incidunt, præſertim qua dilutæ ſaniei emiſſarium ſubeſt. Quinetiam eroſio, terminaq; conſequuntur.

EX M. VERG. COMM.

LIbet ex Paulo Aegineta addere quæ cum maleficio ſuo hanc peſtem certius aperiant. Eius de Dryino uerba hæc ſunt. In radicibus Quercus, a qua arbore nomen inuenit, uitam Dryinus
D agit: tam malefica, paratq; ad nocendum ui, ut calcatus tantum cute nudos hominis pedes relinquat, totiſq; cruribus tumorem faciat. Ferunt pręterea, quod magis mirentur omnes, nudari cute manus pariter eorum, qui curationem eius tractauerint: & ſi quis interfecerit, male olere beſtiolam, ſuoq; illo odore omnium aliorum odorū ſenſum auferre. Inter notas morſus eius, numerauit idem Paulus, etiam cum rubore circa morſus locum tumorē fieri. Deſyderauimus & nos Dryini morſus notas uertentes, qua parte corporis eroſiones illæ fiant: uerbi cauſa, ſtomachi, aut alterius cuiuſpiam in homine partis. Nobis in ſtomachum inclinat animus: ſed in nullo græcorum ea uox inuenta a nobis eſt.

## ¶ De Hæmorrhoo. CAP. IX.

αἱμόρροος

AB Hæmorrhoo ictis uehementes cruciatus accidunt, qui breuē ſtrigoſamq; prorſus raritatē ex continuo dolore præbent. Ex plaga copioſus cruor effluit. Et ſi qua cicatrix corpore nonnuſq; adfuerit, frangetur, & ſanguine manabit. Excrementa per aluum cruenta eiiciuntur. Profluenſq; ſanguis in globos coit. A pulmone ſanguinem ex tuſſiunt, & nullo denicq; remedio euomunt.

EX M. VERG. COMM.

FOemínino genere nono ſui carminis uolumine Lucanus ſerpentem hanc Hæmorrhoidem dixit: deſcriptiſq; longiſſime cunctis eius euentibus, miſerabilē omnibus Romani militis mortem fecit. Nos plæraq; in aliis de Hæmorrhöo hoc tradidimus. Eamq; ob cauſam relicta nūc omni eius hiſtoria, quæ etiam ex eo poeta repeti poteſt, monemus, uideri nobis in hoc capite male legi locum cui uitij notam adiecimus, & in quo diſcrepant a nobis reliqui interpretes: ideoq; relinquere peritioribus inſtaurandum quod in eo uarie legitur, ex dolorum continuitare breuia, anguſtaq; reddi corpora. Alij enim id totū aliter reddiderunt. Nos cōmuniorem ſecuti lectionem eo quo legitur modo uertimus. Et quem reliquit Barbarus ſanguinem, quoniam in Dioſcoride non legerat, ex aliis græcorum ſcriptoribus reddidimus. Ille enim e loco ictus multum excerni liquorem tantum ait, nulla eius liquoris indicatione: cum tamen ſanguinis ea ſit, & ſic in melioribus adhuc legatur.

Hosted by Google

## ¶ De Dipsade. CAP. X.

A

QVos Dipsas percussit, intolerabilis ardor premit. Sitisq; usq; eo pertinax, ut satiari non possit, ac sine ulla intercapedine excruciet. Et si potum affatim trahant, ilico in eandem sitim relabuntur. Iis uero qui per initia potum nõ hauserunt, simile quiddam prorsus accidit. Quare propter cõtinuam sitim, & Prester, & Causon, aut Psas appellatur. διψάς

## ¶ De Hydro. CAP. XI.

AB Hydro demorsis ulcus dilatatur, & liuidum ac ingens euadit. Sanies ex eo multa & atra & male olens, non secus atq; ijs quæ serpunt ulceribus expuitur. ὕδρος

EX M. VERG. COMM.

AB aquis græci Hydron, Romani a natatu, qui tutus in eo elemento terrestrium animalium motus est, Natricem nominauerunt. Pulcherrimum hoc anguium genus, q̃d in aqua uiuit nullis serpẽtiũ ueneno inferius aut ignauius. Ex quo Romanus Cęsar, turpis & malefici ingenij hominem, Natricem se Populo Romano nominis & imperij sui hæredem alere lamentabatur.

## ¶ De Cenchro. CAP. XII.

CEnchri morsum, qui uiperino ictui similis est, putridũ ulcus sequitur. Carnes antea ut in aqua inter cutem prætumidę, defluunt. Letargo corripiuntur, et ueterno pressi, somnos captant. Erasistratus eos iocinere, uesica, coloq; conflictari autor est. Quippe dissectis ipsis, omnes fere partes corruptæ reperiantur. κέγχρος

EX M. VERG. COMM.

PLuribus hic maculis uariatã tingit̃ aluũ, ut Lucanus cecinit. Quæ qm̃ Milij seminibus similes sunt, quam frugem græci cenchron uocant, nomen serpenti hoc fecerunt. Plura quo diximus loco poeta ille de serpente hac egit, quæ poterunt uolentes ab eo audire. B

## ¶ De Ceraste. CAP. XIII.

A Ceraste percussis locus attollitur, cum duricia pustulosus. E plaga sanies profluit, modo atra, modo pallidior, sed circa concrementum totum rutilescit, genitale intenditur, mens labat, oculorum caligo exoritur, deniq; rigore neruorum distenti commoriuntur. κεράστης

EX M. VERG. COMM.

HAbet Cerastes hic cornu figura callosam in fronte carunculam, unde illi nomen factũ est. Cornu enim ceras, græci uocant. Diuersus hic ab his uermibus est quos Plinius in Cossorum genere in arboribus nasci tradit: & Cerastas pariter appellat. Sunt Diosco. & græcorum medicis, pręsertimq; Paulo Aeginetę de Ceraste hoc omnia eadem: pręterq̃ ubi hic κιῤῥοϊδὲς fieri. etc. quod interpretes alij ad colorem simpliciter contraxerunt, rutilescere & ruffescere dicẽtes. Nos κιρσοειδὲς in alijs legentes, eorum sententiam potius secuti, uaricum modo tumere totum corpus his diximus. Id enim magis placuit, cæteris notis magis congruere uisum. Tument enim uarices, quam in hac peste pręcipuam notam hic numerauit.

## ¶ De Aspide. CAP. XIIII.

AB Aspide ictis, uulnus exiguum prorsus, quasi ab adacta acu citra eleuationẽ conspicit̃. Sanguis exiguus ille q̃dem, sed ater destillat. Caligo uelox oculos obnubit. Labor in totũ corpus multiplex, omnino leuis, & nõ sine uoluptate cõsequit̃. Ideo Nicãder perpulchre cecinit. At uir perit absq; labore, discolor, atq; uirẽs. Aliquãtulus cordis ἀσπίς

C æſtus afficit. Frons ꝑpetuo reuellitur. Genæ cõtremiſcũt, quaſi ſine ſenſu in ſomno uacillent. Hos mors tollit ad diei trientẽ non dilata.

EX M. VERG. COMM.

TRia Galenus Aſpidum genera eſſe teſtatur: numeratq; primum eius quam Cherſæam uocant: mox eam quæ Chelidonia dicta eſt: tertiam poſtremo quam Ptyada nominauerunt. In omnium nominibus naturæ earum indicatio & nota aliqua eſt: ſed nulla certior, & quam ſolam cognouiſſe nunc ſatis ſit Ptyade illa, quæ omnium perniciоſiſſima eſt. Siquidem erecto in anteriorem partem collo, ex interuallo quod ſatis ea fore coniecerit, uenenum in hominem iaculatur, eoq; nihil aliquando huiuſcemodi timentem, & incautum conſpuens perimit. Et quoniam græcis ptyin, expuere ſit, ideo Ptyada eam nominauerunt. Ex hoc genere ferunt Aegypti reginam Cleopatram, cum deuicto Antonio Auguſtum uictorem timeret, ſiniſtrę mammæ admouiſſe, morſuq; eius ſeruitutem, & uictoris triumphalem pompam euaſiſſe.

## ¶ De Baſiliſco. CAP. XV.

ERaſiſtratus in libro quem de medicaminibus & uenenis condidit, de uocato Baſiliſco ſcite ita refert. Cum Baſiliſcus momorderit, uulnus ad auri colorem exflaueſcit. Itaq; in plurimis quæ uirus eiaculantur, comites notæ ita ſe habent. Tranſeuntes utiq; ad medendi rationem, primum, ut fieri poterit, de communibus diſſeremus.

EX M. VERG. COMM.

RAro, ut græcorum ſcriptores retulerunt, uidetur Baſiliſcus: totius ideo hiſtoriæ eius fidẽ
D penes autores hic eſſe uoluit. Eo enim pertinet quod Dioſc. inquit in cõmentario de uenenis & remediis, Eraſiſtratum de Baſiliſco teſtatum fuiſſe: cum momorderit, ſufflauo, & quaſi aureo colore plagam fieri. &c. Vidiſſe tamen eum eos oportuit, qui traiectam per caput eius diadematis figura, candidam lineam contemplati, Regulum ob eam cauſam nominauerunt. Lucanus nihil de Baſiliſco aliud inquit, cꝫ, Sibilaq; effundens cunctas terrentia peſtes, Ante uenena nocens late ſibi ſummouet omne Vulgus, & in media regnat Baſiliſcus harena. Quod Plinius 29. uolumine, cap. 3. cõfirmauit dicens. Baſiliſci, quẽ etiã ſerpentes ipſi fugiunt, alios olfactu necantẽ: qui hominẽ uel ſi aſpiciat tãtum dicit interimere. &c. Veneni eius penetralẽ per oĩa uim, non multo poſt idem poeta deſcripſit. Quod totum poterunt uolentes in eo uidere.

## ¶ Cõmunis curatio in oẽs ictus uirulentos. CAP. XVI.

ADuerſus quidem omnem animalis ictum, quod uenenum uibrat, oris ſuctio conuenit. Sugentem uero oportet ieiunum nõ eſſe, ſed & cibum ſumpſiſſe, & uino os abluiſſe. Poſtea exiguũ olei in ore continens ictum exugat. Locus ipſe ſpongia fouendus. Deinde ſcarificandus. Sed ulcuſcula altius imprimere expedit: quo uiroſa materies profundo euocetur. Circinatio aũt carnis, & ſectio, ſcarificatione lõge potentius opitulanť. Namq; ab ĩs duo peculiaria ꝑſidia fiunt. Vnũ, ꝙ uirus e loco tollitur. Alterum, ꝙ ante occurrens cꝫ interna ſubeat, cũ ſanguine copioſo excernit. Quod ſi locus carnis circũſcriptionẽ nõ admittat, cucurbitulę cum largiori flam̃a adfigendę ſunt. Sed iã de uſtione ſupra in rabioſorum morſu diſſeruimus. Si uero icta pars, utpote extrema, ſectionẽ cõmode nõ reſpuat, preſertim in omnibus ſerpẽtibus, ut aſpide, ceraſte, & ſimilibus, ꝑculdubio amputanda eſt. Conuenientiora ſupradictis auxilia ſunt quę Epithemata uocant. Imponať ſarmẽti cius cinis, aut ficulnus, cum lixiuio, ſubacta ſtacte, garo, & acri ſalſamento. Porri, cepe, & allia mõ minutiſſime cõtrita illinunť, mõ cremata uul-

Hosted by Google

neribus inijciunt. Quinetiã diſſecti gallinarũ pulli cũ maxime tepent, percuſſo loco conuoluunt. Nec deſunt q hiſce tanq; diſcordia quadam naturali pugnantibus utant. Verũ huius rationẽ inire facillimũ fuerit. Gallinę em̃ calida natura p̃ditæ ſunt: argumẽto, q; deuoratũ inſigne uirus eliquẽt, & aridiſſima quęq; ſemina conſumãt. Itẽ nõnunq; harenas, lapilloſq;, q̃s faucibus inſinuarint, diſſoluunt. Itaq; animãtis calore, ſpũs ictę partis impetũ capeſcẽs, uenenũ exigit. Nec me fugit, qd i ægypto fieri ſoleat. Cũ ſpicas Aegyptij metũt, ollã picis paratã habent, et appenſam faſciã. Tunc em̃ maxime ſerpentiũ iniurias expaueſcũt, tum ꝓpter ſpicilegij tempus, tũ q; opacis ſimul abditę ſpeluncis, & cauernis, denſo q; aruorum ceſpite deliteſcunt. Moleſtiora em̃ animalia, et uirus eructãtia Aegyptus in campis ferre conſueuit. Vbi ergo aut in pedẽ, aut partem aliã morſum intulerunt, aſſidentes, faſciam in ollam picis conijciũt, & ſemel, aut iterum brachiũ, aut crus paulum ſupra uulnus obligãt, & arctiſſime duo e preſentibus diſtringũt: locũq; ſecantes qua circũactus eſt laqueus, picẽ inſtillant. Cũq; ſatis uulnus excepiſſe uidet, laqueũ reſoluunt, et cępis, alijſq; ſupra memoratis illiniunt. Preterea pix liqda cũ ſale trito et feruẽte illita, p̃ſentanco eſt auxilio, ſi iugiter innouet. Conuenit et cedrus, & fimũ caprarũ ex uino decoctũ. Locũ aceto calido, ca- A
lamintha in lotio, maris aqua, aut acida muria decocta, foueri ſalutare B
eſt. Quinetiã nõ deſunt emplaſtra uehementiſſima, & calidiſſima, quæ uenenum elicere, expugnare & diſcutere poſſunt. Cuiuſmodi ſunt quę ex ſale, aut nitro, ſinapi, & ſemine roriſmarini componuntur. De quibus conſequenter erit tractandum. Eraſiſtratus aũt nõ iniuſta reprehẽſione eos inceſſit, q incognitas ad hunc uſum facultates conſcripſerũt: ut elephanti fel, teſtudinis ſanguinẽ, aut crocodili oua, & cõſimilia. Nã cũ iuuantia quędã literis tradidiſſe uident, plane in hęc ſola incidentibus impoſuerunt. Quare talia deuitanda ſunt: cũ difficile, niſi regia facultate, perueſtigari poſſint: neq; quo noſtra fides ijs obſtringatur, frequẽti obſeruatiõe ſufficiẽs experimentũ p̃ſtiterint. Quæ aũt ad cõmunẽ omniũ uſum ꝓtinẽt, quęq; facile ſuppeditari, & omnibus a ſerpente pcuſſis auxiliũ ferre queũt, ſubiungẽda uident. Intubus itaq;, & Erica, & Aſtragalus cũ aceto potus, contra oẽs ſerpẽtiũ morſus auxiliant. Itẽ Bitumẽ, et uirẽtes Platani pillulę in uino diluto coctę, & Paliuri decoctũ, radix Ariſtolochię, et Eringij. Decoctę etiam Lauri baccę, et deuoratę, Piperq; largius eſitatũ, Ruta, Anetũ, et Cyclaminus. Coma porrorũ priuatũ ex pane, aut alliũ, aut cepe, ſalſamẽtaq; q̃acerrima, origani decoctũ cũ uino potũ, fœniculi, pulegij, calamĩthę porrorũq; ſuccus cũ melle deſorptus. Hęc qdẽ a plãtis conqrunt. Ab animãtibus uero quędã cõmode peti ſolẽt. Gallinaceorũ cerebella in cibo, leporinũ coagulũ cũ uino. Itidẽ caſtorij ſextãs. Teſtes marinæ teſtudinis ſumpti, multũ ꝓdeſſe trã

dunt. Mustella sale inueterata inter auxiliaria medicamenta est. Inuenitur etiam prius exenterata, saleq; siccescens inueteratur: ex aqua binas drachmas cum uino bibisse satis est. Sed de simplicibus quæ dari solēt hactenus. Percussis a serpēte prodest alui deiectio, diffluens sudor, urina copiose reddita. Composita etiā quædam recenter remedia polliceri tradūtur. Vt opij, & myrrhæ singuli oboli, piperis quicunx. Ea melle excipiuntur, & instar ægyptiæ fabæ dantur. Itidem syluestris rutæ seminis, gith, cumini æthiopici, aristolochiæ, galbani, singulorum pares portiones tritæ, & cum erucæ succo subactæ, digeruntur in pastillos, qui drachmæ pondus æquent. Dantur ex ijs terni cyathi cum uino. Hæc habui de cōmunibus auxilijs quæ dicerem. De peculiaribus remedijs cōtra bestias quæ uenena uibrant, consequenter est dicendum.

EX M. VERG. COMM.

COpiosiores, certioresq; in cōmunibus his contra uenenata remedijs posteriores græcorum medici fuerunt. Neq; imerito, accrescentibus arti quotidie nouis eorum experientijs. Quas de inceps obseruantes, qui saluti humanæ diligentius consulerent, monuerunt, non esse cucurbitulis simpliciter utendum, sed anteq; uulneri admoueantur, propinquas confodiendas esse partes: ut pluribus quasi canalibus una cum sanguine & spiritu uenenum foras trahatur. Addiderunt præterea, in replero hominis corpore, secta uena mittendum esse sanguinem: quod nullibi a scriptore hoc præcipitur. Et in admouendis morsibus, aut ictibus uenenatorum, dissectis gallinaceis, cæteris omnibus mares antepositerunt. Deficientibusq; his, ne quid ad faciendam homini medicinam deesset, dissecta eodem modo, & admota animalia alia in eum usum receperunt. Aliam a Dioscoride causam reddentes: q; scilicet uenenum in se trahunt, & dolores leuāt. Quinetiam uri locum, & ignis crustā uulneri induci iusserūt. Quod in scriptore hoc tm signat, cū de adustione dictū a se fuisse ait. Pluraq; alia, quæ longius poterunt uolentes ab eis audire.

¶ Finis. LIB. Octaui.

# PEDACII DIOSCORIDIS

## Cōtra Venenatos morsus LIB. Nonus,

IO. RVELLIO interprete.

NIHIL inter ferientium uenenatorū notas de Vespis, et Apibus articulatim digessimus: q; conspicuę omnibus forēt, & nihil excellens, aut nota tu dignū in his obseruaretur: inter remedia tamē earum meminisse non fuit alienum.

¶ De Remedijs cōtra Vesparū, Apūq; ictus. CAP. I.

ADuersus Apū, Vesparūq; ictus, prodest illita malua, & hordea cea farina cū aceto, ficulneum lac in uulnus instillatum, a muria, aut maris aqua fotus.

EX M. VERG. COMM.

QVę neglexit Dioscorides Apiū & Vesparū ictus, notas & signa posteriores excępunt. Ab Apis ictu dicētes statū sentiri dolorē, rubere locū, tumere, ppinquas & increscere partes, spi

culūq; in uulnere relinqui. In Veſpis deinde eadem, ſed intenſiora omnia: nec relinqui ſpiculū. Addiderūtq; in remedijs, lutū, & bubulum ſimū, quibus illeuiſſe ictus utile ſit: & p̄ter hæc conciſa, & poſita mori arboris folia. Relinqui aūt ab Apibus in ictu ſpiculū Ariſtoteles .3. de anima liū hiſtoria, & Nicander in Theriacis ſuis teſtant: ſuoq; illo telo caſtratas perire. A

## ¶ De ictis a Phalangio. CAP. II.

PHalangiorū ictibus ficulneū cinerem, adiecto ſale trito & uino imponere oportet, aut radicem ſylueſtris punici c̄ptenuiſſime tritā, aut ariſtolochiā hordei farina & aceto ſubactam. Vlcera aqua maris proluenda, aut apiaſtri decocto. Folia eiuſdem illinenda. Lauacris perpetim utendū, & potionibus quæ hæc medicamēta recipiant, abrotoni ſemen, aniſum, ariſtolochiam, cicer ſylueſtre, cuminū æthiopicum, cedrides tritas, platani corticem, & trifoliæ hærbæ ſemen. Priuatim aūt ſingulorum ex ijs binas drachmas dare cum uini hemina conuenit. Item myricæ fructus, & chamæpityos, & uiridiū cupreſſi pillularū decoctum, ammiſto uino. Sunt qui fluuiatilem cancrū in ſuccum redactū, cum aqua, aut lacte, aſſumpto apij ſemine confeſtim moleſtijs liberare prodant.

EX M. VERG. COMM.

SVnt in græcis nec reprobandæ fidei codices, in quibus non Aniſo, ſed Anetho contra Phalangiorum morſus pugnatur. Nos tamen eiuſdem ſcriptoris huius decreta in Aniſo ſecuti, quod utile his quæ uenenum ictu, aut morſu relinquunt, ab eo dictum eſt, Aniſum, ut in communi lectione erat, reddidimus.

## ¶ De morſu Scolopendræ. CAP. III. B

SI Scolopendra morſum infixit, ſal c̄ppleuiſſime tritus ex aceto uulneri inſpargendus, aut ruta ſylueſtris ſuperponenda. Locus acida muria perluendus. Danda in potu ariſtolochia cum uino, aut ſerpillum, aut calamintha, aut ruta ſylueſtris.

EX M. VERG. COMM.

ADiecerunt remedijs his uereres græcorum medici plæraq; alia. Cinerem aceto maceratum, aut ſcyllam uulneri iubentes imponi. Quodq; hic iubet, oxhalme fouendum eſſe locum, auctore Archigene antiquiſſimo medico, calido oleo fieri aliqui inſtituerūt. In potionibus etiam aſphodeli radice uſi ſunt.

## ¶ Remedia ad Scorpionis ictum. CAP. IIII.

PErcuſſis a Scorpione, præſenti eſt auxilio ficulnum lac in uulnus inſtillatum. Scorpius ipſe qui ictum uibrauit, tritus, & percuſſo loco impoſitus, ſuæ plagæ remedium eſt: ob quandam, ut conſtat diſcordiam. Præterea tritus, & impoſitus cum ſale, lini ſemine, & althæa conuenit. Sulphur ignem non expertum, reſina terebinthina excæptum, & emplaſtri modo adiectum, auxiliatur. Itidem galbanum ad ſplenij formam ductum, & calamintha, quæ trita illinatur. Et farina hordei in uino parata, in decocto rutæ. Semen trifoliæ hærbæ tritum, & uulneri iniectum, opitulatur. Hæc ad affectum locū pertinent. Poſt hæc c̄efficaciſſimis potionibus utendum: cuiuſmodi ſunt ariſtolochiæ, preſertim corticis binæ drachmæ cum uino. Tuſa gentiana, & pulegiū decoctum, & baccæ lauri pauco numero tritæ, & calamintha cum poſca, in qua magnopere diſcoqui debet. Cupreſſus cum uino, & ruta. Nec ſecus ficulneum lac, laſerpi-

Ctium si adsit: sin desyderetur, peucedani succo utendum. Efficax est potus trifolij succus, & ocimi semē. Omnibus autem ijs perpetuus lauacri usus, euocatus sudor, & dilutæ uini potiones registrum.

EX M. VERG. COMM.

NOn poterat sine græcorū latinorumq; scriptorū aliquot ope integra huic scriptori Scorpionū morsus curatio nunc esse: tam longe ab antiquæ lectionis ueritate deuiā, parum diligentes græcorū librarij eam fecerant: pro parthico laserc, peucedanū: & pro cyperide, cupressum modo nobis ostendentes. Id cæteri interpretes, aut in extremo opere festinantes, aut scorpionum iniurias parū timentes, qualia in impresso scriptoris huius codice omnia legebātur, talia etiam uerterūt. Cum tamē utriq; facillimū fuisset: & si græcorū medicos, præsertimq; Paulum Aeginetam nunq; antea legissent, ex Plinio locum emendare: qui. 21. uolumine, capite. 18. de Cypero agens, inquit. Cypero uis in medicina. &c. paulo q; post. Radix aduersus serpentium ictus, & scorpionum præsertim remedio est. Aut si ex Plinio id etiam agere noluissent, in scriptore hoc saltem meminisse debuerāt, contra scorpionum ictus Cyperi radicem præcipue laudari. Sed omniū aliorum certissimus instaurandi eius loci auctor Paulus Aegineta illis fuisset, Cyperide contra scorpionum ictus manifeste utens. Debuerat & illud homines monere, nihil huiuscemodi cupresso, aut ab hoc, aut ab alijs tribui. Eodemq; modo pro Peucedano, cui nulla contra scorpiones uis est, parthicum laserpiciū mutare. Quod hic ipse scriptor contra uenenata omnia in Silphio laudauit, id alter ex eis melioris codicis, quem ipsi etiam uidimus, ope adiutus, animaduertit, & felicius uertit. Sed certius totam & ipse scorpionum rem absoluisset, si eundem Paulum Aeginetam libro. 5. de his agentem diligentius audisset. Sunt enim in reliquo capite plæraq; alia, quæ ab eo, & ab altero parum apte uersa fuerunt: quæ nos breuitati consulentes, relinquimus. Multoq; magis, ut quæ addiderunt, mutaueruntue in his posteriores græcorum medici, breuiter dicamus: quæ huiuscemodi sunt. Althea, quæ hibiscus est, simpliciter hic uti iubet. Respondetq; hoc decretis ab eo in ea herba: in qua testatus est, Altheæ folia uenenatorum morsibus, & ambustis mederi. Illi autem semini has tribuerunt uires.
D Et quas hic iubet sumi pauciores lauri baccas, illi decem tantū decernunt. Quinetiam, argenti laminā uulneri impositam, egregie prodesse testantur. Bibendum præterea Sulphur uiuum in uino additis piperis granis octo. Laseris liquorem cum tritis cancris, Nigellæ, & Aethiopici Cymini, & Viticis semen, cunctaq; æquali pondere cum uino iubent.

## ¶ Aduersus marinæ Pastinacæ, Scorpij marini, & Draconis ictus. CAP. V.

EI qui a marina Pastinaca icitur, omnia quæ de Viperarū morsu pauło post referemus, simili modo conueniunt. Peculiariter autem ictus a marino Scorpione, & Dracone inferuntur, qui molestos cruciatus cient. Interdum autem, sed raro nomas excitant. Quibus absinthij, saluiæ, aut sulfuris ex aceto triti potio subuenit. Pastinaca diuulsa, & uulneri imposita, sui ictus medela est.

EX M. VERG. COMM.

VEnenis ex mari addidit hoc loco Dioscorides Draconem, & Scorpium, nullis tamen descriptis antea eorum maleficij notis & signis. Quod quare factum ab eo sit, non facile est conijcere. Nisi forte, quia alia piscium q; terrestrium ratio sit: possuntq; terrestria fallere incautos, marina autem nisi in aperto nocere homini nequeunt, ideo relicta a scriptore hoc illa fuerint. Siquidem posteriores græcorum medici, & ipsi nihil huiuscemodi addiderunt. In remedijs tamen copiosiores præter ab hoc scriptore dicta præcæperunt, plumbo confricandum esse marini Draconis ictum, Trito serpillo, aut elixa lente, aut uiuo sulphure obstruendum locum: eundemq; hois urina fouendū. Et absinthiū in diluta uini potione dandū: dandum & ficulneorum surculorū in dulci uino dilutum. Contra Scorpij uero ictus, mullum piscem dissectum imponi iubent. Quod miretur aliquis a scriptore hoc relictum fuisse: cum secundo uolumine de Mullo pisce agens, inter cætera uim hanc illi tribuerit. Nisi satis fore credidit, semel quocunq; loco de eo traditum fuisse. Adijciunt præterea, uiuo sulphure confricādum esse locum, bibendas q; tritas lauri baccas numero tres.

Hosted by Google

## ¶ De morsu Muris araneí. CAP. VI. A

SI Mus araneus momorderit, auxiliatur ex galbano splenium per se uulneri exterius impositum, aut medicamenti modo aceto tritum, & hordeacea farina cum aceto mulso illita. Quinetiam Mus ipse, qui morsum intulit, si dissectus apponatur, ictus sui ueneficia luit. Resistunt quoque acini dulcis punicí decocti, & illiti. Item porri, & allia contrita, necnon aquæ calidæ fotus. Sed hæc ad locum pertinent. Prodest potum abrotoni decoctum, maxime si in uino detur. Præterea serpyllum, & galbanum, & eruca uino madefacta, recentes cupressi pillulæ cum aceto, & cyclaminus ex aceto mulso, & pyrethrum cum uino, & chamælæonis hærbæ radix. Nec desunt qui literarum monumentis tradiderunt, tritum Murem araneum contra suos ictus cõmode bibi. Quam historiam apud alios inuentam, dignam dumtaxat censuimus, quæ annotaretur. Alij asseuerant, demorsum non alias exulcerari, nisi extrinsecus Mus araneus astiterit, tum quoq; auxiliari referunt.

EX M. VERG. COMM.

MVlta sunt quæ alia, & aliter pro Muris araneí morsu ueteres græcorũ medici docent. Primumq; inter ea quæ emplastri modo imponũtur, non dulcis punicę acinos, ut cõmunis fere lectio habet, sed Malicoriũ imponi iubent, aptiore remedij genere q̃ si quis acinos dixerit. Numerant mox agrestem maluam, & ex aceto tritum sinapis semen. Cumq; & ipsi calida aqua, uerumtamen marina (quam uocem deesse huic scriptori suspicamur) locum foueri præcæperint, adijciunt statim, cremata hordea ex aceto imponenda esse. In potionibus deinde, non numerata ab hoc scriptore, adijciunt sisymbrium, saluiam, hedinum agninumue coagulum, gentianæ radicem, aut uerbenacam, cunctaq; cum uino. Quinetiã cum uino bibendum tritum Murem araneum dicunt. Facere ad hoc ueneni genus myrrham pondere semissis drachmæ, & aristolochiæ corticis drachmas quatuor. Sunt & alia ab eis in huiusce modi malo obseruata & tradita remedia, sed efficacissima, & præcipua hæc sunt. Post quæ erat dicendum nobis, cur in extremo capite uitij nota æditioni huic nostræ addita sit. Sed tam aperta erit græca intelligentibus eius consilij ratio, ut nihil iacturæ sit eam non tradidisse, præsertim in extremo opere ad ea quæ supersunt festinantibus. B

## ¶ Ad morsum Viperæ remedia. CAP. VII.

SI Vipera morsum impressit, fimum caprinum cum uino impositum opitulatur. Item laurus & abrotonum & galbanum splenij loco superiectum. Origanum uiride inditum. Pulli gallinarũ discerpti, & confestim admoti. Erui farina, aceto mulso subacta. Radicis cortex usq; eo tussus, ut in puluerem solutus abeat, & scylla tosta detritum chamæmelum, hordeaceum cataplasma in aceto mulso præparatum: sed locus ante calida foueatur. Hæc loco imponuntur. Contra uiperinos ictus rubus cum uino prodest. Aliqui anchusam tenui folio constantem auxiliari produnt. Leporini coaguli in uino terni oboli bibuntur, & porracei succi hemina in mero, & foliorum apiastri succus, & sylueſtris ruta. Hæc in uino potari debent. Merum continuo bibendum, allia mandenda, & cepe, & porri recentes, salsamenta acerrima, & opipara. Simplicia hæc sunt. Percussis a Serpente præclare auxiliatur medicamentum quod myrrhæ, piperis, castorij, floris portulacæ seminisq;, dimidio acetabulo constat.

Hosted by Google

C Hæc omnia in cretico paſſo teruntur, aut in alio probato uino. Eraſiſtratus in eo libro, qui περὶ δυνάμεων, id eſt, de uiribus inſcribitur, plæraq; alia tradidit, quæ ictis ab Vipera auxilium ferre poſſunt. Inter quæ talia maxime laudantur, gallinacea cerebella cum uino pota, ſemen ſatiuæ braſſicæ tritum, & acetabuli menſura cum uino potũ. Quinetiam bonum eſt digitum in liquidã picem intingere, deinde uinũ, quo digitus fuerit elutus bibere. Hæc ſunt quæ contra Serpentium ictus auxiliantur.

EX M. VERG. COMM.

SVnt toto hoc capite a ſcriptore hoc decreta, quæ contra Viperas imponi, comedi & bibi oporteat. Quæ item ſimplicia, & quæ compoſita eius mali remedia ſunt. Adiecerunt his alij græcorum medici plura alia. Elixas in cibo ranas: in poculis meraci uini potiones, tam preſenti remedio, ut ſi quis remedio eo utatur, nullo alio opus ſit: Marinæ teſtudinis, cum agreſti cimino ſuccum, ſanguinemq; : Leporis, inuliue triobolari pondere coagulum : Siccati ceruini genitalis drachmam : Panacis cum uino radicem : Agarici drachmã : Iuniperi baccas : Aſpho deli radicem : Conciſa piſtacia : Viticis ſemen : inueteratæ muſtelæ drachmas duas : Fluuiales marinosue cancros per ſe, & cum pediculari herba, quam Staphidagriam uocant, ſaleq; & polio : Ariſtolochiæ, cum myrrha radicem: Gentianæ, baccarumq; lauri parem menſurã melle excæptam. Oribaſius præterea priuatim, quam alij Ariſtolochiæ radicem, radicis illè corticem ſumi iubet. Addit & caſtorium, & opium: iubetq;, habita uirium ratione, in diluta uini potione dari. Lycus Sandaracam & Anethum adijciebat. Archigenes Lauri folia in oleo decocta imponi iubebat. Tamq; in toto hoc genere remediorum abundant græci, ut multum illis merito ſecuta tempora debeant: qui dum ſaluti humanæ conſulunt, nihil intentatum reliquerũt. Poterant plura alia etiam numerari, ſed ex multis ſatis hæc fore opinati ſumus. Poterunt enim uolentes a Paulo Aegineta & hæc & plura alia certiũs audire.

D

## ¶ De Amphisbænæ morſu. CAP. VIII.

DE Amphisbæna mentionem hoc loco fecimus, quoniam fere remedijs ad Viperas ſcriptis, percuſſi ab ea, adiuuari ſoleant.

EX M. VERG. COMM.

BReue quidem, non leuiter tamen corruptum in cunctis fere græcis, quos hactenus uidimus, hoc caput erat. Id aliorum ſcriptorum, & eius qui mihi omnium uetuſtiſſimus & probatiſſimus græcus codex eſt ope, & ex hoc ipſo ſcriptore in eam quæ legitur in æditione noſtra formam reſtitutum eſt.

## ¶ Contra Druini ictus remedia. CAP. IX.

A Druino ictis conuenit ariſtolochia cum uino pota, trifoliũ herba, radix haſtulæ regiæ ſimiliter aſſumpta, & fructus ex omni quærcus genere. Tuſæ ilicis radices, & illitæ parti ictæ auxiliantur.

EX M. VERG. COMM.

QVas hic dolorem lenire tantum Ilicis radices tuſas, & loco impoſitas ait, cæteri remedio eſſe dixerũt. Hic παρηγορυῦσιν, quod ad leniendum dolorem pertinet, inquit, illi ὠφελοῦσιν, quod ad opem remediumq; & ſalutem.

## ¶ De Hæmorrhoi, & Dipſadis ictu. CAP. X.

HAEMORRHOI, Dipſadisq; morſus, uelut immedicabiles a plærisq; maiorũ deplorati relinquebantur. Quare ſi peculiaribus contra Dipſadem remedijs egeamus, cõmunia experiri operæpreciũ erit. Protinus aũt ſcarificatione uti, uſtionem facere, & ſi locus patiat, amputatõe opus erit. Conſequẽter cꝫacerrima cataplaſmata admouere, de qbus ſæpenũero diximus. Nec me fugit, acres cibos maxĩe a ſalſamẽ

tis utiles esse. Meracæ potiones, & lauacra prosunt, quæ subinde interiecto breui spacio assumenda sunt, priusq; morbi genus emerserit: quo semel erumpente, opem ferre non potest ulla medici opera. In ictu Hæmorrhoi eadem prosunt. Insuper quæ in commune opitulantur, ut scarificationes, ustiones, acres cibi, meraci potus, & quæ nunc in Dipsade definiuimus. Quinetiam decocta uitis folia, & cum melle trita. A

EX M. VERG. COMM.

INueniſſe ſe ab antiquioribus tradita Paulus Aegineta, quæ præter ſupra dicta uulneri imponerentur, hæc etiam inquit. In Dipſadis morſu conciſa portulacæ folia ex aceto: Polentam itidem: Rubiq; conciſa cum melle folia. Plantaginem præterea, Hyſſopum, Allium, Elaphoboſcum, Porrum, Rutamq; & Vrticam. In Hæmorrhoi autem hæc ipſa, & præter hæc elixa uitis folia cum melle conciſa. Nec minus Hæmorrhoi ipſius crematum caput in potione datum: aut cum Irino oleo Scordion herbam: comedendasq; in periculo hoc paſſas uuas. Non conuenit deinde nobis in hoc capite cum aliis, quo loco hic ſcriptor ait, διδόναι δριμυφαγίαι χρησιμεύειν καὶ μάλιστα τὰς ἀπὸ τῶν ταριχηρῶν. Illi enim Drimyphagias frequentem in hoc ſcriptore uocem, ad acres tantum cibos contraxerunt. Nos ut eſt communis & propria eius uocis in medicina æſtimatio, ad eas uomitiones retulimus quæ accremento ciborum quæruntur. De quibus actum longius ſecundo uolumine a nobis in Omotharicho eſt.

## ¶ De morſu Hydri. CAP. XI.

SI morſum Hydrus adegit, prodeſt origanum tritum, & aqua ſubactum, lixiuia cum oleo indita, aut ariſtolochiæ cortex, aut quærna radix minutim contrita, & hordei farina cum aqua & melle colliquato. B Bibuntur etiam binæ ariſtolochiæ drachmæ in diluto uino, aut poſcæ cyathis duobus: deinceps marrubij ſuccus, uel decoctum utriusq; cum uino. Fauus recens datur in aceto.

EX M. VERG. COMM.

NOn ſatis certa in hoc capite omnia in græcis ſunt. Pluribus enim locis a reliquorum græcorum diſciplina uariant, quæ hic ſcriptor pro Natricis morſu conſtituit: non tamẽ adeo diuerſa nobis uiſa ſunt, ut mutare aliquid, aut addere placuerit. Illud tantũ monemus, quod Barbarus ait, bibendũ porri ſuccum. &c. nos Marrubij dixiſſe, concordi in hanc uocem græcorum aliorum medicorũ præcepto: qui praſij, id eſt, marrubij, non praſi, id eſt, porri ſucco uti iubent. Potuit ille ſuorum codicum fidem ſequi: nos cõmunem lectionem, & ueterum auctoritatem magis amauimus. Addiderunt græcorũ medici remediis ab hoc ſcriptore numeratis Naſturcium, Aſphodeli ſemen, floremq;, & cum uino fœniculi ſemen.

## ¶ De morſu Cenchridij. CAP. XII.

MOrſis a Cenchridio auxiliatur lactucæ fructus cum lini ſemine illitus, & ſatureia trita, & ſylueſtris ruta, & ſerpyllum cum duodecim haſtulæ regiæ drachmis, & tribus uini cyathis, aut ariſtolochiæ radix. Item cardamomum, & gentiana.

EX M. VERG. COMM.

COrruptũ, maleq; habitum a librarijs aliquot locis caput hoc eſt. Licetq; Pauli Aeginetæ auxilio totum reſtitui poſſet, ſatis tamen nobis fuit pro Cardamomo, quod paſſim in eo legebatur, Cardamon, id eſt, Naſturciũ uertere. Factumq; id eſt, non tam quia ut diximus Cardamo græcus ille ſcriptor manifeſte utitur, q̃ quia hic ipſe ſcriptor in Naſturcio dixerat, ἐρπετῶν τὶ ἴσιν ἀντιφάρμακον πινόμενον. Quod eſt, Potum ſerpentibus remediũ eſt. At Cardamomũ etiam id præſtat. Scimus id quidem: ſed utentibus ad hanc rem Naſturcio aliis in ambiguo, id potius elegimus, q̃d græci alicuius ſcriptoris auctoritate defendi poſſet. Vitiũ ſuſpicati ſumus illic etiã eſſe, quo loco non integræ lectionis notã adiecimus. Credimus emẽ legi quondam potuiſſe ali-

Hosted by Google

C ter eum locū, καὶ ἕρπιλλος σὺν ἀσφοδέλῳ λελειωμένος, ποτιζόμενα δὲ παραχρῆμα κενταυρίου τῆς ῥίζης δραχμαὶ δύο σὺν οἴνῳ κυάθοις γ. Quorū sensus est. Et Serpillū cum Asphodelo tritum. Potiones aūt statim Centaurij radicis drachmæ duæ cum uini cyathis tribus. Nihil nos tamen mutauimus, locum legentibus signasse contenti. Sumusq; ad hoc Pauli Aeginetæ disciplina, & præcæptis usi: qui totum scriptoris huius caput ijsdem uerbis commentarijs suis adscribens & miscens, quo diximus modo totam hanc rem docet.

## ¶ De percussis a Ceraste. CAP. XIII.

SI Cerastes, aut Aspis percusserit, cita partis amputatio suffragatur. Quare sine mora ictam partem amputare, aut scalpro confestim circumcidere, & ijs similia prosequi oportet. Vrentia insuper admouenda. Siquidem uirus hoc ueneno Basilici simile est.

## ¶ De morsu Aspidis. CAP. XIIII.

IIs qui ab Aspide feriuntur, quæ de Ceraste scripta sunt auxilia dari debent. Nam uenenum hoc quemadmodum Basilisci, aut sanguis bubulus, celerrime in arterijs sanguinem cogit

EX M. VERG. COMM.

SEorsum, duobusq; capitibus de Ceraste hic scriptor & Aspide egit, contra q̄ in Græcis alij omnes fecerunt: qui simul de utroq; docuerunt, certius remedia hæc etiam tradentes. Dico autem certius, non quia plura, aut alia, sed quia expohtis remediorum illorum causis & tractationibus, certiorem legentibus totā hanc rem fecisse uidentur. Nos eam relinquimus, non tam breuitati consulentesq;, q̄ quia nihil huic scriptori contrarlum, aut aliud in eis est.

## ¶ De Basilisci morsu. CAP. XV.

D AD Basilisci morsum, ut Erasistratus author est, auxiliatur castorij drachma in uino pota. Item papaueris succus.

¶ Ictuum remedia ita se habent.

EX M. VERG. COMM.

QVæ ab Erasistrato contra Basilici morsum instituta quondam fuisse Diosco. ait, ueteres græcorum medici incerta sibi esse tradiderunt: propterea, ꝙ eorū periculum nunq̄, aut rarissime ab aliquo factum fuerit. Et hæc quidem hactenus. Nobis sane longe plura, & maiore q̄ a principio cogitauimus operis incremento aucta. Dioscoridi uero, & legentium desyderio (tam late tota hæc res patuit, & nos tam multa, quod iampridem sentimus, parum certe diximus) nunq̄ satis futura: nisi uoluntatem nostram magis q̄ officium manes eius amauerint: & qua solent humanitate bonarum artium, & humanitatis professores nostra hæc excæperint: nec quatenus aliquid præstitimus, sed quid conati fuerimus, in honoris & officij censu nobis numerauerint. Reliquimus nos in extremo hoc opere quæ ab interpretibus alijs importune, & contra suam etiam iudicium addita huic scriptori fuerunt. Pro comperto enim nobis est, non esse eius, quæ tam leuiter, superstitioseq; in eis docentur. Relinquimus & quæ aliquando polliciti sumus in ultimo opere, addituros nos esse, Colorū proprias cum suis discriminibus uoces: & antiquorum ponderum, mensurarumq; omnium antiquas rationes: præsertimq; quibus græcorum mensuris & ponderibus antiqua Romanorum, & nostrorum temporum pondera & mensuræ respondeant. Non tamen auferetur, quod nunc non datur. Cogitamus enim ueterum quorundam exemplo, & ex Theophrasti disciplina, de floribus commentarium, in quo certior Colorum omnium, in natura sumptis ab ea exemplaribus, ratio & historia tradet. Adijcieturq; illi quod ad pondera illa, & mensuras pertinet. Nunc enim ampliore uolumine librarios & legentes defatigare, uisum non est.

¶ Finis LIB. Noni.

Hosted by Google

QVAE SEQVVNTVR, NON VIDEN-
tur esse Dioscoridis.

¶ De Rhamno.

Rhamnū, si quis eruat silente luna, & secū ferat, contra uenena, & improbos hoīes proderit. Pecoribus iuuādis appendit. Nauigijs circūponi solet. Valet cōtra capitis dolores, & laruas. ῥάμνος

i. phantasmata

¶ De Artemisia.

Artemisiam hærbam, si quis teneat dum iter facit, lassitudinem discutiet: & si in pedibus ferat, bestias, & lemures abiget. Si sanguis circa artus cōaluerit, ramulos ex rosaceo in olla ferue facito, & locum totum oblinito, cum somno indulgendum est. Strangulatui uuluæ mirum in modum auxiliatur. Vrinæ stillicidia, & opisthotonum leuat. ἄρτεμισία

¶ De Pentadactylo.

Pentadactylū, si qs circū corpus portet, nullo dolore afficiet. Oculos, strumas, callosos tonsillarq; tumores, uuā, articulos sub lingua, neruorq; dolores, & dentes, psorā pernicialī fame cōtractā iuuat. Remoratos a partu mēses ejcit. Infusa manibus ex aqua tepida cōtra terrores, fascinū, & laruas mirū in modum cōmendatur. Vellito hærbam cum luna crescit oriente sole. πεντάδακτυλος

¶ De Verbenaca.

Verbenaca recta genitale intendit, sed supina exiccat. Recta appensa, doloribus oculorq; auxiliat. Contra hebetudines eorundē & capitis dolorē efficax est. Trita ex aceto, lassitudinē refi cit. Strumas, callosos faciū tumores statim discutit. Febriū horrores sanat, si qs solū ex aduer so stans ramulos tenuerit. περιστερά

¶ De Dictammo.

Dictammū siccatū manibus terito, & redigens in farinā adiecta uini stilla corpus tangito. Si quidē contra oēs serpentiū iniurias auxiliatur. Vlcera, & putrescentes nomas præpurgans ex plet. Adactis corpori aculeis oblinit, ut p̄senti sit auxilio. Ad lienē, et in abditis locis uitia inflāmatione turgentia, redactū in farinā illinito. Hærbā uere, magnis æstibus, autūnoq; eruito. δίκταμνος

¶ De Saluia.

Saluia singultū, tussimq; discutit. Omnibus malis ulceribus cum cæra & rosaceo sumpta auxiliat. Lienis dolorē, dysenteriāq; pota cū uino albo parī modo sanat. Sanguinē excreantibus, potu medet. Ad extrahenda uuluæ onera efficax est. Pessimæ mulieres pessum ex ea subjciūt, ut partus excutiant. ἐλελισφάκος

¶ De Cupresso.

Cupressus hęrba cōtra raucedines auriculasq; pdest. Induratos tōsillarq; tumores, aquā incutē, & coxendicū cruciatus p̄sanat. κυπάρισσος

¶ De Centaurio.

Centauriū contra inflāmata uitia, & pulsantes ictus ualet. Fœminis uuluæ malo laborantibus auxiliat. Stillicidijq; urinæ, calculorūq; torm̄ta leuat. Hærbam uere oriente sole legito. κενταύριον

¶ De Buphthalmo.

Buphthalmū crescente luna legere oportet. Facit aūt contra pauores, laruas, & mala medicam̄ta, fascinationes, ut pote cū eas auertat. Radicē si quis mandat, dentē expuet, fluctionēq; cōfestim sistens auxiliat. Quin & uentrē resoluit. βούφθαλμος

¶ De Pæonia.

Pæonia hærba per æstus caniculæ ante solis ortū uellit, appensaq; cōtra uenena, fascinū, pauores & laruas, pdest. Itē contra febrē cū horrore uenientē, diurnā nocturnāue, & aduersus tertianā. Prodit lemures a mōte in q̄ nascebat fugasse. παιονία

¶ De Moly hærba.

Moly hærba si secta radice feratur, ueneficiorum & fascinationis amuletum est. μῶλυ

¶ De Marina quærcu.

Marinā quærcū, cū rosaceo & oleo misceto, & facie illinito cū ad negocia te cōferes. Vegetiores reddit pueros imo uentri appensa, & ad arcēdos pauores nocturnos manu teneto. Cōtra fascinū, & oia maleficia, pdest. Corpus tuet. Cum em fascinātes recedūt, arescentē ramulū occludit: & cū ppius accedūt, aperit.

¶ De Chrysanthemo.

Chrysanthemon, si terra ante solis ortū eruat, & collo appendat, ueneficas mulieres, oēisq; fascinātes amolit.

¶ De Erysimo.

Erysimon cū uino tritū, aduersus uentris dolorē bibit. Si qs grana septē domū ingesserit, rixæ & iurgia concitabunt.

¶ De Elleborine.

Elleborine aliqbus Epipactis, alijs Borion dicit. Frutex est exiguus, minimis foljs constans. Bibit contra omne uenenū, & iocineris uitia. τέλος.

¶ ARGENT. APVD IOANNEM SCHOT-
tum librariū, 18. Augusti, Anno Christ. M. D. XXIX.

Chartarum numerus, præter Indicem, 187.

Hosted by Google

# INDEX

## VOCVM

ferè omnium quæ passim in COROLLARIIS Hermolai Barbari, Annotationibus M. VERG. ipsiusq; DIOSCORIDIS Simplicium descriptione continentur.

Hosted by Google

Io. Schottus Librarius Lectori. S D.

POlliciti sumus Lector candide, idq; ab ipso Operis nostri frontispicio, binos Indices, quod ingenue quidem fatemur. Verum ut est sapientis, pro tempore mutare consilia, longe melius compendium in animum subijt, ut duos, in unum contraheremus: nõ tam ut tibi uestiganti singula quæq; obuiam, & ob oculos essent, q̃ ut pensi quoq; nostri finem felicius adsequeremur. Id ut boni consulas, rogamus. Vale.

¶ Litera A.


ABACVS 317 a
Alabandicus 335 c
Abies duplex 62 c
Abietarij 62 c
abrotonum ibi. d 162 a
absinthium 161 a b
absinthij genera eo. c
absinthium marinum eo. b c d
absinthium Santonicum eo. c d
Acacalis 49 b c
acacia 55 c
acanthos ibi. 158 c d
acantha 92 a 158 c d
Acani 115 d
Acantha leuce 159 b
acanthica mastiche 224 a
acanthium 158 b
acanus seminalis 224 a
acarna 190 b
Accipenser 103 c
Acesa insula 321 c
acessis 317 c
acetabulum 142 d. 285 b
acetaria 142 d
acetum 297 d. 298 a b
acetum mulsum eo. b c
acetum scyllinum 299 b c
acetum stychadicum 303 a
Acherois 45 d
Acherusion ibi.
achillea 223 a
achrosyalos 320 b
achudon 68 d
Achy 7 b. 69 d
achyra 68 d
acida muria 298 d
acinea 169 d
acini 64 b
acinoë 169 d
acinos ibi.
acis 64 b
Acocion 95 b
aconia 333 d
Aconitum 239 d. 240 a b 345 a b
aconitum alterum 240 b c
aconos 169 d
acorma 190 b
acorus. um. 2 a b
Acridophagi 92 b
acris eo.
acrodrya 66 b
Actĕa 279 c
Acylon 59 c. 71 c
Adamas 104 a
adarce 331 a
Adeps 100 d. 102 b c
adiantos 258 c d
adianti miracula ibi. & 259 a
adianti genera eo. b
Adipion 68 c
adipsos 61 c
Adnata 139 b
Ador 110 a
adorea ibi.
adoreum ibi.
Adorei quatuor discrimina ibi.
Adrachne 71 b c
Adustio 354 d
Aedęon 89 d
Aĕra 113 d
aeromel 16 a c
aërizusa 336 a
Agallochum 7 c d
ægis 35 c
ægidion 64 b
ægyluros 207 c
ægylops 260 a b c d
ægolethros 106 b
æmalea 104 a
æmation ibi.
æris coctura quatuor parit 323 d
æris flos 310 d
æris species 311 c
ærugo rasa 311 d. 312 b
ærugo scolecia 312 b c d
ærugo aurificij eo. d
ærugo ferri ibi.
ærugo uermicularis ibi.
æs inauratum 320 b
æs ustum 310 c d
æthyopis 149 a
æsculus 59 b
æsculetum ibi.
æthal 34 c
æther 108 c
ætites 336 b c
ætitis genera ibi. c
Agaricum 151 b. d
ageroton 231 a
agne 56 b
agnelęta 57 d
agnos 56 b. 49 d
agonos 56 c
agria 44 b
agriandrys 58 d
Agricosal 327 c
agrifolium 75 c
Aiuga 212 a b
aiuga altera 210 a
aizoon 244 c d
aizoon genera ibi. & 245 b
Alabandicus 335 c
alabaster 328 c
alabastrum 335 b
alabastrus ibi.
alabastrites ibi.
alapathron 120 c
alarea 72 a
alaria ibi.
albucus 143 b. 50 b
alburna 102 c
Alcea 209 d. 210 a
Alcyonium 330 c d
Alæ 339 b
alec 86 c
Alecula 87 c 86 c
Alectorolophos 231 d
Alex 87 c
Alga maris 247
Aliata 109 d
alicacabus 237 d
alicariæ 229 a
alima 21 c
alipenon 58 c
aliptes 24 c
alipaston 102 b
alison 189 c
alisum 210 d 211 a
Allectoris 91 a
allectryenæ ibi.
allectryon ibi.
allium 135 b d
Alemani 23 b
almyris 50 a
aloe 160 b c d
aloidarium 63 a. 160 d




Hosted by Google

aloemon 21 c
alopeca 89 b
Alphita 108 c. 109 d
Alsine 244 b
althea 121 c. 209 b c d
Alumen 324 c d. 325 a b c
alumen scissile 325 b
aluminis genera ibi.
alus 215 d
alosus 327
alutarij 90 c
alutamentum ibi.
Alysson 189 b c
Alypon 281 b c
Amala 96 d
amaracus 26 d. 27 a
amaracinum duplex ibi.
amara 46 b c
amarice 48 c
amamelides 71 b
amaracus 168 c d
amaranthus ibi. 230 b c
Ambrosia 197 d. 198 a
ambra 46 b d. 47 a
Amellum 23 a b
amentum 60 d
Amiantus lapis 335 c
Ammi 176 d. 177 a
amilla 23 b
ammium ibi.
ammoniacum 187 a b
Amomis 9 d
amomum 60 c d
amorgis 56 a
amorgynæ ibi.
Amurca 55 d
Ampelopraſum 134 d
amphibia 160 d
amphicaustis 209 d
ampelitis 339 c
amphisbenæ ictus 356 c
Cura eius 360 d
Amygdalus 71 c
amygdalæ ibi.
amylum 113 d. 114 a b
Anabasis 227 b
anagallis 147 a b c d
anacacabea 69 c
anacacabos ibi.
anacollia 177 c
anatis 104 a
anatum differentiæ ibi.
anagyris 210 b c
anagnostis 272 d
anarrhinon 457 d
anchusa 219 d. 220 a b
anchusæ genera 220 a c
anchusa alia 220 b c
anchusa tertia 60. c
Andrachne 71 b
androsace 205 b c
Androsemon 211 c
androsemon duplex ibi.
andrachon 239 a
andraclon ibi.
andracelon ibi.
androdamas 324 a
Anemo 146 b
anerectos 108 c
anethum 176 b
anisum 175 d
Anguium senectus 82 d
Anonis 159 a
anosteos 78 d
Anthalion 206 b
Anthemis 60.b d. 140b
anthemidis genera 60. d
anthema ibi.
antheles 48 a
antherices 108 a
antrhacidæ pisces 327 c
anthyllis 206 b
anthias 102 c
anthrenæ 106 b
antinoius 251 d
antispodos 310 b
antitora 192 b
antirrhinum 257 d
antitaura 192 b
Apalos panis 108 b
aparathe 71 c
aparine 189 a
Aper 90 b
Aphenum 7 c d
ἀφὴ 17 d
aphroditarium 63 a
apharca 71 b c d
aphritis 87 c
aphros ibi.
aphrya ibi.
aphryæ ibi.
aphyæ ibi.
aphaca 133 d. 134 a
aphia 134 a
aphonitrum 329 b
aphroniteum 328 c. 329 b
aphroselenon 335 d
aphurca 71 c
Apium 366. 178 a b
apia 68 c
apios ibi. 280 a b
apiastrum 145 d. 193 d 194 a
apimelis 71 b
apinthium 161 b
apludæ 109 d
Apochyma 40 b
apocynon 86 242 b
apocrypha Dioscoridi annexa. folio ult.
apollinaris 235 c. & seq.
apollo myriceus 49 a
apospermatismus 320 b
Appendix spina 158 d
appherema 109 d
Apum ictus cura 358 d
aposspongismos 331 d
Apraginosis 64 c
Apteros 52 b
Apuas 87 c
apulas ibi.
Apyrena 62 d
apyrenon ibi.
Aqua 296 c d
aquarum discrimina ibi.
aqua marina 297. b c
aqua mulsa 295 c d
item folio 296 b
aqua frigida 350 d
aquifolium. ia. 202 d.
item folio 59 d
aquiceli 36 b
Arabis 137 b
arabus lapis 334 d
aracus 115 d
arachnion 57 d
araneus 95 a
araneorum genera ibi.
Arbores resinam ferentes sex folio 35 d
arbutus 71 a
arbuti genera ibi.
Archemora 57 d
arction 249 b
arcton ibi. & c
Arenga 86 c
Argemone 146 c d
argemone altera 147 a
argentum uiuum 150 b
item folio 320 a b c d
argenti uiui genera 320 d
Argyrion nama Chymistarum folio 325 d
Aria 44 b. 311 c
arinca 111 c d
aris 142 c
arisarum 142 c
aristæ 108 a


Hosted by Google

Ariſtolochia rotunda 151 d,
item folio 153 a
ariſtolochia longa 153 d
ariſtolochiæ genera eo. a
Armamentarij 47 c
armenius lapis 318 b
armillini 97 a
Aron 141 b. 142 b c
Arſacus 44 c
arſenicum 324 a
Artemiſia 197 b c. 207 b
artemiſia tenuior eo. d
artemidorus 250 c
artheredones 106 b
Aruina 102 c
Aſarum 5 d. 6 a b
aſarus 142 c
Aſcion chalcon 311 a
aſclepias 189 c
aſcyroides 211 c
aſcyrum eo. b c
Aſſius lapis 332 c d
Aſphalatus 12 c
aſphaltus 40 c
aſphaltites ibi.
aſphodelus 143 a b
aſparagus 124 b c d
aſperugo 271 c
aſpidum genera 81 d. 357 c
aſpidis ictus 357 b
Cura eius 361 c
aſphenium 205 c d. 2 a b
aſpris 59 c
Aſſulæ 11 a
Aſtacia 72 a
aſtaphus 267 c d
aſtaphylinum 174 b
aſterius 95 b
aſter 253 c d
aſtorgion 95 b
aſtragalus 93 b. 232 a
Attacos 92 a
attaga 103 d
attagenus ibi.
athea 121 c
attega 133 c
attelabis 92 b
Athera 111 c d
ateramnon 116 c
ateramna ibi.
atiniæ 46 b
Atractylis 190 a b
atramentum ſutorium 321 c
d. item folio 322 a
Et differentiæ eius ibi.
atramentum metallicum 323 a
Atriplex 121 e d
Atharathrion 111 c
atramentum librarium 340 a b
Aureon 50 a
auricula muris 149 d
auricula muris altera 150 a b
Auena 260 a b
auripigmentum 324 a,
item folio 350 a b
Axinomantia 334 a
axos 350 d


## ¶ Litera B


BAccæ lauri 44 d
Bacanum 119 c
bacchar 170 b. 5 d
baccharis 170 b c
bacteria 47 c
Badrya 70 d
Baius 61 d
Balanus myrepſica 269
c. item folio 270 a
balani ſardinianæ 60 b
balani 61 d
balis 266 c
balithum ibi.
balauſtium 67 b
balauſtia ibi.
ballote 193 c d
balſamodes 7 c
balſamum 11 b d
balſami genera eo. d
balſamina 273 c
baltheus 102 b
Banchus piſcis 88 c
Baptiſecula 201 d
Barathon 42 d
barbula hirci 132 d. & 133 a
barba Iouis 229 c
barbaria 46 a
barbari ibi.
bardones 93 d
barython 42 d
Baſiliſcus 83 a
baſiliſci morſus 357 c d
Cura eius 361 d
Batis 126 d. 44 c
batos 223 b c
batos Idæa 15 c
batrachos 85 d
batrachos halica 86 a
Bechion 197 a
bechionis genera ibi.
Belenion, um. 16 a
Bentelis 16 c
Berberi 79 c
berberion ibi.
bellis 266 c
bellio ibi.
Beta 123 b c
betæ genera ibi.
beta ſylueſtris 218 b
betonica 212 d. 213 a
betylus 123 c
Bia 104 a
Biblos 48 b c
Bilis 103 c
bilis duplex ibi.
bilis flauæ genera ibi.
Bitumen 40 c
bitumen ex fulmine 40 d
Blachnon 284 b
Blaſtus muſelitis 7 c
Blatta piſtrina 88 d
blattarum genera ibi.
blattaria 248 d
Blechron 164 a
blethrum 284 c
Bliton 121 a b
blitomama ibi. a
Boăcæ 86 d
boëcæ ibi.
bolbiton 121 b
boletus 243 a
bolita ibi.
Borrago 256 c d
Boſmorus 112 b
Botis 126 d
botrys 198 b
Brabyla 78 d
Braſſica 122 a b c d
braſſicæ genera eo. b c
braſſica ſylueſtris 123 a
braſſica marina eo. h
Bredon 93 c
bregma 138 b
bretanica 213 b
Bria 48 c
Bromus 112 a. 260 d. 261 a
Bruchus 52 b
bruſcandula 124 d
brutia 39 b
Brenthiæ 130 b
bryon 13 a. 45 d. 59 c
bryon marinum 247 b
bryonia 282 d. 283 a b c d
bryton 110 b
Bubleton 121 b
bubonios 255 a b
Buceras 114 d
bucheides 103 a


bdellium. 32 a.

Hosted by Google

Bbuccina 78 c
Buffo 86 a
Bugloſſa,os. 256 a b
bulbina 143 d
bulbus uomitorius 143 b. 269 c 270 d
bulbus cibarius 143 c
bulborum genera eo. d. 144 a
Bumelia 45 b
Bunias 119 a
buni 329 a
bunion 120 d. 121 a. 255 a b
Bupreſtis 94 c. 343 c
buphthalmus 207 b c
Butomus 207 c
butyrum 98 d. 99 a
Byrſodepſicon 325 a
byſſos 208 d. 209 a


## ¶ Litera C


CAcabis 103 d
Cacabos ibi.
cacalia 14 a 254 d. 255 a
Cadmia 307 d. 308 a b c d
cachrys 46 b. 60 d
cadmiæ colores 308 b
caddiſcus 257 b
cactos 241 d
Calais 336 c
calainus color ibi.
calamintha 166 a b
calamites 86 a b
calamochnus 331 a b
calamus odoratus 10 c d
calamus 47 b
calamus Indicus 332 b
calcifraga 281 d
caliſtephanos 58 d
callielea 58 a
callichthys 103 c
callimus 336 c
calx 330 b. 328 d 330 a
Camatias 108 a
cammata 44 b
cammatida ibi.
cammari 87 c
Campa 94 a
campæ ibi. 78 a
campanæ 40 a
camphora 21 c
camptauli 47 d
Cancanus 14 a
cancanum 13 d
cancer 80 d
canchryæ 110 a
canchry 181 d. 182 a
Candidum oui 91 c
candaulos 111 c
candylos ibi.
Canicæ 108 c
canis ponticus 85 b
canis marinus ibi.
carnis rabioſi ſigna 353 c d.
item folio 354 a
Contra canis rabioſi morſum remedia 354 b c
Cura uictus idem in morſu canis rabioſi 355 a b
canirubus 51 a
Canna 47 c
cannabis ſylueſtris 210 a
cannabis ſatiua eo. b
cannabus ibi.
Cantharus 94 c
cantharides eo. b c. 342 d
item folio 343 a b
cantharidum genera ibi.
cantharis 109 a
cantherij equi 89 b
canthelij ibi.
canthelei ibi. c
canthonæ ibi. c
Caper 90 b
capis 44 b
capnos 250 b c. 92 d
Capra 90 b
caprificatio 75 c
capriſcus 85 c. 221 d
Capparis 144 d. 145 a b
& eius genera ibi.
capparoculæ 79 b
Cara 176 a
Carbaſa 217 d
Carbaſinus color 217 d
carbatinæ ibi.
Carcinos 80 c
Carcheſium poculum 87 c
Cardamon 9 a
cardamomum 3 c d
cardamomi genera eo. d
cardia 4 d
carduus 155 d. 117 b 158 a
Carea 72 b
Carides 239 d
caries lignorum 46 c
carion myriſticon 46 a
Carmaſinus colo 217 d
carmes ibi.
Caro 16 c. 176 a
caron ibi.
caros ſylueſtre 3 d
Carpaſium 262 d
carpaſi ſuccus 346 c
carpeſium 262 d
carpæ 58 d
Carpinum 38 c
carpatinæ 217 d
carpiſculus ibi.
carpophyllos 263 a
carphos 114 d
carpum ibi.
Carthamus 19 d
Carubum 78 d
carubulum ibi.
carus,um. 178 a
Caryon 72 b c
caryophyllos 138 c. 170 c
caryotidum genera 61 d
Caſeus 98 b
caſeorum geuera eo. c
caſeorum differentiæ eo. d
Caſſia 7 b. 8 b. 48 b
caſſia fiſtula 8 b
caſſia cathartice ibi.
caſſia myrrha ibi.
caſſia ſiliqua ibi. c
caſſia lignea ibi.
caſſiæ genera 277 d
Caſtanea 59 a. 60 a b
caſtanearum genera eo. b
caſtor 14 c. 85 a b
caſtoreum 85 c
Catacharce 258 a
catacecaumene 294 a
cattyma 90 c
Caucalis 14 a. 131 c
caulias 284 d
Cedrælion 43 d
cedria 39 b. 43 b d
cedrus 43 a
cedri genera ibi.
cedrelate ibi. & d
cedris eo. b
cedromelon 68 b
cedrula ibi.
cedrium eo. d
cedrea ibi.
cedrites ibi.
cedrinus liquor ibi.
Celeſter 51 d
celtica ſpica 5 b
celtis 69 c
Cenchridæ 113 a
cenchri morſus 357 a
Cura eius 361 b
centaurium magnum 154 a b


Hosted by Google

Centaurium minus 154 d
item folio. 155 a
ccentaurea 154 a b
centipedes 81 b
Centuculus 199 a. 215 b
Cepa 134 d. 135 b
ceparum genera 135 b
cepæa 210 c d
cephalo 61 d
Cera 107 a
ceræ confectio eo. b
cerana 70 c
ceranthemos 193 b
ceras 93 d
cerasbolon 116 c
ceraſtes 75 b
ceratophyllax 218 c
ceraſtę morſus 357 b
Cura eius 367 c
ceraſia 64 d. 65 a
ceraſus ibi. 65 a
ceraſorum genera ibi.
ceraſa amaraſia ibi.
ceratia eo. b c
ceratonia eo. b c
Cercis 210 a
Cerea 5 d
cereia 60 b
cerebellum gallinaceum 90 d
cereum 107 c
Ceribia 108 c
cerinthe 193 c
cerinthus eo. b c
Ceroma 17 d
ceromata 21 c
ceronia 65 b
Ceruleus lapis 138 b c d
cerulei genera eo. b c
cernas 93 c
ceruiocellus 179 d
ceruſa 348 c d
ceruſſa 316 c d. 317 a
Ceryx 78 c
Ceſyphum 52 d
ceſtrum 213 b
Chalaxia 334 d
chalcan 207 c
chalcis 96 b
chalcidica ibi.
chalcanthos 312 a. 311 a
chalcanthum ibi.
chalcanthum uiride 323 c
chalcitis 322 b. 325 b
chalceus piſcis 327 d
Chamæ 29 c d
chamarum genera ibi.
Chamæ Platani 45 a
chamęlęa 19 d 277 c d.
item folio 278 a b
chamæleon albus 155 b
chamęleon niger eo. d. 156 a
chamæceraſi 65 a
chamerhaphanus 119 d
chamædrys 191 c
chamæleuce 197 a. 255 c
chamæzeleo 225 d
chamæryphes 241 d
chamæciſſus 255 c
chamædaphne 263 d,
item folio 264 a
chamæmalum 206 d
chamæſyce 276 c
chamæzolon 62 b
chamæpytis 212 b
Characias 273 b c. 275 a b
charadranos 227 b
charites 41 d
charma 193 a
charmi 217 d
Cheiri 254 b
chelidonia 148 d
chelidonia minor 149 a
chelidonius lapis 93 b
chelones piſces 88 c
chelonia 140 c
chenes 102 d
chenobolcion ibi.
chelidonia phragnites 250 b
chenopus 170 a
Cichria 109 b
chidros ibi.
chironias 55 a
Chole 103 c
chondros 112 a c d
choridiola 320 c
chorus Aphrodiſias 2 a
choroni 64 b
Chrima 21 c
Chriſma ibi.
Chroma 26 d
chromaſius color ibi.
chryſocollæ genera 317 d
Chryſocolla 150 b c. 312 d 85 d
item folio 317 b
chryſobalanus 61 c
chryſocoralium 79 d
chryſocome 239 c d
Chryſanthemos 230 c d
chryſogonon 229 d. 230 a
chryſomela 66 c
Chydræ 64 b
Chymiſtæ 320 b
chymiſtarum uanitas 320 c
chymiæ ſcriptores 325 d
Chydon 16 d
Ciboris 87 c
ciborium 116 d
Cinnamomis 9 c
cinnamomum 8 c
cinnamomi genera eo. d. 9 b
cinnamomū moſylicū 8 d. 9 a
cinnabaris 319 b c
cinera 157 a
Cimbalaris 245 c
Cimices lectularij, & plantarum 88 b
Cimolia 338 d. 339 a
cinerula 310 a
Cinis foci 330 c
cinis farmentitius ibi.
cinaura 102 b
Cicadæ 92 a
cicer 115 b c
ciceris genera eo. c
cicercula, um. ibi. 321 a
Cices 62 b
cici 272 c d
cica ibi.
cicatrix 14 a
cicuta 346 a b. 240 d 141 a b
cicutæ genera 241 b
cicum 63 b
cicures ibi.
cicurij ibi.
cicerbita 227 b c
cichorium 128 b
citreoli 129 d
cicutaria 198 c d
Cion 272 c d. 78 d
cionion 78 d
Ciphilion 241 d
Circæa 190 c d
Cirri 285 b
Cis 272 d. 326 b c
Ciſtus 52 a b
ciſtos eo. d
ciſtaros ibi.
ciſſus, os. ibi. & d. 148 c
ciſſanthemon 140 c
ciſſophyllon ibi.
ciſſeris 326 b
ciſſybon 148 c
Citron 7 c
citrus 67 d
citromela ibi.
citrinum pomum ibi.
citrea mala eo. c d
citrago 194 a


Hosted by Google

Citynus 63 b
citynum ibi.
Cleonia 15 c
Clinopodion 190 d
Clematis 214 d. 215 a. 282 a
clematis altera 215 a b
Clymenos 216 d. 217 a
Cnacon 286
Cnicus 19 d. 285 a 286 b
cnipes 46 c
cneoros 277 d. 278 a
cneſtron ibi.
Coagulum 100 b c
Cocalia 80 c
Coccalus 36 b
coccalus 157 d
cochleæ 80 b c
cochleis eo. c
cochlax ibi.
cochlia ibi.
cochlearum genera ibi.
cochleare 142 a
coccinea ueſtis 218 a
coccomelea 70 c
coccomelos ibi.
coccos 275 e
coccus 327 b c
Codia 225 b
Codymalon 66 b c
Cœle 10 b
Coggigrya 70 c
Coicina 227 d
coix ibi.
Colchicon 243 c d
colocynthis 28 c d
collection 58 c
Colocaſia 116 d
Colorum ratio duplex 318 d
color melinus 339 b c
color paretanius eo. c
colores floridi 318 a
colores auſteri ibi.
color ſanguineus 319
coloſtræ 97 c
coloſtrati ibi.
coloſtratius mons ibi
coloſtrum, a. ibi.
coloſſinus 140 c d
Columbarum genera 104 d
columbaris 231 b
colluthra 116 a
colymbades oliuæ 58 a b
columbarium 78 d
columnarium ibi.
colythra 75 a
Colybus 115 d
colybiſta ibi.
Comaros 71 a
comaron ibi.
Comites 47 b
comaris 335 d
Conchis 116 c
conchylium 79 d
Condylos eo. d
condrilla 128 c d
Congros 57 c
Conia 76 a. 330 c
coniaſis 319 d
coniatæ chriſiæ 20 c
conis 17 d
coniſalon 17 d
coniſterium ibi.
Conos 36 b
conum 38 d. 39 c
connarus 50 c
conſecratrix 1 a c d
conſiligo 111 b
conſperſio 102 b
conuoluolus 215 b
Conyza magna 200 a
conyza parua eo. b
conyza tertia ibi.
Coptica fidelia 53 d
Corallium 331 d. 332 a,
item folio 147 c
corallius ibi.
coralis ibi.
coralij faſtigia duo 332 b
Corchorus 147 c
Cordylon 175 c
cordumeni 3 d
Corianum 177 a b
coriandrum ibi. 345 c d
corion ibi.
coris 211 d. 212 a
Corma 110 b
Cornea 64 c
cornoceraſium 65 a
cornus 70 a
cornus indica ibi.
cornopæ 92 b
cornu ceruinum 93 c. 94 a
Coroneola 54 b
coronarum genera 64 b
corona eo. c
corolla ibi.
Coroneola 51 a
coronopus 127 a b.
corruda 124 d
Corſion 251 d. 252 a
Cortex thuris 33 d
Corylus 73 a
corydalis 92 d
corydylis ibi.
corymbia 283 a
corymbus ibi.
corythalion 57 d
Coſmoſandalos 64 b,
item folio 232 c
Coſtus 9 d
coſtus trifarius ibi.
coſti tria genera 10 a
Cottabis 34 b
cottabus ibi.
cottabica ibi.
Cothon 115 b
Cotinos 57 b. 58 a
coronea 66 b
Cotes 317 b
coticula ibi.
cotula 207 a. 215 d
Cotyledon 245 c
Courmi 110 a
Crada 75 b
Crambe 122 b. 123 a
crambalea 122 b
crambus 287 a
Cranius 70 a
Cratæogonum 202 c
cratægos ibi.
cratæogona ibi.
Creocaccabos 104 a
Crepis 169 b
crepula ibi. 251 a
Cremes 14 a
Cretura 108 c
Cremor lactis 97 c
Cribana 108 d
crithanias 109 c
Crina 24 c
Crimnon 110 d. 111 a
Crinonia 193 a
Criſion 253 b
Crithmum 116 c d
criſpina 50 d
Crocum 14 c d
Croci genera eo. d
crocotula 170 c
crocus farracenus 286 a
crocomagma 15 b c
crocodilos 156 b. 96 c
crocodilea 105 a
crocodilina ibi.
crocodilitis ibi.
Crotones 18 d
croton 57 c
Crymodes 111 a
Crucialis herba 189 c


Hosted by Google

Crucialis herba 189 c
Cyaneus 318
Cyanios 116 b
Cyanus 201 d. 318 d
Cydyomalon 66 c
Cyclaminus 140 a b c
cyclaminus altera eo. c d
item folio 141 a
Cyllastis 108 c
Cyma 122 c
cymbium 148 c
Cynocrambe 242 c. 286 c
cynoctonos ibi.
Cynopa 120 d
Cynomaron 156 a
cynomoros 242 c
cynomorphos 14 c
cynorhodos 51 d
cynorhoda 54 b
cynomyæ 272 d
Cynogloſſos 256 d
Cynosbates 256 d
Cypariſſias 274 a
Cyperus 3 a. 10 b
Cyperus indica ibi. b
Cyperis ibi.
cyperida ibi.
Cypirus 2 d. 3 a c
cyphi 14 b c
cypſellæ 17 d
cyprus 51 c
Cyribia 108 c
Cyſteolithos 336 d
Cytinos 52 c
cytiſus, um. 251 b
Cubebæ 262 d. Cuci 272 c
Cucurbita 129 a b
Cucumer ſatiuũ eo. c d. 267 b
cucumer ſylueſtre 366 c
Cucurbitula 380 c d
cucumis ibi. c
Culmus 108 a
Cuminum ſatiuum 176 b c
cuminum ſylueſtre eo. c d
Cuniculus 83 d
cunila 167 b c
cunila gallinacea 163 a
item folio 167 b c
cunilæ genera 200 b c d
item folio 201 a b
Cunilaginis genera 200 a
Cupreſſus 41 b c d
Curallium 332 a

¶ Litera D.

DAma 93 c
Damale 102 d
Damalis 102 d
Damalion ibi.
Daphnitis 7 b c. 8 a
daphnois 7 c
Daphnides 44 d
daphnoides ibi.. 263 c d
daphnococci ibi.
Darcas 7 c
Daſiſpodion 83 d
Daucus, um. 131 c d. 174 b
c d. item folio 180 c
Daucorum genera plura ibi. c
item folio 180 d
Delphax 89 b
delphinum 180 b
delphinum alterum 181 a
Demos 102 b
Dendroides 274 b
dendrolibanus 33 d
dens caninus 90 c
Derceumenos 83 d
Detis 135 d
Dialptarion 51 d
Diacheron 12 d
dialeucon 15 a
diaphanes 330 b
diaporphyron 13 a
diaxylon 12 c d. 13 a
dictamus 164 a b c d
dactamus Cretica ibi.
diglaucion 187 d
Didalis 110 a
Diphryges 523 c d
Dios balanos 72 d
dioſpyros 208 b. 64 d
Dipſas 81 d
dipſacum 156 b c d. 12 d
dipſadis morſus 357 c
Cura eius 360 d
Diſcus Solis 320 b
Dolichus 317 d. 262 a
domiporta 80 d
dorcis 13 b
dorcidium ibi.
dorx 93 d
dorcas ibi.
doryon 238 a
dorycnion ibi.. & b. 344
& ſequenti.
doſſuariæ pelles 97 a
draba 137 b
Draco marinus 81 a
dracuuculus 141 a b c d
dracunculus paruus eo. c d
item folio 142 a
Dropax 136 c
Droxanus 188 c
Druini morſus 356 d
Curacius 360 d
Drunculi 242
Druppa 16 d. 20 c
Dryos 58 d
dryopetes 86 a
dryopteris 285 c d
Duracina 90 d

¶ Litera E.

EBenus 53 b c
Ebeni 58 c
Ebur 93 b. Ebulus 279 b c
Ecidion 85 d
Echis 81 d
echidnæ ibi.
echios 220 d. 221 a b
echios genera 221 a b
Echinus marinus 77 b
echinorum genera ibi.
echinometræ ibi.
echneis ibi.
Elaphoboſcus 179 d
elaphon 93 c
elanæ 60 a
elata palma 22 c
elaterium 226 d. 227 a b
elatine 224 d. 225 a
Electrum 46 d
Electri genera ibi.
elegia 47 c
Eleomel. 16 a b
Eleos 57 d
eleoſelinum 178 c
eleothrepton ibi.
elelisphacus 165 b
Elleborum album 264 b c d
elleborum nigrũ ibi. & 265 a b
eleogaron 87 d
Elephas 93 c
elephantus ibi.
Elymæus 31 d
elymæi ibi.
elydrion 286 a
Embaſis 47 d
Embrion 46 c
empetron 281 d
Encardios 61 d
Encephalos eo. d
enorchos ibi.
Enula campana 15 c
enoplion 47 d
enthæmon 58 c
Epalelima 21 c
epargos 38 c
Epatica. 229 b


alias 18.



Hosted by Google

Epecla 44 b
ephemeron 244 a b. 244 b
ephemeron duplex 243 c d
Ephialtion 208 a
Ephthon 322 a
Epidormiſmata 44 b
epidiphnides ibi.
Epimelis 69 b
epimelon 71 b
epimelida ibi.
epimedium 218 d
epimetron 169 d. 170 a
epipactis 250 a
epiſpaſtron orchomenium 48 a
epipetron 169 d. 170 a
epithymbrum 167 b
epithymbiton 92 d
epithymum 98 c. 166 d
item folio 281 a b
epityum 58 b
Equiſetum 226 d. 227 a
equiſetum alterum 227 b
eranthemon 206 d
eretria terra 338 b c
Ereſios 57 d
Ergaſima myrrha 29 d
Erica 49 a
ericeum mel ibi.
erinaceus terreſtris 77 c
erinos 221 d
eritimus 327 d
erithinus ibi.
erigeron 246 d. 247 a
eruca 131 d. 94 a
eruca pinorum 343 b
Erufilia 118 a
eruum 117 d. 118 a
Eriſiſceptron 12 c
erythacus 44 c
erythros 61 b
eryſimon 137 b c d
eryngion 159 d. 160 a
eryngiatum ibi.
erythrodanum 208 d
Eſcharulæ 106 d
Eufragia 218 a
eupatorium 225 a
euphorbium 286 b c
euphorbia ibi.
eumphalos 53 d
eupreros 259 d
exhalme 60 d
exaliptes 21 c
exalburnare 102 c
exalburnatum robur ibi.
Excantare 152 b

¶ Litera F

Folium ſylueſtre 7 a
Flos achaicus 14 a
Flos ſyriacus ibi.
Flomus 15 c
Fuligo 34 c
fumus ibi. d
fuliginis compoſitio ibi.
fuſternæ 36 b
fuligo Reſinæ 38 b
fuligo picis liquidæ 40 a
fraxinus 45 a b
fraxini genera ibi.
fraxinula 60. c
fraxinago ibi.
februa 57 d
fagus 59 c
fragi duo genera ibi.
fagus Sciſſima ibi.
ficus Aegyptia 73 d 65 b
faba græca 69 b c
faba Syriaca 60. c
fraga montana 71 a
ficus Cypria 73 d
Ficus 64 a b c
Ficorum genera 60. d
ficorum nomina 75 a
Frugilega 78 b
Fiber 84 d. 85 a
fibrini teſtes ibi.
felis 86 b
Fulica 92 c
Ficedula 93 a
Fel 103 b c
Fimus 104 c. 105 a
fimi differentiæ 105 a
Frumentum 108 a c
Frit 60. a
Fertini 60. c
farinæ nomina 108 c
furfures ibi.
farris quatuor diſcrimina 110 a
fabila 60. c
fabulus albus ibi.
farrago 111 b
farraginaria ibi.
fœnugrecum 114 d
fœnigræci farina ibi.
faba 116 a b
fabulum ibi.
fabalica 60 .c
fabago ibi.
faba ægyptia ibi. d
Fremium 145 d
Fel terræ. 254 b c.
item folio 155 a
Fœniculum 180 a b
Fœniculum erraticum ibi.
Ferula 182 d 183 a
Ferulæ genera 183 a
Ferulago ibi.
Furfugium 197 a
farfaria ibi.
flammea 202 a
flammearij ibi.
fungi 242 d 243 a b
fungorum genera ibi.
fucus marinus 247 c d
fuci genera ibi.
fumaria 250 b c
fidicula 259 c
Filix 283 d 284 a b
Filicones 284 a
Filix fœmina 60 c d
Filicula 285 a b
fuligo pictoria 339 d 340 a
fungi 348 d 340 a b
ferrum 313 b
flos æris 310 d 311 a
flos ſalis 328 b
Fex uini 329 c d
Fex aceti ibi. d
Fecula ibi. d
Flos gypſi 330 b

¶ Litera G.

Gladiola. Iris 1 a d
Geu 2 d
Gallica Nardus 5 b
Gizer 7 c
Gazella 13 b
Gloeon 17 d
Galbanum, Metopum 19 a b
gabirea myrtha 29 d
galbuli 41 d
galbæ ibi. 75 c
gingros 47 b 48 a
gerra œſyma 56 c
gerandryon 58 d
glans ibi.
glans Iouis 59 a b
garbion 60 a
galla 60 b c
gallæ genera ibi. c
groſſi 75 d 76 a
groſſuli 76 a
Galeos 85 b
Geſentera 60. c
Gobius 86 d
Garrum 87 b c d
Garus, um ibi. & c
Galecula 87 c


Hosted by Google

Manna thuris 34 a b
Manna ibi.
Maza 34 c
Maſtiche 36 d. 37 a. 44 b
maſtiche, Silphium ibi.
maſtichis duo genera ibi.
maltha 41 b
muſtax 44 a
muſtacea ibi.
mattiyæ ibi. b
magides ibi.
maſe ibi.
magis ibi.
Milea 45 b
Melea ibi.
milon, Taxus ibi.
macer 45 d. 46 a
magadis tibia 47 d
Myrica 48 c
mices 57 d
moria eo. d
Melandryon 50 d
myrobalanus 61 c
malum punicum 62 c d
malorum punicorũ genera ib. d
Malicorium 61 c
myrtus, a. ibi.
murta ibi.
murtatum ibi.
murtatulum ibi.
myrtatum opſonium ibi.
Myrſine ibi.
Myrti genera ibi.
myrta coniugalis ibi.
myrtæ ibi.
melilotini 64 b
myrtidanum eo. c d
myrtida ibi.
Malus, um. 65 d. 66 a b
Mala urena ibi.
malorum genera ibi. 66 a b
melea 66 a
muſtea eo. c d
mala dulcia eo. d
Melimela ibi.
Mala orbiculata ibi. 67 a
mala ſylueſtria ibi. a
mala perſica eo. b
mala præcocia eo. c
malum Medicum eo. c d
malum Heſpericum ibi. d
Meſpilus, um. 69 a
Meſpilorum genera ibi.
meſpilum trigranium eo. b
myxa 70 d
madrya ibi.
Memecylon ibi. & d
Moraciæ 72 c
moracillæ ibi.
molluſca ibi.
morus 73 a b
maratha eo. b
moreos eo. c
morofycos ibi. d
metræ 77 b
myaces 79 a
myes ibi.
Myiſcæ ibi.
muſce ibi.
muſculus ibi.
mytulus ibi. & b
myxa 80 c
maraſi 81 d
marſi angues ibi.
mulus piſcis 84 b. mullus.
muſtella 85 c d
mutili 86 a
maris eo. c
maruda ibi.
mænæ ibi.
melandrys 87 b
muria eo. d
muries ibi.
millepeda 88 c d
matalis 89 b
Mæſones 92 a
Mæſonia ibi.
mæſon ibi.
maſtace 92 b
moluris eo. b
malleolus 93 b
mulus eo. d
myrmecion 95 b
muſcarius ibi. c
mus araneus ibi. & 96 d
mygale 96 d. 97 a
Mus 97 a
marmotæ ibi.
molce 100 c
melandryon 102 c
moſchos eo. d. 103 a
moſcheuma ibi.
medulla eo. d. 103 a
Myma 104 a
Mel 105 d. 106 a b
mel Sardoum eo. c
mel Ponticum ibi.
mel Hereacleoticum ibi.
mel Manicum 106 c
mel Menomenon ibi.
Mazapanis 106 c
Marcipanis ibi.
Marciatum unguentum ibi.
Marci paſtilli ibi.
Mydas 108 a 116 c
Mola ſalſa 109 b
Maza eo. d 110 a
milium 112 d 113 a
miliarium uas 113 a
miliaridæ aues ibi.
mel frugum ibi.
malua 121 b c
metachæron 126 d
medica 133 d
molyra 135 d
malum terræ 140 b
myſota, tis 140 d. & ſeq.
Murtiolum 157 c
Murtius campus ibi.
Murtea Venus ibi.
myrtus ibi.
murtus ibi.
myrtella ibi.
melitis 162 a
mentha 165 c d
mintha eo. c
menthaſtrum eo. d. 166 a
melilotos 169 b
marum eo. b c. maru ibi. c
magneſia eo. c
Moly 171 d. 172 a
Molon eo.
melanthium 183 d. 184 a
melanthemon 184 a
melandryum ibi.
magydaris 165 a b c
maſpeton 185 b
Myxa 188 d Myxaria ibi.
marrubium nigrum 193 c d
marrubium 194 b c
marrubium duplex ibi. c
mithridation 195 c
malanthemon 206 d
Muralium 207 a
Matricaria eo. b
malua 209 d
maluæ genera ibi.
medion 218 c d
matheronion 219 a
macheronꝫ paſtilli ibi. & b
macherion ibi. b
millefolia 223 b
mercurialis 224 b c d
mamiras 226 d
Melancranis 228 d
Meconium 234 b
Mandragora 238 a b c d
item folio 239 a b c




Hosted by Google

* Limax 80 c
Lepus marinus 83 b
Lepus terreſtris ibi. c
Leporum genus triplex ibi. d
Lolligo 84 a
lolliguncula ibi.
lutra 85 a
lytra ibi.
liquiminarij 87 c
lupus piſcis ibi.
liquor ſociorum ibi.
Lagonoponos 89 b
Lactes ibi.
larinæ larini eo. b
lcrini ibi.
lebias 89 c
lichenes equorum 90 a
lyſſon eo c
locuſtæ 92 a b
Loba 92 b
Lacerta uenenaria 94 d
Lupus araneus 95 c
lacerta, um. 95 d. 96 a
lumbrici 96 c
lactis uſus 97 b
lactarium opus eo. c
lac muliebre 98 a b
lanarum medicina 99 b
lanæ ſuccidæ ibi. c
lanæ uſtæ ibi.
Lana, Erion ibi. c
Lanarum diſcrimina 99 c
lipos 102 b
laridum eo. c
lotium 105 c
Lyncurium ibi.
Lynx ibi.
libum 109 b. 114 c
lutum Vulcani 109 c
lepyria 111 a
leſſus 113 a
lolium eo. c d
linum 115 a
Lecithos 115 d. 116 a
Lcithopolæ mulieres 116 a
legumẽ omne tribus modis mandi-
tur. ibi.
lenticula ibi. 117 b
Lens 117 b c
Lupinus 118 a b
Lapathum 120 a b
lampſana eo. d
lupulus 124 d
lupus ſalictarius ibi.
lupus reptitius ibi.
Lauer 125 d. 126 a
Lactuca 130 a b c
Lactucæ genera eo. b
Lactuca ſylueſtris eo. c d,
& eius genera ibi.
lanaria herba 139 c d
lepidium 145 b
lepidij genera ibi.
lutea 150 b c
lepton 155 a
labrum Veneris 156 b c
luma eo. d
lumecta ibi.
Lumariæ falces ibi.
Leucacantha 159 b
liguſticum 173 c d
libanotidis genera 182 a b
laſer 184 b d. 185 a
laſerpitium ibi.
leucoporon 188 a
leucophæon ibi.
Lithocolla ibi.
Lappa 189 b
leontopedalon 191 a
leucas 191 d. 192 a
leucæ genera 192 a
lychnis eo. a b
lucernula ibi. b
lychnis ſylueſtris eo. c d
Lilium 192 d. 193 a b
Lilij genera 193 b
lomentum 198 d. 199 a
lilium ſylueſtre 201 b c
liguſtrum candidum 201 d
lutearum genera 202 a
lithoſperma 208 b
Lonchitis 209 a b
Lonchitis altera eo. b
Lyſimachia 213 d
limonium 218 a b
lagopus 218 b c
lagopyros eo. c
lycopſis 220 d
Lichen 229 a b
Lycoctonos 240 c
lens paluſtris 244 b c
lactoris 248 a
lychnitis eo. d
lotus urbana 250 d
Lotophagi ibi.
Lotus ſylueſtris 250 d.
item folio 251 a
lotus Aegyptia 251 c d. 252 a
lotometra eo. d
Leontopodion 257 a b
Lappa minor 259 d
lapparum genera 260 a
Laurus Alexandrina 263 a b
Licium 270 c
lappago 271 c d
lactuca 274 c
lactaria eo. b c
lactariæ genera eo. d
lathyris 275 c d
labruſca 282 a b
linozoſtis 286 b
lora 298 a
lapidum aliquot uires 337 c d.
item folio 338 a
lapis Samius 338 c
lac coãgulatum 348 d
lepus marinus 350 b
Lutea 317 b c
lomentum 318 c
Lutum Venetum 321 a
libri repumicati 326 b
latos piſcis 328 a
lixiuium muſtum 330 a
lapis Iudaicus 335 c
lapides ſpongiarum 336 d
lathocolla ibi.


## ¶ Litera M.


MArtia radix. Iris 1 a
Meon. Meu. 2 c d
Meu duo genera eo. d
Melligera 3 d
Malabathrum 6 d
Malabathri genera 7 a
Mortodes 7 c
moſelytis blaſtos 7 d. 89 a
myrrha caſſia 8 b
muſcus 13 a b
moſchus odoratus ibi.
muſcilion 13 b
magma 15 c
medica 15 c
Manna 16 a c
Melligo eo. c
Metopium 29 a
Melanthemon 20 a
moſchata 21 c
moſchomyra ibi.
moſcholea ibi.
myra 21 d. 30 b
myracopa ibi.
myrrha 29 d. 30 b
myrrha troglodytica ibi.
Myrrha Caucalis ibi. 30 c
Myrrhæ genera 30 b
Myrrhæ probatio eo. c
Myrrha Bœotica 31 b


laureola 263.

Hosted by Google

Helxine 223 d. 224 a b
Helxine duplex 224 a b c
Hippuris 227 b
helichryſos 230 a b
hyacinthus 232 b c
hyacinthinus color ibi.
hyſginus color 232 c
hyſginobaphes ibi.
Hypecöon 235 b c
Hyoſcyamus eo. c d. 236 a
Hippomanes 242 b
hyophthalmos 253 d
Hippogloſſos, ſſa. 257 c
Hippogloſſis eo. c
Hypopion 268 c
Hippophäes 271 c d
Hippophæſton 272 a b
Helioſcopium 274 a
heliotropium magnum 286 d
item folio 287 a
Heliotropium paruum 287 b
Hirculus uitis 288 a
hydromeli 296 d. 296 a b
harena 337 b
hyoſciamus 346 d
hirudo 350 c d
hemorrhoi ictus 356 d
Cura eius 360 d
Hydri morſus 357 a
Cura eius 361 a b
Hydromel 301 a
Hydromeli ibi.
Helcyſma 314 a. 315 c
Hydrargyrum 320 b
harpax 325 d
harpaction ibi.
haloſachne 327 c
halcyones 331 a
halcyonium 330 d. 331 a
hæmatites 333 c
Hæmatis genera ibi.
hieracites 334 b
heracleos lapis eo. d

¶ Litera I.

IRis 1 a b c
Iris Illyrica ibi. & c
Iridis illiricæ duo genera eo. c
Iridis piſidicæ foſſura ibi.
Iris Troglodytica ibi.
Iuncus triangulus 3 b
Ioſcinnamon 7 c
Iuncus odoratus 10 a
Iuncus rotundus ibi. b
Iuncus quadratus ibi. c
Ipnon 13 a
Inula 15 c. 16 a
Iaſne 29 c
Iaron ibi.
Ieſiminum ibi.
Iaſmes tria genera ibi. c d
Iuniperus parua 42 b
Iuniperi duo genera ibi.
Iuniperus magna eo. d
Ireſio 57 d
Ilex 59 c d. 60 a
Iuglans 60 b. 72 b c
Iſca 72 c
Iſchades 74 c
Iberis 76 c
Ionia 78 d
Inteſtina terræ 85 c
Iuli eo.
Ixia ibi. 155 c
Ixon ibi.
Iſicia 87 d
Ius piſcium 88 a
Iulus eo. c
Ilia 89 b
Ila ibi.
Ina ibi.
Ileos ibi.
Iecur aſininum 89 c
Iecur caprinum 90 b
Iecur aprinum ibi.
Iecur caninum eo. c
Iecur Mergi 90 d
Inulus 93 d
Innus ibi.
Inis ibi.
Inteſtina terræ 96 c
Iulus ibi.
Italos 102 c
Italia ibi.
Ius nigrum 104 a
Ius dulce ibi.
Iuris genera ibi.
Infrunitus 117 c
Intubus 127 d. 128 a b
Irion 137 c
Iſatis 150 b
Iſatis ſylueſtris 150 c d
Ichthyocolla 188 a b
Iouis flos 202 a
Iris ſylueſtris 219 c d
Idæa radix 226 b c
Iuncus paluſtris 228 c d
Iecoraria 229 b
Inguinalis 253 c d
Iſopyron 254 a
Iſion ibi.
Ion 254 b
Ionia ibi. b
Ia ibi. b
Ianthina ueſtis ibi.
Impia 266 d
Ixia 348 a b
Indicus color 318 d
item folio 319 a
Ips 326 b
Ix ibi.
Igniarium 333 a
Iaſpis 336 a

¶ Litera L.

LAuendula 5 b
Lacta 7 c
Lada 7 d
Lethargus 10 c
Lycium 11 b
Lacapthon 13 d
Lacca 14 a
Lenis 15 c
Lirium 24 c
Labyzos 28 b
Libanos 33 d
libanotos ibi. 34 a
larimnum 34 a
latax 24 b
latagæ ibi.
lychnis 34 c
luſſon 35 c
larix eo. d. 38 c
lentiſcus 36 c
lama 37 a
larigna 38 c
Laurus 43 d. 44 a b
Lauri genera 44 a
Laurus tripos ibi.
Laurea ibi. b
Lorea ibi. b
Laureoli ibi. b
Lora ibi. b
lex arborum furtim cæſarū 44 d
lebys 47 d
leucocantha 49 d
liguſtrum 51 b c
ledon 52 c
ladanum ibi. & d 53 a
lada ibi. d
lycium 54 c 55 a
lygon 56 b
lygean ibi.
Ligella 56 c
Lopas 57 d
Lachrymæ oleæ æthiopicæ 58 c
Lophiæ 60 a
Lotus 69 b c. Liſtatia 72 a
* ſequitur ſupra.




Hosted by Google

Gonos Thalaſſios 87 c
Gallaria piſcis 88 c
Genitale Cerui 89 d
Gallina 90 d
Gigleria 91 a
Gallinarum tria genera ibi.
Gallinaria ibi.
Galerita 92 d
Ginni 93 d
Gygeniſ ib.
Gaphagæ 96 c
Graſſos 102 b
Graſſon ibi.
graſſonia ibi.
graſon ibi. 108 a gluma
gerania 109 d
graſtis 111 b
goſſampinus 115. 115 b
goſſipion ibi.
Githon ibi.
gry 116 c
Gongylæ, lis. 118 d
Gingidium 130 d. 131 a
gethyum 134 c
gingiber 138 d
glaſtum 150 b
Glaſtum ſylueſtre eo. c d
Gentiana 152 b
glycyrhiza 153 c d
glycis ancon 162 a
gordylon 175 c
gith 183 d. 184 a
Gitago 184 a
galbanum 186 c d
galbeum ibi. d
glaucium 187 d
Glutinum 188 a
Gluten ibi.
glutinum genera ibi.
gluten atticum eo. a
gluten piſcium ibi.
geranion 198 b
geranion alterum eo. c
gruina 198 c
gnaphalion eo. d. 199 a
gnapheus 198 d
gnaphos ibi.
gnaphalus ibi.
gnaphalides 199 a
glycyſis 208 a
gladiola 219 a b
gladiolus ibi. b
gramen 221 d. 222 a
graminis genera ibi.
gramen harundinaceum eo. b
Gramen Parnaſi ibi. b c
Gramen Cilicium ibi. c
granum tinctorium 227 c
Galiopſis 246 b c
galion eo. c d
glaux 261 a b
geniſta 269 a b
Glans unguentaria 269 d
item folio 270 a
geodes 337 c d
gypſum 349 b
item folio 330 a b
Gypſi genera ibi.
galena 315 a b
gaſtra 317 a
garus 327 d
gorgonia 332 a
gagates 334 a
gagis ibi.
Galactites lapis eo. d
item folio 335 a
Galaxia 334 d
Galaicos 335 a

¶ Litera H

Hierida. Iris. 1 b
Hirculus 4 c. 5 a
Helis 10 b
Hieracunta 11 d
Haormia 13 c
Heliacon 14 b
Helenius 15 c. & 16 b
Hydrȩleon 16 d
Halmon, oleū. 19 a
Hygromyra 21 c
Hydroroſata 22 a
Hemiſomata 34 c
Herba 43 a
Harundo 47 a b
Harundinum genera ibi. 48 a
harūdo obliqua eo. c
Hieratica 48 c
halimus 49 d. 50 a
halimi genera 50 a
Hemicyprus 51 c
hypociſtis 52 b
hebenus 53 b
hebeni genera ibi. c
Halmades oliuæ 58 a b
hala ibi.
hemeris eo. d
haliphlocos 59 c
hypothymis 64 b
hypomelides 71 b
homomelis eo. b
hegeteria 74 c
Halicacabus 76 d
Hippocampus. 78 a
Hippomani teſtes 84 c d
Hyrca 57 b
Hyſca ibi.
Hyn ibi.
Hyccara ibi.
hyena eo. c
halme 87 d
halos achne ibi.
hepar 89 c
heparus ibi.
hippomanes 90 a
hippi 91 a
herodius 92 c
hirundo 93 a
hirundinum genera ibi.
Hinnus 93 d
Hinnulus ibi.
Holcos araneus 95 d
Hippace 98 d
Hippace ibi.
Hordæ 102 c
hordicalia feſta ibi.
hellops 103 c
hypotrimna 104 a
hypoſphagma ibi.
hordeum 109 c
hordei genera ibi. d
halica 112 c
halix ibi.
helymos 113 a
Hiium 116 c
Haliſparton 108 c
Hippolapathum 120 c
humulus 124 d
hydropiper 139 a
haſtula regia 141 d
item folio 143 a
Hedera 147 d. 148 b c
Hederæ genera ibi.
Hyſſopus, um 162 b
Hedyoſmos 165 c
harmela 171 d
hieracia 177 b c d
hieracia parua ibi. c d
Hippoſelinum 179 a
Hippomarathrum 180 b c
Hippophanes 198 d
hemerocallis 201 c
horminum 204 a b
hedyſaron eo. a b
hemionion 205 d 206 a
hemionitis ibi.
heluron 207 c
Helurios ibi.
Hypericum 211 b
Holoſtȩon 246 b


Hosted by Google

Mala insana 239 a b
Myctonos 239 d
myephonos ibi.
margyllios 241 d
margarides ibi.
millefolium 252 b
myriophyllon ibi.
myrrhis eo. c
myla eo. c
Myagros eo. d
Melampyros ibi.
myrtus sylvestris 262 c d
myrobalanos 269 d
mollugo 271 c
myrsinite 273 d
meconium 276 a
Mercurialis 286 b
Mulsum 295 a b
melicraton ibi. d
muria acida 98 d
mel Heracliæ 345 c
mandragora 347 a
Meconium eo. b
Muris aranei ictus 356 a
Cura eius 360 a
melomeli 301 a
molibdoides 314 c
molibdena 315 a b
Minium 319 c d
miniare eo. d
minium Sinopicũ 320 d. 321 a
miltos 321 a b
Miltopariæ naues ibi.
Misy 322 d. 323 a
melan 323 a
melanteria ibi.
musæa 326 b
musæarij ibi.
Musicium opus ibi.
Muria 327 d. 328 a
Muria duplex 328 a
Maltha 330 a
Milios 333 a
militis ibi.
magnes 334 c d
magnetis genera ibi.
melitites 335 a
Morochthus ibi. a b
Molochitis ibi. b
Memphites 335 d

¶ Litera N

NAr. Iris. 1 a
Nardus, dum. 3 d. 4 a
Nardi genera ibi. & seq.
Nardi species nouem 4 b
Nardus Syriaca duplex eo. c
Nardus Indica ibi.
nardus Celtica 4 d. 5 a
nardum montanum 5 b
niris 5 b
nardum sylvestre eo. d
nardum rusticum ibi. 170 b
nardum sylvestre 6 c
nardum Creticum ibi.
Net 13 b
Narcaphthum 13 d
nectarion 15 c
nenuphar 16 c
nigella 20 a
nux Indica 21 c
nuces pineæ 36 b
nucum pinearum 4. genera ibi.
nux Sapinea ibi.
naphtha 41 a b
neurospastus 51 a
neruus passus ibi.
Naucus 57 c
Nacæ ibi.
Netrindes oliuæ 58 a
naueratites 64 a
nux 66 b
nucipruna 70 d
nelia 71 a
nux regia 72 b c
nux persica ibi. c d
nux Auellana eo. d
narce 81 b c
napunculum 92 b
Nebron 93 c
Notiæos 103 a
Necta 104 a
Nastos 108 d. 114 c
nelinos 113 a
nasturtium 136 c
nycteris 147 c
nycteritis ibi.
nepita, eta 166 b
nephastum 178 b
Narthea 183 a
nigella 184 b
Nymphæa 204 d. 205 a b
nymphæa altera 205 b
nautea 210 c
neuras 229 b
nerion 242 c d
Nux odorata 270 a
Narcissus 270 a b c.
item folio 271 a b
Nummus uenetus 310 c
Narica 317 d
Nitrum 328 c d
Nittaria eo. d

¶ Litera O.

OZis 7 c
Oxyschœnos 10 b
Oloschœnos ibi.
Opobalsamum 11 c
Orestium 15 c 16 a
Opinais 16 c
Oleum omphacinum ibi. & d
& fit duobus modis eo. d 17 a
Omotribes 16 d
omphacium ibi.
omphax ibi. 17 a
omphaciomel ibi.
oleum Druppæ ibi. &
proba eius ibi.
oleum sylvestris oliuæ 17 a b
oleum Candidum ibi.
omotribes ibi. b
oliuitates uariæ ibi. b
oleum Sicyonium 17 c
Oleum Cicorum 18 c d
Oleum Amygdalinum 19 a
Oleum Balaninum eo. b c
Oleum Sesaminum ibi.
oleum Carinum ibi.
oleum Hyosciaminum eo. c
oleum Cnidium ibi.
oleum Cnicinum 19 d
oleum Rhaphaninum ibi.
oleum Melanthinũ ibi. & 20 a
oleum Myrteum 20 b
oleum Laurinum ibi. c
oleum Lentiscinum eo. d
Oleum Mastichinum 21 a
Oleum Rosacium eo. d 22 a
Oleum Elatinum 22 c
Oleum Melinum ibi.
oleum Oenanthinum ibi. d
oleum Anthinum ibi.
oleum Telinum 23 a
oleum Sampsuchinum eo. b
oleum Ociminum eo. c d
oleum Abrotoninum ibi.
oleum Narcissinum 24 d
oleum Crocinum 25 a
Oleum Gleucinum 26 b c
Oleum Aegyptium 28 b
Orobia 33 a
oleum Picinum 29 d
oxycedrus 43 a b
oriptelea 46 b
oxycantha 50 d
Olea sylvestris 57 a
Oleaster ibi. & b 58 a


Hosted by Google

Oleaſtellum eo. c
olea cilibraca ibi.
oleæ medulla ibi.
oſſarij ibi.
olea Arabica ibi.
oleæ uita longiſſima ibi.
olea Orchitis eo. d
oſtracinus 58 a
oliuæ Colymbades eo. a
oliuæ uariæ ibi.
oliuæ cibariæ ibi. b
oleum ſylueſtris oliuæ eo. b
oleæ Aethiopicæ lachryma 58 c
Onicicidæ 60 c
oxyphœnicæ 62 b
oporotheta 66 b
opora ibi.
oxymala 67 d
Oen 70 b
Oien ibi.
Oa ibi.
onomalidæ 71 b
Opiſthocarpion 75 a
olynthos 76 a
Odynolyon 77 b
Oſtrum 78 b
oſtrea ibi. 79 c
onyx 79 d. 80 a
oſtracon eo. d
oſtracium ibi.
Ophlogtena 81 b
omotarichos 87 a b
oxalme 87 d
oxygarum ibi.
oxyporum ibi.
oxylíparon ibi.
onos 88 c
oniſcos ibi.
orthragoriſcus 89 a
Opla 89 d
Ouorum natura 91 c
oui Candidum ibi.
ouorum differentiæ 91 c
oua pnicta ibi. d
oua chiſta ibi.
ouum 91 c d
onos 92 b
oſſifragus 92 c
oſſifraga ibi.
Ophion 93 d
Oogala 97 c
Oxygala 98 b. 99 a
Oeſypira 99 c
Oeſypus, um. eo. d. 100 a
Oes 100 a
oxyngion 102 c
Oſchos eo. d
Ocæ ibi.
omphalos 106 b
oxylepes 108 d
offa 110 a
olyra 111 b
oryza 112 b
Onobleton 121 b
olus 122 d
olla ibi.
ocimum 131 d. 132 a b
ocymum 132 a
orobanche eo. c
ornithogalum 133 a
Oxybaphon 141 d 142 a
Omoconitidis 143 d
Othonna 149 b c
ononis 159 a
origanum 162 d
origani nomina 163 a
onitis 163 b
Origanum ſylueſtre eo. b
Ocimaſtrum 169 d
Oreoſelinum 178 c
oluſatrum 179 a
opos 185 a
omphacocarpon 189 a
oenanthe 199 d
origanorum notæ 200 c d
orchis Serapias 203 c
Onoſma 204 d
oxoſma ibi.
Onobrychis 211 a b
ocimaſtrum 221 b c d
ocimöides ibi.
oxyſa 226 c
oxys ibi. d
ophrys ibi. d
Oxyſchœnos 228 d
Opium 234 b
Oenagra 253 a
oſyris 261 c
opocarpaſum 262 d
oleaſtellum 277 d 278 a
olea cilibraca ibi.
Oenanthe 289 d. 290 a
Omphacium 290 b c
omphax eo. d
oxycratum 298 a
oxyrhodon eo. b
oxymeli ibi. c
oxalme eo. d. 299 a
oſtracites 337 a
obryzum eo. c
omphacomeli 301 b
ochra 318 b. 319 a
onyx 335 b
Onychipuncta 336 b
Ophites 336 c d
Oſtracite 337 a


## ¶ Litera P


PArallelæ 2 a
Piper aqueum ibi. b
piperapium ibi.
pſeudocypirus 3 b
piſon 4 b
pyritis 5 c
perpenſa eo. d. 6 a
perpteſa 6 a
Phu 6 c
phyllon unguentum 7 a
pſeudocaſia 8 a b
pſeudocinnamon 9 b
Pyxacantha 11 c
Porrigo 12 c
Phaſganon ibi. & d
piperella 13 c
perſica 15 c
puluiſculus 17 d
patos ibi.
phaſelus Romanus 18 d
pæderos 28 b
plaſte ibi. 30 b
pediaſmos myrrha 29 d
plaſtinx 34 b
pinus 34 d 35 a d
picea ibi. 35 a d
paniculæ 35 a
Piceaſter eo. b c d
Pix ibi. b. 36 a. 39 a. 43 d
pinus germinatio terna ibi. b
peuce ibi. c
pinus duo genera ibi. d
peda ibi. d
pityida ibi. d
pineæ nuces 36 b
Pityron phyſema 38 c
Pix liquida eo. d
Picis confectio 39 a b
picis uitia, & experimentū ibi. d
picis genera ibi.
Pix, & Reſina quo differant 39 c
piſſæleon eo. d
pix ſicca 40 a
palimpiſſa ibi. b
piſſaphaltos 40 d
Panduna 44 b
Pſeſta ibi.
Platanus eo. d
plataniſtos 45 a
platanio eo. a
platanos ibi.


Hosted by Google

Plecta 45 b
Populus alba eo. c
populus duplex ibi.
populi tria genera ibi. d
pſenes 46 c
Populus nigra 46 d
phäeton eod. d
plöades 47 b
papyrus, um. 48 b
promala eo. c
paliurus 50 b
Phelyrea 51 c
phillyra ibi.
philyca ibi. d
Patella 53 d
Pyxacantha 55 a
piper agreſte 56 c
phaulia 57 c
patella eo. d
petaliſmus 58 a
Pirenæ eo. b
pityrum ibi.
pityris ibi.
phaſcon 59 c
prinos eo. d
Phillodrys eo. d
Panos 60 a
phanos ibi.
pogoniæ ibi. b
Palma 61 b. c
Palma ægyptiaca 61 b c
palma uictorialis eo. c
Poma 61 c
Phœnicobalanus 61 c 62 a
Phœnix ibi. d
Pienes ibi.
Pſaros b. d
palmulæ caryotæ eo. d
pateron ibi.
palmulæ thebaides 62 a
palma Elate eo. b c
panchriſtos 63 a
phthaleos 64 a
phyleones eo b
porhos eod. b
pancarpias 64 c
pomum 65 a b. 66 b
pomum librale 66 b
Prçcocia mala 67 c
pyrum 68 b c
pyrorum genera ibi.
Pyraſtrum eo. d
Plus tyriaca 69 c
Prunus, na. 70 c d
Prunorum genera ibi.
Prunã Damaſcena 70 d
Prumnõ ibi.
Prumnula ibi.
Piſtacea 72 a
Pſittacia ibi.
piliſtacia ibi.
pſenos 75 c
perſea 76 a b
perſicus ibi. b
Purpura 78 b
Porphyriones ibi.
Papauerculum eo. d
Polyps ib.
pectunculi 79 b
Prox 83 c
Paſtinaca 83 d
phocæna 85 b
Pſammos eo b
porcelliones eo. c
phrynos 86 a
piſces ſaxatiles 88 a
Piſciũ marinorũ geña. ibi.
Pulmo marinus 89 a
Pulmo Suillus. ibi.
Pulmo uulpis ibi.
Pulmões animantiũ ibi.
& b
pſyæ eo. b
Porcera eo. b
Porcus ibi.
petalidæ ibi.
petali ibi.
Pulmo 89 c
pellis Calcedonia 90 c
pullaſtra 91 a
pnicton eo. d
parnopæ 92 b
Pes Locuſtæ 92 b
Phinis 92 c
phine ibi.
pſara 92 c
Parcus ibi. d
Proca 93 d
pityocampæ 94 c
Pulex 95 b
phalangius 95 c d
phalanx ibi. d
pedes blæſi 96 a
pyriathes 97 c
pyriephthon ibi.
pyctes ibi.
Pyos ibi.
pus ibi.
pictya 100 c
pitya eo.
pimele 102 b
pion ibi.
portis eo. c
portax ibi.
Peciolus eo. d
paraſpades ibi.
Pompilos 103 c
Perdix eo. d
perdicum genera ib.
Periſteræ ib. b
periſteri ibi.
Propolis 107 c
panificij nomina & genera 108 b
pyrinos panis ib. c
panis fermentatus eo. c
pityra ibi.
panis canicaceus ibi.
pepalis ibi.
panis genera eo. d. 109 a b
panis 109 a
pelanos eo. b
polenta 109 d
proconio n ibi.
potus peluſiacus 110 b
pinum uinum eo. b
Poltos 111 a
poltarion ibi.
puls ibi.
pultarium ib. b
ptiſana 112 c
panicum 113 a b
placentarum differentiæ & genera 114 b c
paſtillum ib.
piſus. a. um. 115 d
phaſiolus 117 c d
Petręa 123 a
portulaca ſyluestris 123 d
item folio 124 a
Portulaca ibi.
plantago 135 a b c
plantaginis nomina eo. c
pepo 129 b d. 130 a
pes gallinaceus 131 c
porrum capitatum 344 b c
Piper 137 d 138 b c
piperis genera 138 b
Pharmacum medicum ibi.
pharmacum Indicum ib.
piperitis 139 a
ptarmica 139 b c
ptarmon ibi. c
panis porcinus 140 c
panis terræ ibid.
Pancratium 144 c
phenion 146 b
Pulmonaria 158 a
Poterium 158 a b




Hosted by Google

Phrynion 158 b
pæderota eo. c d
panactia b.
pulegium 163 d. 164 a
pseudodictamnum 164 c
Polium 167 b
panax 163 b. 172 b d
panacis genera 172 d
Panaces Asclepion ibi.
item folio 173 a
panaces Heraclium 173 a
panaces chironion eo. b
pastinaca sylvestris 174 a
philtron ibi.
pastinacæ genera ibi. b
petroselinum 178 d
pastinaca gallica 180 d
Pyrethrum 181 b c
peucedanum, us. 183 b c
pinastellum eo. c
philantropos 189 a
philadelphum ibi.
polycnemon 190 c
Prason 193 d
prasion ibi.
Phyllitis 194 d. 195 a
phyllantion 195 a
phyllantes ibi.
phalangium 195 a b
polium 196 a b
phlogion 201 d
phsox ibi.
phlogis 202 a
phyllon 202 d. 103 a
phellandrion 203 a
prosedamum 204 a
parthenium 207 a b
Pæonia 270 d. 208 a
phalaris 268 c
petilus 213 b
petilius ibi.
polygonum 214 c b
Proserpinaca eo. b
Polygonatum 214 d
polemonia 215 c d
Philetæria ibi.
phoinæ ueſtes 216 c
Phleos ibi.
periclymenon 217 a b
Purpura eo. d
purpurissus ibi.
potamogetana 218 b
pseudanchusa 220 a
perdicialis 224 a
perdicion ibi.
parthenios ib.
parthenium triplex 224 b
Pentaphyllon 225 c d
Phœnix 226 b
Phœnicopteros ibi.
papyrus 228 d
prostibulæ 229 b
Paronychia eo. b
peristereon 231 b
Petonomos ibi.
Panchromos ibi.
Papauer erraticum 233 a b
papauer satiuum eo. c d
item folio 234 b
papaueris satiui genera ibi.
item folio 234 b
Papauer corniculatum eo. c d
papauer spumeũ 235 a b
psyllium 236 b e
palmidium 241 d
pappos ibi. a d. 246 d
phycos 247 c d
potamogeton 247 d
item folio 248 a
Phlomos 248 c d
personata 249 b c d
petasites eo. c d
persollata ibi.
persoluta ib.
persolyton ibi.
petasus ibi. d. 250 a
Petasones 250 a
pseudobunion 255 b c
Phyteuma 257 a
polytrichon 259 c
pteris eo. d
Polygala 261 b
Paralysis 266 c
Paradelos ibi. d
Pituitaria 267 c
Pomũ Hierosolymitanũ 273 c
Paralios eo. d
platphyllos 274 b
pityusa 275 b c
peplos 276 a
peplis eo. b
Portulacæ sylvestris herbę tres.
folio 276 b
Pycnocomon 279 c
Psilothrum 283 a
Pteris 283 d. 284 a b
Pteris nymphæa 284 d
polypodion 285 a b
polypus marinus eo. b
Palma uitis 288 a
psyllion 2346 a
Pulicaris 246 a
Papauer corniculatũ 347 b
pharicum eo. b c
phalangiorum ictus 355 c
Cura eius 359 a
pastinacę marinę ictus 356 a
Cura eius 359 d
plumbum elotum 313 c d
Plumbum ustum eo. d 314 a
plumbum retostum 314 a
plumbi genera eo. a b
plumbi recrementum eo. b
platyophthalmos 314 d
plũbago 315 a b
plumbum oculi 315 a b
plinthrum 317 a
Paretonium eo. c
Plysma 319 c
proba cõmentitia 320 c
proba Cuppellaria ibi.
pecton 322 a
psoricon eo. c
psoræ ib.
pompholyx 309 b c d. 310 a
pala 311 a
Phliasios eo. e
Pyralides 312 c
pyroti ibi.
Pyraustæ ibi.
Photimon 325 a
paraphoton ibi.
pumex 326 a b c
protostactum. 330 a
Penis 331 d
Penita ossa ibi.
peniculus ibi.
phrygius lapis 332 c
Pyrites eo. d. 333 a
pyromachi ibi.
Perdicites 334 c
Perdiciates. ibi.


¶ Litera Q.


Quercus 58 d
Quercetum 59 b
Querquetulana ibi.
querquedula ibi.
Quisquilium 218 a. 227 c
Quisquiliæ ibi.
Quinq; folium 225 c d. 226 a
Quinq; folium duplex. ibi.


¶ Litera R.


Raphanitis 1 c
Rizotomos ibi.
Radix Marica ibi. d
Radix nautica 2 a b
Radix Rusci, Acoron eo. b
Rhizium. 14 a


Hosted by Google

Rhypon 17 d
Ricinum 18 d
Rhodomeli 22 a
Reſinā ferentes arbores 35 d
Reſina lentiſci 36 d. 37 a
reſina liquida 38 a b c
reſina ſicca eo. c
reſinarum ſpecies ibi.
reſinarum uſus ibi.
reſina Stillaticia ibi. d
reſinæ uſtio, & coctura ibi.
rizophagi 47 c
Rhamnus 49 c
rhamni genera ibi. d
Rubus Canis 51 a
Roſa 53 c d
Rhodon eo. d
rhodonia ibi.
rhoduntia patella ibi.
rhodiaca olla ibi.
roſalia 54 a
roſarum genera ibi. & b
roſarum fabulæ ibi.
rhodides ibi.
rhachos 57 d
Robur 58 d
Roboris quatuor genera ibi.
Rhus 60 d. 61 a
rhoon ibi.
ros ſyriacus 61 a
rhoos genera ibi. b
rhoas 63 a
rhœtas ibi.
rhoiadrion ibi.
rhoon 73 b
Ricini ibi.
Remora 77 b
remeligo ibi.
rana 85 d
rubeta ibi.
ranarum genera ibi. & 86 a
rotæ 90 b
repunculum 92 b
ramenta 93 b
rhagion 95 b
rhypara 99 c
Rhitace 107 c
Redundago 108 c
robus eo. d
rapa. um 118 b c
rupum ſylueſtre eo. d
radix 119 a b
raphanus eo. b c
raphanus ſylueſtris 119 d
Rumex 120 a b
Radicula 139 c
Rapum terræ 140 d
Ranunculum 145 c
Rhapontícum 151 d. 152 a b
rhabarbarum 152 a
rhafluuius eo. a b
radix dulcis 153 c d
ruta 170 d. 171 b
ruta ſylueſtris ibi. b c
ruta Galatica eo. c d. & 172 a
roſmarinus 181 c
roſmarinus coronarius 182 b c
Roſa Iunonia 193 a
Rhapalos 205 a
rubia 208 d
rubus 223 b c
rubi genera eo. c
rubus Idæus eo. d
radix Idea 226 b c
radix rhodia eo. c
rhodius color ibi.
rhododaphne 242 d
ruſcus, um 262 c d. & 263 a
Ricinus 272 b c d
Radix ſylueſtris 280 a b
Rubeta 350 c
rhodomel 301 d
rhodomelon ibi.
rubigo ferri 313 a
recrementum plumbi 314 b
recrementum argenti 315 c
rubrica Sinopis 320 d. 321 a
rubricæ Sinopis ſpecies 321 a
rubrica fabrilis eo. a b
Rubrica lemnia eo. a b
Raudum 311 c
Rodum ibi.


## ¶ Litera S


SAndix nautica 2 b
Syngentiana ibi.
χόινος 3 b. & 10 b. 20 d
Stimmi 4 d
Saliunca ibi.
Sanguis Martis 5 d
Succinum ibi.
Syrinx 8 b
Smyrris ibi.
ſiliqua caſſia eo.
ſchœnon myrepſicos 16 b
ſchœnos Hedyoſmos ibi.
ſchœnuanthos ibi.
ſchinos ibi.
ſceptium eliſei 12 d
ſphagnon ibi.
ſplachnon 13 a b
Seleniacum 14 b
Sanguis Herculis 14 c
Symphicon 15 c
Strigmenta Balnearum 17 c d
Strigmenta Paleſtrarum ibi.
Strigmenta gymnaſiorum ibi.
ſtrigmenta 18 a
ſinapi 20 a
σκηρόμματα 21 a
ſagda 21 c
ſandalorum tria genera 21 c
Syrupa 24 c
Syria herba & radix 26 d
ſtacte 28 b c 30 b
ſmyrna 30 c
ſtyrax 31 b d
ſtyraces eo. d
ſaba thurifera 33 a
ſtrobili 35 c 36 b
Syce ibi.
σπάθημα 35 a
Sapinus eo. b
ſapinea ibi.
χῖνος 36 c
Sphagos 38 c
ſabina herba 42 d
ſeptæ 43 d
ſeptica ibi.
Secaculis 45 b
Samaria 46 b
Syringias 47 c
ſiticinæ tibiæ 48 a
ſpina cerualis 49 d
ſpina ibi.
ſpina acuta 50 c
ſentes canis 51 a
ſtrobon 52 d
ſpina Syria 55 c
ſpina Aegyptia ibi.
ſpinarum genera ibi.
ſemnos 56 c
Salix Amerina ibi.
Salix eo. d
ſalicis genera ibi.
Salix uiminalis ibi.
Salix uitellina ibi.
ſalix Gallica ibi.
ſalix frugiperda 57 a
ſalicis ſuccus triplex eo.
ſalictum ibi.
ſanſa 57 c
ſanſarĩ ibi.
ſclauolæ eo. d
ſecos ibi.
Strepte ibi.
Saronos 58 d
Saron ibi.




Hosted by Google

Saroniacus ſinus ibi. 59 a
Sibari thurij eo. d
Sphagnon 59 c. Splachnõ ibi.
Sciſſima eo. c d
Suber 60 a. Smilax ibi.
Sumach 61 b. Spathæ eo. c
Spadix 61 d. Spathe 62 b c
Semita alta 62 d
Sclerococcõ ibi. Stomatice 63 a
Sidem ibi. Sida ibi. a c
Sidion ibi. c. Stephanos 64 c
Symphonia 65 a. Siliquæ ibi. b
Syrica ibi. d. Serica ibi.
Salgamum 66 b
Salgamanus ibi. Struthea ibi. c
Sorba, us. 69 a. 70 b
ſeranium eo. b
Sorborũ differentiæ quatuor ibi.
Spinus 70 c. Sycaminos 73 c
Sycaminea ibi. Sycea ibi. 74 c
Syce ibi. 74 c. Sycomoros ibi.
Sycomorea ibi. Syca 74 c
Sycada ibi. Syreon 75 b
Spicilega 78 b. Soliniſiæ 80 a
Sardonyx ibi.
Sanguinecaſſa eo. d
Scorpio terreſtris 81 a
Scorpio marinus ibi.
Scorpidæ ibi. Scorpiæna ibi.
Sedopendra ibi. b
Serpentum genera 82 d. 83 a
Staphlinus 83 d. Sepia 84 a
Sepia 84 a. Scillaros 85 b
Syagris eo. c. Synagris ibi.
Silurus 86 b. Silluarion ibi.
Smaris eo. c. Salſamẽtũ 87 a
Salgama ibi.
Salſamentorum genera ibi.
Sarpeda ibi. Sturio 87 b
Sconbri eo. c. Salſugo 87 d
Salſilago ibi.
Sibariticum ferculum 87 d
Saxatiles piſces 88 a
Seps eo. c. Scari eo. c
Subgrumus 89 a
Scropha eo. b
ſuum differentiæ eo. b
ſycotos 90 b
ſoleæ crematæ 90 c
ſalſa Mæſonica 92 a
ſanqualis 92 c
ſturnus 92 c. Scobe 93 b
ſalamandra 94 d
ſtelliones ibi. 95 a
ſtellionatus crimen 95 a
ſtellatura ibi. Stellare ibi.
Saura 96 a. Seps 96 a b
ſcincus 96 c
ſmynthea 97 b
ſerum lactis eo. d
ſchiſtum lac ibi. & 98 a
ſaptus caſeus 98 b
ſimſpe 79 c. Seuum 102 b
ſtear ibi. Staĕs ibi.
ſordæ eo. c. Spondylis 103 a
ſanguis eo. d. 104 a
ſanguiculus 104 a
ſcor 105 a. Sorioli eo. a
ſaccharum 106 c d
ſacchar eo. d. Sitos 108 a
ſpicus eo. a. Spicum ibi.
ſpica ibi. Spica mutica ibi.
ſtipula ibi.
Sitanias 108 a b
ſyncomiſtos ibi. b c
ſimilago eo. c
ſimila ibi. & d
ſemidalis ibi.
ſiligo eo. d
ſemidalites ibi.
ſpolea 109 b. Siſar 110 a
ſicera ibi. b. ſicerites ibi.
ſpelta 110 c d. ſiligo 111 b
ſecale ibi. Scrutum 112 d
ſeræ uermiculi 113 a b
ſeræ populus ib. b
ſeſama, um. 113 b c
ſtruſetanus 114 c
ſociolus 115 a
ſuccidulus ibi.
ſcrutum eo. d. 116 a
ſcrutiſcum ibi.
ſcruteum ibi.
ſcapus 116 c
ſcaphi ibi.
ſifarum 119 d. 120 a
ſcopa regia 121 a
ſcorpius 10. 124 c
Sion, um. 125 d
Siſymbrium 126 a b
ſiſymbrium alterum eo. c
ſonchos, um. 127 b c
ſeris 127 d. Sicya 129 c
ſcandix 131 a b
ſandix eo. b. Smilax 133 b
ſcena eo. c
ſcordium 135 d
ſcordopraſum 336 a
ſinapi eo. b c. Sinapis ibi.
ſinape ibi.
ſinapi genera 136 b
ſinapiſmus eo. c
Saurion eo. c
Siliquaſtrum 139 a
Salicaſtrum ibi.
Seliquaſtrum ibi.
Struthion 139 c d
ſtrutheum ibi d. 140 a
ſpheritis 140 c ſcilla 144 b c
ſtrumus 145 d
ſardonius riſus 145 d
ſpina alba 156 e 157 a
ſpina Arabica 157 a
ſcolymon eo. c d
ſpina ſylueſtris 158 d. & ſeq.
ſtichas 162 c ſtæchas ibi.
Saluia 165 a b
Sphaælus 165 b
ſatureia 167 a b
ſerpillum 167 d. 168 a
ſampſuchum 168 b c d
ſertula campana 179 a b
ſylua Barbarica 170 c
ſylua conſeminea ibi.
ſylua Cimínia 170 c
ſylua Rom. ibi. d
ſtaphylinus 174 c d
ſeſeli 175 a ſiler ibi.
Seſili æthiopicum eo. b
ſeſili pelonnenſe ibi.
Seſeli Cretenſe ibi. b c
Syreon 175 c
ſiſon eo. c d ſinnon ibi. d
Smyrnion 179 b
Sphondylion 182 c d
Silphium 184 d 185 a b c d
ſyrpe 185 a ſyrpicum ibi.
ſagapenium 185 d. 186 a
ſacapeniũ 186 a
ſarcocolla 187 c
ſerrata 191 c ſandaraca 193 b
ſtachys 194 d ſcordiũ 196 b c b
ſcordotis ibi c ſecula 201 d
Scopa regia 202 a
Silaus 203 a
Satyrion minus ibi.
ſilphio eo. c ſatyrium eo. d
ſatyrium Erythroniũ ibi. & 204 a
ſatyrion 204 a
ſatyriſinos ibi.
ſatyriaſis ibi.
Satyrion Indica ibi.
Securidaca 204 b c
Scelorythe 213 c
Sanguinaria 214 a b
Sanguinalis ibi.
ſanguinaria fœmina ibi. b c
Symphitus 215 d. 316 a


Hosted by Google

Stæbe 216 c
Stymphalides 210 c
Stypion 216 c. Stion ibi. d
Struppa ibi.
Sarxiphagos 217 c d
Saxifraga;um. ibi.
Sanguiſorba 217 d
Sparganion 219 b c
Sideritis 222 c
Sideritis alia ibi. d
Sideritidis genera ibi.
Sideritis tertia ibi.
Salix 227 a
Schænobatæ 228 c
Sycomora ibi. d Scirpus 228 d
Schœnicula ibi. & 229 a
Schœnotroges 229 e
Schœniculæ eo.
Sclarea 231 d
Struthion 235 a
Solanum 236 d. 237 a
Strychnos ibi.
Strychnos genera 237 b
Solanum ſomniferum eo. c d
Solanum mancū 237 d. & 238 a
Smilax 241 c d. 242 a
Scalia 241 d
Semperuiuum 244 c d
Sedum maius ibi.
Semperuiuum minus 245 a b
Subgrundiariuu ibi. b
Senetio 246 d. 247 a
Stachyitis 248 a
Stratiotes eo. a b
Stratiotes chiliophyllos 248 b
Stephanomata 251 d
Saxifragum 258 d
Smilax aſpera 261 c d
Smilacis genera eo. d. 262 a
Smilax leuis eo. a b
Seſamoides maius 265 c d
Seſamoides paruum 266 a b
Staphis agria 267 b c d
Spartum 269 a b
Spartion 268 d
ſilybum 269 c
ſarmentula 273 d
Sanicula 276 b
Sennicula ibi.
Scāmonia 276 d. & 277 a b
Sirapa 278 a
Sabucus 278 d 279 a
Sambuca 279 b
Saxifraga 281 d
Scorpionoctonon 287 c
Scorpioides 287 b
Scorpios ibi.
Smyris 317 a
ſalamandra 343 d. & 344 a b
Smilax 346 b. Sardonia eo. c
ſanguis Tauri 349 c d
Spuma argenti 350 a
Sandaracha eo. b
Scolopendrę morſus 355 d
Cura eius 359 b. ſcorpiōis ictus.
Cura eius 359 b c. (ibi.
ſcoria ferri 313 c. Stibiū 314 c d
Stimi ibi. c. Stibi ibi. c
Stibij genera eo. c d
Stœbe eo. d Sebaſte 315 b
Spuma argenti eo. c d
item folio 316 a b
ſpumæ argenti genera 316 b
Sandyx 316 c
ſandycinus color bi.
ſcytanum 317 c
Sil 318 b c. Silis genera eo. b
ſilaceus color 318 c
Silatum ibi.
ſcoridiola 320 c
Sphragis 321 c. Sory 323 b c
Sandaracha 334 b c
Sandaracha duplex ibi. c
ſpodos 309 d. 310 a b
Spodion ibi.
Squama æris 311 b c
Squama ex acie de cuſſa 311 d
Stomoma ibi.
Santerna ibi.
Styperia 325 a b
Strongyles ſpecies duæ 325 b
ſulphur 325 c d
Sulphuris genera eo. d 326 a
Spuma metallorum ibi. d
Sis 326 b Spongia ibi.
Sal eo. c d. 327 a b c
ſales 127 c. Salſa ibi.
Salaria uia ibi. Spuma ſalis. ibi.
Salſugo eo. c d Salinutria. ib. d
Sardinus ibi.
ſcorodalme 328 a
ſalis flos eo. c. Salnitrū eo. d
ſpuma Nitri 329 a b
ſphecle 129 d
ſpongia 331 b c d. 336 b d
ſpongiarum genera ibi.
ſarcophagos lapis 336 d
ſchiſtos lapis 333 d
ſelenites 335 d. 336 a
Sphragides 336 b
ſpongiarum lapides eo. d
Smyris. 337 a

¶ Litera T.

Thelpide, Iris 1 a d.
Thaumaſtos, Iris ibi. & d
Thylacitis 5 b
Theſa 5 d Tenbul 7 a
Theriſtum 11 b Tarus 13 c.
Thyia 13 c trogetes ibi.
terminalium 15 c. 16 a
thyomata 21 b thus 32 c d 33 a b
thus Stragonias ibi. 33 a b
thus Amyntha ibi.
thuris uindemia duplex 37 a
thus Carpiathum ibi.
thus Dathiathium ibi.
thus maſculum ibi.
thus Aconium ibi.
thus unde dicitus 33 b
thuris Cortex 33 d 34 a
Thus corticoſum 34 a
Thuris micæ ibi.
Thuris manna ibi & b
thuris ſubſtantia tripex 34 a b
Thuris fuligo 35 b
Tæda 35 a 36 b
terebinthus 37 b c d
Thericlei calicis ibi c
Tubecula 44 c
Tubetia ibi.
Tibiarum diſtinctio 47 d
Tibiæ uariæ ibi
tonarius Arabicus 48 a
tamarix 48 c d tetralix 49 a
tetragenia ibi. b tilia 51 c
toxiton 52 d thali 57 c
Termis eo. d thlaſpi 58. a
Thunni 56 a tamarindi 62 d
triberes 65 d tuberū genera ibi.
Thya 68 a trogetes ibi.
Thelycrania 70 a
Thuria 76 a Thrion ibi.
Telamones 78 b
Tenax ibi tellinæ 79 b
Torpedo 71 b turpena ibi.
Theutos 84 a
theritis ibi triglis 84 b c
thurio 85 b turſio ibi.
Tirſio ibi. torſio ibi.
Thunnius 86 d
Tarichos 87 a b
Taus 91 b
tettiges 92 a
tetrapelyris ibi b
Talus ſuillus 93 b
tetragnathus 95 b Tamiſos 100 c
Tracta 102 b Tauræ eo. c
Tauri ibi. Tenax ibi. d




Hosted by Google

Tatyris 103 d
Tetartos ibi.
Tettaros ibi.
tracta cera 107 b. 109 a
triticum eo. c d. 108 a
tritici discrimina eo. a
Triticum generosum eo. c
tritici tria genera eo. d
typhodes 111 a
tragos eo. d
tinnunculi 113 a
teramos 116 c
Telephium 124 a. 150 d. 151 a
Tragos piscis 132 d
tuber 133 b
thlaspe 137 a
triorches 155 a
tragacantha 159 c
Tragoriganum 163 c
Thymus, um. 166 c d
Thymi genera ibi. d. & 167 a
thyma 166 d
thymbra 167 b c
tordylon 175 c
tordylen ibi.
turdela 188 c
teucrion 191 b
Trifago 191 c d
taura 192 b
tora ibi.
trifolium 195 b c d
trifolij genera eo. c d
tussilago 196 d. 197 a
tomentum 198 d. 199 a
Typha 199 b
Tipha ibi.
testiculus canis 203 a b
testiculus alter eo. c
triorchis eo. c
teucrion 205 d
tus terræ 212 b
Tribulus 217 b c
Tormentilla eo. d. 225 d
tegula 226 b
tragium 227 d. 228 a
tragium aliud 228 a b
tragos ibi. b
taxus 241 c d. 242 a
taxica ibi. c
toxica ibi.
Thalictron 247 a b
Thryallis 248 d
Tripolium 258 b
trichomanes 259 c d
thapsia 267 d. 268 c
Thapsos 268 b c d
Tithymali genera 273 a b. & 274 b c d. 275 a b
Thymelæa 278 b c
tamum 283 c
tamnum ibi.
thelypteris 284 c d
Thalassomeli 297 c d
Thymoxalme 299 a b
terra 338 a b. 339 d
terra Eretria 338 b
terra Samia eo. c
terra Chia eo. d
terra Selinusia ibi.
Terra Cimolia ibi.
Terra Pnigite eo. 339 a
Testæ ibi.
terra Fornacum eo. b
terra Melia ibi.
terra Ampelitis ibi. c
taxus 346 b
toxicum 347 d
Turbystum 317 c
turesobitis ibi.
Trimma 306
Terra Lemnia 331 b c
Trichitis 325 a b
Trips 326 b
Trichides 327 d
Thetta ibi.
Titanos 330 a
Thracias lapis 334 b
Thyites 335 c

¶ Litera V

VRania. Iris 1 a d
Venerea 2 a
Vnguentiana ibi. b
Valeriana 6 c
Viola 11 b
uerbascum Idæum 16 a
uelenion 16 b
unguenta unde dicta 21 b
unguentarij prophani ibi.
unguentorum ratio ibi.
unguentorum proba 21 c
unguentum duplex ibi.
unguentum Cyrenis 22 a
Vinum Oenanthinon 23 a
unguentum Anethinum 23 d
unguentum Susinum 24 a b c
unguentum Crocinum 25 a
Vnguentum Cyprinum eo. c
Vnguentum Irinon 26 a
unguentū Amaracinū eo. c d
unguentum Megalinum 27 a b
unguentū Hedychroon 27 b c
unguentum Metopion eo. c d
unguentum Mendesium 28 a
unguēt. Cinnamominū eo. c d
unguēt. Nardinū eo. d. 29 a b
Vnguent. Malabathrinū eo. b
Vnguentum Foliatum ibi.
unguentum Iaseminum eo. c
Viola 29 c d
Vrosci 31 d
ulmus 46 a b
ulmi genera ibi.
ungues rosarum 54 a
uitex 56 a b
uiticis genera ibi. b
urinare 58 b
Visulum 65 c
Va 70 a
Vnedo 71 a
uiperinæ carnes 81 c d. 82 a
uipera ibi. d
uerres 89 b
ungula asini ibi.
ungula capræ 90 b
Veteramentum 90 c
Veteramentarij ibi.
ueteratores ibi.
uescæ 95 d
uermes terreni 96 c
Vli 96 d
uellera 99 c
uelumia ibi.
Vnguen 102 c
Vitulamen eo. d
uiuiradix ibi.
urina 105 b c d
uruncus 108 a
utriculi eo. c
umbilicus 140 d
Vlophyton 156 a
Vlophonon ibi.
unguentū Aegyptium 158 c
uineæ conseminales 170 c
uiscum 188 b c d
uisci genera eo. c
uiscum Damascenum 188 d
uerbascum syluestre 197 a
uiola alba 201 d. 202 a b
uiolaceum ibi.
uenerea 209 b
Vibones 213 b
Vetonica eo. c d
Volucrum 216 d
Vermiculatæ uestes 218 a
uermiculus purpur. 217 d. 218 a
Vrceolaris 224 b
Verbenaca 231 b c
Verbena ibi. b


Hosted by Google

Verminaca 231 b
Verbenæ genera ibi. b
Verbenaca ſupina eo. c d
Vacinium 232 c
ueſicaria 237 b c
umbilicus Veneris 245 b c
umbilicus Veneris alius ibi.
urtica eo. d. 246 a b
Vrticæ genera 246 a b
Verbaſcum 248 c d
uiola purpurea 254 b
uiolarium ibi. b
uinca perunica 264 a
ueratrum album eo. b c d
ueratrum nigrum eo. & 265 a b
Vuæ Taminę 267 d
Vitis alba 282 d. 283 a b
uitis nigra 285 b c
uinum Polypodites 285 b
uerrucaria 287 a
uitis uinifera eo. d. & 288 a b
uitis inſana eo. 288 a
Vitis trifera ibi. a
Vitia ibi. a
uitialia ibi.
uitis ſylueſtris 287 b c
Vua eo. c d
uinacea ibi.
uuarum refectiones 289 a b
Vua paſſa eo. c
Vini natura 290. d.
& 291. a b c d.
Vinum 292 b
uini electio, & uirtus ibi.
Vini qualitas eo. b c
uinum Protopon. 292 c d
uariaq; alia ibi & ſeq.
Vinum gypſatum 293 a
uinum picatum ibi.
uinum parachyton. ibi.
uinum originale ibi.
uinum Autoceras ibi.
uinum Phalernum. ibi.
uinum Albanum eo. b
Vinam Cecubum ibi.
Vinum Surentinum ibi.
uinum Adrianum eo. c
uinum Prætutium ibi.
Vinum Hiſtrianum ibi.
Vinum Chium eo. c d
uinum Maronęum ibi. d
uinum Lesbium eo. d
uinum Epheſium 294 a
uinum Apyron ibi.
Vinum Meſſogites ibi.
uinum Incommune eo. b
uinum Omphacites 294 b
uinum Deuteria ibi.
uinum Grapinum ibi.
uinum Amphis ibi.
Vinum Adynomon ibi.
Vinum Melitides eo. d
uinum Mulſum 295 a b
uinum Scylinum 299 d 300 a
uina marina 300 b c d
uinum factitium ibi. c
uinum Cydonite eo. d
Viſcum 348 a b
Vſtio 354 d
uiperæ morſus 356 b
Cura eius 360 b c
uirulentorum ictuum communis cura 357 d 358 a b c
ueſparum ictus cura 358 d
uinum Apiite 301 b c
uinum Apiatos eo. c
uinum Oenanthinum eo. c
Vinum Rhöite eo. d
Vinum Rhodite ibi.
uinum Myrtites 302 a b
uinum Myratum ibi.
uinum Myrines ibi.
uinum Myrſinites eo. b c
uinum Lentiſcinum eo. c
Vinum Terebinthinum ibi.
Vinum Palmenũ ibi. c d
Vinum Cathorchites ibi. 303 c
Vinum Silatum 318 c
uippa 318 c
uinum Sycites 302 d 303 a b
uinum Sycomorite 303 b
uinum Raſinatum ibi. b c
uinum Strobilite eo. c d
uinum Cedrinum eo. d
uinum Iuniperinum eo. d 304 a
Vinum Cedrite 304 a
Vinum Picatum eo. b
uinum Abſinthite eo. b c
uinum Hyſſopite 304 d
uinum Chamædryites eo. d
uinum Stichadites 305 a
uinum Ceſtrites eo. a
uinum Tragoriganites eo. b
Vinum Bunites ibi.
Vinum Dictamnites eo. c
uinum Praſytes eo. c
uinum Thymites eo. c
uinum Thymbrites eo. c
uinum Origanites ibi.
Vinum Calaminthites & Abrotonites eo. d
uinum Conyrites ibi.
uinum Aromatites 305 d
Vinum e Pipere, Myrrha, & Iride 306 a
uinum Nectarites ibi.
uinum e Nardo Syriuca, Celtica, & Malabathio ibi. c
uinum Aſparites eo. b
Vinum e Nardo ſylueſtri ibi.
Vinum Daucites ibi.
uinum Saluittum eo. c
Saluiatum ibi.
uinum Panacites ibi.
uinum Acorites ibi.
uinum Selenites ibi. d
Vinum Marathrites & Anethites ibi.
Vinum e flore ſalis ibi.
uinum e Thymelæa ibi.
uinum Phthorion 307 a
uinum e Chamęlæa ibi.
Vinum Chanæpytinum ibi.
uinum Mandragorites ibi. b
Vinum Elleborites ibi.
Vinum Samonites ibi.

¶ Litera X

Xiphion 3 a
Xylocinnamomum 9 b
Xylobalſamum 12 b c
Xylaloen 13 c
Xylomacer 46 a
Xiphia 85 b
Xeropyrites 108 b
Xylon 115 b
Xiphion 219 2 b
Xiphias ibi. b
Xyris 219 c d
Xanthinum 259 b

¶ Litera Z

ZIger 7 b
Zegir eo. c
Zingiber 9 b
Zibetum 13 b
Zapetion ibi.
Zmyrma 30 b
Zygia 38 c
Zopiſſa 40 b
Zeugitæ 47 c
Zura 50 b
Zizipha 65. d
Ziziphorum genus duplex ibi.
Zerraneola 92 d
Zymen 108 c
Zythum, us 110 a. c
Zea eo. c
Zinziber 130 d
Zygis 168 b


Hosted by Google